R. 5136



14
106

Ex-5

7-a-5-19

15-106

A-5

R. 5136



a
14
106



Ex-5

15-106

7-a-5-19

R-5135

DIVI

DIONYSII

CARTHVSIANI

Del Colegio de la Compa de JHS. de Granada.

In

SENTENTIARVM

LIBRVM I.

Commentarij Locupletiſsimi.

IN QVIBVS DE SANCTISSIMA & Indiuidua Trinitate, copioſiſſimè, & Chriſtianiſſimè diſſeritur.

Poſt omnes editiones accuratiſsimè recogniti.

Venetijs, Sub ſigno Angeli Raphaelis.
M D LXXXIIII.

APOCALYPSIS. III.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locu ples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ.



CLARISSIMI

VIRI FRANCISCI CARNE VELDII NOVIOMAGI V. I. C. Doctoris, SACRAE CAESAREAE Maiestatis Consiliarij,

CARMEN in laudem D. Dionysij. Carthusiensis.

NVbila mens hominum, multisque obnoxia curis,
Gaudet, dolet, pro qualitate temporum.
Hic tristem deflet casum, vel funus acerbum,
Et tristiorem morte vitam deierat.
Ille nimis veneri, vel turpi deditus aluo.
Curare diuos non putat mortalia.
At quisquis medio potuit consistere calle,
Diuis amicus, & superno numini.
Ille tenet clauum constans, & turpida tranat,
Pelagi æstuantis, & rapacis æquora.
Nec timet irati fumosa pericula ponti,
Nec quicquid vsquam displicet mortalibus.
Ille Deo fixus hæret, solumq; tremiscit,
Uniq; seruit sempiterno numini.
Talis erat, Carthusiaco Dionysius albo,
Teneris qui ab annis nomen addidit sacrum.
Unica, cui sacras chartas tractare voluptas,
Quas & diurna voluit, & sera manu.
Et cui posteritas multum debere fatetur,
Tot eruditis excitata vocibus.
Tot sacris adiuta libris, quibus inclita sentit,
Diuini amoris efficax incendium.
Et velut in syluas ignis admissus adurit,
Flammasq; spargit, & vicina corripit.

Sic Dionysiaco lector priùs ardet amore,
Et a caducis ad perennia aduolat.
Salue digna coli, tantoq; insignis alumno,
Tali sepulchro Ruremunda nobilis.
Nobilior dicenda tamen, quum viderit orbis,
Typis sacratos exijsse codices.
Egregiam his operam sumpsit Theodoricus vrgens,
Athleta fortis, ac laboris improbi.
Quem nimium perferre graue est, ni cœlitus adsit,
Quæ dura mollit, numinis benignitas.
Tuq; viro ingentem lunata Colonia debes,
Orbisq; totus pro labore gratiam.
Sed sacer ille labor non terrea munera poscit,
Aurumque vilem existimat terræ scobem.
Mercedem expectat, quam secula nulla abolebunt,
Et cum beatis florituram gloriam,
Et simul eximios fructus & dona daturam,
Vitæ perennis in perenni gloria.

Distinctionum omnium libri Primi Sententiarum, per modum indicis seu argumenti, pulcherrima simul, & utilissima descriptio.

- Primus liber Sentētiarū diuiditur
  - Prooemium, in quo in genere tangit materiam oīum quatuor librorum, aperiens modum determinandi, dis. 1.
  - Tractatū in quo ītentū ꝓsequit agēs đDeo scđm rationē naturalis perfectionis & hoc dupliciter
    - Primo
      - Quo ad se
        - Veritatē ostēdit
          - Quid credendum, dist. 2.
          - Credenda qualiter sunt intelligenda, distin. 3.
        - Dubia soluit circa generationis
          - Terminum per nomina
            - Concreta, dist. 4.
            - Abstracta, dist. 5.
          - Modum, dist. 6.
          - Principium, dist. 7.
      - Quo ad ꝓprietates personę & essentiæ
        - Diuisim
          - Essentiæ, quæ est esse incommunicabilitas simplicitas dist. 8.
          - Personæ respicientibus emanationem
            - Ad intra
              - Filij. dis. 9.
              - Spūssancti quo ad
                - Personā ꝓcedētem, dist. 10.
                - Principiū à quo ꝓcedit. dist. 11.
                - Habitudinem spirātium, dist. 12.
                - Cōparationē, ad generationem, dis. 13.
            - Ad extra spūssancti quo ad
              - Principiū a quo
                - Distinctum. s. patris & filij, dist. 14.
                - Indistinctum. s. seipsum, dist. 15.
              - Modum
                - Vissibilem, dist. 16.
                - Iuuisibilem, dis. 17.
              - Proprietatem scđm quā natus est procedere, dist, 18
        - Coniunctum
          - Veritatem determinat quantum scilicet ad
            - Aeternitatē & magnitudinem, dis. 19.
            - Potentiam, dist. 20.
          - Dubia soluit, dist. 21.
      - Quo ad modum loquendi de ea
        - In genere, distinguens diuersa nomina de Deo prædicabiliaa, distin. 22.
        - In specie, quantum ad nomina
          - Essentialia
            - Non numeralia vt persona, dist. 23.
            - Numeralia, dist. 24.
            - Regreditur ad nomen persona, dist. 25.
          - Scđm se
            - Propriis
              - Aeternis ꝑsonalibus
                - Vt sunt in singulis suppositis, distin. 26.
                - Vt exprimuntur nominibus variis, distin. 27.
              - Non ꝑsonalibus
                - Innascibitate, dist. 28.
                - Communi spiratione, distin. 29.
              - Temporalibus, dist. 30.
            - Appropriatis
              - Veritatem ostendit, dist, 31.
              - Dubia soluit, dist. 32.
    - Scđo ꝙ ad quædā attributa, quę sibi conueniunt respectu creaturæ
      - Sapientia
        - In genere
          - Quo ad se
            - Relatiua, dist. 33.
            - Comparatiue cōparando
              - Proprietates ad personam & essentiam, dist. 33.
              - Personam ad esseutiam, dist. 35.
          - Cōparatiue quantum ad scita, prout
            - Res scitas continet in se obiectiue, dist.
            - Ipsa est obiectis scitis, distin. 37.
            - Se habet causaliter ad res cognitas, distin. 38.
            - Se habet immutabiliter ad res scitas, dist. 39.
        - In specie de una eius specie scilicet prædestinationis
          - Effectu, dist. 40.
          - Causa meritoria, distin. 41.
      - Potentia
        - Penes quid attenditur, dis. 42
        - Vsquequo protenditur, dist. 43.
        - Quomodo deus ipsa operatur, dist. 44.
      - Voluntas quo ad
        - Se, dist. 45.
        - Effectum
          - Opiniones pertractando, distin. 46.
          - Veritatem explanando, dist. 47.
        - Voluntatem humanam, dist. 48.

Locatio in Primum Sententiarum.

Liber Primus Sententiarum est de mysterio sanctissimæ trinitatis, habetque distinctiones quadraginta octo.

Compendiosum memoriale Libri Primi.

Distinc. 1	2	3	4	5
ſ. propriè ſolo **Deo**.	ſecundum auctoritates vtriuſque legis.	vi patet per rõnes, veſtigium, & imaginem.	ſ. Deo de eo.	ſ. quę nec generat, nec generatur.
Fruimur	*vno Deo*	*trino*	*genito*	*in eſſentia.*
6	7	8	9	10
volens pater genuit filium.	quę paſſiuè eſt in filio. actiuè in patre.	ſ. eſt Deus ſine omni compoſitione.	ſ. eſt filius patri.	ſ. eſt ſpirituſſanctus, patris, & filij.
Voluit	*potentiam*	*ſimplex*	*coæternus*	*amor.*
11	12	13	14	15
ſ. procedit ſpũſſanctus.	ſ. non priùs tempore, aut perfectione.	ſ. ſpũſſanct⁹, nõ quõ natus, ſed quõ datus.	i. temporaliter etiam amittitur ſpũſſanctus.	ſ. dicitur ſpũſanctus, ſimiliter, & filius.
Ab vtroque	*ſimul*	*procedit*	*tempore*	*a ſe miſſus.*
16	17	18	19	20
ſ. miſſio ſpirituſſancti pluries facta eſt.	ſ. eſt Deus, qua nos diligit, & nos ipſum.	ſ. dicit᷑ ſpirituſſanctus.	æquales ſunt diuinę pſonę ęternitate, magnitudine, potentia.	ſ. filius, quod pater.
inuiſibilis	*charitas*	*donum*	*coæquale*	*poteſt.*
21	22	23	24	25
ſ. dico excluſiua ĩ diuinis ſyncategoramaticè, nõ categorematicè.	ſ. plura dicunt᷑ de Deo,	ſ. non tantum dicitur ſingulariter, ſed etiam pluraliter.	i. nomina numeralia, vnũ duo, tres, admittuntur in diuinis.	quare dicuntur tres pſonę, cum ly, perſona dicat ſubſtantiam.
Excludit	*nomina*	*perſona*	*cum tribus*	*perſonis.*
26	27	28	29	30
ſ. pſonali patris, q̃ ẽ gña re, filii gñari, ſpirituſſancti procedere.	ſ. appellatione nominã tur proprietates.	ſ. non perſonalis ineſt patri, quę eſt innaſcibilitas.	ſ. ſemper ad aliquid dicitur.	i. relatiuè refertur Deus ad creaturas.
proprietate	*varia*	*notio*	*principium*	*refert.*
31	32	33	34	35
ſ. appropriatur patri.	ſ. eſt pater ſapientia ingenita, non genita.	ſ. eſt proprietas cum perſona.	ſ. & rei nãturę eſt identitas in diuinis.	ſ. futurum a Deo.
Unitas	*ſapiens*	*eadem*	*natura*	*præſcitur.*
36	37	38	39	40
ſ. eius ſcĩa oĩa ſunt, non tñ in eius eſſentia.	ſ. oĩbus eſt Deus præſentialiter, potentialiter, & eſſentialiter.	ſ. omnium rerum eſt Dei ſcientia.	ſ. res ſcita noſtram ſciẽtiam, non Dei.	i. ponit aliquos eſſe ab ęterno.
In Deo	*in rebus*	*cauſa*	*adauget*	*deſtinatos.*
41	42	43	44	
ſ. pct̃or odurationẽ, ſed nõ iuſt⁹ p̃deſtinationẽ.	ſ. dicitur Deus.	ſ. eſt Deus in ſua potentia.	ſ. põt facere Deus, q̃ fecit, quo ad additionem,	
Meruit	*omnipotens*	*illuminatus*	*meliora.*	
45	46	47	48	
ſ. diuina differt ab eſſentia ratione non re.	ſ. Dei voluntas in omnibus impletur.	ſ. voluntas beneplaciti, a nobis, aut de nobis.	tenemur conformare voluntatem noſtrã diuinę in ratione volen di ex charitate.	
Voluntas	*placens*	*impletur*	*conformitate.*	

EPITOMAE SINGVLARVM DISTINCTIONVM LIBRI PRIMI SENTENTIARVM,

CVM VERSIBVS MEMORIALIBVS doctiſſimi viri Arnoldi Veſalienſis, theologiæ & trium linguarum peritiſſimi, canonici quondam metropolitanę eccleſiæ Colonienſis: paucis, quos ille morte præuentus non abſoluerat, à ſtudioſo quodam adiectis.

Liber Sententiarum primus complectitur. Diſtinct. XLVIII.

DISTINCTIO. I. QVAE INCIPIT.
Veteris, ac nouæ legis &c. epitome.

TOtus ſacræ paginæ tractatus p̃cipuè ẽ, aut circa res, aut circa ſigna quaſdam res importantia, qualia ſunt ueteris, & noui teſtamenti ſacramẽta: ſic tamẽ, quòd & ipſa ſigna res, quædam ſint, non autẽ econtra. Res aũt (de quibus, & primò dicendum erit) aliquæ ſunt, q̃bus eſt fruendum, vt Deus: aliquæ, quibus utendũ vt mũdus, & item alię quædã, quæ fruuntur: & utũtur, vt homo, & angelus. In fruibilibus enim uolũtas conquieſcit. Vtimur aũt eis, quæ in aliud referimus. Frui ergo eſt, rei amore inhærere propter ſeipſam. Vti aũt eſt amore inhęrere rei, quæ in rẽ ordinatur fruibilem. Vnde nec homine fruẽdũ eſt niſi in Deo. Nec Deus nos diligendo nobis fruitur, ſed utitur, aliter tñ, q̃ nos rebus utimur. Ipſe enim omnia propter ſuiipſius diligit bonitatem. Virtutibus quoque non fruendum eſt niſi inſtrumentaliter, ſcilicet ad quærendum ſummũ, & incommutabile bonum. Primò ergo agẽdũ erit de rebus fruibilibus, ſcilicet de ſancta, & indiuidua trinitate.

Res, & ſigna, libri prodit diſtinctio prima,
Quis uti liceat ritè, quibusue frui.

DISTINCT. II. QVAE INCIPIT:
Hoc itaq; &c. epi.

¶Vera, ac pia fide tenendum eſt, q̃ trinitas unus eſt, & ſolus uerus Deus. Vnde & omnes catholici doctores hoc ſecundũ ſcripturas ſanctas docere, intenderũt, ſcilicet, q̃ pater, & filius, & ſpirituſſanctus ſunt unius ſubſtantiæ, & ſunt unus Deus inſeparabili æqualitate, & tñ pater nõ eſt filius, nec ſpirituſſanctus, nec econtra, ſed omnes tres perſonæ, homouſion, hoceſt, unius ſubſtantiæ: Vnde nõ eſt aliud pater, & aliud filius, & aliud ſpirituſſanctus ſcilicet in eſſentia, ſed alius, ſ. in perſona. Hanc aũt fidem primo aſtruere ex ſcripturis, & poſtea rationibus catholicis, & exemplis cõtra aduerſarios ueritatis defendere oportet. Vnde, q̃ hæc ita ſe habeant, ex auctoritatibus ueteris, & noui teſtamenti deducitur, ut in litera.

Splendida perſonis tribus eſt eſſentia ſimplex,
Hoc inſtrumentum monſtrat vtrunque tibi.

DISTINC. III. QVAE INCIPIT,
Apoſtolus namq; &c. epi.

¶Eſſentiæ diuinę unitas, & perſonarum trinitas, ex creaturis aliquo modo inueſtigari põt, de quo, & philoſophi aliqua cognouerunt. Et unitas quidẽ Dei cognoſcitur ex opere, q̃ eſt mundus, q̃ oñdit Dei potẽtiã ex eo, q̃ oẽs creatũræ ſunt mutabiles. Is uero, à quo hæ ſunt, eſt immutabilis, & ex eo, q̃ oĩa bona, & meliora ab eo procedunt, ut ab optimo, & ut à pulcherrimo oĩa pulchra. Trinitas ẽt p ſonarũ in creaturis inueſtigari põt aliquo mõ p id quod in ſe oñdũt unitatẽ, ſpeciẽ, & ordinẽ, q̃ pſonis appropriant. Exp̃ſis aũt trinitatis imago deprehẽdit in mente humana, quo ad illa tria, quæ ſunt, intellectus, memoria, & voluntas: vel mens, notitia & amor. Veruntamen & in his oportet fidẽ ſuffragari, & imagines illæ multum imperfectè diuinam repreſentant trinitatem.

Nota creaturæ monſtrant veſtigia, trinum
Eſſe Deum, ac unum, monſtrat imago quoque.

DISTIN. IIII. QVAE INCIPIT,
Hic oritur quæſtio ſatis neceſſaria, &c. epito.

¶Illa quidem uera eſt, & concedenda, Deus genuit Deũ. Nõ aũt illa, Deus genuit ſe Deũ, vel aliũ Deum. Ex ea enim ſequeretur, idẽ generaſſe ſeipſum, vel plures eſſe Deos, quod utrunq; falſum eſt. Neque ſecunda ſequitur ad primam, ſed q̃ genuit filiũ, aut alium in perſona. Illa ergo, Deus pater genuit Deũ, qui nõ ẽ Deus pater: id eſt filiũ, qui nõ eſt pr̃, q̃ Deus eſt, uera eſt, cũ ſolã perſonalẽ ſignificet alietatẽ. Si uero exponatur, qui nõ eſt idẽ Deus cũ Deo patre, falſa eſt: quia in ea alietas eſſentiæ importatur. Tres igitur perſonæ ſunt, vna deitas, Et unus Deus eſt tres perſonæ. Et unus Deus, ipſa trinitas. Et una ſubſtantia, tres pſonæ. Et eẽ trinitas ẽ unus deus, & tres pſonæ dicunt᷑ eſſe una eſſentia

Quòd Deus ipſe Deum genuit, quòd tres Deus unus
Perſonę, ſanxit non temerata fides.

DISTINC. V. QVAE INCIPIT,
Poſt hæc quęritur, utrum concedendum &c. epi.

Eſſentia in diuinis, nec generat, nec generatur. Hinc negãdæ ſunt illæ. Pater genuit diuinã eſſentiã diuina eſſentia genuit filiũ diuina eſſẽtia genuit diuinã eſſentiã. Alioquin vel eſſentia nõ eſſet eſſentia, uel idem generaret ſeipſum, vel haberet eſſe per id quod ab eo genitũ eſſet, quæ omnia ſunt icõueniẽtia. Vnde & à ſimili Auguſtinus probat, quòd pater non eſt ſapiẽs ſapientia genita, cum idem ſit ei ſapere, & eſſe. Licet aũt, filius ſit diuina eſſentia nõ tamẽ per hoc pater genuit eſſentiã, ſed genuit hoc quod ipſe, id eſt, genuit filium, qui eſt idẽ eſſentiali

ter cum eo. Quod autem auctores dicunt essentiã filij esse de essentia patris, intelligẽdũ est: filius q̃ est essentia, é. de patre, q̃ est eadẽ essentia. Quod ét auctoritates, quædam dicunt, patrem genuisse filium de sua substantia, & non de nihilo, intelligendum est, id est, genuit filium, qui est eiusdẽ naturæ cũ eo

Non genita, aut genuit diuina essentia, quamuis
Natura genitus filius ipse patris.

DISTINCT. VI. QVAE IN CIPIT,
Præterea quæri solet, &c. epito.

¶Pater in diuinis filium genuit non necessitate, cũ in Deum nulla cadat coactio: nec uoluntate, cũ in eum nulla cadat mutatio. Quãuis autem in Deo idem sint realiter natura, & uoluntas, quia tamen ratione seu connotatu differunt, nihil obstat aliqd posse conuenire naturæ, quod non cõuenit uoluntati. Hinc nec inconueniens est dicere filium esse filium naturaliter, & nõ uoluntate. Et est simile de uoluntate Dei, & eius scientia, quę se ad plura extendit, q̃ uolũtas. Dicitur tñ Deus uolens genuisse filium, sicut & sapiens, & potens ipsum genuit, sed non uoluntate præcedente, vel accedente, quasi priùs uoluerit, & postea genuerit, uel econtra, vt hæretici opponebant.

Quamuis in Deo idem natura silat q; uoluntas,
Conuenit illi aliquid, quod tamen huic minime.

DISTINCT. VII. QVAE INCIPIT,
Hic solet quæri, epi.

¶Ad hoc, quod quæritur, an pater potuerit, aut ét uoluerit generare filiũ, affirmatiuè respondẽdũ est. Nec ex hoc sequitur, patrem aliquid posse, aut uelle, quod filius non possit, aut nõ uelit: quia ibi posse, & uelle generare non est aliquid, sed ad aliquid. Hinc q̃ filius non potest, nec uult generare, non arguit in eo impotentiam, cum eiusdem sit potentię cum patre, sed pertinet ad proprietatem suæ personæ, cuius est posse, & uelle nasci, qđ q̃dẽ in eo est eadẽ potẽtia, quę ĩ patre est potentiã, qua põt, & vult generare, sicut & in utri q; est eadem sapientia, & natura. In filio ergo non est potentia generandi, si ad proprietatem referatur intelligentia: quamuis bene, si ad naturam. Tunc enim idem sunt, posse generare, & posse generari.

Patri eadem, & gnato diuina potentia, gigni
Qua potuit soboles, & generare parens.

DISTINCT. VIII. QVAE INCIPIT,
Nunc de ueritate, &c. epi.

¶Solus Deus, seu diuina natura uerè est immutabilis, ac simplicissima. Vere quidem, quia sine nõ actualitatis admixtione. Eius enim esse est æternũ, & sine præteritione, & futuritione. Est autem immutabilis, quia est ipsum suum esse, quod impossibile est aliter disponi, q̃ est. Neq; enim uerissima esset, si mutari posset. Neq; aliqua sunt in eo accidẽtia secundum, quæ mutetur, neq; per loca, uel tempora, vel affectiões uariatur, vt fit in creaturis. Simplicissima verò est, & sine omni compositione, vel multiplicatione, & sic uerè, & propriè simplex, cum in ea nulla sit partium, vel accidentium, uel formarum diuersitas. Vnde nec alicui prædicamentorum subijcitur, nec propriè substantia appellatur. Neque uero simplicitatis ipsius, nominum multiplicitas de ipsa dictorum repugnat, quæ scilicet omnia unum significant. nec ipsa excludit personarum trinitatem, quia singulæ Deus sunt.

Est solus uerè Deus immutabilis atq;
Simplex, est solus scilicet esse suum.

DISTINCT. IX. QVAE INCIPIT,
Nunc ad distinctionem trium, &c. epi.

¶Vnus Deus sunt tres diuinæ personæ, & sunt idem in natura, distinctæ tamen in personalitate. Hinc quamuis filius, alius sit a patre, cum sit ab eo genitus: non tamen fuit pater antequam filius, cũ diuinæ personæ sint iuuicem coæternæ. Nec ualet, quod Arrius hæreticus inferre nitebatur, scilicet: quia natus est, & habet principiũ ergo nõ est æternus. Etenim æternus pater æternũ genuit filiũ. Alioquin, & pater aliq̃n fuisset sine filio, & sapientia, quod est absurdum. Est autẽ illa æterna generatio iuxta prophetam ineffabilis. Vñ nec præsumi debet à quo, q̃ de plena ipsius cognitione. Ad exprimendum aũt æternitatẽ filij, meliùs dicitur semper natus, q̃ semper nasci, quãuis, & illud à q̃busdã dicaĩ.

Nate, coæternum te dicimus esse parenti,
Dictus ab æterno te genuisse parens.

DISTINC. X. QVAE INCIPIT,
Nunc post filij æternitatem, &c. ep.

Spiritussanctus ẽ amor siue charitas, seu dilectio patris, & filij, qua scilicet seinuicem diligunt. Vñ & per modum uoluntatis procedit. Quamuis aũt, accipiendo nomen charitatis essentialiter, quęlibet diuinarũ personarũ sit charitas, & omnes sint una charitas, sicut & una sapientia: tñ spiritussanctus solus est charitas procedens, sicut filius solus sapiẽtia genita. Est autẽ hæc charitas substantia, & deus. Vnde & æqualis patri, & filio est spiritussanctus. Quamuis etiam hoc nomen spiritussanctus oĩbus cõueniat personis. Nã & pater spiritus est, & sanct⁹ sic ẽt filius: conuenienter tamen tertia persona eo nominatur, quod ab alijs duabus habet originem.

Spiritussancto quamuis tribuamus amorem,
Personis tribus est attamen unus amor.

DISTIN. XI. QVAE INCIPIT,
Hic dicendum est, &c. epi.

¶Secundum sacræ scripturæ ueritatem, & noui testamẽti auctoritates, dicere oportet spiritumsanctum a patre, & filio ꝓcedere. Nec hoc est ꝓ id, quod in concilijs determinatum est, ut Græci aliq̃ contendebant, dicentes spiritumsanctum à patre tñ procedere: Longè enim differunt, aliud docere & idẽ q̃ determinatum est, ulterius explicare, q̃ in proposito. At quia, & ipsi Græci spiritumsanctum dicunt esse etiam spiritum filij, uerbis contendentes, in sententia cum latinis conueniunt, si capere vellent. Quam etiam sententiam quidam maiores eorum satis expresè in scripturis suis posuerunt,

Ex patre, & nato procedit spiritus almus,
Quamuis dissideat nomine Græca fides.

DISTINCT. XII. QVAE INCIPIT,
Item quæritur, &c. epit.

¶Patre spirituſsanctus, nec prius nec, posterius processit, quàm a filio, nec econtra, pro eo, quod ibi nulla est tẽporis succesio, vel duratio. Vnde nec habet locum quæstio illa, an processerit spiritusanctus iam nato filio, uel adhuc nasciturus. Nã oẽs personæ sunt coęternæ. Hinc etiam nec maiore perfectione dignitatis, nec plenius à patre procedit, quàm à filio, sed æquè perfectè. Principaliter tamen, & proprie à mittitur per filium, eo quòd pater à nullo est filius autem hoc habet à patre.

Spiritus ex nato non manat plenius ipso,
Quam patre, nec spirat filius ante patrem.

DI-

DISTINCT. XIII. QVAE ICIPIT,
Post hæc considerandum, &c.

Quãquam ab utroq; scilicet à patre, & filio, spiritussanctus procedat, non tamen per hoc filius eorum, quasi patris, & matris, dici potest. Hoc eñ ab surdissimũ esset, & à fidelibus auribus alienũ. Quãuis ét tam filius, quã spiritussanctus a patre procedat, alio tñ modo. Nã filius procedit per modũ naturæ, & iõ dr̃ genitus, & procedẽs. Omne eñ, qđ generaĩ, procedit, & nõ eꝑ. Sed spiritussanctus procedit per modum uoluntatis, sicut datus, non aũt ut natus. Sic ergo procedens tantum dr̃, & non natus. Neq; tamen per hoc spirituſsanctus dici dẽt ingenitus, sicut nec genitus: quia nec ẽ pr̃, nec filius.

Quamuis accipiat naturam flamen eandem
Cum nato; natus, non tamen esse potest.

DISTICT. XIIII. QV AE INCIPIT,
Præterea diligenter annotandum est, &c. epi.

¶Gemina est spirituſsancti processio, æterna ſc3 & temporalis, quarum prima ineffabiliter a patre, & filio sine tempore processit, secũda verò est, qua spiritussanctus mittitur ad sanctificandũ creaturã rationalem. Et hac quoq; processione ab utroque procedit. Est autẽ illa processio, seu missio, gr̃ę spiritussancti collatio. Et hunc dominus discipulis bis dedit, scilicet post resurrectionem quãdo in eos insufflauit, & post ascensionem in die Pẽtecostes, ad significandum duplicem dilectionem, scilicet Dei, & proximi, quam spiritussanctus in nobis operet. Datur autem spiritussanctus personaliter cum suo rũ donorũ distributione. Vnde nec ab aliqua creatura quantumcunq; sancta (sed a solo Deo) datur spiritussanctus, nisi instrumentaliter, quia à nulla creatura procedit.

Spiritum ab æterno pater, vt cum pignore spirat,
Tempore sic placito mittere uterq; solet.

DISTNCT. XV. QVAE INCIPIT.
Hic considerandum est, &c. epi.

Etiã a seipso datur spiritussanctus. Nã ipse Deus est, & donum. Dat ergo, quia Deus: & datur, quia donum, ficq; dat seipsum, quia opera trinitatis (cuius ipse ẽ persona) ad extra sunt indiuisa. Vñ quod una facit, & alia facit. Nam & ipse filius seipsum in scripturis mittere dicitur. Qui ẽt filius licet semel tantum in carnem missus sit in, mẽtes tñ castas quotidie mittitur à tota trinitate. Patri autẽ qualitercũque mundo appareat: tamen mitti non conuenit: quia ipse ab alio non procedit, sed est processiõis auctor, & principium. Per quod tamen filius, & spiritussanctus minores eo non sunt, sed eiusdem cũ eo dignitatis, & essentię.

Quando creaturam sacro aspiramine mundat,
Se dat muneribus spiritus ipse suis.

DISTIN. XVI. QVAE INCIPIT,
Iam nunc accedamus, &c. epi.

Dupliciter spirituſsanctus missus est, quo, & creatura dupliciter sanctificatur: visibiliter scilicet cũ apparentia alicuius uisibilis signi, & quandoq; cũ effectu ĩteriori, sine uisibili signo. Sicut & filius dupliciter missus ẽ uisibiliter sc3 ĩ carne assumpta, & iuuisibiliter in mẽtes castas. Fuit ergo uisibilis spũs sancti missio, quædam ipsius apparẽtia, vel manifestatio in corporali creatura tanquam in signo. Neque tñ per hoc, q̃ mittitur spiritussanctus, minor ẽ Patre, qui non mittitur, cũ tñ filius secundũ missionem uisibilem minor dicatur tota trinitatte. Filius enim assumpsit humanitatem non solum, ut in ea pareret, sed etiam, ut esset homo, non autem sic spiritussanctus columbam. Tamen iuxta Hilarium pater maior est filio sibi coessentiali, & hoc auctoritate genituræ, non tñ per hoc filius minor dici põt Vnũ eñ, & idem esse, quod habet, filio dedit.

Quo nos diligimus flamen putat esse Magister,
Hoc magis augeri, quo magis ardet homo;

DISTINC. XVII. QVAE INCIPIT.
Nunc de spiritussancto videndum, &c. epi.

¶Spiritussanctus (qui tertia in trinitate persona existens, a patre, & filio, & seipso mittitur, & donaẽ fidelibus) est amor patris, & filij, quo se iuicẽ amãt & nos. Est etiã amor sine charitas, qua nos Deum, & proximum diligimus. Ita eñ in nobis est, ut nos Deum, & proximũ diligere faciat. Hinc qui ipsam dilectionem diligit, Deũ diligit. pro eo, quòd Deus dilectio est. Nec tamẽ Deus sic dicitur charitas nostra, sicut spes, & patientia nostra. Hæc enim dicit̃, nõ quod ipse sit ista, sed q̃ sunt ab eo. Dr̃ aũt charitas nostra, quia ipse est charitas. Et hæc charitas, quæ spiritussanctus est, nec proficit, nec deficit, q̃ Deus est: sed homo in ea aliquando proficit, vel deficit, sicut & Deus in nobis dr̃ magnificari, vel exaltari. Sic etiam dr̃ alicui dari non quasi locum mutet, sed quia alio modo in eo esse incipit. Quamuis ét actũ credendi, & sperandi operatur mediãtibus uirtutibus fide, & spe, actũ tñ diligendi, sine alicuius uirtutis medio in nobis operanẽ. Hæc Magister. Sed notandum, quòd in hoc ultimo non tenetur, quia præter hæc doctores ponunt habitum charitatis, quo actus diligendi eliciatur, licet Deus sit charitas nostra effectiuè.

Spiritus in varijs apparuit ante figuris,
Imbuit, & tacito pectora sacra modo.

DISTINCT. XVIII. QV AE INCIPIT,
Præterea diligenter considerandum, &c. epit.

¶Alia ratione spirituſsanctus donum, sibi conuenit ex æterna sua processione ante omnem creaturam: sed datum, vel donatum conuenit sibi temporaliter, ab actuali sc3 datione: qui tamen ab æterno fuit donabilis. Neq; uero per hoc filius donum dr̃ q̃uis, & ipse ab æterno donabilis fuit, quẽadmodũ spiritussanctus, quia nõ solum procedit, ut donabilis, sed etiam, ut genitus. Sicut ergo filius æternaliter nascendo à patre accipit, quòd sit filius, sic spiritussanctus æternaliter procedendo accipit, q̃ sit spiritussanctus. Hinc & secundum quod sempiternè donum est refertur ad patrem, & filium secũdum verò quod datum, vel donatum est, refertur ad eum, qui dedit, & ad eos, quibus datur.

Spiritus æterna donum est ab origine, quanquam
Temporis elapsu dicitur esse datus.

DISTINCT. XIX. QVAE INCIPIT,
Nũc postquam coæternitatẽ, &c, epi.

¶Aequales sunt diuinæ personæ, nec se inuicem excedunt in æternitate, potentia, vel magnitudine quæ licet diuersimodè sint nominatè, sunt tñ eadẽ essentia. Hic ex illa confubstãtialitate una persona dr̃ esse in alia. Nulla ergo est in diuinis personis essentialis diuersitas, seu differentia, scilicet nec partium integralium, nec subiectiuarum, nec malium qualitercunque. Nec ibi duæ personæ magis magis sunt, quàm una, nec numero differunt, quasi una sit aliquid aliud ab alia: sed quia in computatione a se inuicẽ discernuntur, ut pater dicat unus pr̃, & filius duo, &c. hinc & oẽs tres psonæ nõ sunt maioris deitatis, sicut nec ueritatis, & magnitudi-

nis,quàm una nõ minoris,quàm omnes,sed æqualis sunt deitatis, & eadem deitas.Ex quo, & patet, ꝙ etsi Deus trinus est, non tamen triplex dici debet:quia ubi triplicitas, ibi duo plus, quàm unum, & tria plus, quàm duo.

Pernegat æquales personas Arrius excors,
Quamlibet,& cunctis pernegat esse parem.

DISTINCT. XX. QVAE INCIPIT,
Nunc ostendere restat &c. epit.

¶Aequales sunt etiã diuinæ personę in potentia, ita,ut non maiorem potentiam habeat pater filio, nec duo,uel tres maiorem,q̃ unus.Quod ex verbo Christi primum ostenditur,vbi dicis, Omnia quæ habet pater, mea sunt. Ergo & omnipotentia. Nã si pater non genera ssetfilium in potentia sibi æqualem,hoc esset,aut quia uoluisset,aut non potuisset quod utrunq; falsum est,quia sic, aut inuidus,aut impotens probaretur. Nã in humanis pater filium quanto potest,generat sibi æqualem:imo & melio rem,& maiorem,si posset.Deo tamen nihil esse potest maius,aut melius. Vnde erit pater filio æqualis Nec impedit,quod pater filium genuit, quia filius nascendo eandem naturam ab eo accepit.

Nequaquam est alijs persona potentior una.
Quod ratio perhibet,quod pia scripta docent.

DISTNCT. XXI. QVAE INCIPIT,
Hic oritur quæstio trahens,&c.epito.

Verę sunt propositiones,in quibus dictio exclusiua solus,ponitur cum termino personali, dicendo:Solus pater tantus simul illi tres &c. Per hoc enim non una persona ab alia, sed proprietas relatiua unius psonę ab altera excluditur. Quod si dictio exclusiua de termino personali prædicetur respectu termini essentialis,ut si dicaſ,solus pater est Deus,vel pater est solus Deus secundum Magistrũ sicubi tales propositiones inueniantur, exponẽdæ uenient, nec uerbis nostris sic loquendum.Quod si ẽt una persona in scripturis exprimatur cũ dictione exclusiua,alia persona non expressa:tamen semper cointelligitur ꝓpter earundem cohærentiam.

Esse Deum,solum patrem non dicimus apte.
Sed patrem,solum dicimus esse Deum.

DISTIN. XXII. QVAE INCIPIT.
Post prædicta nobis &c.epito.

In multiplici differentia inueniunt nomina de Deo dicta,Nam sunt quædam,quæ exprimunt proprietates personales,& dicuntur notionalia, vt pater,filius ſpiritussanctus verbũ,donũ,generãs, &c. Quædam uero exprimũt essentiæ unitatẽ,vt Deus, deitas sapientia,bonitas, æternitas & huiusmodi. Quædã autẽ transsumptiuè de Deo dicunt, ut lux, splendor,speculũ,& substantia. Quædã ẽt Deo solum ex tempore conueniunt cũ relatione quadam extrinseca,vt dominus,creator,redẽptor,saluator, & sic de aliis, Quædã uero ex tempore Deo cõueniunt,nec relatiuè dicuntur,ut humanatus, incarnatus.Quoddã ẽt est quod dr̃ non sigilatim, sed simul de omnibus personis,ſm quandam intrinsecã relationẽ,ut trinitas. Et hęc omnia reduci possunt ad duplex nomen.Nã oĩa aut dicũtur relatiuè,aut absolutè,ut patet intuenti.Ea tñ,quæ ad essentiam pertinentia absolutè scilicet dicuntur, non dicunt uel de singulis,vel de omnibus in plurali,sed in singulari tantum.Non enim dicuntur,pater, & filius, & ſpiritussanctus dij,bonitates, vel huiusmodi, sed unus Deus,& bonitas,&c.

Nomina multa Dei communia,propria quędam,
Sunt nonnulla tropis nomina clausa suis.

DISTINC. XXIII. QVAE INCIPIT,
Prædictis adijciendum est &c.epito.

¶Ab eis,quæ dicta sunt, scilicet nomina secũdũ substantiã de Deo dicta, singulariter de personis dici,& non pluraliter, excipitur hoc nomen persona.Qd̃ quidẽ substantialiter dr̃.Absolutè enim,& non relatiuè prædicatur: & tamen pluraliter de oĩbus simul dicitur,& non singulariter. Vera em̃ est hæc pater,& filius,& ſpiritussanctus sunt tres personæ,nõ aũt,sunt una persona.Sed hoc nomẽ à ꝓdictis supra excipi oportuit,vt haberetur, quo hæreticis respõderi posset, cum instãt quærentes qd tres in diuinis ſm scripturas dicamus.Respondendũ est enim,tres personas. Quod tñ magis dr̃ ex penuria nominũ, quibus hæ tã altissimæ res exprimãtur,q̃ uocabuli propria significatione.Notãdũ aũt quod diuinis non est utendũ uocabulis,quæ sunt, uersus,singularis, vnicus & solitarius. per quæ scilicet importatur contrarium,aut unitatis essentiæ, aut pluralitatis personarum:

Commoda personæ nox est,si quęstio fiat.
Quo naturą modo sit tribus una Dei.

DISTINC. XXIIII. QVAE INCIPIT.
Hic diligenter inquiri oportet &c. epi.

¶Per terminos numerales in diuinis, id est, per nomina pertinentia ad pluralitatem,seu multitudinem,ac distinctionẽ,potius aliquid remouetur, q̃ ponit ſm,quod Magister intẽdere uidetur. Sicut ꝓ nomina ad unitatẽ essentiæ spectantia, multiplicitas eiusdem excludit,vt per hoc, quod dico, unus Deus,deorũ excluditur pluralitas. Per illa aũt,quę pluralitatẽ exprimũt, singularitas, & solitudo excludit:vt per hoc,ꝙ dr̃,dũæ,uel tres personæ,excludit,ꝙ nõ sit una tantũ. Hæc tamen à doctorlbus nõ concedunt̃,nisi intelligantur illa nomina sic remouere,ꝙ etiam significent, seu ponant. Quod nec abnuunt auctoritates,quas magister allegat.

Ponere nil,imo tantum remouere Magistro,
Nomina,quæ numeros in deitate notant.
Sed res ista parum deinceps landata magistris
A nostris,hodie nullius est precij.

DISTIN. XXV. QVAE INCIPIT,
Præteræa considerandum est &c. epi.

Hoc nomen persona,tam in sigulari, q̃ in plurali,essentiã significat. Quod quo ad primũ ex supra dictis patet;quo ad secundum autem,ex eo,ꝙ dicẽdo tres personas,significamus id,quod ẽ cõmune patri,& filio,& ſpiritussancto,quod utiq; ẽ essentia Hinc & quærentibus,quid est essentia, responderi põt,tres personæ. Capitur tñ nomẽ personæ q̃q; pro hypostasi,uel subsistentia, & hoc iuxta prædicta propter uocabulorum penuriam, ita ut cum dicimus pater,& filius, & ſpiritussanctus sunt tres ꝓsonæ,sensus est,id est,tres hypostases, uel subsistẽtes.Deniq;,& q̃q; supponit pro proprietate personali,sub eiꝰ tñ aliqua differẽtia, ut ex ꝓdictis pr̃.

Naturam signat, signat uel hypostasim anceps
Nomen personæ propria siue notat.

DISTINC. XXVI. QVAE INCIPIT,
Nunc de proprietatibus personarũ &c.epit.

¶Loquentes de diuinarum personarũ proprietatibus,ĩ primis cautos nos esse uenit de noie hypostasis,propter hæreticorum uersutiã, qui eo utebantur pro persona simul, & essentia, & per hoc simplices capiebant: quod tamen modo pro persona tantum,sine periculo accipitur. Est autem ꝓprietas psonalis patris,generare.filii,generari, ſpiritussancti,ꝓcedere uel ſpirari.Quæ q̃dem proprietates,relationes q̃dã sunt, q̃bus personæ adinuicẽ relatę distinguuntur:& paternitas, filiatio. & processio,dicuntur.A q̃bus,& psonarũ nomina,scilicet pater,& filius,& ſpiritussanctus,sumuntur. Neque tamen,quia relatiua sunt,accidentaliter dicũtur:quia in commutabiliter prædicantur. Dicitur autem solus filius in diuinis ,priè filius Dei,hoies aũt ꝓ adoptionẽ tãtũ filij Dei dicuntur. Sicut, & hoc intellectu. esse donũ,est ſpiritussancti propriũ, quo,& ipse ad alias personas referr̃.Quamuis etiã omnes communiter personæ nomine ſpiritussancti sumpto essentialiter nominari possunt, tertiæ tamen personę appropriatur sumptum relatiuè,& per hæc omnia, scilicet donũ,& ſpiritussanctus, ipsius intelligitur relatio,cui nomẽ non est impositũ.

Personam perhibent distingui proprietate,
Prædicat externum non tamen illa genus.

DISTINC. XXVII. QVAE INCIPIT,
Hic quæri potest, epitome.

¶Eadẽ est patris proprietas, q̃ his significat̃ nominibus,pater,paternitas,generatio actiua.Et filij, quæ significatur noĩbus his,quę sunt,filius,filiatio, gñatio passiua,& ſpiritussancti per hæc,quæ sunt, ſpũssanctus.ſpiratio passiua,& procedere ab utrisque. Significantur tñ hæ proprietates ꝓ ista nomina diuersis rõnibus. Nominibus em̃ personarũ (q̃ sunt,pater,filius,ſpiritussanctus,significantur nõ tã tũ proprietates,sed etiam hypostases : nominibus autem proprietatum,ut sunt,paternitas, & filiatio &c.significantur ipsæ proprietates, secundum se, vel actus ipsarum proprietatum, ut generare, nasci uel generari.Sunt autem, & nomina,quæ propriè filio cõueniunt,& personalẽ eius proprietatẽ præcisè exprimunt,quæ non subſtantialiter,sed respect.uè de eo,respectu patris dicunt̃: qualia sunt, genitus,uerbũ,imago. Dr̃ em̃ genitus genitoris genitus, & sic de alijs.Essentialia etiam q̃q; ponunt̃ pro personis,vt Deus de Deo,Deus genuit Deum, lumen de lumine,sed non econuerso.Non enim dicimus,uerbum de verbo,uel filius de filio, &c.

Vni personæ si multa vocabula dentur,
Res eadem multis fit manifesta modis.

DISTIN. XXVIII. QVAE INCIPIT
Præterea considerare oportet &c.epi

¶Præter eas ,ꝓprietates, q̃ supra dictæ sunt psonales,ut est paternitas,& huiusmodi, sunt adhuc q̃dã aliæ,de q̃bus est nomẽ ingenitus : qđ ad patrẽ spectat,& tamen aliã,q̃ hoc nomẽ paternitas , proprietatem importat.Non em̃ de rõne patris est esse ingenitum, cum absq; hoc aliquis esse possit pater. Est autem sensus alius illarum propositionum, patrem esse,& filiũ esse,quia hoc idem est.Vna em̃ est essentia diuina,qua uterq; est.Et illarũ esse patrẽ,& esse filium, trãspositis scilicet terminis.Non em̃ est eadem proprietas,qua ille est pater, & alter filius, ut patet Notandũ quoq; ꝙ nomẽ imago relatiuè q̃q; sumitur,& tunc soli,filio conuenit. Sumitur autem,& quandoque essentialiter pro tota trinitate,ad cuius scilicet imaginem homo dicit̃ creatus

Et pater,ingenitus cognomine dicitur apto.
Dicitur,& natus solus,imago patris.

DISTINC. XXIX. QVAE INCIPIT,
Est præt erea aliud nomen &c.epit.

¶Hoc nomen principium, in diuinis dicitur ad aliquid,& multiplicem notat relationem. Conuenit em̃ toti trinitati,& singulis personis. Est namque pater principium totius diuinitatis,quia principium filij,& ſpiritussancti:& sic est principium sine principio. Spiritussanctus autem est principiũ creaturę,& principium de utroq;.Estq; tota trinitas totius creaturæ unũ principiũ,& hoc ex tẽpore Quamuis aũt,& vna psona sit alterius principiũ, vt iã dictũ est:hoc tamen non est ex tempore, & essentialiter.sed notionaliter.Sunt aũt,& unũ principiũ ſpũssancti. pater,& filius:& hoc una notione, quãuis hæc,ut Magister dicit,nõ habeat nomẽ impositũ, q̃ tñ hodie à doctoribus dr̃ coĩs ſpiratio.

Omnes principium personas dicimus unum:
Principium,natum dicimus atq; patrem.

DISTINCT. XXX. QVAE INCIPIT,
Sunt enim quædam quæ ex tempore &c.epi.

¶Aliqua sunt relatiua,quæ de Deo ex tempore dicuntur,sine tamen sui mutatione. unde nec per hoc ei aliquid accidit,sed rei tẽporali:qualia sunt, creator,dominus,refugium,donatũ,& hniusmodi.Tunc enim cœpit hoc modo Deus esse creator, quando cœpit esse ipsa creatura,& sic similiter de alijs.De tempore tamẽ dicitur, ꝙ Deus nõ cœpit esse dominus tẽporis in tẽpore:sed cũ tẽpore, eo, ꝙ tẽpus in tempore esse nõ cęperit. Est ergo talis relatio realiter solũ in creatura, in Deo aũt solũ eius appellatio,seu scđm rõnẽ.Fit em̃ hoc,ut dictũ est,sine ipsius mutatione,sicut in simili nũmus sine mutatione sui fit preciũ.Hinc,& patet,quomõ ſpiritus sanctus puris mentibus sine sui mutatione confer̃.

Sit dominus rerum quamuis in tempore factus,
Non demutatum dicimus esse Deum.

DISTINCT. XXXI. QVAE INCIPIT,
Præterea considerare oportet &c.epit.

¶Illa nomina æquale,& simile in diuinis relationem quidem dicunt. sed ea est solum relatio rationis. Nihil enim est sibiipsi æquale,sicut nec simile: & tamen ꝓsonarũ æqualitas est secundum essentiã Aequalitas ergo in diuinis nihil aliud est,q̃ identitas uirtutis diuinarum personarum.estq; relatio secundum nomen,seu rõnis tãtũ.Et idẽ dicẽdum de ly simile.Qua propter,& aliqui dicere uolebant,ꝙ illa nomina in diuinis nihil ponerent,quod,& Magister approbare videtur.Sed hoc non tenetur. Affirmatur aũt in diuinis secundum appropriationẽ de patre unitas,& ęternitas, quia illa pertinet ad principium,qui & innascibilis dicitur.De filio aũt imago,species,& pulchritudo,& æqualitas,ob perfectã patris repræsentationẽ. De ſpiritusancto amborũ nexus,& charitas,munus quoq;,& usus:qa ꝓ ipsum,& ab ipso oĩa nobis donant̃.Quia uerò neutrũ genus ad essentiã referr̃, masculinum uerò ad personã.seu hypostasin,iõ pater,& filius,& ſpiritussanctus dicuntur quidem unum,non autem unus, nisi cum additione,ut vnus Deus, uel huiusmodi.

Natura æqualis,non proprietate,parenti.
Filius,ac unum,non tamen unus erit.

DISTINCT. XXXII. QVAE INCIPIT,
Hic oritur quæstio ex prædictis ,& c.epit.

¶Pater & filius in diuinis diligunt se ſpiritusancto. & hoc,capiendo diligere notionaliter,ut ponitur.

tur pro communi spiratione, differe nte scilicet ab essentia secundum rationem. Non autem est concedenda illa propositio, Pater sapit sapientia genita, seu p eã sapientiã, quã genit, ne filius q̃ est sapientia genita, videat esse cã sapientię in patre. Addum quæritur, an filius sapiens sit sapientia ingenita, concedi debet, eo, q̃ ipse eadem sapientia sapiens est, qua pater. Est enim sensus, q̃ filius est de sapientia ingenita. Concedit ẽt à quibusdã illa, filius sapiẽs est sapientia genita, uel seipso: quod idem est, non tamen à seipso. Est aũt una, eadem q̃ sapiẽtia patris ingenita, & genita secundum rem, secundum rõnẽ tñ differens. Hoc enim additũ, patris, facit sapiẽtiã stare pro psonis. Si uerò absolutè ponit stat p essentia, sicut, & de dilectione est cõsiderare. Vñ & sicut in deitate est dilectio, q̃ est pater, & filius, & spũs sanctus, scilicet ipsa diuina essentia, & tñ spũssanctus est dilectio, q̃ non est pater nec filius. nec tñ p hoc sunt duæ dilectiones, sed una tãtũ: sic est & suo mõde sapientia. Deniq; & diligere si capiat essentialiter, & idẽ est, qđ esse, tũc pater nõ diligit spũsctõ: sed bñ, si capiatur notionaliter pro passiua spiratione. Tunc em etsi idem sit, quod diuina essentia ẽm rẽ, nõ tamen secundum modum significandi. Secus tamẽ est hic de sapere, quod semper essentialiter capit.

Quamuis se genitor spiramine diligat almo,
Attamen is genito, non sapiente, sapit.

DISTIN. XXXIII. QVAE INCIPIT,
Post supradicta interius &c. epit.

¶Diuinarũ personarum proprietates sunt ipsæ personæ, sunt, & diuina essentia, ut paternitas est pater, & est diuina essentia. & sic, & filiatio filius, & processio spũsanctus. Nulla em in diuinis potest esse diuersitas nec cõpositio, sed ob diuinæ naturę simplicitatem Deus est quicquid habet, ubi non repugnat relatiua oppositio. Fuerunt autem aliq̃, q̃ hoc negantes, dixerunt ipsas proprietates non esse personas, sed quasi extrinsecus affixas, quasi proprietates sunt personæ. ideo eas non distinguunt. Sed hoc nõ sequitur. Nã, & se ipsa res distingui potest seu determinari. Addunt aũt dicentes, si proprietates sunt diuina essentia, ergo in eis personæ conueniunt, sicut, & in essentia, ubi non attendunt repugnare relatiuã oppositionem, Plenũ tñ horũ intellectum nemo mortaliũ habere põt, sed stãdũ est in his ueritati fidei. Neq; ẽt sequitur, paternitas est in essentia, ergo essentia generat, ut ipsi uolebãt. Non enim est ibi determinando uel distinguendo, eam, sicut est in persona, cuius est generare.

Vni personę quod conuenit, omnibus apte
Conueniet modo ni dempta relata fient.

DISTIN. XXXIIII. QVAE INCIPIT.
Prædictis autem adijciendũ est &c. epi.

¶Per hoc, q̃ in diuinis persona est idem cũ essentiam non est eadem res, quę generat, & generatur, ut hæretici uolebant: quia etsi generans, & generatum in substantia conueniant, non tamen in personalitate: quia persona, & essentia ẽm rõnẽ differunt. Etsi ẽt unus Deus dicatur tres personæ, sicque una essentia trium personarũ, & tres personæ unius essentiæ. non tamen potest sane dici unus. Deus triũ personarũ uel tres personę vnius Dei, Per hoc em significaretur Deus in aliqua habitudine principij respectu personarum, quod nõ valet. Neq; simile est de essentia, quia ly Deus significat in rõne principii effectiui, non autem essentia. Quòd autem patri attribuitur potentia, filio sapiẽtia, & spũisancto bonitas, q̃uis oẽs eadem potentia sint & sapientia, & bonitas. hoc fit, ne pater impotens putetur, & filius insipiens, & spũssanctus tumidus, ut in humanis seu creaturis esse consueuit. De nomine etiam homousios notandum, q̃ ad tempus propter hæreticos abolitũ, patefacta ipsius significatione, in consuetudinem locutionis est resumptũ, ualet tñ, id est, unius, & eiusdem substantiæ. Nomina uero trãslatiuè de Deo dicta, ut splendor, speculũ, & huiusmodi, intelligi debent secundum rationem translationis, & similitudinis eorum.

Personis eadem fuerit natura tametsi,
Est personarum candidus ordo trium.

DISTINCT. XXXV. QVAE INCIPIT,
Cumq; supra dixerimus, &c. epito.

¶Scientia Dei siue sapientia, quamuis simplex sit & una propter uarios tñ rerum status, & effectus multa sortitur nomina, ut scilieet iam dicatur præscientia, prout scilicet est de futuris, & omnibus iã bonis q̃ malis. iã dispositio, inquantum est de faciendis iã prouidentia, inquantum est gubernãdorum: quæ, & pro dispositione accipitur, licet interdum, & pro pscientia accipiat. Sapientia uerò uel scientia est de oĩbus tã bonis, q̃ malis, præsentibus & præteritis, temporalibus, & æternis. Si autẽ nulla futura fuissent, licet tolleret præscientia, dispositio, uel prędestinatio, quo ad respectum, & antecessionẽ, quã ad futura important, non tamen quo ad essentiam, q̃ tali respectui subiicitur. Intuet autem Deus oẽ futurũ ut sibi præsens, eo q̃ omnia tã præterita, q̃ futura, sicut & præsentia ab ęterno in Dei fuerunt scientia.

Nomina multa, Dei tenet una scientia, rerum
Quod splendens uarijs efficit ordo modis.

DISTINC. XXXVI. QVAE INCIPIT,
Solet hic quæri &c. epit.

¶Oĩa à Deo cognita sunt quidẽ in eius scientia nõ tñ illa oĩa dici debẽt esse in ipsius essentia. Multa em scit, q̃ essentia eius nõ sũt. Deus ẽt aliquo mõdo cognoscit bona, quo nõ cognoscit mala: q̃ scilicet in eo esse nõ possunt, cũ illa solũ in eo eẽ dicant, ad quæ in rõne principij ipse se habet, qualia nõ sunt mala, q̃ nec ipse approbat, Deniq; etsi oĩa, q̃ sunt de Deo, possunt dici ex ipso, nõ tñ ecõuerso, oĩa quæ ex ipso sunt, de ipso dici possunt, ut patet de creaturis: quæ quidem ex ipso sunt, quia ab eo factæ: non autem de ipso, quia non de sua substantia.

Nouit multa Deus, quę essentiæ inesse negantur.
Nouit non eodem, quo bona, praua modo.

DISTIN. XXXVII. QVAE INCIPIT,
Et quoniam demonstratum est &c. epit.

¶In oĩbus gñaliter rebus Deus est psentialiter, potẽtialiter, & essentialiter, sine tñ sui definitione, est, & id oĩ loco sine circũscriptione, ĩ oĩ ẽt tẽpore sine mutabilitate. Insup est in sctis specialiter, & excellẽtiùs, s. p gratiã suã. Excellẽtis imè aũt est ĩ hoĩe Chro, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat. Est ergo vbiq; p essentiã, sed ĩ solis bonis habitat p gratia. Priusq̃ aũt res aut scti essent, Deus q̃ nullius esset, æque ut mõ in se habitauit. Neque tñ p hoc, q̃ Deus psens est in rebus ẽt immundis, maculat sicut nec spiritus humanus à corpore leproso, nec à rebus fœdis radius solaris. Et quãuis Deus est vbiq; & in oĩ tpe, nec tñ talis est, nec localis: q̃a nec subest motui, nec loco terminat nec circunscribitur. Spũs autem creatus loco quidem terminatur non autem circunscribitur: q̃ & p tempus mouetur secundũ affectiones tempori subiacẽtes, non autem Deus. Qui, & sine sui mutatione de nouo incipit uel definit esse in creatura mõ p̃dicto.

Solus vbiq; Deus nullo discrimine rerum,
Mutatur nullo tempore siue loco.

DISTIN. XXXVIII. QVAE INCIPIT,
Nunc ergo ad propositum &c. epit.

¶Causa rerum est Dei præscientia, ita, q̃ res futuræ non fierent, nisi eas Deus præsciret, q̃q; impossibile sit eas non euenire. dum Deus eas pręsciuit, nec tñ per hoc sequitur, q̃ ipse sit cã malorũ, eo, q̃ mala ab eo scita sunt. Non enim noscit mala nisi notitia simplicis intelligentiæ, per quam notitiam non est causa rerum. Nisi forte sic dicatur causa malorũ, sine qua nõ. Nã sine eo mala nõ essent, licet ipse nec uelit, nec approbet ea, sed tñ bona. Stat autem, & cum Dei certissima præscientia contingentia futurorũ, ita q̃ non sequit, Deus ea certe præsciuit, & eius præscieutia falli non potest, ergo necessario eueniunt. Contingentia enim futura, secũdũ se contingentia sunt, licet certũ sit ea euenire quantum ad Dei præscientiam. Vnde propositiones illæ, & similes, impossibile est euenire, qđ Deus præsciuit, possibile est nõ euenire futurum à Deo pscitũ, coniunctim in sensu composito falsæ sunt, in sensu autem diuiso uerę. Tunc enim simul stat, ea à Deo pscita, & tamen in se fore contingentia,

Quamuis non possit diuina scientia falli,
Libera contingunt multa futura tamen.

DISTIN. XXXIX. QVAE INCIPIT,
Præterea quæri solet, &c. epi.

¶Etsi aliquid subiectũ esse possit sciẽtiæ Dei, qđ ante non fuit, aut ẽt desinere possit aliqd subiectũ esse eidem scientiæ, quod ante subiectũ fuit: tamẽ ipsa Dei sñia p hoc non mutatur, sed omnino immutabilis est. Hęc enim est eius sapiẽtia, & illa sua essentia. Vnde nec augmentari, potest, nec minui, imò, & absq; sui mutatione Deus scire potest qđ nescit, & potest uelle, qđ non uult. Et hoc, si propositiones illæ diuisim intelligantur. Sic em designãt Deũ habere libertatẽ, & potentiã oĩa sciẽdi uel nõ sciendi, sicut ab æterno habuit. Et hoc loquendo de sciẽtia approbationis. Potest ergo, & ad hunc sensum plura scire, q̃ scit, & econtra pauciora scire, q̃ scit, sed sine sui mutatione. Prouidẽtia quoq; Dei oẽs creaturæ simul gubernant, quãuis nõ æqualiter oĩbus, puideat, sed cuilibet ẽm modũ suum.

Vna manet semper diuina scientia, quando
Illam augere nihil, uel minuisse potest.

DISTIN. XL. QVAE INCIPIT.
Prædestinatio uerò de bonis &c. epit.

¶Prædestinatio (q̃ scilicet præscientiam secũdũ intellectũ psupponit) est gratię in præsenti, & glorię in futuro præparatio. Ipsa enim est solũ respectu saluandorum. Præscientia autẽ ẽt ad damnãdos se extendit. est autẽ certus prędestinatorum numerus, eo, q̃ nullus damnandus saluari potest, nec saluandus damnari. Vnde, & ille propositiones, præscitus potest saluari: vel, prædestinatus põt damnari: in sensu composito falsæ sunt, licet in sensu diuiso concedantur. Neque ẽt prædestinatus, nisi secũdum distinctionem datã. Nã cõiunctim hę & similes falsę, sunt, diuisim aũt uerę. Prędestinatus enim inquantum talis, nunquam potest dãnari: aliàs sciẽtia Dei mutabilis esset, & prędestinatio incerta. Cuius etiam effectus est saluatio, sicut effectus reprobationis damnatio.

Saluus erit, quemcunq; Deus prædestinat: idem
Quem rebrobat. Stygias tristis adibit aquas.

DISTINCT. XLI. QVAE INCIPIT,
Si autem quærimus meritum &c. epi.

¶Obdurationis quidem, quę scilicet est gratiæ diuinę subtractio, seu non collatio, meritum aliquid est. s. obdurati prędecẽs pctm: non aũt reprobationis, quæ s. est æterna. Prędestinationis autem nec quo ad æternã Dei electionẽ, nec quo ad tẽporalẽ ipsius gratiæ collationem, aliqua causa esse potest ex parte prædestinati: quia primam gratiã nullus meretur. aliàs gratia non diceretur, quę scilicet gratis datur. Sic ergo non propter merita, uel demerita futura Deus hunc elegit, & hunc reprobauit. sed liberè iuxta suæ beneplacitum uoluntatis, Neq; verò Dei reprobatio est cã peccati, sicut tñ eius prædestinatio est cã boni, eum peccanti liberum dederit arbitrium. Quamuis autem præscientia Dei quæ est respectu futurorum, minui possit, futuris scilicet in psens uel pteritũ transeuntibus, non tñ minui potest eius scientia, quę uidelicet est oĩum pteritorũ, sicut, & futurorũ, & presentium.

Non Deus ex meritis quenquam prædestinat, etsi
Peccatis reprobus sordeat ipse suis.

DISTINCT. XLII. QVAE INCIPIT,
Nunc de omnipotentia Dei &c. epit.

¶Omnipotens dicitur Deus, non ió qa põt oĩa, q̃ uult, sed quia põt oĩa, quæ sunt factibilia, seu quæ sub actiua cadunt potentia. Nã ad oĩpotentiã non sufficit oĩa, quæ quis uelit, alioquin, & quilibet beatus omnipotens dici posset. Nec ualet si dicatur, q̃ ipse non potest ambulare, aut loqui, & sic de alijs ergo non potest omnio. Potest enim, licet non per se, quia sibi non competit: tamen per nos, & in nobis ea facit. Sic nec valet, non potest mentiri fallere decipi aut peccare: ergo non potest omnia. Talia enim facere non est potentiæ, sed potius infirmitatis. Quòd autem quædam auctoritates dicunt eũ ideo omnipotentẽ dici, eo q̃ potest oĩa, quæ uult intelligendæ sunt: id est, Dei uoluntas impediri nõ põt. Filius quoq; sicut, & spiritussanctus, dicit omnipotens, licet non à se, quia uterq; est ab altero. tamen per se, quia eadem omnipotentia qua pater.

Sola Dei nullo constricta potentia fine est.
Quicquid enim esse potest, hoc facere ipse potest.

DISTINC. XLIII. QVAE INCIPIT,
Quidam tamen de suo sensu &c. epit.

¶Errauerunt, & defecerunt in scrutinio suo, qui potentiam Dei infinitam ad mensuram coartare uolentes, dixerunt Deum non amplius nec aliud nec melius facere posse, q̃ fecit, nec qđ facit omittere posse. Et rationes, quas adduxerunt, insufficientes sunt. Nam quod arguunt à ratione boni, & iusti, q̃ Deus nihil nisi tale facere possit, si referatur ad præsens tempus, nihil impedit. Nempè si Deus alia faceret uel meliora, similiter bona, & iusta essent: q̃uis quo ad omne tempus, nihil facere possit nisi bonum, & iustũ. Quòd etiã arguunt Deum nihil facere nisi, qđ dẽt, & oẽ, qđ debet facere nõ ualet, quia uerbum debiti in diuinis locum non habet. Quòd ẽt à rõnabili arguunt. s. oẽ quod Deus facit, esse rõnabile, dicimus etiã alia rõnabilia esse si ea faceret. De præscientia uerò, quod dicunt, supra

pra explicatum est. Quamuis etiam idē sint in Deo uoluntas, & potentia, tamē potētiæ plura subsunt, q̄ uoluntati. Hinc conclusiuè dicitur, Deum plura posse facere, quæ non uult, nec facit. Potest enim omnia possibilia, & non implicantiam. Posset etiā omittere, quæ facit: quod & hinc patet, cum possit iustificare omnes, quod tamen, vt constat, non facit.

Si dimissa Deus faceret, dimitteret acta,
Iniustum posset dicere nemo tamen.

DISTIN. XLIIII. QVAE INCIPIT. Nunc illud restat &c. epi.

¶ Rerum uniuersitatem Deus meliorem facere potest, q̄ fecit, Nam nisi hoc posset, creatura aut esset summè bona, & sic creatori æqualis, quod est impossibile: aut Deus ei maioris bonitatis capacitatem conferrè non possit, quod similiter falsum est. Nec obstat, q̄ sibi filium æqualem genuit, quia ille est de patris substantia: creatura autem de nihilo. Hæc tū intelligenda sunt ax parte rerū. Dei em̄ sapientia quæ facit, melior esse non potest, sed ipsa creatura. Non est ergo limitata diuina potētia nūc magis, q̄ unq̄ ad faciendum, quod uult, licet non eodem modo res ad eandem se habeant, ut patet in eo, quod in præteritum transijt. Sic, & de voluntate. & scientia suo modo dicendum est.

Longè aliter potuit, poterit q; potest q; creare,
Optima quantumuis, cuncta creata Deus.

DISTINC. XLV. QVAE INCIPIT, Iam de uoluntate Dei. &c. epit.

¶ Voluntas quidem Dei est idem realiter, quod sua essentia. q.a tñ ab ea differt ratione, sicut, & scientia, ideo aliqua uoluntati Dei attribuuntur, quæ non attribuuntur eius essentiæ. Non enim Deus est oīa, qui tñ uult omnia. Est autem diuina uoluntas causa uniuersalis omnium, & q̄ naturaliter, & quæ mirabiliter fiunt. Cumq; ipsa sit causa prima, ipsius non est quærenda alia causa, alioquin ipsa nō esset simpliciter prima. Nominatur quoque voluntas multipliciter. Nam quandoque accipitur propriè secundum quod est diuina essentia, & illa dicitur uoluntas beneplaciti. alia autem dicitur uoluntas signi, quæ in hoc differunt, quia illa est æterna, ista temporalis; hæc semper impletur, non autem ista: ut est præceptio prohibitio, consilium, permissio, & operatio, q̄ dicuntur uoluntas Dei, quia sunt eius signa, non quasi hæc omnia fieri uelit, sed quia ad modum uolentis se habet.

Quę uel sunt, uel erunt, uel quondam facta fuere,
Cunctorum ratio est unica, uelle Dei.

DISTINC. XLVI. QV AE INCIPIT, Hic oritur quæstio &c. epit.

¶ Semper impletur uoluntas Dei beneplaciti, qua. s. facit quæcunque uult in cælo, & in terra. Nec obstat, q̄ dicitur, uult omnes homines saluos fieri, & tamen non omnes saluantur. Nam hoc sic habet intelligi, id est, oēs quos uult saluos fieri saluantur. quomodo in simili dicitur illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. omnem scilicet qui illuminatur. Et in similibus similiter, Non etiá concedendum est, Deum uelle mala fieri. Nā tunc iniquis esse. Neque, q̄ uult non fieri mala, quia sic mala nunquam fierent. Sed magis diceendum est, q̄ non uult ea fieri, quia solū permittit. Vnde nec sic uoluntati eius reīstitur Neq; fieri malum, bonum est simpliciter, sed inquantū ex malis possunt elici bona. Nam bonum aliquod est tale in se, & ei cui fit, sed nō facienti. Et est aliquod bonū in se, & facienti, sed non cui fit Et est aliquod bonum in se & facienti, cui & fit. Est autem, & aliquod in se nō bonum, & facienti nocet: & tamen ad uniuersi ualet decorem à Deo ordinatum, Quod etiam dicit, mala fieri verū est, sed omne uerum est à Deo, ergo &c. Veritas quidem huius dicti à Deo est, sed non res dicta, id est malum. Veruntamen nullum malum fit, nisi à Deo (ut dictum est) permittatur.

Vult mala simpliciter nunquam Deus ipse, tametsi
Quo minus, haud quaquā semper agātur obest.

DISTINC. XLVII. QVAE INCIPIT. Voluntas quippè Dei semper &c. epit.

¶ Est autem, & semper efficax diuina uoluntas, nihilq; contra eam (quamuis præter eam) fieri potest, quin semper impleatur: & hoc aut à creatura, dum bene facit: aut de creatura, dum ipse de male faciente ordinat ut uult. Quòd autem præter Dei voluntatem aliquid fieri posse dicitur, cum tamen ei nihil resistere ualeat, intelligendum est quo ad ipsius permissionem: quod etiam est, dum aliquid fit cōtra eius præcepta, uel prohibitiones. Hinc, & obsequuntur diuinę uoluntati etiam mali; quia resistentes voluntati eius quæ præceptum uel prohibitio dicitur, ea faciunt unde uoluntas eius, quę ipse est, semper inuicta permaneat. Neq; etiā Deus omnia, quæ præcepit, uel prohibuit, ita fieri uoluit, sed ad modum uolentis se habuit, ut patet in præcepto de immolando Isaac, & de curatis lepr̄osis.

Haud ulla ip re unquam frustra est diuina uolūtas,
Quanquam sunt uulgo pessima mista bonis.

DISTIN. XLVIII. QVAE INCIPIT, Sciendum quoque est, &c. epit.

¶ Interest inter uoluntatem Dei, & hominis, adeo, quòd contingit quandoque aliquem mala voluntate velle id, quod Deus bene vult, ut si filius malus patrem mori uelit, quem, & Deus mori uult. Et econtra quandoque contingit, quòd quis uult bona uolūtate, quod Deus non uult, ut si bonus filius patrem velit viuere, quem Deus uult mori. Vnde bonam uoluntatem non oportet semper conformari uoluntati Dei in uolito, Denique, & quandoque Dei bona uoluntas per malam hominis uoluntatem impletur, ut in crucifixione domini Iesu patet. Non quasi actum Iudæorum malum Deus uoluerit, sed Christi passionem bonam. Hinc, & viris bonis dominica passio intuitu uoluntatis Dei & nostræ redemptionis placuit, non autem intuitu cruciatus sui. sicq; de eodem (sed non ob idem) lætabantur, & tristabantur. Sanctorum autem passiones quamuis, & ipsę bona uoluntate, & mala appeti potuerint: tamen hoc refert, quia sola Christi passio est nostræ salutis causa. Quam nobis idem concedere dignetur, qui cum patre, & spiritusancto uiuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum.

Velle Dei, & nostrum quanto discrimine distent,
Quàm varijs q; cupi res queat unamodis.

D.

D. DIONYSII CARTHVSIANI Prælectione portionis diuinæ.

PARS mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Thre. 3. Principe theologorum sacro, atque diuino Dionysio in de cælesti hierarchia capi. 1. testante, luciformis ex æterno patre ad nos manās radius, mentes nostras implet & illuminat, & denuo tā q̄ uiuificat virtus eadem reducit, & ad fontanā primi creantis principij lucem conuertit unitatem deificam præstans dei formēque in nobis simplicitatem efficiens. Ideoq; in epist. ad Ioh. apostolum theolo. Dio. Diuinæ, inquit, amatores ueritatis in Deum reducti, angelicam, atque impassibilem, & uelut incorpoream uitam in carne inchoantes assumunt. Summa quippè omnis creatę mentis perfectio ipsa est diuinę opationis, & uitæ imitatio, & participatio, & hoc in. li. de sacro principatu angelico. c. 3. dixit Theo. Hęc nēpè diuina imitatio, deificatio mentis ritè censetur. & quemadmodū in de eccle. hierar. 1. Dion. scripsit. Deificatio hæc mentis creatæ, unio eius, cōformitasq; ad Deum. Hanc deificationē, oīs sup cælestis aīus oīsq; uerè Chr̄ianus, summè. & finaliter cupit, & ad eā in oī qđ agit immobiliter cernit: qm̄ ipsa finis, est, itēq; cōsummatio oīs desiderij singultus, atq; suspirii. Interea: qm̄ nisi in Deo manentes, nil prorsus ualemus boni efficere, Deus uero uti 4. ca. de diuinis noībus summus docet theol. oībus quidē adest, ei aūt nō oīa assunt, sed tunc ei assumus dū reuoluto aīo, castis simis in eū mētē nostrā p̄cibus effundētes expādimus, thearchici suspirātes p̄ticipiū lūinis, & in diuīæ supplicifluæ, p̄rūpētes præconia lucis, sacras hymnologias, ac thearchiæ dulcifluos hymnos iō Iesum inuocātes, q̄ est diuinissima, & causalissima mēs, sicut 1. c. hūanæ hierar. theol. asserit, vt eius purissimis illustremur splēdoribus. ipsius præstātissimam matrē amantissimā Dei incōparabilē uirginē salutemus deuotè. Cardo, si tenetis, cœpti sermonis diuinæ erat p̄electio portionis: qm̄ q̄dē uani sunt oēs hoīes, q̄bus non subest scia Dei. Nemi nē em̄ amat altissimus, nisi qui cum sapīa permanet, & hæc insuper est uita æterna, vt cognoscamus Deum nr̄m. Verūtñ, qm̄ scīa sine charitate sic est, quēadmodū caro sine spū, & spūs sine gr̄a, quippè quę sine ea inflat, informis est, & vehemēcius dānat p̄pterea de Dei agnitione, ac dilectione, iam nunc p̄uiribus fari par erit. Sed aduertēdū, atq; pēsandū, q̄ ī oībus suis theologicis li. Dio. Timotheo tā districtè cōmittit: Hæc īq̄ēs, uide neq; īdoctorū videat. Deniq; quos ipe īdoctos appellet. 1. c. mysticæ theologiæ pādēs: Hos, īq̄t, eos aīo, q̄ in sensibilibus detēti sunt, & nihil supessentialiter eē arbitrantur, Hi equidē qđ capere neq̄unt, nō utiq; ueneran tur. Neq; hūliter discere cupiūt, sed irridētes cōtēnūt. Absit aūt lōgè à me, ut de vīm aliquo ita opiner. Igit̄ p̄tuēdū quēadmodū ī epi. 3, ad Gaiū monac. nr̄ ait hierarchia sublimis Areop. Ocultissimū ac supereſſentialæ diuinæ naturæ hūanit⁹ eēntiatū i. verbū Dei per assumptā hūanitatē, diuīæ nos intelligentię cōfortes efficit, & sapiales archetyparū, exāplariūq; radios rōnū influxit. Itaq; Dei, & creatoris sui cotēplationē desiderās, ultrūq; requirens intēdat. paulisemper, qm̄ vt ait theol. 1. c. de diuinis noībus, & ult. c. de hierarchia mūdana, primo quoque mysticæ theologiæ ca. duplici uia, ad super altissimę diuinitatis speculationē p̄ficiscēdū est, utpotè p̄positionē, & item principaliùs per ablationes. Emuerò cū sit Deus excelsus, uniuersorū cā fontana, & exemplare principium a quo, ut Arist. ait, depēdēt cęlū, & terra, atq; à quo ſm Platonē, & Proclū totus mūdus substantiā sortitus est. necesse in eo oīm, & singulorū perfectionem, nobilitatem que fateri, veruntū per excellentiorē super exaltatumq; modum. hoc autem modo Deum laudantes ut mističę theolo. ca. 1. magnus ait theol. à p̄stantissimis ordiri, ficq; pedetentim, ac seriatim ad inferiora descendere oportet. Denique ſm modū hūc laudat Theol. Deum benedictum in li. de diuinis nominibus, quo ad absoluta, in lib. quoque de diuinis characteribus, quo ad relatiua, & ut. 1. ca. de diuinis noībus sacer differuit, Dei natura bonitas est estq; Deus gloriosus, essentialiter bonus, & qui hoc intelligit, gratus fit: qm̄ multum intelligit, si tñ idipsum syncerè intelligit. Si quidem quemadmodū in Sum. con. gent. doc. S. inducit: Nullius entis natura uel species minorari in eo pōt ab eēntiali sui p̄fectione, uera, & plena, sicut quicquid ad eēntialē hoīs perfectionem pertinet, oī utiq; hoī inest. nam species rerum se hñt vt numeri: quia igitur Dei natura est bonitas, quicquid ad bonitatis nobilitatē. excellentiam, plenitudinem, perfectionemq; pertinet, in eo esse necesse est. Plenitudini aūt, perfectæ que bonitatis nobilitati, omnis ni fallor repugnat finis bonitatis, ac limitatio terminans, et ob id quicquid ad bonitatis decorē, maiestatēq; p̄tinet, Deo eminētissime penitus q̄uenit. unū eluc̄scit, q̄ diuina bonitas incommutabilis sit à nullo dependens, nulliusq; indigens, sed summa f̄elicitas immensa suauitas, purissima uita, infinitumq; lumē. Vnde 4. c. de diuinis noībus ait Theo. quemadmodum sol iste corporeus nō deliberans, neque p̄cogitans, sed ob ipsam inditæ sibi lucis plenitudinē, cōgenitāq; p̄prietatē cunctis capacibus, splēdoris sui radios insuit, nil prorsus q̄tum in se est, neq; in tñbris nec in caligine deserens, sic æternus, increatusq; sol ex ipa p̄priè bonitatis naturali proprietate liberalissima munificentia, ac incessanti ardore oēm entiū ordinē, lucis suæ emicatione cōstituit, irradiat, atq; conseruat, & bonificos insuper, boniformasq; radios super uultū uerè effundit, quorū cōicatione radiorū, uigoreq; luminum oēs supercælestes essentiæ indissolubilis, ac immortalis subsistentiæ factæ sunt, indestructibilē imminorabilemq; virtutē adeptæ, & ī deiformibus, ac hierarchicis actibus sem piternales īfatigalesq; effectæ. Hi splēdiflui atq; purissimi radij ex parte fontis uniformas, serenissimi, simplicesque sunt. Porrò secundum & participantiam gradus, ac ordinis dispartiuntur, obtenebrantur, & distinguuntur, ipsi verò ominem naturam creatam venustantem naturæ vultum, adornant, illuminant, qui si uel in ictu oculi desuper subtraherentur omnis mox immortalium. atque mortalium cęlestium, ac terrenorum pulchritudo tabesceret, & in primordiales originalis, chaos tenebras cunctas repente desiderent. ¶ In hoc autem c. Dio. sanctum Hierotheum uehementer exaltat, cuius occasione prę conii ea quoque uerba inseruit, ex quibus elici solet, dormitioni sanctæ uirginis ī: erfuisse Dio. & ego utiq; expositionē hāc amo nō arguo. Verūtñ q̄ scripta sāctæ Elisabet de tpe quo post passionē filij, genitrix sctā uixit, cōtentiose defendere uellet, aliter q̄ de corpore Marię Dionysii verba exponere posset. sic em̄ ait una trāslatio: Siquidē Timot. loqnens Theo. Nos, inquit, ut nostri, & ipse, & multi sanctorum fratrum nostro

rum

um,ad uisionem corporis vitę principis, & qđ Deum suscepit conuenimus. Aderat aut em frater Dei Iacobus,& Petrus prouectissima theologorũ summitas. Postea visum est ut uniuersi hirarchæ. idest apostoli laudarent,sed vnusquisque erat idoneus infinitæ uirtutis bonitatem thearchicæ infirmitatis. Porrò alia trãslatio sic habat:Quoniam,& cum ipsis ideo acceptabilibus nostris summis principibus. idest apostolis:Quoniam,& nos vt ęstimatur,& tu,& multi nostrorum sanctissimorum fratrum,in visionem vitam inchoantis, & Deum recipientis corporis conuenimus. Aderat autem frater Dei Iacobus, & Petrus vertex ac honorabilissima theologorum summitas .Hæc verba ut Vercellensis exponit de corpore Christi intelligi habent.refert namque quosdam cum apostolicis discipulis conuenisse in montem Sion Apostolos ad disputãdum, conferendumque de incarnatione uerbi,& si quod ait Dio.in uisionem,exponitur in contemplationem.Prima tamen. expositio cõiorem, & mihi utique ampliùs placet. Ampliùs autem post bonũ prętantissimum Dei nomen,& in quo sancta diuinitas lympidiùs contemplatur est esse, vt6.ca. de diuinis nominibus ait Theol.vnde Deus gloriosus Moysen Dei nomen scisitantem affari orsus:ego inquit,sum qui sum:hæc dices filiis Israel, qui est, misit. me. Et unigenitus Dei: Antequam, asserit, Abraã fieret,ego sum.Vnde sicut in Sum.cont.Paganos in li.de esse,& essentia.S.doctor determinat, Deus est esse tantũ idest Deus est esse purum incõpositum, simplicissimum, in se subsistens ideale, ac separatum.Esse quidem,ut Boethius, & Damasc. edisserunt,actualissimũ,& formalissimum est.Diuinum ergo esse absq; omni commixtione,ac additamento,in se super simplicissimè perseuerans, omnem actualitatem,& formalitatem,plenissimè, atque perfectè complectitur. Ideoque diuinum esse sine simplicitatis suæ iniuria,uitale est sapiale,ops, fęlicissimum,liberrimum, summè, dulce, summè amabile,summè pulchrum,iustum,sanctum,benignum,& quicquid præstans est,atque præclarum, neque est in Deo diuersitas,ulla,sed omnia hęc in superadorando Deo, simplicissima unitas sunt, & purissimum lumen. In hoc tamen summi distant theologi,quoniam Hilarius,& Damasc.Boet.& Ansel. præordinant in diuinis nominibus bonum enti. Dio. autem,& Hierotheus primum Dei nomen astruunt fore bonum,in hocipo ut Thomas testatur,Platonem sequentes.¶ Præterea post hęc aptissimum,lucidissimumque Dei nomen est, actus, & id à philosophis præcipuè dictum recordor, qm̃ nec Dion. de hoc nomine mentionem induxit. Est igitur ut 12.metaphysicę Aristoteles ait Deus actus purus, & quidem hoc tam subtile est,si ritè iutendo vt altius uolare non possit naturale ingenium Ideoq; inde pro nunc celeriter transeo.Tantundẽ uerò dicendum:quoniam actus,& potentia, diuidunt ipsum ens,Vnde sicut infimum entium.s.materia prima est pura potentia euius secundum se est duntaxat moueri,& pati: sic primum in entibus est purus actus,cuius secundum se est cuncta mouere,& agere,nil posse recipere,non pati, non mutari,non perfici,nec quippiam de potentialitate habere admixtum.¶Et quidem hæc est uia positiua contemplandi æternam,inscrutabilemque diuinitatem, ad quam omnis nostra agnitio, omnisque dominicę pasionis, ac humanitatis Christi conte platio ordinanda est.ipsa quippè præstantior, est, syncerior atque sãuior:mentem si tamen capax facta est,amplius imflammãs, deuotiorem quoque, humilioremque reddens.Porrò uia negatiua contemplandi ineffabilem,vt Dionisius astruit,efficacior est,& in ipsa ab infimis ordiri par est prout 2.c.mysticæ theologiæ Theo.fassus est.In primis qp pè sensibilia omnia,hinc uerò intelligibilia, atque dignissima,à superuiuenti,& cunctis incomparabiliter,infiniteque superexaltato Deo auferre oportet,uti .1&5.c. mysticę theo.docet. Ideoque in exordio epistolę ad Dorot.scripsit sanctus,q diuina caligo,in qua Deus habitare perhibetur,inaccessibile lumen est,& si quis in ea quid vidit, non Deũ uidit,sed ad eorum,quæ post Deum sunt.diuinorũ videlicet effluxus donorum,in quibus fontale,cau saleque iubar vtcunque resplendet. vnde ad Gaiũ epist.2.ait.Dio.q omnium summitas, superdiuinitatem,bonitatemque consistit, prout s.à nobis ea intelligere possibile extat.¶Insuper autem de dilectione Dei paulisper dicturus,hoc in primis commemoro:qm̃ bonum,& pulchrum,& dulce omnia appetunt,quemadmodum 4.cap.de diuinis nominibus Dio.introduxit. quo ergo ardore,quo utique zelo,& q̃ æstuanti feruore, amandus, amplectendus est,qui est oĩm bonorum fontana bonitas & item ipsa bonitatis essentia,cuius bonitas finem ignorat,& in quo supereminenter, itemque cum immensa plenitudine extat quicquid bonum est, quicquid ritè amari,aut concupisci ualet,fęlicissima,ac uiuifica uita,ęterna sępientia,interminabile lumen,omnipotens uirtus,summa fęlicitas plenissima pax:atque immensæ diuitiæ:¶ Enim uero Deus sublimis,& benedictus pulcher ẽ, omnisque sancti tatis origo,& totius radix munditiæ,neque aliud est superfęlicissimo esse,atque aliud pulchrum esse sed eius infinita hypostasis,infinita pulchritudo est splendor,& decor uniuersa pulchrificans,adornãs uenustans,cuius uultum astra matutina, omnesq; filii Dei eum insatiabili semper contemplantur ardore immobiliter,& inauertibiliter,& iucundissime in eum conuersi,& ipsa demũ diuina dulcedo eos gaudiosissimè reficit,atque in se cum inæstimabili,calidissimoque affectu suspensos, in se trahit, deglutit, transformat. Denique quemadmodum 12.c.de diuinis nominibus,& in li.de sacro principatu angelico asserit summus noster Philo. Pacem omnia cupiunt,& ad eam obtinendnm operatur, omne quod agunt:quoniam,& bella propter pacẽ fiunt Deus autem pax est omnem sensum exuperans,totique orbi harmoniam,& stabilitatem,& cõcordiam,& nexum impendens puippè qui fines supermundani sui palatii,empyrei cęli pacem reposuit,securissima,ac gaudiosissima tranquillitate, omnes militiæ snæ ignitas phalangas,excelsosque satrapas sibi inuicem uniens,in semetipsis stabiliẽs & in se quoque fęlicitas:Allegaui,iam nunc in collatione penitenti hubertim Dionisium, non semper uerba,sed sensum complectens, in hoc ipso mihi,uobisque parcens,eius quippè verborum tenorem,memoriæ commendare mihi quidem esset difficile, ea autem intelligere, uobis ni fallor non esset tam celeriter promptum . ac facile. Sunt uero ut Vercellensis testatur , quidam indocti, id incongruum illicitumque putantis:eum tamen sancti,& ipse quoque Dionysius hoc sæpius agat.Illustret faciem suam super seruos suos saluosque nos faciat in clemẽtia sua Res Messias,Christus dominus,cui est cũ ęterno genitore, ac almo paraclito gloria,magnificentia,imperium & potestas , & nunc, & in die ęternitatis , Amę

Sententiarum Tituli.

TITVLI SEV RVBRICAE LIBRI PRIMI SENTENTIARVM AB IPSO MAGISTRO PRIMVM SIC DIGESTI.

Dist.1. Omnis doctrina est de rebus, vel de signis.
De rebus quibus fruẽdum est uel vtendum,& de his, quæ fruũtur, & vtuntur.
Quid sit frui,vel uti.

Dist. 2. ¶De trinitate, & unitate.
Quæ fuerit intentio scribentium de trinitate.
Quis ordo sit seruandus cũ de trinitate agitur.
De testimonijs ueteris testamenti quibus trinitatis misterium declaratur.
De testimonijs noui testamenti ad idem pertinẽtibus.

Distin.3 ¶De cognitione creaturis per creaturas,in quibus trinitatis vestigium apparet.
De imagine, & similitudine trinitatis in anima humana.
De similitudine creantis, & creatæ trinitatis.
De crinitatis unitate.

Distin. 4 ¶Vtrum Deus pater se Deum genuerit.
Vtrum trinitas de uno Deo prædicet sicut unus Deus de tribus personis.

Distin.5 ¶Vtrum diuina essentia genuerit filium,vel genita sit a patre: vel de ipla natº sit filiº, vel spirituſanctus processerit.
Quòd filius non est de nihilo,sed de aliquo:non tamen de materia, sic & spiritusanctus.
Quare uerbum patris dicatur filius naturæ.

Distin.6 ¶Vtrum pater uolutate genuerit filium an necessitate,& an uolens,vel nolens sit Deus.
Vtrũ pater poterit vel noluerit gignere filium.

Distin.7 An posse gignere filium,sit aliqua potentia in patre,quæ non sit in filio.

Distin. 8 De ueritate,ac proprietate diuinæ essentiæ.
De incommutabilitate eiusdem.
De simplicitate eiusdem.
De corporali,& spirituali creatura quomodo sit multiplex,& non simplex.
Quòd Deus cum sit simplex:tñ multiplex dicitur
Quòd Dei simplicitas nulli prædicamentorum subijcitur.
Quòd Deus abusiuè dicitur substantia .
Quòd non est aliquid in Deo,quod non sit deus.

Distin.9 ¶De distinctione trium personarum.
De coæternitate patris, & filij.
De ineffabili,& intelligibili generationis modo.
Vtrum debeat dici:semper giguitur filius, vel sp genitus est.
De obiectionibus hæreticorum nitentium probare filium non esse coæternum patri.

Dist. 10. ¶De spiritusancto, q amor patris, & filij propriè dicitur,cum sit in trinitate amor,qui est trinitas,sicut verbum propriè dicitur sapientia, & tamen tota trinitas dicitur sapientia.
Quod eadem nomina propriè, & uniuersaliter accipiuntur.

Dist. 11. Quod spirituſanctus sicut patri,& filio ẽ cõmunis,ita commune nomen habet proprium .
Quòd spirituſanctus procedit à patre, & filio quem tñ Græci a filio procedere differenter.
De conuenientia latinorum,& græcorum in sensu,& differentia in uerbis.

Dist. 12. ¶Vtrum spirituſanctus priùs,vel pleniùs procedat a patre, quàm à filio.
Quod spirituſanctus principaliter,& propriè dicitur procedere à patre.

¶Quare spirituſanctus cum sit de substantia patris,non dicatur genitus,sed tantũ procedere Dist. 13.
Cur filius dicatur procedere, cum spirituſanctº non dicatur gigni.
Quòd non potest mortalis distinguere inter gñationem filij,& processionem spirituſancti.
Vtrum spirituſanctus debeat dici ingenitus, cũ non sit genitus.

¶De gemina processione spirituſancti,tẽporali, & æterna. Dist. 14.
Quòd non solum dona spirituſancti, sed etiam spiritus Deus datur hominibus,& mittitur.
An uiri sancti possint dare spiritumsanctum.

¶Quod spirituſanctus a seipso datur, & filius,q Dist. 15.
à seipso mittitur.
Quomodo intelligenda sit missio utriusque.
Quòd à spirituſancto etiam filius sit missus.
Quòd filius etiam sit datus à seipso.
Quomodo intelligendum sit illud,à me ipso non ueni .
Vtrum semel tantum sit filius missus, an sæpe.
De duobus modis misionis.
Quòd secundum alterum modum semel sit missus,secundũ alterũ sæpe,& secundum alterum modum dicitur missus in mundũ, secundum alterum non.
Quare pater non dicitur missus.
Quòd filius, & spirituſanctus non sunt quasi minores patre,quia missi.

¶De misione spirituſancti,quæ fit duobus mo- Dist. 16.
dis,uisibiliter,& inuisibiliter.
Quòd filius secundum quòd homo non modo patre,sed spirituſancto etiam minor est.

¶Quòd spirituſanctus est charitas,qua diligimº Dist. 17.
Deum,& proximum.
Quòd superna dilectio est Deus,nec pater uel filius,sed'tantum spirituſanctus.
Quòd non est dictum illud per causam : Deus charitas est,sicut illud. Tu es patientia mea,& spes mea.
Quo spũſanctus mittatur,vel detur nobis.
Vtrũ spirituſanctus augeatur in homine,uel minus, vel magis habeatur, vel detur, & an deẽ habenti,vel non habenti.
Quòd aliqui dicunt charitatem Dei, & proximi non esse spiritumsanctum.

¶Vtrũ concedendum sit per donum dari dona. Dist. 18.
Vtrum spirituſanctus eadem'ratione dicatur donum,qua datum siue donatum.
Quod sicut filius nascendo accepit non tantum ut esset filius sed etiam essentia, ita spirituſanctus procedendo accepit non tantum ut esset donum,sed etiam,ut essent essentia.
Quòd spũctũs dr donũ, & donatũ secũdũ duos modos prædictos processionis, qui secũdum, q donum est, refertur ad patrem, & filium secundum,quod datum,ad eum qui dedit,& ad eos,quibus datur.
An filius cum sit nobis datus, possit dici noster, vt spirituſanctus.
Vtrum spirituſanctus ad seipsum referatur. Dist. 19.
De qualitate trium personarum.
Quod ęternitas,& magnitudo,& potẽtia in Deo vnum sunt,& si uideantur diuersa.

Quod

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Quòd aliqua personarum aliam non excedit magnitudine, quia non est maior una persona alia, nec malus aliquid duæ, quàm una, nec tres, quàm duæ uel una.

Quomodo dicitur pater esse in filio, & filius in patre, & spiritussanctus in utroque.

Quòd nulla personarum pars est in trinitate.

Quare tres personæ dicantur summè unum.

Cum dicimus tres personas esse unam substãtiã, vel essentiã, nec ut genus de speciebus, nec ut speciẽ de indiuiduis prædicamus, qa nõ est essentia genus, & persona species, vel essentia species, & personæ indiuidua.

Quòd nec secundum materialem causam dicuntur tres personæ una essentia.

Nec ita dicũtur tres personæ una essentia, ut tres homines una natura, vel unius naturæ.

Vtrũ tres personę differant in numero, quæ in ꝓprietatibus distinctæ sunt.

Quare tres personę simul non sint maius aliquid quàm vna.

Quòd Deus non est dicendus triplex, sed unus.

Dist. 20. ¶Quòd aliqua personarum non excellit aliam potentia.

Quòd non minus potest filius, quàm pater.

De obiectionibus hæreticis contra hoc, & respõsionibus catholicis.

Dist. 21. ¶Quomodo possit dici solus pater, uel solus filiꝰ vel solus spiritussanctus, cũ sint inseparabiles.

Vtrum debent dici solus pater est Deus: vel solus filius est Deus: vel solus spiritussanctus est Deus. An pater est solus Deus, filius est solus Deus, spiritussanctus est solus Deus.

Quomodo trinitas dicatur solus Deus, cum ipsa sit cum spiritibus, & animabus sanctis.

Dist. 22. ¶De nominum differentia, quibus utimur loquẽtes de Deo.

De his, quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiuè dicuntur.

De hoc nomine, quod est trinitas.

De his, quæ temporaliter Deo conueniunt, & nõ relatiuè dicuntur.

De his, q̃ propriè ad singulas personas pertinent & de his, quæ unitatem essentiæ significant.

Dist. 23. ¶De hoc noïe, quòd est persona, quod cum secũdum substantiam dicatur: tamen non singulariter, sed pluraliter accipitur in summa.

Qua necessitate dictum sit, tres personæ a latinis & à Græcis tres hypostases, vel substantiæ.

Quare uõ dicimus patrem, & filium, & spiritum sanctum esse tres deos, ut tres personas.

Cur non dicimus tres essentias ut tres personas.

Quòd in trinitate non est diuersitas, vel singularitas, uel solitudo, sed unitas, & trinitas, & distinctio, & identitas.

Quòd non debet dici Deus multiplex.

Dist. 24. ¶Quid significetur his nominibus, vnus uel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus, uel trinitas, plures uel pluralitas, distinctio, uel distinctæ, cum his utimur loquentes de Deo.

Dist. 25. Quid significetur hoc noïe persona in plurali numero, scilicet cum dicitur personæ.

De triplici acceptione huius nominis persona in trinitate.

Ex quo sensu dicatur, alia persona patris, alia filij, alia spiritussancti: siue alius in persona pater, alius in persona filius, alius in persona spiritussanctus.

Dist. 26. ¶De hoc nomine hypostasis.

De proprietatibus ꝓsonarum, & de nominibus earum relatiuis.

Quòd non omnia dicuntur de Deo secundum substantiam, quædam enim secundum relationem, non tamen secundum accidens.

Quare dicatur proprium esse unigeniti filiũ Dei esse, cum etiam homines sint filii Dei.

Quòd homo dicitur filius trinitatis, & trinitas, pater hominum.

Quòd spiritussanctus eadem proprietate donũ, dicitur, qua spiritussanctus, & utroque modo relatiuè ad patrem, & ad filium.

Vtrum pater, vel filius, vel trinitas ipsa possit dici spiritussanctus.

Quòd non omnia, quæ relatiuè dicuntur, suis ad se uicesim respondent uocabulis.

Dist. 27. ¶Quæ sint ille proprietates, quibus distinguunt personæ.

Quòd non oĩno est idem dicere, esse patrem, & genuisse, uel habere filium.

Quòd proprietates determinant hypostases, nõ substantiam idest naturam.

De generali regula eorum, quæ ad se, & eorum quæ relatiuè dicuntur.

An secundum substantiam dicatur Deus de Deo & huiusmodi.

Dist. 28. ¶Quòd nõ tm̃ tres sint proprietates personarũ.

An solus pater debeat dici non genitus, vel non filius, sicut dicitur ingenitus.

De proprietate, quàm notat ingenitus.

Respõsiõ Ambrosij cõtra Arrianos de ingenito.

An diuersum sit esse patrem, & filium esse.

Si sapientia genita dicitur secundum relationẽ, vel secundum substantiam.

De imagine.

Dist. 29. ¶De principio.

Quòd ab æterno pater est principium, & filius, sed non spiritussanctus.

Quomodo pater sit principium filij, & ipse cum filio spiritussancti.

An eadem notione pater, & filius sit principium spiritussancti.

dist. 30. ¶De his, quę temporaliter de Deo dicũtur, & relatiuè secundum accidens, quod non Deo, sed creaturis accidit.

An spiritussanctus dicatur datum, vel donatum relatiuè ad se, cum a se detur.

dist. 31. ¶An filius dicatur æqualis, uel similis patri secũdum substantiam.

De sententia sancti Hilarii, qua trinitatem personarum propriam ostendit.

Quare patri attribuitur unitas.

Quare pater, & filius dicant esse unum, uel unus Deus, sed non unus.

Quare dicitur æqualitas esse in filio.

Quare in spiritussancto dicitur esse uirtus, concordia, vel connexio.

dist. 32. ¶Vtrum pater, uel filius eadem dilectione se diligãt, quæ procedit ab utroq; i. spiritussancto.

Vtrum pater sit sapiens sapientia, qua genuit.

An filius sit sapiens seipso, vel per ipsum.

An vna sit tantum sapientia patris.

Sicut in trinitate est dilectio, quæ est trinitas, & tamen spiritussanctus est dilectio, quæ non est trinitas, nec ideo sunt duæ dilectiones, ita, & de sapientia.

Quare pater non dicitur sapiens sapientia genita: sicut dicitur diligens dilectione, quæ ab ipso procedit.

¶Vtrum

Dist. 33 ¶Vtrum proprietates personarum sint ipsæ personæ, vel diuina vsia.

Quomodo proprietates possint esse in natura Dei, nec eam determinent.

Dist. 34. ¶De verbis Hilarij, quibus secundum prauorum intelligentiam videtur dicere non idem esse diuinam naturam, & rem naturę, & non idem esse Deum, & quod Dei est.

Vtrum ita possit dici vnus Deus trium personarum, vt dicitur vna essentia trium personarum, & tres personæ vnius Dei, vt tres personæ vnius essentiæ.

Quod potentia, sapientia, bonitas, in scriptura interdum ad personas distinctè referuntur.

Quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas attribuatur: cum sit vna sapientia, bonitas trium.

De hoc nomine homousion, vbi in auctoritatem receptum sit, & quid significet.

Dist. 35. ¶De scientia, præscientia, prouidentia, dispositione, & prædestinatione Dei.

De quibus sit præscientia, vel prouidentia.

De quibus dispositio.

De quibus prædestinatio.

De quibus prouidentia.

De quibus sapientia, uel scientia.

Vtrum præscientia, uel dispositio, vel prædestinatio Dei esse potuerit, si nulla essent futura.

Quod scientia Dei temporalibus, est & æternis.

Quomodo omnia dicuntur esse in Deo, & vita in eo.

Dist. 36. ¶Vtrum omnia debeant dici esse in Dei essentia, vt in Dei cognitione, vel præsentia esse dicuntur.

Qua ratione bona dicuntur esse in Deo, & non mala.

Vtrum idem sit omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso.

Quod omnia sunt in quodlibet trium, & per ipsum & in ipso.

Quod omnia, quę ex Deo sunt, etiam de ipso sunt.

Dist. 37. ¶Quibus modis dicitur esse Deus in rebus.

Quod Deus non vbicunque est, habitat, & econuerso.

Vbi erat Deus antequam esset creatura.

Quod Deus cum sit in omnibus rebus essentialiter, non tamen coinquinatur sordibus rerum.

Cum Deus sit vbique, & semper: non tamen localis: nec loco, nec tempore mouetur.

Quibus modis aliquid dicatur locale, vel circunscriptibile.

Quid sit mutari secundum tempus.

Vtrum spiritus creati sint locales, & circunscriptibiles.

Quod Deus est vbique sine locali motu.

Dist. 38. ¶An scientia, vel præscientia Dei sit causa rerum, vel econuerso.

Vtrum præscientia Dei possit falli.

Dist. 39. ¶Vtrum scientia Dei possit augeri, vel minui, vel aliquo modo mutari.

An Deus possit nouiter, vel ex tempore scire, vel præscire aliquid.

Vtrum Deus possit scire plura, quàm scit.

Quod Deus, & semper, & simul scit omnia.

¶An aliquis prædestinatus possit damnari, vel reprobus saluari. Dist. 40.

Quid sit reprobatio Dei, & in quibus consideretur, & quis sit prædestinationis effectus.

¶Vtrum aliquod sit meritum obdurationis, vel misericordiæ. Dist. 41.

De varijs super hoc carnalium opinionibus.

An ea, quæ scit semel Deus, vel præscit, semper sciat, vel præsciat, & semper scierit, vel præscierit.

¶De omnipotentia Dei, quare dicatur omnipotens: cum nos multa possimus, quę ipse non potest. Dist. 42.

Quomodo dicatur Deus omnia posse.

Quod omnipotentia Dei secundum duo consideratur.

¶Inuectio contra illos, quis Deum dicunt nil posse nisi, quòd vult, & facit. Dist. 43

¶An Deus possit facere aliquid melius, quàm facit, vel alio, vel meliori modo. Dist. 44

Vtrum possit Deus semper omne, quòd potuit.

¶De voluntate Dei, quæ essentia Dei est, & de significis eius. Dist. 45

Quod licet idem sit Deo velle, quod esse, non tamen potest dici Deus omnia esse, quæ vult.

De intelligentia harum locutionum: Deus scit, vel Deus vult: Deus scit omnia, vel vult aliquid.

Quod Dei voluntas summe bona, causa est omnium, quæ naturaliter sunt: cuius causa non est quærenda, quia prima, & summa causa est omniũ.

Quibus modis accipitur Dei voluntas.

Quod præceptio, prohibitio, permissio, consilium, operatio, nomine voluntatis interdum intelligun tur, vel accipiuntur.

Vtrum Deus velit ab omnibus fieri ea, quæ præcipit, vel non fieri ea, quæ prohibet.

¶Quod voluntas Dei, quæ ipse est, in nullo cassari potest. Dist. 46

Quomodo intelligendum sit illud: Voluit congregare filios tuos, & noluisti. Et illud.

Qui vult omnes homines saluos fieri.

Vtrum mala Deo nolente, vel volente fiant.

Quomodo intelligendum sit illud Augustini, Mala fieri bonum est.

De multiplici acceptione boni.

Quod mala vniuersitati valent.

Quod in Deo non est causa, vt sit deterior homo.

Quomodo voluntas Dei de homine impletur quocunque se uertat. Dist. 47

Ex quo sensu quædam dicuntur fieri contra Dei voluntatem.

Quare præcepit Deus omnibus bona facere, & mala vitare, & si non id ab omnibus uult impleri.

Quod homo aliquando bona uoluntate aliud uult, quàm Deus, & mala idem, quòd Deus. Dist. 48

¶Quòd Dei uoluntas per malas hominum uoluntates impletur.

Vtrum placuerit uiris sanctis, quod Christus moreretur, & pateretur.

Vtrum passiones sanctorum debeamus uelle.

FINIS.

DIVI
DIONYSII CARTHVSIANI
PROTESTATIO AD SVPERIOREM SVVM
quo motiuo ſua in vtrunque Teſtamentum conſcripſerit Commentaria operaq; reliqua.

EGo frater Dionyſius toto corde profiteor, quòd ſacram ſcripturam exponere, paruitatem meam omnino tranſcendit, tam quantũ ad ſcientiam, & rationem profeſſionis (quia monachus ſum, cuius eſt lugere, & illuminari potius, quàm docere, vel illluminare) q̃ ro̅ne vitæ meæ, intantum imperfectæ, & miſeræ: ſed in bonitate, & gratia ſpirituſſancti, qui abiecta, & cõtemptibilia, & ea, quæ non ſunt, infirma quoq; , & ſtulta mundi eligere cõſueuit, p̃fidens, hucuſq; exercitiũ iſtud continuaui, & quantum in me eſt paratur ſum proſequi, dummodo ſapientiæ veſtræ iudicio placitum fuerit. Deprecor aũt bonitatem ſpirituſſancti, vt in id, quòd eſt magis ad gloriam ſuam, & meum, & aliorum profectum, mentem veſtram inclinare dignetur. Præterea fateor, q̃ quãtum meip ſum pro viribus examinando deprehendere queo, nõ ſum mihi conſcius, quòd ex aliqua vanitate, vel propter finem viliſſimum, ſcilicet pp famam, vel aliquid tale priuatum, temporaleve commodum exercitium iſtud aſſumpſerim, vel proſequi optem, imò potius, vt occupando me quotidie in ſcripturis, ſm eas viuere valeam, ueniendo ad ueram humilitatẽ, mãſuetudinem, patientiam, quibus ſumme indigeo. Et ſi aliter eſt, uel alio fine hæc ago, tunc ſum bene, & nimis miſerimus, vtputa documẽtis ſacræ ſcripturæ tam inaniter, & inſipienter abutens. Totis tamen præcordijs Deo gratias ago, q̃ tam iuuenis religionem ingreſſus ſum, vtputa viginti vnius anni exiſtens. In qua nunc per gratiam Dei quadraginta ſex annis permanſi, in quibus aſſiduè, Deo laus, fui ſtudioſus, & multos legi auctores, ſcilicet ſuper Sententias, Thomæ, Alberti, Alexandri de Hales, Bonauenturæ, Petri de Taranthaſia, Aegydij, Richardi de media villa, Durandi, & aliorum. Libros etiam ſanctorum patrum: Hieronymi ſuper omnes prophetas, & alia multa volumina eius, Auguſtini, Ambroſij, Gregorij, Dionyſii Areopagytæ, doctoris mei electiſsimi, Origenis, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli, Baſilij, Chryſoſtomi, Damaſceni, Boethij, Anſelmi, Bernardi, Bedæ, Hugonis, Gerſonis, Gulielmi Parrhiſienſis. Præterea Summas oẽs vulgares, & Chronicas, totum Ius Canoni cum, & Ciuile, quantum mihi cõueniebat, multos commentatores vtriuſque Teſtamenti, & quicquid naturalium philoſophorum habere potui. Platonis, Procli, Ariſtotelis, Auicennæ, Algazelis, Anaxagoræ, Auerrois, Alexandri, Alphorabij, Abubatheris. Euemphote, Theophraſti, Themiſtii, ac aliorum. Verum, quo exercitium iſtud magis eſt ſpirituale, laborioſum ſtudio, & negotio plenũ, eo videtur mihi ſalubrius, ſiue accommodatius ad mortificationem ſenſualitatis, & carnalium deſideriorum. Fecit etiam libentius me manere in ſolitudine. Quamuis inſuper ſcriptura ſit multum euidenter, & copioſè expoſita à magnis doctoribus, ſanctisq; patribus, tamen (vt Gerſon ſcribit) ſicut exterior guſtus ſecundum perſonas, & tempora diuerſificatur, & nunc iſto nunc illo cibo delectatur, interdum quoque vilioribus eduliis amplius exhilaratur, & confouetur: Ita & de interioris guſtus palato cenſetur. Vnde in fine ſecundi Machabæorum inducitur, quòd alternis vti delectabile eſt, & nunc aqua nunc vinum delectat. Poſtremò Gerſon docet, quòd in menſa ſapientiæ noua ſemper fercula proponi debent. Abſit tamen à me, abiecto, atque viliſſimo, vt arbitrer me in menſa ſapiẽtiæ recentia fercula poſſe ponere. Sed vt S. Hieronymus ait: In domo Dei vnuſquiſque offert, quòd poteſt, nec aliorum opes aliorum inopia queunt fœdari, imò magis ornantur, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis illuceſcunt. Itẽ ſecundum Auguſtinum in libro de Trinitate: Expedit de eadem materia plures fieri libros, quia non omnium ſcripta ad omnes deueniunt. Et ſecundum eundem: Noua aliquibus amplius placent, & conferunt. Sunt autem, & aliæ cauſæ me mouentes, quas propter breuitatem omitto, & ne me ad obtinendam licentiam videat nimis armare. Nec iſtas tetigi intentione armãdi me, &c. ſed vt iuxta veſtræ paternitatis commiſſionem, ſcriberem, atque oſtenderem vobis quid cordis in iſto exercitio geram. Itaque ſub P.V. correctione ſcripta ſunt hæc, quia & hæc ſcribere mihi commiſiſtis.

1.Mach. 15

Hieronym.

Philoſop. Auguſtini.

DIVI
DIONYSII CARTHVSIANI
IN QVATVOR LIBROS SENTENTIARVM
FIDEI CATHOLICAE,
In quorum primò agitur de inexplicabili myſterio ſanctiſsimæ Trinitatis, in ſecundo de ſpiritualium, & corporalium rerum creatione, lapſuq; hominis.

In tertio de incarnatione verbi, & hominis reparatione, in quarto de ſeptem eccleſiaſticis ſacramentis.

PROLOGVS.

Eccl. 43. Eccl. 1. 2. Cor. 1. Ioan. 17. Sapiẽ. 8. 1. Ioan. 5. Ioan. 18.

SAPIENTIAM omniũ antiquorũ exq̃ret ſapiẽs. Eccl. 43. Sapientiã nobis p̃cipuè eſſe appetẽdã, & exq̃rendã, ipſemet fons ſapiæ, verbum Dei in excelſis, Chriſtus dñs, virtus & ſapia Dei p̃fis, docuit atque teſtatus eſt: q̃ in actu ſapiẽ beatitudine nr̃am cõſiſtere perhibẽs, ait: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te verum Deum. Hinc ſyncerus ſapiẽ diſcipulus & amator fateꝫ: Hanc amaui, & exquiſiui a iuuẽtute mea, & q̃ſiui ſpõſam mihi eã aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Tanta eſt. n. dignitas ſapiæ, vt pp eã nobis in hac vita inchoatiuè, atq; in futuro ſeculo plenè, & conſummatè manifeſtandã, ipſe vnigenitus p̃fis æterni, in mundum iſtum p incarnationis myſteriũ venire dignatus ſit, quemadmodum in prima canonica ſua ſctũs affirmat Ioannes, Scimus q̃ filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum. Filius quoq; Ego, inqt, in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundũ, vt teſtimoniũ phibeã veritati. Quid aũt eſt veritati teſtimoniũ phibere, niſi falſitatibus, atq; errorib. reprobatis, verã, & ſalutarẽ ſapiam docere? Oportet ergo ſapiæ opãdare, ſtudioq; ſalubri ordinate vacare, & ipſam notitiã ad ſyncериſimum deitatis amorẽ referre, ſicq; p ſapiam amoroſam ad plenã, & æternã beatitudinẽ i deſinenter aſpirare, imò, & accelerare, q̃n oĩs ſapia vitæ p̃ſentis, oĩs lux notitiæ huius uiæ, oĩs p̃fectus, & ſplẽdor exercitationis viantiũ, reſpectu beatificæ contẽplationis, ac luminis gloriæ, p̃fectionisq; beatorũ, eſt velut ignorantia, tanq̃ vmbra, & ſicut defectuoſitas inuoluta intuẽ, vt, p̃fectiſſima cognitio, q̃ de Deo altiſsimo habemus in mundo iſto, ſit p abnegationẽ, & ablationẽ oĩum prorſus ab ipſo: quemadmodũ, & q̃nto myſticæ Theologiæ capitulo diuinus Dionyſius p̃dixit, dicendo: Hoc eſt Deũ verè cognoſcere, ipſum ſup ſubſtãtialẽ ſup ſubſtãtialiter p oĩum entiũ ablationẽ laudare, ſicut, & ſup Ioãnẽ ait Chryſoſtomus, q̃ ſtãti in ripa oceani, hoc eſt ipſum oceanum intueri, nõ poſſe totũ p̃ſpicere, nec finẽ eius uiſu attingere. Hoc & philoſophi ſuo mõ agnouerunt quorum unus i libro de Cauſis differuit: Cauſa prima eſt ſupior oĩ narratione, & nõ narrat niſi p cauſas. Itẽq;, Nõ eſt ei, inqt, diminutio, nec cõplementũ. Cæterũ, q̃uis tãta ſit defectuoſitas, paruitas, ac pauciras ſapiæ viæ, reſpectu ſapiæ patriæ: nihilominus ſapiẽtia tpe legis euãgelicæ reuelata in primis p Chriſtum, deinde p miſſionẽ, & inſpirationẽ ſpiritus ſancti, deinceps p̃ glorioſos apoſtolos, & euangeliſtas, ad demum p̃ ſanctos patres, tandẽq; p doctrres catholicos, atq; ſcholaſticos, nõ ſolum in diuinis ſcripturis, ſed in oĩ ẽt philoſophia nobiliter eruditos, p̃clara & magna eſt valde, nõ ſolum philoſophorum, ſed & theologorum veteris teſtĩ, ac legis naturæ, ſapiẽtiã, atq; ſciam vehemẽter tranſcendẽs. Nã ut (teſte Gregorio) ſapia p tporum proceſſum creuit ante ſaluatoris aduẽtũ, ita & interim: & maximè a tẽpore quo Magiſter Petrus Lõbard⁹ Parrhiſiẽſis eps, librũ cõportauit Sniarum, vr̃ ſapia multã, & magnã eluci dationẽ, excreſcẽtiã, exhuberantiãq; ſortita. Qđ olĩ Iſaias p̃uidens: Repleta eſt, inqt, terra ſcia dñi, quaſi aq̃ maris oپentis. i. valde abũdãter. Et q̃ latebãt, i lucẽ p̃ducta ſunt. difficultatesq; ſcripturarum sũt enodatę: & q̃ fidei Chriſtianæ obijci queũt, & a perfidis obiecta ſunt, egregiè ſoluta, imò nõ ſolum loca ſcripturæ difficiliora, ſed inſup verba, & ſcripta ſanctorum patrum, in expoſitionibus ſcripturarum, aliiſq; tractatibus multa difficilia, & obſcura ſcribentiũ, p̃ pfatum Magiſtrũ, & p uiros illuſtres ſtudioſos ſcholaſticos, qui ſup librum Sniarum inclytè ſcripſerunt ſubtiliter ſunt diſcuſſa, magiſtraliter declarata, catholicè p̃tractata. Quia vero iã quaſi innumerabiles ſup ipſum Sniarum librum ſcripſiſſe noſcunt. & adhuc quotidie alĩ ſcribunt, ẽt plus forſitã q̃ expedit, dũ p ſcripta q̃dã nouorum minus p̃clare, ſcripta antiquorum p̃clariora minus curant, legunt, & exquirunt: hinc intẽtio mea eſt in ope iſto, ex cõmẽtarijs & ſcriptis ſanctorum magis authẽticorum, famoſiorum, & excellẽtiorum, quãdã facere extractionẽ, & collectionẽ, atq; doctorum illorum mẽtẽ i unũ volumẽ redigere, quatenus ſicut ipſe textus libri Sniarũ, ex uerbis, & documẽtis ſanctorum patrum eſt collectus: ita & opus iſtud ex doctrinis, & ſcriptis p̃tactorum ſup librum Sniarum ſcribẽtium, adunet. Verum tñ̃ opi huic intẽdo inſerere, & miſcere q̃dã ex libris doctiſſimorum uirorum, q. etſi ſup Snias nõ ſcripſerunt, tñ ſcripta eorum libro rñdẽt Sniarum: ut ſunt ſcripta Gulielmi Parrhiſiẽſis, Vdalrici de Argẽtina, Hẽrici Gãdaui. Nã Summa dñi Gulielmi Antiſiodorẽſis epi, libro Sniarum in materia, & p̃ceſſu correſpõdet directè. Intẽdo aũt, & breuiter tãgere, in q̃b⁹ doctores p̃tacti cõcordẽt, & in q̃bus ab iuicẽ diſſentire videanꝫ: et gr̃a exẽpli, placet hoc mõ p̃cedere: Mota q̃ne, & argumẽtis aliq̃bus breuiſsimè tactis, ponãr rñſionẽ i primis alicuius famoſi doctoris, ut S.

veteris inſtrumenti ac naturæ legis ſapiẽtiam.

Gregor⁹.

Iſaiæ. 11.

Intẽtio autoris.

Modus p̃cedendi.

Dionyſi⁹ Areopagita, & martyr.

Chryſoſt.

Liber cauſarum.

Nouę legis ſapia antecellit

Thomæ, Alberti, Alexãdri de Hales, Bonauẽturę, aut Hẽrici: deide rñsion i illi adijciã ea, q̃ sequaces eminẽtiores doctoris illius, addunt ultra ea, q̃ doctor ille induxit, & scripsit: sicut p̃clariores scti Thomæ sequaces uidenť esse, Petrus de Tarãtasia, & Richard⁹ de Media villa: q tũ in aliq⁹ recẽdunt a Thoma. Deinceps ponã aliorum maiorum rñsa, & sequacium eorundẽ. Nec solum inducã ea, q̃ in cõmẽtarijs suis sup Snias scribunt, sed & alia, q̃dã vtilia ad ꝓpositũ ꝓuentia, q̃ in alijs suis scribunt tractatib⁹, cõmentarijs ac Summis. Porrò labor iste (ut spero) utilis erit ad clariorẽ, & plenioré intelligẽtiã veritatis, ac necessariorum ad saluté atq; scholasticarũ materiarũ, in q̃b⁹ sunt opiniones varię, ac diuersæ, estq; delectabile de oĩbus aliq̃d scire. Imò frequẽter ꝓ serenatione cõsciẽtiæ est saluare, diuersorum doctorum doctrinas agnoscere, nec opinioni unius ĩcautè, aut ꝓtinaciter inhærere: sicut interdum his accidit, q̃ pauca aut vnum duntaxat doctorẽ legerunt. Multa quoque pulchra, atq; vtilia inueniunť in vno doctore, q̃ inscriptis nõ habenť alterius. Nec oĩbus uacat tam multos legere doctores, & si maximè vacet, tñ difficile est tã multorũ scripta conquirere: sicut & ergo grandi labore procuraui scripta eorum, quos i hoc opere frequentius allegabo. Postremò, in opere tam ingẽti. & laborioso, ꝙ tñ ad laudẽ, & gloriã oĩpotentis, & ꝓ cõe bonum libẽter arripio, tanto ꝑcordialiùs, & tãto humiliùs adorãdi paracliti supdulcissimi, & superliberalissimi spirituſſancti opẽ, directionem, illuminationemque inuoco, quanto ad perficiendum hoc opus ex meipso insufficientior, impotentiorque consisto. Veni igitur sancte spiritus, & emitte cęlitus lucis tuæ radium. Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Operis cõmendatio.

Diuini auxilij implo ratio.

COMMENDATIO SACRAE SCRIPTVRAE, præconiumq; libri sententiarum, & de ineffabili dignitate, salubritatę, fructuositatę, dulcedinę & excellentia eorundem.

Proue. 3. BEatus homo, qui inuenit sapientiam, & q̃ affluit prudentia. Melior est acq̃sitio eius negociatione auri, et argẽti. Prẽciosior est sapiẽtia cunctis opib⁹: & oĩa, q̃ desideran tur, huic non valent comparari. De multiplici sapĩa mẽtio fit in diuina scriptura. Primò de sapĩa increata, quæ est ipsemet super sapiẽtissimus Deus, in quo idem sunt esse, & essentia, sapere & sapientia, de quo ad Romanos dixit Apostolus: Soli sapienti Deo honor, & gloria. Porrò qualiter sapĩa multipliciter dicatur in Deo, infra patebit. Secundò loquitur scriptura de sapĩa creata, quæ multiplex est. Vna est sapientia salutaris infusa, quæ inter septem dona spiritus sancti primum est, atq; dignissimum, iuxta illud Isaiæ: Requiescet super eum spiritus sapiæ, & intellectus. Hæc sapĩa est semper formata, id est, charitati inseparabiliter iuncta, sicut & cætera dona. De qua saluberrima sapĩa in ecclesiastico legit̃: Aqua sapiæ salutaris potabit eum. Et Iacobus ait: Quæ desursũ est sapĩa, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis. Quicunque hac sapĩa caret, in scripturis stultus vocatur, vtpote omnis, q̃ in mortali est culpa, & quoniam innumerabiles tales sunt, rectè locutus est Salomon: Stultorum infinitus est numerus. Hinc de sapientibus sęculi huius charitate infusa, & gratia gratum faciente carentibus, vas ait electionis: Dicentes se sapientes esse, stulti facti sunt. Hæc sapĩa est diuinorum notitia cũ gustu interno, atq; cũ cõformitate affectus ad ipsã notitiam. Alia est sapĩa causata, spectans ad dona grĩæ gratis datæ: quæ tam per infusionem a Deo, q̃ ꝓ studium potest acquiri. Et est duplex: Vna naturalis philosophica, quæ ex lumine naturali, & rerum creatarum, potest notitia adipisci, secundum quod ex cognitione visibilium ad inuisibilium agnitionẽ cõsurgimus. Alia est supernaturalis, quoniam primordialiter ex diuina reuelatione innotuit, nec naturali ratione potuit inueniri, quæ scripturis digesta est, & est scripturarum notitia, de qua modo est sermo. Quæ sicut præstantior est sapientia naturali, philosophica, acquisita, ita inferior est non solum sapientia increata, sed & ea, quæ donum est spiritus sancti. Denique, sapientia ista, quæ est intelligentia scripturarum, rectè vocatur donum gratię gratis datę: quoniam bonis, & malis hominibus, imò bonis, malisq; angelis est communis, & ad aliorum ordinatur profectum: quia per eam fit homo ad fidei defensionẽ, persuasionem, & declarationem, atque ad proximorum ædificationem, idoneus. Hæc ergo sapĩa, quæ est sacra doctrina, & scripturarum notitia, multipliciter est laudanda, ac naturali sapĩæ multiformiter præferenda. Primò, rõne suæ originis, q̃a in supernaturali lumine est fundata, supernaturaliter reuelata, increatæq; veritati innitens. Philosophica autem sapĩa, ex naturali lumine est inuenta. Ideo asserit Hugo: Sacra scriptura est liber uitæ, cuius origo ęterna, supernaturalis, diuina. Quamuis ergo oĩs sapĩa, oĩs scĩa, oĩs notitia veritatis a Deo sit originaliter, atque fontaliter (vnde & de philosophis ait ad Romanos Apostolus, quod Deus illis reuelauit) tamen altiori, immediatioriq; modo sapientia ista, q̃ naturalis theologia, desuperemanauit, & reuelata consistit, vtpote ex supernaturali inspiratione, ac informatione procedens. Hinc loquitur Augustinus: Cælum tonat, ranæ taceant. Secundò, rõne sui obiecti. Quamuis n. Deus sit obiectum sapientiæ naturalis, de qua philosophi sunt loquuti: attamen Deus ipse altissimus, sublimiori modo supernaturalis sapiẽtiæ est obiectum, hoc est, secundum modum, quo in rebus creatis non repræsentatur ita perfectè, vt ex earum notitia queat supernaturalis sapientia elici. Hinc qnicquid de dignitate, nobilitate ac præcellẽtia naturalis, ac philosophicæ sapientiæ dixerũt philosophi rõne sui obiecti, multo præclariùs de theologica sapientia ista potest pronunciari. Porrò de naturali sapientia illa dixit Philosophus, quòd sit diuina possessio, capitanea scientia, cęterarũ scientiarum finis, ac iudex: intantum vt desiderabilius sit parum quid haberi de ea, quàm multum de rerum inferiorum notitia. Propter quod vndecimo metaphysicæ protestat̃ se de materialinm rerum determinasse notitia, propter incorporalium, ac diuinorum agnitionẽ. Etenim sicut omnis creatura ad creatorem

Sapientia multipliciter dicitur

Rom. 16.

Sapientia creata quot modis dicitur Isaiæ. 11.

Eccl. 15.

Iaco. 3.

Eccẽs. 1.

Rom. 1.

Sapĩa acquisita duplex.

Sapientia multipliciter laudãda. 1

Hugo.

Roma. 2.

Augusti. 8 2

Aristote.

rem finaliter ordinatur, & ipso incomparabiliter inferior esse censetur: sic rerum creatarum scientia, ad sapientiam istam diuinorum contemplatiuam, tanquam ad finem refertur, ac ea valde inferior perhibetur. Dignitas equidem, excellentia, nobilitasq; sapientiæ atque scientiæ, vno modo ex parte pensant̃ obiecti. Tertiò, sapientia ista laudatur, & cæteris prę fulget humanis scientijs, ac sapientiæ naturali, ratione sui decoris: quoniam nihil falsitatis, nihil erroris ei admixtum est, sicut illis. Quamuis enim subtiliores, ac meliores Philosophi multa vera de Deo, de substantijs separatis, de sphæris, elementis, hominibus, creaturisq; cæteris sint loquuti; in multis nihilominus circa hèc errauerunt, sicut, & infra patebit. Naturale equidem lumen vehementer est defectuosum, sed supernaturale lumen est lympidum, erroris falsitatisq; exclusiuum. ¶ Quartò, sapientia ista cæteris ritè præfertur certitudine, & autoritate, vtpote cui nec falsitas, nec ambiguitas, potest subesse, cum increatæ veritati, ac supernaturali indeuiabili lumini innitatur, loquendo de doctrina scripturæ canonicæ. Hinc ad Galatas disseruit Paulus: Licet nos, aut Angelus de cęlo euangelizet vobis præterquã euangelizauimus nobis, anathema sit. ¶ Quintò, sapiẽtia ista commẽdatur, & præfulget ratione suæ fructuositatis: quæ talis ac tanta est, vt exprimi plenè non valeat. Hæc quippe sapientia de supernaturalibus beneficijs, ac munificentijs Dei nos instruit, & de omni charitate, pietate ac gratia eius ad nos, de supernaturali beatitudine, ad quam cõditi sumus ab illo, de modo, ac medijs pertingẽdi ad illam. Docet quoque nos agnoscere nosmetipsos, culpas, negligẽtias ingratitudines, insipientias nostras, atq; pericula, q̃bus expositi sumus. Docet demum qualiter debeamus aduersarijs nostræ salutis resistere, in omni gratia, & virtute proficere: & diuino nos attendit amore, potat, & reficit, & in omni aduersitate nos consolatur. Facit nos efficaces ad consulendum, & succurendum proximis nostris, estq; saluberrimum, ac splendidissimum nostrarum speculum animarum. Idcirco ad Timotheum scripsit Apostolus: Omnis scriptura diuinitùs ĩspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo, ad omne opus bonum instructus. Salomon quoq;. Omnis, inquit, sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se. Itemq;, Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. Rursus, de hac saluberrima fructuositate, efficacia, directione, & efficientia sapientiæ huius, in libris sapientialibus multa scribuntur, vt est illud: Primi, & purissimi fructus eius. Et quod ibidem Paulopost monetur: Posside sapiẽtiã, posside prudentiam, & proteget te. Arripe sapientiam, & exaltabit te. Glorificaberis, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te. Hinc ait Gregorius: Sacra scriptura oculis mentis, quasi speculum quod dam opponitur, vt in ea interna nostra facies videatur. Ibi enim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus quantum proficimus, & quantum a profectu seu perfectione distamus. O quàm salubre est hoc speculum intueri, propter, quod hortatur Hieronymus: Vtere lectione diuina vice speculi, fœda corrigendo, pulchra conseruando, & pulchriora agendo. Hinc denuo dixit Gregorius: Omnem scientiam, & doctrinam, sacra scriptura transcendit, vt taceam, quòd vera prædicat, quòd ad patriam cęlestem inuitat, quòd a terrenis desiderijs legentis cor reuocat, ꝙ dictis obscurioribus fortes exercet, & paruulis humili sermone blanditur. Nec sic clausa est, vt paueſci debeat: neq; sic patet, vt nile scat, sed vsu tollit fastidium, & tanto plus diligetur, quanto amplius meditatur. ¶ Sextò, sapientia ista laudatur a sua excellenti dulcedine. Habet autem, & naturalis sapientia quandam suauitatem. Imò ut ait philosophus, Philosophia admirabiles delectationes habet sibi admixtas. Qui rursus fatetur, ꝙ uir cõtemplatiuus non quærit extra se in rebus uilibus delectari, qm̃ intra se iucundis theorematibus plenus est. Delectatio náque consurgit ex unione potentiæ ad obiectum conueniens. idcirco ex unione potentiæ intellectiuę per actum sapientiæ cum summo, & incommutabili bono, delectatio orit̃. Verum huius supernaturalis sapientiæ multo copiosior est dulcedo, atque in eius actu delectatio consistit sublimior: sicut & sapientia ista pleniorem de Deo præstat notitiam, eiusq; charitatem, misericordiam, munificentia, bñficia, & promissa clariùs nobis oñdit. Ideo ait Hugo: Nihil in hac vita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nihil mentem ab amore mundi sic separat, nihil aĩum cõtra tentationes sic roborat, nihil hominem sic excitat, & adiuuat ad omnem opus bonum, ac salubrẽ laborẽ, vt studium sacrę scripturæ, Sicq; sapiẽtia ista facit o blectamẽta aspernari carnalia. Appetit equidẽ homo naturaliter delectari: idcirco, q̃ spiritales delectationes non quærit nec experitur, in carnalibus delectari molit̃. Propterea hortat̃ Hieronymus: Ama studia scripturarum, & carnis uitia non amabis. sint diuinæ scripturæ semp in manibus, & mente iugiter reuoluant, studendo obdormi, & cadentem ex somno faciem pagina sancta suscipiat. Hinc fat̃ Chrysostomus: Geminum cõfert donum lectio scripturarum, qa erudit intellectum, atque a vanitatibus carnalitatibusque abstractum ad Dei amorẽ ꝓducit hominẽ. De his scripturæ ꝓconijs & de suauitatibus eius, pulchrè loquit̃ Damascenus li. 4. Pulsemus, inqt optimum paradisum scripturarum, q odoriferus, q dulcissimus, q speciosissimus, q omnimodè intellectualium deiferarum uolucrum cãtilenis circunsonãter aures nostras demulcet: qui tãgit cor nostrum, & cõtristatum cõsolat̃: q mentem nostrã facit ascẽdere ad ꝓclaras, & instar auri fulgidas theorias. Hauriamus ex huius paradisi fõte pennes, atq; purissimas aquas salientes in vitã æternam, & insatiabiliter uoluptuemur in eo, inconsumptibi lẽ. n. posidet gratiã. De hac amenitate, & iucunditate sapientiæ, scriptum est in Sapiẽtia, Sapiẽtia erit allocutio cognitionis, & tædij mei. Intrãs in domum meã, cõquiescã cum illa: non. n. hẽt amaritudinẽ cõuersatio eius, nec tędium cõuictus illius, sed gaudiũ & lætitiã. ¶ Septimo, collaudatur, & præfulget rõne opulentiæ, ac sufficientiæ suæ: ob quas præ cunctis trãsitorijs, & terrenis incõparabiliter est optanda, q̃ renda & conseruanda. Hinc Sapientiæ ait amator: Præposui illã regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in cõparatione illius. Sup salutẽ, & specié dilexi illã. Venerunt autẽ mihi oĩa bona simul cum illa. Et si diuitiæ appetunt̃, qd sapiẽtia locupletius? Vñ in ꝓuerbijs ferť: Sapiẽtia lignum uitæ est his, q apprehẽderunt eã: & qui tenuerit eã, beatus. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ, & gloria. Hinc lib. quarto Damascenus: Optimum, inqt, & vtilissimum est inuestigare diuinas scripturas. Sicut. n. lignum secus decursus aquarum plãtatum, ita & aĩa diuinis irrigata scripturis, impinguat̃, & fructum tẽporaneum tribuit, & superuirentibus folijs, id est, acceptabilibus Deo actionibus, decorat̃. Ad actionẽ. n. virtuosam, & immaculatã contẽplationẽ,

Galat.

Hieron.

Gregori⁹.

1. Vim. 3

Proue. 30.

Prouer. 6.

Proner. 3.

Prouer. 4.

Gregori⁹.

Mierony.

Gregori⁹.

Damasce.

Hugo.

Ioan. 4.

Sapien. 8.

7

Sapiæ. 7.

Prou 3.

Psal. 1.

Iere. 17.

Isaię 33. Sapiæ. 7. Hierony. Exod 16. Nume. 11. Sapiæ. 16. Gregorius. Augusti. Plato. Chrysost. Iacob 4.

ex scripturis dirigimur. His consonat illud Isaiæ. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia. Illud quoque Sapiętiæ, Infinitus thesaurus hominibus est sapientia, quo q usi sunt, participes facti sunt amicitię Dei. Neminē.n. diligit Deus, nisi, qui cum sapenitia inhabitat. Hinc ait Hieronymus: Pinguissimus est sermo diuinus, oēs in se habet delicias: qcqd volueris, ex diuino sermone nascitur, sicut tradunt Iudæi de mā na, quod ām vnuscuiusq; voluntatē sapiebat, iuxta illud Sapiętiæ: Panē de cęlo pstitisti eis, oē delectamētum in se habentem, & omnis saporis suauitatē. Deseruiens.n. vnuscuiusq; voluntati, ad quod quisque volebat conuertebat. Quod tn de iustis est intelligēdum, impijs.n. uertebat in nauseā. ¶ Octauò, sapiętia seu diuina scriptura cōmendat, ac eminet rōne suæ sententiositatis, atq; multiplicis sensus. Nàm eadem litera interdùm duplicē, aliqn triplicē, nōnumq; qua druplicē hēt sensum: q sunt quatuor fercula, quę ponuntur in męsa refectorij animæ. Nā & ipsę res significatæ p uerba scripturæ, aliqd significant. Hinc dicit Gregorius: Tanta ac talis est scripturæ sublimitas ut non solum verba a dño, & a sanctis prolata, sed et circunctantiæ rerum, q simpliciter dictæ videnť, spiritualibus sint plenæ mysterijs. Augustinus quoque ad Volusianum: Tanta ast, inqt, Christianarum literarum, pfunditas, vt quotidie in eis proficerē, si eas solas ab ineunte pueritia usq; ad decrepitā senectutē, maximo ocio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere. Nec mirum, cum & Plato ubique inueniret, quod discereť, & semper seipso melior fieret. Hoc est quod ait Chrysostomus: Quanto plus qs in sacris eloquijs assiduus fuerit, tanto ex eis uberiorem intelligentiam capit. ¶ Postremo, et alijs varijs considerationibus, potest eminentia sapientiæ huius seu diuinæ scripturæ monstrari, puta ex eius altitudine, præciositate, salubritate, quæ ad præinducta possunt reduci. Hinc sacrā scripturam cum omni reuerentia pertractemus, diligentissimè legamus atque præ cunctis scientijs philosophicis, & humanis appreciemur: cùm ipsa sit velut epistola nobis a spiritusancto missa, imò & ore Dei incarnati pro magna parte prolata. Propter quod dum studemus, & legimus eam, Deus loquitur nobis: dum vero oramus, alloquimur Deum. Munda quoq; receptacula in animabus nostris tam præclaræ sapientiæ præbeamus, vt subiectum suō proportionetur habitui, locus locato, & susceptiuum suscepto.

Seruus qui cognouit voluntatem domini, & non fecit, plagis vapulabit multis. Ideo in Ecclesiastico fertur: Melior est homo, qui minuitur sapientia, & in timore Dei ambulat: quàm, qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi. Qui studere itaque cupit salubriter, & in diuinorum notitia ordinatè proficere, primò omnium satagat adimplere præcepta, atq; per arctam incedere viam salutis: fugiat vanitates, & carnis vitia detestetur. Scientia qppe sine virtutibus est informis. Et sicut forma perfectio est materiæ, sic conuersatio virtuosa decor consistit scientiæ. Hinc scriptum est: Quis sapiens, & disciplinatus inter uos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Rectè ergo disseruit Gregorius Nanianzenus: Primus sapientiæ gradus, est uita laudabilis, & apud Deum mens pura: qua puri super purissimo Deo iũ guntur, & sancti sanctissimo Deo sociantur. Sapientia clara est, non quæ in verbis volat, sed in virtutibus constat. Isidorus quoque: Ad maioris, inquit, culpæ cumulum pertinet, scire quid facere debeas nec implere. Deniq;, Plato in Phædone diffusè docet, & probat, quòd Philosophi nequaquam sit circa uestimentorum occupari ornatum, ciborum, aut uenereorum viles optare delitias, diuitijs inhiare: sed contemptis his omnibus, diuinis, & intellectualibus inhærere. Quàto magis istud ad omnem Christianum spectat philosophum, præsertim theologum? Nempe ut commune est verbum, Virtus unita fortior est, quàm dispersa: ideo quò intellectus studentis circa carnalia exteriora, & vana magis dispergitur, eò ad proficiendum in diuinorum agnitione, ac ueritatis notitia impotentior redditur. Et quò magis se à mundanis, & vilibus abstrahit, ac circa intellectualia, & diuina seipsum recolligit, eò ad proficiendum in theologica facultate, in ueritatis splendore, atque in omni scientia aptior fortiorque efficitur. Potissimè vero, dum lumen naturæ, per lumen gratiæ uigoratur: dum scholastica exercitatio exercitio deuotionis internæ iuuatur, dum oratione syncera, contemplationeque feruida mens fonti munditiæ, ac summæ ueritati vnitur. Tunc quippe desuper illustratur, atque a sole sapientiæ gratioſè perfunditur, vngitur, eruditur ad intelligendum abdita scripturarum, ad considerandum mirabilia legis diuinæ, nexum & ordinē credendorum: ita ut habeat fidem cum rationibus credibilium, & cum purificatę mentis intelligētia. Propter qđ oranit psalmista: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Hinc talibus scripsit sanctus Ioannes: Vnctio eius docet uos de omnibus. Paulus quoque ad Timotheum: Dabit tibi dominus de omnibus intellectum. Etenim sicut spiritus sanctus scripturarum est dator, sic ipse ad earum intelligentiam est optimus illustrator, & mētibus puris sibi placentibus exhuberantes illuminationes largitur. Vnde Iacobus ait Apostolus. Si quis uestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. Hinc ut recitat Casianus, sanctus anachoreta Theodorus dixit, quod cupiens scripturarum uerum, atque profundum acquirere intellectum, potius studeat cordis puritati, quàm disputationi, aut multorum uoluminum lectioni. Hoc uir uitę purissimę sanctus pater Bernardus expertus, ad Dei gloriam humiliter fatebatur totam scripturam cum plena intelligentia sibi ter resplenduisse. Hinc sanctus Thomas, Bonauentura, & eis consimiles, creduntur sapientiam suam orādo potius, q studendo obtinuisse. Talis etiā fuit

Lucę. 12. Eccl. 19. Iacob. 3. Gregorius Nazianzenus. Isidorus. Plato. Pſal. 118. 1. Iob. 2. 2. Vin. 2. Iacob. 1. Casianus Theodo. Bernardus. Thomas. Bonauen.

De recto, salubri, & ordinato modo, ac processu studendi.

Ecclę. 3. Bernardus sup Cant.

ALt ora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. In omnibus obseruandus est rectus, ac debitus ordo: & quod primò ac maxime Deus requirit a nobis, id in primis est exquirendum ac adimplendum. Ideo bene locutus est sanctus Bernardus: Ingratum est spiritui sancto qcquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. Porro ad præcepta Dei, atque ecclesiæ in primis tenemur, ideo quicquid illis neglectis, quis studeat, & quantumcunque in scientijs crescat, non solū inacceptum est Deo, nec ad salutem proficiens, imò etiā ad damnationem eius cedit maiorem, quoniam aggrauat culpam ipsius, quemadmodum Iacobus protestatur apostolus: Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi. Vnde, & ipsemet dominus dixit:

Hierius. Murim qd de Nazianzeno. Hugo. Ecclę 3. Noue. 25. Pſal. 118. Ibidem. Ioh. 5 7. Actu. 17.

fuit magnus ille Hierius presbyter Alexandrinus: q (vt in martirologio recitatur) fuit vita purissimus, rebus pauperrimus, ad Christianam philosophiam expeditissimus, & doctor ecclesiæ incomparabilis, in scripturis nobiliter eruditus. Præterea talis extitit Gregorius Nazianzenus, qui dum in adolescentia sua studeret Athenis, castitati, & sapientiæ valdè intentus, apparuerunt ei in visione quasi speciosissimæ duæ puellæ, vna a dextris, & alia a sinistris, ipsum quasi amplecti & deosculari optantes: quas dū ingenti horrore abijceret, dixerunt: Cur nos ò bone adolescens intantum abhorres, & abijcis, cum simus tibi tam charæ, & familiares? Siquidem vna nostrum sapientia, alia castitas appellatur. Ex his intellexit, quàm verissime dixerit venerabilis Hugo de sancto Victore: Ad sacræ cognitionem scripturæ, opus est intima compunctione magis, quàm profunda inuestigatione, suspirijs, quàm argumentis, crebris gemitibus quàm copiosis argumentationibus, lachrymis, quàm sensibus, oratione, quā lectione, cælestium contemplatione, quàm terrestriū occupatione. Verum studendi hunc ordinem multi subuertunt studentium, imò, & proh dolor, religiosi nonnulli, qui scientię magis, q̄ conscientiæ vacāt: imò vt verius tangam, carnalitati, & vanitati dare operam non verentur, & circa quæstiones magis, q̄ circa regulares obseruantias occupant. Postremo circa id, quod in articuli huius exordio tactum est, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: aduertendum quod quædam est pscrutatio diuinorum immoderata, ex curiositate, aut confidētia proprij intellectus procedens: quæ merito vituperatur; de qua Salomon contestatur: Sicut q̄ mel comedit multum, non est ei bonum: sicut qui pscrutator est maiestatis, opprimitur a gloria. Alia est pscrutatio diuinorum incomprehensibilium altissimorum moderata, & reuerētialis, cum recognitione imbecillitatis propriæ mētis, ex zelo veritatis & pietatis emanans, desiderio, atq; intentione defendi fidem ǫ impugnantes eandem, & ad appropinquandum lucidę notitiæ credendorum, prout in hac vita Deo pstante fieri valet. Quæ pscrutatio ritè laudatur, de qua ait vir sanctus: Beati qui scrutantur testimonia eius. Itēq;, Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Vnde in Euangelio locutus est Christus: Scrutamini scripturas. In Actis quoque legitur: Nobiliores ex eis susceperunt verbum Dei cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas.

Ex prologis doctorum super primum sententiarum.

Petri de Tarātasia prologus in primū Sētentiarū. Sapien. 9.

IStia sunt difficilia mihi, & quartū penitus ignoro, via aquilæ in cęlo, via colubri sup petram, via nauis in medio mari, & via viri in adolescentia sua. Prouerbiorū 30. In his verbis Salomō describit excellētiā theologiæ, & specialiter libri Sentētiarum, in quo theologiæ difficultates cōgestæ sunt. Et describit eā a quatuor. Primo ab ipsius difficultate, cū dicit [difficilia.] Vnde Sapiens: Ecce quæ in prospectu sūt, inuenimus cū labore: quæ autem in cęlis sunt, quis in uestigabit? Difficilis. n. est naturali intellectui hæc doctrina, qa nō habet causam in natura, nec similitudinem plenam in arte. Secundo, ab oīum ignorātia, ibi: [penitus ignoro] Si enim hoc dixit sapientissimus Salomon, quanto magis nos? Tertio, à libro rum numero, ibi: [tria sunt, & quartū.] Quatuor. n. sunt libri Sententiarū partiales, vnus totalis. Quarto a librorum materia. In hoc nanq;, qđ ait [via aq læ in cęlo] tāgit materiam primi libri. Aquila. n. rex auium, significat Deum trinitatē, omnium regem de cuius essentia & personis, de personarū origine, & distinctione, id est, proprietatibus earūdē, in primo libro determinatur. De quo dicit, [via aquilę in cęlo.] Hæ sunt. n. inuestigabiles viæ Dei, iuxta illud Iob: Abscondita est sapientia ab oculis omnium viuentium. Propter quod & Ioānes in Iezechielis visione per Aquilam figuratur, qñ deitatis, ac trinitatis mysterium altissimè penetrauit. In hoc autem quod dr [via colubri supra petram,] signat materia libri secundi. Coluber nanq; colens vmbram, est Diabolus, iuxta illud Iob: Sub vmbra dormit in secreto calami &c. Petra vero signat firmitatem status hominis in innocentia, & puritate, quam coluber iste super eam se effundens, p tentationem corrupit. De natura igitur colubri huius, id est, de natura angelica, de tentatione, qua hominē vicit, alijsq; attinentibus, determinatur in libro secūdo. In hoc autem quod dr, [viam viri in adolescentia sua,] materia tertij libri signat. Vir iste Christus est ab instanti conceptionis pfectus, iuxta illud Ieremiæ: Nouū faciet dominus super terram, mulier circundabit virum. Huius viri ahalma, id est, adolescentula, est virgo Maria, quæ dicitur adolescentula, iuxta illud Isaiæ: Ecce virgo cōcipiet, vbi textus Hebræus hēt ahalma, id est, adolescentula custodita. In hac fuit via Christi p gratiam vnionis ad redimendū. Alia vero est via eius in qualibet anima sancta, quæ dicitur adolescentula. Vnde in Canticis dicitur: Adolescentulæ dilexerunt te, & hoc per gratiam adoptionis ad gratificandū, quod fit per virtutes, & dona: Et de his duobus tractatur in tertio. Porrò per hoc, q̄ dicitur [via nauis in medio mari] signatur materia quarti libri. Nauis quippe est ecclesia. Hæc est Petri nauicula, in quam Christus ascendit. Sed naui cula hæc in medio mari mundi huius iactatur fluctibus tentationum. Mundus. n. est mare turbidum per impatientiam, amaritudinem, & inquietudinē vitiorum. In quarto autem libro tractatur, qualiter ecclesia per suos ministros in hoc mundo regatur per ecclesiastica sacramenta, & quomodo tandem ad gloriam pducatur. Hæc ergo est materia totius doctrinæ huius. Hæc Petrus.

Iob. 28. Iez. 1. & 17. Iob. 40. Iere. 21. Isaię. 7. Cant. 1. Matth. 8. Marci. 3. Lucę. 8. Ioan. 21. 1. Cor. 1.

Thomæ Aquinatis prologus. Eccl 24.

EXordium prologi Thomæ est: [Ego sapientia effudi flumina, ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio, & quasi fluuius dorix, & sicut aquęductus exiui de paradiso: dixi, rigabo hortum plantationem, & inebriabo partus mei fructum.] Inter multorum sententias, inquirentium quid sit vera sapientia, viam specialiter veram, & firmam protulit Apostolus, dicens Christum dei virtutem, & Dei sapientiam: quia videlicet sapientia filio appropriatur, qm̄ sapientiæ opera multum conueniunt cum proprijs filij. Per sapiętiam. n. Dei, manifestantur diuinorum abscondita, producuntur creaturarum opera: nec solum producuntur, sed etiam instaurā tur, ac perficiūtur illa perfectione, qua vnumquodque dicitur perfectum, secundum quod proprium finem attingit. Quod autem manifestatio diuinorū pertineat, ad Dei sapientiam, patet ex hoc, qđ Deus per sapientiam suam seipsum perfectè cognoscit. Ideo si quid de ipso cognoscimus, oportet quod inde deriuetur, quoniam omne imperfectū à per-

fecto trahit originem. Vnde in libro Sapiētiæ dicit. Sapiæ. 9. Sensum tuum domine quis sciet, nisi tu dederis sapientiam? Deniq; manifestatio ista per filium specialiter facta est, cum ipse sit verbum patris: propter, quod conuenit sibi manifestatio patris dicentis totiusq; trinitatis. Nemo nouit patrē nisi filius, Matth. 11. & cui voluerit filius reuelare. Recte igitur dr ex psona filij, [Ego sapientia effudi flumina.] Flumina Eccl. 24. ista intelligo fluxus æternæ processionis adintra, olim occulta, & quodammodo infusa in similitudinibus creaturarum, & in ænigmatibus scripturarum, ita vt vix aliqui sapientes trinitatis mysteriū crederēt. Venit filius, & infusa flumina ista effudit, Matth. 28. nomen trinitatis explicando, dicēs: Docete oēs gētes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Et in hoc tangitur materia primi libri. Secundum ad dei sapientiam pertinens, est creaturarum productio, quæ etiā attribuitur filio, inquātum est imago dei, ad cuius formā omnia sunt formata. Vnde Ioannes: Oīa p ipsum facta sunt. Hinc Ioann. 1. recte dr in psona filij: [Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio,] in quo notatur ordo creationis, Eccl. 24. & modus. Ordo, qm sicut trames à fluuio deriuat, sic tpalis processus creaturarum ab eterno processu personarum. Psalmista: Dixit & facta sunt, id est, Psal. 36. 148. pater verbum genuit, in quo erat ut fieret creatura, August. sm Augustinū. Primū nāq; semp est causa sequentiū, sm philosophū. Hinc primus processus est causa, & ratio omnis sequentis processionis. Modus quoque signatur quantum ad duo. Primo, ex parte creantis, qui cum oīa impleat, nulli tn se cōmensurat; quod notatur in hoc, quod dr, [immēsæ.] Sc̄o, ex parte creaturæ, qm sicut trames procedit extra alueū fluminis, ita creatura ꝓcedit a deo extra vnitatē essentiæ, in qua sicut in alueo fluxus psonarum continetur, atque in hoc notat materia libri secundi. ¶ Tertiū ad dei sapientiam pertinēs, est operū restauratio: qa per id debet res reparari, per qđ facta est. Hinc filius oīa reparauit, qui hominem redimēdo, dr oīa reparasse, quæ pp hominem facta sunt. Recte ergo ex psona filij dr, [Ego quasi fluuius dorix, & sicut aquæductus exiui de paradiso.] Paradisus iste est gloria patris, de qua filius exiuit in vallē nostræ miseriæ, nō illam amittendo, sed occultādo. Et circa hunc exitū duo notant, videlicet modus & fructus. Dorix. n. est rapidissimus fluuius, vnde designat modum, quo quasi impetu quodam amoris Christus compleuit mysteriū nostræ reparationis. Fructus vero significat in hoc, qđ dr, [Sicut aquęductus.] Quemadmodū. n. ex vno fonte producunt plures aquæductus diuisim ad fęcundandā terrā, ita ex Christo fluxerunt diuersa gña gratiarū ad irrigandam ecclesiā. Ad Ephesios. Ipse dedit quosdā Ephes. 4. apostolos, quosdā prophetas. Et in hoc tangit materia tertij libri. ¶ Quartū ad dei sapientiā pertinens, Sapiæ. 8. est pfectio, qua res cōseruat in suo fine, quo subtracto, relinquit vanitas, q̄ non patitur sapientia, ptingens a fine in finem fortiter, & disponēs omnia suauiter. Vnūquodq; n. suauiter disponitur, qn in suo fine naturaliter desiderato locat. Quod etiā ad filiū specialiter pertinet, qui cū sit virtus, & naturalis filius dei patris, nos in gloriā paternæ hereditatis reduxit. Vñ Apostolus ad Hebræos ait, Decebat eum Heb. 2. pp quem, & per quem oīa, qui multos filios in gloriam adduxerat &c. Vnde dr. [Rigabo hortum plātationum.] Ad consecutionem, etenim finis exigit præparatio, p quam omne, quod fini non congruit, tollatur. Sicq; Christus, vt nos in finem æternæ gloriæ perduceret, sacramentorum medicamēta instituit, & parauit quibus peccati vulnus a nobis abstergit, quibus deletis, in felicitatem pducimur. Et in hoc tangitur materia quarti libri. Hæc Thomas.

THema prologi Bonauenturæ est, [Profunda fluuiorū scrutatus est, & abscondita produxit in lucē.] In his verbis tangitur quadruplex causa libri Sententiarum, causa videlicet materialis, in nomine [fluuiorū:] causa formalis, in perscrutatione profundorum: causa finalis, in reuelatione absconditorum: causa efficiens, in supposito verborū istorum, [scrutatus est, & produxit.] Itaq; causa materialis innuitur nomine fluuiorum. Nam iuxta quadruplicē proprietatē fluuij materialis, quadruplex est fluuius spūalis: de quo sm quadruplicē differentiam, sunt quatuor libri Sententiarum. Considerādo nanque fluuiū materialē quo ad suam durationē, inuenitur in eo perennitas: quia secundum Isidorū, fluuius est fluxus perennis. Considerando autem fluuium quantum ad extensionem, inuenitur in eo spatiositas. Et quantū ad motū eius, inuenitur in eo circulatio. Vnde Ecclesiastes: Ad locum vnde exeunt flumina reuertunt. Et quo ad suum effectum, cōuenit ei mundare. Iuxta hæc quatuor, ponit quadruplex fluius spūalis. Nam rōne perennitatis, emanatio personarum adintra æterna, dr fluuius. Apud Danielem: Antiquus dierum, id est, pater æternus sedit, & fluuius igneus, rapidusq; egrediebat a facie eius: qa ex patre ꝓcedit plenitudo amoris. i. spūs sāctus. ideo fluuius igneus dr, & plenitudo virtutis in filio, pp quod fluuius dictus est rapidus. Secūdo, rōne spatiositatis, emanatio rerum ad ex̄, & vniuersorum creatio, fluuius nuncupatur. Tertio, rōne circulationis, incarnatio filij dei fluuius nominatur. Quemadmodum. n. in circulo finis coniungit principio, ita incarnatione natura hominis vltimo die conditi, vnita est verbo æterno, quod incarnatū, fecit circulum, redeūdo ad patrem vnde exiuit, sicut ipse ait: Exiui a patre, & veni in mundum: iterū relinquo mundum & vado ad patrem. Et in Psalmo: A summo cęlo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summum eius. Quarto, rōne emundationis, fluuius dr dispensatio sacrorum, quæ mundant nos. Vñ in Apocalysi, Ostendit mihi fluuiū aquæ viuæ splendidum tanq̄ crystalum, procedentem de sede dei, & agni. Nam gratia sacralis clara instar crystalli, & mundatiua, procedit a deo effectiuè, atq; de latere Christi dormientis in cruce, tanq̄ a causa mediatrice ac meritoria. De primo fluuiorū istorū, est primus liber Sententiarum; de secundo, secundus, sicq; deinceps. Hæc sententialiter Bonauentura.

QVibus cōsonant, q̄ in prolongo suo scribit Richardus de Media villa, sic inchoans: [Abscōdita ꝓduxit de⁹ in lucē.] Hęc verba in Iob ad literā de deo dicta, allegoricè pñt exponi de magistro Snīarū: q [abscondita] id est, diuina [ꝓduxit in lucē]. i. nobis manifestauit, put patit materiæ sublimitas, atq; ingenij nostri debilitas. Sicq; in verbis ꝓpositis tanguntur quatuor causæ huius libri: Materia, cum dr, abscondita. Forma, cum addit, produxit. Efficiens, in supposito huius verbi, produxit. Finis, in effectu ipsius productionis, cum subdit, in lucē. Porro diuina dicunt nobis abscondita: primo pp suā sublimitatē: sc̄o, pp nr̄æ carnis corruptibilitatē: tertio, pp puersitatē voluntatis quorūdā, in qb⁹ iudiciū rōnis offuscat ex puersitate volūtatis, quę a diuina illuminatione impedit mentē, & ex naturali colligātia sua ad intellectū, trahit & allicit eū sibi.

Bonauen. prologus.

Iob. 27.

Fluuius spiritualis quadruplex.

Isidorus.

Eccles. 1.

Dan. 7. c. 2

Ioan. 16.

Psalm. 18.

Apoc. 22.

Richardi prologus

Iob. 27.

Diuina dicūtur abscondita.

Causa

Causa formalis huius voluminis, duplex est, scilicet forma tractatus, & forma tractandi. Forma tractatus libri, est diuisio sua in libros partiales, partialiumq; librorum in distinctiones, & distinctionum in * capitula. Forma tractādi, est modus agendi, qui est in isto libro p auctoritates & rationes. Optimus nanq; modus producēdi intelligibilia abscondita in lucem, est per auctoritates & rationes ꝓcedere: quia auctoritas inclinat ad credendum, rō illuminat ad intelligendū. Credere quoq; Isai. 7. iuxta lxx. præparat intellectui viam ad veritatis intelligentiā. Vnde Isaias, Nisi crediderit is, non intelligetis. Hinc Magister p similitudinem quandam dici pōt posuisse stellas in firmamēto. i. in ecclesia. Rationes. n. Magistri stellis comparantur, qm instar stellarum sunt altę, subtiles, clarę & indissolubiles. Causa efficiens, est. Prima & principalis, quæ est Deus, quantum ad omnia vera in hoc libro contenta: & causa secundaria ministerialis, vtpote Petrus Lombardus, doctor theologię, postea Parrhisiēsis Episcopus. Causa finalis, est illuminatio intellectus ad diuinorum cognitionem. Ad hoc editus est hic liber, vt diuina intellectui nostro luceant & patescant, tam luce acquisitæ scientiæ, quàm luce gratiæ ac lumine gloriæ. Quædam. n. cognoscimus luce gratiæ, quæ luce acquisitæ scientiæ, cognoscere non valemus. Quod ēt infidelium testimonio comprobatur. Ait equidem Auicenna 9. Metaphysicę suæ loquens de dispositionibus animarum a corporibus exutarum: Oportet te scire q̄ promissio aliqua est, quæ fide recipitur: quia non est via ad probandum eam, nisi credēdo testimonio prophetę, vtpote Machometi, de cuius lege extitit Auicenna, vt est illa, quòd anima habebit corpus apud resurrectionem. Hæc Richardus.

*paragraphos.

Auicenna.

D. PETRI LOMBARDI, EPISCOPI PARRHISIENSIS,

In quatuor libros sententiarum, ex sacris literis doctorumq; scriptis, à se studiosissimè collectarum.

PROLOGVS.

VPIENTES aliquid de penuria ac tenuitate nostra, cum paupercula in gazophylacium domini mittere, ardua scandere: opus vltra vires nostras agere præsumpsimus, consummationis fiduciam, laborisque mercedem in Samaritano statuentes, qui prolatis in curationem semiuiui duobus denarijs, supererogan- Luc. 21. ti cuncta reddere professus est. Delectat nos veritas pollicentis, Luc. 10. sed terret immensitas laboris: desiderium hortatur proficiendi, sed hortatur infirmitas deficiendi, quam vincit zelus domus Dei. quo inardescentes, fidem nostram aduersus errores carnalium atque animalium hominum, Dauidicæ turris clypeis munire, vel potius munitam ostendere, theologicarum inquisitionum abdita * aperire, necnon & sacramentorum ecclesiasticorum pro modullo intelligentiæ nostræ notitiam tradere studuimus: non valentes studiosorum fratrum votis iure resistere, eorum in Christo laudabilibus studijs lingua ac stylo nos seruire flagitantium. Quas bigas in nobis agitat Christi charitas, quamuis non ambigamus, omnem humani eloquij sermonem, calūniæ atque contradictioni æmulorum semper fuisse obnoxium: quia dissentientibus voluntatum motibus, dissentiens quoque fit animorum sensus, ut cum omne dictum veri ratione perfectum sit, tamen dum aliud alijs aut videtur, aut complacet, veritati vel non intellectæ, vel offendenti impietatis error obnitatur, ac voluntatis inuidia resultat, quam Deus sęculi huius operatur in illis diffidentiæ filijs, qui non rationi voluntatem subijciunt, nec doctrinæ studium impendunt, sed his quæ somniarūt, sapientiæ verba coaptare nituntur, non veri, sed placiti rationem sectantes, quos ini qua voluntas non ad intelligentiam veritatis, sed ad defensionem placētium incitat, 1. Tim. 4. non desiderantes doceri veritatem, sed ab ea ad fabulas conuertentes auditum. Quorum professio est, magis placita, quàm docenda conquirere, nec docenda desiderare, sed desideratis doctrinam coaptare. Habent rationem sapientiæ in superstitione, quia fidei defectionem sequitur hypocrisis mendax, vt sit vel in verbis pietas, quam amisit conscientia, ipsamque simulatam pietatem omni verborum mendacio impiam reddunt, falsæ doctrinæ institutis, fidei sanctitatem corrumpere molientes, auriumque pruriginem sub nouello sui desiderij dogmate alijs ingerentes, qui contentioni studentes, contra ueritatem sine fędere bellant. Inter veri nanque assertionem & placiti defensionem pertinax pugna est, dum se & veritas tenet, & se uoluntas erroris tuetur.

Prima ps captat bñuolentiā.

* pandere

Augustin. cap. 1 li. 3 de Trinit.

Ephe. 2. & 5.

Ibidem

pars secunda aptat docilitatē

Horum igitur Deo odibilem ecclesiam euertere, atque ora oppilare, ne uirus nequitiæ in alios effundere queant, & lucernam ueritatis in candelabro exaltare uolentes, in labore multo, ac sudore hoc uolumen Deo præstante, compegimus ex testimonijs ueritatis in æternum fundatis, in quatuor libris distinctum. In quo maiorum exempla, doctrinamque reperies, in quo per dominicæ fidei synceram professionem, uipereę doctrinę fraudulentiam prodidimus, aditum demonstrandę ueritatis complexi, nec periculo impiæ professionis inserti, temperato inter utrunque moderamine utentes. Sicubi uero parum uox nostra insonuit, non a paternis discessit limitibus. Non igitur debet hic labor cuiquam pigro, uel multum docto uideri superfluus, quum multis impigris multisque indoctis, inter quos etiam & mihi sit necessarius, breui uolumine complicās patrum sententias, appositis eorum testimonijs, ut non sit necesse quærenti, librorum numerositatem euoluere, cui breuitas quod quæritur, offert sine labore. In hoc autem tractatu non solum pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero, maximè ubi profunda uersatur ueritatis quæstio, quæ utinam tot haberet inuentores, quot habet contradictores. Vt autem quod quæritur facilius occurrat, titulos quibus singulorum librorum capitula distinguuntur, præmisimus.

Tertia ps reddit attentos.

Autoris humilitas

Expositio prologi huius libri sententiarum, Auctore Dionysio Carthusiano.

HVic totali libro Magister præmittit prologum siue proœmium. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit causas ipsum mouentes ad compilandum hunc librum, cum ait; [Cupientes.] In secunda tangit causas retrahentes, ibi; [Sed terret nos.] Prima in tres, secundum tres causas, quę eum mouerunt ad aggrediendum hoc opus. Partes patebunt in expositione. Itaque ait: [Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra, cum paupercula in gazophylaciū domini mittere ardua scandere, opus ultra uires nostras agere præsumpsimus] id est, nos cupientes aliquid]id est, modicum quid [mittere] id est, offerre[in gazophylacium dñi] id est, in repositoriū oblationum tēpli Dei[cum paupercula]id est, sicut obtulit vidua illa egena, q̄ in euangelio legit duo æra minuta misisse in gazophylacium. mittere inq̄ [de penuria attenuitate nostra] id est, ex parua nra scia & exili ingenio. Penuria aūt propriè appellat defectus exterioris substantiæ, vnde transfert hic ad defectū scíæ acq̄sitę. Tenuitas vero ꝓpriè dr defectus substātiæ interioris, ficq; trāsfert hic ad defectū ingenij. ¶ Circa hæc scribit Albertus. Gazophylaciū dr theca diuitiarum, & signat hic studiū sanctæ ecclesiæ, in qua doctores reposuerunt suos libros. Eratq; apud veteres triplex gazophylaciū, quorū vnū vocatū est musac, qđ erat ad oblationes regū, de quo habet 4. Regum, ꝙ Achaz musac sabbati & ingressum regis exterius cōuertit in templum dñi ꝓp regē Assyriorum. Secundū est dictum corbona, qđ erat locus & repositorium donariorū sacerdotum, de quo habet apud Matthęū. Non licet eos mittere in corbonā. Tertiū cōi nomine vocat gazophylacium, de quo Lucas: Respiciēs Iesus eos, q̄ mittebant munera in gazophylacium &c. Alij alii ter dicunt, eo, n. quod legit musac sabbati, dicūt ꝙ in illo reponebantur oblationes festiuæ. Et qa*corbana Hebraicè sonat votum, dicunt ꝙ in illo ponebant oblationes votiuæ, in gazophylacio aūt sponte cæ. Cupientes ēt[scandere ardua] id est, intelligere alta, eleuando intellectum ab inferioribus & terrenis ad spiritalia, immaterialia ac diuina[prę sumpsimus agere opus]id est, librū istum cōponere [vltra vires nostras]id est, supra id quod ex proprijs & humanis potuimus viribus, hoc est, vltra vires naturæ, non gratiæ. Ideo subditur [consummationis fidutiā]id est, spem complendi tantum opus [laborisq̄ mercedē in Samaritano statuentes]id est, ponentes in Christo ꝙ Samaritanum significato, vt patet in parabola euangelica, vbi fertur Samaritanus esse misertus vulnerati. Vnde subiungitur, [q̄ prolatis in curationem semiuiui duobus denarijs, superoganti cuncta reddere professus est]id est, ꝓmisit ei cui commisit curā læsi, restituere quicquid exponeret pro curatione illius vltra duos, quos ei dedit, denarios. In quibus verbis per Samaritanum intelligitur mundi saluator: per semiuiuū, genus humanū a dęmonibus sauciatū, vtpote gratuitis spoliatum, atque in naturalibus læsum. Cuius medelā commisit saluator pastoribus, quibus dedit duos denarios, id est, vtriusq; testamenti scripturas, promittens eisdem præmiū copiosum pro laboribus et doctrinis, q̄bus merentur animarum languoribus.

Luc. 21.

Luc. 21. Mar. 12.

Albertus Gazophylacium triplex erat apud Iudęos.

4. Reg. 16.

Matt. 27.

Luc. 21.

chorban

Luc. 10.

Samarię. Christum significat.

¶ Sed ꝙ hæc obijci pōt. Quamuis. n. Magister prooemium istud libro huic præposuit, tamen (vt patet ex prologi huius tenore) ipse fecit hūc prologum libro isto completo. Cum ergo hic liber sit magnares, munus præclarum, oblatio opulenta, non vr, ꝙ exhibendo hunc librū, misit modicū cum paupercula in gazophylacium Dei. Prętera, Magister fuit vir valde ingeniosus & literatus: non ergo ait vera citer, de penuria & tenuitate nostra. ¶ Et respondendum, ꝙ Magister ex humilitate sic loquit, & nihilominus vera sunt verba ipsius: qm̄ ois scía, omnis ingeniositas viatorum, parua est respectu intelligētiæ atq; scię Beatorum, potissimè Dei. Vnde ait Apostolus: Soli sapiēti Deo. Et Ieremias, Stultus factus est ois homo a scientia sua. Salomon quoq;, Stultissimus, inq̄t, sum virorum. Imò vt Plato disseruit: Ea q̄ scimus, minima sunt respectu eorū, q̄ ignoramus. Cōformiter, q cq̄d homo pōt Deo offerre, ꝓmodicū est cōparatione infinitæ honorabilitatis, maiestatis, & excellentiæ Dei: q̄ sicut est honorabilitatis penitus īfinitę, sic dignus est immēso honore, a cuius exhibitione ois creatura deficit infinitè. ¶ Obijcitur quoque contra id, quod ait ardua scandere. hoc quippe videtur illicitum, cum dicat Apostolus, Noli altum sapere, sed time. Et rursus, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Salomon quoque, Quid necesse est homini maiora se q̄rere? Et in

Obiectio

Respōsio

Rom. 16. Iere. 10. Prou. 30. Plato.

Obiectio

Rom. 11. Rom. 12. Eccl 7.

Eccl. 3. Dilutio.

in Ecclesiastico scriptū est, Altiora te ne quæsieris, Dicendum, ꝙ verbum illud Apostoli, Noli altum sapere, ita exponit: Noli teipsum extollere aut magna de te sentire Ad alia rndendū, ꝙ nō debemus quærere maiora, aut altiora inordinatè, & supra mensuram nrę capacitatis, seu ex pręsumptione virtū propriarum: sed moderatè cū reuerentia & confidētia gratiosi auxilij dei, de quo dixit Apostolus: Oia possum in eo, q̄ me confortat. Insup obijcit contra id quod ait, ꝓsumpsimus. Præsumptio nanq; sonat in vitiū, iuxta illnd Ecclesiastici: O præsumptio nequissima, vnde creata es? Rndetur, ꝙ præsumptio interdū accipitur ꝓ abundanti fiducia. Aliquid quoque est ꝓsumptio per respectū ad proprias, vires, quod nō est ꝓsumptio propriè dicta per respectum ad diuinū auxilium. Obijcit etiā contra illud: Supererogata cuncta reddere, &c. Videt. n. illicitum, scripturis utriusq; testamenti aliq̄d addere, cū Moyses dicat, Nō adijcietis ad verbū, qđ loquor vobis, nec auferetis ex eo. In Apoc quoque scriptum sit, Si quis apposuerit ad hæc, apponet super eum dns plagas. Vnde & Damasc. Tradita, inquit, nobis ꝓ legem & prophetas veneramur, nihil vltra hæc inquirentes. Ad hæc Thomas rndet: Cōtingit apponere ad scripturas dupliciter. Primo, aliquid cōtrarium seu diuersum addendo, quod est erroneum aut præsumptuosum. Secundo, id quod continetur in scripturis implicitè, clariùs exponendo, & hoc est laudabile. Hinc Richardus: Nō debet apponi dissimile vel repugnās, sed potest addi verū, ad veri illius explanationem Et hoc forsan nō est ,ꝑpriè apponere, sed implicitū explicare & manifestare: qm̄ verū volens ad expositionē scripturæ, in ipsa implicitè ac virtua liter continet. Hoc est qđ ait Bonauentura: Est, inquiens, additio distrahens, & est additio cōplens. Addens primo mō, non supererogat sed magis diminuit ac subuertit. quod hæretici faciunt quibus maledictio dat. Addens secundo mō, supererogat: qm̄ saluo sensu scripturæ, ipsam dilucidat. quod faciunt studijs suis sancti patres & doctores catholici. Consequenter tangit causa vna, ad aggregiendū impellens. [Delectat nos veritas pollicentis,] i. vera promissio Christi, promittentis supererogāti præmium copiosum, delectabiliter allicit nos ad cūpilandum volumen hoc. Veruntū perfectiùs & Deo acceptiùs est facere bona puro intuitu diuini amoris, absq; reflexione ad cōmodum aut præmiū proprium, quàm mercedis affectu. Subditur vna causa retrahens. [sed terret immēsitas laboris] i. valde magna difficultas exequendi & complendi hoc opus. Sequit alia causa, ad aggrediendum inducens. [desiderium hortatur proficiendi] id est, appetitus faciendi fructum spiritalem in scięntia & virtute tam mihi, quàm alijs, instigat & admonet me aggredi opus istud [sed dehortat infirmitas deficiendi] id est, consideratio propriæ infirmitatis ac insufficientiæ, ex qua vereor in executione à cōplemento deficere, instigat me ad cessandum ab opere isto. [quā vincit zelus domus Dei] i. feruēs affectio cōmunis bonis ecclesiæ, prædominatur consideratioi infirmitatis retrahenti ab opere isto. [Quo]zelo[i n a r d e scētes, fidē nostrā aduersus errores, &c.] Ordo verborum est. [Studuimus fidē nostrā munire, vel potius oīdere munitā clypeis] i. rationibus & autoritatibus [Dauidicæ turris] i. altitudinis sapiētię Christi, seu sacræ scripturæ. Per dauid. n. intelligit Christus. Vnde in Cāticis, Collum tuum sicut turris Dauid, quæ ędificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea. oīs armatura fortiū. Sicq; fides nostra tot clypeis ē munita, quot à sanctis patribus atque doctoribus introducta & exhibita sunt argumenta, documenta ac miracula, pro fide corroboranda. Hinc recte ait Magister: [Vel potius munitā oīdere] qa iā ante eū fides fuit clypeis his munita: & dicta ac scripta ab alijs, redegit in vnum. [Studuimus etiam aperire abdita theologicarum quæstionum,] i. difficiles & obscuras quęstiones theologię elucidare ac soluere ,put infra patebit. [& tradere notitiā ecclesiasticorum sacramētorum ,ꝓ modulo intelligētiæ nostræ] i. iuxta paruitatē & mensuram nostræ scięntiæ. Et hoc [aduersus errores carnalium atq; aīalium hominum,] id est, ad confutādos errores, falsitates & hęreses impiorum, q̄ instar brutorū suas passiones, cōcupiscentiasq; sequuntur, & errores fidei sctē cōtrarios fingunt aut amplectunt, vt sine refrenatione atq; formidine peccent, sicut qui negant prouidentiā dei, immortalitatemq; aīæ, iuxta illud beati Iob: Dixerūt Deo, recede à nobis, scię tiā viarum tuarum nolumus. Et in Psalmo: Dixerūt, quo mō scit De? & si est scia in excelso? Iuxta hunc modum etiā Apostolus numerat hæreses inter opera carnis. Quocirca scribit Bonauentura: Dupliciter corrumpit quis fidē. Primo, ex peruersitate voluntatis & affectionis. & talis dr hic carnalis. Secundo, ex peruersitate iudicij, & talis vocatur hic aīalis, quasi phantasticus, qm̄ phantasiæ peruertunt iudicium rōnis. Hinc igit, [nō valentes studiosorum fratrum votis iure resistere,] i. rationabiliter nō potentes negare desiderijs fratrum diligentium quod nos rogāt, à quibus sumus rogati de materijs istis cōpilare volumen. Et recte ait, Non valentes iure: quamuis enim poterat de facto non annuere illis, de iure tamē hoc non poterat, cum & beatissimus Petrus dicat: Vnusquisque sicut accepit gratiā in alterutrum illā administrantes. Et saluator: Quæcunque vultis vt faciant uobis homines, ita & vos facite illis. Nam & alios verbo aut scripto instruere, est eleemosyna spiritalis, & vnum de septem spiritualibus operibus misericordiæ. [Eorum in Christo laudabilibus studijs, lingua ac stylo,] nos, [seruire flagitantium,] i. non valemus resistere votis fratrum flagitantium nos seruire laudabilibus studijs eorum in Christo lingua ac stylo, id est, informatione vocali & scripta, seu editione atque dictamine libri. Porro tunc studia sunt in Christo laudabilia, imò & meritoria, quando procedunt ex charitate, & ordinantur ad debitum finem, vt dictum est supra de ordinato modo studędi. [Quas bigas agitat in nobis Chri charitas.] Biga est vehiculum quodà duobus equis trahi solet. Et defignat hoc loco linguam & stylum, quæ à dilectione Dei & proximi debent moueri, quemadmodum biga ab æquis duobus.

Bonauēt.

Amati. 4.

Iob. 21. 22.

Pſal. 72.

Galat. 5. Bonauēt.

Fides dupliciter corrūpit.

1. Petri. 4.

Matth. 7. Lucæ. 6.

Obiectio. Eccēs 9.

¶ Sed videtur ꝙ Magister præsumptuosè affirmet linguam suam & stylum à charitate Christi agitari. Similiter quod supra dixit se inardescere zelo dom? Dei, cum nemo sciat se esse in charitate. Ad hoc Thomas rndet: Charitas vno modo dicitur habit? infusus, quem nullus potest scire certitudinaliter se habere in uita hac, nisi ex reuelatione, sed potest cognoscere per aliqua probabilia signa. Alio modo dicitur amor multum apprecians amatum, sicq; aliquis potest scire se charitatem habere. Hinc ait Richardus: Quamuis nesciatur in hac vita sub certitudine, nisi ex reuelatione, scitur tamen aliquo modo per coniecturam, sed hoc non est propriè scire sed ꝓbabiliter opinari, Et vt addit Bonauentura, Si charitas

Thomas. Dilutio. Charitatē quō quis sciat se habere.

Richard?.

Bonauēt.

charitas ſumatur primo modo, videlicet pro virtute gratuita & infuſa, Magiſter prætacta verba non protulit aſſerẽdo, ſed conijciendo: ſi ſumat ſecũdo mõ, loquiſ aſſertiuè. Cõſequenter oñdit, ꝓpoſiti ſui conſtantiã: qm̃ non obſtãte ꝙ ſciuit ſibi imminere pericula contradictionũ & detractionũ, nihilominus ꝓſecutus eſt ſuũ intentũ. [Quamuis nõ ambigamus oẽm humani eloquij ſermonem, calũniæ]. iniuriationi ſeu impugnationi [atq; cõtradictioni æmulorũ ſp fuiſſe obnoxiũ]. i. expoſitũ ſeu ſnbiectũ, quaſi noxæ aut pœnæ huic addictũ. Propriè aũt calũniator dr̃ falſus accuſator. [quia diſſentientibus volũtatũ motibus, diſſentiens quoq; fit animorũ ſenſus]. i. ſicut affectus vuluntatũ in bonis & peruerſis hominibus extant cõtrarij, ſic & eorum iudicia ſibi inuicem repugnãt. Sicq; ſenſus hic ſumit̃ pro actu ſeu iudicio intellectus, quemadmodũ in prima Ioãnis
1. Iohan. 5 epiſtola, Scimus qm̃ filius Dei venit, & dedit nobis
Sapiẽ. 9. ſenſum, vt cognoſcamus deũ verũ. Et in libro Sapiẽtiæ, Senſum tuum dñe quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam? [vt cum omne dictum veri rõne pfectum ſit]. i. ratione perficiatur quicq̃d verè profertur. [tñ dum aliud alijs aut videtur aut complacet, veritati vel non intellectæ, vel offendenti, impietatis error obnititur]. i. impius error reſiſtit veritati non intellectæ, quo ad illos qui ex ignorantia aut hebetudine reniuntur & contradicunt: vel offendẽti eos veritati, inquantũ eorum vitia aut errores pandit vel reprehendit. [ac volũtatis inuidia reſultet]. i. oppoſitum ſonet [quã Deus ſeculi huius operatur in illis
Eph. 2. 5. Col. 3. diffidentiæ filijs] Hoc ſumptum eſt ex verbis Apoſtoli. Et primo exponitur de principe tenebrarum, qui ſua ſuggeſtione inducit impios ad peruerſa, & falſa, quorũ princeps & Deus perhibetur, non creatione, ſed dominatione iniqua. Sicq; per ſeculũ intelliguntur homines mundani & vani, qui Diabolo magis quàm Deo parẽt ac ſeruiunt. Secundo exponitur de vero Deo oĩum creatore, qui permiſſiuè
Exo. 4. 7. 10. 11. 14. Iſaię. 63. operatur mala ꝓtacta, ſicut dr̃ Pharaonẽ induraſſe. Sicq; ab Iſaia dr̃ Deo: Quare nos errare feciſti de vijs tuis? induraſti cor noſtrum ne timeremus te? qui non rationi voluntatem ſubijciunt, ſed paſſionibus & peccatis acquieſcunt, cum tamen (diuino
Dionyſius Dionyſio teſte) optimum hominis ſit eſſe ſecũdum rationem; imò vt ait Philoſophus, voluntas comparatur tyranno, ratio regi. [qui non rationi voluntatem ſubijciunt, [nec doctrinæ ſtudium impendũt] .i. non laborãt intelligere veritatem doctrinæ, cum
1. Tim. 4. tñ ad Timotheũ dicat Apoſtolus: Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ [ſed his quæ ſomniauerũt] .i. inſtar ſomniantiũ ſtultè imaginati ſunt [ſapiẽ verba coaptare nituntr̃] colorãdo ſuos errores per verba ſcripturę [non veri, ſed placiti rõnem ſectãtes]. i. non ſyncere quærentes qd̃ verum eſt, ſed qd̃ eorũ placet affectioni ſeu rationi peruerſæ. Et tales ſunt hæretici & quidã philoſophi, qui ſcripturas aut negãt, aut ad philoſophica dicta retorq̃ẽt. Quos ini
qua voluntas, non ad intelligẽtiam veritatis, ſed ad
Iſaię 30. defenſionẽ placentiũ incitat,] iuxta illud Iſaiæ, Loquimini nobis placẽtia, videte vobis errores. [non
2. Tim. 4 deſiderãtes doceri veritatẽ. ſed ab ea ad fabulas cõuertentes auditũ] iuxta illud ad Timotheũ: Diſcedent quidã à veritate, attendentes ſpiritibus dæmoniorũ. & à veritate quidẽ auditũ auertẽt, ad fabulas aũt conuertent̃. Porro fabula proprie dicta ſm̃ philoſophũ, ex miris componitur, & iſti volũt ſp noua audire. [quorum profeſſio]. i. firma intentio, eſt magis placita, q̃ docenda]. i. digna doceri, [cõquirere; nec docẽda] vtpote neceſſaria ad ſalutem [deſiderare, ſed deſideratis doctrinam coaptare]. i. veritatis verba applicare ad colorandum & excuſandũ ea, q̃ vitioſè affectãt. [Habẽt rõnẽ ſapiæ in ſuꝑſtitione]. i. nõ verè, ſed ſimulatè & apparenter inſtar hypocritarũ. Et ſumpta ſunt hæc ex verbis Apoſtoli ad Coloſſenſes. [ga fidei defectionẽ ſequit̃ hypocriſis mẽdax] vt patuit in hæreticis, q̃ à fidei veritate labẽtes, aſſumpſerunt opa apparenter virtuoſa, ne eorũ error deprehenderet̃. Ideo ſubdit̃: [vt ſit vel in verbis pietas, quã amiſit] eorũ [cõſcientia.] Nã quãuis conſcientiã impiã habeãt, tñ in verbis pietatẽ ſimulant ſeu prętendunt. [ipſamq; ſimulatã pietatẽ oĩ verbo rum mendicatio impiã reddũt. [falſa nanq; doctrina apparẽti pietati adiũcta, auget iniquitatẽ quẽadmodũ iuxta Aug. ſimulata equitas, non eſt equitas, ſed duplex iniquitas. [falſæ doctrinæ inſtitutis, fidei ſanctitatẽ corrumpere moliẽtes.] Sic em̃ heretici ꝓ ſuperſtitioſa ſtatuta, ceremoniasq; cõfictas & apparentes iuſtitias, conati ſunt fallere verè catholicos. [auriumq; pruriginẽ]. i. inordinatã ac feruidam curioſitatẽ audiendi noua. [ſub nouello ſuũ deſiderij dogmate alijs ingerentes] quos ꝓ deceptoria verba & geſta accẽderunt ad audiẽdum noua documenta, iuxta deſideriũ ſuum conficta, & apta ad pallian dum cõcupiſcẽtias ſuas. Prurigo aũt cauſaſ ex inordinato calore, & ita tranſumit̃ hic ad deſignãdum feruorem audiẽdi curioſa & noua. Vnde ad Timotheũ ait Apoſtolus. Erit tẽpus cum ſanam doctrinã non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros prurientes auribus. [qui contẽtioni ſtudentes, contra veritatẽ ſine fœdere bellãt] quatenus ſuo clamore videanẽ prævalere, cum prævalere nequeant ratione. Eſt quippe contentio, ſecundũ Ambroſium, impugnatio veritatis cum cõfidentia clamoris. Tullius quoq; 2. rethoricę: Cõtentio, inq̃t, eſt oratio acris, ad defenſionẽ vel impugnationem accõmodata. Et vt ait Iſidorus, Contentioſorũ ſtudium eſt, nõ pro inquirenda veritate, ſed pro appetitu laudis certare. [Inter veri nanq; aſſertionem & placiti defenſionem] loquendo de placito veritati cõtrario. [pertinax pugna eſt,] q̃ pugna dr̃ pertinax, ex parte eius q̃ veritatẽ impugnat; ſed cõſtans & iuſta eſt, ex parte eius q̃ veritatẽ defenſat. [dũ & ſe veritas tenet,]. i. in ſuo vigore conſiſtit, & ad reſiſtendum falſitati, vitioq; inclinat. [& ſe voluntas erroris,]. i. voluntas erranea [tuetur [ꝓ falſa, ſeu ꝓ vera male applicata. Quãuis aũt veritas ſm̃ ſe conſiderata, ſit in expugnabilis oĩ; falſitate & vitio fortior, tñ in ſpeciali accepta, & ex parte ſui ſubiecti, interdũ ꝓ argumenta fallacia, ꝓ terrores & figmenta dẽijcitur, obfuſcatur, ꝓſternitur. Hinc in apocryphis Eſdræ habetur: Magna eſt veritas & fortior oĩbus: Oĩs terra inuocat veritatẽ, & oẽs tremũt eã. ¶ Præterea obijci põt cõtra id, quod dictũ eſt [Veritati nõ intellectæ vel offendẽti.] Nã ſicut ſe habet viſus corporalis ad lucẽ, ſic veritas ad intellectũ: ſed viſus lucẽ ſenſibilẽ ſibi obiectã nõ põt non intueri, ergo & intellectus veritatẽ põt non intelligere. Præterea veritas eſt perfectio intellectus & naturaliter appetibilis, ergo non põt odiri. Reſpondendũ ad primũ, ꝙ ſicut ex triplici cauſa cõtingit viſibile nõ videri: primò, qa hõ nõ vult illud aſpicere: ſecundò, ex organi indiſpoſitione: tertiò, ex lucis abſentia: ſic tripliciter accidit nõ intelligi veritatẽ. Primò, qm̃ hõ non vult eã conſiderare. Scd̃ò, ex hebetudine intellectus, indiſpoſitioneve organi, vt in phreneticis patet & fatuis. Tertiò, ex defectu ſupnæ illuminationis

Col. 3.

Auguſti.

2. Tim. 4.

Ambroſius Tullius.

Iſidorus.

Veritas ſe ipſa ſemp eſt inuicta

3. Eſd. 4.

Obiectio.

Dilutio.

Intelligendi triplex impedimẽtum.

Veritas offendẽs odiatur.

Ariſtote.

Iohan. 3.

Auguſti.

Sapiẽ. 11.

Proue. 12.

fidei veritas inter extremos hęretico-rũ errores eſt media.

* ſi cui

Proue. 22. Deute. 19.

Pſal. 118. Lucæ. 21. Matt. 24

Matth. 5. 2. Cor. 13.

tionis, ſicut in vitioſis, quorum obtenebrata ſunt corda. Ad ſecũdum dicendum, ꝙ veritas ſm̃ ſe conſiderata, & quo ad primum ſuum effectum quo illuminat intellectum, nõ odit̃r, neq; offendit, imò delectat, atq; diligit̃r, qm̃ omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, veruntamen veritas quo ad ſecundarium ſuum effectũ; quo aliquem reprehẽdit aut punit, ſæpe offendit, odioq; habet̃r, iuxta illud Iohan. Oĩs qui male agit, odit lucem. Hinc 10. Confeſſionũ aſſerit Auguſt. de impijs: Amant veritatem docentẽ, lucem odiunt redarguentẽ. Et alibi, Odiũ peperit veritas. itemq; in ſermone de beatiſſimi Iohannis decollatione: Feralis iuſſus crudelitatis propter odium veritatis [Horũ igitur deo odibilẽ eccleſiam] quæ deo odibilis eſt, quantũ ad vitia, nõ quo ad naturã, iuxta illud lib. Sap. Diligis oĩa, quæ ſunt, & nihil odiſti eorũ quæ feciſti. [volẽtes euertere]. i. ſalubriter confutare, & eſſe erroris, ac vitij in ipſis deſtruere, iuxta illud Prouerbiorũ, Verte impios & nõ erunt. [atq; ora oppilare,]. i. cõprimere, ita vt veritati non valeãt repugnare, nec reſpondere. [ne virus nequitię] id eſt, falſam & inficiẽtem doctrinam; & impietatem [in alios effundere queãt, & lucernã veritatis in candelabro exaltare volentes]. i. doctrinam catholicam optimè illuſtrantem, in altitudine mentis locare, atq; in cathedra magiſtrali ſtatuere, vt publicè doceatur [in labore multo] interiori & exteriore [& ſudore] laborẽ ſequẽte [hoc volumen deo prẽſtante] ſine quo nihil valemus [cõpegimus] Quo cõſtat, ꝙ prologũ iſtũ ſaltẽ pro maxima parte fecit edito libro iſto. Et bñ ait, cõpegimus: qm̃ ex diuerſis ſanctorũ ſententijs quaſi cõpaginatũ exiſtit. Ideo ſubdit̃ [ex teſtimonijs veritatis]. i. ſacræ ſcripturæ [in æternũ fundatis] iuxta illud Pſalmi, Initio cognoui de teſtimonijs tuis, quia in ęternũ fundaſti ea. In euangelio quoq; increata veritas Chriſtus teſtatur, Cęlũ & terra tranſibũt, verba aũt mea non tranſibunt. Itẽ, Vnus apex de lege nõ peribit. Quod autem ait Apoſtolus, Sciẽtia deſtruetur, exponitur quantum ad modum ſciendi. [in quatuor libris diſtinctum, in quo maiorum exẽpla] i. ſimilitudines, figuras, ſeu exemplaria quædã geſta, doctrinamq; reperies. [in quo] libro [per dominicæ fidei]. i. fidei à domino traditæ [ſynceram profeſsionem]. i. proteſtationem [vipereæ doctrinæ]. i. hæreticę, ac perfidæ falſitatis [fraudulentiam prodidimus, aditũ de monſtrandæ veritatis cõplexi]. i. amplexati ordinatum acceſſum ad veritatem catholicam oſtendendã. [Nec periculo impiæ profeſsionis inſerti]. i. nequaquã admixti periculoſæ affirmationi falſorum. temperato inter vtrunque moderamine vtentes]. i. medium uerum ſeruantes, inter errores extremos. Quemadmodũ em̃ ſanitas conſiſtit in medio tẽperato humorũ, & virtus inter duo vitioſa extrema, quædam mediẽtas eſt: ſic doctrina catholica, ſeu veritas fidei Chriſtianæ, inter errores extremos medium tenet: ſicut inter perfidiam Arij, ponentis trinitatem in perſonis, & naturis eſſe diuerſam, & hæreſim Sabellij, aſſerentis trinitatẽ in perſonis, atque eſſentia eſſe vnam, fides affirmat ꝙ differant in perſonis, & vnum ſint in eſſentia. In prætactis verbis [* Sicubi vero parũ vox noſtra inſonuit]. i. ſi auribus mẽtis & corporis alicuius parum inſonuit per conſenſum hæc noſtra doctrina, [non à paternis diſceſſit limitibus] id eſt, à ſanctorum doctrinis & ſcripturarũ tenore, ac terminis non receſſit, ſicut nec ego, iuxta illud Prouerbiorum, Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. In Deutenonomio quoque legitur, Nõ transferes terminos, quos fixerunt priores in poſſeſsione tua. Vnde & Dionyſius primo de diuinis nominibus capitulo: Non eſt, inquit, audẽdum aliquid dicere de ſupereſſentiali occulta deitate, præter ea, quæ diuinitus nobis in ſacris eloquijs ſunt expreſſa. Conſequẽter Magiſter amputat, & quantum poteſt, excludit temeraria quæque iudicia. [Non igitur debet hìc labor,]noſter, id eſt, liber iſte à nobis laborioſè compoſitus, ſeu labor quem librum componendo ſponte aſſumpſimus, ac patienter & charitatiuè pertulimus [alicui pigro] qui ſolet ſtudioſorũ conatus cõtemnere, ſecundum quod Salomon loquit. Sapientior ſibi piger videt̃ ſeptem viris loquẽtibus ſententias. [vel multũ docto [qui noſtra inſtructione forſan non eget [videri ſuperfluus, cũ multis impigris] id eſt, ſtudioſis, agilibus [multisq; indoctis] id eſt, nondũ ſatis eruditis, & proficere in theologia optãtibus [inter quos etiã & mihi ſit neceſſarius] neceſsitate cõditionata, ſi ſcilicet compendioſè proficere debeãt. Vel neceſſarius, id eſt, perutilis. Sed quomodo fuit etiã Magiſtro neceſſarius? Et reſpondẽdum quòd ideo, quia alios inſtruendo exercitauit, & inſtruxit ſeipſum, ac multum promeruit, vt creditur piè. & ſicut dixit iam ante, iure nõ potuit fratribus ſtudioſis negare cõpilationem codicis huius. [breui volumine complicans patrum ſententias]. i. ſententioſa dogmata ſanctorum, & catholicorũ doctorũ. Sed cũ volumen iſtud ſit grande, quomodo breue vocatur? Et reſpõdendum quod comparatione ſententiarum contentarum in eo, ſit breue. Porro vt aſſerit Auicenna, Sententia eſt certiſſima, ac diffinitiua conceptio ſiue prolatio. [appoſitis eorum teſtimonijs,]. i. autoritatibus, ꝙ quas probaui, id fuiſſe de mẽte eorum quod dixi & eis aſſcripſi [vt non ſit neceſſe quærenti] proficere [librorũ numeroſitatẽ euoluere]. i. multos percurrere libros [cui breuitas] collecta. i. compendioſa doctrina hic introducta [quod quæritur] ab eo [offert]. i. præſentat [ſine labore] tali, qualem haberet diuerſa euoluendo volumina. [In hoc aũt tractatu nõ ſolnm pium lectorẽ,] qui oĩa quãtũ rationabiliter poteſt, capit in melius & quærit proficere, non calũniari [ſed etiam liberũ correctorẽ deſidero] Liberũ appellaẽ ſecũdũ philoſophũ, qd̃ cauſa ſui ẽ: ſic liber vocaẽ corrector, qui emendat ſyncero correctionis intuitu, non ad irridendũ, aut diffamãdũ, nec ex praua radice [Maximè vbi profunda verſaẽ veritatis quęſtio] ibi periculoſius eſt errare. Et dummõ is, qui corrigit, ſit ad corrigendũ verè idoneus [q̃] veritas [vtinã tot haberet in uẽtores]. i. ſtudioſos amatores, qui vel ꝓpria inquiſitione, vel aliorũ informatione veritatẽ cupiũt inuenire, q̃ quærũt, [quos habet cõtradictores.] In his verbis pãdit Magiſter ſe corrigibilẽ eſſe, ac docilẽ, nõ pertinacẽ, exemplo Auguſtini 2. de Trinitate dicentis: Magis amabo inſpici à rectis, q̃ timebo moderi à peruerſis. Gratãter nanq̃ ſuſcipit oſculũ colũbinũ pulcherrima ac modeſtiſſima charitas, dẽtem vero caninum vel euitat cautiſſima humilitas, vl retundit ſolidiſſima veritas. Magisq; optabo à quolibet reprehendi, quàm ſiue ab errãte, ſiue ab adulante laudari. Hinc demum Gregorius: Magnum, inquit, mihi beneficiũ ab eo reputo exhiberi, qui meũ errorem oſtenderit mihi. Vnde & quidã diſſeruit: Errorem meum libenter audio, ſed ab eo, qui recitat non libenter, vtpote dolens de meo errore. Amicus enim eſt, qui quærit vitium abolere, non inſultare erranti, aut vitioſo.

Dionyſius martyr.

Proue. 26.

corrector liber quis ſit.

Auguſti.

Auicenna

Sententia quid ſit.

Gregori⁹.

QVAE-

Quæstionum in Exordio Lib. Sententiarum moueri solitarum, prima, auctore D. Dionysio Carthusiano.

Arguitur cõtra veritatem.

1 VEritur primò, *An sacra doctrina seu theologia sit scientia.* ¶ Et arguit primo quòd non. Theologia.n. est sapiẽtia, sed sapiẽtia & scientia sunt habitus intellectuales distincti, vt sexto Ethicorũ habetur. ¶ Secũdo, quia (vt ait Boethius) scientia est eorum, quæ incommutabilem sui sortiunt substantiam: atq; vt primo Posteriorum, ac alibi docet Philosophus, scientia est necessariorũ, & quæ aliter se habere nõ possunt, nõ contingentium, & variabilium rerum. sed sacra doctrina, & theologia pro maxima parte est de rebus,

Boethius 2

3 & gestis humanis. ¶ Tertio, quia scia est vniuersaliũ, non singulariũ. Scriptura autem seu theologia pro maxima parte est historialis, de certis personis, & particularibus, eorum actibus tractãs, vt patet in Genesi, & alijs libris Moysi, in libros Iosue & Iudicũ, in libris Regum, & Paralipomenon, in Esdra, in

4 Euangelijs apostolorumq; Actibus. ¶ Quarto, quia scientia procedit ex principijs per se notis, sicut in

Alanus. prologo de maximis theologiæ scribit Alanus: Oĩs scientia vtitur regulis tanquã proprijs fundamẽtis. Hasq; regulas Philosophus primo Posteriorum nominat dignitates, quæ (vt asserit) sunt p se notæ, sed theologia procedit ex articulis fidei, qui non sunt per se noti, imò nec comprehensibiles, saltem pro

5 parte. ¶ Quinto, sciẽtia est scibilium & comprehensibilium, theologia vero est incomprehensibiliũ, &

6 supernaturaliũ: non est ergo scia. ¶ Sexto, maior est certitudo principiorũ, q̃ conclusionũ, cũ ex certitudine principiorum dependeat certitudo conclusionum, sed minor est certitudo articulorũ fidei quã scíæ scripturarũ, cum primo de sacramentis asserat

Hugo. Hugo: Fides est supra opinionẽ & infra scientiam.

7 Notitia ergo sacræ scripturæ non ẽ scia. ¶ Septimo, Aug. lib. 83. quæstionũ. Quædã inquit, credunt, quæ nunq̃ intelliguntur, vt est oĩs historia recitãs humana, & particularia gesta: cũ ergo sacra scriptura p

8 maxima parte sit taliũ recitatiua, non videt esse scia cũ scia sit eorum, q̃ intelliguñ. ¶ Octauo, triplex est acceptio veritatis in doctrinis, videlicet opinio, fides, scia. Opinio aũt est opinabilium, fides credibilium, scientia scibiliũ. Sed hæc doctrina est credibi-

9 liũ, puta eorũ, quæ cadũt sub fide, nõ scibiliũ, nõ est ergo scientia. ¶ Nono, oĩs scientia resoluit in principia per se nota, q̃d theologię nõ cõuenit. ¶ Decimo

10 hæc doctrina est lex, quia in legẽ nouam, veteremq; diuiditur. Vnde & Baruch ait: Hic liber mãdatorũ

Baruc.4. Dei, & lex quæ est in æternũ. Lex aũt nõ est scia, sed

Augusti. Oseæ. 6. In oppositum. præceptum, vt super primam S. Ioannis canonicam tangit Augustinus.

¶ In cõtrariũ est illud Oseæ, Scientiam dei volui plusquam holocausta. Et itẽ illud Ieremiæ. In hoc

Ierem. 9 glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me, dicit dñs. Isaias quoque ait, Repleta est terra scia dñi. Et de hac in 14. de Trinita. loquitur Augu. Theologia est scientia rerũ ad hominis salutem spectantium.

Hales. Scia dupl. causæ & causati. ¶ Ad hanc quęstionem Alexander respõdet: Quę dã est scia causæ, & quædã causati, Scia aũt causæ causarũ, est gratia sui. Scientiæ vero causatorũ, siue sint causę, & effectus, siue effectus tm̃, nõ sunt gratia sui: quia dependent à causa causarũ, & referunt ad eius notitiam. Hinc nomen scientiæ appropriatur scientijs causatorũ: nomen vero sapientiæ, scientiæ seu notitiæ causæ causarũ. Hinc theologia proprie sapientia nuncupatur, cum & Philosophus dicat, q̃ prima philosophia, videlicet metaphysica, quæ est gratia sui, & de causa causarum, sapia est dicenda. multomagis theologia, quæ trãscendit cũctas scien

Deute.4. tias alias. Vnde in Deute. dicitur: Hæc est vestra sapientia, & intellectus coram populis.

Thomas. Duplex scientia. ¶ Præterea Thomas hanc quæstionẽ non mouet hoc loco, sed in prima parte Sũmæ suæ q̃stione prima, soluitq; eã dicẽdo: Duplex est scia. Quędã, pcedit ex pricipijs in ipsa p se notis, vt geometria. Quę dã vero procedit ex principijs nõ nisi in lumine superioris scientiæ cognitis, vt perspectiua, quæ procedit ex principijs in geometria notificatis, & hoc modo sacra doctrina ẽ scia. Nã licet eius principia, scilicet articuli fidei, nõ sint homini p se nota: sunt tñ in altiori scia, vtpote, in cognitione dei, & beatorũ per se cognita. Idcirco quod dicit, Oĩs scientia procedit ex per se notis, intelligẽdum est, immediatè vel p reductionẽ ad altiorẽ sciam. Hæc Thomas.

Richard⁹ ¶ Hanc responsionẽ sequitur, & asignat Richardus, & addit: Sicut musica assentit principijs traditis ab arithmetica, & perspectiua principijs traditis à geometria: ita theologus assentit principijs sibi traditis à deo, cui principia huius theologicæ scientiæ sunt p se nota, quæ sunt articuli fidei, ex quibus procedit theologia in demõstrationibus suis. Hinc

Augusti. Augustinus II. de Ciuita. dei: De inuisibilibus, inq̃t, à nostro sensu, & intellecture motis oportet nos credere his, qui hæc in illo incorporeo lumine constituta didicerunt, scilicet apostolis, & prophetis, vel manẽtia cõtuentur, vt sunt comprehẽsores. Nec ex his sequit tantum, quod theologia sit sciẽtia simpliciter, sed etiam aliquo modo, quo ad nos, inquantũ præsuppositis p fidẽ huius doctrinæ principijs, certitudinaliter cognoscere possumus necessariã connexionem conclusionũ huius doctrinæ ad sua principia. Nec tamen tã plenè habet rationẽ sciẽtię, quo

Aristote. ad nos in vita præsenti de lege cõmuni, vt perspecti ua, ac musica, de quarum principijs possumus hic certam cognitionem acquirere, inquantũ acquirere valemus certã cognitionem sciẽtiarum illarum quibus subalternãtur, & ex quarum principijs procedunt. Nec hoc est cõtra nobilitatem theologiæ, sed magis pro ea: quoniã ratione altitudinis materiæ, de qua tractat, nostrã naturalem transcẽdit cognitionem. Nã quæ ex sua natura sunt maxime scibilia, actualia, perfecta & separata, sunt nobis minꝰ scibilia: ad quę se habet noster intellectus, sicut oculus noctuæ ad lumẽ diurnũ secundũ Philosophũ se

Auicenna cundo metaphysicæ. Vnde Auicẽna 6. naturalium: res subtilissimas nõ potest aliquando noster appre hẽdere intellectus, q̃a excedũt eũ. Hæc Richardus.

Scotus. ¶ Porro Iohánes Scotus, qui vocatur doctor subtilis, de hac quæstione sic scribit: Aliter ẽ loquendũ de theologia in se, & de theologia in nobis, & similiter de quocũq; alio habitu: qm̃ licet geometria sit scía in se, tñ nõ cognoscenti principia geometriæ, sed ea tãtum credenti, nõ est sciẽtia, sed fides. Vnde cognitio, quę est proportionabilis obiecto sm̃ se, est simpliciter scientia: & sic cognitio de obiecto theologiæ, quæ nata est haberi secũdum se, est theologia simpliciter, sed theologia nostra, nõ est nisi secundũ capacitatẽ intellectus nr̃i. Dicendũ ergo, q̃ theologia est scientia. Nam sicut patet ex definitione scire,

Dionysius

scire, Sciẽtia est certa cognitio de necessarijs, habita per causam, euidentiãq; obiecti, & per applicationem causæ ad effectum. Sed q̃ scientia sit p discursum, & applicationẽ, hoc est impfectionis, sicq; ex præcedenti cognitione dependet. Theologia ergo quantum ad cõditiones illas, quæ sunt perfectionis, videlicet q̃ sit cognitio certa, & necessaria, & p

Obiectio. obiectum per se euidens, non per causam efficientem est scía in intellectu diuino. Theologiæ aũt beatorum est verè scientia, etiam quo ad hoc, q̃ est ex causa efficiẽte, videlicet Deo. Similiter Theologia viatorum, scientia est, & ex discursu habet. ¶ Sed cõtra ista arguitur: Quia pars Theologiæ est de cõtingẽtibus, vt q̃ filius Dei est incarnatus, q̃ Deus mundum creauit, quæ non videntur habere scientiã. Re-

Dilutio. spondetur, q̃ nullus intellectus põt intelligere contingens, vt necessarium, nisi erret. Ideo nihil est dicere, q̃ contingentia, vt a Deo sunt cognita, sint necessaria: sed scientia Dei est contingentis, vt contingentis. Ideo aliter est de scientia nostra, & de scientia Dei. Necessitas enim, quæ requiritur ad scientiam nostrã, est necessitas obiecti, non habitus: q̃a quod homo scit hodie, põt cras obliuisci, quis sit de necessarijs. Necessitas autem scientiæ Dei, est necessitas habitus, non obiecti, & ipse certitudinaliter cõtingentia nosc it. Hæc Scotus.

¶ Cuius dicta in se obscura, ex suorum sequacium scriptis possunt clariùs enodari, nisi prolixitas esset vitanda. Breuiter autem tangendo, sicut vnus asserit illorum, quædam est Theologia in se, & quædam in nobis. Theologia in se, est cognitio, quæ nata est haberi de obiecto Theologico, secundum q̃d obiectum illud natum est manifestare se intellectui proportionato, quemadmodum verbi gratia, Deus est obiectum Theologicum, & intellectus diuinus est si bi proportionatus: ideo illa notitia, quæ habet de isto obiecto in intellectu diuino, est Theologia in se. Illa vero, quæ de eodem obiecto causatur in nobis, vocatur Theologia in nobis. Præterea aduertẽdum

Durãdus. quod circa hanc quæstionem multa scribit Durandus de sancto Portiano, inter cætera dicens: In omni disputatione oportet supponere, quid designet per nomen. Ideo antequam descendatur ad solutionem quæstionis istius, oportet videre, quid importetur nomine Theologiæ. Videtur autem Theo

Nomen theologię tripliciter accipitur. 1 logia secundum nomen suum, tripliciter accipi. Primò, pro habitu, quo cognoscimus ea, quæ in sacra doctrina traduntur, & vt in ea traduntur: sicut scire ea, quæ in libris continentur philosophorum, vo-

2 catur naturalis philosophia. Secundò, pro habitu, quo fides, & ea, quæ in scripturis traduntur, ex quibusdam principijs nobis notioribus declarantur, sic

Augusti. que sumit eam Augustinus 14. de Trinitate loquẽs: Hinc scientiæ illud tantum tribuitur, quàm fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & robora tur, qua scientia multi fideles non pollent, quamuis

3 polleant ipsa fide. Tertiò pro habitu eorum, quæ deducuntur ex articulis fidei, & ex dictis scripturæ, sicut conclusiones ex suis principijs. Si itaq; Theologia primo modo accipiatur, non differt a fide: quoniam, quæ in scriptura traduntur, vt sic, solum auctoritate diuina tenentur. Si autem eis assentire, solius est fidei. Ideo Theologia sic sumpta, nõ differt a fide: Hinc quærere, an Theologia si accepta, sit scientia: idem est, ac si quæreretur, an fides sit scientia. Porro si Theologia secundo modo accipiatur, fides, & Theologia sunt de eodem, nisi quòd id, q̃d tradit, sola tradit auctoritate, Theologia ratione. Ideo quærere, an Theologia sic sumpta, sit sciẽtia: est quærere, vtrum de eodem simul possint haberi fides atque scientia. Sumendo autem Theologiã tertio modo, quærere an Theologia sit scientia, est quę rere, vtrum ex articulis fidei possit aliquid demonstratiue concludi, quod verè sit scitum.

Dionysius ¶ His vltimis duobus modis, tractat Durandus hanc quæstionem prolixè: & tenet in primis, quòd de eodem possunt in homine simul esse fides & sciẽtia, dummodo illud sit scibile, & demonstrabile homini viatoris, alias non. Deinde, loquendo de Theologia tertio modo sumpta, tenet quod non sit verè nec propriè scientia: & in hoc recedit a Thoma, Richardo, cęterisque prædictis. Denique positionem suam sic probat: Omni scienti potest constare de cõclusione scita, quòd sit vera, & quòd impossibile sit aliter se habere: sed de conclusione deducta ex principijs tantum creditis, non potest constare deducenti, quòd impossibile sit eam aliter se habere, neque quòd sit vera. Non enim plus constare potest de cõclusione, quàm de principijs, cum notitia conclusionum depẽdeat ex notitia principiorum, sed de principijs, tantum creditis non potest cõstare, quòd sint vera, nec quòd impossibile sit, ea aliter se habere. Ille enim, qui solum assentit alicui dicto propter hoc, quòd ab alio dicitur, quantum est ex se, æqualiter assentiret cuilibet dicto ab illo, siue verum esset, siue

Durãdus. falsum. Sed huic argumento obijcit Durandus: quia dum dicens, mentiri non potest, nec falli, tunc credens autoritati ipsius certus est de veritate dicti ipsius: talis autem est Deus. Cum ergo auctoritate ipsius credamus veros esse articulos fidei, certi sumus de veritate eorum. Ad quod respondet, quòd quando constat de infallibili veritate dicentis, constat de veritate dicti: sed, quòd Deus dixerit articulum fidei, non potest (vt videtur) constare viatori. oportet enim, quòd vel videret verbum diuinum in se, & sic non esset viator, sed comprehensor: aut quòd audiret sonum in substantia creata formatum, sicut formantur in aere soni, similes vocibus significatiuis: talia autem possunt formari a dæmone. Propter quod nullo modo potest constare euidenter, quòd articuli sint a Deo dicti. Esto etiam, quòd euidens esset Deum dixisse articulos, non tamen ob hoc articuli essent euidentes in speciali, sed tantum in generali. Nec forte etiam in generali talis conclusio esset scita, quia non concluditur per proprium, sed per extraneum medium. Non ergo valet illa instantia. Ideo patet, quod de conclusione deducta ex principio tantum credito, non potest constare deducenti, q̃ necessaria sit, & vera. Non ergo propriè scita, q̃d. concedo. Hæc Durandus.

Dionysius contra Durandus. ¶ Contra cuius dicta multa obijci queunt. Primò, quoniam leuitatis videretur credere his, quæ omnẽ rationem excedunt, omniq; sensui, & experientiæ contrariantur, nisi certitudinaliter nosceremus, q̃ Deus verus sit eorum probator, doctor, & testis. Nec Deus sub æternæ damnationis commination e requireret a nobis indubitatam talium credulitatẽ, nisi sufficienter, & manifestè ostendisset hominibus se talium esse testem, atq; auctorem. Deniq; nihil tã certum est, q̃ Deum mentiri non posse: idcirco dum constat Deum esse asseriorẽ dicti, certissimum est illud esse verissimum, nec vlla demonstratio certior Gala.1. est. Idcirco dixit Apostolus: Licèt nos, aut Angelus de cęlo euangelizet uobis præter id, quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Præterea ad hoc, q̃d certè noscamus articulum fidei dictum esse a Deo, nequaquàm oportet, ut uel uideamus uerbum diuinum in se, sicut comprehensores: aut audiamus ipsum

sum per somnos formatos in aere, quales Diabolus facere potest. Potest enim, hoc certissimè sciri ex illustratione, apparitione, & allocutione interna, siue in ui imaginatiua, & intellectiua pariter facta, sicut prophetæ communiter habuerunt suas reuelationes ministerio angelorum, ut diuinus Dionysius ꝓtestatur: uel in sola ui intellectiua, absque omnis sensibili sono, quemadmodum sanctus Dauid reuelationes suas sortitus est anagogica illustratione, secundùm quod 3. Regum fatetur: Spiritus domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meã, sicut lux auroræ absque nubibus oriente sole rutilat. Et hoc sancti patres concorditer asserunt. In reuelationibus autem propheticis sancti Prophetę certitudinaliter nouerunt se diuinitus inspiratos, & doctos, præsertim cum in Daniele scriptum sit: Intelligentia opus est in uisione. Insuper, spiritussanctus potest mentem humanam sola interiori allocutione, seu illustratione plenariè informare, atque de sua supernaturali informatione certificare, absque hoc, quòd ostendat ei uerbum ęternum, aut seipsum clarè per speciem, & absque omni sensibili sono. Imò sic plurimos erudiuit, & sic fit in uisionibus mysticę Theologiæ, & iu raptu, & extasi. Amplius, ueritas dupliciter potest euidenter probari, uidelicet naturali ratione, sicque probantur philosophicę ueritates. Secundò, miraculosa, & supernaturali operatione soli Deo possibili. Talia autem multa facta sunt tam a Christo, quàm ab eius discipulis ad declarandum fidei ueritatem, & ꝓ auctorẽ ac testem habeat Deum, qui falsitati, & errori testimonium, & approbationem nullatenus adhibet. Ideo in euangelio, ait saluator: Si opera nõ fecissem in eis, quæ nullus alius peccatum non haberent. Deniq; , Dauid tpe ueteris testamenti locutus est Deo: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. omnia autem mirabilia illa ad confirmationem Mosaicæ legis peracta, ualent, & conferunt ad euãgelicę legis corroborationẽ, cum illorum, & nostrorum sit eadem fides. Imò Iudęorum finalis relictio, atq; translatio miraculorum ueteris testamenti ad ecclesiam Christi per apostolos facta, est certissimum Christianæ fidei argumẽtum: & præter, ac ultra miracula in testamento ueteri facta, postmodum in euangelica lege innumerabilia, præclarissima, & soli Deo possibilia miracula, quasi incõparabiliter frequentiùs, & excellentiùs in toto orbe terarum, omniq; populo, natione, tribu & lingua, q̃ olim in lege, & solo populo Iudæorum facta fidem euangelicam actruunt. Vnde de ꝑdicatoribus euangelicę legis scriptum est apud Marcum: Illi aũt profecti ꝑdicauerunt ubique, dño cooperãte, & sermonem confirmante sequentibus signis. Hinc ad Hebræos ait Apostolus: Quomodo effugiemus, si tantã neglexerimus salutem, q̃ in nos confirmata est, contestante Deo signis, & prodigijs, & uirtutibus, & uarijs spiritussancti distributionibus? Cumq; Dei perfecta sint opera, testificationes eius, quibus ostidit fidẽ, & legẽ Christianam esse a se, perfectę, & sufficientes existunt, certitudinaliterq; pandentes quod dictum est, & ꝓtendunt. Hinc, & saluator in euangelio: Opa, inqt, quæ dedit mihi pater, ut faciam, testimonium perhibent de me. Itemq;, Si nõ facio opera ꝑris mei, nolite credere mihi, si autem facio, & si mihi nõ creditis, operibus credite. Hinc Nicodemus peritus in lege, dixit ad Christum: Scimus, quia a Deo uenisti maister. nemo enim, potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Amplius, quãuis sint innumerabilia Chri, & apostolorũ sctorũ cęterorũ euangelicæ legis miracula, quorum etiã unumquod que, per se efficaciter demonstrauit ueram esse ipsorum doctrinam, quam uerus Deus tali prodigio roborauit: tamen dum omnia Christianæ fidei arguta comportantur, conferuntur, & simul considerãtur: super certissimè probant, euangelicam legem diuinitus prumulgatam. Quid enim, mirabilius q̃ totius mundi conuersio ad tam incomprehensibilem fidẽ, & euãgelicam arduissimam legem, ꝑ paucos & simplices Chri discipulos, sine humana potentia, sine magica arte, sine uiolentia? ꝙ item inter tam immanissimas tyrannorum ꝓsecutiones fides ista non solum mansit, imò, & fortiùs creuit? Sanctitas quoque perfectorum Christianorum, oẽm magicam artem, simulationem & duplicitatem Dæmonumq; conuentionem uehementissimè detestantium, ꝓut nobis certissimè constat, ueritatem & sanctitatem fidei legisq; euangelicę manifestat, ꝑsertim qm̃ illi, q̃ in fide fuerunt constantiores, & euangelio obedientiores, copiosiùs coruscauerunt miraculis non solum in uita, sed & in morte atq; post mortem, ita, quod non incouuenienter dixit Gregorius: Quomodo uiuunt, ubi uiuunt, q̃ in tot miraculis uiuunt hic, ubi mortui sunt? Insuper ex lege, & prophetis euidẽtur probatur euangelij ueritas, sunt autem, & alia multa, ex ꝙbus istud possem ꝓbare, q̃ in alijs opusculis plenius introduxi. Ex scriptis quoq; Gulielmi Parrhisiensis in libro de fide, & legibus, atq; ex Summa uitutum, & uitiorum, tractatu de fide. Cõformiter ex dictis sancti Thomæ in Summa contra gentiles, lib. primo, ueritas horum põt oñdi. q̃ breuitati studens omitto. Prꝛterea, q̃is sathanas in lucis angelum se transfigurat, & sonos in aere, ac uerba possit ꝑferre nihilominus sancti uiri per donum discretionis spirituum, aduertunt & noscunt, qñ Angelus bonus eis apparet, & loquit̃. Ideo certitudinaliter sciunt qñ reuelationes habent a Deo, absq; hoc, ꝙ uideant uerbum ęternum clarè sicut comprehensores. Insuper, ex eo, ꝙ cõstat articulos fidei esse inspiratos, & reuelatos, & roboratos a Deo, articuli ipsi sunt euidẽtes, ꝙ a Deo testimonium habent, non solum in genera li, ut dicit Durandus, sed etiam in speciali, applicando argumentum illud cõe, uidelicet, ꝙ Deus est infallibilis ueritas, ad singulos quosq; articulos fidei: quemadmodum ex argumento isto cõmuni, Totum est maius sua parte, nõ solum probat̃ in generali, ꝙ pars est minor toto, sed & de singulis partibus id ꝙ batur, ꝙ applicationẽ illius principij ad determinatas quasque materias. Hinc secundo capitulo libri sui de Trinitate subtiliter atq; fideliter scripsit Richardus de sancto Victore: Quoquot ueraciter fideles sumus, nihil certius, nihil constantius tenemus, q̃ quod fide apprehendimus. Sunt nanq; patribus cœlitùs reuellata, & tam multis, tam magnis, & tam miris signis, & prodigiis confirmata, ut grandis uidea tur esse dementiæ, in his uel aliquãtulum dubitare. Innumera itaq; mirabilia, & talia, quæ non nisi diuinitus fieri possunt, in huiusmodi credendis in nobis fidem faciunt, & dubitare non sinunt. Vtimur itaq; in eorum attestatione seu etiam cõfirmatione signis pro argumentis, prodigijs pro experimentis. Vtinã attenderent Iudæi utinam animaduerterent pagani, cum quanta conscientiæ securitate ad diuinum iudicium poterimus accedere. Nonne cum omni fiducia dicere Deo poterimus? Domine, si error est, à te ipso sumus decepti. Nam ista in nobis tantis signis, & prodigijs confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt, quæ & a uiris summæ sanctitatis nobis sunt tradita, & cum summa, atque authentica attestatione probata, teipso cooperante,

Dionysius martyr.

3. Reg. 23.

Dan. 10.

Veritas euidenter ꝓbari põt dupliciter

Marci. 16.

Heb. 2.

Deute. 36.

Ioann. 5.

Ioan. 10.

Ioan. 3.

Verã esse Christianę fidei doctrinã multa argumenta nõ reiicia da testantur.

Gregorius.

Gulielmus Parrhisi.

2. Cor. 11. Soluũtur argumẽta Durandi.

Richardus.

Mar. 16. rante, & sermonem confirmante sequẽtibus signis. Hæc Richardus.

¶ At verò, ꝙ Durandus affirmat, theologiã primò modo acceptam, puta pro habitu, quo cognoscunt̃ ea, quæ in sacra scriptura traduntur, secundùm qđ in ea traduntur, nõ differre a fide, videtur erroneũ: quum multi idiotæ, & illiterati habeant fidem etiã illuminatam, & feruidam, qui tamen scripturarum non habent cognitionem, nec legere sciunt, nec cognoscunt contenta in eis, nisi forte imperfectè, & in communi quantum ad credenda, & præcepta.

¶ Amplius, scientia eorum, quæ in scripturis dicuntur, potest esse habitus acquisitus, & communiter ita est in credentibus. Fides antem est habitus infusus, imò infidelis potest cognoscere, quæ in scripturis traduntur, secundum quod ibi traduntur, sicut Porphyrius, Auicenna, & multi hæretici, sicut & nos cognoscimus contenta in Alchorano, & tamen tales non habent fidem. Item scripturas cognoscere, & eis assentire ex uoluntate, quod (secundum Augustinum) spectat ad fidem, sunt actus distincti: ideò ad diuersos habitus pertinere uidẽtur. Amplius, theologia secundo modo accepta pro habitu, quo fides, & ea, quæ fidei sunt, declarantur, persuadentur ad defendunt̃, non uidetur a theologia primo modo sumpta, differre. Nulla enim scientia tam apta, & fortis est ad declarandum, persuadendum, ac defensandum credenda, sicut ipsa diuina scriptura seu sacra doctrina, in qua fidei argumenta plenè, ac profundissimè continentur. Et quanto quis scripturas utriusque testamenti subtiliùs clariùsque intelligit, tanto (cęteris paribus) ad credendorum elucidationem, probationem, defensionem, est magis idoneus. Philosophicæ quoque ueritates partim explicitè, & formaliter, partim implicitè, ac uirtualiter in scripturis sanctis contentæ sunt. Hinc in prologo expositionis Isaię ait Hieronymus: Vniuersa domini sacramenta continet præsens scripturas, uidelicet Isaię uolumen. Quid loquar de physica, ethica, theorica? Quicquid sanctarum est scripturarum, quicquid potest humana lingua proferrè, & mortalium sensus accipere isto uolumine continetur. Si hoc de solo libro Isaiæ verè dixit Hieronymus, quanto magis de tota simul scriptura dici id potest? Sed & una pars scripturæ declaratur per aliam, sicut de hac re Bonauentura, & Richardus de Media villa, scribunt diffusiùs. Simiiter theologia tertio modo sumpta, cum theologia prædictis modis accepta, coincidere uel in toto, aut pro maxima parte uidetur.

Porphyrius Auicenna Alchoranus Machometi ꝓfidi liber

Hieronymus.

Durandus

¶ Deinde scribit Durandus: Idcirco est alia opinio, quæ hoc concedit, uidelicet, quòd principia scientiæ oportet non solum credita, sed etiam euidẽtia esse, & tamen tenet eandem conclusionem, scilicet, quòd theologia sit propriè scientia. Dicit nanque, quòd articuli fidei, ex quibus tanquam ex principijs procedit theologia, sunt verè intellecti non in lumine fidei, quia in illo solum sunt crediti, sed in quodam lumine medio inter lumen fidei, & lumen gloriæ. Sicque conclusiones ex articulis, sic intellectis deductæ, verè sint scitę. Dicit enim Augustinus super illud, Erat lux uera: Aliud est lumen ad credendum, aliud ad intelligendum. Et rursus ibidem: Lux, inquit, increata illuminat hominem duplici lumine, paruulos quidem, id est, imperfectos lumine fidei, quo nutriuntur ut lactẽ: maiores uerò lumine sapientiæ, quo ut solido cibo uescuntur. Quod habebat Apostolus: Sapientiam inqens, loquimur inter perfectos. Insuper probat hoc rõne.

Ioan. 1.

Lux increata illuminat hoiem dupliciter

5. Cor. 2.

Deus enim multo minus deficit in necessarijs, quàm natura, sed necessarium est defendere fidem cõtra hæreticorum infidelium q̃ue errores, ergo Deus prouidit ecclesiæ ita, quòd semper sunt in ea, qui fidem defendere ualeant, quod fieri nequit per solùm fidei lumen, qua simpliciter credimus: ergo requiritur clariùs lumen in uiatoribus, quo illuminati maiores possint fidem defendere. Prꝛterea, quòd in tali lumine articuli esse ualeant intellecti, apparet per illud Isaię: Si non credideritis, non intelligetis, atq; ex eo, quod in 2. ad Volusianum epistola loquit̃ Augustinus: Ego catholicam fidem profiteor, & per illam ad certam scientiam me uenturum præsumo. Dicunt etiam isti, quòd duplex est euidentia, ꝙputa uisionis, & intelligentiæ. Euidentia uisionis est, qñ res nudè, & immediatè cognoscitur, seu uidetur. Euidentia intelligentię est, quando res non præsens per distinctam rationem suam agnoscitur. Primam euidentiam habet rusticus de eclipsi, quam uidet, secundam astrologus de eclipsi, quàm non uidet: Hanc q̃ue secundam euidentiam dicunt sufficere ad scientiam absque prima, nec tollere fidem.

Isaiæ 7. in xta lxx.

Augusti.

Duplex est euidentia.

¶ Sed hanc quoque positionem reprobat Durandus, quia [ꝙt ait] fictitium esse uidetur ponere tale lumen: quia aut infunditur omnibus æqualiter studẽtibus in theologia, & qui sunt æqualis ingenii: aut non, sed solum quibusdam. Primum non uidetur; quia non omnes tales percipiunt in se talem euidentiam credendorum. Irrationabile quoque est dicere, quod infunditur non omnibus talibus, sed solũ quibusdam, cum sint æqualiter ad illud dispositi. Porrò, quòd dicunt lumen illud non tollere fidem, improbatur: quia secundum eos obscuritas, & inuidentia est de ratione fidei, non ergo stare potest fides cum huiusmodi euidentia intelligentiæ. Cõtraria quoque in nullo gradu quantumcunque remisso, compatiuntur se inuicem.

Dionysius refellitur opinionẽ Durandi.

¶ Has obiectiones, & aliàs quasdam prosequitur iste Durandus prolixè, cuius opinio uidetur absurda, & dictis sanctorum contraria: est enim cõmunis sanctorum, imò, & scholasticorum doctorum doctrina, ꝙquicunque hẽt gratiam gratum facientem, & charitatem, habet & septem dona, ꝑm aliquẽ gradum. Et quantò plus crescit, atq; perficitur in charitate, tantò & in donis. Horum autem donorum, unũ est donum intellectus, quo ea, quæ fidei sunt, aliquo modo penetrantur, perspiciuntur, & intelliguntur per hoc, ꝙ rationes aliquæ fidei cognoscũtur. Hinc sicut uiri heroici in charitate perfecti, per donum sapientiæ, quod habent secũdum gradum perfectũ, sunt quasi consiliarij, & secretarij Dei, & familiares eius amici, a quo assiduè illustrantur, stantes in contactu quodam solis sapientiæ increatæ, qui & ꝙ gustum internum supernaturalem, & copiosum sciũt, & sapiunt diuina credenda, & benè, ac certè iudicãt de eisdem per conformitatem, & connaturalitatem affectus sui ad illa: ita per donum intellectus, quo decorantur, ꝑm gradum perfectum, clarissimè, certissimè, ac subtilissimè intelligunt ea, q̃ fidei sunt, & nexum ad ordinem credendorum, ac supernaturalem rõnabilitatem catholicæ ueritatis: habentq; fidem cum rationibus credendorum, & purificatæ mentis intelligentia, prout Alexander, & Antisiodorensis in Summa sua, & Gulielmus Parrhisiensis, ac alij contestantur, ita ꝙ nihil uidetur eis tam uerum, tam rationabile, tam consonum sibijpsi, ut assertio fidei, & quod tradunt articuli. Et communiter tales sunt omnes, qui mysticam theologicam assiduè experiuntur. Hinc illuminatio ista non datur solis, aut

Isaiæ 11.

aut omnibus in theologia studentibus, seu æquè in ingeniosis, sed eis qui in puritate cordis, & charitate magis proficiunt. Deniq; ad istam intelligentiam, & euidentiam credendorum hortatur fideles, præsertim maiores, beatissimus princeps apostolici chori, in prima sua loquens canonica: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, q̃ in vobis est, fide & spe. Vnde & sanctus Leo Papa dixit in homilia: Non ambigimus cordis vestris ita radium resplenduisse diuinum, vt quod mentibus vestris fide est insitum, sit etiam intelligentia comprehensum. Itemq;, Non solum, inquit, credatis, sed & sapienter intelligatis, atq; intelligenter noscatis. Horum vnus fuit sanctus frater Aegidius, qui noluit dicere, Credo in deum, sed scio Deum. Et maximè Seraphicus ille Franciscus,

¶Hinc demum Richiardus de sctõ Victore, in prologo de trinitate differuit: Sicut in fide totius boni est inchoatio, sic in cognitione totius est boni consummatio, atq; psectio. Feramur ergo ad perfectionẽ, & quibus possumus profectuũ gradibus properemus ad fidei cognitionẽ. Satagamus vt possumus, vt intelligamus, quod credimus. Insuper, de lumine prædicto inter lumem fidei, & lumen glorię medio, subtiliter iuxta sublimen experientiam suam, exponit sanctus Bernardus illud Iob: In manibus Deus, abscondit lucem, & præcipit ei, vt rursus adueniat, annunciat de ea amico, q̃ possessio eius sit, & ad eã possit ascendere. Quo circa scribit Bernardus: Electis etenim & dilectis aliquando lumen quoddam vultus Dei oñditur, sicut lumen clausum in manib⁹, quod latet, & patet ad arbitriũ tenẽtis, vt in hoc qd in transcursu videre pmittitur, inardescat ad possessionem plenam luminis sempiterni. Cui ut aliquatenus innotescat id, quod ei deest, interdũ quasi ptransiens gra præstringit sensum amãtis, & eripit eũ sibi, & rapit in diem, qui est a tumultu rerum ad gaudia silentij. Hæc Bernardus. In hoc lumine veritates fidei euidenter, & prorsus indubitanter cernunt. Præterea quod ait Durandus, ꝓria simul esse non posse, ſm gradum quantuncunq; remissum, vt auctoritati, roni & experiẽtię obuiare. Ait nãq; Philosophus: Vnumquodq; tanto plus tale est, quãto impmixtius suo contrario. A distanti quoq; in distans non pertingitur, nisi p mediũ: & dum ab extremo contrario in extremum contrarium tenditur, fit reductio q̃dã in medium, ut a calidissimo in frigidissimum, ſm naturalem processum; quis in inferno eatur, & perueniatur a calore nimio ad aquas niuium, sine temperamento & medio tali, vt sup Apocalypsim, & Iob tangit Albertus. Experimur quoq; dum vehemẽter frigentes accedimus ignem, ꝓ frigus in nobis paulatim remittitur, & calor succes siuè inducitur: sicque calor & frigus in eodem sunt simul ſm aliquem gradum, quemadmodũ caligo, & lux in aurora. Deinde quoq; obijcit Durandus, fidẽ nó hre rõnẽ cogentẽ, alioquin meritũ fidei tolleretur: soluit, ñdendo ꝓ non hẽt rationem demõstratiuã, qua veritas ipsa cõprehendatur, potest tñ habere certitudinẽ qua sciat esse a Deo. alioquin beatissima virgo Maria, q̃ certissimè nouit se concepisse filium Dei: & apostoli, qui indubitantissimè agnouerunt se recepisse spiritum sanctum, & instructos ab ipso: atq; prophetæ, q̃ certè sciebãt se diuinitus inspiratos, meritum fidei amissent. Quo circa sciendum, quia (vt ait Thomas in Secunda Secundæ quæstione secunda) ratio humana seu argumentatio, dupliciter se potest habere ad id, quod fides proponit. Primò antecedenter, ita ꝓ homo siue tali ratione non crederet, & sic ratio minuit meritum fidei. Secundò consequenter, sic quòd homo crederet propter Dei auctoritatem, etiam ratione cessante: tñ amore veritatis plenius cognoscẽdę, quærit fidei argumenta. Cætera, q̃ Durandus scribit in hac quæstione, vt ꝓ fides habitualiter manet in patria, & consimilia quædam, pertranseo: quia & alibi opportuniùs habent tractari.

habet ad fidem dupliciter.

Aegidius Romanus

¶Amplius, positioni, qua Thomas & Richardus dicunt theologiam esse scientiam, concordat Aegidius: qui soluendo quandam instantiam, ait: Sciẽtia ista demonstrat non ut geometria, sed vt perspectiua, suppositis. s. articulis fidei: qui (vt dictum est) per se noti sunt in scientia altiori, utpote beatorum, & & quoniam etiam artes, q̃ sic procedunt, scientię dici possunt, theologia quoque scientia dicitur.

Solutio obiectionum.

¶Nunc soluendæ sunt rõnes ante oppositum. Et dicendum ad primam, ꝓ sapientia, & sciẽtia strictè, & propriè sumptæ, sunt habitus intellectuales diuersi. Sic enim sapientia est notitia diuinorum, scientia humanorum. Extensè verò acceptæ, coincidunt, & vnum pro alio frequenter accipitur, & sicut philosophia, sic suo modo theologia vocatur rerum diuina rum, & humanarum cognitio. Hinc 13. de trinitate loquitur August. Nec ista duo, videlicet sapientiã, & sciam, ita accipimus, quasi nõ liceat notitiã, q̃ est de diuinis, nominari sciam: nec eam, q̃ est de humanis, vocari sapiam, tñ cum dicat Apostolus, Alij p spm datur sermo sapientiæ, alij sermo scię, ideò propriè loquendo distinguuntur. ¶Ad secundam Alexãder, & Richardus rident, ꝓ de particularibus gestis, actibusq; humanis fit mentio in scripturis, non vt singularia sunt, sed prout significatiua sunt mysteriorum, & informatiua actuum humanorum: sicut fit sermo de occisione Abel, quia fuit figura passionis Christi, & martyrum: & de factis Abraę, Iacob, Dauid, atq; similiũ. Tractat quoq; de talibus sacra scriptura, inquantum in eis relucet prouidentia, mĩa, iustitia, oĩpotentia Dei. Põt etiam dici, ꝓ singularia inquantũ iam facta, & pterita, habẽt quãdam necessitatem, & certã notitiam. ¶ Ad tertiã ñdetur, ꝓ scia humana directè, & propriè est vniuersaliũ, sed vniuersiale, est quadruplex. Primùm in prædicando, vt hõ. Scd̃m in explando, vt forma sotularis. Tertiũ in significando, vt Iacob contrahens cum Rachele ac Lia, significat quemlibet iustũ se occupãtẽ in vita cõtẽplatiuã, & actiuã. Quartum in causando, vt Deus est vniuersalis cã creationis, Chrs vniuersalis, est causa reparationis. Et de quolibet horũ vniuersaliũ agit in scripturis. ¶Ad quartã dicẽdũ, ꝓ scriptura procedit ex principijs in altiori scia, p se notis, sicut expositũ est. ¶Ad quintam ñdetur, ꝓ ea, de quibus tractat scriptura, & etiã ipsemet Deus, sunt sciblia, quo ad qd est, vel quantum ad qa est, seu quantũ in hac vita possibile est, aut ex sua natura, aut intellectui proportionato. ¶Ad sextã, ꝓ maior est certitudo principiorũ, vel simpliciter, seu ex sua natura, vel in altiori scia, q̃ conclusionum. ¶Ad septimam, ꝓ Augustloquitur de intelligere, prout intellectus dicitur vniuersaliũ, sensus verò particularium. Singularia, autem præterita, aliquo modo sunt vniuersalia, & necessitatem quandam habẽtia, sicut iã dictũ est. ¶Ad octauam, ꝓ de eodem põt haberi fides, atq; scia, ſm diuersa, quę ei conueniunt: sicut de Deo scitur, ꝓ sit vnus, & credit ꝓ sit trinus, sicq; opinabile, scibile, & credibile, non semper distinguũtur materialiter siue realiter, sed qñq; formaliter tantum. ¶Ad nonam iã patuit, ꝓ principia huius scientiæ. s. articuli fidei, reducunt ad principia, per se nota mentibus beatorum. ¶ Ad decimam, quòd sacra scriptura, dicitur lex, vel quia continet

Durandi rationes soluuntur

Contraria sunt in eodẽ gradu remissum.

Iob. 24.

T. Aquas art 10.

Ratio humana se

Sapientia & scientia quandoq; coincidũt

Augustin.

1. Cor. 12. 2

Quadruplex vniuersale. Gene. 29.

continet leges diuinas, vel quoniam partim tractat de credendis, & cognoscendis, partim de agendis. Lex quoque interdum accipitur pro iure, quod quandoque pro scientia iuris sumitur. Vnde Celsus iurisperitus: Ius, inquit, est ars boni, & æqui.

Celsus.

QVAESTIO II.

SEecundo quæritur, *an theologia sit scientia speculatiua, an potius practica.* ¶Videtur, quòd sit speculatiua.

1 Boethius

¶Primò, quia Boethius libro de trinitate, scientiam speculatiuam diuidit in naturalem, mathematicam, & theologiam.

Iohan. 2 11.

¶Secundò, per illud Iohannis ultimo, Hæc scripta sunt, vt credatis. Credere autem est speculari, iuxta illud Apostoli: Videmus nunc per speculum in ænigmate, per fidem enim ambulamus.

1. Cor. 13.

3

¶Tertiò, quia finis huius, scientiæ est cognoscere: in præsenti quidem per fidem illuminatam, & sapientiæ donum: in futuro, facie ad faciem, iuxta illud Iohannis: Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus Deũ verum.

1. Iohã. 5.

4

¶Quartò, scientia illa non est practica, cuius obiectum est necessarium, inuariabile, & æternum: & tale est scientiæ huius obiectum, uidelicet Deus. Practica nanque scientia est, de operabilibus per nos, cum finis eius sit πρᾶξις, id est, actio seu operatio per nos fienda, vel facta, vt patet de ethica.

5

¶Quintò, habitus principiorum, & conclusionum, eiusdem sunt rationis, & ad eandem differentiam pertinent. Sed habitus principiorum scientiæ huius est speculatiuus, scilicet fides, quæ ordinatur ad cognitionem directè, & concernit diuina.

6

¶Sextò, scientia ista est nobilissima, & maximè gratia sui, non ordinata ad aliud: scientia vero practica, non est gratia sui, dicente Philosopho primo Metaphysicæ: Speculatiua est gratia sui, practica gratia usus.

Aristot.

7

¶Septimò, Philosophus probat, & tenet metaphysicam esse speculatiuam, sed theologia est nobilior illa, & de maximè speculabilibus, atque præcipuè de his, de quibus metaphysica in suo supremo, puta de Deo, & substantijs separatis.

8

¶Octauò, quamuis scientia ista sit etiam de quibusdam operabilibus per nos, & rebus moralibus, actibusque humanis, hoc tamen non est nisi per respectum, & ordinem, ad diuina, & ad vltimum finem, qui est cognitio clara per speciem, iuxta illud Iohannis: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum. Denominatio autem a fine, & vltimo principali est accipienda.

Iohã. 17.

In oppositum. 1. Tim. 1. Rom. 10. Matt. 22.

¶In contrarium arguitur, primo per illud Apostoli: Finis præcepti est charitas. & rursus, Finis legis est dilectio. Et item, In his duobus præceptis (uidelicet, vt Deus, & proximus diligatur) tota lex pendet, & prophetæ. Sicque finis huius scientiæ, est dilectio actualis, non ipsa cognitio. ergo est practica, cum iuxta Philosophum primo Metaphysicæ, Finis speculatiuæ sit veritas, practicæ actio.

Theologicæ sciẽtiæ finis est charitas.

¶Secundò, theologia pro maxima sui parte est recitatiua actuum humanorum, morum informatiua, directiuaque actionum, vtpotè de præceptis, consilijs, & doctrinis moralibus, & tam fides, quàm omnis scientia scripturarum, sine charitate virtuosaque conuersatione uocatur informis, reputatur inutilis, imò maioris damnationis occasio. Totum ergo in ea ordinatur ad actus, fine quibus nec ultimus finis ualet acquiri.

Responsio Aegidij Romani.

¶Ad hanc quæstionem respondet Aegidius: Nõ est incoueniens eiusdem rei esse diuersos, & plures fines, dum vnus ordinatur ad alium, & omnes fines inferiores ad vnum supremum, in cuius virtute alij manent, & ille per se intenditur: quemadmodum in agentibus secunda agentia, mouent in virtute primi agentis, & quia videmus, in scripturis plures, & diuersos fines intendi, videlicet operationem boni, quoniam tractat de moribus: speculationem veri, cum tractat de multis speculabilibus: & dilectionem, sicut probatum est: & quia dilectio Dei, in ea, ubique principaliterque intenditur, iuxta illud Augustini: Si non vacat omnes sacras paginas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, omnia scripturarum abdita aperire, aut penetrare, tene charitatem, in qua pendent omnia. Ita tenebis quod in scripturis didicisti, tenebis quoque quod in ea non didicisti. Itaque tenet, quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui tenet charitatem in moribus. Hinc scientia ista a charitate propriè dicitur affectiua, non propriè speculatiua, aut practica: quia a fine dignum est omnia denominari, vt dicitur secundo de anima: & ab eo, quod potissimè finis est, debet res potissimè appellari. Charitas autem est in affectu, & voluntate, intellectus uero diuiditur secundum speculatiuũ, & practicum. Hæc Aegidius in Scripto Primi prima distinctione.

Augusti.

Alexand.

¶Quibus consonat Alexander, dicendo: Est scientia perficiens cognitionem secundum veritatem, est etiam mouens affectionem ad bonitatem. Prima est, vt cognitio secundum usum, ideò dici debet scientia absolutè. Secunda est, vt cognitio, secundum gustum, idcirco dicenda est, sapientia a sapore affectionis. In Ecclesiastico, Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius. Theologia ergo, quæ perficit animam secundum affectionem mouendo ad bonum secundum principia amoris, & timoris, propriè est sapientia. Prima, verò philosophia, seu metaphysica, quæ est theologia philosophorum, perficiens cognitionem secundum viam artis, & ratiocinationis, minus propriè sapientia nuncupatur. Cæteræ scientiæ, quæ sunt de causis consequentibus, & causatis, scientiæ, & non sapientiæ sunt uocandæ. Hinc denuo: Omnes, inquit, aliæ scientiæ traduntur secundum ordinem ratiocinationis, a principijs ad conclusiones, quibus doceatur intellectus, non moueatur affectus. Sed sacra scriptura traditur secundum ordinem informationis practicæ principiorum, ad operationes, vt moueatur affectus secundum amorem, & timorem ex fide iustitiæ, & misericordiæ Dei. Vnde in Deuteronomio dicitur: Diliges dominum Deum tuum. Et infra, Dominum Deum tuum timebis. Hinc theologia non est est sicut scientiæ cæteræ, nec eis connumeratur, vt alicui parti philosophiæ supponatur. Huc idem.

Ecclꝰ 6.

Deut. 6.

Deut. 8.

¶His quoq; concordat, quod ait Albertus, quod quære in fine huius quæsiti.

Albertus.

¶Verum contra hæc scribit Durandus: Dicunt

Opinio Durandi inductis contraria.

aliqui, ꝙ theologia nõ sit speculatiua, nec practica, sed affectiua, quia finis eius est amor: & sic affectiua, non est speculatiua, nec practica, quia speculatiuũ & practicum spectant ad intellectum. Deinde probat Durandus, quòd oporteat theologiam dici speculatiuam, vel practicam, cum omnis scientia sit speculatiua, aut practica: & etiam, quia theologia est scientia, ergo est in intellectu: idcirco non sequitur, si est affectiua, quòd non sit intellectiua, seu speculatiua, aut practica. Hæc Durandus.

Dionysiꝰ.

¶Verum ad hęc verba Durandi dicendum, quòd nec Alexander, neque Aegidius negat theologiam aliquo modo speculatiuam: aut practicam dici posse: sed, quòd impropriè dicitur talis, magisque propriè affectiua. & iuxta hoc dici posset, quòd distinctio illa Philosophi, distinguentis scientiam in speculatiuam, & practicam, propriè competit scientiis naturalibus acquisitis, quæ tamen, & theologiæ quodammodo competit. Ait quippe Aegidius: Si quæreretur, utrum theologia sit magis speculatiua, quàm practica: respondendum, quòd magis sit speculatiua, quoniam uisio diuina magis principaliter concernit beatitudinem, ad quam ordinatur omnis nostra cognitio: & potissimè sacra pagina, quàm operatio. Est ergo speculatiua, quantum ad proximum finem: sed principaliùs, affectiua. & sicut est de maximè speculabilibus, ita de maximè amabilibus. Imò secundum quod concessa est uitæ præsenti, magis pertingit, ac pertinet ad amorem, quàm ad cognitionem, prout super angelicam hierarchiam loquitur Hugo: Dilectio supereminet scientiæ, & maior est quàm intelligentia. Hæc Aegidius.

Aegidius Romanus theologia aptius nominatur affectiua.

Hugo.

Durandꝰ.

¶Insuper dicit Durandus, quòd theologia sumpta pro habitu, quo fides, & ea, quæ fidei sunt, persuadentur, declarantur, ac defenduntur, sit absolutè speculatiua: quoniam sistit in cognitione, nec eius obiectum, videlicet Deus, est a nobis agibile neque factibile.

Positio Thomę de eodẽ. 1. p. q. 1. art. 4.

¶Præterea Thomas in prima parte, quæstione prima; Sacra, inquit, doctrina cum sit principaliùs de Deo, atque æternis, quàm de actibus humanis, & operabilibus, potiùs dicenda est speculatiua, quàm practica: quamuis quodammodo practica sit, in quantum agit, de agendis, ac moribus. & in hoc concordat Aegidius.

Responsio Richardi.

¶Porro Richardus circa hæc scribit: Scientia hæc quamuis aliquo modo possit dici speculatiua, inquantum est de subiecto, non operabili per nos, scilicet Deo: & etiam practica, inquantum multa tractantur in ea, de operabilibus per nos: dico tamen quòd principaliùs est practica, extendendo praxim non solum, ad operationem exteriorem, sed etiam, ad operationem voluntatis interiorem. Scientia enim non debet dici speculatiua simpliciter, quia est de rebus, non operabilibus per nos tantum: nec scientia practica simpliciter, quia est de rebus operabilibus per nos tantum. hoc enim non faceret scientiam speculatiuam, aut practicam, nisi secundum quid. sed ideo dicitur scientia simpliciter speculatiua, quoniam est eorum, quæ non sunt opera nostra, nec nostræ dispositiones: & hoc propter scire, non propter operari. Hinc

Scientiæ cur dicantur speculatiuæ, aut practicæ.

Auicẽna.

Auicenna primo Metaphysicæ suæ ait: Speculatiuę sunt illæ, in quibus quærit virtus animæ speculatiua perfici per acquisitionem intelligentiæ in effectu per adeptionem scientiæ imaginatiuæ, & creditiuæ de rebus, quæ non sunt nostra opera nec nostræ dispositiones. In his ergo finis, certitudo scientiæ, vel opinionis. Et scientia simpliciter practica, est eorum, quæ sunt nostra opera, vel nostræ dispositionis, & hoc propter operationem. Vnde Auicenna primo metaphysicæ suæ iterum dicit: Practicæ sunt illæ, in quibus primum quærit perfici virtus animæ speculatiua per adeptionem scientiæ imaginatiuæ, & creditiuæ de rebus, quæ sunt opera nostra, ad hoc ut secundariò proueniat perfectio virtutis practicæ in moribus. Sic ergo duo considerantur in scientia purè speculatiua, videlicet materia, & finis, & similiter in scientia purè practica. Nunc autem sic est, quod quamuis scriptura principalius, tractet de rebus non operabilibus per nos, quàm de operabilibus per nos: tamen quia tam de illis, quàm de istis principaliùs tractat propter operationem, extendendo nomen operationis, ad actum uoluntatis interiorem, quàm propter cognitionem: ideò omnibus computatis, magis debet dici practica, quàm speculatiua. Non enim finis accidentalis, quem constituit intentio operantis, sed finis essentialis, quem principaliùs respicit scientia ex parte sua, magis est considerandus ad iudicandum scientiam speculatiuam, uel practicam, quàm materia. Vnde philosophus speculatiuam a practica distinguit per nes finem, dicens quòd theologicæ, seu speculatiuæ finis, est ueritas: practicæ opus. Quod autem doctrina scripturæ magis sit propter operationem, quàm propter cognitionem, patet & per ea, quæ in ea tractantur, & ex modo tractandi. Nam ea, quæ ibi tractantur, magis nata sunt inflammare affectum, quàm illuminare intellectum, quamuis agant utrunque: quoniam, quæ in ea, tractantur, principaliter de Deo, sunt maximè amabilia. Modus quoque procedendi est, vt plurimum exhortatiuus: quia vt plurimum procedit, vel præcipiendo, vel prohibendo, vel comminando, vel promissionibus alliciendo. Hæc Richardus.

Aristotel.

Bonauen.

¶Præterea secundum Bonauenturam, scientia ista habet se medio modo inter scientias purè speculatiuas, pureque practicas. Nam ait: Perfectibile a scientia est intellectus noster, quem contingit tripliciter considerari. Primò in se: secundo, prout extenditur, ad effectum: tertio prout extenditur ad opus. Extenditur autem intellectus per modum dictantis, & regulantis. Et secundum triplicem statum, quia errare potest, habet triplicem habitum ductiuum, seu directiuum: quia secundum primam considerationem est purè speculatiuus, & perficitur ab habitu, qui est contemplationis gratia, atque vocatur scientia speculatiua. Considerando autem intellectum, ut natum extendi ad opus, perficitur ab habitu, qui est, vt boni fiamus, qui est scientia practica, seu moralis. Si verò consideretur, ut natus extendi ad effectum, sic perficitur ab habitu medio inter purè speculatiuum, & practicum, qui utrunque complectitur. & hic habitus nominatur sapientia, quæ dicit cognitionem, & affectum. idcirco est contemplationis gratia, & ut boni fiamus: principaliter tamen, ut boni fiamus. & talis est scientia tradita in hoc libro Sententiarum. Hæc Bonauentura.

Intellectꝰ considerari potest tripliciter

Tartaglꝰ.

¶Idem Petrus, & addit: Hæc scientia est de ultimo fine omniũ scientiarũ, quo solo perficitur tota anima intellectiua, in quo aliarum scientiarũ fines eõtinẽtur. In ipso enim (ut dicit Plato, & recitat Augustinus libro de ciuitate Dei) est ratio intelligendi, &

Plato. Augusti.

Hieronym.

& causa substinendi, & ordo viuendi. Vnde (vt ait Hieronymus ad Marcellam) sicut philosophi solent disputationes suas in physicam, ethicam, logicamq; partiri: sic diuina eloquia aliquando agunt de natura, vt in Genesi: quandoq; de moribus, ut in Prouerbijs: interdum de logica, pro qua theologicũ sibi vẽ dicant terminum, vt in euangelijs. In Deo nanq; est prima potestas, quæ est principium, & finis omnis motus naturalis: & prima veritas, quæ est terminus omnis speculationis: primaq; bonitas, quæ est finis, & principium monens omnis actionis. Hæc Petrus. Quorum, videlicet Bonauenturæ, & Petri positio concordat Richardo.

Opinio. Scotiquod theologia est practica.

¶Insuper de hac re scribit Scotus, quòd theologia est habitus simpliciter practicus. Consideratio enim practica, est cõsideratio naturaliter prior praxi, secundùm quam nata est praxis recta elici. Vnde dĩ sexto Ethicorum: Finis practicæ est veritas cõformiter se habens appetitui recto. Practica ergo consideratio duas habet conditiones. Vna est conformitas ad praxim, & hanc habet ab obiecto, quod directè apprehendit: & habet rationem prioritatis, quã habet ab intellectu. Ideò intellectus comprehendẽs obiectum secundum regulas, ex quibus potest causari praxis per motionem uoluntatis, est practicus: sed intellectus perfectus habitu theologiæ apprehẽdentis Deum, vt amandum, & secundum regulas ex quibus potest elici praxis, est huiusmodi: ergo theologia est habitus practicus. Fides quoque est habitus practicus, & credere est actus practicus, & uisio ei succedens est practica: quia nata est esse conformis praxi, & naturaliter eam præcedit. Hæc Scotus, Cuius dicta in hac parte a multorum doctrinis dissentiunt. ¶Insuper circa hæc quærit hic doctor, An scientia dicatur speculatiua, & practicã ex fine. Ad quod respondet. Cognitio practica extẽditur ad praxim, quia cognitio stans solùm in intellectu, est speculatiua. Praxis etiam est actus alterius potentiæ, ꝙ ipsius intellectus: quia cognitio practica extenditur ad illud, puta ad praxim, & non in semetipsam. Est quoq; posterior naturaliter intellectione, oportet enim, quòd ordinem habeat ad actum intellectus. Nata est etiam elici conformiter intellectis rectè, ad hoc, ꝙ

Practicæ considerationis duę sunt cõditiones.

6. Ethico.

praxis sit recta. Vnde sexto Ethicorum dicitur, ꝙ intellectus & appetitus sint recti, oportet ad hoc, ꝙ

Augustꝰ.

electio sit recta. Similiter Augustinus uult, quòd intellectus comprehendat res & actus aliarum potentiarum, & iudicet de actibus earum. Ex quibus sequitur, quòd nihil aliud est praxis formaliter, nisi actus uoluntatis imperatus, vel elicitus: quoniã nullus actus sequitur actum intellectus, qui conformiter elicitur, nisi actus uoluntatis, quoniã omnes aliarum actus potentiarum possunt præcedere actum intellectus, sed non actus uoluntatis. Ex quo ulterius sequitur, cum actus imperatus non habeat rationem praxis, nisi quia actus elicitus habet, qui eum præcedit: sequitur ꝙ actus uoluntatis elicitus, sit primo praxis: & si forma, & ratio praxis est primo in actu volũtatis, oẽs alij non erunt praxis, nisi rõne actus uoluntatis. Hinc dicendum, ꝙ habitus dicitur practicus, vel speculatiuus ab obiecto: quia non est alia causa prior habitu, nisi intellectus & obiectum. Sed ab intellectu non potest dici practicus, quia intellectus de se non est practicus, vel speculatiuus, nec ex fine: quia intellectus potest considerare obiectum habitus practici, non propter finem practicum: & sic intellectus posset habere actum practicum, & non esse practicus. Dico ergo, quòd ab eodem intellectus & actus, & habitus dicuntur practici: scilicet ab obiecto. Hæc Scotus.

Positio Henrici Gandaui cõtra Scoti assertiones

¶Contra cuius scripta arguit Henricus de Gandauo tripliciter: Primò sic, Intellectus speculatiuus extensione sui fit practicus, secundùm Philosophũ, quod ita non esset, nisi diceretur practicus ex fine, non ab obiecto. Secundò, medicina diuiditur in speculatiuam, & practicam, & tamen est de eodẽ obiecto, puta sanitate aut sanabili corpore: ergo diuisio illa ex fine accipitur. Tertio, finis est prior inter causas secundùm Philosophum 2. Physicorum, & secũdum Auicennam 6. metaphysicæ suæ. ergo extensio talis seu conformitas aptitudinalis, conuenit considerationi ratione finis. His addi potest ad probãdũ, ꝙ theologia sit speculatiua, ꝙ Philosophus primo ethicorum & 3. de anima, ponit scientiam practicã esse circa contingens. Cum ergo theologia sit circa diuina præcipuè, & æterna, non erit practica. Rursus, secundùm Philosophorum primo metaphysicę, omni scientia practica est aliqua scientia speculatiua nobilior, cum speculatiua sit gratia sui. Vnde, & metaphysicam dicit esse speculatiuam, utpote nobilissimam, sed theologia ista fidelium est nobilissima huius uitæ scientia, ergo est speculatiua.

2. Physic.

1. Ethico. 3. dAnim.

¶Insuper ad intelligendum hæc plenius, aduertẽda sunt verba Durandi, qui dicit hic: Distinctio scientiarum secundum practicum, & speculatiuum, est a fine formaliter, & ab obiecto originaliter seu radicaliter. ¶Primum patet, quia scientia dicitur speculatiua ab actu speculandi, ut ipsum nomen insinuat: practica verò, ab operatione extra intellectum. Speculatio autem, & operatio sunt fines scientiarum, quoniam omnis habitus est finaliter propter operationem, quæ est secundum habitum illum. Vnde & felicitas, quæ habet rationem finis, non est habitus, sed actus secundum habitum perfectissimum. Operatio autem secundum habitum scientiæ, est speculatio, aut praxis: quia scientia attingit suum obiectum per suam operationem, quæ operatio est, vel sola veritatis cognitio, quæ dicit speculatio: uel cognitio, quæ dicitur speculatio: uel cognitio dirigens in faciendo obiectum, sicut ars domificatiua præbet cognitionem dirigentem in faciendo domum, & ars medicinalis in causando sanitatem, sicque speculatio, & praxis sunt actiones scientiarum, & fines earum, secundùm quorum differentiam formaliter distinguuntur scientiæ per speculatiuum, & practicũ. ¶Secundũ verò, uidelicet ꝙ ista distinctio sit radicaliter ab obiecto, sic patet: Ex hoc scientia radicaliter habet, ꝙ sit speculatiua, aut practica, ex quo habet ꝙ actio scientię circa obiectum sistat in cognitione veritatis, vel sit directiua ulterioris operis, vt patet ex præcedentibus, sed hoc habet scientia ex natura sui obiecti. Ex hoc enim, ꝙ obiectum scientiæ tale est, ꝙ nullo modo operabile est a nobis nec per actionem nostram, contingit ipsum sic vel aliter se habere: ex hoc prouenit, ꝙ operatio scientiæ circa ipsum sistit in sola cognitione veritatis. Porrò quando obiectum agibile, aut factibile est a nobis, atq; p operationẽ nostram, contingit ipsum, sic uel aliter se hre: tũc actio sciæ circa ipsum non sistit in sola cognitione veritatis, sed dirigit in psecutione opis, & horũ vtrũq; inuit Philosophus tertio de aĩa, vbi primo dicit, ꝙ itellectꝰ speculatiuus differt a practico, ipso fine, puta, quo ad dram formalẽ, & postea tãges radicẽ, & originẽ dĩæ huius, subdit ꝙ obiectũ intellectus practici, est opus nõ omne, sed actuale, actuale aũt est contingens aliter se habere. Hæc Durãdus.

Durandus

3. de aĩa

¶Cuius scripta in hac parte videtur intẽtioni Philosophi & cõi doctrinæ doctorũ ampliùs cõsonare.

Dionysius

DVBITATIO CIRCA PRAEDICTA.

Aegidius Albertus Alexand,

¶Præterea circa præhabita occurrit difficultas. Ostensum est.n. qualiter secundum Aegidium, & Albertum, theologia sit scientia affectiua: & ꝙ secũdũ Alexandrum sit cognitio non solùm illuminans intellectum, sed etiã accendens affectum; & ꝙ secũdũ

Bonauen. Tartataſꝰ

Bonauenturam ac Petrum, includit notitiam, & affectum, Quibus videtur repugnare, quod dictũ est suprà, hanc sapientiam seu theologiam esse donum gratiæ gratis datę, ita ꝙ bonis & malis potest inesse, Alioquin non nisi virtuosi essent theologi, nec mali possent scientiam istam addiscere. Est ergo theologia scientia informis in se, nec semper charitati, aut amori cõiuncta; nõ ergo est inflãmatiua, nec affectũ, nec saporem internum includit. Ex quo vltra videt, ꝙ theologia ista Christianorum sit informis & nuda, sicut theologia philosophorum: nec per hoc distinguatur ab illa, ꝙ est inflãmatiua, & affectiua scientia. Imò apparet, ꝙ theologia philosophorum accendat affectũ, sicut & ista. Philosophi.n. docent, & probant, ꝙ Deus sit summum, independẽs, purum, & incircunscriptibile bonum; ex quo directè consequitur, ꝙ sit summè incomparabiliterq; amandus, etiã in se, & propter se. Docent quoque, ꝙ ab ipso cunctis communicatum, & deriuatum sit esse, & viuere: & ergo & propter beneficia sua est potissimè diligẽdus. Insuper non apparet verum quod (sicut prætactum est) aliqui dicunt, ꝙ philosophi non retulerũt suam theologiam ad Dei amorẽ, & ꝙ ideò Aristoteles dixit metaphysicam esse purè speculatiuã, ꝙa nõ ordinauit eam ad diuinam dilectionem. Naturalis enim ratio docuit eos, ꝙ sicut Deus est prima veritas, ita & summa bonitas, idcirco non minus amandus, quàm contemplandus: atq; ꝙ nuda, & informis cognitio eius sit imperfecta, neq; ea felicitatem cõsistere, q̃ solis virtuosis dicebant competere. Deniq; Aristoteles scripsit hominem contemplatiuum heroicũ, esse amantissimũ Deo, cum similitudo sit causa amoris. Amicitia añt relationem includit, vt asserunt in metaphysica sua Auicenna, & Algazel, sicq; inter hominem talem, & Deum est mutuus amor. Præterea, ꝙ philosophi retulerũt theologiã suam ad Dei amorem, apertè testatur Augustinus octauo libro de Ciuitate Dei, dicendo; Summum, primum, & verũ bonũ, dicit Plato Deũ. Vnde vult philosophum esse Dei amatorem, vt qm̃ philosophia tendit ad vitam beatam fruens Deo, beatus sit qui Deum amauerit. Rursus, duodecimo de Ciuitate Dei, asserit Augustinus: Dixerũt Platonici, ꝙ quantò qs plus amauerit Deum, tantò facilius ad felicitatẽ perueniet. Hinc Plato in Phædone, & Timæo, ac alibi sæpe fatetur, scientiam sine virtutibus ad beatitudinẽ nequaq̃ perducere. ¶Ad ista reor dicendum, ꝙ vtiq; theologia ista seu sacra doctrina, in se est donum gratiæ gratis datæ, habitusq; informis, & bonis & prauis communis. Dicitur tñ affectiua, & inflãmatiua, non sicut donũ sapientiæ, quę est vnũ septẽ donorum, de cuius rõne est, ꝙ sit habitus formatus, gratificans, & a charitate inseparabilis: sed ideò, quia apertè, & copiosè docet ea de Deo, & de eius effectibus, q̃ sunt valdè inflammatiua diuini amoris. Euidenter quoque docet, & iubet Deum super oĩa toto corde amari, & bñficia ac promissa Dei multipliciter recõmendat ac nobis cõmemorat. Et q̃uis (vt tactũ est) etiam philosophorũ theologia sit aliquomõ ad Dei amorem inducens ac ordinata, non tamen tam efficaciter, & apertà, vt theologia ista fidelium: imò compatiuè loquendo est solum erudiens, non recedens.

Auicenna Algazel,

Augustin,

Plato,

Augusti,

Resonsio

Theologia quomodo sit affectiua.

Veruntñ verũ nõ arbitror, ꝙ aliq dicũt philosophos illos elegantiores nõ ordinasse suam theologiam ad Dei amorem, sed in nuda cognitione stetisse. Hinc quoq; existimo, ex hoc non posse speculatiuam, sed simpliciter practicam, qm̃ ordinatur ad dilectionẽ. Dico enim in primis quod directè, atq; finaliter ordinatur ad clarã, & perfectam contemplationem, in qua consistit felicitas: & ad theologiam ciuium suprnorũ, ad quam quia non valet ptingere, neq; perducere, nisi p dilectionẽ, & actus virtutum, ideò docet, & iubet Deum amari, coli & ei in omnibus obedire. Sicq; dilectio est aliquo modo finis ipsius, & directiùs tamen, & consummatiùs visio clara: imò & in hac vita ordinatur ad hoc, vt ea quæ fidei sunt, cognoscamus per donum sapientiæ salutaris, & p eius saporem internum, atq; per rationes credendorum ac purificatæ mentis intelligentiam, sicq; per talem diuinorum notitiam futuræ beatificæ visioni, quantum possibile est, propinquemus. Insuper dico, ꝙ dilectio est forma, & complementum theologiæ, & quodammodo comprehẽsa in ea. Nec per respectũ ad theologiam est propriè praxis, sed immanens cõpletio eius. Hinc opinio Scoti dicentis, idcirco theologiam simpliciter practicam esse, eo ꝙ cõsideratio practica est consideratio naturaliter prior praxi, secundùm quam nata est praxis rectè elici, non censetur idonea. Si enim omnis consideratio talis practica esset, sequeret quòd metaphysica consisteret practica. Multa nanq; in metaphysica Aristotelis asserũtur, & probantur de Deo, quorum consideratio naturaliter prior est praxi, & ex quorum consideratione, seu secundum quorum considerationem nata est rectè elici praxis: vt ꝙ Deus est absolutè perfectus, & ꝙ ipse est honoratissimus intellectus, & purus actus, ac omnium causa, vniuersaq; mouens, sicut desideratum mouet desiderium, hoc est, sicut causa finalis: & item ꝙ ipse est summus, & unicus omnium princeps, ad quem totum comparatur uniuersum, sicut exercitus ad malitiæ principem. Ex quorũ consideratione unusquisq; ritè intelligens, põt & meritò debet eligere multas praxes salubres, videlicet ꝙ Deum super omnia ultimate debet appetere, & ꝙ ipsum omnia vltimatè peragere, eiusque comparatione nos prorsus humiliare, & multa similia. Sequeretur quoq; simili ratione, & ꝙ physica existeret practica. Nam & in ea quædam probantur de Deo, ex quibus huiusmodi praxis directè apta est elici, vt quòd ipse est primus motor & infinitæ virtutis. Deniq; fides, cum sit quædam inchoatio beatificæ visionis, directè ordinata & tendens ad illam, speculatiua magis, q̃ practica esse videtur. Quòd autem visio fidei succedens, sit practica, apparentiam multã habere conspicitur, præsertim cum visio illa secundũ Augustinum, sit tota merces, & essentialiter ipsa fœlicitas, quæ non refertur ad praxim, prout suo loco magis probabitur infra. Ex præinductis patet argumentorum solutio. Illa quippè cõcedo, quæ probãt theologiã esse præcipuè speculatiuã, prout Thomas Aegidiusque affirmant. Alia uero id obtinent, quòd etiam aliquo modo practica dici queat. Deniq; donum sapientiæ, quod magis directè concernit dilectionem, quàm theologia seu sapientia ista, est speculatiuum magis, quàm practicum, prout in Secũda Secundæ, quæstione 45. pbat, & tenet Thomas, ideò magis theologia, quamuis ad dilectionem ordinet, imò ſm Gregorium, dilectio Dei ad actus pertinet vitæ contemplatiuæ, non ergo ex hoc monstratur theologia practica esse, quia ad dilectionem refertur, cum & ipsa dilectio ad contemplationẽ potius quàm

Reprobatur Scoti opinio.

Aristotel.

Augustin.

Diluuntur argumẽta

Thomas ī Sũma. 22. q. 45. ar. 3. Gregoriꝰ.

Albertus

Tit. 1.

Ad veritatem pietatis duo pertinent.

* intellectu.

quàm ad praxim pertinere noscatur.

¶Postremò, dictis Alexandri atq; Aegidij de qualitate theologicæ scientiæ, consonat, quod ait Albertus: Scientia ista ex fine suo determinanda est, cuius finis exprimitur illic vbi legitur: In agnitionem veritatis, quæ secundùm pietatem est, in spem vitæ æternę. Et ibi dicit Glossa, secundum pietatem. i. Christi religionem. quòd ideò dicit, quia in liberalibus artibus veritas est, sed quæ nihil pertinet ad Christianã religionem. Porrò ad veritatem, quæ secundum pietatem est, pertinent duo: Vnum videlicet secundùm pietatem cultus dei in se, & in membris, ad quę pertinent omnia promouentia cultum illum. Alterum est finis intentionis, quòd est * intellectum affectu, & subiecto coniungi ei, qui colitur, prout est finis beatificans: Ideò ista scientia propriè est affectiua, complectens in se speculationem, & praxim, id est, veritatem non sequestratam à ratione boni. Ideò perficit intellectum, & affectum. Talis autem finis in rebus creatis nõ inuenitur. Hinc philosophi non tractauerunt huiusmodi scientiam.

QVESTIO III.

Arguitur contra veritatem.

1

TErtiò quæritur. *An theologia sit vna scientia.*

¶Videtur quod non. Primò, quoniam diuersorum scibilium seu obiectorum sunt diuersę scientię, cum tertiò de anima secentur scientiæ, sicut & res de quibus sunt. sed theologia est diuersorum scibilium, quia tractat de creatore, & creaturis. ¶Secundò æternorum, diuinorum, & incorruptibilium: atque temporalium, & corruptibilium, non est vna scientia: primò Posteriorum: vna scientia est vniusgeneris scibilis. sed theologia est de diuinis, æternis, incorruptibilibus, & de rebus inferioribus; actibusq; humanis, non ergo est vna. ¶Tertiò, eorum quæ in nullo vniuocantur, non est vna scientia: sed creator, & creaturæ non vniuocantur in aliquo, cum deus gloriosus, & infinitus sit supra omne genus, & ordinem rerum. ¶Quartò, scientia, qua scio historias veteris testamenti, nõ est eadem cum scientia, qua scio historias veteris testamẽti, non est eadem cum scientia, qua scio historias euangelicæ legis: imò vna sine alia potest haberi, ergo totius scripturæ, seu theologiæ non est vna scientia. ¶Quintò, scientia rerum gestarum, nõ est eadem cum scientia, qua scitur, quòd deus est omnipotens, & æternus: sed theologia est partim historica, id est, rerum gestarum recitatiua, partim omninò diuina. ¶Sextò, eadem scientia non est moralis, rationalis, & naturalis: sed theologia est partim moralis, partim rationalis, partim naturalis, vt patuit ex verbis Hieronymi in precedentibus.

2

3

4

5

6

7

¶Septimò, theologia est partim de his, quæ rationẽ naturalem non transcendunt, videlicet quòd deus sit, & quòd sit vnus verus deus: partim de his quæ omnem naturalem superant rationem, vtquòd deus sit trinus. talium autem non videtur vna scientia.

8

¶Octauo, in hoc libro Sententiarum, in libris quoque sacræ paginæ traduntur diuersæ scientiæ, quæ omnes ad theologicam spectant facultatem: ergo theologia non est vna scientia, imò nec vna, nisi forsan aggregatiuè, & per reductionem ad vnum. ¶Nonò, scriptura habet intellectum quadruplicem, videlicet literalem, allegoricum, tropologicum, & anagogicum: ergo theologia est scientia quadripartita. non vna, & simplex. Quilibet enim intellectus, seu vuaqueq; expositio scripturæ, habet suã scientiã.

9

In oppositum.

¶In contrarium est, quòd vnum & ens conuertuntur. si ergo theologia non est vna scientia, ergo nec scientia. Etenim ex eodẽ habet res esse, & vnum esse, vt fertur quartò methaphysicæ. atque vt in libro dicitur Elenchorum, eadem est ratio hominis, & vnius hominis. ergo pari ratione, eadem est ratio scientiæ, & vnius scientiæ. Præterea metaphysica est vna scientia, quæ tamen tractat de prima causa, de intelligentijs, de prædicamentis, & cæteris rerum generibus.

Aristotel.

¶Ad hanc quæstionem sanctus Thomas in prima parte, quęstione prima respondet: Theologia, seu sacra doctrina est vna scientia. Vnitas nanque habitus, ac potentiæ, est pensanda secundum formalem vnitatem obiecti, id est, secundum propriam rationem, secundum quam habitus, seu scientia, vel potentia respicit ipsum obiectum. Omnia autem quæ in sacra doctrina traduntur, considerantur in ea secundum eandem rationem, videlicet prout sunt diuinitùs reuelata. Et quamuis talium quędam spectẽt ad deum, quædum ad creaturas, non tamen scientiæ vnitas impeditur: quoniam sacra doctrina principaliter, & directè, ac per se, est de deo: de creaturis autem, secundum quod ordinationem, & comparationem habent ad deum, qui est omnium ultimus finis. Hinc constat, quòd scientia ista est quædam impressio diuinæ, & increatæ scientię: quæ vna, & simplex existens, omnia intuetur. sic & ista est proportionabiliter simplex, & una, ac omnium suo modo cognoscitiua. hæc Thomas.

Resonsio Thomæ in sũma. 1. p q. 1. art. 3 theologia est vna scientia.

Richardus concordat

¶Cui concordat Richardus: Theologia, inquiens est una scientia. quia (ut patet ex quarto metaphysicæ) illa scientia est una, in qua cuncta quæ determinantur, considerantur secundum aliquam comparationem ad aliquid unum: sed omnia quæ determinantur in scientia, aut sunt principia, aut habent habitudinem quandam ad ea, quoniam tota scientia in principijs uirtualiter est consistens. ergo cum in principijs prædicatum referatur ad subiectum principiorum, prædicatum enim comparationem habet ad subiectum, sequitur quod omnia quæ determinantur in scientia, considerantur secundum aliquam habitudinem ad subiectum principiorum. Illa ergo scientia, in cuius principijs est unum, & idẽ subiectum, est una. sed in principijs sacræ scripturę, quę sunt articuli fidei, est unum, & idem subiectum, videlicet deus, quod patet si de quolibet articulo fidei formes enunciationem, Deus erit subiectum in qualibet: ut si de isto articulo, Carnis resurrectionem, formes enunciationem, dices sic: Deus resuscitabit homines. similiter, si de isto, Credo in deum patrem omnipotentem, factorem cæli, & terrę, sic dices: Deus pater omnipotens est creator, &c. Hęc Richardus.

Petrus.

¶Amplius, qualiter sit unum theologiæ genus scibile, seu subiectum, & qualiter theologia sit vna scientia, declarat Petrus, dicẽdo Genus dicitur unum dupliciter. Primò, vnitate uniuocationis, quando æqualiter prędicatur de pluribus, ut animal de equo, & asino. Secundò, analogice, quando non æqualiter prędicatur, sed per reductionẽ ad aliquid unum. quod cõtingit dupliciter: Primò sicut ad subiectum, ut sanũ de urina, & medicina per comparationẽ ad sanitatẽ animalis, quòd est subiectum sanitatis susceptiuum. Secundò, sicut ad causam. Et hoc dupliciter: Primo sic, quod illud dicitur de causa, & causatis per participationem, tñ inæqualiter, quia de causa prius, ac principalibus, ut ens de substantia, & accidente. Secundo, sic quod dicitur de causa per essentiã, & de causatis per participationem, ut ens de Deo, & creaturis. ¶Quoties autem genus dicitur unum, potest & scientia dici una. Cum ergo theologia agat de

Genus dicitur vnũ dupliciter

rebus diuinis, diuinitas vero in Deo sit per essentiã, in alijs per quandam participationem seu imitationem, scientia ista est vna vltimo modo vnitatis prætacto. Nam primò modo, scientia naturalis de corpore mobili dicitur vna: secũdo modo, scientia medicinæ, quæ est scientia ægri, & sani: tertio modo, metaphysica: quarto modo, theologia. Hæc Petrus.

Aegidius obijcit.

¶ Verum his obijcit Aegidius, quia illa scientia est vna vnitate analogię, cuius subiectũ est analogum; Deus aũt analogum non est. Arguit quoq; Aegidius cõtra positionem Thomæ, quia (vt sibi videtur) positio illa includit petitionem principij. Hoc em̃ præsupponit, quod incumbit probandum, videlicet ꝙ omnia considerantur in theologia sub vna rõne formali. Hinc ait Aegidius. Species per quas cognoscit homo, differunt a speciebus, per quas cognoscunt substãtiæ separatæ: quia a sensibilibus, & phantasmatibus sunt abstractæ, & ducunt solum in cognitionẽ reiuniuersalis directè, sicut per speciem intelligibilem hominis non cognoscimus ea, quæ conueniunt Socrati, ut est certa persona: nec per speciem animalis cognoscimus ea, quæ competunt homini vt est homo. Substãtiæ autem separatæ, per species vniuersales cognoscunt omnia, quæ sub illo vniuersali continentur: nec indigent formis intelligibilibus specierum ad cognoscendum eas distinctè. Et quia humana scientia sequitur modum humanum, si habemus scientiam communem, non superfluunt scientię speciales. & ideò quia per metaphysicam, quæ considerat ens in eo, ꝙ ens, non possumus cognoscere, quæ insunt corpori mobili in eo quod mobile, non supfluit naturalis philosophia. Si uerò per scientiã metaphysicalem, aut quancunque aliam humanam, possumus scire, quæ insunt subiectis singularũ scientiarum ſm rõnem propriam & communem, non esset nisi scientia vna humana, & ſm vnum genus: & quia (vt habitum est) per theologiam, quæ sequitur modum diuinæ, & increatæ sapientiæ, habẽs Deum pro principali obiecto, possumus de singulis rebus considerare sub propria rõne in gñe scientiarum intentium lumini diuino, nõ debet esse nisi vna scientia theologica, quia superfluerẽt aliæ, sicq; patet, ꝙ scientia ista est vna ex unitate obiecti, & cur unitas subiecti sufficit tantæ diuersitati. Hæc Aegidius.

Deus analogicæ de diuersis dicitur.

¶ Circa cuius verba videtur dicendum, ꝙ quãuis sint vera in se, quãtum ad hoc quod assignat idoneè aliquem modum, quo theologia est vna scientia, non tamen efficaciter reprobat aliorum positiones. Nam & Deus in scripturis valdè diuersimodè, & quadam analogia dicitur de diuersis, puta de Deo uero, in quo est deitas per essentiam: & de quibusdam magnis, & electis, inquantum diuinæ naturæ proprietates aliquo modo participant. Vnde scriptum est in Exodo: Dixit dominus ad Moysen: Ecce constituit te Deum Pharaonis, & Aaron erit propheta tuus. Præterea S. Thomas assignando modũ, quo theologia est una ex rõne formali obiecti, non petit quod probandum est, cum cum addat modum quo est de Deo principaliter, & de creaturis per habitudinem, & comparationem ad Deum, atque ut sũt diuinitus reuelata. Sic quippè, & fides dicit vna, & etiam charitas, quæ tamen respiciunt creatorem, & creaturas, prout suo loco pandetur. Videtur quo quę Aegidius incidere ea, quæ reprobat. Reprobat enim, quòd aliqui dicũt theologiã esse vnam ex vnitate luminis supernaturalis diuini, quo inspiratur, ac reuelatur, quod & Thomas loco prælegato sentire videtur. Et tamen Aegidius ex hoc dicit theologiam esse vnã scientiam, quia sequitur diuinã

Exod. 22. Psal. 46. & 81. Exod. 7. T. Aquas

& increatam sapientiam, quæ per vnam speciem, & per vnum lumen multa reuelat, & distinctè cognoſci facit, & hoc est quod sãctus doctor affirmat, qui (vt tactum est) protestatur theologiã esse quandam diuinæ, & increatæ scientiæ impressionem, quod verum censetur. ¶ Ad primùm ergo dicendum, quòd scientiæ secantur seu diuiduntur sicut, & res, id est, scibilia vel obiecta: hoc est, iuxta formalem distinctionem eorum, non secundùm materialem diuersitatem. Sicq; de multis sub vna formali ratione acceptis, est vna scientia. Hinc primò posteriorum ait Philosophus: Vna scientia est, quæ ex principijs in vnius subiecti natura unitis, considerat partes, & passiones subiecti illius, sicq; theologia ex principijs, puta articulis fidei habentibus Deum pro obiecto, considerat partes, & passiones: id est, personas, & proprietates diuinas, effectus quoque operationesque Dei. ¶ Ad secundum, ꝙ æternorum, & temporalium est vna scientia, non vt taliter distinctorum, sed prout vnum sortitur habitudinem quandam ad aliud. Vna quoq; scientia est principaliter de vno genere scibili, & de alijs per comparationem ad illud, seu vt sunt effectus illius: aut aliquo modo spectant ad ipsum. ¶ Ad tertium, ꝙ inter Deum, & creaturas nõ est æquiuocatio ꝓprię dicta, sed magis analogia. Æquiuocorũ etiam, vt talium, nõ est vna scientia, nec, put sunt diuersa obiecta, sed ut in aliquo cõmunicant: imò & contrariorum est vna scia, inquantum vnum est rõ cognoscendi aliud iuxta Philosophum. ¶ Ad quartùm, quòd notitia diuersarum historiarum scripturæ, ad vnam pertinet theologicalem scientiã, ſm quod in scriptura narrantur illæ historiæ: quia narrãtur in ea per relationem ad Deum, & prout gesta illa sunt opera Dei: vel in eis declarant prouidẽtia, sapientia, omnipotẽtia, misericordia, & iustitia Dei. ¶ Ad quintum, quod illorũ est vna scientia habitualis theologica, ꝓp habitudinem unius ad aliud. ¶ Ad sextum, quòd theologia dicitur esse moralis, rationalis, & naturalis, per respectum ad diuersas materiar de quibus tractat, quæ tamen omnes ad vnum theologiæ subiectum habitudinem sortiuntur. ¶ Ad septimum, quòd tam naturaliter de Deo scibilia, q̃ supernaturaliter agnoscibilia de eodem, ad vnum ꝙ tinent theologiæ subiectum, quod est ipsemet superdignissimus Deus, de quo nihil certius, quàm quia est, & nihil incertius, quàm quid est. ¶ Ad octauũ, ꝙ sicut liber Sententiarum est vnus liber totalis, & oes libri scripturæ sunt vnus integer libet, qui Biblia nũcupatur, sic in toto hoc libro vna totalis, & perfecta theologica scientia continetur, ac traditur. ¶ Ad nonum, ꝙ quatuor illi sensus scripturæ ad eandem pti nent theologiam, quemadmodum ad eundem sensum pertinent, album, nigrum, alijq; colores.

Albertus

¶ Postremo, de hac quæstione scribit Albertus, cõcordans cum Petro: Hæc scientia vna est, non ꝓportione ad unũ, quod sit subiectum aliorum, sicut substantia est subiectum accidentium: sed proportione ad vnum, quod est finis beatificans: quia sic beatificabile considerabitur, vt participars vnũ illud; & dispositiones beatificãtes, remouentes a contrario: atque res huius mundi, vt adiuuantes, & adminiculãtes ad adipiscendum finem, vt patet in litera ex verbis Augustini.

QVAESTIO. IIII.

Arguitur contra vetatem. 1

QVarto quæritꝫ, *An Deus sit theologiæ subiectũ*. ¶ Videtur ꝙ nõ, quia subiecti est subijci, quod Deo non competit, cum sit purus actus, atque vt ait Boetius, forma simplex non potest esse subiectum. ¶ Secũdò, quia subiectũ est materia circa quã,

Boethius 2

Deus

3 Deus aũt non est materia. ¶ Tertiò, quia theologia pro maiori parte est de rebus creatis. ¶ Quartò, qa (secundum Augustinum) tota scriptura est de rebꝰ,

Auguſt. 4

& signis, ergo res, & signa sunt theologię subiectũ.

Hugo. 5

¶ Quintò, quia ut ait Hugo, opera restaurationis sũt theologiæ materia. Ait nanq; libro de sacramentis: Opera primę conditionis seu creationis, sunt aliarũ scientiarum materiæ: opera vero restaurationis, sũt materia theologiæ. Quin & secundũ Glossam quandam super librum psalmorum, Christus sponsus, & eius sponsa, seu vt alijs dicunt, totus Christus: i. caput, & eius membra, sunt theologiæ subiectum.

6

¶ Sextò, de subiecto oportet præcognoscere quid est, & quia est, vt dicit 1. Posteriorũ: sed de Deo in hac vita cognoscere non valemus quid est, vt diuinus Dionysius quinto mysticæ theologiæ capitulo, & Damascenus primo libro testañ. ¶ Septimo, quia singularium non est scientia, Deus aũt est maximè singularis. ¶ Octauò, subiecto scientiæ competit habere principium, & partes, & passiones, quorũ nullum competit simplicissimo, & impassibili Deo.

Dionyſiꝰ Io. Dam. 7 8

¶ In oppositum est communis doctrina.

In oppoſitum. Thomas.

¶ De hac quæstione opiniones sũt varię, quę partim concordantur per respõsionem Thomę, hoc loco dicentis: Subiectum scientię habet ad minus tres comparationes. Prima est, quòd quæcunque traduntur in scientia, continentur sub subiecto. Hanc conditionem subiecti, quidam considerantes, posuerũt res, & signa esse subiectum huius scientiæ: quidam verò totum Christum, vt tactum est: seu sponsum, & sponsam, ut Cassiodorus: quoniam quicquid in ista scientia traditur, ad ista reduci videtur. Secũda comparatio seu conditio subiecti est, ꝙ eius cognitio in scientia principaliter intenditur: & quia scięntia hæc principaliter tendit ad Dei cognitionem, posuerũt aliqui Deum scientiæ huius subiectum. Tertia conditio est, ꝙ per subiectum suum distinguitur scientia a scientijs cęteris: atque ex hac consideratione dixerunt quidam, Credibile, esse scientiæ huius subiectum. Hæc enim scientia per hoc ab alijs differt, ꝙ ex inspiratione habetur, & secundum fidei inspirationem procedit. Alij, opera restaurationis, quoniã tota scientia ista ad consequendum restaurationis effectum ordinatur. Porrò si uolumus inuenire subiectum, quod hæc omnia comprehendat, possumus dicere, ꝙ ens diuinum cognoscibile, per inspirationem, fit sciętiæ huius subiectum. Omnia nanq; quæ considerantur in ea, sunt vel Deus, aut ea, quæ ex Deo, & ad Deum sunt, inquantum hmõi: sicut, & medicus considerat signa, & causas sanitatis, & multa huiusmodi, inquantum sunt sana: id est, ad sanitatẽ aliquo modo relata. Hinc quanto, quid magis ad verã deitatis rõnem accedit, tãto principalius i scia ista consideratur. Hæc Thomas in Scripto super primũ. ¶ Veruntamen in prima parte Summæ, quæstione prima, ad quæstionem hãc ita respondet: Subiectũ huius doctrinæ est Deus, qm̃ vniuersa, quæ considerantur in ipsa, sunt Deus, vel aliquomodo referuntur ad ipsum, tanq̃ ad primum principium, ac vltimum finem. Vñ sicut se hẽt obiectum ad habitum siue potentiam, sic se hẽt subiectũ ad scientiã. Ideo sicut illud est obiectum potentiæ, sub cuius ratione omnia sub potentia cadunt, vt homo, lignum, lapis, referuntur ad visum sub ratione colorati, propter quod coloratum est visus obiectũ: sic quoniam omnia, quæ in sacra considerantur scriptura, cadunt sub consideratione theologi in ordine ad Deũ, ideo Deus est theologiæ subiectum. Hæc Thomas.

Cassiodo.

art. 7.

¶ Præterea, Petrus circa huius quæstionis solutionem tres narrat opiniones: Quidam, inquiens, dicũt quòd de subiecto theologiæ est loqui tripliciter, secundum tria, quæ sunt in vnoquoque ente completo, videlicet quo ad substãtiam, virtutem & operationem. Primò modo, subiectum theologiæ est Deus: secundo modo Christus, qui est virtus Dei patris: tertio modo opera restaurationis facta per Christum. De operibus vero creationis agitur in scripturis per accidens, vt manifestiùs pateant opera restaurationis. ¶ Alij dicunt, quòd aliquid dicitur alicuius scientiæ subiectum tripliciter: Primò, id ad quod omnia reducuntur in illa scientia sicut ad principium radicale: secundò, id ad quod omnia reducuntur tanquam ad principium integrale: tertiò, id ad quod referuntur, vt ad principium vniuersale. Primo modo subiectum in geometria potest dici punctus, à quo fluit tota natura quantitatis, continuæ. Secundo modo corpus quantitatis, in quo omne genus dimensionis includitur. Tertio modo quãtitas continua immobilis, quæ de qualibet figurarum specie prædicatur. Primo modo Deus est theologiæ subiectum, secundo modo Christus, tertio modo ens diuinum. ¶ Tertij asserunt subiectum sciętiæ dici dupliciter. Primò strictè, ac propriè, quod dicitur subiectum intentionis, de quo in scientia principaliter agitur, & ad quod cætera reducuntur, & sub eius ratione aliquo modo continentur, per quod, & scientia ab alijs distinguitur, & de quo etiam intitulatur. Secundò large, & communiter, quod dicitur subiectum executionis, scilicet omne illud, de quo in scientia tractatur, verbi gratia, artis domificatiuæ subiectum intentionis est domus: subiectum verò executionis, est materia circa quam operatur. Primo modo Deus est subiectum theologiæ, secundo modo omnes res diuinæ, secũdum quod esse diuinum participant. Hæc Petrus, qui & huic vltimæ positioni seu distinctioni magis consentit.

Opinio 1. 1. Cor. 1.

¶ Insuper Richardus circa hæc scribit: Subiectũ in hac scientia est Deus, quamuis scientia ista principaliùs consideret de Deo id, quòd per naturalem rationem inuestigari, & cognosci nõ valet de eo. Vt enim patet primo Posteriorum, illiud est subiectũ scientiæ, cuius proprietates per se considerat ipsa scientia: sed scriptura considerat Dei proprietates, & operationes. Agitur in scriptura de Deo, secundum rationem suæ naturalis perfectionis in quantum eius perfectio relucet in operibus conditionis, & administrationis, seu gubernationis, & restaurationis, & sanctificationis, & retributionis: ad quæ sex possunt reduci omnia, quæ considerantur in sacra scriptura, quia intra diuinam perfectionem cõprehenduntur attributa diuinę essentiæ, personarumque emanationes, & earum proprietates. In operibus conditionis comprehenduntur creatio, creatorum distinctio, & distinctorum ordinatio. In operibus restaurationis etiam multa comprehenduntur, quia præfigurata fuit restauratio in institutione veteris legis, ac veterum sacramentorum, initiata in filij Dei incarnatione, promota in nouæ legis datione, completa in CHRISTI passione, manifestata paucis hominibus in resurrectione, atque aliquibus angelis in ascensione, & toti mundo in euangelij per discipulos prædicatione. In operibus quoque sanctificationis, intelligo virtutum infusionem, & sacramentorum nouæ legis susceptionem. In operibus retributionis intelligitur, tanquam præuia, & extremi iudicij examinatio, reproborũ damnatio, & principaliter electorum glorificatio.

Richard. Aristotel. Enumerãtur sex ad q̃ oia theologicę sciętiæ reducuntur.

Sicque ostensum est, quomodo omnia, quæ in sacra continentur scriptura, aut spectant ad Dei intrinsecam perfectionem, aut ad suæ perfectionis refulgentiam per operationum eius multiplicitatem, quia per quandam appropriationem potentia maximè relucet in creatione, sapientia in administratione, misericordia in restauratione, & sanctificatione, iustitia in reproborum damnatione, bonitatis affluentia in electorum glorificatione. Idem sic probo: Tota scientia virtualiter est in principijs, sed articuli fidei sunt principia huius scientiæ, ergo tota scientia ista virtualiter est in articulis fidei. Quod ergo est subiectum articulorum, est subiectum huius scientiæ: Deus autem est subiectum articulorũ, vt patuit in præcedentibus. Hæc Richardus.

Aegidius Romanus, theologia & metaphysica de eum diuersimode cõsiderant.

¶ Porrò Aegidius de his scribit prolixè, inter cætera dicens: Theologia, & metaphysica sunt de Deo non sub eadem ratione, sed metaphysica cum sit communis scientia, vtpote habens pro obiecto, ens secundum quod ens, ideò tractat de Deo sub modo communi, secundum quod ens, & vniuersalis entium causa. Theologia autem, cum sit specialis scientia principaliter intendens de Deo, habet pro obiecto Deum sub speciali aliqua ratione, quæ potest esse, inquantum est principium nostræ restaurationis, ac consummatio nostræ glorificationis. Hinc positio dicentium, quòd Deus est subiectum in theologia, magis accedit ad propriam rationem subiecti, non tamen sufficienter assignat subiectum: quia nunquam assignatur subiectum aliquod in scientia, nisi sub aliqua ratione. aliter esset confusio in scientijs, cum plures scientiæ determinent de eodem. Ideò quàmuis Deus, sit principaliter intẽtus in theologia, & sub ratione ipsius alia inducuntur in ea, non tamen sufficit dicere, ꝙ Deus sit subiectum in ea, nisi addatur ei aliqua specialis ratio, vt principiũ nostræ restaurationis, & consummatio nostræ glorificationis: quia sub illa ratione subiectum principaliter consideratur in scientia, sub qua eius cognitio principaliter intenditur in eadem: sed in theologia principaliter intendimus Deum cognoscere, vt nostrum restauratorem, & glorificatorem. Hæc Aegidius.

Dionysius

¶ Ex cuius verbis accipitur, ꝙ secundũ eum Deus est subiectum in theologia, inquantũ saluator & gloificator: quod ab aliquib⁹, vt tangẽt inferius, improbat.

Hales

¶ Porrò doctor irrefragabilis Alexãder, de his compendiosissimè ait: Theologia est scientia de diuina substantia cognoscenda per Christum in opere reparationis, sic ꝙ materia de qua diuinę scripturæ secundum rationem operationis, est opus reparationis humani generis: materia vero secũdum rationem uirtutis, est Christus. materia autem secũdum rationem essentiæ, est Deus seu diuina substantia, prout istud suprà in verbis Petri de Tarantasia, dictum est pleniùs.

Matetia theologię triplex.

Materia vero circa quam ipsius scripturæ, est res, & signa. Hæc Alexander.

Scotus.

¶ At vero Scotus circa hæc loquitur, ꝙ theologiæ in se, & secundum se consideratæ, & prout est in mente diuina, obiectum est Deus sub ratione deitatis: obiectum verò theologiæ, prout in nobis est, dicit esse Deum secundum rationem entis infiniti: qã infinitas est prima rõ seu proprietas intrinseca, quã de Deo (ut ait) concipimus: Sic enim in sententia dicit: Theologia nostra est de eisdem, de qb⁹ theologia in se, & quo ad hoc, posset ei pro obiecto assignari Deus sub rõne deitatis. Sed quia concept⁹ Dei proprius, & pfectus non põt apprehendi a nobis in uita hac, qm̃ quicquid de ipso intelligimus, per phãtasmata capimus: idcirco subiectũ hoc Deus, licèt contineat virtualiter in se omnes theologicas veritates, non tamen vt nobis notas: nec ipse ut sic, à nobis cognoscitur. Quapropter cum conceptus perfectissimus post conceptum deitatis, sit entis infiniti conceptus, quia infinitus est modus intrinsecus deitatis, & iste conceptus queat haberi a nobis in statu præsenti, qm̃ infinitatem Aristoteles probat de primo motore, 8. physicorum, atq; de prima causa 12. metaphysice: hinc attribuimus enti infinito contine re veritates huius scientiæ, vt nobis notas, & ut est faciens euidentiam veritatis, vt in nobis. Insuper, sicut Scotus tangit, & eius sequaces clariùs dicunt, Deus cognosci quadrupliciter põt, sicut & homo. Potest.n. homo secundum quidditatiuam rõnem cognosci, videlicet inquantum animal rõnale: secundò in communi, in quantum animal: tertiò per accidẽs, secundum quod animal mansuetum, sociale, ciuile: quartò, respectu aliorum, videlicet animal dignissimum. Proportionabiliter potest Deus cognosci. Primò, secundum rationem deitatis, vt hæc natura: secundò, in communi, vt ens diuinum: tertiò: quasi per accidens, inquantum iustus, & sapiens: quartò, per respectum ad extra, inquantum causa, & gubernator. ¶ Quidam ergo dixerunt, ꝙ Deus primo modo est theologiæ subiectum, vt patuit. Alij, ꝙ secundò modo, inquantum ens infinitum, sicut Henricus de Gandauo in Summa, cui (vt tactum est) videtur consentire Scotus. Tertij, ꝙ tertiò modo, puta vt bonus, quemadmodum Guerro. Quarti, ꝙ quartò modo, vtpotè, vt saluator, & glorificator, sicut Aegidius. Cõtra cuius positionẽ sic arguit Scotus: Quia respectus est ens rõnis, cũ ergo formalitas habitus sumat a formalitate obiecti, theologia hoc modo esset habitus atq; scia rõnis, vt logica. Secundò, quia conceptus essentiæ, & respectus ad extra, non faciunt vnũ conceptũ per se, sed per accidens: sed nulla scia prima seu non subalternata, habet conceptũ p accidẽs pro primo obiecto, qm̃ sola sciẽtia subalternata est talis: ergo essentia cum respectu non facit unum subiectum. Tertiò, quia respectus absolutus est prior respectiuo respectu. Si ergo theologia esset de Deo sub respectu, esset alia prior de Deo absolutè.

Aristotel.

Hoſem ꝙ dripliciter poſſe cognoſci.

Deus qua dripliciter cognoſcitur.

Guerro

Dionysius contra Scotum

¶ Circa hæc verba Scoti multa possent induci, & qui vellet tenere Aegidium, dicere posset, ꝙ quãuis respectus seu relatio Dei ad extra, sit ens rationis, tamen in creaturis correspondet ei realis relatio, & in reali actione fundatur. Saluator enim, & glorificator reale quid dicunt, non ens rationis duntaxat. Idcirco de Deo, vt saluatore, & glorificatore, potest esse realis scientia: ¶ Insuper mirum videtur, quòd doctor ille subtilis affirmat Deum sub ratione entis infiniti potius esse obiectũ nostræ theologiæ, quàm sub rõne deitatis, quum prima facie, imò & cunctis communiter, certiùs sit Deum esse, ꝙ ipse summa essentia seu natura, quàm quòd ipse sit infinitus. Imò multi boni, simplicesq; fideles, interrogati an Deus sit summa substantia, prima veritas, pura bonitas, & vtrum sit sapiens, omnipotens, & perfectus, protinus indubiè responderent, ꝙ imò: si verò interrogarentur an Deus sit infinitus, forsan nescirent, quid responderent: quia ignorant qualiter Deus dicatur, & sit infinitus. Denique sicut Dei conceptus prius, & perfectus non potest a nobis haberi in statu isto, quia per phantasmata intelligimus, ita nec conceptus entis infiniti: imò infinitum secundum quod tale est incomprehensibile, præsertim infinitum per fectionaliter actualiter, atque formaliter. Propter quod superglorioſissimus Deus sibi soli perfectè comprehẽsibilis perhibetur. Hinc inter omnes positiones prehabitas de obiecto theologiæ, rationabilior esse uidetur positio Thomæ in prima parte Summæ suæ, & Richardi hoc loco. ¶ Veruntamen absq; eorum aliorumq; derogatione, apparet ꝙ Deus sub ratione perfecti, aptissimè dicatur theologiæ obiectum sumendo perfectum in Deo, secundùm quod ipse est in se ipso absolutè perfectus in sua natura, tã in emanatione, & operatione ad intra, quàm in emanatione ad extra: hoc est, tam in operibus naturę, q̃ gratiæ, & gloriæ. Nempè de his tota tractat theologia. Siquidem & effectus diuinæ prouidentiæ atque iustitiæ spectant seu reducuntur ad ista.

Deus sub ratiõe pfecti est tneologiæ obiectum.

Ad primũ argumẽtũ Deus oĩnis nostræ actibus subiicitur.

¶ Ad argumenta dicẽdum: & primo ad primùm, quòd Deo qui est purus actus, & simplicissima forma, non competit realiter subijci, aut accidenti substerni, sed actibus considerationum subijci dicitur, inquantum de eo sunt, uel circa ipsum uersantur, quod non ponit aliquam alterationem, impressionem, aut mutationem in Deo. ¶ Ad secundùm, ꝙ Deus, non est materia, ex qua seu in qua, sed bene de qua, & circa quam, & nec nomen nec ratio materiæ conuenit ei, nisi per transumptionem, & similitudinem quandam. ¶ Ad tertiùm, quòd theologia pro maiori parte quantitatis molis, non uirtutis, & principaliter, est de rebus creatis, totumque illud ad creatoris notitiam ordinatur. ¶ Ad quartùm, & quintùm patet ex dictis responsio. ¶ Ad sextùm, ꝙ de subiecto oportet scire quid importetur per nomen, non quid essentialiter sit, & quæ sint proprietates ipsius. ¶ Ad septimùm, quòd de singularibus, non est scientia, propter eorum uariabilitatem. Cũ ergo Deus sit summæ, & infinitæ inuariabilitatis, sua singularitas, non impedit de eo esse scientiam. Ipse quoque est uniuersale in causando, & formando, & omnium generalis ultimus, & inuariabilis finis. ¶ Ad octauum, quòd Deo non competit habere principium effectiuum, nec passiones corporales, sed benè principia cognoscendi, & communiora, quæ sunt principia quo ad nos.

Deo materiæ nomen cõuenit, q̃ dã similitudine.

Theologia quomodo sit de creaturis.

De subiecto oportet scire quid sit.

Singularia cur nõ sit sciẽtia.

Deus principiũ effectiuũ non habet, sed cognitiuũ. Durandus

¶ Ad prætactas, autem opiniones de theologiæ subiecto, possunt aliorum opiniones reduci. Durandus, quippè dicit Deum esse subiectum theologiæ sub ratione saluatoris. & si intelligat Deum dici saluatorem, non solum, quia liberauit à peccatis, & à iugo diaboli, ac pœnis inferni, sed etiam quia gratiam, gloriamque largitur, conincidit ista opinio cum positione Aegidij.

Albertus.

¶ Albertus uerò, ad hanc quæstionem respondet: Subiectum scientiæ multipliciter dicitur, scilicet generaliter, & specialiter. Generaliter, sic omne illud dicitur esse subiectum, uel pars subiecti, de quo tractatur in scientia: & sic res, & signa sunt subiectum huius scientiæ, non tamen absolutè, ut res, & signa, sed inquantum aliquo modo faciunt ad beatitudinis participationem. quod notat Augustinus, dicendo: In rebus, id considerandum est, quòd aliæ, sunt quibus fruendum &c. Alio modo dicitur subiectum spacialiter, circa quod negociatur scientia, probando de ipso proprietates, & differentias per propria sibi principia. Sicque quidam antiqui dixerunt, quòd credibile generaliter acceptum, est subiectum theologiæ. Voco autem credibile generaliter acceptum, tam præambulum articulo fidei, sicut Deum esse ueracem, scripturam esse à spiritusancto, quàm ipsos articulos: & etiam illud quod sequitur ad duo illa ex parte bonorum morum, ut fornicationem esse peccatum mortale. De istis enim probatur omne quod in sacra probatur scriptura. Specialissimè uerò id dicitur esse subiectum, quod est dignius inter considerata in ipsa scientia. Sicque subiectum scientiæ huius est Deus, à quo etiam denominatur, non tamen prout Deus sumitur absolutè, sed secundùm quod est Alpha & O, principium & finis. Quia sic ea, quæ sunt ab ipso, considerantur in ista scientia, ut principiata ab ipso, quæ repræsentant iudicia sui factoris, quoniam teste Augustino, omnia clamant. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. sed secundum quod ipse est finis, sic considerantur per ipsum ordinata ad illum finem: dispositiones quoque ordinantes ad finem, sicut uirtutes, dona, & sacramenta.

Subiectũ sciæ dicit, multipliciter.

Augustin.

Apocal. 1. Apoc. 21.

Augustin.

Psal 99.

QVAESTIO V.

Arguitur contra ueritatem 1. Sapien. 8.

QVinto quæritur, *an necessarium fuerit generi humano tradi hanc super naturalem doctrinam præter, & vltra naturales scientias.* ¶ Videtur primò quòd non, quoniam sapientia Dei attingit à fine usque in finem fortiter cuncta disponens suauiter. Quocirca dicunt expositores, quòd increata sapientia dicitur uniuersa suauiter disponere, quoniã regit omnia, cunctisque influit secundùm naturalem inclinationem, & dispositionem eorum, quod eis naturaliter appetibile est, & suaue. ergo, & hominem dirigit ad salutem per naturalia, nõ per supernaturalia media. ¶ Secundò, sapientis est, unicuique dare, & influere, ac documenta proponere iuxta suam capacitatem, ut Seneca, Tulliusque testantur. Non ergo expediens fuit homini supernaturalia, & incomprehensibilia tradere ad tenẽdum, & cognoscendum. ¶ Tertiò, quia ex incomprehensibilitate talium, multi retrahuntur, ab euangelica lege, & eã destruere molliuntur, sicque impedit magis, quàm conferat ad salutem. ¶ Quartò, natura nõn deficit in necessariis, secundùm Philosophum. ergo naturæ humanæ per naturalia satis prouidit de necessarijs, ut saluetur, præsertim quia, & irrationabilibus satis prouidit de necessarijs, ad consequendum proprium finem. Vnde in libro de cęlo, & mundo, ait Philosophus: Si astris inesset uis progressiua, cũ natura non dederit eis ad progrediendum organa apta, deficeret in necessarijs. ¶ Quintò, philosophia ſm Algazelem in libro de quinque essentijs, non est nisi ordo animæ: ergo sufficit animam ordinare, atque dirigere ad salutem. ¶ Sextò, Plotinus Platonicus super somnum Scipionis tractat de uirtutibus excellentissimis, seu de uirtutibus secundùm gradũ perfectum, quas uocat uirtutes purgati animi, quas & Aristoteles ī ethicis appellat heroicas. si ergo per naturalem rationem, studium, & exercitium potest homo fieri tam uirtuosus. perfectus, diuinus, ut illi affirmant, non uidetur supernaturalibus donis egere. ¶ Septimò, ſm Senecam, Philosophia est rerum diuinarum, & humanarum cognitio. non ergo requiritur alia. ¶ Octauò, secundum Ciceronẽ secundo de Tusculanis quæst. libro Philosophia medetur animis, inanes solicitudines detrahit à cupiditatibus liberat, pellit timores: ergo sufficit contra uitia uniuersa, præsertim cũ ſm Augustinum super illud Psalmi. Incensa igni, & suffossa, omne peccatum, sit ex amore malè inflammante, aut ex timore malè humiliante. ¶ Nonò, quicquid continetur sub formali ratione obiecti, potest à potentia apprehensiua obiecti illius cognosci: sicut quicquid continetur sub colorato, potest percipi uisu. Sed primùm obiectum intellectus nostri, secundùm Auicennam primò metaphysicæ suæ, est ens: ergo quicquid continetur sub ente, & quòd uerè est ens, potest ab intellectu nostro naturaliter apprehendi. sicque nulla alia, quàm naturali indigemus scientia.

Apocal. 1. Apoc. 21.

Augustin.

Psal 99.

Arist. 2. de cęlo.

Agazel.

Plotinus.

Seneca. Philosophia quid

Cicero.

Aug. super psalm 79.

Auicenna

¶ In con-

In oppositum. Heb. 11. 2.Tim. 3.

¶ In contrarium est, quod ad Hebræos ait Apostolus: Sine fide impossibilè est Deo placere. Atq; ad Timotheum. Omnis scientia diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, & item quod ait Baruch, Non est, qui possit scire viam eius.

Baruc. 3. Gulielm⁹. Parrhisi.

¶ Ad hanc q̃stionem rñdet diffuse Gulielmus Parrhisiensis in libro de fide, & legibus, inter cętera dicens, quòd creator omnipotens requirit a rationali creatura, vt ipsa se suo creatori perfectè subijciat, mactet, sacrificet, redigendo intellectum naturalẽ, ac proprium in captiuitatem, in obsequium Christi: quod fit per hoc, quòd in nutu diuinæ auctoritatis præbet firmum assensum his, quæ nequaquam comprehendere valet, quod ei etiam valde meritorium est. Hæc Guliel.

Fides hoĩ est necessaria.

2.Cor. 10.

Thomas.

¶ Denique Thomas primò libro Summæ contra gentiles primò oñdit, q̃ etiam valde expediẽs sit, vt ea quoq; quæ naturali rõne queunt cognosci, credẽda tradant hominibus: quia si talia solummodo requerentur hominibus inquirenda, triplex inconueniens sequeretur. Primùm, quòd paucis hominibus inesset talium vera cognitio, eo quòd plurimi a talium studiosa inquisitione impediantur, vel habendine intellectus, vel occupatione externa circa necessaria vitæ, vel pigritia, seu occupatione iniqua. Secundùm inconueniens est, quòd illi, qui ad talium diuinorum cognitionem propria inquisitione, vel aliorum informatione pertingerent, non nisi laboriosè, & tardè peruenirent ad eam, cum multa præexigantur ad talia intelligenda. Tertiùm est, quòd eorum cognitioni frequenter errores, & dubietas miscerentur, ex intellectus debilitate, & phantasmatum admixtione, sicut videmus philosophis contigisse. Sicque simplices videntes inter maiores, & doctiores esse opinionum diuersitates, ambigerent cui potius assentirent. Inter multa quoque vera, q̃ demonstrantur, miscetur, aliquando aliquid falsi, quod non nisi probabiliter, aut sophistica ratione asseritur, quæ interdum demonstratio reputatur. Idcirco oportuit per viam fidei, fixam certitudinẽ, & puram veritatem de huiusmodi rebus diuinis, hominibus exhiberi. Hæc Thomas, qui eodem libro consequenter declarat, quòd & ea, quæ naturalem rationem prorsus excedunt, oportuit hominibus ad credendum proponi: quoniam homo ad supernaturalia ordinatur, & ad supernaturalem beatitudinem est creatus: ad quam nec pertingere, nec eam appetere, neque ad eam conari posset, nisi aliquo modo innotesceret ei. Et istud præcipuè religioni competit Christianæ, quæ singulariter bona spiritualia, & æterna promittit. Porrò lex vetus, quæ temporalia promissa habebat, pauca rationem excedentia proponebat. Sic & philosophis cura fuit, vt homines a sensibilium delectationibus ad honestatem perducerent, ostendendo esse alia bona his meliora: quorum gustu multo suauius, qui vacant actiuis, vel contemplatiuis virtutibus, delectantur. Expedit etiam istud ad repressionem præsumptionis quorundam, qui tantum de suo præsumunt ingenio, vt totam rerum naturam, se reputent suo intellectu posse metiri, putãtes verum esse quicquid eis videtur: & falsum, quicquid eis non videtur. Iterum expedit istud, ad reprobandum eorum errorem, qui dixerunt hominem mortalem non nisi mortalia, & humana debere sapere, & curare: quorum vnus fuit Simonides, contra quem decimo Ethicorum docet Philosophus, quòd homo debet per se pro viribus ad immortalia, & diuina erigere. Vndecimò quoque de animalibus, ait:

Scibilia cõuenienter credẽda tradũtur.

Hoc Thomæ dictũ & hodie locum habet.

capitu. 5.

Supnaturalia necesse fuit credẽda proponere.

Debet hõ nõ tãtum mortalia curare, ac sapere.

Simonides.

Quòd quamuis parum sit, quod de substantijs superioribus percipimus, magis tamen hoc modicum est amatum, & optatum omni cognitione, quàm de inferioribus habemus substantijs. Sic & in secundo de cælo, & mundo, testatur q̃ cum de corporibus cælestibus, quæstiones potuerunt solui paruæ, ac topica solutione, contingit auditori, vt uehemẽs sit gaudium eius. Ex quibus omnibus constat, q̃ de rebus nobilissimis quantumcunque imperfecta cognitio, magnam perfectionem animæ confert. Ideò quamuis ea, quæ supra rationem sunt, ratio humana plenè capere nequeat, tamen multum perfectionis ei acquiritur, si ea saltem qualitercunque teneat fide. Hæc Thomas. ¶ Qui & in primà parte Summæ suæ, & in Scriptio primi super his tractat, dicens in Scripto. Omnes qui rectè senserunt, posuerunt finem vitæ humanæ Dei contemplationẽ. Contemplatio autem Dei est duplex. Vna per creaturas, quæ est imperfecta, q̃n creatura est effectus non proportionatus creatori, sed distans ab eo in infinitum. Idcirco ducit in cognitionem Dei imperfectè, in qua Philosophus felicitatem contemplatiuã constituit, quæ tamen felicitas est viæ, atque ad hãc ordinatur tota cognitio philosophica, ex rationibus, & considerationibus creaturarum procedens. Alia est contemplatio Dei, qua immediatè vĩ p̃ suã essentiam: quæ contemplatio est perfecta, & habet in patria, estque possibilis homini, secundùm fidei suppositionem. Vnde oportet, vt ea, quæ sunt ad finem, proportionentur fini. Sicque homo in statu viæ ad illam beatitudinem manuducatur, non per cognitionem ex creaturis sumpta, sed ex diuino lumine inspiratã, & hæc est doctrina theologiæ. Cuius est, omnibus alijs scientijs imperare, & eis in suum obsequium vti. Hæc Thomas.

Aristot.

Thomas ĩ Scripto & in Summa

humanæ vitæ finis Dei est cõtemplatio

Felicitas philosophica quo pficiatur.

¶ Et idem Richardus, addens quòd theologica ista supernaturalis cognitio, efficacius accendit affectum nostrum diuino amore: quoniã plenius docẽt nos de charitate, pietatè & liberalitè Dei ad nos, & de beneficijs, ac promissis ipsius, & quòd philosophi quantumcunque excellentis ingenij, qui nõ fuerunt supernaturaliter illuminati, nnuquàm cognouerunt, nec posuerunt beatitudinem veram, & plenam, quo signo constat, q̃ cognitio illius beatitudinis est homini supernaturalis.

Richardus theologia efficacius affectum charitate accendit.

¶ Porrò Aegidius tangit tres causas vtilitatis seu necessitatis huius supernaturalis theologiæ, quas Thomas assignat. Dicit tñ, q̃ in istis causis tribus solum consideratur id, quod est per accidens, & dimittit quod est per se. Nã quæstio est de ipsa theologia in se, an superflua sit vel necessaria: & nõ est quæstio de ipsa per comparationem ad nos, vel ad tradẽtes sciam. Idcirco, inquit, dicendũ q̃ theologia ista necessaria est, nõ superflua: quoniam docet ea, ad quæ cognoscenda aliæ scientiæ se nõ ualent extendere.

Aegidius

¶ Ad quæ verba Aegidij est dicendũ, q̃ S. Thomas de hac q̃stione optimè scripsit, nec dimisit quod est per se: quia vt patuit iam ex verbis ipsius, ipse ideò scripsit theologiam hanc nobis necessariam esse, q̃a de supernaturali fine, & vera beatitudine, & de Deo ipsa sufficienter nos instruit in hac vita, quod aliæ scientiæ facere nequiuerunt. Insuper, in moralibus, ac naturalibus necessarium dicitur vno etiam præcipuo modo per respectum bd finem, quemadmodum necesse est hominem habere fidem, & charitatem, si consequetur salutem, & hoc modo necessaria est homini theologia. Alio modo simpliciter, vt hoiem esse animal. Causa demũ, quã assignat Aegidius, non uidetur nisi vnum, & idem assignare

Dionysius contra Aegidium

Necessitas in moralibus ex fine sumitur.

re causam suijpsius. Cum enim theologia ista dicatur supernaturalis scientia, & supernaturalis scientia nuncupetur, quæ docet, quod naturalis ratio nõ attingit: dicere, quod ista scientia sit præter naturales scientias necessaria, quoniam docet ea, ad quæ illæ nõ extendunt se, est idem exponere per seipsum. Ideoque adhuc remanet quæstio, cur necessaria, sit hominis talis scientia. Ad quod sanctus doctor sapienter respondit.

Scotus.

¶ Præterea de his scribit Scotus. Omnes catholici conueniunt in hoc, quod aliqua supernaturalis, cognitio nobis necessaria sit in via. Sed cõtrouersia est inter philosophos, & theologos: primo in hoc, quod philosophi negant omnem supernaturalem, cognitionem, dicentes, quod dignitas sit naturæ, quod possit ex se perfectionem suam acquirere: sed intellectus potest acquirere omnem cognitionem necessariam sibi ex naturalibus. Et quod hoc sit intentio philosophi, primò apparet ex hoc quod ait tertio de anima: Intellectus agens est, qui est omnia intelligibilia facere: & intellectus possibilis, qui est omnia intelligibilia fieri. Præterea sexto metaphysicæ ait, quod res sunt partes philosophiæ, metaphysica, physica, & mathematica, quæ secundùm ipsum diuidunt omnem speculatiuam scientiam in via possibilem. ¶ Insuper ratio, quæ potest intelligere pirncipium, potest naturaliter intelligere omnem conclusionem intentam, & contentam in illo principio. Quia cognitio conclusionis non dependet, nisi ex cognitione principij, & deductione conclusionis à principio. Et ista deductio, est euidens per dici de omni vel de nullo. Sed nos naturaliter cognoscimus prima principia, in quibus naturaliter cõtinentur omnes conclusiones, ergo &c.

An philosophi oẽm supernaturalẽ cognitionem negarint. Aristotel.

¶ In contrarium est, quod necessaria nobis est cognitio, vltimi finis nostri supernaturalis, quem per nullum actum nostrum intelligere possumus. Vnde philosophi qui habuerunt naturalem intellectũ acutum, quando descenderunt in singulari, ad finem, vel fuerunt dubij de fine, vel errauerunt. Philosophus nanque dixit cognitionem substantiarum separatarum acquisitam esse felicitatem. Et si intellexit, quod fuit finis huius vitæ, tamen dubius fuit an esset alia vita, vt patet ex primo Ethicorum. Præterea nostra naturalis cognitio, quam habemus de substantijs separatis, ac diuinis, procedit ex sensibilium agnitione effectuum. Et talis probatio, vel inducit errorem, vel relinquit dubietatem. Nullus enim effectus sensibilis probat trinitatem: quia probare per simile, est causa erroris, cum sit maior diuersitas. Deus quoque omnia liberè causat, ideò arguens ex effectibus, vel errabit, vel dubius erit, vt patet de philosopho, qui dixit Deum semper causare. & sic ex motu cœli concludit angelos mouere perpetuo, & quod esse non possent plures angeli, quàm orbes, nec cœlum posse esse maius propter laborem angeli mouentis, vt fi apponatur vna stella. Sed ista sunt sophismata, idcirco soluuntur.

Deus imperfectè cognoscitur per effectus.

Potentia passiua dupliciter cõparatur.

¶ Sciendum quoque, quod potentia passiua seu receptiua, potest vno modo comparari ad formam quam recipit, & sic non cadit circa eam distinctio naturalitatis, & supernaturalitatis, sed distinctio, quæ est per naturale, & violentum, ac neutrum. Si enim inclinetur ad recipiendum formam, vel actionem, recipit naturaliter eam: si autem inclinetur ad oppositum, recipit violenter: si verò nec inclinetur ad formam, nec ad eius oppositum, habet se neutro modo, & indifferenter. Sed, si comparetur ad formam, quam recipit, vt recipit eam ab agente (& ita comparetur ad agens aliquo modo) locum habet ista distinctio, naturale, & supernaturale. Ideò si potentia nata, est recipere actionem, ab agente, aut formam, recipit formam, seu actionem illam naturaliter ab eo: & si non nata est potentia illam recipere, non naturaliter, sed supernaturaliter recipit eam. Itaque primo modo non est cognitio aliqua supernaturalis, nec visio Dei, compando vide licèt potentiam tantum ad formam. Vnde comparando intellectum, ad mouens, naturaliter natum mouere ipsum in via, solùm est cognitio naturalis, quæ cansatur à phantasmate, & intellectu agente. Hæc Scotus.

Dionysij⁹ contra Scotum.

¶ In cuius verbis sunt duo, contra, quę obiici potest. Primùm est, quod dicit secundùm Philosophum non esse plures angelos, seu substantias separatas, quàm orbes. Philosophus nanque duodecimo metaphysicæ accipit numerum substantiarum illarum secundum numerum cœlestium motuum, non orbium: quamuis Auicenna, Algazel, & alij quidam computant illas secundum orbium numerum. Secundùm est, quod dicit circa potentiam, passiuam, & receptiuam per comparationem ad formam seu actionem, quam recipit, non habere locum distinctionem naturalitatis, & supernaturalitatis. Quemadmodum enim potentia illa naturaliter recipit formam, & actionem purè naturalem, in qua consistit naturalis perfectio: sic formam, & actionem supernaturalem, per quam perficitur supra gradum, conditionem, & modum suæ naturæ, supernaturaliter recipit: nec idem est modus recipiendi formam, & habitum naturalem, & acquisitum, atque formam, & habitum supernaturalem infusum. Nec inclinatio mentis creatæ, ad supernaturalem formam, & habitum, naturalis, sed potius supernaturalis censetur: hoc est, conueniens potentiæ ultra, & supra gradum, ac modum, & item suæ naturalis conditionis, vtpotè per respectũ ad finem supernaturalem. Imò si naturalis consisteret, posset à causa naturali compleri, & actuari. Hinc visio Dei per speciem, est omnino super naturam omnis mentis creatæ.

Aristot.

Auicẽna, Algazel.

Gandau⁹.

¶ Postremò, Henricus in Summa, sic arguit: Agẽs per instrumentum, non potest habere actionem per illud, quæ instrumento illi repugnet: sed anima humana vtitur intellectu agente, vt instrumento, ergo non potest habere aliquam cognitionem, illi instrumento repugnantem. Sed per illud instrumentum nihil cognoscimus, nisi quod à sensiblibus abstrahitur: ergo per illud non possumus perfectè cognoscere nisi sensibilia tantum, non immaterialia. Ideò necessaria est alia scientia supernaturalis.

Sapien. 8.

¶ Ad obiecta dicẽdũ, & primò ad primùm, quod Deus disponit cuncta suauiter, quantum in se est, & iuxta congruentem finem omnia gubernando: habet tamen specialem prouidentiam actuum humanorum, quos dum supernaturaliter dirigit, etiã conuenienter, ac dulciter agit hoc, quoniam per supernaturalia dona gratiæ perficit dona naturæ.

Ad primũ argumẽtũ

Suauiter de⁹ cũcta disponit.

¶ Ad secundum, dicendum, quod sicut sapientis est dona præstare, & informare iuxta recipientium, audientiumque capacitatem, sic liberasimi Dei est, gratiosæ, miraculosæ, & supernaturaliter se communicare, & suos instruere, in quibus, & naturalem capacitatem potest augere, & naturam creatam supernaturalium capacem efficere. ¶ Ad tertium, quod hoc contingit ex impiorum peruersitate, atq; abusu, nec propter illorũ prauitatẽ omittit

2 Naturalẽ hoĩs capacitatẽ de⁹ supernaturaliter promouet.

3

omnipo-

omnipotens facere, quod ad suam pertinet bonitatem, qui etiam supernaturalia fidei documenta tam clarè, copiosè & miraculosè monstrauit, quòd ab eorum credulitate nullus se potest rationabiliter excusare. ¶Ad quartùm, quòd Deus prouidit homini per dona naturę de naturali perfectione, & per charismata gratiæ de necessariis ad supernaturalem felicitatem. hoc quoque pertinet ad maximam hominis dignitatem, quòd ad tam sublimē finem à Deo, est institutus; quòd naturalia non sufficiunt ipsum ad finem illud perducere. sed supernaturalibus donis desuper decoratur, ac gubernatur, & supernaturali sapientia informatur. Inferiora verò ad naturalem tantummodo finem sunt instituta. ¶Ad quintùm, quòd philosophia, est ordo animæ ualens ad naturalem dirigere finem. ¶Ad sextùm, quòd magni illi philosophi loquuntur de uirtutibus naturalibus acquisitis, secundum gradum earum perfectum: non tamen de virtutibus gratuitis, & infusis, sine quibus illæ non sufficiunt ad salutem; nec fecerunt quenquam à priuato amore sycere purgatum, & fide, ac charitate fulcitum. ¶Ad septimum quòd philosophia est naturalis, non supernaturalis agnitio diuinorum, ac humanorum. ¶Ad octauū, quòd philosophia medetur suo modo passionibus & peccatis, prout impediunt à uirtutibus, acquisitis, & fine earum: non tamen simpliciter, prout à charitate, & vera salute impediunt: nec sine theologia, & gratia docet, in quo sit plena fœlicitas; nec eam attingit. ¶Ad nonum, quòd ex principijs per se notis naturaliter, non sequuntur, nisi quæ per naturales subsumptiones, & syllogisticas deductiones elici queunt.

Philosophia quo passionibꝰ moderatur, & vitijs.

Brevis solutio quæstionum quarundam, & introductio utilium documentorum absque argumentis.

VT vitetur prolixitas, mouendæ, & soluēdę, sunt aliquæ quæstiones minus principales sine argumentis compendiosè. ¶Quæritur ergo, an theologia subalternet alicui scię tię, & an supponatur alicui parti philosophiæ.

Quęstio 1.

Scotus.

¶Circa hoc Scotus ait: Theologia nulli alteri scientiæ subalternatur, quia principia eius non accipiuntur ab aliqua alia scientia, sed immediatè ab essentia diuina: quæ ut hæc, est primùm subiectum in ea. Nec etiam subalternat sibi scientiam aliam, quia est omnis scientia, quę non includit imperfectionem, & nihil subalternatur sibiipsi: Similiter nulla scientia subalternatur theologiæ beatorum. quoniam nulla scientia habens principia immediata, quæ non resoluuuntur in priora in illo genere, subalternatur alteri. Hæc Scotus.

An theologia sit scia subalterna.

Aegidius.

¶Verùntamen Aegidius videtur sentire, ꝙ theologia uiatorum subalternetur theologiæ beatorum: quia principia theologiæ nostræ, puta articuli fidei, sunt nota in se, & per se in luce scientiæ beatorum. & hoc consonare uidetur dictis Thomæ, & Richardi inductis, dicentium theologiam esse scię tiam: quoniam quamuis principia eius non sunt nota in ea per se, attamen per se nota sunt in altiori scientia, utpotè beatorum.

Cōtra Scotum.

¶Porrò quòd Scotus affirmat, principia theologiæ non accipi, ab alia scientia, sed immediatè à diuina essentia, uidetur obscurum. Siquidem certum est, quòd non sunt accepta ab alia scientia naturali humana, sed non apparet quod sint accepta immediatè à diuina essentia. Scriptura quippe canonica, pro magna parte reuelata est Moysi, & prophetis ministerio angelorum, quorum obsequio facte sunt reuelationes propheticæ, ut in libro de Angelica hierarchia diuinus Dionysius protestatur, & doctores allegant, ac tenent communiter. Sicque à scientia angelorum reuelatio illa immediatè profluxit, & mediatè principaliterq; à Deo. Vnde beatus Stephanus legitur improperasse Iudæis incredulis: Accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis. Omnia quoque, quæ in euangelio, credimus, prænunciata sunt in lege, & prophetis, ut in prologo super Isaiam fatetur Hieronymus, & super illud Iezechielis, Ecce rota in medio rotæ, scribit Gregorius. In super obscurum censetur, quòd asserit Scotus, theologiam esse omnem scientiam, cum à cęteris scientiis sit distincta, & specialis scientia: nisi forsitan dicere velit, quòd virtualiter cæteras, includat scientias; vt supra expositum est. Hoc tamen non impediret aliarum scientiarum subalternationem sub ea, nec sequeretur, quòd subalternaretur sibimetipsi, vt arguit Scotus.

Scriptura p angelos ē reuelata

Dionysiꝰ martyr.

Act 7.

Hieronym. Gregoriꝰ. Iezech. 1.

¶Præterea de hac quæstione Alexander de Hales dicit: Omnes aliæ scientiæ traduntur secundum ordinem ratiocinationis à principiis ad conclusiones, ad erudiendum intellectum, non ad inflammandum affectum: theologia verò proponitur secundum ordinem informationis practicæ principiorum agibilium, ad bene agendum secundum impulsum timoris atque amoris. Hinc theologia, non est sicut scientia alia, nec inter alias numeratur, vt alicui pari philosophiæ supponatur. Dicitur quoq; diuina, non solùm quia à Deo, vel de Deo, sed quia à Deo, & de Deo, & reductiua ad Deum. Sed, & aliter conuenit ei esse à Deo, quàm scientijs cæteris. Est nanque aliquod verum vt verum, & est verum, vt bonum: & utrunque est à Spiritusancto. Sed cum accipitur verum, vt bonum, illud bonum aut est, vt bonum mortale, aut bonum gratuitum. Si gratuitum, sic est assimilatio, ad spiritumsanctum, qui appropriatè est bonitas. Idcirco huius veri acceptio, est à spiritusancto per modum ipsius. Hinc doctrina hæc antonomaticè dicitur inspirata, & edita à spiritusancto. In alijs verò scientiis, speculatiuis videlicet, est acceptio veri, vt veri, imo, & boni vt veri. In practicis autem moralibus, & si sit acceptio, veri vt boni, non tamen, vt boni gratuiti, sed moralis: propter quod non dicuntur editæ à spiritusancto. Est etiam theologia de Deo, non sicut metaphysica, aut aliæ scientiæ: quia non agūt de Deo, secundùm mysterium trinitatis, neque secundùm sacramentum humanæ reparationis. Est item reductiua ad Deum, per principia timoris, & amoris diuini, ex fide misericordiæ, & iustitiæ, Dei, quod nulli ex alijs scientijs conuenit. Hæc Alexander.

theologia quare diuinadicitur.

2. Petri. 1.

theologia cur edita dicatur a spūsancto.

¶Insuper quæritur, an theologia subalternet sibi alias scientias, naturales, uidelicet, & humanas.

Quęstio 2.

Aegidius

¶Circa hoc scribit Aegidius: Modus subalternationis scientiarū est triplex. Vnus est, quando una alteri tanquam principaliori ancillatur, & ordinatur ab illa, vt eminētiori. Sicq; primo metaphysicę dicitur, quòd omnes aliæ scię tię ipsi metaphysicæ famulantur. Vnde scientia quæ considerat optimū in aliquo genere, habet alias regulare, & ordinare, & alię habēt ei ancillari. Secūdus modus subalternationis est,

Triple subalternandi modus.

est, quando vna scientia dicit propter quid, & dat principia alteri: alia verò dicit quia, accipitque sua principia à subalternante sciētia. Tertius modus est, dum vna scientia procedit per causam, & modo subtili, alio modo grosso, qui duo modi primò Posteriorum tanguntur. Itaq; theologia secundum primum modum dici potest sibi subalternare naturales scientias, non autem secundo modo: quia aliæ scientiæ non accipiunt à theologia sua principia: nec tertio modo, quoniam aliæ scientiæ non tractant de restaratione, & glorificatione, & mysterio trinitatis, de quibus principaliter est theologia. Hæc Hegidius.

Theologia vno modo reliquas fi bi scientias subalternat.

Quæstio 3.

¶Præterea quæritur, an modus procedendi theologiæ, ac libri Sententiarum, sit perscrutatiuus, & disputatorius, vniformis, aut multiformis, poeticus, artificialis, aut certitudinalis.

Bonauent.

¶Circa hæc scribit Bonauentura: Modus perscrutatorius, seu inquisitiuus conuenit huic doctrinæ, & libro Sententiarum. Finis enim imponit necessitatē his quæ sunt ad finem: sicut iuxta Philosophum, serra est dentata, quoniam ordinatur ad secandum: sic liber iste qui est ad fidei promotionem, habet modum inquisitiuum. Modus enim ratiocinatiuus, seu inquisitiuus, valet ad fidei promotionem tripliciter. secundum tria genera hominum. Quidam enim sunt aduersarij fidei, quidam in fide infirmi, quidam perfecti. Modus itaque inquisitiuus valet primo ad confundendum fidei inimicos. Augustinus primo de trinitate: Aduersus garrulos ratiocinatores, elatiores quàm capaciores, rationibus catholicis, & similitudinibus congruis, ad defensionem, assertionemque fidei est vtendum. Secundò valet ad fouendos infirmos in fide. Quemadmodum enim deus charitatem infirmorum per temporalia beneficia fouet, sic fidem infirmorum per probabilia argumenta corroborat. Si enim infirmi viderent rationes ad fidei probabilitatem deficere, & ad oppositum abundare, nullus eorum subsisteret. Tertiò valet ad delectandum perfectos. Miro enim modo anima delectatur intelligendo, quòd credit fide perfecta. Bernardus: Nihil libentiùs intelligimus, nisi qđ iam fide tenemus. Hæc Bonauentura. Qui etiam ait, Dum assentitur rationi propter se, aufertur locus, & meritum fidei, quia in anima hominis dominatur violentia rationis. sed quando fides non assentit propter rationem, sed amore eius cui fide assentit, desiderat rationes habere, tunc non euacuat humana ratio fidei meritum, sed auget solatium. Et primò modo intelligitur illud Hieronymi: Tolle argumenta cum de fide agitur. piscatoribus, non dialecticis creditur.

Rationis inquisitio tripliciter fidem promouehit Augustin.

Fides infirmorum argumentis probabilibus est fulcienda.

Bernardus

Ratio fidei meritū nō tollit.

Hieronym.

¶Hinc asserit Alexander: Modus sacræ scripturæ non est modus artis, aut scientiæ naturalis, secundum comprehensionem rationis humanæ, sed per dispositionem sapientiæ diuinæ ad informationem animæ in pertinentibus ad salutem. Quemadmodū aūt beatus Dionysius, in libro de Angelica Hierarchia testatur, Decentissimum est scripturam partim poeticè, artificialiterq; procedere, vt & diuina celētur indignis, & per parabolicas, ac metaphoricas locutiones intellectus iuuetur, bonę quoq; exercitationis occasio detur. Itaq; alius est modus scię naturalis, quæ est scdm rationem: & alius theologiæ, quæ est scientia secundum affectum pietatis per traditionem diuinam. Naturalis nanque scientiæ modus debet esse, & est diffinitiuus, diuisiuus, & collectiuus. sic enim aptiùs explicatur apprehensio veritatis secundum humanam rationem. Porrò modus theologiæ debet esse præceptiuus, explicatiuus, exhortatiuus, reuelatiuus in prophętis, oratiuus in psalmis. Modus demum præceptiuus est in lege, & euangelio, exemplatiuus in historiographis, exhortatiuus in libris Salomonis, atque apostolorum epistolis. Item, proprium est sacræ doctrinæ aliquando tradi per sermones occultos, cum sit sapientia in mysterio. hęc Alexander.

Scriptura multiplicē procedendi modum habet Dionysius marsir.

1. Cor. 2.

¶His consonat, quod scribit Richardus: Modus procedendi in scriptura, propter amplitudinem suā est multiplex. Quandoque enim procedit recipiendo, aliquando prohibendo, interdum comminando, nonnunquam promissionibus alliciendo, &c. vt suprà.

Richardꝰ

Amplius, de hac re pulchrè scribit hic Thomas: Modus, inquiens, cuiuslibet scientiæ debet inquiri secundum considerationem [illegible] qualitatem materiæ, vt dicit Boetius libro de trinitate. Principia autem huius scientiæ sunt per reuelationem accepta. Ideo modus accipiendi ea, est reuelatiuus ex parte infundentis in visionibus prophetarum, & oratiuus ex parte recipientis. Sed quia præter lumen infusum oportet, vt habitus fidei distinguatur, & determinetur ad diuersa credibilia ex doctrina prædicantis, iuxta illud Apostoli, Quomodo credent sine prædicante? quemadmodum etiam habitus principiorum naturaliter insitorum determinatur per sensibilia accepta, veritas autem prædicantis per miracula confirmatur, sicuti scriptum est. illi autem profecti, prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis: hinc modus scripturæ est etiam narratiuus signorum. Sed quia principia fidei non sunt proportionata humanæ rationi, quæ ex sensibilibus consueuit accipere, oportet, vt ad eorum cognitionem per sensibilium similitudines manducatur. Hinc modum huius scię tiæ oportet etiam methaphoricum, symbolicum, seu parabolicum esse. Denique ex istis principijs ad tria proceditur in scripturis. Primò, ad destructionem errorum, quòd sine argumentis fieri nequit. Idcirco oportet modum huius scientiæ esse interdum argumentatiuum, tùm per auctoritates, tùm per rationes, & similitudines naturales. Secundò, ad instructionem morum. & quo ad hoc modus eius est præceptiuus, sicut in lege comminatorius, & promissiuus, vt in prophetis, & narratiuus exemplorum, sicut in historialibus. Tertiò, ad contemplationem veritatis, in quæstionibus scripturarum. & quantum ad hoc, etiam oportet modum scripturæ esse argumentatiuum. quod præcipuè obseruatur in originalibus sanctorū, atque in hoc libro Sentētiarum, qui ex illis, quasi conflatur. Hinc modus scripturæ est maximè artificialis, quia potissimè congruens suæ materiæ. ¶Si autem his objiciatur, quòd scientiarum maximè differentium non debet esse vnus modus: sed poetica, quę minimum continet veritatis, maximè differt ab ista scientia prorsus verissima: ergo cū illa procedat per metaphoricas locutiones, modus huius scientiæ talis non debet esse: Respondendum, quòd poetica scientia est de his, quæ propter defectum capi non possunt à ratione, idcirco quibusdā similitudibus ratio in eis seducitur. Theologia vero est de his, quæ sunt supra rationem: ideò modus symbolicus vtrique communis est, cum neutra rationi proportionetur. Hæc Thomas.

Thomas

Boetius.

Roma. 10.

Marci. 16.

Obiectio.

Dilutio.

Quid theologiæ cum poetica cōueniat.

¶Præterea Petrus affirmat theologiam, quoq; per diffinitiones, diuisiones, & ratiocinationes ꝓcedere. Nam & Apostolus ad Hebrēos diffinit fidē, & in epistola ad Corinthios ponit diuisionē gratiarū, & ministrationum, ac statuū, Itaq; Petrus ait: Alius est modus

Petrus

Hebræ. 11.

2. Cor. 12.

dus scientiæ, inquantum est scientia, scilicèt per diuisiones, diffinitiones, & ratiocinationes. & hunc habet theologia, inquantum scientia. Alius est modus scientiæ, inquantum est sapientia: hoc est, inquantum habet mouere affectum, & hoc non fit argumentatione, sed præceptis in lege, & euangelijs, exhortationibus in epistolis, & sapientialibus libris. Exemplis quoque, reuelationibus, & orationibus, vt suprà. Hæc Petrus.

Richardus

¶Cui consonat, quod scribit Richardus: Dum scriptura procedit argumentando, non procedit ad probandum sua principia, quæ sunt articuli fidei, nisi cú interdum probat articulum vnum per alium, sicut ad Corinthios probat Apostolus ex Christi resurrectione resurrectionem mortuorum. In hoc autem libro Sententiarum articuli fidei ponuntur in conclusione, & probantur per auctoritates, & persuasiones, atque per validas rationes à posteriori sumptas. Porrò vbi sacra scriptura argumentando procedit, facit argumenta subtiliora, efficaciora, & profundiora, quàm sint argumenta huius libri sententiarum. Vnde propter argumentorum profunditatem non æstimamus sacram scripturam quandoque arguere, ubi arguit. Hinc Hieronymus ad Paulinum in epistola de omnibus diuinæ scripturæ libris, ait de libro Iob, quòd omnes leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione contineat.

Vnus articulus fidei probat per alium. 1. Cor. 15.

Articuli fidei probãtur à posteriori.

Hieronymus.

Quæst. 4. Alexand.

¶Quæritur quoque, an modus procedendi scripturæ, sit certitudinalis. ¶Ad quod Alexander respondet: Est certitudo speculationis, & est certitudo experientiæ. Item est certitudo secundum intellectum, & est certitudo secundum affectum. Præterea, est certitudo, quo ad animum spiritualem, & est certitudo quantum ad animum animalem. Dico ergo, quòd modus, & processus theologicus, est certior certitudine experiẽtiæ, & certitudine quantum ad affectum, qui est per gustum: iuxta illud psalmi. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua? quamuis non sit certior, quantum ad speculationem intellectus, qui est per modum visus. Rursus certior est homini spirituali, quamuis non animali, iuxtà illud Apostoli: Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. spiritualis autem omnia dijudicat. Et idem dicendum est de certitudine fidei. Hæc Alexander.

Varia est certitudo.

Scriptura certitudinem hẽt.

Psal. 118.

1. Cor. 2.

Alij dicunt, quòd scriptura, seu fides habet certitudinem adhærentiæ, non euidentiæ: alij, quòd habet certitudinem ex parte obiecti, non subiecti, prout suo loco, Deo præstante, dicetur diffusiùs.

¶Aegidius verò hic quærit, an theologia sit certior scientijs alijs. Et respondet, Certitudo scientiæ tripliciter, accipi potest. Primò, ex rebus de quibus considerat. Secundò, ex parte luminis cui innititur. Tertiò, ex proportione scientiæ ad scientem. Primo modo theologia certior est scientijs cæteris, cum sit principaliter, ac directè de primis causis, atque principijs, & de rebus maximè inuariabilibus, & abstractis. Item secundo modo est certior, cum supernaturali lumini innitatur. Tertio autem modo non est certior, loquendo de certitudine speculationis, seu euidentiæ, cum sit de incomprehensibilibus, de quibus est fides, quæ est de non visis. Attamen certior est certitudine adhæsionis, quia pro nulla veritate tradita in alia scientia, homo subiret capitalem sententiam, sicut pro ista. Hæc Aegidius.

Quæst. 5.

Triplex sciẽtiæ certitudo.

¶Quæritur vltra, an theologia sit specialis scientia. Videtur quòd non, cum tractet de Deo, & creaturis, de hominibus, & Angelis, omnique genere entis.

Quæst. 6.

Aegidius Romanus theologia differt aceteris scientijs in 4.

¶Circa huius solutionem ponit Aegidius quatuor differentias inter theologiam, & cæteras scientias. Prima, quòd illæ habentur per humanam inuentionem, ista per diuinam inspirationem, nec naturaliter poterat inueniri. Secunda, quòd theologia est principaliter, & directè de insensibilibus, nec est de his, quæ in sensibilibus sunt, nec sensibilia habet partem sui subiecti, quod nulli naturali scientiæ competit, cum naturalis nostra cognitio à sensu, & sensibilibus sumat exordium. Vnde physica est de sensibilibus, mathematica de his, quæ sunt in sensibilibus, metaphysica habet sensibilia partem sui subiecti. Theologia verò sequitur modum sapientiæ increatę. Ideo sicut illa habet seipsam pro obiecto, sic ista principaliter circa Deum versatur, & eius solius cognitio in ea exquiritur, aliorum verò propter illam finaliter. Tertia differentia est, quòd aliæ omnes scientiæ habent aliquid vniuersale pro principali obiecto. Hæc autem, nec vniuersale, nec particulare, sed Deum, qui est maximè vnus, & singularis. Quarta est, quòd nulla scientia potest tot, & tanta cognoscere sub propria forma, & ratione, sicut theologia, prout suprà ostensum est. Itaque habendo respectum ad primũ, & principale obiectum theologiæ, nulla scientia est, tàm specialis vt ista, cum habeat pro obiecto Deum maximè vnum. Respiciendo, autem ad materias, ad quas secundariò se extendit, communissima est censenda. absolutè tamen est specialis scientia, ratione sui principalis, primarij, q: obiecti: quia in omni sciẽtia magis pensandum est id, quod est per se, ac principale. Hæc Aegidius.

Theologia est specialis sciẽtia.

Quæst. 7.

Quæritur adhuc, qualiter liber iste Sententiarum ad totam sacram scripturam se habeat.

Bonauen.

¶Ad hoc Bonauenrura respondet: Liber iste ad sacram scripturam reducitur per modum cuiusdam subalternationis, non partis principalis. Similiter libri doctorum, qui sunt ad fidei defensionem: quia non quælibet determinatio trahens in partem, facit subalternationem scientiæ, sed determinatio quodammodo distrahens. Scientia namque de linea recta, non dicitur subalterari geometriæ, sed scientia de linea visuali: quia determinatio ista trahit quodammodo ad principia. Quoniam ergo sacra scriptura est de credibili, vt credibile, scientia verò huius libri est de credibili, vt facto intelligibili, & hæc determinatio distrahit (nempè quod credimus, debetur auctoritati: quòd intelligimus, rationi) hinc sicut alius modus certitudinis est in scientia superiori, alius in inferiori, sic alius modus certitudinis est in sacra scripturâ, & alius in hoc libro: idcirco, & alius modus est procedendi. Et sicut scientia subalternata vbi deficit, recurrit ad certitudinem scientiæ subalternantis: sic & quum Magistro deficit rationis certitudo, confugit ad auctoritates, certitudinemque scripturæ, quæ certitudinem omnem rationis excedit. Sciendum quoque, quòd quamuis credibile sit supra rationem, quantum ad scientiam naturalem, & acquisitam, non tamen penitus supra rationem, per fidem, ac donum sapientiæ, atque per donum intellectus eleuatam. Fides enim eleuat ad assentiendum, sapientia, & intellectus ad intelligendum, quæ credita sunt. Hæc Bonauentura.

. Subalternationem scientiæ facit nõ quæuis determinatio.

Deficiente rõnis certitudine ad scripturæ auctoritatem recurritur.

Fides non est penitus supra rationem.

Richardus

¶De hoc scribit Richardus: Vno modo se habet liber ad scientiam aliquam, sicut continens ordinatam expositionem literæ, & sententiæ libri illius, in quo ipsa scientia principaliter continetur. & sic se habet totum commentum Metaphysicæ ad Metaphysicam,

Multiplex est cõpara

tio libri alicuius ad sciam.

physicam, & postillæ super bibliam ad sacram scripturam. Aliò modo tanquam continens expositionem sententiæ, non seriatim exponendo literam libri illius, aut librorum, in quo, vel quibus principaliter traditur scientia, sicq; habent se originalia multa sanctorum ad scientiam theologię. Tertiò modo, sicut continens scientiam subalternatam illi scientiæ, vt liber musicæ ad arithmeticam: aut sicut continens scientiam subalternantem sibi scientiam aliã, & ita se habet liber arithmeticæ ad scientiam musicæ. Aliò modo, sicut contines ordinatam excerptionem quarundam auctoritatum magnis vtilium librorum, aut librorum, in quo seu quibus principaliter traditur ipsa scientia, & sic se habet liber concordantiarum de Biblia extractarum, ad scientiã theologiæ. Aliò modo, vt continens excerptionem auctoritatum vtiliorum illorum librorum, qui factisunt ad explanationem alicuius scientiæ: & sic se habet liber Sententiarum ad originalia sanctorum. Aliò modo, sicut ordinata congregatio multarum quæstionum vtilium ad maiorem intelligentiam, & explanationem, quarum solutiones rationibus, & auctoritatibus confirmatæ sunt. Sicque liber Sententiarum se habet ad theologiæ scientiam. Idcirco in ea asfignari non debet aliud subiectum, sicut nec est aliud subiectum libri Physicorum, & quæstionum, quæ factæ sunt super librum [illegible] telligentiam eorum, quæ in libro ill[illegible] fortè velles ibi asfignare aliq[illegible] cundùm rationem. [illegible] modos tractandi.

SENTENTIARVM FIDEI CATHOLICAE,

Doctissimi viri Petri Lombardi studio collectarum liber primus, tractans potissimum, de mysterio Sanctissimæ Trinitatis.

Sacræ paginæ tractatum circa res, vel signa præcipuè versari. A
Distinctio I.

De materia huius libri, & librorũ diuisione. Au. li. 1. de do. Christiana ca. 2. 8.



ETERIS, ac uouæ legis continentiam diligẽti indagine etiam, atque etiam considerantibus notũ fit, quia Dei gratia innotuit, sacræ paginæ tractatum circa [illegible] præcipuè versari. Vt enim egregius doctor Augustinus [illegible] de doctrina Christiana: Omnis doctrina vel rerum [illegible] sed res etiam per signa discuntur. Propriè autem hic res [illegible] dantur, quæ non ad significandum aliquid adhibentur: signa verò, quorum vsus est in significãdo. Eorum verò aliqua sunt, quorum omnis vsus est in significando, non in iustificando, id est, quibus nõ vtimur, nisi aliquid significandi gratia, vt aliqua sacramenta legalia. Alia, quæ non solum significant, sed conferunt, quod intus adiuuat, sicut euangelica sacramenta. Ex quo aperte intelligitur, quæ hic appellentur signa, res illæ videlicet, quæ ad significandum aliqd adhibentur: Omne igitur signum, etiam res aliqua est. Quod enim nulla res est, vt in eodem Augustinus ait, omnino nihil est. non autem econtrario, omnis res signum est, quia non adhibetur ad significandum aliquid. Cumque his intenderit theologorum speculatio studiosa, atque modesta, diuinam scripturam formam præscriptam in doctrina tenere aduertet. De his ergo nobis aditum ad res diuinas aliquatenus intelligendas Deo duce, apèrire volentibus, differendum est: & primum de rebus, postea de signis disseremus.

Idẽ vbi supra b.

De rebus agit, quibus vtendum, vel fruendum. B

Id ergo in rebus considerandum est, vt in eodem Augustinus ait, quòd res aliæ sunt, quibus fruendum est: aliæ, quibus vtendum est: aliæ, quæ fruuntur, & vtuntur. Illæ quibus fruendum est, beatos nos faciunt. Istis, quibus vtendum est, tendentes ad beatitudinem adiuuamur, & quasi adminiculamur: vt ad illas res, quæ nos beatos faciunt, peruenire, eisque inhærere possimus. Res verò quæ fruuntur, & vtuntur, nos sumus quasi inter vtrasque constituti, & angeli, & sancti. Frui autem est, amore alicui rei inhærere propter seipsam. Vti verò, id quod in vsum venerit, referre ad obtinendum illud, quo fruendum est. aliàs abuti est, non vti. Nam vsus illicitus, abusus vel abusio nominari debet. Res igitur quibus fruendum est, sunt pater, & filius, & spiritussanctus. Eadem tamen trinitas, quædam summa res est, communisque omnibus fruentibus ea: si

Aug. lib 1 de doctri. Christiana ca 3. d

Quid sit frui & qd vti.

tamen

Aug.lib.1. de doctri. Chriana cap. 4.c. De rebus, quibus vtẽ dum est. Rom. 1.c.

tamen res dici debet,& non rerum omnium causa, si tamen, & causa. Non enim facilè potest inueniri nomen quod tantæ excellentiæ conueniat, nisi,quod melius dicitur trinitas,hæc vnus Deus. Res autem quibus vtendum est ,mundus est, & in eo creata . Vnde Augustinus in eodem: Vtendum est hoc mundo, non fruendum: vt inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciantur, id est, vt de temporalibus, æterna capiantur. Item in eodem : In omnibus rebus illæ tantum sint,quibus fruendum est, quæ æternæ, & incommutabiles sunt. Cæteris autem utendum est,vt ad illarum perfruitionem perueniatur. Idem Augustinus in decimo libro de Trinitate: Fruimur cognitis, in quibus ipsis propter se voluntas delectata conquiescit. Vtimur verò eis, quæ ad ali-

Aug.li. 10 de S.Trin. cap. 10.a Aug.li.10 de S. Trin. cap.11. c.

[illegible] ad relata sunt, quo,fruendum est.

C

[illegible] quid interst inter frui, & vti, aliter quàm supra.

Nota [illegible] idem Augustinus in libro decimo de Trinitate,aliter, quàm supra [illegible] sic dicit: Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Frui autem est [illegible] cum gaudio non adhuc spei, sed iam rei. ideoque omnis,qui fruitur, vtitur. Assumit enim aliquid in facultatem voluntatis, cum fine delectationis. Non autem omnis, qui vtitur, & fruitur: si id,quod in facultatem uoluntatis assumit, non propter ipsum, sed propter aliud appetit. Et attende, quia videtur Augustinus dicere illos frui tantum , qui in re gaudent, non iam in spe. & ita in hac vita non videmur frui, sed tantum vti,vbi gaudemus in spe:cum supra dictum sit, frui esse amore inhærere alicui rei propter se, qualiter etiam hic multi adhærent Deo.

D

Determinatio eorum, quæ videntur contraria.

1.Cor. 13.

Hæc ergo, quæ sibi contradicere videntur , sic determinamus: dicentes nos, & hic & in futuro frui,sed ibi propriè, & perfectè,& plenè, vbi per speciem videbimus,quo fruemur: hic autem dum in spe ambulamus, fruimur quidem , sed non adeo plenè . Vnde in libro decimo de Trinitate; Fruimur cognitis, in quibus voluntas est . Idem in libro de doctrina Christiana ait: Angeli illo fruentes iam beati sunt , quo, & nos frui desideramus: & quantum in hac vita iam fruimur, vel per speculum,vel in ænigmate: tanto nostram peregrinationem,& tolerabilius sustinemus, & ardentiùs finiri cupimus.

Au. de do. Chriana li.1.c.30.b 1.Cor.13.d

E

[illegible] determinatio.

An de do. Chriana li.1.c.31.c

Potest etiam [illegible] qui fruitur etiam in hac vita , non tantum habet gaudium spei , sed etiam [illegible] iam delectatur in eo,quod diligit , & ita iam rem aliquatenus tenet . Constat igitur , quòd debemus Deo frui , & non vti .illo enim (vt ait Augustinus) frueris,quo efficieris beatus, & in quo spem ponis,vt ad id peruenias. De hoc idem ait libro primo , de doctrina Christiana: Dicimus nos ea re frui, quam diligimus propter se: & ea re fruendum nobis esse tantum, qua efficimur beati : cæteris verò utendum. Frequenter tamen dicitur frui cum delectatione vti . Cum enim adest , quod diligitur , etiam delectationem secum gerit , si tamen per eam transieris , & ad illud ubi permanendum est, eam retuleris: vteris eo, & abusiuè , non propriè diceris frui . Si uerò inhæseris, atque permanseris , finem in eo ponens lætitiæ tuæ, tunc uerè, & propriè frui dicendus es: quod non est faciendum, nisi in illa trinitate,id est,summo, & incommutabili bono.

F

Vtrum hominibus sit vtendum, vel fruendum.

Au.li.1.de do Chriana c.33.d.

Cum autem homines,qui fruuntur, & vtuntur alijs rebus, res aliquæ sunt: quæritur, vtrum frui debeant an vti, aut vtrunque. Ad quod sic respondet Augustinus in libro de doctrina Christiana : Si propter se homo diligendus est , fruimur eo: si propter aliud , vtimur. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita,cuius etiam spes hoc tempore nos consolatur. In

Iere. 17. a

homine autem spes ponenda non est, quia maledictus est,qui hoc facit. Ergo si liquidè aduertas, nec seipso quisquam frui debet: quia non se debet diligere, propter se,sed pro pter illud,quo fruendum est.Huic autem contrarium videtur, quod Apostolus ad Philemonem loquens, ait: Ita frater ego te fruar in domino . Quod ita determinat Augustinus: Si dixisset tantum, te fruar, & non addidisset, in domino, uideretur finem *dilectionis,ac spem constituisse in eo . Sed quia illud addidit,in domino se finem posuisse, eodemque frui significauit. Cum enim (vt idem Augustinus ait)homine in Deo, frueris, Deo potius quàm homine frueris.

* delectationis.

Ad phile. Au. de do. Chriana ca. 33. d. Idẽ vbi supra.

Hic

G

Hic quæritur, an Deus fruatur, an vtatur nobis.

Sed cum Deus diligat nos, vt frequenter scriptura dicit, quæ eius dilectionem erga nos multum commendat : quærit Augustinus, quomodo diligit, an vt vtens, an vt fruens. Et procedit ita: Si fruitur , eget bono nostro . Quod nemo sanus dixerit . Ait enim propheta : Bonorum meorum non eges. Omne enim bonum nostrum , vel ipse est, vel ab ipso est . Non ergo fruitur nobis , sed vtitur . Si enim, nec fruitur, nec vtitur , non inuenio quomodo diligat nos. Neque tamen , sic vtitur nobis , vt nos alijs rebus. Nos enim res , quibus vtimur , ad id referimus , vt Dei bonitate perfruamur . Deus verò ad suam bonitatem vsum nostrum refert . Ille enim miseretur nostri , propter suam bonitatem , nos autem nobis inuicem , propter illius bonitatem . Ille nostri miseretur , vt se perfruamur : nos verò inuicem nostri miseremur, vt illo fruamur . Cum enim nos alicuius miseremur, & alicui consulimus : ad eius quidem facimus vtilitatẽ , eamque intuemur: sed & nostra fit cõsequens , cum misericordiam , quam alijs impendimus,non relinquit.Deus sine mercede . Hæc autem merces summa est , vt ipso fruamur.Item quia bonus est , sumus:& inquantum sumus boni sumus. Porrò etiam , quia iustus est,non impunè mali sumus : & inquantum mali sumus , intantum etiam minus sumus. Ille ergo vsus , quo nobis vtitur Deus, non ad eius , sed ad nostram vtilitatem refertur,ad eius verò tantum modo bonitatem .

Iob. 14.15. Augu.de do Christiana.l. 1. cap.31. Psal.15.a

Au. de do. Christiana ca. 32.c

Matt 5.b

H

Vtrum vtendum, an fruendum sit virtutibus.

Hic considerandum est, vtrum virtutibus sit vtendum, an fruendum.Quibusdam videtur,quòd eis sit vtendum,& non fruendum,& hoc confirmant auctoritate Augustini, qui(vt prætaxatum est)dicit non esse fruendum,nisi trinitate:id est, summo & incõmutabili bono.Item dicunt, ideò non esse fruendum eis , quia propter se amandæ non sunt,sed propter æternam beatitudinem.Illud autem,quo fruendũ est,propter se amandum est.Sed quòd virtutes, propter se amandæ non sint,imò propter beatitudinem solam probant auctoritate Augustini,qui libro decimotertio de Trinitate , contra quosdam ait:Fortè virtutes,quas propter solam beatitudinem amamus, sic nobis persuadere audent,vt ipsam beatitudinem non amemus.Quod si faciunt,etiam ipsas vtiq. amare desistimus:quando illam propter quam solam istas amauimus,non amamus . Ecce his verbis videtur Augustinus ostendere,quòd virtutes nõ propter se,sed propter solam beatitudinem amandæ sint.Quod si ita est,ergo eis fruendum non est.Alijs verò contrà videtur,s.quòd fruendum eis sit,quia propter se petendæ,& amandæ sunt.Et hoc confirmant auctoritate Ambrosij,qui ait super illum locum epistolæ ad Galatas fructus autẽ spiritus est charitas,gaudium,pax,patientia,&c.hic non nominat opera,sed fructus, qa propter se petenda sunt . Si verò propter se petenda sunt,ergo & propter se amanda . Nos autem harum , quæ videntur auctoritatum repugnantiam de medio eximere cupientes , dicimus quòd virtutes propter se petendæ,& amandæ sunt , & tamen propter solam beatitudinem.Propter se quidem amandæ sunt,quia delectant sui possessores syncera,& sancta delectatione,& in eis pariunt gaudiũ spirituale.Veruntñ non est hic consistendũ,sed vltra gradiendũ.Nõ hic hereat dilectionis gressus,neq; hic sit dilectionis terminus: sed referat ad hoc illud summũ bonũ,cui soli omnino inhærendũ est : quia illud pp se tantum amandum est,& vltra illud nihil quærendum est: illud est.n. supremus finis.Ideo Augustinus dicit, quòd eas diligimus propter solam beatitudinem , non quia eas propter se diligamus,sed quia idipsum,quod eas diligimus , referimus ad illud summum bonum:cui solùm inhærendum est,& in eo permanendum,finisque lætitiæ ponẽdus,quare virtutibus non est fruendum.Sed dicet aliquis:Frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam , vt prædictum est . Si ergo propter se virtutes amandæ sunt,& eis fruendum est.Ad quod dicimus:In illa descriptione,vbi dicitur,propter seipsam,intelligendum est tantummodo,vt scilicet ametur propter seipsam tantum , vt non referatur ad aliud,sed ibi ponatur finis,vt supra ostendit Augustinus,dicens: Si inhæseris atq; permanseris,finem ponens lætitiæ,tunc verè,& propriè frui dicendus es , quod non est faciendum,nisi in illa trinitate,id est,summo & incommutabili bono. Vtendum est ergo virtutibus,& p eas fruendum summo bono,ita & de voluntate bona dicimus.Vnde Augustinus in libro decimo de Trinitate,ait:Voluntas est,per q̃ fruimur, ita & per virtutes fruimur,non eis:nisi forte aliqua virtus sit Deus,vt charitas,de qua post tractabit .

1. opinio.

Aug.li.1. de doctri. Christiana ca.33.d

Aug.li 13. de Tri.c.8

2.opinio. Ambrosius in epistolam ad Gala. cap.5.d

opinio magistri.

Obiectio.

Responsio

Aug.lib.1. de doctri. Christiana cap. 33.d

Aug li 10. de Trini. cap: 10.a 1. Ioh 4.

I

Epilogus.

Omnium igitur, quæ dicta sunt,ex quo de rebus specialiter tractabimus,hæc summa

C est:

est: quòd aliæ sunt quibus fruendum est, aliæ quibus utendũ est, aliæ quæ fruuntur, & vtũtur. Et inter eas, quibus vtendum est, etiam quædam sunt per quas fruimur: vt virtutes, & potentiæ animi, quæ sunt naturalia bona. De quibus omnibus, antequam de signis tractemus, agendum est: ac primum de rebus, quibus fruendum est, scilicet de sancta, atque indiuidua trinitate.

Expositio distinctionis primæ libri primi Sententiarum, non quidem de verbo ad verbum, sed tamen maxima ex parte, autore D. Dionysio Carthusiano.

INito prologo, atq; proemio libri huius, sequitur exordium, & tractatus primi voluminis. Diuiditur autem hic liber totalis in quatuor libros partiales. In quorum primo tractatur de Deo, tam quo ad essentię vnitatem, & naturales, ac absolutas, seu attributales eius perfectiones, q̃ ad super beatissimè trinitatis mysterium, distinctionẽ, emanationem, & proprietates. In secũdo agitur de rerum creatione, ac principalibus creaturis, angelis, atq; hominib⁹. In tertio de Christi mysterijs, & dispositionibus ad felicitatem ducentibus, puta virtutibus, & præceptis. In quarto de sacramẽtis, consummationeq; seculi, & remuneratione finali. Simili mõ procedit Damascenus in libro suo, q̃ in quatuor libros diuidit. Et forsan Magister formaliter procedendi ex libro Damasceni accepit.

Quid in his quatuor libris tractatur.

Damasce.

Richard⁹.

¶ Circa hæc scribit Richardus: Liber iste est de Deo tanquam de subiecto. In primo itaq; libro tractatur de Deo, quantum ad rationem suæ naturalis perfectionis. In secundo libro agitur de eo, inquantum sua perfectio relucẽt in operibus creationis. In tertio, ſm quod eius pfectio relucẽt in operibus restaurationis. In quarto, secundum quod eius perfectio relucẽt in sacramentis, quæ sunt instrumenta sãctificationis, & in operibus retributionis. Vel aliter potest dici, videlicet q̃ in isto libro tractatur de rebus magnis magnitudine essentiæ, puta de rebus q̃bus fruendum est. In secundo de rebus magnis magnitudine euidentiæ, scilicet de creaturarum productione, & administratione. In tertio de rebus magnis magnitudine beneficentiæ, utpote de Christi incarnatione, natiuitate, cõuersatione, prædicatione, passione, resurrectione, ascensione, & de dispositione recipiendi beneficentiam istam, quę dispositio est per virtutes. In quarto de rebus magnis magnitudine efficientiæ, puta de sacramentis, de iudicio, de pœnis, & ꝑmijs. Vnde & in persona sapientiæ increatæ exprimente materiam sacræ scripturæ, dicitur: Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum. Hęc Richardus. Intendit autem Magister hic tradere notitiam diuinorum, & quantum ad veritatis ostensionem, & quantum ad errorem destructionem. Ideò argumentatiuè procedit, præsertim per argumenta ab auctoritate, quę in materia fidei fortiuntur primatum. In prima parte, seu distinctione huius primi uoluminis, pandit materiam libri istius: in secunda parte intentum exequitur, incipiendo tractare de Deo. Et quoniam ea, de quibus hic agitur, sunt aliquo modo materia huius libri secundum quod ordinatur ad Deum, ideò primo diuidit ea per absolutum, & relatiuum, & ait: [Veteris ac nouæ legis] i. totius scripturæ seu bibliæ, [continentiam] i. contentam in illa materiam. [diligenti indagine] idest inquisitione. [etiam atque etiam] idest vicibus repetitis [considerantibus nobis, præuia Dei gratia] idest nostrum intellectum iuuante, ac dirigente. [innotuit nobis sacræ paginæ tractatum] idest totius scripturæ librum seu bibliam. [circa res, vel signa præcipuè versari] id est, potissimè loqui de absolutis non institutis ad significandum, aut de his, quæ directè sunt instituta ad aliquid designandum, quemadmodum sacramenta. Quod consequenter probat auctoritate Augustini. [Vt enim egregius doctor Augustinus ait,] quem Bernardus vocat linguam ecclesiæ, & inter doctores quemadmodũ soli comparatur, cuius doctrinam ecclesia eminenter assequitur, quoniam vbi auctoritas scripturæ, aut determinatio ecclesiæ non occurrit, rationabilius est locutus, vt in decreto habetur. Itaquè vt asserit Augustinus [in libro de doctrina Christiana: Omnis doctrina, vel rerum est vel signorum] id est, tractans de altero horum: [Sed res etiam per signa discuntur] quia per vocabula designantur, nec potest quis alium informare, nisi per uerba seu signa rerum significatiua. [Proprie autem hic res appellantur, quæ non ad significandum aliquid adhibentur.] Per hoc soluitur obiectio, quædam, quæ fieri posset. Posset enim quis ita arguere: Res, est transcendens, & communis ad omnia tam absoluta, quàm relatiua significanda: ergo non benè condiuiditur signo, quia superius non diuiditur contra suum inferius, imò prædicatur de eo. Ad quod ex textu respondetur, quòd res non sumitur hic in sua generalitate, sed restrictè, pro ente, quod non est institutum ad aliquid designandum. [Signa verò] proprie hic dicuntur, [quorum vsus est in significando] idest quorum principalis significatio, seu institutio est ad aliquid designandum. [Eorum autem aliqua sunt, quorum omnis vsus est significando, non in iustificando,] vt sacramenta quædam [legalia] prout hoc infra quarto libro habet tractari, atque exponi. Posset quippè, quis ita arguere: Sacramentum dicitur a sacrando, & est spiritualis medela: ergo habet curare, & aliquid agere, non solum significare. Ad quod dicendum, quòd sacramenta legalia sanctificabãt, & curauerunt non ex se, seu opere operato, imò sic erant solùm significatiua, sed ex operante, idest ex fide, deuotione, & charitate utentium illis. [Alia] sunt signa, [quæ non solum significant, sed conferunt quod intus adiuuet, sicut euangelica sacramenta:] quæ contentiua, & causatiua sunt gratiæ, & efficiunt quod designant. Vnde & euangelica lex dicitur gratiam continere, ac dare, sumendo ipsam legem cum suorum inclusione sacramentorũ. talis verò non fuit lex, prout in epistolis ad Romanos, Galatas, & Hebræos docet Apostolus: Nihil, inquiens, ad perfectum adduxit lex. [Omne igitur signum etiam res aliqua est.] Contra hoc argui posset, quòd res, & signum condistinguntur: & item, quòd (sicut iam patuit) res accipitur hic pro ente, quod non adhibetur ad aliquod designandum. Respondetur, quòd res nunc sumitur in sua generalitate, non propriè, & restrictè, vt paulo ante. [Non autem econuerso, omnis res signum est.] Contra hoc obijci potest, quia omnis res creata est sui creatoris aliquo modo repræsentatiua, sicut effectus dicitur signum suæ causæ, vtpotè participata similitudo illius.

Aug. eccle się lingua. soli cõparatur.

Sacramenta legalia ex se non sanctificabant.

Nouæ legis sacramẽta sanctificant.

Soluitur obiectio.

Hebræ. 9.

Obiectio.

Dilutio.

Obiecto.

Diluit Bonauẽtura.

Thomas.

¶ Ad hoc respondet Bonauentura: Duplex est signũ, videlicet naturale, & institutũ. De naturali non intenditur hic, sed de signo instituto, cuiusmodi sũt signa vocalia, & sacramentalia. ¶ Thomas verò respondet, quòd diuisio ista per res, & signa, non datur per oppositas res, sed per oppositas rationes secundũ absolutum, & relatiuũ. signũ enim est, quod est institutũ ad aliquid designandum: res autẽ est, q̃ habet absolutam cognitionem non ad aliud relatã. unde non est inconueniens, quòd idem sit res, & signũ respectu diuersorum, quemadmodũ etiam idẽ, homo est pater, & filius. Sic enim corpus Christi verũ, & character baptismi, sunt res, & signũ. Hæc Thomas. ¶ Aegidius vero dicit, q̃ intentio Magistri magis esse videtur, q̃ diuisio ista per res, & signa data, dicatur per res oppositas: quia Magister dicit se, in alio libro partiali determinare de rebus, in alio autẽ de signis. [Cũq; his intenderit theologorũ speculatio studiosa atq; modesta,] non præsumptuosa, & curiosa: quoniã in diuinis, & credibilibus, ac incõprehẽsibilibus, rebus oportet modestè, timoratè, ac reuerenter procedere, prout diuinus Dionysius, in libro de diuinis nominibus, & in mystica theologia ac alibi docet. Nempè si bestia tetigerit montẽ, lapidabitur, atq; ut Salamõ protestatur. Sicut qui mel comedit multũ, non est ei bonum: ita qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. [diuinã scripturã formam præscriptam in doctrina tenere adherret,] idest pensabit, q̃ sacra scriptura tenet hunc modum in suis doctrinis, quòd scilicet est de rebus, aut signis. [De his ergo,] idest de rebus, & signis [nobis aditum ad res diuinas, aliquatenus intelligẽdas] quas in hac vita plenè intelligere nõ valemus, [Deo duce] sine cuius directiuo ducatu faciliter cadit, & errat humana infirmitas. [aperire uolentibus,] idest quia iam uolumus studiosis aperire accessum ad intelligendum utcunque diuina. [differẽdũ est] nobis, de his, idest restat vt determinemus de istis. [& primum de rebus, postea de signis differemus.] Siquidem in tribus primis libris, agit de rebus, in quarto de signis. Sed uidetur ordo istæ præposterus, cum per signa deueniamus, ad rerum notitiam, ergo de signis primo differere debuit. ¶ Ad hoc Thomas respondet, quòd dum res, & signum eiusdem sunt rationis, primo determinandũ est de signis, quàm de rebus, quæ per signa illa significantur. Sic autẽ non habent se signa sacramentalia ad ea, de quibns in tribus primis libris hic agitur. Vel dicẽdũ, quòd alius, ordo seruandus est in accipiendo, cognitionem, & dando eam. Accipiens nanque cognitionẽ, procedit de signis, ad signata, quasi modo resolutorio, quoniã signa magis sunt nota quo ad ipsum. sed tradens cognitionẽ signorũ, oportet, q̃ res ante signa, manifestet, eo, quòd signa sumantur per similitudines ad res. sicq; oportet præcognoscere ad cognitionẽ signorũ res, ad quarũ similitudinem accipiuntur. Hæc Thomas. ¶ Idem Aegidius. Bonauentura autẽ, & Richardus ponunt primã responsionem. Consequẽter dimisis signis, de quibus acturus est quarto, libro, tractat de rebus. & diuidit eas in duo mẽbra, quæ, & deinceps describit, & circa hæc quæstiones, inducit, ac soluit. [Id ergo in rebus, considerandũ est, [ideſt ista rerũ distinctio, ac differentia, seu diuisio est pensanda. [vt in eodẽ libro de doctrina Christiana [Augustinus ait, q̃ res aliæ sunt quibus fruendũ est] puta diuinæ increatæ, adorandæ personæ: quæ sunt vnus, omniũ creator, unus finis, & unus, glorificator: nec sunt plures: res, sumendo rem absolutè, sed benè relatiuè. [aliæ quibus vtendũ est, [vtpotè medijs ordinatis, in ultimũ finem obiectalem. [aliæ, quæ fruuntur, & utuntur,] ut homo, & angelus, qui Deo fruuntur, & rebus creatis utuntur. [Illæ quibus fruendũ est, beatos nos faciunt. s. trinitas, benedicta, & summa, q̃ est totius beatitudinis fons, causa, & dator. estq; nostra beatitudo obiectalis, & efficienter facit beatos. Eius aũt visio clara, & fruitiua est beatitudo nostra formalis, & formaliter facit beatos, sicut albedo albũ, & sapientia sapientem. [istis quibus utendũ est]. s. rebus creatis: [tendẽtes, ad beatitudinẽ,] profectum uirtutũ, & charitatis, affectu magis, quam gressibꝰ corporis, [adiuuamur.] sunt enim sustentaculũ uitæ, & effectus, in quibus, maiestas creatoris, relucet. sicq; ex earũ consideratione in creatoris cognitione proficimus, & ad eius timorẽ, amorẽ, & cultũ excitamur, atq; per hoc nos iuuãt ad beatitudinẽ obtinendã. Sed his obiici, põt illud Sapiæ, Creaturæ Dei, in odiũ factæ sunt, & in tẽtationẽ animæ hoĩum, & in muscipulã, & laqueũ, pedibus insipientiũ. ergo ꝑ eas impedimur, ac retrahimur ab ultimo fine. Nã, & caro concupiscit aduersus spm̃, & mundus trahit ad vana, & dæmones tentãt. ꝑpter quod diabolus, caro, & mundus dicuntur tres aiæ hostes. Rndendũ, q̃ creaturæ prout à Deo, sunt factę, & ex sua natura, excitatiuæ sunt ad creatoris amorẽ, timorẽ, & cultũ, iuxta qđ Salomon ait: FecitDeus opera sua ut timeat. Quòd verò creaturę auertũt a Deo, est ex abusu, peruersitate, ac custo ditate male utentiũ eis, materialiter tñ est ex creaturis. Aliquid. n. amabilitatis decoris, & delectabilitatis ẽ in rebus creatis, sicq; mouent, & alliciũt appetitum. sed totũ illud per rõnẽ referẽdũ est ad creatoris honorẽ, & charitatẽ: insipientes verò, & carnales, sistunt, & quiescunt in ipsis rebus creatis sicq; fallũtur a diabolo, quẽadmodũ pisces hamo, & aues laqueo, put in Ecclesiaste hr̃. Dæmones vero, & hoĩes uitiosi directè suggerũt mala. sic & caro infecta trahit ad uitia, q̃ tñ si benè regat, multipliciter seruit, ꝑdestq; aĩæ. Electis vero oĩa cooperantur in bonum.

De rebus in cõi agit

Augusti.

Obiectio.

Sapiẽ. 14.

Galat. 5.

Tres aiæ hostes. Dilutio.

Eccens. 3. Per creaturas ad dei amorẽ ac timorẽ, excitamur

Eccens. 9.

Roma. 8.

¶ Prꝛterea cõtra illud, Res aliæ sunt quibus fruendũ est, aliæ quibus vtendũ, obiicit, quia Deo, & creaturæ nihil est cõe. Dicendũ, q̃ est diuisio analogi. [Res nero fruũtur, & utuntur, nos sumus quasi inter vtraq; cõstituti]. s. inter creatorẽ, quo fruendũ: & inter creata inferiora, quibus utendũ. Quædã tamen sunt creata homine superiora, quibus, vti debemus, non frui, ut angeli: attamẽ inquantũ utimur ipsis, quasi inter Deũ, & ipsos statuimur, prout agens consideratur, ut mediũ inter obiecta, & terminos actionum suarũ. ¶ Contra istud arguitur, quia uirtutibus est utendũ. si ergo constituti sumus inter utibile, atq; fruibile, erit bonũ naturæ super bonũ gratuitũ, & dignius bono uirtutis, ac gratię. quo contra asserit Augustinus, q̃ uirtus est de numero maximorũ bonorũ, quibus nullus malè utitur: naturales aũt potentiæ, sunt media bona, quibus benè, & malè uti contingit, Dicendũ, q̃ non sumus constituti inter omnia utibilia, & fruibilia, sed inter fruibilia, & utibilia in homine inferiora. Homo quoq; inquantũ substantia, & subiectum uirtutum, est melior, & dignior eis saltem in genere causæ formalis dignitate speciei.

Soluitur Obiectio

Obiectio.

Augusti.

Dilutio.

¶ Thomas autẽ respondet sic: Ordo bonorum dupliciter

Thomas. Duplex ē ordo bonorum.

pliciter potest considerari. Primò, per comparationem ad rectitudinem uitæ. & sic virtus, quæ est per se causa rectitudinis talis, est maximum bonum: potentia verò naturalis, quæ est sicut materiale ad rectitudinem illam, est medium bonum: & res aliæ exterius adminiculantes, sunt minima bona. Potest quoque considerari ordo bonorum, per progressionem in beatitudinem. & sic bonũ beatificans, est maximum bonum: & participans beatitudinem, est medium: disponens verò ad eam, est minimũ. ¶ Præterea, contra diuisionem prætactam potest dupliciter argui: Primò, quòd sit superflua, quia omnis res, est finis, vel ad finem. si finis, fruendum est ea. si ad finem, ea utendum est. ergo tertium superfluit membrum, videlicet, q̃ aliud est fruens, & vtens. Videtur rursus, quòd sit diminuta: quia sicut est res quædam fruens, & vtens, ita est res, qua vtendum est, & fruendum, videlicet Christus Deus, & homo. Dicendum, quòd diuisio ista datur per rationes oppositas magis, quàm per res diuersas. Potest etiam responderi, quòd aliquid est ad finẽ ordinatum dupliciter. Primò, sicut tendens in finem. sicque res, utens, & fruens dicitur esse in finem, vel sicut via in finẽ, & sic utibile est in finem. Porro quartum membrum ad duo prima reducitur. Deinde ponuntur descriptiones fruitionis, & vsus: [Frui autem, est amore alicui rei inhærere propter seipsam] tantum, id est propter propriam bonitatem eius eam diligere, non referendo hoc ad aliquid aliud aut melius. [Vti verò est, id quod in vsum uenerit,] id est ipsum vtibile. [referre ad obtinendum illud, quo fruendũ, est] ordinando illud ad summum bonum, & propter bonum illud amando rem illam.

Obiectio.

Dilutio.

Duplicit er ordinatur aliq̃d in finem.

¶ Contra descriptionẽ hanc argui potest, quia videtur idem per seipsum, & per æquè ignotũ describere. Respondetur, quòd totum illud complexum, id quod in vsum venit, ponitur loco vnius vocabuli, puta vtibilis, quod est obiectũ istius actus, qui dicitur vti qui per suum obiectum cõgruè dfinitur. [Res igitur, quibus fruendũ est, sunt pater, & filius, & spiritussanctus] in quibus sicut est, vna bonitas summa, sic tribus personis illis vna fruitione fruuntur beati, fruitione perfecta, boniq; viatores fruitione imperfecta, sicut, & imperfectè cognoscunt. [Eadẽ tamen trinitas, quædam summa res est.] vtpotè Deitas vna, imò, & vnus Deus subsistens, prout infra declarabitur plenius. [cõmunisque omnibus fruentibus ea] id est generale obiectum fruitionis omniũ beatorũ, non tamen est formale esse vniuersorum, nec vniuersale per prædicationem de omnibus, vt quidam stolidissimè putauerunt. [si tamen res dici debet, & non omniũ rerum causa,] utrunque equidem horum ascribitur Deo. Aptius tamen dicitur omniũ causa, quàm res aut aliquid rerum, cum esse conueniat ei infinitè perfectiùs, specialiori supersubstantialioriq; modo, quàm in hoc seculo capere valeamus. [si tamen, & causa,] Nam, & nomen, ac ratio causæ incõparabiliter eminentiùs cõpetunt ei, quàm concipere hic possumus. [Non enim potest facile inueniri nomen, quod tantæ excellentiæ] id est Deo tã immensæ eminentiæ, ac dignitatis [conueniat, nisi q̃ melius dicitur trinitas hæc vnus Deus,] ad infinuandum simplicitatem, atque essentiæ vnitatem. Deinde ponitur alia descriptio fruitionis.]Idẽ Augustinus in libro decimo de Trinitate: Fruimur cognitis, in quibus ipsis uoluntas propter se,] id est propter ipsa sic cognita] delectata conquiescit] Præhabita autem prima diffinitio fruitionis, datur per comparationem ad obiectum, & habitũ elicientem actum fruendi: secunda verò iam tacta, datur per comparationem ad potentiam, cuius est actus secũdũ ordinem ad potentiam præcellentem, scilicet cognitiuã. [Vtimur verò eis, quæ referimus ad illud quo fruendum est.] sicq; omni pura creatura, & toto mundo vti debemus, ea amando, & ipsis vtendo ordinatè, ac moderatè, inquantum nobis necessaria vel expedientia sunt, ad vnionem beatã cum Deo: & quicquid bonitatis, perfectionis, aut decoris in creaturis consistit, Deo altissimo, cum omni reuerẽtia, & gratiarum actione attribuendo. Consequenter ex verbis Augustini ponit alias descriptiones vti & frui, videlicet: [Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis.] Quæ descriptio datur de vti cõmuniter sumpto per comparationem ad potentiam operantem, uniuersaliterque mouentem, uidelicet uoluntatem. ¶ Quæritur, quid intelligatur per facultatem uoluntatis. Respondet Albertus, sicut in usu loquendi facultas dicitur id, quod facit hominem habere posse ad nutum, sic scientiæ dicuntur facultates, quia ad nutum habetur per eas potestas intellectus, idest uis vtendi actibus rationis: & bona fortunę dicuntur facultates, quia faciunt hominẽ, sufficere sibi, & suis. Ita facultas uoluntatis est id, quo uoluntas habet velle ad nutum seu facilem potestatem: quod præcipuè est id, quod quietat ab opere, & est utile, in quo aliquo modo tenetur, & gustatur finis intentus. ¶ Sequitur tertia diffinitio fruitionis, quæ datur per comparationẽ ad proprietatem, seu delectationem consequentem ipsam fruitionem, inquantum perfecta est per vnionem cum suo obiecto. [Frui autem est vti cum gaudio nõ adhuc spei, sed rei,] idest non cum gaudio concepto, ex fiduciali expectatione, sed cum gaudio concepto, ex unione perfecta, & immediata cum suo obiecto. ¶ Circa hoc quæritur, qualiter describat fruiper uti, cum iam distinxerit unum ab alio. Respondetur, quòd uti hic sumitur multũ extensè, tanquã genus ad frui, & vti propriè sumpta. [Ideoque omnis qui fruitur, utitur.] sumendo vti hoc modo extenso. Non autẽ omnis qui utitur, fruitur, sicut qui refert creata ad creatorem. ¶ Circa hoc ait Bonauẽtura. Vti in sua generali acceptione importat libertatẽ, atque in sua propria acceptione importat libertatem, & collationem, ad aliud: idcirco nullatenus conuenit brutis, in quibus non est collatio talis, cũ sit actus rationis. Frui uerò importat libertatem, & delectationem. idcirco quamuis propriè non competit brutis libertas, tamen cum delectari conueniat illis, aliquo modo competit ipsis frui. ¶ Aegidius quoque: In fruitione, inquit, est quinque considerare, videlicet actum obiectum, potentiam, finem & delectationem. & secundũ hæc diuersimodè diffinitur. ¶ Consequenter ostendit Magister, qualiter frui diuersimodè conueniat uiatoribus, & comprehensoribus, & circa hoc determinat, & concordat uerba Augustini, quæ prima facie repugnantiam, quandam habere uidentur. & plana est litera. [& quantum, in hac uita fruimur] idest quo in isto exilio Deo perfectius inhæremus, cũ gaudio, [tanto peregrinationem nostrã tolerabilius sustinemus] propter consolationem afflictioni nostræ admixtã, [& ardentiùs finiri cupimus:] quia quo pleniùs nũc gustamus, quàm dulcis est dominus, & quanta sit futuræ fœlicitatis sancta uoluptas, tanto affectuosiùs, aspiramus ad illum, dicentes illud Apostoli: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? & illud Psalmographi, Sitiuit anima mea ad Deũ fortem uiuum, qñ ueniam, & apparebo ante

Obiectio.

Dilutio.

Augusti.

differẽtia inter vti & frui.

Quæstio i.

Bonauent.

Aegidius.

Albertus. Facultas quid.

Frui non cõuenit oĩ bꝰ uniformiter.

Dionysius martyr. Thomas. Aegidius.

1. Petri. 2.

Roma. 7.

Psal. 41.

faciem Dei. [Illa re frueris, in qua spem ponis.] Proprium nanq; & principale obiectum spei est Deus. Secundariò tñ in sanctis Dei tanquam in auxiliarijs nostris speramus. Consequentur in textu multa pulchra ponuntur; quæstiones mouentur, ac dissoluuntur, & planus est textus difficultates, verò ipsum cõcernentes, in quæstionibus subsequentibus elucidabuntur. Specialiter verò qrit, an hominibus sit vtendum, & an homo debeat se vti an frui: an etiam uirtutibus sit vtendum, & vtrum Deus utatur nobis, an fruatur. Et sumpta sunt omnia ista ex verbis Augustini, præsertim, ex libro de doctrina Christiana. Ostendit demum Magister, qualiter uti diuersimodè conueniat Deo, & nobis, & hoc in duobus: Primum est, q̃ Deus vsum, quo vtitur creaturis, refert ad suam propriam bonitatem, quæ est omnium vltimus finis vnde & scriptum est: Omnia propter seipsum operatus est dominus. Nos verò non ad bonitatem nram, sed suam. Secundò in hoc, q̃ vsum nostrum, quo operamur circa res, referimus ad nostram vtilitatẽ, quamuis ulteriùs ad Deũ (vt dictum est) bonitatem. Deus verò vsum, quo vtitur creaturis, refert non ad vtilitatem suam, quia bonorum nostrorum non indiget, refert tñ ad suum honorem. [Quia bonus est, sumus] i. ex Dei bonitate est. q̃ sumus producti. Bonitas nanq; est communicationis prima origo, cum bonum sit sui diffusiuum.

Vti diuersimodè cõuenit Deo ac hominibus. Proue. 16.

Psalm. 15.

Bonauẽt.

¶ Hinc ait Bonauentura: Causa huius consequentiæ est, quia bonitas est conditio causæ in quantum causa, & quia bonitas proxima est ad actum, & etiã quia est dispositio generalis, in qua consistit vestigium ratio. dicit enim respectum ad finem. Vnde sicut Deus unus imprimit vnitatem, ita bonus bonitatem. Hæc ille. ¶ His consonat quod Plato ait in primo Timæi: bonus erat, à bono autem inuidia longè est relegata. Voluit ergo omnia suæ bonitatis esse participatiua, quam quidem Dei voluntatem, si quis dixerit rerũ causam, rectè eum putare consentiam. Hinc non sequitur, quia bonus est, sumus: ergo quia æternus, iustus & sapiens est, æterni, iusti, & sapientes sumus. [& inquantum sumus, boni sumus] bonitate entis. bonum enim, & ens conuertuntur. ideò quamuis formaliter distinguuntur, non tamen realiter. imò consequens est, si est, ergo bonum est. Sicq; quod ait inquantum, non denotat identitatem rationis formalis, sed realitatis, & concomitantiæ naturalis.

Plato.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Veruntamen contra illud, Quia bonus est, sumus, posset quis obijcere, quod in libro de hebdomadibus, ait Boethius; Si bonitas per intellectum remoueatur a Deo, adhuc creata manebunt entia, sed nõ bona. Respondetur, q̃ effectus Dei comparari possunt ad diuina attributa, sicut ad causam efficiẽtem, & exemplarem, sicque exemplariter sapientia creaturæ est a sapientia Dei, & esse creaturæ ab esse diuino, & bonitas creata ab increata, & ita loquitur ibi Boethius. Sed tamen quantum bonitas habet rationem finis, & finis est causa causarum, hinc omnes istæ processiones perfectionis in creaturas, attribuũtur bonitati diuinæ etiam a Dionysio, quamuis a diuersis attributis exemplentur. Hæc est respõsio Thomæ. Et idem sub alijs verbis dicit Aegidius: Deus, in quiens, est causa rerum in genere causæ formalis, & etiam in genere causæ finalis: & inquantum est causa formalis omnium exemplaris, sic per bonitatem est causa bonorum, & per pulchritudinem causa pulchrorum. Inquantum verò est causa finalis, sic propter bonitatem suam sunt omnia, & quantum ad hoc, dictum est. Quia bonus est, sumus.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Bonum, & ens dupliciter considerantur. Primò secundùm intentiones, id formales rationes. Secundò, secundum sua supposita, ideſt ad res in quibus sunt. Primo modo non cõuertuntur, quia bonum addit super ens relationem ad finem. Vnde Dionysius quinto cap. de diuinis nominibus ait: Ens ante alias Dei participationes positum est. Hinc quarta propositione libri de Causis, habetur: Prima rerum creaturarum est esse, & ante ipsum non est aliud creatum. Et additur in commento, Ens est, p̃ creationem, bonum autem per informationem, & esse per creationẽ vocat id, quod effluẽs a primo, non præsupponit aliquid, in quo fundetur. Per informationem verò id, quod non effluit, nisi præsupposito alio, in quo fiat. Addit igitur bonum super ens relationem ad finem, quia bonum est quid appetibile. Tamen duplex est ad finem relatio, scilicet secundum quod finis est terminus motus causæ efficientis, vel secundum quod finis est per intentionem in efficiente, & primo modo dicuntur bona, quæ sunt, & fiunt ad bonum. Secundo modo, quæ sunt á bono, quod intendit efficiens. i. quod mouet eum ad operandum. Si autem considerentur bonũ, & ens secundùm suppositа, ideſt secundum ea in quibus sunt, sic conuertuntur: quia bonum est causa p respectum ad efficiens, secundum quod ipsum efficiens est bonum: & non operatur efficiens, nisi p bonum intentionis. Ideò bonum semper concomitat ipsum ens, & non separatur ab ipso secundùm rẽ, licèt sequatur sm intentionem. Si autem accipiant bonum, & ens in diuersis, scilicet in causa, & causato, bonum est causa ante ens: quia ens non causat nisi bonum. i. ex bonitate, qua diffundit se.

Albertus Ens & bonũ dupliciter cõsiderantur.

S. Dionysius.

Duplex ad finẽ relatio.

QVAESTIO I.

Circa hanc primam distinctionem quæritur primo, *cuius potentiæ actus sit uti* ¶ Et uidetur. q̃ rõnis, quia vt in exppsitioꝰ patuit textus, sm Augustinum in lib. de doctrina Christiana, uti est id, quod in vsum uenerit, referrè ad obtinendum quod amas: sed referre est actus rationis, quemadmodum & cõferre. Secundo uti est media ordinare in finem, vt dictum est, ordinare uero, actus eæ rationis. Vnde secundum Philosopbum, sapientis est ordinare. Et rursus ait in E hicis, quòd ad prudentiam pertinet ordinare media secundum exigentiam finis, sapientia autem & scientia in intellectu consistunt. Tertiò, quia ut asserit Victorinus, Vsus est actus frequenter reiteratus: sed quælibet potentia potest suum actum sæpe reiterare, ergo vsus ad unamquamq; spectat potẽtiam. Quartò, usus non est nisi actus seu exercitium potentiæ, iuxta verbum illud commune: Cuius vsus bonus est, ipsum quoque bonum est, ergo ad potentiam pertinet quamlibet. Quintò, Augustinus libro. 83. quæst. Omnia, inquit, quæ facta sunt, in vsum hominis facta sunt, quoniam ratio vtitur omnibus iudicando: ergo uti est actus rõnis, non uoluntatis.

Arguitur contra ueritatem. Augusti. 1 2 Victorinꝰ. 3 4 Augusti. 5

¶ In contrarium sunt auctoritates Augustini in expositione literæ introductæ, & communis doctorum assertio. Decimo quoque de Trinitate loquitur Augustinus: Licèt ingenium, & doctrina ad memoriam, intelligentiam, & voluntatem pertineat, vsus tamen ad solam pertinet voluntatem. In libro item de libero arbitrio: Voluntas, ait, vtitur se, & alijs, quemadmodum ratio seipsam cognoscit, & alia.

In oppositum. Augusti.

¶ Ad hanc quæstionem Bonauentura rñdet: Vti quinq; modis accipit, & iuxta hoc, sm rem, & diffinitionem diuersificatur. Primò cõmunissimè sumitur,

Bonauen. Acceptiones vti quinque.

prout contra otium, seu ociositatem distinguitur, puta pro naturali, ac debita operatione cuiuslibet rei, siue ad quam res quælibet ordinatur, sicque ait Philosophus: Cuius vsus bonus est, & ipsum bonū est. Secundò accipitur vsus communiter, prout contra dissuetudinem diuiditur: & ita à Victorino definitur, dicente: Vsus est actus frequenter elicitus: nec addit vltra actum nisi frequentiā, atque his modis, vsus est vniuscuiusque potentiæ. Tertiò sumitur propriè, prout distinguitur contra habitus memoriæ, & intelligentiæ, scilicet contra ingenium, & doctrinam, sicque definitur ab Augustino decimo de Trinitate: Vti est aliquid in facultatem uoluntatis assumere. & sic nominat actum voluntatis propriè. Quartò adhuc magis propriè sumitur, prout diuiditur contra actum quietarum, uidelicet contra frui. & ita diffinit ipsum Augustinus, dicendo: Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, propter aliud, sicque est actus uoluntatis ad aliud relatæ. Quintò sumitur proprijssimè, prout diuiditur contra actum inordinatum, ideſt contra abuti: & ita, diffinitur ab Augustino libro de doctrina Christiana: Vti est, id quòd in usum uenit, referre ad id, quo fruendum est, & sic vti dicit vsum voluntatis, relatum, & comparatum ad finem. Ratio igitur diuersarum notificationum ipsius vti, est multiplex eius acceptio: ratio quoque multiplicis, suæ acceptionis, est oppositio eius ad diuersa. Hæc Bonauent.

Thomas. ¶Quibus satis concordat responsio Thomæ, qui ponit hic tres acceptiones ipsius usus, videlicet primam, secundam, & quartam iam tactas, & addit: Id quod est ad finem, tribus operationibus ad ipsum finem inducitur. Primo est operatio rationis, præstituentis finem, & ordinantis, ac dirigentis in ipsum. Secunda est operatio voluntatis imperantis. Tertia est operatio virtutis motiuæ exequentis. Vti autem nominat executionem eius, quod ad finem ordinatum est, non secundùm actum proprium alicuius uirium motiuarum, sed communiter præsupposita ordinatione in finem, vnde vti est actus uoluntatis, quæ est uniuersalis virium motor secundùm ordinem ad rationem. Hæc Thomas in Scripto. ¶Porrò in Prima Secundæ quæstione 16. ait: Vsus rei importat applicationem eius ad aliquam operationem. vnde, & operatio ad quam applicamus rem aliquam, dicitur vsus eius: sicut equitare est usus equi, & percutere est vsus baculi. Ad operationem autem applicamus tam interiora agendi principia, scilicet potentias animæ, quàm corporis membra, vt intellectum, ad intelligendum, & oculum ad videndum: & etiam res exteriores, vt fustem ad percutiendum. Res autem exteriores non applicamus ad operationem, nisi per principia intrinseca, quæ sunt potentiæ, habitusque earum. potentiarum vero organa sunt corporis instrumenta volumus verò mouet potētias animę ad suos actus, quod est applicare eas ad operationem. Hinc uti, primo, & principaliter est voluntatis tanquam primi mouentis; rationis autem, tanquam dirigentis; sed aliarum potentiarum, tanquam exequentium. quæ comparantur ad voluntatem, à qua applicamur ad agendum, sicut instrumenta ad principale agens. actio autem propriè non attribuitur instrumento, sed principali agenti, vt ædificatio ædificatori, non securi. Hinc vti propriè est actus voluntatis. Hæc Thomas in Summa.

Quinq; operationibus media perficiuntur in finem.

Taranta. ¶Idem Petrus, qui præhabita compendiosè, & magistraliter exprimens: Vsus, inquit, nominat actum, & hoc quadrupliciter, quia vel nominat actum simpliciter, vt ibi; cuius vsus bonum est &c. vel actum frequentem, vt ibi: vsus est actus frequenter exercitatus. vel actum prædominantem, sicut dominus utitur seruo, artifex instrumento. vel actū referentem in finem, & hoc tripliciter. Primò per modum dirigentis, quod pertinet ad rationem. Secundò per modum imperantis, & sic spectat ad uoluntatem. Tertiò per modum exequentis, quod est aliarum uirium motiuarum. quia ergo vniuersalis, imperantis est liberè mouere, ad quod mouet, sicut dux mouet exercitum, & huiusmodi est uoluntas, quæ se, & alia mouet: ideò uti quod est in finem mouere, ad uoluntatem est pertinens, quæ per proprium actum seipsam, & alias vires mouet in finem. & hoc ipsum mouere in finem, est uti. Hęc Petrus.

Vsus actū nominat.

Richardus. ¶Quibus per omnia concordat Richardus, dicendo: Vti re, est eam referre in debitum finem semel, aut sæpè. & dico ad debitum finem; aliàs esset abuti: dico semel, prout vti contra ociositatem distinguitur; dico sæpè, prout usus contra dissuetudinem diuiditur. Porro rem referre in debitum finem contingit dupliciter. Primo, realem applicationem rei ad suum finem exequendo. Secundò, applicationem huiusmodi intendendo. ita tamen, quòd intendens moueat, atque determinet se ad illam intentionem, aliter enim ipse intendens, non se refert propriè ad finem intentionaliter, sed qui ipsum determinauit ad talem intentionem, & eam ei impressit. Primo modo uti est actus cuiuslibet potentiæ actiuæ. Quælibet nanque actiua potentia exequi potest realem applicationē alicuius ad debitum finem. sic natura vtitur semine, & ipsum perducit ad fructum. Secundo modo uti est actus voluntatis duntaxat, tanquam actum elicientis. Bruta verò & naturalia aguntur, & mouentur potius, quàm agant, & moueant, vt loquitur Damascenus: quia secundum instinctum, ab autore naturæ impressum procedunt. Hæc Richardus, qui de hac re scribit prolixè, sed sensus præhabitus est.

Est aliquod referre in finē dupliciter.

Aegidius. ¶Præterea Aegidius, uidetur his contradicere partim. Et quamuis non nominet Thomam, tamen disputare contra eum specialiter conspicitur, Scribit enim: Aliqui distinguunt usum tripliciter. Nam primò sumunt eum pro actu cuiuslibet rei, secundò pro actu frequentato, tertio pro usu eorum quæ sunt ad finem. & sic competit uoluntati. Hanc distinctionem dicit Aegidius non valere, probans prolixè, quòd uti non competat nisi voluntati, ut principali agenti, nec alijs communicetur potentijs. Addit quoque, quòd illi, qui prętactam distinctionem posuerunt, videntes se, non bene dixisse, alibi correxerunt se, dicentes, quòd uti conuenit uoluntati, ut principali agenti, alijs potentijs hominis instrumentaliter: sicque uidetur insinuare Aegidius, quòd Thomas in prima parte Summæ suæ correxit, quod in Scripto primi induxit. Et tamen secundum Aegidium, nec illa positio, seu correctio valet.

Opinio Aegidij.

Diony. contra Aegidium. ¶Ad quæ dico, ꝙ si diligenter pensetur disputatio ista Aegidij, est inutilis, nec subtilis. Siquidē per omnia, quæ prolixè inducit, nil aliud probat, nisi ꝙ uti propriè sumptū uoluntati sit ꝓpriū: non autem probat, ꝙ uti alijs modis sumi nō queat, nec debeat. Atque vt Scotus circa hæc protestatur. Non est multum contendendum de nomine, cum per diuersum modū loquendi, frui, seu uti apud diuersos inueniatur æquiuocū. Ea quoque quæ sanctus doctor scribit

bit in Summa, non dissonant à contentis in Scripto. Imò ad saluandum verba Aristotelis, Victorini, & aliorum, oportet fateri, quòd distinctio illa à Bonauentura, ac alijs nunc præfatis inducta, sit vera. Ex prædictis quoque patet argumentorum solutio. Vti nanque est actus rationis: vt dirigentis, & secundū diuersas suas acceptiones diuersis potentiis competit, sicut ostensum est.

Solusitur argumēta

Opinio Durandi. ¶Amplius de hac re scribit Durandus: Vti importare uidetur applicationē rei ad suam operationē. sicut enim usus importat operationem, ad quam res applicatur, sic uti est rem suo usui applicare. sic nanque uidetur se habere, vti ad vsum, sicut mouere ad motum. Mouere autem est motum causare, ergo, & vti est usum causare. In hoc tamen est differentia, quia mouere dicitur omne, quod causat motum, siue naturaliter siue liberè moueat: sed utens non est propriè, nisi quod usum causat liberè. Hinc uti est actus uoluntatis, tanquam elicientis, non alterius potentiæ, nisi secundùm quid, & per attributionem ad uoluntatem. Vnde sicut abuti, ita & uti est uoluntati. Vti quoque, & frui sunt eiusdem potentiæ, ac virtutis. ideo sicut frui est actus uoluntatis, & charitatis, ita & uti. Quemadmodum enim ex charitate Deo finaliter inhæremus, ita ex charitate contingit, quòd nosipsos, & alia ordinamus in ipsum sicut in vltimum finem. Denique frui includit ipsum uti, sicut inferius suum superius. Vel uti se habet ad ipsū frui, sicut uoluntas eorum, quæ sunt ad finem, se habet ad uoluatatem finis. Et quicquid horum dicatur, constat, quòd uti, & frui ad eandem spectent potentiam. Hæc Durandus, qui in hac materia concordat Thomæ, ac cæteris iam præfatis, dempto Aegidio.

QVAESTIO II.

SEecundò quæritur, *quibus rebus sit utendum, an scilicet solo bono creato, an etiam cunctis creatis, & an malis pœnæ, & culpæ.* ¶Videtur, ꝙ non solùm bono creato. Multi enim etiam iusti seruiunt Deo intuitu præmij, & ita in præmio statuunt sibi ultimum finem, ergo referunt Deum ad præmium suū, sicque utuntur Deo, & præmio illo fruuntur. Vnde de Mose, ait Apostolus, quòd aspexit in remunerationem. Et Psalmista. Inclinaui, inquit, cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Secundò, beatitudo sanctorum qua Deo formaliter perfruuntur, est quid creatum: & tamen ea fruuntur, cum sit ultimus finis, & res per se amabilis. Tertiò, quia uirtutibus esse fruendum tanquam bonis per se, & propter se appetendis, prout in textu arguitur. Quartò, Apostolus: scribit ad Philemonem: Ita frater ego, te fruar in domino, & alibi, si uobis primum fruitus fuero. ergo hominibus est fruendum. Quintò, creaturæ auertunt à Deo, puta diuitiæ, deliciæ, & honores, non ergo eis vtendum est: quia ut ex uerbis patuit Augustini, Vtimur his, quibus iuuamur ad beatitudinem obtinendam. Sextò, dæmonibus non est utendum, neque ariolis, neque maleficis, nec prauis consortijs, quæ omnia nos, à Deo, impediunt. Non ergo omnibus creaturis, similiter nec uenenis. Septimò, quia mala præsertim culpabilia directè à Deo auertunt, non igitur est eis utendum. Octauo, uti est aliquid in facultatem uoluntatis assumere: quæ autem in facultatem uoluntatis assumuntur, potestati, & operationi subiacent assumentis. talia autem non sunt angeli, neque cœlestia corpora. ergo eis uti non possumus. Nonò, quia sequeretur, quòd omnem actum teneremur in Deum referre, & peccaremus quandocunque non faceremus hoc.

1 Arguitur contra veritatem.

Heb. 11. Psal. 118.

2

Ad phile. Roma. 15.

3

4

5

Aegidius.

6

7

8

9

In oppositum. ¶In oppositum est determinato Magistri in litera ex Augustini doctrina.

Thomas. ¶Ad hanc Thomas respondet: Nulla bona habēt bonitatem, nisi inquantum ad similitudinem bonitatis diuinæ accedunt. Vnde cum bonitas sit ratio desiderij, ac amoris, oportet ut omnia in ordine ad primam bonitatem amentur. Omne autem, bonum à Deo est. vnde quæ ab ipso non sunt, nec quærenda sunt, nec eis utendum est. ideo nullo pecato utendum est, quia peccata à Deo non sunt. pœna verò à Deo est, ideo utendum est ea, & est ordinanda ad finem, inquantum promouet meritum hominis, ducens eum in agnitionem suæ infirmitatis, & purgans a uitiis. Similiter rebus mundi utendum est, inquantum conferunt ad Dei cognitionem, & necessaria præbent uitæ, in Deum ordinatæ. Sic, & opera uirtuosa à Deo sunt, & propter ipsum agenda sunt: non ꝙ quamlibet operationem oporteat semper actualiter in Deum referre, sed sufficit, quod homo habitualiter in Deo constituat finem suæ uoluntatis. Hæc Thomas in Scripto. qui ait in Summa: Vti (ut dictum est) importat applicationem alicuius ad aliquid. quod autem sic applicatur, habet rationem medij ad finem. Hinc uti semper est eius quod est ad finem. vnde accommoda fini adipiscendo, dicuntur utilia, & ipsa utilitas interdum vsus uocatur. Verùm ultimus finis dupliciter dicitur. Primò simpliciter, secundò quo ad aliquem. Cum enim finis dicatur quandoque res ipsa optata, quandoque adeptio, siue possessio eius, sicut auaro finis est pecunia, uel possessio pecuniæ: hinc loquendo simpliciter, ultimus finis est res ipsa. Non enim possessio pecunię bona est, nisi propter pecuniæ bonitatem. sed quo ad hunc, possessio pecuniæ est finis. Non enim quærit auarus pecuniam, nisi ut habeat eam. ergo propriè simpliciterque loquendo, pecunia fruituris, qui in ea sibi constituit finem: sed inquantum refert eam ad possessionem, dicitur ea uti. Hæc Thomas, in Summa. Cui concordat Richardus.

In oppositum.

Thomas in Sūma

Duplex vltimꝰ finis.

Rńsio Petri. ¶Petrus vero respondet: Sicut ad consummandā domum utitur artifex securi, & arte, ac labore atque materia, sic in spiritualibus contingit aliquo quadrupliciter uti. Primo, ut instrumento coniuncto, quo operantur. sic utendum est non omnibus, sed potentijs, per quas in finem ordinamur. Secundo, ut habitu, quo regulamur. sic non omnibus est utendum, quoniam habitus uitij magis obliquat, quàm dirigit. Tertio, ut actu, quo mouemur. sic etiā actibus deformibus non est utendum. Quarto, ut obiecto, circa quod inclinamur. sic omnibus quæ in facultatem uoluntatis possunt uenire cum intentione referendi in finem, utendum est: & tale est omne aliud à fine. Potest enim aliquid assumi in facultatem uoluntatis quadrupliciter, scilicet uoluntatis operantis, ut propria opera bona: uel approbantis, ut bona aliena: uel tolerantis, ut mala pœnæ nostræ, & culpę alienæ: Vel respuentis, ut propriæ culpæ. Hæc Petrus.

Vti aliquo quadrupliciter contingit.

Positio Aegidij. Accipitur vti dupliciter.

Auguſt. ¶Preterea Aegidius circa hæc scripsit: uti dupliciter sumitur. Primo largè, & ita nil aliud est, quàm aliquid in facultatem uoluntatis assumere. & quoniam ipsum finem in facultatem assumimus uoluntatis, ut in ipso quietemur, & quiescamus, idcirco sic sumendo uti, etiam Deo, fineque ultimo utimur. sicque decimo de Trinitate asserit Augustinus, quod uti in uoluntate, est pertractare, ea quæ sunt in memoria, & intelligentia continentur,

nentur, siue referat ea, ad aliquid, siue in ipsis delectata quiescat: & sic etiam is, qui fruitur, vtitur. Alio modo sumitur vti strictè, & propriè, sicut præhabitum est, & ita non est Deo vtendum. Frui quoque dupliciter sumitur. Primò largè, prout dicit quietatione desiderij, non referentis bonum, in quo quietatur, ad finē vlteriorem. & sic bruta, & iniqui fruūtur. Secundo propriè, prout dicit quietationē in vltimo fine. & sic soli iusti fruuntur. Consequenter refert Aegidius preinductam Thomæ responsionem, qualiter sit vtendum, & quibus. Loquitur tamen in generali, sed quasi de verbo ad verbum ponit responsionem sancti doctoris, & dicit non valere eandem. Tamen in processu non improbat eam, nisi quantum ad hoc, quòd sanctus vir scripsit malis culpæ non esse vtendū. contra quod obiicit ille, quia Apostolus ait, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Quo constat, quòd & mala culpæ cooperantur electis in bonum, sicq; per ea iuuantur in Deum.

Acceptio frui duplex.

Rom. 8.

Dio. defe dit Tho. ab Aegid.

¶Ad quod perfacile est respondere, dicendo, ꝙ malū culpæ ex sua natura, non habet, vt dirigat nos in Deum, vel cooperetur in bonum, sed accidentaliter & occasionaliter tantum, inquantū aspirante, præuenienteque gratia Dei, ex consideratione proprio rum excessuū magis compungimur, & humiliores, cautiores, feruentioresque reddimur: ita vt ubi abundauit iniquitas, abunder & gratia. Sicq; martyres benè vsi sunt crudelitatibus tyrānorum. Itaq; ob talem obiectiunculam non fuit responsio illa tā ti doctoris idonea, taliter refutanda.

Roma. 5.

¶Hinc ait Petrus: Dupliciter est aliquo vti, scilicet per se, & per accidens. Per se vtimur eo, quod habet in sua natura vnde ad finē ordinetur, vt bonum: per accidens, quod aliunde accipit ordinabilitatem, putà à voluntate ordinantis.

Petrus.

¶Porrò responsio Bonauenturæ est, quæ nunc ex verbis Petri est recitata. Imò Petrus, qui scripsit post Bonauenturam, ex ipso Bonauentura suam videtur responsionem sumpsisse.

Bonauen.

¶Durandus verò hic scribit: Dum quæritur quo sit vtendum, aut fruendum, potest intelligi, quo, tanquam, vel quo obiecto, idest qua potentia, vel quo habitu. Sed primus intellectus, est aptior, atque communior. & dicendum, quòd omnibus citra Deum obiectaliter, vti valemus, & ipso peccato occasionaliter. Omne enim quod est citra ultimum finem, cognoscibile est à nobis, secundùm uires apprehensiuas, aut prosequibile siue fugibile, secundùm vires appetitiuas, vel operabile secundū vires, executiuas. & omnes hæ uires, cum actibus suis cadunt sub facultate voluntatis. sicq; omnia ista assumi queunt in voluntatis facultatē, vt referat ea, ad vltimum finem. Hæc Durandus. Hæc ergo requirit debitus ordo, & charitas Dei, ac vera iustitia, vt rebus creatis discretè vtamur: & quicquid bonitatis, amabilitatis, aut perfectionis in eis consistit, ad superexcellentissimi creatoris honorem, & cultum, & gloriam referamus: eiq; omnia illa cum infinita eminentia, cum omni reuerentia ascribamus. sicque ex speculatione creaturarum, & ordinis uniuersi, ad contemplationem, admirationem, timorem, & amorem supersublimis Dei nos eleuemus.

Rāsio Durandi.

Dionysiꝰ.

¶Ad primum obiectum Petrus respondet: Est merces æterna, & temporalis. qui seruit Deo propter mercedem æternam, nihilominus seruit Deo, propter se: quia illa merces, est vel ipsemet Deus, vel est fundata in eo. Propter temporalem autem, mercedem seruire contingit dupliciter, Primo, ut sit finis principaliter intentus, & sic est peccatum. Vel vt sit ratio, inducens, & sic est licitum. ¶Ad secundum dicendū, quòd, & ipsa beatitudo formalis seu beatifica uisio ad totius beatitudinis fontē Deū, est referenda: quod est ea obiectaliter vti, sine qua nullus potest in Deo quiescere. Aliqui tamen dicūt, quòd beati fruuntur ea formaliter, cū sit ipsa quietatio, qua contentantur in Deo. ¶Ad tertium, ꝙ virtutibus, est utendum sicut Magister exponit in textu. ¶Ad quartùm, quòd Apostolus simit frui extensè, sicut expositum est. In litera, quoque habetur Augustini responsio. ¶Ad quintùm data est responsio in expositione literæ ¶Ad sextùm, quòd de monibus, & iniquis utendum est per patientiam, & resistentiam contra suggestiones eorum. ¶Ad septimùm est responsum. ¶Ad octauum, quòd omnia subiacent nostræ facultati ad minus sicut obiectum potentiæ, quamuis non sicut effectus causæ. ¶Ad nonum responsio data est, quia non tenemur omnia semper actualiter in Deum referre.

Arguitur contra uer itatem.

Ad 1. obiectum. Seruit quas Deo, propterbonum tēporale dupliciter.

QVAESTIO III.

TErtio quæritur, *quid sit fruitio, & cuius potentiæ actus sit, & a qua virtute procedat.*

¶Ad quæ tria patet responsio ex definitione Augustini, dicentis: Frui est amore alicui rei inhærere propter seipsam. Vnde elicitur, quòd frui sit actus charitatis uoluntati inhærens, & ipsa inhæsio amorosa, qua alicui rei finaliter inhæretur. Veruntamē argui potest, quòd sit actio intellectus atque realiter beatifica uisio. Fruitio nanque summi boni, est beatitudo sanctorum: sed uisio primæ ueritatis clara per speciem, est beatitudo, & premium electorū; imò ut asserit Augustinus uisio est tota merces: ergo fruitio, & uisio idem sunt, uisio autem est actio intellectus. Secundo, quia saluator loquitur Deo patri: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum. Cui concordat quod 10. Ethicorum scribit Philosophus: Fælicitas, inquiens, est speculatio optimi speculabilis. Cum ergo fruitio sit merces atq; fœlicitas electorum, uidetur esse cognitio, & esse in intellectu. Tertiò, nam sicut uoluntas delectatur, in summa bonitate, sic intellectus, in prima ueritate. Fruitio autē est, uel delectatio, & degustatio ultimata, uel actio, cui delectatio huiusmodi est annexa: ergo qua ratione fruitio ponitur actio uoluntatis, ponenda est actio intellectus. Quartò, quælibet uis animæ delectatur præcipuè in operatione sua perfecta ut decimo dicitur Ethicorum: ergo ad unamquamque potentiam, ac uirtutem spectat fruitio. Quintò, secundùm Philosophum, in Ethicis, signum uirtutis est delectatio siens in actu, ergo ad quemlibet habitum uirtuosum, delectatio pertinet fruitiua. Sextò, fruitio est optima actio, utpotè beatitudo. sed optima actio ad præstantissimam spectat potentiam, puta ad intellectum, qui secundùm Philosophum 10. Ethicorum est nobilissima uis animæ, cui & uoluntas obedire tenetur, cum, & diuino Dionysio protestante, optimum hominis sit esse secundū rationem. Vnde, & primo fertur Politicorum: Ratio dominatur, & præcipit uoluntati. Fruitio igitur actus est intellectus.

2 Ioh. 17.

3

4

5

6

Dionysiꝰ

¶Ad hanc quæstionē Bonauentura respondet: Secundùm aliquos frui pertinet ad omnes animæ uires, qm̃ omnes remunerabuntur in patria. Dicunt etiam, ꝙ in gloria fruitio erit magis propriè rationis, quia immediatius, se habet ad delectationem, quæ oritur ex apprehensioue conuenientis. Sed aliter uidetur dicendū, sequendo Augustinum, ut scilicet sit actus uoluntatis: quia omnes tres diffinitiones

Responsio Bonauent.

Auguſt.

nes datæ ab Augustino de frui, dantur penes actum voluntatis. Tripliciter enim consideratur fruitio. Primò communiter, prout dicit motum cum gaudio, & sic diffinitur ab Augustino, dicente: Frui est vti cum gaudio. Secundò, prout dicit motum seu actum cum quietatione, sicq; diffinit Augustinus, dicendo: Frui est amore inhærere alicui rei ꝓpter seipsam, & sic sumitur propriè. Tertiò, prout cōplectitur vtrunque, videlicet quietationem, & delectationem. sicq; diffinit Augustinus 10. de Trinitate: Frui est quiescere in cognitis voluntate propter se delectata, & sic proprijssimè capitur. Quia igitur frui secundum omnem sui acceptionem dicit, vel delectationem, vel quietationem, vel vtrunque, & omne tale habet rationem boni, estque voluntatis obiectum, ideò frui essentialiter actus est voluntatis. Sed quia voluntas non delectatur, nec quietatur, ni si in cognito per fidem, aut speciem, & in eo quod habet spe aut re: hinc aliarum virium actus ad fruitionem istam disponunt, non tamen sunt essentialiter ipsum frui. Hæc Bonauentura.

Triplex fruitionis considera tio.

Auguſti.

Antiſiod.

¶Quocirca sciendum, quòd dominus Gulielmus Antisiodorensis in Summa sua videtur esse opinionis huius, quam Bonauentura hic tangit, ac reprobat. Ait nanq; Antisiodorensis in tertia parte Sūmæ suæ: Beatitudo non solum consistit in visione Dei, sed etiam in amore, sicut asserit Augustinus: Vita ęterna est videre quod amas, & amare quod vides. Totum tamen præmium attribuitur visioni, seu cognitioni, quia cognitio est generatiua amoris, & quia primo, ac propriè fruitio est in ipsa visione: quoniam Augustinus dicit in libro de immortalitatē animæ, quòd intelligere seu videre Deum, est idem quod eum audire, & audire idem quod olfacere, & olfacere idem quod gustare, & gustare idem quod tangere, quod est propriè frui Deo. Insuper idem in quarta parte Summæ suæ: Tres, ait, sunt dotes animæ, duæ secundùm naturam. i. in essentia, scilicet visio & dilectio, & tertia, quæ erit illarum perfectio, puta fruitio seu delectatio, quæ propriè erit in uisione, quæ erit tota merces, secundùm Augustinum: quod non esset, nisi fruitio esset in ea, imò propriè est in ea solùm. Si nanque fruitio propriè esset in dilectione, æquè esset merces in dilectione sicut in visione, & sic æquè potuisset Christus dixisse, Hæc est vita æterna, vt diligant te verū Deū. Veruntamen tam visionis, quàm dilectionis dicitur esse delectatio illa, sed aliter & aliter. Est enim visionis, vt in qua est: sed dilectionis, ut a qua est, & a qua tenetur & vigoratur. Ad hoc nanque tendit dilectio, vt per visionem delectetur in amato. Hinc paulopost denuo ait; Charitas coniungit nos Deo, sed non est ipsa coniunctio, quoniam coniunctio cō uenientis cum conueniente, in cognitione est. Nam solus intellectus est imago Dei. Hinc propriè loquēdo in sola cōiunctione imaginis ad id, cuius est imago, consistit fruitio. Sed verum est, quòd charitas mouet ad illam coniunctionem, & facit, ac tenet eā, propter quod frui, & delectari attribuitur ei. Hæc Antisiod.

Tres animæ dotes.

Ioh. 17.

Diony.

¶Qui de ista materia obscurè, & intricatè loqui videtur. Siquidem in tertia parte summæ suæ rursus sic arguit: Videtur quòd diffinitio Augustini data de frui, videlicet ꝙ frui est amore alicui inhærere &c. non sit conuertibilis cum diffinitio: quoniam fide, spe, charitate, intellectu, & sapientia delectamur in Deo propter seipsum. Ad quod respondet dupliciter. Primò, quòd in diffinitione illa amor sumitur largè, prout amor est in qualibet virtute, quoniā fides est amor primę veritatis, spes amor est summæ largitatis, & ita non sumitur ibi amor pro charitate. Non enim solùm ipsius concupiscibilis, sed etiam etiam potentiæ rationalis, & irrascibilis est, desiderare & amare. Nam & omnes homines natura scire desiderant, & desiderium illud est rationis. Potest quoque dici, quòd amor sumitur ibi ꝓ charitate, quàmuis enim fide, & spe, ac sapiētia Deo fruamur, maximè tamen charitate, bonum nanque quod est mediatus finis aliarū uirtutū immediatus finis est charitatis. fides autem immediatè est circa verum, sed appetit illud quoniam bonum, similiter spes immediatè se habet circa altum seu arduum, & appetit illud quia bonum, charitas verò appetit bonum quia bonum. Hinc frui per amorem charitatis potissimè diffinitur. Attamen quælibet virtus habet propriā delectationē propriumque amorē seu inclinationem. Porrò quòd ait Apostolus Philemoni, Ego te fruar in domino, intelligitur de fruitione respectiua, ut sit sensus: Fruar Deo in te, hoc est, respectu tui, videlicet ad gaudium Dei, vtilitatemque tui. Dicimus etiam, quòd virtutibus est fruendum, non obiectaliter, sed elicitiuè: quia virtutes eliciūt motus, quibus fruimur Deo. Potentijs verò fruendum est originaliter, quia sunt origines motuum, q̃ sunt fruitiones, quibus formaliter est fruendum, solo autem Deo obiectialiter, finaliterque fruendū est. Hæc Antisiodorensis.

Petrus.

Frui contingit qua tuor modis.

¶Cuius vltimo dicto concordat quod ait Petrus: Fruimur aliquo quatuor modis, videlicet effectiuè, vt potentijs: dispositiuè, vt habitibus: formaliter, vt actu fruitiuo, quo in Deo quiescimus: materialiter seu obiectiuè, vt Deo. Vnde cum quæritur, quo sit fruendum, intelligitur propriè quo, vt obiecto. Notandum ergo, quòd frui dicit quietationem fruentis. Porro quàm diu potest maius seu melius aliqd cogitari, mens non quietatur. Cumq; omne creatū sit terminatū, solo Deo fruendum est, qui solus est infinitus. Propter quod solus terminat appetitū, quoniā eo nil maius, aut melius cogitari, seu concipi potest. Hæc Petrus.

Bonauen.

Anſelmus

¶Præterea ei, quod dictū est ab Antisiodorensi, quamlibet virtutem habere suum amorem, & suā delectationem, videtur opponi quod ait hic Bonauētura: Voluntas secundum Augustinum amat sibi, ac alijs, atq; vt dicit Anselmus. Voluntas inclinat alias vires, & eis meretur. Ideò quietatio, & delectatio eius redundat in aliàs vires. Vnde sicut voluntas nō sibi cognoscit, sed ratio cognoscit sibi, ac voluntati: ita uoluntas sibijpsi, ac rationi delectatur, & rationē quiescere facit. Idcirco fide, & spe non fruimur ꝓpriè, & per se, quoniā vtraq; earū accipit rationē tēdentiæ a charitate. Hæc Bonauentura.

Dionyſius

¶Veruntamen vnamquanque virtutū habere in se & ex se propriam inclinationem, & delectationē in suo actu, & tendentiam quandam seu ordinationem ad suum obiectum, verius reor, prout hoc in tractatu de gaudio spirituali, & pacè interna diffusè probaui, cum & philosophus de virtute generaliter protestetur, quòd signum virtutis est delectatio siens in opere, & contemplatio summæ veritatis in seipsa delectabilis est. Actio quoque intellectus tendit in aliquem finem, in cuius adeptione, atque intuitu naturaliter delectatur. Nec minus delectatur uisus interior in aspectu pulchri intelligibilis, quàm visus exterior in prospectu pulchri sensibilis.

Dionyſius

¶Præterea, ꝙ Antisiodorensis, ait in diffinitione frui-

Sap 2. Bonauent. fruitionis prætacta, per amorem intelligi charitatem, dictum videtur loquendo de ordinata fruitione.aliàs verum non esset,cum impij creaturis,secundum quòd in libro Sapientiæ loquûtur:Venite,fruamur bonis quæ sunt.

Albertus. Thomas. ¶ Hinc asserit Bonauentura:Amor quo diffinitur frui, est communis ad amorem castum & libidinosum,quo anarus fruitur auro. Albertus quoque dicit per amorem intelligi charitatem.

¶ Insuper de hac materia scribit hic Thomas fruitio cosistit in operatione hominis optima, cum sit eius felicitas,quæ non consistit in habitu,sed in actu secundum Philosophum 10. Ethicorum. Optima autem operatio hominis, est actus altissimæ potentiæ,eius videlicet intellectus ad obiectum altissimũ, Ioh.17. quod est Deus.Hinc uisio deitatis ponitur tota substantia beatitudinis nostrę apud Ioannem:Hæc est uita æterna, ut cognoscant te. Ex uisione autem res uisa,uidelicet deitas, cum non uideatur per similitudinem,sed per essentiam,efficitur quodammodo intra uidentem:& ita est comprehensio seu tentio,quę 1.Ioh.4 succedit spei, consequens uisionem,quæ succedit fidei. Porro ex hoc,quòd res visa recepta est intra uidentem,vnit sibi ipsum uidentem, vt fiat quasi pene tratio quædam mutata per amorem,sicut dicitur in prima Iohannis: Qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo.Ex unione autem maxime conue- Thomas. nientis, sequitur delectatio summa, atque in hoc perficitur nostra felicitas, quam nominat fruitio ex parte sui complementi, quàm principij, quia delectationem includit. Hinc fruitio est actus voluntatis ex habitu charitatis, secundum ordinem ad potentias,& habitus præcedentes.Hæc Thomas.¶ Quietiam in prima parte Summæ quæstione 11. ait:Fruitio & fructus ad idem pertinere videntur,vel unum ex alio deriuatur: & quia sensibilia nobis sunt notiora, à sensibilibus fructus nomen fruitionis deriuatum videtur. Fructus autem sensibilis est, quod vltimum ex terra,uel arbore expectatur, & cum suauitate percipitur. Hinc fruitio pertinere videtur ad amorem vel delectationem,quam quis habet de vltimo expectato, quod est finis. Finis vero & bonum, est obiectum appetitiuæ potentiæ. idcirco ad eam spectat fruitio. Hæc Thomas. Qui super quartum & in Summa contra gentiles, de his plenius tractat. Ad quartum nanque magis pertinet ista materia.

Richard⁹ ¶ His concordat Richardus, non tamen in toto. Nam tenet quòd absolute voluntas sit nobilior intellectu,& quòd in actu uoluntatis principaliter consistat beatitudo. Thomas vero dicit vtriusque contrarium,quorum quid verius æstimetur,suo loco dicetur. Ait ergo Richardus: Frui in ipso fruente est vltimus actus fruentis, quem actum delectatio immediate concomitatur. Vltimus autem actus est, quo in obiectio quiescitur, qui esse non potest cognitiuæ potentiæ. Primò,quoniam actus cognitiuæ potentiæ non est vltimus. sed ordinatur ad Aristotel. actum appetitiuæ potentiæ, sicut cognitio ad amorem.Vnde secundum philosophum 3. de anima,appetitus sequitur cognitionem. Secundò, quoniam actum cognitiuæ non sequitur delectatio, nisi mediante actu appetitiuæ. Non enim delectamur, in Dionysius cognitis, nisi quia diligimus ea: nec delectamur in cognitione,nisi quia eam amamus. Hæc Richardus quibus concordat Bonauentura in huius quæstionis decisione.similiter Petrus,atque Henricus.

¶ Sed veri⁹ credo ꝙ absolutè loquẽdo, intellect⁹ sit ꝑstantissima potentia aiæ, & ꝙ in ipso subiectiuè sit vera felicitas,seu beatifica visio, præsertim quia philosophus 10. Ethicorum ex intentione aperitissimè docet, & probat hoc similiter Augustin.in multis locis hoc asserit,prout alibi,potissimè in tractatu de contemplatione,ostendi.Sed & Antisiod.in Summa sua sic tenet,& nunc breuiter tango,ꝙ omnis natura,& creatura in cęlo,& in terra, sortitur speciem a sua suprema, & vltimata perfectione formali intrinseca.Cum igitur homo speciem sortiatur ab intellectuali,seu rationali perfectione,à qua & eius differẽtia sumitur,vnde & rationalis creatura vocatur,cõstat,quòd intellectus seu ratio sit summa eius potẽtia.Nec obest,ꝙ voluntas de se libera est,& domina sui actus,quoniam illa eius libertas ratione refrenari,gubernariq; indiget,alioquin tyrannizat. Vnde Rõ voluntatẽ dirigit ne tyrannizet. voluntas de se cæca est:& comparatur tyranno, intellectus autem seu rõ,regi. Hinc & intelligentiæ ab intellectuali perfectione nomen,& speciẽ sortiunt, quemadmodum Auicenna & Algazel in suis metaphysicis.Auerrois quoque super tertium de anima, & alibi sæpe testantur.Hinc Plato in Timæo,& Phædone affirmat, ꝙ ex intellectuali perfectione conuenit nobis consortium cum diuinis.i.cum Deo,& intelligentijs. Idem ex verbis diuini Dionysij,ac Rabbi Moysi facile est probare.Hinc peripatetici cõmuniter,Alphorabius,Alexander, Auenpothe,Abubather, Theophrastus: Porphyrius quoque, Plotinus, Auicebron,Apuleius,Macrobiusque Platonici,in intellectu beatitudinem hominum, ac intelligentiarũ constituerunt.

Aegidius. Præterea circa hæc scribit Aegidius:Fruitio delectationẽ importat.Idcirco ad eam primo requiritur cognitio,sine qua nemo delectat: deinde ad eã requritur ꝙtatio tã ex parte obiecti,quod est vltimus finis i quo vltimate quiescit,q̃ ex parte delectationis, q̃ vt 7.dicitur Ethicorũ,magis est immobilitas q̃dã, & quies,q̃ motus.Idcirco ad voluntatẽ elicitiuè spectat fruitio.Veruntamen oĩs felicitas nobis possibilis,ex puris naturalibus hẽt esse in intellectu: qa oĩs talis felicitas,vel est actus prudentiæ,vt patet 1.Ethicorum de felicitate ciuili: vel est actus sapientiæ, vt patet 10.Ethicorum de felicitate cõtemplatiua. Felicitas autem, quam ex grã Dei consequimur, respectu cuius dr fruitio,in voluntate ꝑfectius,q̃ in intellectu cõsistit.Possumus ẽt dicere,ꝙ dato,ꝙ felicitas esset in intellectu,ita ꝙ actus intellectus esset felicitas,non tñ oportet,ꝙ fruitio esset in intellectu,sed sufficeret dicere,ꝙ fruitio, quæ delectationẽ importat,perficeret actum intellectus.Hæc Aegidius.

Durandus Ad fruitionem tria concurrũt ¶ Quibus consonat quod scribit Durandus: Ad fruitionẽ,inquiens,tria cõcurrunt:cognitio,delectatio, ꝙtatio. Cognitio aũt nõ est delectatio, sed hẽt se antecedenter ad eam,& põt esse sine delectatione delectatio autem se hẽt ad fruitionẽ, sicut genus ad speciẽ,sed quietatio se habet ad fruitionẽ,sicut differentia eius specifica. Est nanq; fruitio delectatio nõ quæcunque,sed appetitum quietans,propter, quod Auguſt. asserit Aug.Fruimur cognitis,in quibus voluntas delectata quiescit.Hæc Durandus.

Dionysius ¶ Itaq; quidã ꝓtractorũ doctorũ dicunt fruitionẽ esse actũ uoluntatis, seu amorosam inhęsionem, ad quam delectatio sequit.Alij, ꝙ fruitio sit delectatio ipsa,& diuersitas ista videtur in quid nominis sita.

Scotus. ¶ Hinc Scotus q̃rit, vtrũ fruĩ sit actus a uoluntate elicitus,an passio.i.delectatio sequẽs,et vr,ꝙ passio. Fructus.n.est vltimum,quod expectatus de arbore, sed ultimum quod expectatur in actibus aiæ,est delectatio,vt dicit 10.Ethicorum.¶ In oppositum est, qnia voluntas amat Deum,aut ergo ꝓp aliud, & sic vtitur

vtitur eo:aut propter scriptum, & sic fruitur eo, ergo frui est actus, quo Deus diligitur propter se. Adistud respondet, Dico ꝙ aliquæ autoritates dicunt ꝙ frui est actus voluntatis, quo fruitur bono ꝓp se: & aliquæ, quod est delectatio sequens hunc actum. & aliquæ, quòd comprehendit utrunque, videlicet actum & delectationem:Sumitur enim pro actu, cũ Augusti. in libro 83. quæstionum loquitur Augustinus: Omnis peruersio est vti fruendis, & frui vtendis.peruersio autem est actus, in quo est malitia quia voluntaria est delectatio autem non est voluntaria. nam talem actum,qui est boni propter se, necessariò sequitur delectatio.Item cum ait primo de doctrina Christiana,Frui est amore inhærere alicui propter se.Inhæsio nanque est actus, non delectatio: quia si esset delectatio, non esset ipsa inhæsio obiecti propter se: relata tamen ad obiectum, quia delectatio formaliter est ab obiectio, & non relata ad obiectum, vt ad finem. Sumitur quoque frui pro delectatione, cum primo de trinitate asserit Augustinus: Gaudium est frui trinitate.Accipitur etiam prout includit vtrunque,ab Augustino dicente. Fruimur cognitis,in quibus volũtas delectata quiescit. ¶ Si autem quæratur, Quæstio. cui nomen fruitionis primo conueniat: dico ꝙ hoc non habetur nisi ex modo loquẽdi grammaticè.Dicunt enim grammatici,ꝙ frui construitur cum ablatiuo ex vi transitionis, cum dicitur, fruimur Deo, Ideo ex modo loquendi sumitur magis, ꝓ actu transeũte in Deum. sed delectatio in Deo significat quietationem magis,quàm passionem.hęc Scotus.

Aristo. ¶ Qui insuper circa hæc scribit: Sicut in intellectu sunt duo actus,quorum vno assentitur uero propter se, & est intellectus ꝓincipiorum: & alius quo assentitur uero propter aliud, vt est veritas conclusionis,dependens ex veritate principij:sic in voluntate sunt duo actus, quia ut dicitur 6. Ethicorum, quod in intellectu est affirmatio & negatio, hoc in voluntate est prosequi,& fugere. Vnde in voluntate est unus actus, quo assentitur, uel adhæretur bono propter se:& alius,quo propter aliud. Veruntamen differentia est circa intellectum, & uoluntatem,quãtum ad duos hos actus,quoniam duo illi actus intellectus ex natura obiectorum sunt tales, ideo limitãtur ad certa obiecta, ut intellectus ad principia,scięntia ad conclusiones. Hinc intellectus est immediatorum, scientia mediatorum. Actus autem uoluntatis non est ex natura obiecti, sed voluntatis elicientis. Nam voluntas potest velle bonum quod est bonum propter se,propter aliud, & e conuerso. Ideo duo actus isti uoluntatis non requirunt determinata obiecta,sed ad omnia volibilia se extendunt. Insuper actus intellectus sufficienter diuiditur per actum assentiendi uero propter se, & per actum assentiendi vero propter aliud: sed velle bonum propter se, & velle bonum propter aliud, non necessariò nec sufficienter diuidunt actum uoluntatis. quod ostenditur sic, Ponatur ꝙ aliquid ostendatur voluntati sub ratione boni,sed non ostendatur quale sit bonum, vo luntas circa bonum illud potest habere actum non necessariò inordinatum: ergo nec actum vltra referendum, nec ibi fingendum: quia si haberet actum vlterius referendum, vteretur bono illo,sicq; apprehenderet illud vt bonum ad finem, cum possit contingere, ꝙ sit bonum propter se. Si autem haberet actum ibi sistendum,tunc frueretur illo, cum tñ possit contingere, ꝙ sit bonum ꝓp aliud. Hæc Scotus.

Dionisius carthus. ¶ Porro ꝙ in verbis præhabitis dicit delectationẽ non esse necessariam, non videtur intelligendum ꝙ displiceat aut prorsus inuolũtaria sit,sed quia naturaliter sequitur actũ tam conueniẽtẽ:quia vt 8.Metaphysicæ suæ Auicenna testatur, delectatio est con- Auicenna. iunctio conuenientis cum conueniente,quæ ex huiusmodi coniunctione orit.Nam decimo Ethicorum habetur,ꝙ operationes habẽt delectationes annexas specie differentes,sicut & operationes.

Albertus. ¶Postremo ad intelligendum ꝓhabita, aduertenda sunt,quæ circa hęc scribit Albertus Magnus:Frui inquit,est actus affectus seu voluntatis,sequẽtis actũ intellectus secundùm quod huiusmodi. Verum.n. non accipitur vt tantum in speculatione remaneat, quoniam speculatio de se non ponit inhæsionem, sed potest esse per distantiã rei a speculante. fructus verò ponit unionẽ,& gustum dulcedinis substantialis interiùs,fundatæ in rei complexione,atq; natura. Hinc perfectio inhæsionis in fructu, est penes actũ voluntatis.Quod si quæratur,Cur ergo frui non de- Quæstio. nominatur a uoluntate,sicut proprij actus potentiarum:communiter denominantur a suis potentijs,vt videre a visu,intelligere ab intellectu: dicendum, ꝙ duplices sunt actus potentiarum. Quidam enim sũt actus ipsarũ ꝑm ipsas,prout referũtur ad sua obiecta absolutè,& illi denominantur ab ipsis potentijs, vt videre,audire &c.Quidã verò actus sunt in potẽ- Potẽtiarũ aĩæ duplices sunt actus. tijs,secundum quod vna ordinatur ad aliam, & tũc aliquid præcedentis remanet in rõne,actus sequentis virtualiter,& tales actus q̃q; sunt in ordine cognoscitiuarum adinuicem tantum,vt scire,credere opinari,Scire enim est actus rationis, ꝑm ordinem ad intellectum. Quandoq; autẽ sunt in ordine motiuarum ad elicitiuas,sicut eligere,vti,frui, & illi nõ possunt ab vna vi denominari, quia non sunt vnius potentiæ absolutè,sed unius secundùm quod est ordinata ad alias.Iterum quæri potest,cur frui diffinia- Quæstio. tur per amorem, cum tria requirantur ad inhæsionis perfectionem,videlicet visio speciei,comprehẽsio per substantiam,& inhæsio per amorem. Præterea,omne peccatum separat nos a Deo,ergo per oppositum oĩs virtus coniungit Deo: ergo omni virtute contingit nos Deo inhærere, & non tantum amore.Rndendũ, ꝙ solus amor,q̃ charitas est,perfectam causat inhæsionẽ,qui cum sit cõpletiuus fruitionis, Frui cõuenientius diffinitur per amorem. specialiter ponitur in diffinitione ipsius. Aliæ verò virtutes, quamuis disponant ex parte subiecti, non tñ complent fruitionem,quod sic,visio dicit cõuersionem super præsentia tantum,comprehensio aũt, quæ succedit spei, dicit adhærentiã:sed amor eo ꝙ est vita stringens, & acutum mobile, penetransque amatũ,vt Dionysius ait,dicit inhærentiã. Itaque ad hoc,ꝙ virtus ponatur in diffinitione fruitionis,non sufficit,ꝙ simpliciter coniũgit nos deo.Est.n.duplex Duplex Dei & hominis coniunctio. cõiunctio,puta ꝓ meritũ,& quasi ꝓ quẽdã cõtactũ. Primo modo oĩs virtus Deo cõiungit.Sed ꝓ cõtactũ spũalẽ tripliciter contingit coniunctio, s.ꝓ psentiã: quod est,dũ intellectus attingit rẽ in sua essẽtia, sed non necessario tenet,ac habet eã.vnde assimilat cõtactui mathematico,in quo tñ ultima tãgentium simul sunt.Secunda est quasi per adhærentiam,& tentionẽ,& hre,& hic est tactus eius,q̃ succedit spei, assimilaturq; tactui cõpactorũ.Tertia est ꝓ inhærẽtiã, qũ vnũ quasi ingredit alterũ, & cõtrahit impressiones, & affectiones, a natura ipsius.Et hic est tactus amoris,& assimilat quasi tactui naturali,in quo tangentia imprimunt sibijnuicẽ suas proprietates.Porrò primus modus cõiunctionis, q̃ est per meritum, est vt materialis dispositio ad fruitionem.Secundus verò,& tertius propinquè se habẽt ad eam,sed quartus est completiuus ipsius.Hæc Albertus.

Soluuntur obiecta. ¶Nunc instantiæ sunt soluendæ, ad quarum primam

mam dicendum, ꝙ dum fruitio dicitur tota merces, sumitur prout beatificam visionem includit, & non solum pro actu seu delectatione voluntatis, sicut nunc sumpta est. Ad secundam, ꝙ clara illa intuitio diuinæ essentiæ, est substantialiter essentiale præmium, atque felicitas beatorum: non tamen vt sumitur cum exclusione dilectionis fruitiuæ eam sequentis, sicut nec alia opinio potest saluari, ꝙ in actu voluntatis, consistat felicitas cum exclusione delectationis. Ideo sicut alij dicunt, ꝙ in actu voluntatis beatitudo consistat, sic ꝙ ipsa dilectio delectatione perficitur & ornatur: sic dico quòd in visione præacta consistit felicitas, secundum quod visio illa tam dilectionem, quàm delectationem sequentes virtualiter continet, atque causaliter exerit, imò & inseparabiliter habet annexas, non velut extraneas additiones, sed tanquàm proprias decorationes, formatiuas & completiuas. Cognitio quippe sine dilectione informis, nec sine dilectione quietat. beatitudo autem mentis creatæ, non potest esse omnimodè simplex, quemadmodum increatæ felicitas mentis. Boethius. propter quod dixit Boethius, quòd felicitas est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Cũ itaq; dicitur ꝙ visio ordinatur ad amorem dico ꝙ non ordinatur ad amorem tanquã ad aliquod alienũm extraneum, sed tanquam ad proprium complementum, & actum concomitantem in se virtualiter comprehensum, atque ex se causaliter prodeuntem. & hoc non impedit, quin in visione sit sita felicitas. Tamẽ de hac re sio, aptiori q; loco exquisitior, Deo
3 præstante, erit discussio. ¶ Ad tertiam patet ex verbis Antisiodorensis responsio secundum vnam positionem, & ex verbis Alberti secundum alium modum. ¶ Ad quartam, ꝙ non quælibet delectatio annexa actui virtuoso sufficit ad rationem fruitionis: sed illa, qua formaliter, immediatè, & directè quietatur mens & quiescit in summo bono, quod non est omnium virtutum, sed theologicarum obiectum.
5 ¶ Idem dicendum ad quintam. ¶ Ad sextam, ꝙ visio
6 seu cognitio, prout in ea consistit beatitudo, videlicet prout modo præfato dilectionem, & delectationem includit, tanquam germina quædam ex se profluentia, concomitantia, seque ornantia, est optima, nobilissima, & sufficientissima actio animæ, Sic & donum sapientiæ salutaris, quæ nunquam informis est, seu mystica theologia, in qua consistit felicitas huius vitæ, charitatem suo modo includit.

QVAESTIO IIII.

Arguitur contra veritatem. QVarto quæritur, *An solo increato bono sit obiectiua fruendum.* ¶ Quam quæstionem sic formal Scotus, Vtrum obiectum per se, & formale, fruitionis sit vltimus finis. ¶ Videtur quòd non. Primò.
1 quia natura non tendit in impossibile, sed Deus in infinitum excellentior est omni creato, & creatura distat ab ipso infinitè. ergo non potest ipsum attingere. Nam & infinitum secundum philosophum pertransiri non potest. ¶ Secundò, capacitas mentis
2 creatæ est finita, sicut & eius essentia. ergo bono finito potest repleri & contentari. ¶ Tertiò, inter susceptibile & susceptiuum oportet esse proportionem, quia susceptiuum secundum philosophum non est ad quæcunque contingens, sed inter finitum & infinitum nulla est proportio. Mens ergo
3 creata finita, infiniti boni non videtur susceptiua. De ista materia iam dicta sunt multa, quæ non sunt iteranda.

¶ Itaq; Scotus ad istud respondet: Secundum Aui Scotus.
cennam, aliquid finitum potest esse obiectum ordinate fruitionis. Dixit enim vnam intelligentiam ab alia esse productam, & animas nostras ab intelligentia infinita, quam sphæræ actiuorum, & passiuorum dicit præesse. sicque affirmat intelligentiam producentem esse obiectum fruitionis intelligentiæ a se immediate productæ. Hanc autem opinionem Augus.
erroneam Scotus & alij doctores catholici concorditer, atque idoneè reprobant: tum quia in se falsa est, asserendo vnam intelligentiam esse productam & creatam ab alia, cum omnes simul sint immediatè a Deo omnipotente ac adorando creatæ: tum quia & dato quòd vna illarum esset producta ab alia, de siderabilius tamen & iucundius ei esset cognoscere primam causam eo modo, quo eam potest cognoscere, quàm quæcunque creata, quæ a dignitate & eminentia primi principij deficiunt infinitè. Intellectus quoque in cognoscendo non sistit, nisi ad primæ notitiam causæ deueniat, cum scire sit rem per causam cognoscere. Rursus, sicut omni finito intellectus potest aliquid maius excogitare, sic & voluntas aliquid maius appetere. Ideo in tali finito non conquiescunt.

¶ De hoc Gulielmus Parrhisiensis prima parte voGulielmꝰ.
luminis sui de vniuerso, diffusiùs scribit. Scotus.

Præterea circa hæc asserit Scotus, quòd ordinatæ fruitionis solus Deus seu vltimus finis obiectum sit, obiectum vero fruitionis incommuni sit bonum verum, & bonum ostensum a ratione errante, quod non est verum bonum, sed bonum, sed bonum præfixum: potest enim voluntas præstituere sibi quodcunque bonum tanquam finem. ideo bonum commune ad bonum verum & ad bonum præostensum & ad bonum præfixum, est obiectum fruitionis in communi. Ratio quoque Auicennæ non concludit: quia & dato ꝙ vna intelligentia produceretur ad alia, non tamen quietaretur in illa. Visus enim non quietatur in eo, a quo producitur, sed in visibili. Hęc Scotus.

¶ Cuius intentio est, ꝙ vltimus finis seu Deus sit Dionysius carthusianus.
formale & per se obiectum ordinatæ fruitionis: fruitionis vero inordinatæ obiectum sit id, in quo fruens sibi constituit erroneè vltimum finem, inhærendo illi magis, q̃ Deo: porro obiectum fruitionis communiter sumptæ sit bonum prætacto modo generaliter sumptum.

¶ Insuper ad quæstionem hanc Thomas respon- Thomas.
det: Frui aliquo tripliciter dicitur. Aut sicut obiecto, & sic solo Deo fruendum est: quia ad bonitatem Dei ordinatur tota bonitas vniuersi, sicut bonum totius exercitus ad bonum principis, vt dicitur vndecimo metaphysicæ. Alio modo sicut habitu Augusti.
eliciente actum fruitionis, sicq; beatitudine creata, & charitate fruendum est. Tertio vt instrumento, & sic fruimur potentia, cuius actus est fruitio. Itaque solo Deo quieffectiue facit beatum, obiectaliter est fruendum. Hæc Thomas.

¶ Qui & in Summa sic ait: Ad rationem fructus p Vltimum. dupliciter dicitur e
tinent duo, videlicet ꝙ sit vltimum, & ꝙ appetitum quadã dulcedine, seu delectatione quietet. Dicitur autem aliquid vltimum dupliciter, scilicet simpliciter, & secundum quid. Simpliciter, quod ad aliud non refertur. Secundum quid, quod est vltimum aliquorum. Quod ergo simpliciter est vltimum, in quo quis delectatur tãquam in vltimo fine, hoc propriè dicitur fructus, & eo quis dicit proprie frui. Porro quod in seipso non est delectabile, sed tantùm appetitur in ordine ad aliud, sicut potio amara ad sanitatem

nitatem, nullo modo fructus dici potest. Quod verò in se habet, quandã delectationem, ad quam quædam præcedentia referuntur, potest aliquo modo dici fructus, sed non propriè, & secundum completam rationem dicimur eo frui, quia adhuc aliquid expectatur in quo finaliter quiescitur. Hæc Thomas.

Aegidius. Bonũ hoĩs quadruplex. ¶ Insuper circa hæc scribit Aegidius: Aliquid dicitur bonum nostrum, & diligibile a nobis, quatuor modis. Primò per accidens, quia quamuis in se non habeat vnde amet, tamen in ordine ad aliud ipsum diligimus, ut potionem amaram per respectũ ad sanitatem. Secundò, quia in se habet vnde amet, vt potio dulcis. Tertio, quia est causa bonitatis formaliter, sicut scientia est causa, quòd sumus scientes. Quartò, quia est causa bonitatis efficienter, S. Diony. sicque Deus est causa omnis boni. Et hæc duo vltima membra tangit Dionysius 11. de diuinis nominibus cap. Et quia fruitio quietationem includit, ideò illo duntaxat bono fruimur, quod ad aliud non refertur, quod est bonum perfectum, & increatum.

Quæstio. ¶ Si autem quæratur an beatitudine sit fruendũ, distinguere possumus. Nam diligere aliquid multipliciter potest intelligi, vel dilectione formaliter, vel voluntate instrumentaliter, vel diligibili tanquã obiectio. vnde diligitur dilectione, diligo voluntate, & diligo diligibili. Ita fruor fruitione seu beatitudine formaliter, & fruor potẽtia, atq; virtutibus Diony. quasi instrumentaliter. Hæc Aegidius.

¶ Qui etiam asserit, quòd in illis quatuor modis prætactis, quibus aliquid dicitur bonum, & diligibile nobis, secundus includit primum, tertius secundum, & primum, quartus tres præcedentes. qđ non videtur, si modi illi accipiantur propriè, & præcisè, seu per exclusionem sui oppositi. sic enim secundus non includit primum, cum formaliter opponantur: & multo minus Deus dicitur bonum p accidens, seu bonum nostrum formaliter, cum non sit forma inhærens, quòd si dicatur, quòd Deus sit bonum nostrum formaliter, non inhærenter, sed exemplariter, ille modus cum quarto coincidit.

Richardꝰ. ¶ Prædictis concordat Richardus, & addit: Solo Deo fruendum est secundùm perfectam rationem fruitionis, quæ tamen perfectio habet gradus: Ait Augustin. enim Augustinus libro de doctrina Christiana: Cũ adest quod diligitur, delectationem secum gerit, p quam si transieris, eamque retuleris ad id, ubi manendum est, vteris ea: nec propriè, sed abusiuè diceris frui: si verò inhęseris, atque permanseris, finem in ea ponens lætitiæ, tunc verè & propriè frui dicẽdus es, quod non est faciendum, nisi in illa trinitate. i. summo & incommutabili bono. Non enim nisi in re nobilissima, quæ per voluntatem potest attingit, statuendus est vltimus finis, cuius rei anima capax est, cum sit illius imago, quod etiam summum bonum solum potest quietare mentis affectũ. ideò eò duntaxat fruendum est, quia fruitio est vltimus actus appetitiuæ potentiæ, quo delectabiliter quiescitur. Hinc primò confessionum Augustinus loqui Augusti. tur Deo: Fecisti nos domine propter te, & inquietũ est cor nostrum donec perueniat, & conquiescat in te. vnde in libro de spiritu, & anima fertur: Tantæ dignitatis est rationalis creatura, vt nullum bonum queat ei sufficere præter summum: quod etiam persuadet experientia quando homo experitur in se, ꝙ quantumcunque cogitet magnum bonum finitum, semper inuenit appetitum suum paratum ad aliquid maius, & eminentius appetẽdum. Nullo ergo creato finaliter obiectaliterque fruendum est. Nec obstat, quòd Tullius ait in sua Rhetorica, Expetendorum tria sunt genera. Vnum, quod propter se expetendum est, vt virtus & scientia. Aliud, quod propter alterum tantum, sicut pecunia. Tertium, quod propter vtrunque, vt amicitia. Virtus nanque & scientia dicuntur appetendæ propter se, ideò per se seu per non accidens tantum, vel quia habent in se, vnde alliciant, & amentur, quàmuis nullum aliud bonum inde proueniat, & sequatur. Hæc Richardus. Cicern.

¶ Hinc pulchre scribit Bonauentura: Solo Deo Bonauen.
propriè est fruendum, prout frui dicit motum, seu actum cum delectatione, & quietatione. Sed communiter accepto frui, prout dicit motum cum delectatione tantum, sic omnibus, quæ præsentialiter spiritualiterque delectant, & coniuncta sunt fini, cuiusmodi sunt dona, & fructus, ac beatitudines, potest homo non indebitè frui. Huius ratio est, quia nihil potest animam sufficienter finire, nisi bonum ad quod est, quod est summum, & infinitum bonũ, excedens animæ vires. Naturalis nanque cognitio animæ, est cognitio non arctata. Vnde nata est quodammodo cognoscere omnia. Hinc non impletur cognitio eius, nisi cognoscibili in se omnia cognoscibilia continente: & quo cognito, omnia cognoscuntur. Similiter affectio animæ nata est diligere omne bonum, ergo nullo bono sufficienter finitur affectus eius, nisi quod est bonum omnis boni, & ꝙ est omnia in omnibus, quod est Deus excelsus, & Exodi. 37.
glorioſus, qui in Exodo locutus est Moysi: Ego ostẽdam tibi omne bonum Denique ad hoc, ꝙ anima finiatur, necesse est ipsam finiri secundum existimationem. alioquin non esset beata, nisi se existimaret beatam. existimatio autem animæ supergreditur omne finitum, quoniam omni finito potest maius cogitari: ergo solùm infinitum, & incircunscriptibile bonum potest animam sufficienter finire, quietare, & felicitare, quod etiam necesse est propter perfectam delectationem. Ad delectationem enim concurrit delectabile, & quod coniunctio eius, qui delectatur in illo. omne autem, quod delectat animam, delectat in ratione boni, & pulchri, & quoniam solus Deus est ipsa bonitas, & pulchritudo, idcirco in solo Deo perfecta consistit delectatio. Quod & ra- Deus unitur animę perfectissimè.
tione coniunctionis, ita se habet: solus etenim Deus perfectissimè coniungitur animæ, vt pote secũdum ueritatem, & intimitatem. Nam propter suam simplicitatem, & spiritualitatem illabitur animæ, estque intimior ei, quàm ipsa sibi. Veruntamen ipsa cum sit finita, nõ capit bonum infinitum, nisi finitè. Sed quoniam bonum illud est infinitum, ideò anima ab ipso totaliter absorbetur, vt iam eius capacitas vndique terminetur. vnde non tantum gaudebit, sed (vt ait Anselmus) in gaudium domini introibit. quòd si tan- Anselmus Matth. 25.
tum caperet, & non vinceretur, & absorberetur, adhuc posset insurgere appetitus eius ad amplius aliquid capiendum. Hæc Bonauentura.

¶ Porrò Durandus circa hęc scribit ſpecialia, quę- Durandus
dam, dicẽs quod immediatum obiectum fruitionis nõ est Deus, sed actus, quo Deus immediatè attingit & quòd obiectum fruitionis remotũ, sit solus Deus. Duplex est finis.
Ad quod probandum, præmittit quòd duplex sit finis. Vnus est res assecuta, sicut finis auari est pecunia. Alius est assecutio rei, sicut finis auari est possessio pecuniæ. Simili modò finis creaturæ rationalis sicut res assecuta, est Deus: sed finis eius, vt assecutio, est actio, seu uisio, qua Deum assequimur, obtinemus, & beatificè possidemus. Itẽ cũ oẽs actus uoluntatis

fun-

fundat radicaliter in amore, sciendum q̃ duplex est amor, videlicet bñuolentiæ, & cõcupiscẽtiæ. Id amamus amore bñuolentiæ, cui volumus aliquod bonũ vel aliquam perfectionẽ. Ipsum vero bonum, quod uolumus nobis ipsis aut amicis, amamus amore cõ cupiscentiæ. hoc prẽmisso propositum sic. Immediatum obiectum amoris concupiscentiæ non est res subiecto distincta a concupiscente: sed fruitio cum sit delectatio de Deo in Deo habita, est quidam amor concupiscentiæ: ergo immediatum obiectum fruitionis vel delectationis non est Deus, cum ipse sit res a nobis subiecto distincta: sed é aliquis actus, quo Deus a nobis attingitur, vel habetur. Maior probatur inductione. Nam diligo vinum dilectione cõcupiscẽtiæ. Nunquid immediatum obiectum huius dilectionis est uinum? certe non, sed vsus gustantis. Non enim diligo uinum immediatè, sed vinum gustare, & idem est in omnibus alijs. Ratione probatur. Id amatur amore concupiscentiæ, quod est bonum, aut perfectio, quam nobis volumus, uel amicis: sed res subiecto distincta, nunquam est bonum nostrum nisi ratione actus, quo nobis coniungitur, sicut panis non est bonum nostrum, nisi quia eo reficimur, & ipsa non coniunctio est bonum nostrum immediatè: ergo res subiecto, distincta a concupiscente, non est immediatum obiectum amoris concupiscentiæ. Minor quoque probatur: quia fruitio vel delectatio, aut concupiscentiæ amor est, aut beneficentię. Non potest dici q̃ sit amor beneficientię, quo velimus aliquod bonum Deo: quoniam delectatio de Deo habita, correspondet desiderio de ipso habendo. sed per tale desiderium non desideramus aliquid Deo, sed nobis, videlicet videre ipsum. ergo delectatio de Deo habita, non est amor beneuolentiæ ad Deum, sed amor concupiscentiæ retortæ ad nos.

Dionysius Carth. cõtra Durandum Deus est immediatũ fruitionis obiectum.

¶ Hæc autem Durandi opinio videtur irrationabilis & absurda. Primò, quoniam Deus in communi & approbato modo loquendi asseritur esse obiectũ immediatum, proprium & formale theologicarum virtutum & actuum earundem. Secundò, quoniam amor, quo Deum diligimus, tanto est purior, perfectior, atque diuinor, quo minus ad se reciprocus & reflexus, & quo minus amori concupiscentiæ ad se retorto admixtus, prout viri contemplatiui doctissimi & desuper illustrati, Bernardus Vercellensis, Hugo, Casfianus, Climachus, Ioannes Ruysbroc & alij multi cocorditer docent. Amor autem beatorum quo diligunt Deum, purissimus est. deiformis, nil habens de concupiscentia, reflexione, & priuato amore directè admixtum. Tertiò, quia beati sunt ad Deũ purè, perfectè, totaliterq; conuersi, atque in ipsum purissimo intuitu & affectus transformati. Idcirco se totos, & omne commodum suum, omnem actum & vniuersam beatitudinem suam syncerissime, ac integerrimè referunt finaliter, inauertibiliterq; in Deũ & ad ejus honorificentiam. Idcirco eorum actui & amori, fruitioni & contemplationi in nil de concupiscentia commodi sui ad se retorti miscetur. & de hoc pulchrè, & profundè sanctus scribit Bernardus in libro de amando Deum, & super Cantica. Similiter Vercellensis, atq; Richardus de sancto Victore, libro de laudibus charitatis, dicentes q̃ sicut Deus omnipotens, & sublimis omnia amat propter seipsum, sic sancti & perfecti, præsertim beati, seipsos & omnia sua diligunt purè & impermixtè in Deo & propter Deum. Et q̃is optent, seu ament beneficia Dei, ac dona, & præmia eius, hoc tamen non venit ex priuato amore, imò nec principaliter, aut directè ex naturali sui dilectione, sed ex charitate purissima: qua totis præcordijs diligunt Deum pure in se & propter se, non vt eo fruantur: imò quia diligunt eũ, cupiunt ei vniri, eoq; frui & glorificari ab eo & totum hoc ad ipsum Deum finaliter referunt, quem admodum omne creatum ad increatum bonum est purè ac integrè referendum, & quia non possunt Deum plenè, totoq; posse honorare, habere, amplecti & æternaliter possidere. nisi eũ clare conspiciãt, ac eo fruantur, ac glorificentur ab ipso, ideo optant seu amant eum per speciem intueri, ipsoq; beatificè frui, ita q̃ hanc ipsam fruitionem, & visionem referunt prorsus purè in Deum, sicq; sint ei omnino subiecti. Non ergo finaliter amant Deum, quia cupiũt eum uidere. hoc enim esset increatum bonum re ferre ad bonum creatum & ad commodum suum, & vti Deo. Sed diligunt Deum, quia uolunt ei quod ipse est & quicquid est ad gloriam & honorẽ ipsius. Amare enim (secundum Philosophum) est alicui bonum velle. Sic quoque finaliter desiderant Deum, non quasi aliquid perfectionis sit ei addendum, sed vt ab ipsis modo iam tacto glorificaadum syncerissimè propter seipsum.

Contẽplatores aliquot insignes.

Bernardus Vercellen. Claraual.

Quid sit amare.

¶ Insuper, quod ait Durandus, Id quod amatur amore concupiscentiæ, non differre subiecto a concupiscente videtur erroneum. Amore enim concupiscentiæ amamus equum, vestem, argentum, quæ extra nos sunt. Vsum quoque talium sæpe appetimus alijs. Nec vinum amamus solum propter ipsius gustum, imò interdum vt indigentibus, & infirmis exhibeatur, aut in Dei sacrificio offeratur, Denique multa alia, quæ non videntur posse saluari, scribit in huius quæstionis solutione Durandus, inter cætera dicens: Omnis amor habet aliquid complexum pro obiecto, quia voluntas sequitur actum intellectus componentis, & diuidentis. sed Deus vt sic, est aliquid incomplexum. Quocirca reor dicendum, q̃ sicut quædam est operatio intellectus, quæ vocatur simplex, aut simplicium apprehensio: sic quædam est appetitio, seu dilectio voluntatis, consequens huiusmodi apprehensionem. Simili quoque argumento argui posset, q̃ visio Dei non posset esse amoris, aut fruitionis obiectum, cum uisio sit quid incõplexum.

Error Durandi. Amor cõcupiscẽtiæ nõ semper est alicui subiecto distincti.

¶ Præterea, sicut præhabitũ est, sanctus Thomas, Bonauentura, Antisiodorensis & alij prælegati, dicunt solo Deo obiectiuè, & materialiter esse fruendum: beatitudine vero creata, seu beatifica visione atque fruitione formaliter tantũ. Ideo Thomas non dicit q̃ Durandus eum dixisse allegat. ¶ Et rursus Bonauentura hic scribit: Beatitudo creata non finit appetitum per se, sed per coniunctionem cum beatitudine increata. Vnde anima ipsa diligit propter Deũ, non propter se. Albertus etiam ait q̃ cum dicitur, fruimur creatura, ablatiuus ille construi potest in ratione formæ, vel in ratione obiecti, seu efficientis. & primo modo locutio vera est, alio modo falsa. Postremò, id cuius actus vsus seu fructus amatur amore concupiscẽtię, & amore cõcupiscentiæ amari cẽsetur: sicut qui amat cibi, aut potus degustationẽ amore cõcupiscentiæ, ẽt cibũ & potum tali amat amore. Si ergo visionem, aut fruitionem Dei diligimus amora cõcupiscentiæ, vt dicit Durãdus. sequit q̃ & Deũ ita amemus, qđ esset Deo vti, & seipsũ Deo pferre.

Thomam a Durãdo non recte allegatũ.

Albertus.

¶ Nunc soluendæ sunt instantiæ primo factę. Ad quorũ primã dicendũ, quod q̃is Deus sit infinitè p fectior creaturis, rõnalis tñ creatura ad eius similitudinẽ facta, ipsum p cognitionẽ & amorẽ põt attingere nec est localis distãtia. Nihilo minus cognitio illa etiam beatifica mentis creatæ, a perfectione increatæ

Responsio ad 1. instãtiam.

2 tæ cognitionis Dei deficit infinitè. ¶ Secunda instantia, ex præinductis verbis Bonauenturæ soluta est, quam, & Durandus soluit, dicendo, quòd capacitas vuluntatis terminari potest per aliquod finitum informatiuè: quia tam fruitio voluntatis, quàm visio intellectus est aliquod finitum, sed id, quod terminat capacitatẽ intellectus, ad voluntatis obiectiuè oportet esse infinitum: cuius ratio est, quòd obiectum intellectus est ens secundum omnem rationẽ entis: & obiectum uoluntatis, est bonum secundum omnem rationem boni. Idcirco nil potest obiectiuè terminare capacitatem intellectus, & uoluntatis nisi contineat in se rationem, & perfectionem omnis entis, & omnis boni.

3 Finiti ad finitũ qualis possit esse proportio.

¶ Ad tertiam, quòd inter finitum, & infinitum nulla est proportio naturalis atque vniuoca, sed benè, imitatiua, & analogica, loquendo de analogia modo superius introducto.

Gulielmꝰ Parrhisiẽsis.

¶ Porro vt præhabita clarius intelligantur, addẽdum quòd quamuis modo negatum sit immediatũ obiectum fruitionis esse visionem Dei, non Deum, nihilominus fateor tam visionem, quàm fruitionẽ, seu delectationem posse secundum se considerari, ita quòd erit huiusmodi considerationis obiectum, ex cuius consideratione orietur mox gaudium speciale, prout Gulielmus Parrhisiẽsis diffusè ostendit in tractatu de gaudijs supercœlestibus. Sed ita loquendo, de actibus illis, seu delectationibus, utendum est ipsis, non propriè fruendum: quoniam ordinantur ad increatum obiectum, sicut ex verbis Bonauenturæ nunc patuit.

Thomas. Actus intellectus super se reflectuntur Taranta.

¶ Vnde Thomas affirmat: Actus voluntatis, sicut, & intellectus, super seipsos reflectuntur. Volo enim me velle, & amo me amare. sed frui est actus voluntatis, ergo aliquis fruitur sua fruitione.

Isaiæ. 51.

¶ Hinc ait, & Petrus: Delectationem summam sequitur quædam iucunditas, seu gaudium ex conuersione intellectus, super illam delectationem, & in hoc completur fruitio, & est quasi fructus eius, quòd scit se delectari. Idcirco frequenter a sanctis fruitio illa gaudium, & lætitia appellatur. Vnde Isaias dicit: Gaudium, & lętitiam obtinebunt.

Albertus.

¶ Insuper circa hæc scribit Albertus: Cum dicitur, amor diligitur amore, & non est diuersus amor in actu verbi, & in materia actus, & in habitu a quo egreditur actus ille, sed vnus & idem, aliter & aliter signatus. Vnde sicut non est diuersa visio, qua uideo parietem, & video, me videre, & sicut non est diuersus intellectus, quo intelligo hominem, & intelligo me intelligere: sic non est diuersus amor quo amo Deum, & quo amo amare me, vel amorem meum. Et hoc quidem multi dicunt, sed tamen non multi intelligunt. Causa autem huius est, quia cum dico, intelligo hominem, transit vis intellectiua in hominem per actum intelligendi, qui est ab intellectu. Igitur secundum rationem prius, est in actu eadem uis, & acceptio ipsius. Sic etiam est ex parte virium motiuarum, cum dico, amo Deum. Transit enim vis amoris, seu uis affectiua in Deum, per actum amoris, sicque eodem actu tranfit in obiectum, nec est amor diuersus. Hæc Albertus.

Diony. cõtra Albertum.

¶ In cuius verbis duo videntur obscura. Primũ, quòd dicit non esse diuersam uisionem qua quis videt parietem, & qua videt se videre. Cum enim visus exterior, sic vis organica materialis, non est reflexiua super proprium actum. Idcirco non videt quis, corporali visu visionem sui corporei uisus seu visiuæ potentiæ: nec obiectum visus, quod est coloratum, aut lucidum, extendit se ad huiusmodi visionem. Ideo sicut non continetur sub obiecto visiuæ potentiæ, sic nec corporali visione videtur. ¶ Secundum est, quod dicit, non esse diuersum intellectum, seu intelligendi actum, quo quis intelligit hominem, & intelligit se intelligere, nec diuersum esse amorem, quo amat Deum, & quo amat se, amare, aut suum amorem. Dum enim intelligit quis se intelligere, reflectit se super proprium actum intellectiuum, in qua reflexione actus ille habet rationem obiecti: qui actus sic sumptus, alia consideratione, & intuitione attenditur, per quam consideration tanquam per medium, uis intellectiua fertur in actum illum veluti in obiectum: nec aliter esset ibi reflexio super proprium actum. Et idem est de actu voluntatis. Ratio quoque Alberti, qua dicit, Cum dico, intelligo hominem, transit uis intellectiua, in hominem per actum intelligendi &c. hæc inquam ratio, non videtur plus obtinere, nisi quòd idem numero sit actus intelligendi, quo sum formaliter intelligens, & quo intelligo ipsum obiectum: non autem, quòd sit idem numero actus, quo intelligo obiectum, & propruim intelligẽdi actum per reflexionem super ipsum. Et hoc æstimo verum, quanquam, & Thomas in Summa videatur sentire sicut Albertus.

QVAESTIO V.

Arguitur contra veritatem.

QVinto quæritur, *An beati, vna, & eadem fruitione fruantur diuinæ essentia, & persona, imo, & vtra super benedicta incomprehensibili trinitate.* ¶ Videtur quòd non. Primò, quoniam diuinæ, & adorandæ personæ per relatiuas proprietates abinuicem distinguuntur: ergo sub eadem ratione non potest quis frui eisdem, quemadmodum nec cognoscere, cum fruitio visionem, seu cognitionem, sequatur. Secundò, quoniam actus distinguuntur per obiecta, ergo trium suppositorum non est vna fruitio. Tertiò, quoniam bonitas, dulcedo, seu veritas, quę ponitur fruitionis obiectum ac ratio, non eodem modo conuenit eis, sed patri a se, ideſt non ab alio: filio autem a patre, & spiritui sancto ab vtroque. ergo nec vna fruitione quis fruitur eis.

1

2

3

Albæspõder.

¶ Ad hanc respondet Albertus: Dum quęritur, an fruamur personis in eo, quòd personæ sunt: dicendum, quòd si ly in eo, dicit rationem obiecti fruitionis, non fruimur personis in eo, quòd personę sunt. Si autem dicit indifferentiam, & identitatem personæ ad obiectum fruitionis, sic fruimur personis in eo, quòd personæ sunt. Licet enim fruitio per se sit Dei, inquantum est summũ bonum, non tamen est Dei per consequens, & personæ per accidens: quia in Deo non est consequens vniuersale ad particulare, sed idem: similiter in Deo non accidentale, sed idem. Ideo fruimur Deo, & personis, inquantum idem sunt cum summo bono. Itaque fruimur patre, determinatè, non quidem secundum quod ad filiũ est, sed inquantũ ipse relatus ad filium, est summo bono idem per essentiam. Hęc Albertus.

Thomas.

¶ Porrò Thomas respondet: Vna fruitione fruimur tribus personis, cuius duplex est ratio. Vna ex parte diuinæ essentiæ. Obiectum enim fruitionis est, bonitas summa, quæ cum sit eadem numero in tribus personis, ipsarum est una fruitio. Secunda ratio sumitur, ex parte proprietatum. Nam ut ait Philosophus. Qui noscit vnum relatiuorum, cognoscit, & reliquum. Et sic cum tota fruitio originetur, ex uisione, qui fruitur uno relatiuorum, inquantum huiusmodi, fruitur reliquo, Personæ

Vna est trium personarũ fruitio.

Aristotel. in li. de categoriis.

autem

autem diuinæ distinguuntur tantum secundum relationes. Ideo in fruitione unius includitur fruitio, alterius, sicq; est una fruitio trium, sed ratio prima est melior, quæ tangit rationem obiecti, a quo actus suscipit vnitatem.

Richard⁹. Aegidius. ¶Idem dicit Richardus, Aegidius quoque, qui addit istud ex tribus posse probari. Primò ex parte fruibilitatis, quæ est proprietas summæ bonitatis, cui propter se inhæretur amore: quæ cum sit vna in tribus personis, vna est earum fruitio. Secundò, ex parte fruibilis, quoniam tres personæ sunt, vnus omnium intellectualium creaturarum finis, in quo solo vltimatè, atque plenariè quietantur. Tertiò, ex parte fruentium. Nullus enim quietatur in duobus, in eo, quòd duo, aut in pluribus in eo quòd plura. Vnde sicut vnum, est vniuersorum principium, ita, & vnus omnium finis, ad quem omnia reducuntur. Item sicut adoratio respicit maiestatem, ita fruitio bonitatem: hinc sicut tribus personis, propter unam maiestatem adoratio, vna debetur, ita vna fruitione frui eis debemus propter vnam earum indiuisibilem bonitatem. Hæc Aegidius.

Antisiod. ¶Antisiodorensis verò sic arguit: Frui est amore alicui propter se tantum inhærere. si ergo fruendũ est filio, filius diligendus est propter se, non igitur propter patrem. Ad quod respondet, quòd filius diligendus est propter se tantum. nec tamen sequitur, quòd non propter patrem, quia non excluditur pater, cum sit idem finis qui filius. Porro cum dicitur, pater diligit filium propter filium, ly propter accipitur priuatiuè, & est sensus: diligit filium non propter aliud. Cum autem dicitur Deus esse diligendus propter beneficia sua, ly propter non dicit causam finalem, sed materialiter incitatiuam. Cum verò asserit Augustinus, Vna sola Dei imago colenda est, quæ est id, quod Deus pater, quæ non pro patre, sed cum patre colenda est: sensus est, q̃ pater, & filius sunt colendi, vt unus omnium finis. Hæc Antisiodorensis.

Quòd Deus diligat propter beneficia.

Augusti.

Scotus. ¶At verò Scotus circa hæc quærit, Vtrum in obiecto fruibili sit aliqua distinctio, ita vt voluntas eo fruatur secundum vnam rationem, & non secundum aliam. Et arguit primo, quòd sic. Primo Ethicorum habetur, quòd sicut ens, & verum sunt in omni genere, ita & bonum. Cum ergo Deus, & diuina essentia, quæ sunt fruibilia, habeant bonitatem substantiæ, & relationis, habent duas rationes secundum quas sunt fruibiles. Præterea, sicut verum, & vnum conuertuntur cum ente, ita & bonum. sed vnitas translata ad diuina est essentialis, & personalis. sunt enim ibi tres, unitates, ergo & tres bonitates, ergo Deus secundum vnam est fruibilis, & nõ secundum alteram. aut si secundũ utranque, hoc est secundũ plures actus fruendi. Ad hæc dicit, quòd quatuor assignantur distinctiones in diuinis. Vna essentiæ, & personæ, alia personarum inter se, tertia attributorum inter se, quarta idearum ab essentia. Primò ergo considerandum, an viator fruitione imperfecta possit alia fruitione frui essentia, & personis, alia quoque fruitione vna persona, & alia fruitione alia, deinde de fruitione perfecta. Dico ergo, q̃ viator potest frui essentia, non fruendo persona. Potest enim Deum absolutè considerare, non cogitando de relatione, nec eam negando: & ferri in Deum amore, ac frui eodem, quemadmodũ philosophi in lumine naturali conceperunt Deum, absolutè vt summum bonum. Cumque relatio non sit de ratione essentiæ, aut deitatis, potest Deus, seu essentia, ac bonitas summa, sine conceptu relationis considerari: non autem potest viator frui persona diuina, nisi fruendo essentia, quia persona in sui ratione includit essentiam. Secundo dicendum, quòd viator potest frui vna persona, non fruendo, alia, & hoc ordinatè: quia vna persona potest intelligi non intellecta alia, quamuis intellecta vna persona, necessario concomitetur alia, eo quòd relatiua sunt, & intellectualiter concomitentur, ut terminantes respectum. non tamen oportet propter hoc, quòd viator fruatur, & alia illa persona, sicut, & frui possimus creatore, non fruendo creatura, ad quã refertur creator. Item, saltem duę personæ, scilicet pater, & filius, possunt intelligi non intellecta tertia: quia nec pater, vt pater, nec filius, vt filius, refertur ad spiritumsanctum. Ecclesia quoq; habet speciales orationes ad personas: & offerendo præces vni personæ, non oportet intelligere alias. Tertiò inquirendum, an per omnipotentiam Dei possibile sit, beatum seu comprehensorem frui essentia, & non frui persona: aut frui vna, & non alia. Et dicunt quidam quòd non, quia essentia diuina non est nisi in personis. talis etiam visio esset imperfecta, ergo, & fruitio eam sequens. Mihi autem uidetur, quòd non includat contradictionem, quòd Deus ex potentia sua absoluta causet in intellectu alicuius beati visionem diuinæ essentię absque visione personæ, & similiter visionem vnius personæ sine visione alterius, & similiter de fruitione. Nã pater æternus formaliter beatus est actu intrinseco sibi proprio. Non enim productione filij est formaliter beatus, quoniam sicut pater non sapit sapientia genita, ita non est beatus beatitudine genita: sed quicquid est intrinsecum patri, prius est, prioritate originis in patre, quàm producatur filius sub omni ratione perfecta: aliter non esset perfectè beatus in illo priori originis, & in illo priori pater habet essentiam, non vt communicatam filio, & spiritui sancto, sed ut in se tantum: & ipsa ut talis, est summè amabilis, & fruitionis obiectum. ergo pater potest eam ut sic, ostendere alicui beato, qui sic frueretur ea, non fruendo persona. Sic quoque posset ostendi vna persona, ut summum bonũ, absque alterius uisione. Nec ualet quod opponitur, quia relatiuè dicuntur adinuicem. Non enim sequitur, uideo te patrem, ergo uideo filium tuum. Hæc Scotus.

Quatuor distinctiones in diuinis.

Dionysi⁹. Diuina nõ curiosè scrutãda Isaiæ. 40.

¶Cuius positionem non nisi breuiter tango, & recitatiuè. Materia enim profunda est, & non uidetur mihi securum, considerationem nimis profundare in ea, aut uelle metiri abyssum, & determinare quid omni potentia, super glorioſissimi Dei possit, & quid in cęlestibus illis ciuibus fieri queat. Vnde de his, & consimilibus tutius est reuerentiale silentium, quàm curiosum, aut præsumptuosum scrutinium. Idcirco penſare debemus illud libri Sapientiæ. Difficile inuenimus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore. quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum domine quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de cœlis? Hinc diuinissimus, & illuminatissimus Dionysius, & post eum Damascenus, sapienter dixerunt: Non esse audendum, aliquid de supersubstantiali deitate affirmare, præter ea, quæ nobis in scripturis sunt tradita.

Sapien. 9.

Dionysi⁹. Damasce.

¶His, quoq; a Scoto hic dictis, obuiat quod Hericus quodlibeto secũdo, quęstione septima, qua quęritur, an beati unico intuitu uidẽt tres personas distinctæ,

Henricus.

Persona itelligitur ſ Deo dupliciter. ctè, scribit, dicendo: Persona in Deo non potest itelligi, nisi dupliciter, scilicet, aut vt respiciens alteram aut vt subsistens in diuina essentia. Et hoc secundo modo quilibet beatus videt tres personas intuitu vnico, non vt distinctas, quia in essentia vnum sunt. Qui autem primò modo videt aliquam, non videt eam nisi vt relatam, & sic vt distinctam: quia non nisi relatione personali distinguitur a persona, dicente Boethio: Essentia tenet vnitatem, relatio multiplicat trinitatem. Natura autem eorum, quæ non intelliguntur nisi ex relatione ad alterum, talis est, quod intellectus vnius dependet ab intellectu alterius, ita quod qui nouit vnum, nouit & reliquum, vt in prædicamentis habetur. Idcirco dicendum, q̃ tres diuinæ personæ a beatis non nisi vnico intuitu possint videri. Omnes enim vnum sunt in diuina essentia, & inter se referuntur, pater ad filium, atque vterq; ad spiritumsanctum. Cumq; arguitur, q̃ plura non videntur vno intuitu, respondetur, q̃ verum est de pluribus pęnitus absolutis, non respectiuis. Hæc Henricus, cuius responsio consonat dictis a Thoma, alijsq; præfatis.

Boethius

Philosop.

Soluitur argumẽta ¶Instantiæ, autem in exòrdio factæ, solutæ sunt. Quamuis enim personę abinuicem distinguantur, tamen in bonitate communicant: quæ quamuis aliter sit in patre, aliter in filio, ac spiritu sancto, quantum ad hoc, quod pater non habet eam ab alio, sicut filius habet eã a patre, & spiritus sanctus ab vtroque, est tamen realiter bonitas vna, ac summa.

Albertus. ¶Postremo, q̃ viatores dicitur vna fruitione tribus frui personis, quidam intelligunt de vnitate fruitionis actuali, vel habituali, & sicut in tribus supbeatissimis personis est summa æqualitas, consubstantialisq; vnitas, eademq; perfectio, sic eis æqualiter est fruendum, non magis vna, quàm alia, vt declarat Albertus.

QVAESTIO VI.

EXto quæritur, an fine vltimo seu summo bono voluntati creatæ, clarè ostenso, possit ipsa voluntas ipso non frui. ¶ Videtur, quòd imò, quia uoluntas ex sua natura est liberrima virium aiæ, ergo a quocunque obiecto sibi ostenso potest se liberè auertere. Secundò, liberum est quod potest in vtrunque oppositorum, nec determinatum est ad vnum illorum, ergo voluntas potest se a fine sibi ostenso tam liberè auertere, quàm libere potest se ad illum conuertere. Tertiò, natura & voluntas sunt principia opposita, vt secundò dicitur Physicorum. Natura aũt determinatur ad vnum, vt fertur ibidem, non ergo voluntas necesitatur ad alterum oppositorum, præsertim cum necesitas, & libertas mutuò opponantur. Quartò, secundum Augustinum primo libro Retractationum, Nihil tam est in potestate voluntatis, quàm ipsa uoluntas, quod intelligendum est de voluntate quantum ad actum ipsius, non quo ad eius naturam, potest ergo actum suum elicere, & cohibere, proposito sibi quocunque obiecto. Quintò, secũ dum philosophum tertio de anima, Potentiæ rationales se habent ad oppoſita, uoluntas est potentia rationalis, vtpotè in superiori animæ parte fundata. Hanc quæstionem non vidi hic motam, nisi a Scoto, & suis. Henricus autem, Thomas & alij alibi mouent eam.

1 Arguitur contra veritatem.

2

3 Philosop.

4 Augusti.

5 Philosop.

Scotus. ¶Itaque Scotus respondet: Dicunt aliqui, quòd contingit loqui de fine dupliciter: aut de fine ultimo obscurè cognito, aut clarè viso. Si primo modo, adhuc dupliciter: aut de fine vltimo obscurè cognito in vniuersali, aut in particulari. Primo modo de ipso loquendo, videlicet obscurè cognito in vniuersali, dicunt quòd voluntas necessariò frui tur eo, seu ei inhæret, & sic necessrio, seu naturaliter appetit illum: quia ut dicitur secundo Physicorum, Sicut se habet principium in speculabilibus, sic finis in operabilibus. Vnde sicut intellectus naturaliter assentit primis principijs speculabilium, sic voluntas adhæret vltimo fini operabilium, qui est fœlicitas, quam homo naturaliter appetit. Porrò de fine in particulari obscurè cognito, dicũt quòd non est necesse frui eo. Si autem loquamur de fine vero, & summo clarè ostenso, sic ille cui ostenditur finis ille, aut habet uoluntatem tali obiecto proportionata per charitatem, aut non: si sic, & finis videt practicè sub ratione finis, tunc non potest non frui eo, ita quòd implicèt non frui eo: quia in fine sic apprehenso non occurrit aliqua ratio mali, neque defectus boni. Si verò voluntas non sit proportionata illi obiecto per charitatem, vt potè in puri naturalis bus stans, non potest frui eo: quia supernaturaliter agere, præsupponit supernaturaliter esse. Hæc est recitatio Scoti. Qui consequenter contra opinionem hanc arguit, Primò ex auctoritate Augustini prætacta. Secundò, quia si uoluntas sic necesitaretur ad volendum vltimum finem in vniuersali, semper teneret intellectum in consideratione finis illius. Tertiò, quia vniformiter, & semper æquè intensè ferretur in vltimum finem ita in vniuersali conceptum, quod enim necessariè agit, agit secundum vltimum suæ potentiæ. Deinde probat, quod voluntas p charitatem proportionatam vltimò fini clarè ostenso, non necessariè fruitur illo: quia charitas eadem est, siue finis ostendatur clarè, siue obscurè: ergo nõ magis necessariè mouet ad fruitionem obiecti clarè ostensi, quàm obscurè visi.

Philosop.

Scotus.

Dionysius

¶Alia multa similia contra prædicta obijcit Scotus, cuius motiua non nisi breuissimè tango, breuitati in omnibus, pro viribus studens. Tenetque Scotus, quòd non est necessarium, voluntatem frui fine vltimo in vniuersali ostenso, & obscurè viso, quoniam sicut est in potestate voluntatis auertere intellectum a cognitione actuali finis sic cogniti, & ita per consequens non frui eo, ita etiam est in potestate voluntatis, q̃ non fruatur in tali fine, quamuis sic ostendatur ab intellectu: quia nihil tam est in ptãte voluntatis, vt actus eius. ¶Consequenter dicit, q̃ voluntas eleuata, per charitatem, non necessariò fruitur fine vltimò sibi clarè ostenso: qa non est necessitas eliciendi actum ex parte principij eliciendi. Nã charitas eadem est, qñ finis vltimis clarè videtur, & qñ obscurè. Ideò sicut non elicit necessariò actum fruitionis, quando finis obscurè videtur, ita nec qñ clarè ostenditur. ¶Insuper dicit, q̃ non sit impossibile, voluntatem non eleuatam per charitatem, frui fine vltimo sibi clarè ostenso: quia uoluntas circa obiectum obscurè visum, potest habere actum fruitionis &c. Hæc est positio Scoti, quam eius sequaces diffusiùs prosequuntur.

¶Nunc tãgã quid sanctus doctor sup his sentiat, Itaq; in secunda parte Summæ suæ, q̃stione 10. quærit an uoluntas ad aliquid naturaliter moueatur. Ad quod respondet, Sicut ait Boethius in libro de duabus naturis, & Philosophus 8. Physicorum, Natura multipliciter sumitur. Primò, pro principio intrinseco rerum mobilium, quod est materia, aut forma naturalis, ut patet ex secundo Physicorum, Secundò, pro vnaquaque substantia, seu quolibet ente, sicque id est naturale rei, quod conuenit ei secundum suam substantiam, & hoc est, quod per se ineſt rei. Porrò

Thomas. 1.2.q. 10. 8 1.

Boethius

Naturæ Multiplex acceptio.

in omnibus ea, quæ non per se insunt, reducuntur in aliquid, quod per se, ineſt tanquàm in primum. Hinc ita accipiendo naturâ, oportet, quòd ſemper Principium in his, quæ conueniunt rei, ſit naturale, quemadmodum principia intellectualis cognitionis ſunt naturaliter nota. ſimiliter principium motum voluntariorum, oportet eſſe aliquid naturaliter volitum. Hoc autem eſt bonum in communi, in quod voluntas naturaliter tendit, ſicut & quælibet potentia in ſuum obiectum, vltimus quoque finis, qui ſe ſic habet in appetibilibus, vt prima principia demonſtrationum in intelligibilibus: & vniuerſaliter omnia, quæ conueniant volenti ſecundum ſuã naturam. Non enim per voluntatem appetimus ſolum ea, quæ pertinent ad potentiam voluntatis, ſed & ea, quæ conueniant potentijs alijs, vt cognitionẽ ueri, & eſſe ac viuere, & conſimilia, quæ conſiſtentiam reſpiciunt naturalem, quæ omnia comprehenduntur ſub voluntatis obiecto, velut quædam particularia bona. Conſequenter, ad aliam quæſtionẽ reſpondet: Voluntas mouetur dupliciter. Vno modo, quantum ad exercitium actus, & ſic a nullo obiecto ex neceſsitate mouet. Poteſt enim, quis de quocunque obiecto non cogitare, & per conſequens, illud non velle. Aliò modo quantum ad actus ſpecificationem, quæ eſt ex obiecto, ſicque ab aliquo obiecto de neceſsitate mouetur, & ab aliquo non. In motu nanque cuiuslibet potentiæ a ſuo obiecto, conſideranda eſt ratio, per quam obiectum mouet potẽtiam, ſicut viſibile mouet viſum ſub ratione coloris actu viſibilis. Vnde ſi color viſui proponatur, ex neceſsitate mouet viſum, niſi quis viſum auertat, quod ſpectat ad exercitium actus. Si autem aliquid proponeretur viſui, quod non omnibus modis eſſet color in actu, ſed ſecundum aliquid eſſet talè, & ſecundum aliquid non talè, non ex neceſsitate viſus talè obiectum videret, intendendo in illud ſecũdũ, id quo non eſt coloratum in actu. quemadmodum autem coloratum, eſt viſus obiectum, ſic bonum, obiectum eſt voluntatis. Hinc ſi proponatur aliqd obiectum voluntati, quod ſit vniuerſaliter bonum, & ſecundum omnem conſiderationem, voluntas ex neceſsitate in illud tendet, ſi aliquid velit. Non enim poteſt vellè oppoſitum. Si autem proponatur ſibi aliquod obiectum, quod non ſecundum quamlibet conſiderationem ſit bonum, non ex neceſsitate voluntas feretur in illud, quia defectus cuiuſcunque boni habet rationem non boni. Ideò ſolum illud bonum, quod eſt perfectum, & cui nil deeſt, eſt tale bonum, quod voluntas non poteſt non vellè, quod eſt beatitudo. Alia autem quælibet particularia bona, inquantum deficiunt ab aliquo bono, poſſunt accipi ut non bona: ſicque repudiari a uoluntatè, quæ poteſt in idem diuerſimodè ferri ſecundum diuerſas conſiderationes. ſicque finis vltimus ex neceſsitate mouet voluntatem, quoniam finis ille eſt bonum perfectum. Conſormiter illa, quæ ordinantur in hunc finem, ſine quibus finis iſte haberi non valet, vt eſſe, viuere, intelligere, atque ſimilia. Cætera verò ſine quibus finis poteſt haberi, non neceſſariò vult, qui vult finem. Hæc Thomas in Summa.

¶In qua etiam, quinta quæſtione, ad quæſtionẽ, qua quærit, an omnes beatitudinem appetunt, ſic reſpondet: Beatitudo dupliciter poteſt conſiderari. Primò ſecundum communem beatitudinis rationem, ſicque neceſſe eſt, vt omnis homo beatitudinem velit. Ratio autem beatitudinis communis, eſt quòd ſit bonum perfectum. Cumque bonum ſit volũtatis obiectum, perfectum alicuius bonum eſt, quod voluntati eius totaliter ſatisfacit. Hinc beatitudinem appeterè non eſt aliud, quàm optare, vt voluntas ſatietur, quod quilibet vult. Aliò modo poſſumus loqui de beatitudine ſecundum ſpecialẽ rationem, quantum ad id, in quo beatitudo conſiſtit: & ſic non omnes cognoſcunt beatitudinem, qa ignorant cui communi ratio beatitudinis competat: & per conſequens, quo ad hoc, nec omnes eam volunt, aut cupiunt.

¶Inſuper, ad quæſtionem eandem ſuper quartum magiſtralius reſpondens, differuit: In omni ordine mobilium, & motorum, oportet ſecundos motores ordinari in finem primi motoris, per diſpoſitionem eis a primo motore impreſſam, vt patet, cum anima ſeu voluntas, mouet manum, & manus baculum, qui percutit, quod eſt finis a uoluntate intentus, manus ac baculus tendunt ad finem a volũtate intentum, per hoc quòd voluntas imprimit eis mediatè, vel immediatè. Sed hoc diſtat inter motus naturales, & violentos, quòd in motibus uiolentis impreſſio relicta a primo motore in ſecũdis motoribus, eſt eis præter naturam. Hinc operatio cõſequens ex tali impreſſione, eſt eis difficilis, & laboriosa. In motibus autem naturalibus impreſſio relicta in ſecundis motoribus a primo motore, eſt eis conueniens, & ſuauis. Propter quod dicitur a Sapiente, quod Deus omnia ſuauiter diſponit, quoniam vnaquæque res ex natura ſibi diuinitus indita, tendit in illud, ad quod per diuinam prouidẽtiam ordinatur ſecundum exigentiam impreſſionis receptæ. Et quoniam cuncta a Deo procedunt, inquantum bonus eſt, prout Dionyſius, & Auguſtinus affirmant; hinc omnia creata ſecundum impreſſionem a Deo creatore receptam inclinantur ad bonum appetendum ſecundum modum ſuum, vt ſic in rebus circulatio quædam inueniatur, dum a bono egredientes, reuertuntur, aut tendunt in illud. Denique, circulatio iſta in intellectualibus creaturis perficitur, quæ cognoſcendo, & amando ſummum bonum attingere queunt, in quo conſiſtit eorum felicitas. In cæteris, verò manet imperfecta, quia non ad ipſum creatorem, ſed ad aliqualem eius ſimilitudinem, aut participationem attingunt, vt irrationalia. Ideò ſicut quælibet res alia naturaliter appetit ſuum bonum, ita quælibet rationalis creatura naturaliter cupit felicitatem. Hinc Auguſtinus 13. de trinitate teſtatur, quòd ſi minus dè quo ibi loquitur dixiſſet, omnes vultis eſſe beati, non miſeri, dixiſſet aliquid, quod ſi minus, omnes in ſua voluntate, ſic eſſe nouiſſent. Boethius quoque libro tertio, de conſolatione, probat, quòd mentibus omnium hominum veri boni cupiditas naturaliter eſt inſerta. Verum autem bonum vocat beatitudinem. Præterea Thomas ſuper quartum, diſtinctione 48. ſoluendo quæſtionem, an deitas poſſit videri a malis ſine gaudio, ait: In quolibet appetibili, ſeu delectabili, duo poſſunt conſiderari, videlicet id, quod appetitur, ſeu delectabile eſt, & ratio appetibilitatis, vel delectabilitatis. Quemadmodum autem (ſecundum Boethium in libro de hebdomadibus) id quod eſt, habere aliquid poteſt præter id, quod eſt, ipſum verò eſſe nil aliud præter ſe habet admixtum: ita id quod eſt appetibile, vel delectabile, aliquid aliud poteſt habere admixtum, vnde non ſit delectabile, ſeu appetibile, ſed id, quod eſt ratio appetibilitatis, vel delectabilitatis, nil habet nec habere poteſt admixtum, unde non ſit appetibile, aut delectabile. Res ergo, q̃ ſunt delectabiles, per participationem boni-

bonitatis, quæ eſt ratio totius appetibilitatis, & delectabilitatis, poſſunt apprehenſæ non delectare. Cumque Deus ſit eſſentialiter ipſa bonitas pura, nõ poteſt deitas ipſa ſine gaudio uideri ab aliquo. Hæc Thomas.

¶Cuius dicta uidentur ſolidioribus, ac verioribus fundamentis inniti, quàm prætacta opinio Scoti. Sed, & ſcripta Petri, Aegidij, & Richardi conſonant Thomę.

¶Henricus autem quodlibeto 12. ſoluens hanc qnæſtionem, an Deus facere poſſit, quòd intellectus uideat ipſum clare, per ſpeciem, & tamen uoluntas non diligat eum, ait: Quamuis uoluntas ad quodcunque ordinetur in volendo, liberè uelit illud, aliter tamen ordinatur in uolendo finem, & aliter in uolendo id, quod eſt ad finem. Ad finem autem, licet ſic ordinetur, ut liberè velit eum, non tamen ſic, ut poſſit ipſum velle ex libero arbitrio, vt eſt flexibile ſecundum effectum ad oppoſita. Imò, ſic ordinatur ſolummodo ad ea, quæ ſunt ad finem. Omne nanque quod vult ex libero arbitrio, vult per electionem: & quod ſic vult, poteſt liberè velle, & non uelle. Nemo autem poteſt aliquid liberè, uelle, & non velle, niſi ex duplici cauſa. Primò, quia ſimul uidet in ea rationem boni, & mali, vt dum quis intelligit fornicationem ſub ratione delectabilis inordinati. Secundò, quia in eo quod intellectus uidet, vt bonum, videt etiam diminutum, cuius diminutio eſt defectus bonitatis, & quoddam malum: & tale bonum diminutum, eſt omne bonum, quod eſt ad finem. Ideo libero arbitrio poteſt a uoluntate appeti, inquantum bonum: & non appeti, ſecundum quod malum. Cũque in Deo intellecto ſub ratione boni, ab intellectu ſub ratione, qua practicus eſt, non poteſt aſpectus fieri niſi ad bonũ, & impoſſibile eſt quod aſpectus ſiat ad malum, quia in ipſo eſt perfecta ratio omnis boni, nullaque ratio mali, aut defectus: ideo dico, quòd ſimpliciter impoſſibile eſt, quòd intellectus videat Deum vt finem (quod propriè ad intellectum pertinet practicum circa amabile, cum ſit finis, in quo eſt perfecta ratio omnis boni) & q̃ uoluntas nolit ipſum, imò neceſſe eſt, quòd uelit ipſum ſtatim, ac diligat, nec ab ipſo clarè viſio auerti poteſt voluntas. Hæc Henricus. Cuius poſitio videtur concordare, cum Thoma in re, quamuis, non omnino in verbis. Nam dicit uoluntatem, ad finem ultimum libere ferri, Thomas autem naturaliter, & ex neceſsitate, quod concordatur, ſi libertas illa coactionem tantum excludat. Sic enim beati in patria Deo glorioſo, & ſancto liberè perfruuntur. Itaq; eſt tenendum, quòd uoluntas naturaliter velit beatitudinem, & ultimum finem, ſeu bonum in generali, ſecundum modum in verbis Thomæ expreſſum: & item, quòd ſummo bono ſibi clare oſtẽſo, non poſſit non affici, ſed mox de neceſsitate diligit illud, & delectatur in ipſo, ac fruitur ipſo, ſi habeat charitatem, imo ſi impio deitas oſtenderetur, tam clarè, ille delectando in ea, de ſua (ut probabile eſt) culpa doleret, quòd vana, & uilia prætulerit tam ſuperpulcherrimæ, ac incomparabiliter optimæ deitati, ſicque charitatem, acquireret, nec ſola naturali dilectione afficeretur, ad illam. Præterea cum pulchrum, & bonum naturaliter delectet atque illiciat intuentem, obiectum illud bonitatis immenſæ, ac pulchritudinis infinitæ oſtenſum, & uiſum clarè, affectum conſpicientis mox prorſus, accenderet, alliceret, abſorberet, & vinceret, ſicut, & ſupra ex uerbis Bonauenturæ, inductum eſt: nec poſſet non complacere, non delectare, non occupare totaliter intuentem. Et hoc ſanctus Bernardus, Hugo de ſancto Victore, & alij magni patres ſenſerunt. Imò, vt ſanctus ille Bernardus in libro de conſideratione teſtatus eſt, aliqui in profundiſſima Dei miſericordia, ita præueniuntur interdum, & rapiuntur in Deum, ut iam quaſi ſopita arbitrij libertate, non poſſint non inflammari, & abſorberi in illo. ſicque etiam, quo ad exercitium actus, quo dammodo, quadam neceſsitate mouentur a ſummo illo obiecto ad horam. Vnde & Bonauentura refert ſe uidiſſe fratrem Aegidium, unum de primis ſocijs, ac fratribus ſancti, Seraphicique Franciſci, tam aſſiduè, ac frequenter rapi, & raptum in Deum, quòd uitam angelicam potius, quàm humanã inter homines ducere uidebatur. veruntamen quidam doctores, ut Thomas, de Argentina, imaginantur, q̃ Deus excelſus poſſet ſe clarè oſtendere menti impij, & damnati, ſub ratione ulciſcentis iuſtitiæ, ſicque uideri, & nihilominus odiri ab ea. Ad quod primo arbitror reſpondendum, quòd non minor eſt pulchritudo, & amœnitas diuinæ iuſtitiæ in ſeipſa, q̃ diuinæ, & increatæ ſapientiæ. propter quod ſi ſapientia clarè uideri non poſſet, quin delectaret, ſequitur, quòd nec iuſtitia ſine delectatione poſsit uideri. Deinde caſus illæ impoſsibilis æſtimatur a multis, quòd ſcilicet mens creata poſſet Deum, clarè cõſpicere ſub ratione ulciſcentis iuſtitiæ, & non ſub ratione bonitatis, ac pietatis immenſæ. Vnde Henricus, quodlibeto 13. mota hac quæſtione, an Deus poſsit uideri a beato ſub ratione ueri, abſque hoc quòd uidetur, ab eo ſub ratione boni, ſatis profundè, & ſapienter reſpondet: In Deo propter pluralitatem, & diſtinctionem proprietatum, & attributorum, nulla eſt diuerſitas neque diſtinctio, niſi ſecundum rationem, & conſiderationẽ intellectus, & ſecundum rationes attributales. Ideo cum diuina natura intellectui beato obiectiuè, ſe repræſentat ut unum ſimplex, ſub una ratione ſimplicisſima tantum, uidelicet ſub ratione eſſentiæ, quæ naturaliter eſt ratio, ſecundum quãm de quacũque re primus conceptus natus eſt, formari ab intellectu, ita ſi intellectus apprehendens diuinam naturã ſub ratione eſſentiæ ſtet in ſola apprehenſione tali, & nequaquam operetur ulterius ſuæ conſiderationis, intuitu circa ſic apprehenſum, nequaquam apprehendet, aut decernet, aliquam uniuerſalitatem rationum in illa: quia nec eſt illa, ſecundum naturã, niſi uirtualiter, & ſecundum actum conſiderantis, & diſtinguentis illas in ipſa eſſentia, quaſi determinantes, & contrahentes eandem, cuiuſmodi ſunt, uiuere, & intelligere, quæ ſignantur per modum actus: & uita, ac intelligentia, quæ ſignantur per modum habitus: ſed non eſt ibi contractio, aut determinatio ex natura rei. In diuina nanque natura quantum eſt ex parte ipſius, non eſt niſi una ſingularitas ſimplex ſine omni ratione uniuerſalis, ſine qua non eſt determinatio neque contractio. Idcirco in uiſione beata non eſt conſideratio intellectus, circa ea, q̃ ſunt in Deo diſcurſiua, neque eſt ibi, uia inueſtigationis unius rationis poſt aliam, ſed ſimplex, & una tota ſimul de neceſsitate. ergo beatus unico ſimplici intuitu uidet in diuina natura omnes alias rationes ſimul, & earum pluralitatem, diuerſitatem, diſtinctionem, quæ etiam nullo modo poſſent uideri, niſi ipſis rationibus ſimul uiſis, ac ſi ſecundum rem eſſent, in diuina natura, ſeque ex natura rei offerrent intellectui, & mouerent eum ad uidendum eas. Propterea dico non eſſe

Volũtatis eſt aliquod obiectum naturale.

Beatitudo dupliciter mouetur.

art. 8.

Bernard⁹.

Bonauen.

Thomas. Argenti.

Henricus quod 13.

An Deus videri poſſit ſub rõne veri & nõ boni.

Dionyſi⁹.

Gandau⁹ quod 12.

Volũtatis libertas ex duplici cauſa dependet.

Dionyſi⁹.

Augusti.

Boethius

q. 2. Tho.

In appetibili duo conſiderãtur.

Boethius Deitas ſine gaudio non videtur.

Motus naturalis, ac violẽti differentia.

Sap. 8.

S. Dionyſius. Auguſti.

12. q. 10. a 2

Voluntas dupliciter mouetur.

Dionysius

possibile ut Deus uideatur a beato sub ratione veri- abſq; hoc, ꝙ videatur ab eo sub ratione boni. Hæc Henricus, qui loco prælegato istud diffusius probat, atque declarat, ex quo simili ratione sequeret, quòd Deus non posset per speciem a quocunq; intellectu creato sub ratione iustitiæ vlciscentis, abs que hoc, quòd videret sub ratione bonitatis, ac pietatis parcentis.

Solutio rationum Scoti.

¶ Nunc rationes soluendæ sunt, & ad primam dicendum, ꝙ voluntas liberrima est a coactione, & respectu mediorum ad finem, tamen ad beatitudinem

Voluntas ad vltimũ finem non est libera.

& ad vltimum finem habet inclinationem habitudinemque innatam naturalem, ac modo præfato necessariam. Porrò respectu mediorum ad finem habet se ad opposita, & per hoc patet ad secundam solutio. Nam & in beatis, præsertim in Deo, est summa libertas, qui tamen a vera beatitudine auerti nõ que unt. Ad tertiam, ꝙ voluntas, & natura sunt distincta causandi principia, qm̃ aliter fiunt, quæ naturali

Volũtatis, ac naturæ conuenientia & distinctio.

ter, quàm quæ voluntariè producuntur: tamen in quodam conueniunt, præsertim quia, & ipsa voluntas in aliqua fundatur natura, & quædã vis naturalis consistit. Ideò modum naturæ aliquo modo participat secundum quod proprietas causæ, ac prioris a causato, & posteriori participatur. hinc voluntas, circa summum bonum per modum naturæ mouetur. Ad quartam, quòd nihil tam est in potestate voluntatis, vt ipsa, respectu mediorum ad finem, & eorum, quæ subiacent electioni. Si autem quis velit asserere, quòd voluntas in omni actu suo sit ad oppositа simpliciter libera, sequeretur ꝙ nec beati essent confirmati in gratia, & gloria. Per quod patet ad quintam responsio.

Soluuntur argutiæ Scoti.

¶ Consequenter argumenta Scoti soluenda sunt, & nunc primum eius argumentum ex prætactis ver

Voluntas viatoris instabilis. Sapiẽ. 9.

bis Augustini sumptum, solutum est. Ad secundum dicendum, quòd voluntas hominis in hac vita naturaliter est instabilis, ac prona ad malũ. Corpus quoque corruptibile aggrauat animam. Idcirco ab affectu vltimi finis actuali cito dilabitur, sicut & intellectus a consideratione quacunque primorum principiorum, seu aliorum, quibus tamen naturaliter, & de necessitate consentit. Dictum est quoque, quòd voluntas quantum ad exercitium actus, non de necessitate mouetur ab obiecto in hac uita, & secun-

Thomas. Quõ quod naturale ẽ semper in ẽt.

dum cursum communem. Thomas verò respõdet, quòd in rebus naturalibus, id quod est naturale quasi consequens formam, tantum semper inest, vt calor igni: quod autem naturale est quasi materiam consequens, non semper actualiter, sed interdũ potentialiter tantum inest. Nam actus est formæ, potentia autem materiæ. Hinc pertinentia ad motum, seu consequentia motum in rebus naturalibus, nõ semper insunt, sicut ignis non semper mouetur sursum, sed quando est extra locum suum, similiter nõ oportet quod uoluntas, quæ de potentia in actum reducitur, quando uult aliquid, semper actu velit: sed solũ, quando est in aliqua dispositione determinata. Ad tertiam, quòd agens purè naturale, non impeditum agit secundum extremum sui posse: sed tale agens non est voluntas, quæ & multa habet retrahentia a boni amore.

¶ Insuper quod arguitur de charitate, ꝙ sit eadẽ dum finis ostenditur clarè, & qñ obscurè, ergo non magis mouet ad fruitionem obiecti clarè, q̃ obscu-

Contẽplatio diuinorũ affectũ accendit.

rè ostensi, faciliter soluitur. Cum enim obiectum voluntatis sit bonum intellectualiter apprehensum, constat, quòd quantò contemplatio intellectus fuerit clarior, tantò affectio voluntatis plus inflammatur, vehementiusque impellit ad fruitionem, seu unionem dilecti: quod & in hac vita sæpius experimur, in viris præsertim heroicis, qui frequenter ex illuminatione diuina, & vnctione superna tam valẽtissimè accenduntur, ꝙ exteriora sui feruoris indicia reprimere nequeunt: quantò magis ex intuitione Dei per speciem, incomparabilis, æstuantissimus, inauertibilis, & prorsus prædominans ardor amoris in voluntate consurgit? De hoc multa scribit Richardus de sancto Victore, loquens de charitate extatica, amoreq; heroico, ostẽdens quomodo taliter amans interdum non solum ex aspectu dilecti, sed & rei consimilis ei, vehementer ardescit, impetuosè mouetur, ita vt aliqñ quasi insanire videatur. Nec solum ex charitate procedit, ꝙ uoluntas circa vltimũ finem sic necessariè afficitur, & mouetur, sed & partim ex influxu obiecti, partim ex naturali impressione voluntati innata, ex primi causalitate motoris, sicut ex verbis Thomæ est declaratum. Postremò, ꝙ Scotus dicit nõ esse impossibile, uoluntatem nõ eleuatam per charitatem frui fine vltimo clarè ostẽso, non videtur: cum secundum Augustinum frui sit ali cui propter se, per amorem inhærere, quod de amore infusò gratuito, vtpotè charitate, secundum doctores communiter sumitur: & ad minus certũ est, quòd nec meritoriè in hac vita, nec beatificè in patria, nec alicubi propriè possit, quis Deo frui sine charitatè.

Richardus

Voluntas charitatis expers deo nõ fruitur.

QVAESTIO VII.

Argnitur contra veritatem.

SEptimo quæritur, *quibus conueniat fruitio, hoc est, qui verè, & propriè frui dicantur, & primò, an deus fruatur seipso.* ¶ Videtur, quòd non, quia frui est finis, & ipso fine fruendum est, Deus autẽ non habet finem, cum ipse sit omnium vltimus finis. Quæritur etiam, an in summa, & supereſſentiali trinitate vnaquæque diuina, & increata persona fruatur seipsa, & vtraque alia. Videtur, quòd non, quoniam frui est alicui propter se, tantum inhærere amore. Si ergo quælibet adoranda persona sibi ipsi vltimate, ac tantum inhæret, non fruitur alia. Præterea, quicquid filius est, & habet, accepit a patre: ergo totum debet ad patrem referre, & non sibipsi in hærere, ergo vtitur se, & fruitur patre. Conformiter argui potest de spiritusancto respectu patris, & filij. Et multa circa hæc quæri possunt, quæ partim patent ex litera, & partim præhabita sunt. Idcirco sine argumentationibus breuiter respondendum.

Ioh. 5.

Rãsio Autisiodorẽ. Personæ diuinæ seinuicẽ, ac seipsis fruuntur.

¶ Itaque ſm Antisiodorensem in Summa sua tertio libro: Personæ in diuinis fruuntur seinuicem, & quælibet fruitur seipsa, nec sequitur, Pater diligit filium propter ipsum filium, ergo non propter se patrem. In talibus enim sermonibus per dictionem exclusiuam, seu per præpositionem hanc propter, aliẽ personæ non excluduntur, cum trium superuenerabilium personarum sit una bonitas, & amabilitas summa, atque (vt tactum est) cum dicitur, pater diligit filium propter filium, ly propter, priuatiuè tenetur. nec notat causam finalem, vt sit sensus. Diligit filium propter filium. i. non propter aliud.

Aquinas.

Frui diuersis diuersimodè conuenit.

¶ Præterea, qualiter diuersis diuersimodè competat frui, & qualiter diuersi diuersimodè fruant, breuiter docet Thomas, dicendo in Scripto: Fruitio importat delectationem in fine, loquendo. ſ. de fruitione, q̃ conuenit creaturis. Delectatio aũt esse nõ põt nisi in cognoscente, pp quod Plato dixit, ꝙ delectatio est generatio sensibilis in naturam. i. quæ sentitur

Plato.

tur naturæ conueniens. Cumque creaturæ insensibiles non cognoscant, non delectantur, neque fruuntur. Item Fruitio propriè loquendo est tantum vltimi finis, quem bruta non apprehendunt, nec finem proximum ordinare possunt ad vltimum finem, cũ careant ratione, cuius est ordinare. ideo non propriè fruuntur. Peccator quoque constituit sibi vltimum finem, in quo verè non est vltimus finis, id circo nec propriè fruitur. Rursus, fruitio propriè non est, nisi adsit perfecta delectatio, quæ esse non valet ante vltimi finis consecutionem. Ideo iusti in hoc se culo non propriè frui dicuntur, sed beati qui consecuti sunt vltimum finem, verè, propriè & perfectè fruuntur. Deus autem seipso perfectissimè fruitur, quia in ipso non differt fruens ab obiecto fruentis. Vnde super illud Iob, Esto gloriosus, ait Gregorius: Ipse se in gloriosus est, qui dum seipso perfruitur, ac cedentis laudis indigens nõ est. Attamen aliquo modo frui dicuntur, inquantum in re apprehensa, & acquisita propter se delectantur. Hæc Thomas.

Bruta nõ fruuntur.

Peccatori fruitio nõ competit. viator deo nõ fruitur propriè.

Iob 40. Gregorius.

Petrus. Ad fruitionẽ tria cõcurrunt.

¶ Insuper Petrus: Ad fruitionem, inquit, tria concurrunt, coniunctio, quietatio, & delectatio. Quietatio autem potest esse vel secundum appetitum rationis, & sic fruitio est triplex. Triplex nanque potest esse coniunctio, vtpote vel per indifferentiam essentiæ fruentis à fruibili, & tũc nulla est indigentia in fruente. sicque Deus fruitur semetipso, vel per speciem gloriæ, & sic in fruente est indigentia necessitatis, quæ indigentia est etiam de bono habito, & sic Sancti fruuntur Deo in patria. Vel per inhabitationem gratiæ, in qua est indigentia penuriæ, quæ est de bono nondum plenè adepto, & sic iusti fruuntur Deo in via. Secundò, quietatio potest esse secundum appetitum libidinis, sicque mali fruuntur bono creato quòd est impropriè frui. Tertiò potest esse secundũ appetitum sensualitatis, sic bruta fruuntur cibo. Hęc Petrus. Idem Richardus.

Aegidius Scotus.

Amor in spiritibus ẽ sicut põdus in corporibus. Augusti.

Quietis corporalis diuersi sũt gradus.

¶ Aegidius demum, & Scotus circa hæc scribunt: Frui includit quietem. Ideo per simile de quiete corporum potest cognosci, quibus competit frui, & quibus non: quia (vt ait Augustinus in libro confessionum) pondus in corporibus est sicut amor in spiritibus. propter quod dixit, Amor meus, pondus meum, eo feror, quocunque feror. Nam sicut corpora per sua pondera ad naturalem locum tendunt & in eo quiescunt; sic spiritus per amorem tendunt in proprium finem, & quiescũt in eo. Hinc sicut corpora habent diuersos gradus in quiescendo, sic diuersæ res habent diuersas rationes fruitionis. Porro in corporibus est quoddam, quod quiescit per se primo, vt terra habens locum centri. Alia verò quiescunt per se, quoniam formam grauitatis, sed non primo: quia quiescunt per naturam illius, quod primo quiescit, vt mixta in medio terræ, in quibus terra prædominatur. Alia quiescunt verè, & propriè, quia adhærent, primo immobili: non tamen immobiliter quiescunt, quia non habent quietem motui repugnantem, vt arbores, & terræ, nascentia in superficiæ eius. Alia quiescunt imperfectè, & non verè, nec propriè, sed solum dicuntur quiescere, quia immobilia adhærent alicui, quod tamen mouetur, sicut homo existens in naui, ita immobiliter naui adhæret, ac si illa esset centrum ipsius, sicut Deus est centrum spiritibus. Est enim circulus, cuius centrũ est vbique, circumferentia nusquam. In spiritalibus ergo nihil est, per se, & primo immobile, nisi Deus: & quantum aliquid ei adhæret, intantum quiescit, efficiturque immobile. Voluntas autem in hoc quòd ordinat aliquid ad aliud, non quiescit in illo. Ideo ad hoc quòd in illo quiescat, oportet quòd acceptet obiectum non ordinando ad aliud. Quod si voluntas ex sua natura acceptet, & obiectum est sicut centrum immobile, tunc est propria quies ex parte actus & ex parte obiecti; & hoc competit Deo, primo, & per se, & soli Deo, quoniã Deus ex sua natura est summæ amator sui, non propter aliud. vnde est ibi prima quies, quæ est primi quiescẽtis, vt voluntatis suæ ex se cum obiecto, quod est quasi centrum, quod ipse est sine relatione ad aliud. Secundò quiescunt in isto eodem centro, aliqua per se, & non primo, vt beati. quiescunt enim in Deo per se, quia sunt quasi incorporati ei per habitum gloriæ, quo Deo fruuntur, sicut lapis per grauitatem quiescit in centro. Non tamen primo quiescunt atque fruuntur, sed participatione primi fruentis. Tertiò aliqui quiescunt in isto centro, scilicet Deo, per actum fruitionis, verè & propriè, sed non immobiliter, vt iusti viatores, qui possunt peccare. Quartò fruuntur aliqui, nec verè nec propriè, quantum est ex parte obiecti, vt impij, qui creatis firmiter, finaliterque adhærent, qui seipsis fruuntur, quia peccata mortalia communiter fiunt, & referuntur ad commodum, & delectamentum peccantium. Hæc illi.

Beati qui esciunt in Deo ꝙ se.

Scotus.

¶ Quæ concordant prædictis, nisi quòd Scotus dicit iustos viatores propriè frui. ¶ Ad primum argumentum Scotus respondet, quòd ratio finis non est fruibile, sed id, cui competit ratio finis, & in quo fundatur. Deus etiam non est finis, sicut nec efficiẽs sui, quoniam istæ duæ causæ necessariò simul concurrunt. Vnde quòd Deus dicitur, agere propter finem, intelligendum est de fine effectus. Actus quo que desiderij non est actus ordinatæ fruitionis, sed actus amoris, quo voluntas Deo bonum, quod est est ipse. Hæc Scotus.

Aegidius.

Qualiter Deus vtat creaturis.

¶ Amplius ad intelligendum qualiter Deus vtitur creaturis, valet quod ait Aegidius. Vti, est assumere aliquid in facultatem voluntatis per relationem ad bonitatem diuinam. aliter esset abusus. Assumere autem aliquid propter bonitatem diuinam, potest esse tripliciter. Primò, propter eam communicandam, & sic utitur Deus rebus, vt bonitatem suã communicet & tribuat eis, Secundò, propter bonitatem diuinam cõsequendam, seu obtinendam. sicq; boni viatores creaturis vtuntur, vt ad increatæ bonitatis fruitionem pertingat. Tertiò, propter diuinam bonitatem iam habitam possidendam, & conseruandam. sic beati vtuntur creatis. Hæc Aegidius.

Circulus.

In spũalibus solus Deus per se primo immobilis.

Dionysi.

¶ Et de isto habetur in textu diffusiùs. Imò etiam Deus vtitur creaturis, ad ostendendum, & exercendum in eis suam æquitatem, ac pietatem. Postremò de mutua fruitione superdignissimæ Trinitatis, sciendum, quòd quælibet adoranda persona amat seipsam, & alias duas amore intensiuè immenso. idcirco fruitur se, & illis cum delectatione, & complacentia penitus infinita, ac superdulcissima. Estque ibi plena, & superperfecta proportio, ac vnio fruentis ad fruibile, & hæc est beatitudo, & gloria infinita superfelicissimi Dei. Et quamuis filius referat ad patrem, & spiritussanctus ad patrem, ac filium, totum quod sunt, & habent, recognoscendo se inde accepisse, non tamen sicut ad finem, cum sint consubstantiales, & coæquales personæ, & eadem numero bonitas summa in eis sit, ideo nec filius, nec spiritussanctus vtitur se. Hæc circa primam distinctionem sint breuiter tacta.

A

De mysterio Trinitatis & vnitatis. Distinctio II.

Aug.li.1.de tri.ca.2.d.

HOc itaque vera,ac pia fide tenendum est, quòd Trinitas sit vnus,& solus verus Deus, vt ait Augustinus in libro primo de Trinitate scilicet pater, & filius,& Spiritussanctus:& hæc Trinitas vnius eiusdemque substantiæ,vel essentiæ dicitur, creditur,& intelligitur:quæ est summum bonum,quod purgatissimis mentibus cernitur. Mentis enim humanæ acies inualida in tam excellenti luce non figitur,nisi per iustitiã fidei emundetur.Idem in primo lib. Retract. Non approbo,quod in oratione dixi, Deus qui non nisi mundos verum scire voluisti. Responderi enim potest, multos etiam non mundos multa scire vera. De hac re ergo summa,& excellentissima cum modestia,& timore agendum est, & attentissimis animis atque deuotis audiendum: vbi quæritur vnitas Trinitatis,patris scilicet,& filij,& spiritussancti: quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Proinde omnis,qui audit & legit ea, quæ de ineffabili & inaccessibili luce diuinitatis dicuntur, studeat imitari,atque seruare, quod venerabilis doctor Augustinus in primo lib de Trinitate de seipso ait: Non pigebit me,inquit,sicubi hæsito quærere:nec pudebit,sicubi erro,discere.Quisquis ergo audit hoc,vel legit,vbi pariter certus est,pergat mecum: vbi pariter hæsitat,quærat mecum:vbi errorem suum cognoscit,redeat ad me,vbi mecũ reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viam, tendentes ad eum,de quo dictum est: Quærite faciem eius semper.

Matt.5.

cap. 4.b. Aug in li. 1. soliloq. cap. 1. cc

1.Tim 6.c

Aug.lib.1. de tri.c.2.a

Psal.104.a

B

Quæ fuerit intentio scribentium de Trinitate.

Omnes autem Catholici tractatores, vt in eodem primo lib. Augustinus ait, qui de Trinitate (quæ Deus est) scripserunt:hoc intenderunt, secundũ scripturas docere quòd pater,& filius & spiritussanctus vnius sint substantiæ,& inseparabili æqualitate,vnus sint Deus: vt sit vnitas in essentia, & pluralitas in personis. Ideoque non sunt tres dij, sed vnus Deus:licet pater filium genuerit, & ideo filius non sit,qui pater est: filiusque à patre sit genitus,& ideo pater non sit,qui filius est:& spiritussanctus,nec pater sit, nec filius:sed tantum patris,& filij spiritus,vtrique coæqualis,& ad Trinitatis pertinens vnitatem. Teneamus ergo patrem,& filiũ, & spiritumsanctũ,vnum esse naturaliter Deum,vt ait Augu.in lib.de fide ad Petrũ.Neque tamen ipsum pr̃em esse,qui filius est,nec filium ipsum esse,qui pr̃ est,nec spiritumsanctum ipsum esse,qui pater est,aut filius. Vna est.n.patris & filij & spiritussancti essentia,quam Græci homousion vocant:ĩ qua nõ est aliud pr̃,aliud filius, aliud spiritussanctus. quamuis sit personaliter alius pr̃, alius filius spiritussanctus.

Aug. li. 1. de Trinit. cap 4. c. De conte. dist 3. ca. oẽs quos.

Aug. de fide ad Petrũ Diac. cap. 1.a

C

Quis ordo sit seruandus cum de Trinitate agitur.

Cæterum,vt in primo lib.de Trinitate Augustinus docet: Primũ secũdum authoritatem sanctarũ scripturarum,vtrum fides ita se hẽat,demonstrandum est: deinde aduersus garrulos ratiocinatores,elatiores magis,q̃ capaciores,rationibus catholicis,& similitudinibus congruis ad defensionẽ,& assertionẽ fidei vtendum est:vt eorum inquisitionibus satisfacientes,mansuetos pleniùs instruamus:& illi si nequiuerint inuenire,quod quæritur, de suis mẽtibus potius, q̃ de ipsa veritate,vel de nostra discretione conquerantur.

Aug.lib.1 de Tri ca. 2.a.

D

Testimonia sanctorum de Trinitate.

Proponamus ergo in medium veteris,ac noui testamenti authoritates,quibus diuinę vnitatis,atque Trinitatis veritas demonstretur:ac primum ipsa legis exordia occurrant vbi Moyses ait: Audi Israel,Dominus Deus tuus vnus est.Itẽ,Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti,non erunt tibi alij dij præter me. Ecce hic significauit vnitatem diuinæ naturæ.Deus enim(vt ait Ambrosius in primo lib.de Trinitate)nomen est naturæ,Dominus vero nomen est potestatis. Item alibi deus loquens ad Moysen,ait:Ego sum qui sum.& si quæsierint nomen meum,vade,& dic eis:Qui est,misit me ad vos.Dices enim,Ego sum:non,Nos sumus:&, Qui est:non Qui sumus:apertissimè declarauit, vnum solum Deum esse. In cantico etiam Exodi legitur:Dominus oĩpotens nomen eius. Non ait,Dñi,vnitatem volens significare, Personarum quoq; pluralitatẽ & naturæ vnitatem simul ostendit Dñs in Genesi,dicens:Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nr̃am.Dicens.n.Faciamus & Nostram,pluralitatem personarum ostẽdit:dicens vero,imaginem,vnitatem essentiæ. Vt.n.dicit Augustinus in libro de fide ad Petrum:Si in illa natura patris,& filij,& spiritussancti vna esset tantum persona, non diceretur:Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.Cum enim dicit, ad

Primo de vnitate Deitatis. Deut.6. a. Exo. 20 a Ambr.c.1. Exo.3. d.

Exod.15. De pluralitate personarum. Gene. 1. d

Aug. in li. de fide ad Petrũ di. cap.1 c.

ad imaginem:ostendit vnam naturam esse,ad cuius imaginem homo fieret. Cum verò dicit,nostram:ostendit eundem Deum non vnam,sed plures esse personas.

E

Apertè ostendit quod nec solitudo, nec diuersitas, nec singularitas ibi est, sed similitudo.

Hilarius quoq; in lib.3.de Trinitate,dicit his verbis significari,quòd in Trinitate, nec diuersitas est, nec singularitas, vel solitudo, sed similitudo, & pluralitas,siue distinctio. Ait enim sic:Qui dixit,faciamus hominem ad imaginem,& similitudinem nostrã, inuicem esse sui similes,in eo,quòd dicit,imaginẽ,& similitudinem nostram,ostẽdit. Imago enim sola non est,& similitudo sibi non est:neque diuersitatem duobus admiscri,alterius ad alterum similitudo permittit. Item idẽ in quarto lib. Absolutiùs voluit intelligi significationem hãc non ad se,esse referendam tantum,dicendo: faciamus hominẽ ad imaginẽ,& similitudinem nostram. Professio.n.consortij sustulit intelligentiam singularitatis:quia consortiũ aliquod nec põt esse sibijpsi solitario,neque rursum solitudo solitarij recipit, Faciamus:neque quisquã alieno à se loquit̃,nostram.vterque ergo sermo, scilicet,Faciamus,& Nostram,vt solitariũ,eundemq; non patiẽ,ita neque diuersum à se alienũque significat.solitario conuenit,Faciam & Meam: non solitario verò conuenit dicere,Faciamus & Nostrã.vterq; sermo,vt non solitariũ tantum, ita neq; differentem esse,vel diuersum esse significat Nobis quoq;,nec solitarius,nec diuersus est confitẽdus. Ita ergo Deus ad cõem sibi cũ Deo imaginem,eandemq; similitudinem, hoĩem reperitur operari:vt nec significatio efficientis admittat intelligentiã solitudinis,nec operatio constituta ad eandẽ imaginem,vel similitudinẽ patiatur diuersitatem diuinitatis.In his verbis Hilarius pluralitatem personarũ voluit intelligi nomine consortij, atque consignificauit nomine cõsortij,vel pluralitatis, non poni aliquid,sed remoueri.Pluralitas.n. vel consortium personarum,cum dr̃ solitudo,vel singularitas negatur: cũ dicimus plures esse personas,significamus,quòd non est vna sola.Ideo Hilarius volens ista subtiliter & sanè intelligi,ait:Professio consortij sustulit intelligentiã singularitatis. non dicit,posuit aliquid. Ita ẽt cum dicimus tres personas,singularitatẽ,& solitudinem tollimus: & quòd pr̃ non est solus,nec filius est solus,nec spiritussanctus est solus, significamus: & q̃ nec pater tantũ est,& filius, nec pr̃ tantum,& spiritussanctus,nec filius tantum, & spiritussanctus.De hoc autem in sequenti pleniùs agetur,vbi etiam secundũ quid similes dicantur tres personæ,& vtrum aliquo modo sit ibi diuersitas vel differentia, ostendetur.

Hilarius li. 3. circa medium.

Idem li.4. circa medium.

Quid ex verbis Hilarij intelligi dẽat.

F

Ad id,quod cœperat redit, vt alias scilicet authoritas supponat.

Nunc verò ad propositum redeamus, & ad ostendendum personarum pluralitatem atque essentiæ diuinæ vnitatem, aliàs sanctorum authoritates inducamus. Moyses dicit, In principio, creauit Deus cœlum,& terram:per Deum,significans patrem:per principium filium. Et pro eo, quod apud nos Deus dicitur, Hebraica veritas habet אלהים quod est plurale huius singularis, quod est אל. Quod ergo non est dictum El, quod est Deus: sed Elohim,quod interpretari potest dij,siue iudices,ad pluralitatem personarum refertur.Ad quam etiam illud attinere videtur, quod diabolus per serpentem dixit: Eritis sicut dij. Pro quo in Hæbraico habetur Elohim. ac̃si diceret, Eritis sicut diuinæ personæ. Ille etiam maximus Prophetarum, & regum Dauid, qui suam cæteris præfert intelligentiam, dicens: Super senes intellexi:vnitatem diuinæ naturæ ostendens,ait: Dominus nomen est illi. non dicit, Domini. Alibi etiam eiusdem vnitatem, & æternitatem simul ostendens, ait ex persona Dei: Israel, si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Aliud horum (vt dicit Ambrosius in libro primo de Trinitate) significat æternitatem, aliud vnitatem substantiæ indifferentis: vt neque posteriorem patre, neque alterius diuinitatis filium, vel spiritum sanctum esse credamus. Nam si patre posterior est filius, vel spiritussanctus, recens est: & si vnius non est diuinitatis, alienus est. Sed nec posterior est, quia recens non est: nec alienus, quia ex patre natus est filius, ex patre procedit spiritussanctus. Alibi quoque distinctionem personarum insinuans, ait: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alibi etiam ait: Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus,& metuant eum omnes fines terræ. Trina enim confessio Dei, Trinitatem exprimit personarum:vnitatem verò essentiæ aperit,cum singulariter subiungit,eum.Isaias quoq; dicit,se audisse Seraphin clamantia:Sanctus,Sanctus,Sanctus Dominus Deus. Per hoc q̃d dicit ter Sanctus, Trinitatem significat:per hoc quod subdit,Dñs Deus,vni-

Gene.1. a.

Gene.3. a.

Psal. 118.

Psal.67. a. Psal.80 b Ambrosij cap 5.

Psal.32.b Psal. 66. a

Isaiæ 6.b Apoca. 4.

tatem essentiæ. Dauid quoq; æternam filij generationem apertè insinuat,ex persona fi-
Psal. 2. b. lij,dicens:Dominus dixit ad me,filius meus es tu:ego hodie genui te. De hac generatio-
Isaiæ 53. c ne ineffabili Isaias ait:Generationem eius quis enarrabit? In libro quoque Sapientiæ æ-
Prou. 8 c ternitas,filij cum patre monstratur,vbi sapientia,ita loquitur: Dominus possedit me ab
initio viarum suarum,antequam quicquã faceret à principio, ab æterno ordinata sum,
antequam terra fieret.necdũ erant abyssi,& ego iã concepta eram:necdum fontes,nec-
dum montes,aut colles,& ego parturiebar,adhuc terram non fecerat,& cardines orbis
terræ:quando præparabat cœlos,aderam: quando appendebat fundamenta terræ,cũ eo
Eccl. 24. a eram cuncta componens:& delectabar per singulos dies ludens coram eo. Ecce apertũ
de æterna genitura testimoniũ,quo ipsa sapientia perhibet se ante mundum cõceptam
esse,& parturiri,idest,genitam esse,& apud patrem æternaliter existere. Ipsa etiam alibi
Mich. 5. a ait:Ego ex ore altissimi prodij,primogenita ante omnem creaturam. Michæas quoque
Propheta æternam verbi generationem,& temporalem ex Maria, simul insinuauit, di-
cens:Et tu Bethleem Ephrata,paruulus es in millibus Iuda:ex te egredietur,qui sit domi
nator in Israel:& egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.

G

Specialia testimonia de spiritusancto.

De spiritusancto etiam expressa documenta in veteri testamento habemus. In Gene
Gene. 1. a si enim legitur:Spiritus Domini ferebatur super aquas.Et Dauid dicit:Quò ibo à spiritu
Psal. 138 b tuo? Et in libro Sapiẽtiæ dicitur: Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum:benignus est
Sapiẽ. 1 b enim spiritus sapientię. Isaias quoque ait:Spiritus Domini super me.
Isaiæ 61. a
Lucæ 4.

De testimonijs noui testamenti.

H

Nunc verò post testimonia veteris testamenti, de fide Sanctæ Trinitatis, & vnitatis,
Habac 3. ad noui testamenti authoritates accedamus, vt in medio duum animalium,idest,testa-
secũm 70. mentorum,cognoscat veritas:& forcipe de altari sumatur calculus,quo tangantur ora
Isaiæ 6. b. fidelium. Dominus itaque Christus vnitatem diuinæ essentiæ,ac personarum Trinita-
tem apertè insinuat, dicens Apostolis: Ite,baptizate omnes gentes in nomine patris, &
Mat. 28. d filij, & spiritussancti. In nomine vtique ait,non in nominibus, vt Ambrosius ait,in pri-
mo libro de trinitate, vt vnitas essentiæ ostendatur. Per nomina tria,quæ supposuit,tres
esse personas declarauit.Ipse etiam ait:Ego,& pater vnũ sumus.Vnum dixit,vt ait Am-
Ambrosiꝰ cap. 1. brosius in eodem libro,ne fiat discretio potestatis,& naturę.& addidit,sumus:vt patrem
Ioan. 10. f filiumque cognoscas, scilicet, vt perfectus pater filium perfectum genuisse credatur: &
quòd pater,& filius vnũ sint,non confusione personæ,sed vnitate naturæ, Ioannes quo-
1 Ioã 5. b que in epistola canonica ait:Tres sunt qui testimonium perhibent in cœlo:pater,verbũ
Ioan 1. a & spiritussanctus,& hi tres vnum sunt. Ipse etiam in initio Euãgelij sui ait: In principio
erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Vbi apertè ostendit fi-
Gala. 4 a lium semper,& æternaliter fuisse apud patrem,vt alium apud alium. Apostolus quoq;
Rom. 8. b apertè Trinitatem distinguit,dicẽs:Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Et alibi:
Si spiritus eius,qui suscitauit Iesum,habitat in vobis,&c. Item alibi Trinitatem,atq; vni
Rom. 11. d tatem euidentissimè commendat,dicens Quoniam ex ipso,& per ipsum,& in ipso sunt
Augu. de omnia. ipsi gloria. Ex ipso ait,vt Augustinus in libro de Trinitate ait,propter patrem:
Tri. lib. 2. per ipsum,dicit propter filium:in ipso,propter spiritumsanctum. Per hoc verò quòd nõ
c. 6. ait, ex ipsis, per ipsos,& in ipsis: nec ait, ipsis gloria, sed ipsi,insinuauit hanc Triniratem
vnum Deum esse. Sed quia singulæ penè Syllabæ noui testamenti hanc ineffabilis, vni-
tatis,atque Trinitatis veritatem concorditer insinuant, inductioni testimoniorum su-
per hac re supersedeamus:& rationibus,congruisque similitudinibus ita esse,prout infir
mitas nostra valet, ostendamus.

Expositio distinctionis secundæ, Libri Primi.

Summa di stinctio. 2. QVotquam distinctione præhabita ostendit Magister, de quibus in hoc volumine, est agendum, puta de rebus, & signis, atque q; quædam sunt res quibus fruendũ est,& quædam quibus vtendum: nunc prosequitur suum intentum, tractans in primis de vnitate deitatis, & & superfelicissima Trinitate,qua sola obiectiuè fruẽ dum est. Et breuiter transeũdo,diuiditur ista distinctio in quatuor partes. In prima probat vnitatem deitatis,seu diuinæ essentiæ; authoritate scripturarum veteris testamenti. In secunda, Trinitatem superfulgentium personarum earundem testimonijs scripturarum. In tertia,& quarta partibus,simili ordine agit authoritatibus scripturarum Euangelicæ legis. Docet quoque in primis,quàm reuerenter tractandum, & loquendum sit de ista materia: & quales consistere debeant, qui sapientiæ huius altitudinem

dinem cupiunt contemplari, & ait: [Hoc itaque vera, & pia fide, tenendum est]. Fides Christiana dicitur vera, quia ei non subest falsum, nec doctrinæ fidei falsitas admiscetur, quemadmodum doctrinæ Philosophorum. Dicitur quoque fides pia,quia per eam colitur Deus,cuius cultus est pietas, & quia diuinam pietatem copiosissimè nobis commendat, q; Trinitas sit vnus solus,& verus Deus,ideſt quòd tres personæ in diuinis sint vnus Deus, qui dicitur solus Deus per exclusionem essentialiter distincti à se: & verus Deus,quia in eo duntaxat est deitas impartici pata,perfecta,æterna.[& hæc Trinitas vnius,& eiusdem substantiæ, vel essentiæ dicitur, creditur, & intelligitur.]Est enim in tribus personis vna numero essentia:& sicut sũt vnius essentię,ita & vna essentia.

¶Circa hoc quæritur,Cur ait,dicitur,& creditur cum priùs sit credi, quàm dici:quia, vt asserit Damascenus, Verbum est Angelus intelligentiæ, ideſt nũcius intellectualis conceptionis.Respondetur,quòd Magister hic loquitur de ista materia, prout de ea instruendi sunt auditores, in qua instructione verbum primò percipitur.

¶Rursus quæritur de hoc, quòd ait, intelligitur. Non enim videtur Trinitas posse intelligi in hac vita. sed credi duntaxat. vnde, & visio,seu intelligẽtia dicitur in patria succedere fidei.Respondendum, q; etiam in hac vita ea,quæ fidei sunt,aliquo modo intelliguntur per donum intellectus, præsertim à viris heroicis, qui habent fidem cum rationibus credendorum,& purificatæ mentis intelligentia. In patria autem intelliguntur clarè in verbo æterno. [quæ est summum bonum]quemadmodum enim Trinitas su persancta est summum ens, ita & summum bonum. Imò sicut est vnum ens summum, ita est vnum summum bonum. quod enim omnino absolutè dicitur in diuinis, tribus superglorioſis personis commune est,atq; in numero singulari, prædicatur de eis, [qđ purgatissimis mentibus cernitur]per speciem enim videri non valet, nisi à mentibus, ab omni culpa, ac reatu penitus mundis. In hac quoque vita videri nequit visione formata, nisi à mentibus omni mortali culpa carentibus. Porrò visione mysticæ Theologię seu contemplatione doni sapientiæ perfectè videri non valet secundum cursum cõem,nisi à viris heroicis, qui comparatione incipientium, ac proficientium, purgatissimi possunt dici. Veruntamen visione seu cognitione informi, & nuda, cernitur Trinitas adoranda à mentibus vitiosis in hac vita.

¶Circa hoc scribit Bonauentura: Mens ad hoc, quod Deum contempletur,eget purgari quo ad intellectum,& affectum.Ideo paulòpost subdit:[per iustitiam fidei].i.per fidem, quæ facit iustum in opere, & fides per se, purgat intellectum, iustitia autem affectum.Vtriusque demũ purgationis triplex est gradus. Intellectus nanque purgatus est, cum abstrahitur à sensibilibus speciebus: purgatior,dum mundatur à phantasticis imaginibus:purgatissimus, cum à physicis,aut Philosophicis rationibus. Gradus quoque purgationis affectus,sunt isti:Purgatur affectus, dum mandatur à culpa. Purgatior est, dum à culpæ sequela:purgatissimus,cum ab occasione peccandi. Hæc Bonauentura.

¶Et concordat Albertus,dicẽdo aliquidq; addendo ex parte,inquiens,affectus. Primò,fit purgatio à peccato.Secundò,à pronitate relicta ex vitio.Tertiò à fomitis incendio.Quartò,ab occasionibus peccandi ab exterioso. Ex parte autem intellectus tollitur primo præsentia corporis, quæ est ad sensum. Secũdò,præsentia imaginis corporalis ab imaginatione. Tertiò, actus intellectus accipientis ex phantasmate. Quartò, actus intellectus progredientis ex principijs sibi notis secundum Philosophiam. Ad hæc etenim sequitur, quòd eleuet se supra se ad fidei, lumen,& tunc cernit Deum Trinum,& vnum.[Mentis enim humanæ acies inualida].i. debilis intellectus siue intuitus animę rationalis. [in tam excellenti luce non figitur].i.increatum lumen,quod est Trinitas benedicta, & summum bonum stabiliter intueri nõ valet. [nisi per iustitiam fidei].i. per actus uirtuosos ex fide manantes,emũdetur modis iam tactis. Oportet enim potentiam aliquo modo aptari,& proportionari suo obiecto.

¶Circa hæc ait Thomas: Iustitia hic sumitur pro iustitia generali, quæ est rectitudo animæ in compa ratione ad Deum,& proximum, atque unius potentiæ ad aliam.Dicitur quoque iustitia fidei,quia in iustificatione primus motus est fidei,iuxta illud ad Hebræos: Accedentem ad Deum oportet credere,quia est. ¶ Sed his obijci potest, quòd etiam impij eruditi, & ingenioſi, aciem mentis suæ extendunt, & figunt in contemplationem luminis increati, sicut, & infideles Philosophi. Nam, & multa subtilia scribũt, & sermocinantur de Deo, & diu cogitant de diuinis, quemadmodum,& in libro de uita Philosopho rum fertur de talibus.Imò aliqui mali plùs sciunt de Deo,quàm boni. Respõdetur,quod magister ex uer bis Augustini loquitur de mentis defixione stabili,ac formata.Propter quod ait Bonauentura: Figi nõ potest, nisi habeat gluten amoris. Communiter etiam praui, & passionati ex inquietudine passionum, ac uitiorum cito à diuinorum consideratione labunt, & deprauatur in eis cognitio ex appetitus diuersitate,ut ait Aegidius. [De hac igitur re summa,& excellentissima,]utpote incõparabili Trinitate [cum modestia],ideſt discreto moderamine.[& timore]casto reuerentiali, ac Fliali. [agendum].i. tractandũ [est], ut scilicet loquens, & audiens de ista tam sublimi materia, perpendat proprij intellectus imbecillitatem, & ita à curioso atque superfluo scrutinio reprimatur,sciens quòd scrutator maiestatis opprimetur à gloria: timeat quoque ex consideratione dignitatis eius, de quo tractat seu audit, ne irreuerenter,& intimoratè habendo se, grauiter peccet. Hinc Plato in primo Timæi: Memento, inquit, tam me, qui loquor, quàm uos qui auditis, homines esse: atque ita in rebus sublimibus mediocrem elocutionem, magni cuiusdam esse onus laboris. [& attentissimis] ideſt summè diligentibus [atque deuotis auribus] mentis, & corporis [audiendum] Qui enim ex Deo est, uerba Dei audit diligenter utique,ac deuotè.unde,& Ecclesiasticus: Auris,inquit,bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Apostolus quoque ad Galatas scribit: Sicut Angelum Dei accepistis me, sicut Iesum Christum. [Vbi quæritur unitas Trinitatis], ideſt scholasticè inuestigatur, qualiter Trinitas personarum, sit unius essentiæ. [Quia nec periculosiùs alicubi erratur, ex parte materiæ tam superdignissimæ: [nec laboriosiùs aliquid quæritur,] quia incomprehensibile mysterium est, ad cuius comprehẽsionem nullo labore spiritali,aut corporali potest pertingi. [nec fructuosiùs aliquid inuenitur] dummodo ex charitate inquisitio oriatur, Quo enim incomprehensibilior est Trinitas adoranda, eò plùs meritorium est credere in eandem, & tantò salubrius est in ipsius formata cognitione proficere. [Proinde omnis qui audit, & legit ea, quæ de ineffabili, & inaccessibili diuinitatis luce dicuntur, studeat imitari, quod Augustinus ait: Non pigebit

Fides vera, & pia dicitur.

Quæstio.

Damascẽ.

Quæstio.

Quomodo quæ fidei sũt intelligi.

Deus diuersimode ab hominibus cernitur.

Bonauen.

Purgationis intellectus atque affectꝰ triplex ẽ gradus.

Albertus.

Thoma.

Hebr. 11.

Obiectio.

Dilutio.

Prou. 25.

Humilitas Platonis.

Ioan. 8.

Eccl. 3.

Gala. 4.

gebit me ſicubi hæſito].i. ſi alicubi dubito,[quærere] à doctioribus,ſeu in libris,vel illuminationẽ à Deo, iuxta illud Iacobi primo:Si quis veſtrum indiget ſapientia,poſtulet à Deo. [Nec pudebit me, ſicubi erro, diſcere,] correctionem, & informationem à ſapientioribus gratanter accipiẽdo. Qui enim acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis, vt Sálomon loquitur.

Iacob 1.

Prou. 15.

¶Circa hæc duo quęruntur. Primum, quomodo deitatis lux dicatur ineffabilis, cum multis exprimatur nominibus: quomodo etiam inacceſsibilis aſſeratur, cum ſcriptum ſit, Accedite ad eum, & illumini. Ad primum dicẽdum, quòd Deus, & ea, quæ Dei ſunt, ineffabilia perhibetur, quoniam nullis nominibus exprimi queunt, per quæ plenariè, & ſicuti in ſeipſis ſunt, intelligantur. Ad ſecundum, ꝙ Deus accedi poteſt per fidem & imperfectam notitiam in hac vita, non autem per ſpeciem, & cõpræhenſionem plenariam. De his in quęſtionibus dicetur diffuſiùs. [Omnes catholici tractatores hoc intenderũt, ſecundum ſcripturas docere, ꝙ pater, & filius, & ſpiritusſanctus vnius ſint ſubſtantiæ, & inſeparabili æqualitate vnus ſint Deus.] Tres enim perſonæ inſeparabiliter ſunt æquales, vtpotè verè conſubſtantiales. Deinde tãgit Magiſter, qualiter Auguſtinus reuocauit in lib. Retractationum, quod alicubi ſcripſit. Sic equidem ait in libro Retractationũ: [Vbi dixi de patre, & filio, Qui genuit] ſcilicet pater æternus, [& quẽ genuit, vnum eſt: dicẽdum eſt, vnum ſunt, ſicut aperte veritas (ſcilicet Chriſtus) in Euangelio ait: Ego & pater vnum ſumus.] Dixit quippe Auguſtinus, hoc verbum, Sum es eſt, de tribus perſonis in ſingulari numero prædicari, quia deſignat ſubſtantiam. Poſtea tamen hoc reuocauit, quoniam quamuis ſignet ſubſtantiam, attamen eam deſignat per modum actus. Actus autem numeratur ſecundum numerum ſuppoſitorum. Conſequẽter probat authoritatibus veteris teſtamenti vnitatem deitatis, ſeu vnum tantũ modo eſſe verum Deum, nec eſt difficultas in litera. Deus autem nomen eſt naturæ, ſed Dominus nomẽ eſt poteſtatis. Deus enim quantum ad id, cui nomẽ imponitur, nomen eſt abſolutum, deſignans ſubſtantiam ſeu naturam. Sed quantum ad id, à quo nomen imponitur eſt nomen operationis, vt infra dicetur. Dominus verò relationem deſignat, quãtum ad ſuũ formale, quod tamen in Deo reſpectu creaturarum non eſt niſi relatio rationis. ſed ratione fundamenti eſt nomen poteſtatis, in qua fundatur dominiũ, vel poteſtas pro relatione accipitur, ſcilicet pro dominio. Deinceps probat in Deo eſſe perſonarum pluralitatem, atque eſſentiæ vnitatem per id, quod dominus ait Geneſis primo. Faciamus hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Vbi ſecundũ Auguſtinum per hæc duo verba, Faciamus & Noſtrã, inſinuatur pluralitas perſonarũ: & per hæc duo vocabula, imaginem, & Similitudinẽ, vnitas deitatis. Porro Hilarius ex quolibet horum quatuor nominum probat in Deo perſonarũ diſtinctionẽ, ſicut in litera recitatur. Similitudo nanque ſignificat relationem profluentem ex vnitate qualitatis, quæ relatio requirit diſtincta ſuppoſita. Similitudo etenim dicitur rerum differentium eadem qualitas. ſicq; ex parte eius quod eſt ratio ſimilitudinis productiua, oſtẽdit vnitatem eſſentiæ, quod eſt bonitas, ſapientia, ſanctitas & conſimilia, quæ in Deo per modũ qualitatis ſignificantur. Et eadem ratio eſt de noĩe hoc imago, quæ notat imitationẽ vnius ad alterum ſm aliquid vnũ. Inſuper Auguſtinus, & Hilarius differunt in hoc circa expoſitionem, & intelligentiã authoritatis prætactæ, quia Auguſtinus videtur accipere in verbis illis tantum imaginem, & ſimilitudinẽ hominis ad Deũ, Hilarius verò accipit imaginem & ſimilitudinem vnius perſonæ ad aliam: & quòd homo accedat ad illam ſimilitudinem, quantum poteſt ſua diuerſitas, qua ſubſtantialiter differt à Deo. Itaq; [Hilarius in libro de Trinitate, dicit his verbis ſignificari, ꝙ in Trinitate nec eſt diuerſitas].i. ſubſtantialis diſtinctio, [nec ſingularitas] quia eſt ibi eſſentiæ communicabilitas, atque communio, & ita non eſt ibi ſingularitas pura, quæ communicationẽ excludat: nec ſolitudo, cum ſit ibi perſonarum ſocietas per vnionem amoris, & communionem naturæ, & actionis. Ideo Hilarius volens iſta ſubtiliter, & ſanè intelligi ait: [Profeſſio conſortij ſuſtulit intelligentiã ſingularitatis. Nõ dicit, poſuit aliquid. Ita etiam cum dicimus, tres perſonas, ſingularitatem, & ſolitudinẽ tollimus].i. auferimus & negamus Deo cõuenire ſolitudinem, quæ perſonarum pluralitatem, & ſocietatem excludat, nõ tamen illam, quæ pluritatem, ſeu diuerſitatem naturæ negat, cum in Deuteronomio Deus teſtetur: Videte ꝙ ego ſim ſolus. Conformiter dicimus Deo non cõuenire ſingularitatem, quę incommunicabilitaté includit, aut perſonarum pluralitatẽ excludit.

Gene. 1.

Hilarius.

Hilarius.

Deut. 32.

¶Circa hæc ſcribit Bonauentura: Videtur ex his quòd ſecundum Hilarium oĩs dictio numeralis nihil ponat in diuinis, ſed tantum priuet. Ad quod dicendum, quòd hæc fuit opinio Magiſtri, quòd ſcilicet termini numerales nil ponant in diuinis, quæ opinio communiter non tenetur, quia non habet veritatem, vt infra patebit. Excuſatur tamen Magiſter, quia idcirco dixit nomina numeralia in diuinis nil ponere, quia important numerum, qui non eſt propriè in diuinis. Numerus nanque cauſatur ex vnitatum aggregatione, & diſtinctione. Diſtinctio verò vnitatum tripliciter fit, vtpote continui diuiſione, formarum diſpartitione, & gradu ſeu ordine. Quoniam ergo in diuinis non eſt aggregatio nec talis diſtinctio, ideo nec numerus propriè. Hæc Bonauentura.

Bonauen.

Nota Ipſum Magiſtri circa nomina numeralia.

Vnitatum triplex diſtinctio.

¶Hinc Albertus: Vnitas, inquit, diuinæ eſſentię eſt ipſa eſſentia, quæ alia ratione eſt eſſentia, & alia ratione vna eſſentia. Eſſentia enim eſt, cuius actus eſt eſſe. Dicit nanque Anſelmus, quòd eſſentia, eſſe & ens, differunt ſicut lux, lucere, & lucens. Sed vna eſt, inquantum in ſe una exiſtens, ſuis (ut ita dicam) naturalibus proprietatibus ab alijs diſtinguitur, quæ non ſunt ipſa eſſentia: & perſonæ vnitas, eſt proprietas, quæ eſt perſona: & unitas notionis, eſt notio, licèt aliter in termino numerali ſignificetur. Et ſimiliter dico de duobus uel tribus, ſecundum qnod dicunt iterationem unitatis perſonæ, uel unitatis. Magiſter ergo attendit, quòd unum non addit ſuper id, quod res eſt, niſi indiuiſionem, ideo dicit nil ponere. Si autem attenditur id, quo perſona eſt una, uel duę, uel tres, tunc ponit proprietatem ſub alio modo ſignificandi. Hæc Albertus.

Albertus.

Anſelm⁹.

¶Inſuper quæritur circa uerba illa præhabita: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, quid ſupponit ibi imago: quia aut eſſentiam, aut perſonam.

Queſtio. Gene. 1.

¶Reſpondet Albertus: Imago, & ſimilitudo hic dicunt eſſentiã diuinã in recto, & tres perſonas in obliquo. Vnde imago eſt eſſentia una in tribus perſonis ſe in eadem eſſentia imitantibus, & ſimilitudo eſt eſſentia una per modum qualitatis, quæ ſecũdum Damaſcenum aſſequitur ſubſtantiam, ſicut bonitas, ſapientia, & hmõi, in perſonis ſibi ſimilibus in bonitate, ſapientia, & uirtute atq; huiuſmodi. Vnde tã imago

Albertus.

Damaſce.

Bonauent.

Ecclę. 24.

Michæa.

Prou 8.

ęo quàm ſimilitudo ſunt relatiua obliquè & intrinſecè. Oblique dico, quia ea, quæ referuntur ad ſe, important in obliquo. Intrinſecè dico, quoniam habẽt in ſe relationem, & etiam id, ad quod referuntur, ita ꝙ non quærunt determinari extra, ſicut dicitur: Iſti ſunt ſimiles: hoc eſt, Iſte eſt ſimilis illi, & ille eſt ſimilis iſti. [Hæc Albertus.

¶Et conſordat Bonauentura, dicendo: Imago & ſimilitudo, prout Sancti tradunt, dicunt hic eſſentiam. Importat enim imago vnitatem cum diſtinctione, & ſimilitudo ſimiliter propter intrinſecam relationem. Ideo in nomine hoc imago, & ſimilitudo, quantum ad aliquid ſuæ ſignificationis, notatur vnitas eſſentiæ: & quantum ad aliquid, pluralitas perſonarum.

Genesis 1.

¶Conſequenter probatur pluralitas perſonarum in Deo, ex principio Geneſis, quo habetur. [In principio creauit Deus cœlum & terram. Vbi per Deum intelligitur pater, per principium filius] qui in Euãgelio legitur reſpondiſſe Iudæis quærentibus: Tu qui es, ait: Principium, qui & loquor vobis. vt ſit ſenſus, In principio, ideſt in filio ſeu per filium creauit Deus pater cœlum & terram, iuxta illud: Omnia per ipſum facta ſunt: [Hæbraica veritas habet] in principio Geneſis [Elohim, quod eſt plurale huius ſingularis El.] quod ſignificat Deum, ſicq; quod dicitur, In principio Elohim creauit, tantum eſt dicere, dij creauit, prout in textu pleniùs continetur.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Prou 8.

Pſal. 81.

¶Ille etiam maximus Prophetarum & regũ Dauid] qui dicitur maximus Prophetarum, & regum, ideſt valde magnus inter Prophetas, & reges. vel maximus ex parte modi reuelationum ſuarum, quoniam non imaginaria oſtenſione, ſed anagogica & purè intellectuali illuſtratione ſuas ſortitus eſt Prophetias, & quoniam ſpecialiter promiſſum eſt ei, ꝙ ex ſe mine ſuo Dei filius per incarnationis myſterium naſceretur. Vnde 2. Regum loquitur de ſeipſo: dixit Dauid filius Iſai, dixit vir cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob, egregius pſaltes Iſrael, ſpiritus Domini locutus eſt per me, ſicut lux auroræ mane ſine nubibus rutilat &c. Deinde ponuntur in textu multæ authoritates ad probandum trinitatem perſonarum in Deo, multoque plures poſſent ad idem probandum induci, quæ & alibi ſunt inductæ, præſertim in Dialogion de fide Catholica. Et quod in prouerbiorum libro increata ſapientia proteſtatur. [Dominus poſſedit me] exponitur ſic: Deus pater perfectè me habuit, quia increata, ac genita ſapientia, Deo patri æqualis eſt. Authoritates quoque in litera allegatæ, ſuis locis diligenter expoſitæ ſunt.

Dauid dicat maximus Prophetarũ. Pſal. 131.

2. Reg. 23.

In Dialogion li. 2. art. 11. 12.

Prou 8.

Albertus.

¶Notandum vero quod circa hæc ſcribit Albertus: Authoritates adductæ in iſta diſtinctione, trinitatem nouem modis probant ſeu innuunt. ¶Primò, ex conſignificato numeri pluralis, ſicut cum dicit, Eloym vel dij. ¶Secundò, ex proprijs nominibus perſonarum, ſicut in Pſalmo: Verbo Domini cœli firmati ſunt &c. Vbi verbum & ſpiritus nominãtur. ¶Tertiò, ex ordine verborum, ut ibi: Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. Quartò, à numero terminorum ad Dei præconium poſitorum, vt in Iſaia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens. ¶ Quintò, ex actu perſonarum, cum legitur: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. ¶ Sextò, ex proprietate perſonali, vt cum dicitur ab Iſaia: Generationem eius quis enarrabit? Generatio quippe paſsiua, proprietas perſonalis eſt filij. ¶ Septimò, per appropriata, vt ibi: Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum. ¶Octauo, ex ordine generationis æternæ ad productionem creaturæ in tempore, vt in Eccleſiaſtico: Ego ex ore altiſsimi prodiui primogenita ante omnẽ creaturam. ¶ Nonò, ex ordine generationis æternæ ad temporalem eiuſdem filij generationem, vt ibi: Tu Bethleẽ ex te egredietur &c. & egreſſus eius à principio, à diebus æternitatis. Hæc Albertus, & idem Bonauentura. Dicit autem ſapientia increata: [Eram ludens] ideſt, delectabiliter agens, aut propter otiũ contemplationis, aut propter ceſſationem, & quietem ab operibus ſex dierum. In ludo enim eſt delectatio, & quies ludentis.

Pſal. 32. Pſal. 66.

Iſaia 6.

Pſal. 2.

Iſaia 53.

Prouer. 8.

Albertus.

QVAESTIO I.

Arguitur contra veritatem.

PRimò quæritur circa diſtinctionem iſtam, *An ſit tantum vnus verus Deus.* ¶Videtur quod nõ quia ſingulare & plurale idem deſignant, ſed hoc nomen Deus, habet plurale, cum ſcriptum ſit: Deus ſteterit in ſynagoga deorum. Secundò, Deus eſt ſummum bonum. ſed melius eſt eſſe plura ſumma bona. Tertiò, Deus poteſt plus facere, quàm mens humana poſsit concipere, ſed mens humana concipere poteſt eſſe plura bona ſumma, ergo Deus poteſt facere aliud ſummum bonum.

2 Pſal. 81. 3

In oppoſitum. Bonauent.

¶In oppoſitum eſt authoritas fidei & rationis. ¶Ad hoc Bonauentura reſpõdet: Impoſsibile eſt eſſe plures Deos. Et ſi rectè accipiatur ſignificatum huius nominis Deus, non ſolum eſt impoſsibile, ſed etiam in intelligibile: quia Deus dicit ens ſimpliciter ſummum, tam in re, quàm in opinione cogitantis. Idcirco ab ipſo, in ipſo, & ad ipſum ſunt omnia, & in ipſo eſt ſtatus. ideo impoſsibile eſt intelligere, ꝙ aliquid ei parificetur, aliud ab ipſo, ſaluo hoc intellectu, ꝙ ſcilicet Deus ſit tale ens.

Thomas. S. Dionyſ

¶Ad idem reſpondet Thomas: Cum omnis multitudo procedat ab aliqua vnitate, vt Dionyſius ait, oportet vniuerſitatis multitudinem ad vnum primum cæterorum omnium principium productiuum reduci: quod & fides ſupponit, ratioque demonſtrat. Hæc Thomas. Ad idem inducit Scotus multas rationes demonſtratiuas ſubtiles.

Scotus.

¶Sed non videtur huic quæſtioni diu immorandum, cum in eius ſolutione Theologi, & meliores Philoſophi ſint concordes. Boetius quoque, & Damaſcenus ſic probant, quòd vnus duntaxat ſit Deus: quia ſi plures eſſent, aut conuenirent in omnibus, & ſic in nullo ab inuicem diſtinguerentur, nec eſſent duo, aut plures: aut diſtinguerentur in aliquo, & ſic perfectio aliqua deeſſet vtrique, nec aliquis eorum conſisteret verus Deus. & ratio iſta etiam à Philoſophis eſt inducta, atque in lib. de cauſis habetur. Ariſtoteles quoq; in diuerſis locis per varia media probat, & Deum eſſe, & ꝙ non ſit niſi vnus verus Deus. Cuius argumenta Sanctus Thomas in Summa contra gentiles libro primo, cap. 13. introducit. vnde & in prima parte Summæ ſuę, quæſtione ſecunda diſſeruit: Deum eſſe, quinque vijs demonſtratur. Prima manifeſtior eſt, & ſumitur ex ordine mouentium, atque mobilium, in quibus non poteſt eſſe proceſſus in infinitum. ideo oportet eſſe vnum primum motorem, à nullo motum. alioquin nil moueretur. Sicque 8. Phyſicorum probatur, quòd Deus ſit & vnus duntaxat. Secunda via eſt ex ordine cauſarum efficientium. Niſi enim eſſet vna prima cauſa efficiens à nullo effecta, nil fieri poſſet, cum nihil producat ſeipſum, nec eatur in infinitum, cum ſit ordo in genere cauſæ. Tertia via eſt ex ordine poſſibilium aliter ſe habere. videmus nanque multa mutabilia, & corruptibilia eſſe: & talia quandoque non fuerunt, & tandem non erũt. Ideo ante omnia talia

Boetius. Damaſce.

Tho. Aquinas contra gentil. li. 1. par q. 2. artic 3.

1 Quinque vijs demõſtrari Deũ eſſe.

Ariſtotel.

2

Ariſtotel.

3

oportet

oportet esse aliquod, quod sit necesse esse, cuius esse neque incepit, nec desinet. Quarta via est ex ordine rerum in entitate, & bonitate. Nam cernimus, quædam aliis esse meliora, nobiliora, atque perfectiora. idcirco oportet vnum esse summum, & optimum. Nam maius, & minus dicitur secundum accessum ad aliquod primum simpliciter tale. Quinta via est ex ordine regiminis vniuersorum. Videmus enim, quòd naturalia cognitione carentia ad certum finem mouentur, quem etiam vt frequentius, adipiscuntur. Non ergo ita a se ipsis mouentur, neque a casu, sed ab autore naturæ, qui ipsis finem præstituit, ac inclinationem naturalem ad proprium finem impressit. Quæ etenim finem non noscunt, nō tendunt in eum, nisi a superiori cognoscente dirigātur. Hæc Thomas loco prætacto. ¶ Qui & in Summa contra gentiles libro primo, hanc rationem sic format: Impossibile est contraria, & dissonantia in unum ordinem concordare semper, aut pluries, nisi alicuius superioris gubernatione, ex qua omnibus, singulisque tribuitur ad certum tendere finem. Sed in mundo videmus res diuersarum naturarum in vnum ordinem concordare, non vt raro, aut a casu, sed semper, vel in parte maiori. oportet ergo aliquem esse, cuius prouidentia mundus gubernetur, ac diuersa in vnum ordinem redigantur, & hūc dicimus Deum. Et hæc ratio a Damasceno inducitur, quam & 2. Physicorum innuit commentator. Hæc Thomas.

Aegidius. ¶ Insuper de hac scribit Aegidius: Quamuis reperiantur, quædam esse sic vnum, vt in eis non existat diuersitas, non tamen possibile est, aliqua esse ita diuersa, quòd in eis, non inueniatur vnitas, quædam. propter quod scribitur in prima propositione Procli Platonici: Omnis multitudo participat aliqualiter vno. Et 13. de diuinis nominibus capitulo, sanctus Dionysius loquitur: Neque enim est multitudo, non participans vno. quæ enim sunt accidentibus multa, sunt vnum subiecto: & quæ multa sunt numero, vnum sunt specie. & quæ multa sunt speciebus, vnum sunt genere: & quæ sunt multa processionibus, sunt vnum principio: hoc est, quæ sunt multa generibus, sunt vnum analogia. Dicuntur enim diuersa genere, diuersa esse processionibus: quia secundum generum variationes, uariantur, & processiones. In genere nanque colorum est processus ab albo in nigrum, in genere quoque saporum non ab albo, sed ab amaro est processus in dulce. Si ergo sunt plures veri dij, oportet quòd aliquo prædictorum modorum participent vnitatem. quod dici non potest. Non enim sunt plura accidentibus, & vnum subiecto, cum Deus sit ens simplex, purum, abstractum. Nec sunt unum specie, & numero differentes, quoniam talis pluralitas contingit ex parte materiæ, ut dicitur septimò metaphysicæ. Deus autem est purus actus. Nec dici potest, quòd specie differant, & genere vnum sint, quia sic esset in eis compositio ex genere, & differentia, & esset in eis, aliquid potentiale, a quo genus acciperetur: & esse limitatum haberent, non perfectum, & infinitum. Nec sunt vnum analogia, quia sic non essent æquales. nec omnes absolutè perfecti. Præterea, si sunt plures dij, aut sunt eiusdem naturæ, aut non; si sunt eiusdem naturæ: ergo cum in Deo sint vnum, & idem natura, & esse, erunt simpliciter vnum: si verò non sunt eiusdem naturæ, tunc si vnus est Deus, alius non est Deus. siquidem ille tantum est Deus, qui habet deitatis naturam. Hinc concludit philoso-

Proclus.

§. Diony.

phus 12. Metaphysicæ, quòd vnus est principatus, vnusque, princeps, quia uidelicet entia nolunt male disponi, pluralitas autem principum mala. Hæc Aegidius. Aristotel.

¶ Vnde Richardus: Vnum tantummodo esse Deum, rationibus, autoritatibusque probatur. Ait enim: Auicenna 1. Metaphysicæ suæ: Ei quod omnino necesse est esse, impossibile est aliquid esse compar, & illud necesse esse nominat Deum. Nono quo que Metaphysicæ suæ: Vniuersitas, inquit, habet principium, quod est unum: quia non est aliquid ei nullo modo in suo esse communicans, & propter hanc unitatem impar est ei aliud omne. Trismegistus etiam in libro de diuinitate ad Asclepium, dicit: Vnus est mundus, & vnus est Deus. Vnde, & Plato in primo Timæi, ex unitate exemplaris mundi in mente diuina probat, q̄ unus sit mundus. Denique Anselmus in Monologion: Omnes inquit, creaturæ aliquam habent connexionem, quoniam partes sunt mundi vnius. Connexionem autem diuersorum oportet reducere ad aliquid vnum. In prosologion quoque arguit: Deus est id, quo maius cogitari non potest, & tale ens oportet esse non solum in apprehensione, sed item in re: quia quod solum est in apprehensione, non est id, quo maius cogitari non potest. Hæc Richardus. Richard. Auicenna. Trismegistus. Gulielmꝰ. Durandus

¶ Ad istud probandum Antisiodorensis in exordio Summæ suæ, Gulielmus Parrhisiensis primo libro de uniuerso, Durandus in Scripto primi, multa efficacia induxerunt motiua: quæ breuitati studens omitto, quia & uirtualiter pro magna parte iam habita sunt. Halen.

¶ Postremo Alexander ad idem probandum, primo inducit argumentum Richardi de sancto Victore, qui in libro suo de Trinitate, sic arguit: Videmus q̄ multa habeant suum esse ab aliquo, ergo oportet deuenire ad aliquid, quod non habet esse sui aliunde, & illud oportet esse æternum, cum nil possit seipsum producere. Secundò inducit rationem Damasceni, quia omnè ens est vel causabile, vel incausabile: quod autem incausabile, hoc est æternum, & inde pendens, nec alio indigens, vtpotè Deus: quod uero causabile, hoc est aliquo modo vertibile, indigēs, & imperfectum: ergo oportet illud a perfecto, & independente fluxisse. Tertiò arguit sic, Tota uniuersitas causatorum est causata, siue dicatur infinita, siue finita. Cumque nil sit sibijpsi causa, oportet, quòd extra, & supra se habeat causam sui efficientem. nec potest esse circulatio in causis efficiētibus, & causatis. Nam sequeretur, quòd idem esset prius, & posterius se in essendo. Idcirco oportet esse vnam summam, & primam omnium causam, in qua sit status: quæ quamuis non ordinetur ad alia, omnia tamen ordinantur ad ipsam. & sic ipsa est primum in ordine entium. Hæc Alexander. Qui, & alijs modis idem demonstrat ex verbis Augustini, & Anselmi. Damasce

Albērti responsio ad instātiam primam. Deus proprie plura li caret.

¶ Nunc instantiæ in oppositum factæ, soluendæ sunt: & ad primam dicit Albertus, quòd secundum veram artem grammaticæ, nomen hoc Deus non habet plurale, quia designat ens vnum incommunicabile: & quando pluraliter dicitur, non propriè neque vniuocè sumitur, sed pro his, qui aliquo modo participatiuè dij vocantur.

Ad 2. ¶ Ad secundam dicendum, q̄ non esset bonum esse plura bona infinita, cum sit in se prorsus impossibile, & cōfundere ordinem rerum, nec bono perfecto increato, & infinito potest fieri bonitatis additio, sed soli bono creato. ¶ Ad tertiā dicit Bonauētura,

Ad 3.

ra, q̄ mens non potest concipere plura bona infinita, cum sit repugnantia, & implicatio in hoc ipso, sed imaginatio seu phantasia, quę impossibilium est, potest sic imaginari.

Tarātasiꝰ. ¶ Postremo præhabitis consonat, quod asserit Petrus: Cum totum esse creaturarum a prima causa descendat per proprietates causatorum, est aliquo modo deuenire in cognitionem primæ causæ, Est autem in creatis inuenire multitudinem, ordinem, imperfectionem, & connexionem. Omnis autem multitudo ab vnitate trahit originem, ergo oportet omnis multitudinis aliquod vnum esse principiū. Item, omnis ordo essentialis cum habeat aliquid prius, & posterius, oportet quòd habeat aliquid primum, & aliquid postremum. Similiter omne imperfectum ab aliquo perfecto trahit exordium. Diuersorum quoque connexio, suæ connexionis, & conseruationis aliquam habet causam.

QVAESTIO. II.

Arguit. 1. ad vnam partem. SEcundo quæritur, *qualis sit distinctio inter attributa diuina, videlicet an realis, an formalis, an rationis duntaxat.* ¶ Et videtur q̄ solum sit distinctio rationis. Primò, quia in Deo est summa simplicitas atque purissima vnitas in essentialibus. ¶ Secundò, 2 quia primo de diuinis nominibus cap. Dionysius ait, q̄ nomina per quæ sancti theologi Deū laudant, secundum diuersos sumuntur deitatis processus, quibus Deus per suos effectus manifestatur. ergo attributorum distinctio non est ex natura rei in Deo, sed ex parte diuersorum effectuum, ex quibus intellectus humanus Deū diuersimodè cognoscit, & no- 3 minat. ¶ Tertiò, si ratio penes quam distinguuntur attributa diuina, est in re: aut est essentia, aut persona, aut notio. Si essentia, ergo est vnica: si persona, ergo tres tantum: si notio, ergo quinque solummodo. quod totum est falsum, cum in Deo multo maior sit 4 numerositas attributorum. ¶ Quartò, secundum philosophum, vnum in substantia facit idem. ergo sicut in Deo est summa, extrema, atque purissima vnitas, ita & pura, ac summa identitas. ergo nulla non identitas ex rei natura, sicq; distinctio attributorum so- 5 lum est rationis. ¶ Quintò, vnumquodque tāto plus est tale, quantò minus habet de suo opposito, sicut in prædicamentis tangit Philosophus. Cum ergo in Deo sit summa, & infinita simplicitas, non est ex natura ipsius attributorum distinctio, sed omnimoda, 6 & extrema identitas. ¶ Sextò, secundum Dionysium in epistola ad Gaium & albi, atque secundum Damascenum primo libro, Si quis Deum videns, intellexit quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum quæ sunt circa ipsum aut ipsius distinctioni attributorum diuinorum non correspondet aliquid in Deo existens, sed in rebus creatis.

In contrarium. ¶ In contrarium est, q̄ alia est ratio sapientiæ, alia essentiæ, alia bonitatis. Imò secluſa omni consideratione intellectus creati, alia est ratio horum, præsertim diuini intellectus & voluntatis diuinæ, potissimè vero diuinæ essentiæ, ac relationis seu paternitatis: & aliud conuenit Deo ratione essentiæ, aliud ratione relationis. Similiter per intellectum conuenit ei generare verbum æternum, per voluntatem spirare increatum amorem. sic ex parte essentiæ, competit Deo communicabilitas, & vnum esse in re: ex parte relationis, suppositalis distinctio. Et ista ab æterno ita se habuerunt in Deo, & adhuc ita se habent inuariabili modo, omni actu intellectus creati secluso. Ergo ex natura rei distincta sunt, id est, formaliter, vt Scotus cum suis tenet sequacibus. Dionysius

¶ Pro huius quæstionis solutione in primis sciendū, q̄ ista est una de præcipuis difficultatibus theologicæ facultatis, de qua inter doctores famosos in uenitur dissentio, inquisitio & concertatio grandis. Ideo huic materiæ immorari intendo, & verba doctorum diligenter inducere.

¶ Itaque sanctus doctor ait in Scripto: Sapientia, bonitas, entitas, veritas & consimilia, sunt omnino vnum in re in Deo, sed differunt ratione. & hæc ratio non est tantum ex parte ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei. Ad cuius euidentiam, vt diligenter explicetur, quia ex hoc pendet ferè totus intellectus eorum, quæ in hoc primo libro Sententiarum dicuntur, quatuor oportet videre. Primò, quid sit ratio, secundum quod dicimus attributa ratione differre. Secundò, quomodo dicatur aliqua ratio in re aliqua esse vel non esse. Tertiò, utrum istæ rationes diuersę attributorum sint in Deo uel non. Quartò an pluralitas ista rationum sit tantum ex parte intellectus nostri, uel aliquo modo ex parte rei. Quātum ad primum sciendum quòd ratio, (prout hic sumitur) nihil aliud est, quàm id quod apprehendit intellectus de significatione nominis: & hoc in his, quæ habent diffinitionem, secundum q̄ quarto Metaphysicæ dicit Philosophus: Ratio quam significat nomen, est diffinitio. Quædam tamen dicuntur habere rationem sic dictam, quæ non diffiniuntur, vt generalissima, vt (verbi gratia) ratio qualitatis est id, quod significatur nomine qualitatis. Hinc non refert an illa, quæ dicuntur habere rationem, habeant rationem, habent diffinitionem uel non. Sicq; patet quòd ratio sapientiæ, quæ de Deo dicitur, est id quod concipitur de significatione nominis huius, quamuis diuina sapientia diffiniri non possit. nec tamen hoc nomen ratio, significat ipsam conceptionem: quia conceptio ipsa non significatur per nomen hoc sapientia, vel per aliud nomen rei, sed significat intentionem huius conceptionis, sicut, & hoc non diffinitio, & alia nomina secundæ intentionis. Et ex hoc patet secundum, videlicet qualiter ratio dicatur esse in re. Non enim hoc dicitur, quasi ipsa intentio, quam significat nomen rationis, sit in re aut etiam ipsa conceptio, cui conuenit talis intentio, cum sit in anima tanquam in subiecto: sed dicitur esse in re, inquantum in re extra animam est aliquid, quod correspondet conceptioni, sicut signatum signo. Vnde sciendum quòd conceptio intellectus tripliciter se habet ad rem extra animam. Aliquando enim hoc, quod concipit intellectus, est similitudo rei existētis extra animam, sicut hoc quod concipitur de hoc nomine homo, & talis conceptio intellectus habet fundamentum immediatè in re, inquantum res ipsa ex sua conformitate ad intellectum, facit q̄ intellectus sit uerus: & quòd nomen significans illud intellectum proprie de re dicatur. Aliquando autem hoc, quod nomen significat, non est similitudo rei existentis extra animam, sed est aliquid quod consequitur ex modo intelligendi rem, quæ est extra animam. & huiusmodi sunt intentiones, quas adinuenit intellectus: quemadmodum significatum huius nominis genus, non est similitudo alicuius rei extra animam existentis, sed ex hoc, quod intellectus intelligit animal vt in pluribus speciebus, attribuit ei intentionem generis. Et licet proximum fundamentum huiusmodi intentionis non sit in re, sed in intellectu, tamen remotum fundamentum est in re ipsa. Ideo intellectus intentiones tales inueniens, non est falsus. Simile

Thomas.

Quatuor hic notatū necessaria

Aristot.

Generalissima ratio nem hūt, non diffinitionem.

Rō quō dicatur esse in re.

Cōceptio intellectꝰ tripliciter se habet ad rem extra aīam.

Simile quoque est de alijs omnibus, quæ consequun
tur ex modo intelligendi, vt est mathematicorum
abstractio. Aliquando vero id, quod significatur per
nomen, non habet fundamentum in re, nec proxi-
mum neque remotum, sicut conceptio Chimæræ.
ideo conceptio eius est falsa.

¶ Quantum ad tertium, scilicet an rationes attri-
butorum in Deo sint, sciendum quòd circa hoc vi-
detur esse duplex intentio. Quidam enim, videlicet
Rabbi. Moyses. Rabbi Moyses, & Auicenna, affirmant quòd Deus
est quoddam esse subsistens, nec aliquid aliud nisi es
se, in Deo est. Vnde dicunt quòd est esse sine essen-
tia. Omnia autem alia, quæ Deo attribuuntur. veri-
ficantur de eo dupliciter, secundum eos videlicet,
vel per modum negationis, vel causalitatis. Per mo-
dum negationis, dupliciter. Primò, ad remouen-
dum priuationem vel defectum oppositum, sicut
Deum dicimus sapientem, ut remoueamus ab eo de
fectum, qui est in carentibus sapientia. Secundò,
Vnus. secundum hoc, quod aliquid ex negatione conse-
quitur, sicut est de hoc nomine * vnus, qui ex hoc
ipso quòd non est diuisus, est vnus. Similiter ex eo
quòd est immaterialis, est intelligens. Vnde secun-
dum eos omnia nomina ista potius sunt inuenta ad
remouendum, quàm ad ponendum aliquid in Deo.
Item per modum causalitatis, dupliciter. Primò, in-
quantum producit ista in creaturis, vt Deus dicatur
bonus, quoniam bonitatem influit creaturis. Secun-
do, inquantum per modum creaturæ se habet, vt di
catur volens, aut pius, inquantum se habet ad mo-
dum volentis seu pij in producendo effectus: sicut
& iratus vocetur, quia ad modum se habet irati.
sicque secundum opinionem hanc sequitur, quòd
omnia, quæ dicuntur de Deo, & creaturis, dicantur
da eis purè æquiuocè: atque quòd nulla sit similitu-
do creaturæ ad creatorem ex hoc, quòd creatura
Rabbi. Moses. est bona aut sapiens, quod expresse asserit Rabbi
Moyses. Secundum hoc ergo id, quo concipitur de
nominibus attributorum, non refertur ad Deum, vt
sit similitudo alicuius, quod in eo est. Vnde sequitur
quòd rationes nominum horum non sunt in Deo,
quasi proximum habeant fundamentum in ipso,
sed remotum: quemadmodum dicimus de relatio-
nibus, quæ ex tempore de Deo dicuntur. Huiusmo-
di enim relationes in Deo realiter non sunt, sed se-
quuntur modum intelligendi, prout de intentioni-
bus dictum est. & sic iuxta istam opinionem, ratio-
nes attributorum istorum sunt tantum in nostro
intellectu, non in Deo: & intellectus eas adinuenit
ex consideratione creaturarum per negationem
aut causalitatem, vt dictum est. Alij vero (vt san-
S. Dion. Anselmus ctus Dionysius & Anselmus) testantur, quòd in Deo
præeminenter consistit quicquid perfectionis in
creaturis est. & hæc præeminentia attenditur penes
tria. Primò, quantum ad vniuersaliratem, quia in
Deo sunt omnes perfectiones adunatæ, quæ in crea
turis non adunantur. Secundò, quantum ad pleni-
tudinem, quia in Deo sunt sine defectu. Tertiò, quan
tum ad unitatem, quia in Deo sunt vnum, quæ in
creaturis diuersa sunt: & quia in vno omnia Deus
præhabet, secundum illud vnum cuncta cogno-
scit, & causat, & omnia ei per analogiam assimi-
lantur. Idcirco circa hanc opinionem, conceptio-
nes, quas intellectus noster ex attributorum nomi-
nibus concipit, sunt veræ similitudines Dei: & inde
consequitur, quòd quicquid sequitur ad sapien-
Dion. Ri-clus præ-dicta con-ciliat. tiam, inquantum huiusmodi, rectè & propriè con-
uenit Deo.

¶ Porro istæ opiniones quamuis in superficie vi-
deantur diuersę, non sunt tamen contrariæ, si quis
rationes dictorum ex causis sumat dicendi, quoniã
primi considerauerunt res ipsas creatas. quibus at-
tributorum nomina imponuntur, quemadmodum
hoc nomen sapientia cuidam imponitur qualitati,
& hoc nomen eẽntia cuidam rei non subsistenti ex
se, & hæc longe à Deo sunt. ideoq; dixerunt quòd
Deus est esse sine essentia, & quòd non est sapientiæ
in Deo secundum se. Alij vero considerauerunt mo
dos perfectionum, ex quibus nomina dicta sumun-
tur: & quoniam Deus secũdum vnum simplex esse,
omnibus modis perfectus est: qui modi importan-
tur per nomina illa, idcirco dixerunt, quòd nomina
illa positiuè Deo conueniunt. Ideo neutra opinio-
num istarum negat, quod alia dicit, quia nec primi
dicerent aliquem modum perfectionis Deo deesse,
nec secundi qualitatem, aut res non subsistẽtes Deo
conuenire. Si ergo patet tertium, scilicet quòd ratio
nes attributorum sunt verè in Deo, qm̃ ratio nomi-
nis magis se tenet ex parte eius, a quo nomen impo-
nitur, quàm ex parte eius cui componitur.

Rõnes attributorũ sunt vere in Deo.

¶ Quantum vero ad quartum, an scilicet pluralitas
rationum istarum sit tm̃ ex parte intellectus no-
stri, vel aliquo modo ex parte rei: sciendum ꝙ ista
pluralitas rõnum contingit ex hoc, ꝙ res quæ Deus
est, superat intellectum nostrum. Intellectus etenim
noster non põt vna cõceptione diuersos modos per
fectionis accipere: tũ quia cognitionẽ sumit ex crea
turis, in quibus sunt diuersimodi perfectionum ſm
formas diuersas: tum quia hoc, quod in Deo est vnũ
& simplex, plurificatur in intellectu nr̃o, ẽt si a Deo
immediatè cognitionem reciperet, sicut multiplica
tur ꝓcessio suæ bonitatis in alijs creaturis. vnde cũ
Deus ſm vnam, & eandem rem sit oĩbus modis per-
fectus, vna conceptione nõ possumus eius perfectio
nem integrè apprehendere, & p consequens nec no
minare. Hinc oportet, ꝙ diuersas de eo conceptio-
nes habeat aĩa nostra, quæ sunt diuersæ rationes, &
diuersa imponit nomina rationes illas significantia.
Ideo nomina illa non sunt synonyma, inquantum
diuersas significãt rationes. Si autem intellectus no-
ster Deum per seipsum videret, posset ei imponere
nomẽ vnum, quod erit in patria, iuxta id Zacharię Zach. 14.
In die illa erit dñs vnus, & nomen eius vnum. & no
men illud non significaret bonitatem tantũ, nec sa-
pientiã tantũ, aut aliqd huiusmodi, sed significata
omnium horum includeret. Attamen si intellectus
uidens Deum p essentiam, imponeret ei nomen, me
diante conceptione, quã hẽt de eo, oporteret adhuc
ꝙ plura ei imponeret nomina: qm̃ impossibile est ꝙ
conceptio intellectus creati, repræsentet totam per
fectionem diuinæ essentiæ, Idcirco de re visa diuer-
sas conceptiones formaret, ac nomina diuersa im-
ponere, quemadmodũ etiam dicit Chrysostomus, Io. Chry-sostomus.
ꝙ angeli quidam laudãt Deum, vt maiestatẽ: quidã,
vt bonitatem: sicq; & alijs modis, in signum quòd
ipsum non vident visione comprehendente plena-
riè. Conceptio autem perfectè repręsentans eum,
est uerbum increatum, quod idcirco est vnum tan-
tum. Sic igitur patet, quòd ista pluralitas nominum
venit ex hoc, quòd Deus intellectum nostrum exce-
dit, & hoc est ex parte ipsius, propter plenitudinem
suæ perfectionis: & ex parte nostri intellectus, qui
deficienter se habet ad perfectionem Dei intelligen
dam. Hinc pluralitas rationum istarum non est
tantum ex parte intellectus nostri, sed etiam Dei.
Ideo pluralitati rationum istarum correspondet ali
quid in re, quæ Deus est, non quidem pluralitas, sed
plena perfectio, ex qua contingit vt omnes istæ
perfe-

perfectiones ei aptentur. Itaq; qui dixerunt ꝙ plura
litas ista est tantum ex parte intellectus nostri, aut ef
fectuum, quodammodo verum dixerunt, & quo-
dammodo non. Si enim hoc referatur ad causam
multiplicationis, sic verum dicunt, quòd sit ex parte
intellectus nostri, atque effectum quodammodo, pu
ta in eo, quòd intellectus noster non potest accipe-
re diuinam perfectionem vna conceptione, sed plu-
ribus: cuius vna ratio est, quia assuefactus ẽ ad crea-
ta. Si vero referatur ad modum, quo istæ rationes
Deo attribuuntur, falsum dicunt. Non enim ex hoc,
quòd Deus facit bona, aut per modum bonorum se
habet, bonus est: sed quoniam bonus est, bona facit,
& alia eius bonitatem participãdo, ad modum eius
se habent. Vnde si nullam creaturam fecisset, aut fa-
cturus esset, nihilominus in se talis esset, vt posset ue
rè considerari secundum omnes istas conceptio-
nes, quas nunc habet intellectus noster ipsum consi
derando. & sic patet quartum. Hæc Thomas in Scri-
Thomas in ſũma 1.p.q 13. ar 7. pto. Porro in prima parte Sũmæ suæ, quæstione 13.
ait: Quidam dixerunt quòd nomina quæ affirmati-
uè, & absolutè de Deo dicuntur, magis inuẽta sunt
Rabbi Moses. ad remonendum aliquid ab eo, quàm ad aliquid po
nendum in ipso. Et hoc Rabbi Moyses ponit. Alij di-
xerunt, ꝙ nomina ista imposita sunt ad significan-
dum habitudinem Dei ad creata, vt cum dicimus,
Deus est bonus, sensus sit, Deus est causa bonitatis
in rebus: Quorum vtrunque inconueniens esse vide
tur. Hæc in Summa. Itaque opinionem quam in Scri
Rabbi Moles. pto ascribit Rabbi Moysi, & Auicennæ, in Summa
ascribit Rabbi Moysi tantum; quantum ad primam
partem opinionis illius, quòd .s. talia negatiuè de
Deo dicuntur, ad remouendum aliquid ab eodem.
Aliam vero partem opinionis illius forsan infinuat
esse Auicennæ. scq; totam ascribit ambobus, red-
dendo singula singulis. Ambas quoque opiniones,
Auicenna quas piè saluat, & aliorum veræ positioni concor-
dat in Scripto, reprobat absolutè in Summa. Et ratio
nabiliùs ac veriùs esse puto, quàm quod circa hoc
inducit in Scripto.

Thomas. ¶ Præterea in Summa contra gentiles libro 1. de
his hinc inde plura disseruit, q̃ consonãt præductis.

Petrus. ¶ His quoque omnino concordant, quæ scribit
Petrus, Ratio, inquiens, propriè dicitur intẽtio, quæ
per nomen alicuius rei vel per eius diffinitionem si-
gnificatur. Illud autem necesse est ab intellectu præ
concipi, a quo nomen imponitur. Huiusmodi vero
conceptio tripliciter fit. Aliquando enim totaliter
fundatur super rem, ita quòd intellectus accipit rei
similitudinem, vt ratio similitudinem hominis. Ali-
quando totaliter fundatur ſuper intellectum, vt ra-
tio chimæræ. Interdum partim ſuper rem, & partim
ſuper intellectum, vt ratio vniuersalis, quòd funda-
mentum primum habet ſuper similitudinem essen-
tialem indiuiduorum, & fundamentum proximum
ſuper intellectum considerantẽ aliquid in pluribus
quasi unum, quod tamen realiter est in illis plurifica
tum. Etenim unitas ipsius vniuersalis fundatur su-
per essentialem similitudinem indiuiduorum, & cõ-
pletur formaliter in intellectu, qui a multis similitu-
dinibus incipiens, tendit in unum. Sed multiplicatas
attributorum fundatur ſuper vnam ſimplicem diui
ni esse perfectionem, & completur intellectu. sicque
incipit ab vno ſimplici perfecto, & terminatur ad
multa ratione. Dico ergo, quòd ratio qua differunt
attributa dinina, partim fundatur ſuper rem, partim
ſuper intellectum. Super rem quidem, quia in Deo
(cum sit perfectisſimus) est naturaliter veritas om-
nium perfectionum, sed vt vnum, per modum ſim-
plicem qui excedit nostræ intelligentiæ modum. Su
per intellectum vero, quoniam intellectus noster
imperfectus est, & creaturarum ſpeciebus immix-
tus, in quibus hæc sunt diuersa secundum rem. Ideo
modos omnis diuinæ perfectionis, qui in Deo sunt,
non potest sub vna ſimilitudine apprehendere, sed
sub diuersis, sicut, & creaturæ diuersimodè partici-
pant esse diuinum. Sic ergo causatur hęc rationum
attributalium diuersitas partim ex re, quia in Deo
verisimè est uninersalis perfectio, quæ in ſua ſimpli
citate non potest nunc in nostrum cadere intelle-
ctum: & partim ex intellectu, qui ea, quę in Deo sunt
vnum, non potens sub ſimilitudine vna accipere,
format de vna re diuerſitatem conceptuum. Ipsa er
go multitudo rationum, in intellectu est nostro: sed
causa uerificationis multitudinis huius, in re ipsa:
quemadmodum e contrario vnitas ipsius vniuerſa-
lis intellectu consistit, sed causa verificationis vnita-
tis istius in ſingularibus est. Hæc Petrus.

Richard⁹. ¶ Insuper Richardus his concordans: In diuina,
ait, essentia est attributorum pluralitas secundum
rationem. Pro cuius intelligentia declarandum est
primo, quid importetur nomine diuinorum attri-
butorum. Secundò, quid sit differentia ſecundum
rationem. Tertio, quomodo differunt attributa ſe-
cundum rationem per comparationem ad intelle-
ctum creatum. Quartò, qualiter per comparatio-
nem ad intellectum diuinum.

1 Quid ſignetur p attributa diuina. ¶ Pro primo ſciendum, quòd diuina attributa
ſunt ſuperexcellentiæ perfectionum exiſtentium in
generibus rerum creatarum, quarum quãlibet ſim-
pliciter loquendo melius est habere per modum in
trinſecæ rei, quàm non habere: vt ſunt, vita, ſapien-
tia, bonitas, potentia. Hinc quamuis in Deo ſint ſu-
perexcellentiæ perfectionum omnium rerum, non
tamen omnia nomina ſignificantia illas perfectio-
nes, propriè prædicamus de Deo. Non enim dici-
mus quòd Deus ſit aurum, aut lapis, niſi tranſlatiuè.
Dicuntur autem ſuperexcellẽtæ illæ perfectionum,
attributa diuinæ eſſentiæ, non quia primo, ac ple-
niùs ſint illę perfectiones in creaturis, quàm in Deo,
imò e contrario eſt: ſed quia tales perfectiones at-
tribuimus diuinæ eſſentiæ, prædicando eas de ipſa.

2 Quæ diffe rentia ſe-cundũ rẽ, & rationẽ ¶ Pro ſecundo ſciendum, quòd differentia ſecun
dum rem, eſt quæ ſequitur rem ſecundum eſſe ſuum
reale quod habet in actu: & differentia ſecundum
rationem, eſt quæ non conſequitur rem, niſi inquan
tum eſt intellecta, ſiue poſsit eſſe in actu realis, &
actualis exiſtentiæ, ſiuè non. Quoniam ergo attri-
buta ſecundum ſuum eſſe reale, quod realiter ha-
bent in Deo, differentia nulla conſequitur, vt pate-
bit, ideo dico quòd in Deo non differunt ſecundum
rem: quia tamen inquantum ſunt intellecta, conſe-
quitur ea differentia quædam, dico quòd differunt
differentia, quæ eſt ſecundum rationem, & purè eſt
differentia ſecundum rationem: quoniam ſicut attri
buta in Deo exiſtentiam realem non habent diuer-
ſam, ita habere non poſſunt differentiam ſeu plurali
tatem realem.

¶ Pro tertio agnoſcendum, quòd iſta pluralitas
rationum contingit ex hoc, quòd res quæ Deus eſt,
noſtrum ſuperat intellectum: eſtque partim ex par-
te Dei propter plenitudinem ſuæ perfectionis, par-
tim ex imperfectione noſtri intellectus, ſicut ex-
preſſum eſt.

¶ Quantum ad quartum, dicendum ꝙ illa attribu
ta in Deo ſunt vnum re, & rationes eorum ſecundũ
quod in Deo ſunt p modũ rei intrinſecæ, ſunt vnũ
in re: ſed rationes eorum ſecundum quod ab intel-

lectibus

lectibus creatis conceptæ sunt vel conceptibiles, atque a Deo intellectæ, plures sunt non pluralitate reali, sed quia in eis sunt plures respectus rationis ad intellectum, Conceptio autem, quam facio nũc de sapientia Dei, & quam facio de potentia aut consimilibus, quamuis ab æterno non fuerint, tamen ab æterno fuerunt intellectæ a Deo, sicut, & cęteræ creaturæ. Vnde ideæ earum ab æterno aliter fuerunt in Deo, & aliter creaturæ: quia earum ideæ fuerunt in Deo per modum rei intrinsecæ, propter quod realiter fuerunt, & sunt idem quod Deus. Ego autem, & aliæ creaturę non fuimus in Deo per modum rei intrinsecæ neque realiter, nec fuimus idem quod Deus, sed sicut obiectum, videlicet color, est in vidente: quoniam creatura ab æterno fuit secundarium intellectus diui obiectum. Dico ergo, quòd pluralitas attributorum fuit ab æterno per comparationem ad plures conceptiones, quæ a Deo ab æterno intellectæ, fuerunt, quas ex tempore format intellectus creatus, vel potest formare de perfectione diuina. Hæc Richardus. Et hanc doctrinam multi, & pro maxima parte sequunt theologi

Aegidius. ¶ Veruntamen Aegidius præinductæ doctrinæ ac determinationi sancti contradicit doctoris. Ea etenim recitata, adiecit: Hæc opinio licet aliquam contineat veritatem, non tamen est bene dicta, deficit nanque in tribus. Primò, quia præsupponit impossibile, quoniam nunquam imponitur nomen nisi mediante conceptione. Secundò deficit, quia si intellectus immediatè videret diuinam essentiam, & mediante conceptione sua ei imponeret nomen, vno modo seu nomine eam nominaret. Cum enim nomen repræsentet conceptionem intellectus, & conceptus ipsius intellectus formatur ex visione eiusdem, siue ex actu ipsius, & quia tunc esset visio vna, esset & vnum conceptum ac vnum nomen: tamen diuersi intellectus diuersa ei imponerent nomina, quia nullus comprehendit diuinam essentiam. Ideo aliùs alio plus intelligit. & id quod intelligit vnus, est aliud ab eo quod intelligit alius. Idcirco nominatio est alia, & alia. Propterea signanter dicit Chrysostomus, quòd aliqui laudãt Deum,

Chrisost. vt bonitatem: alij, vt maiestatem. Tertiò deficit, quoniam dicit, quòd tota causa pluralitatis attributorum, est ex parte intellectus nostri. Ideò aliter est dicendum videlicet, quòd pluralitas ista tripliciter potest assignari. Primò ex parte obiecti, secundò ex parte subiecti, tertiò ex parte causæ. Hęc

Dionysi⁹. Aegidius. Aegidius,

¶ Quocirca pensandum, quòd ideo dicit positionem Thomæ præhabitam præsupponere impossibile, quia (vt patuit) Thomas affirmat: si intellectus videns Deum per essentiam, imponeret ei nomen mediante conceptione, quam habet de eo, oporteret adhuc, quòd plura ei imponeret nomina &c. prout supra narratum est. In quibus verbis (vt clarum est) Thomas loquitur conditionaliter nec verum est, quòd aliquid impossibile præsupponit, videlicet ꝙ sine conceptione mediante imponat, aut queat imponere nomen alicui. Denique, secundum, in quo Aegidius dicit præfatam positionem deficere, verius esse videtur, quàm quod ait Aegidius. Cum enim nullus intellectus creatus, quamuis beatus, plenè diuinam comprehendat essentiam, posset ei imponere nomen vnum, quantum ad id, quod de ea intelligit: atque aliud nomen, quo ad id quod de ea non comprehendit. Tertium quoque, in quo corrigit, & emendat Thomæ responsionem, nil superaddit responsioni ipsius. Nempe, quòd Aegidius dicit pluralitatem attributorum assignari ex parte obiecti, hoc est, quòd Thomas dicit eam partim sumi ex parte Dei. Item quòd Aegidius perhibet pluralitatem illam secundò accipi ex parte subiecti, hoc est quòd Thomas testatur eam sumi partim ex parte intellectus nostri. Porro, quòd Aegidius addit de tertio, puta quòd etiam sumitur ex parte causæ, non est nisi verbalis additio, cum & ipse Aegidius per causam intelligat vtrunque, nec aliquid addat, quod non in illis duobus a Thoma expressum sit, vt patet diligenter legenti scripta amborum. Insuper falsum est, quòd Aegidius refert positionem prætactam asserere, quòd tota causa pluralitatis attributorum sit ex parte intellectus nostri: imò vt patuit, positio illa fatetur quòd partim sit ex parte Dei, partim ex nostro intellectu. Attamen uerum est, quod Thomas affirmat, quod causa multiplicationis, seu pluralitatis attributorum sit ex parte intellectus nostri atque effectuum quodammodo, sicut expositum est, quod vtique verum esse censetur. Magis enim est ex parte imbecillitatis nostrę mentis, quàm ex plenitudine diuinæ perfectionis. Imò, vt infra tangetur, etiam illi, qui dicunt, quòd tota causa, & ratio pluralitatis attributorum sit ex parte nostri, possunt feliciter excusari, & cum positione Thomæ, ac eius sequacium concordari. Sed, & ipse Aegidius in hoc cum Thoma concordat, quòd distinctio, seu pluralitas attributorum non sit ex natura rei, utpotè Dei, quamuis in Deo sit fundamentum verè correspondens distinctioni, ac pluralitati huiusmodi.

De positione Alexãdri Alberti, Bonauenturæ. Antisiod.

¶ Præterea, quòd inter attributa diuinæ naturæ non sit nisi rationis distinctio, manifestè concordat dictis Alexandri, Alberti, & Bonauenturæ in his, quæ scribunt super primum de diuina bonitate, vnitate ac summa simplicitate. Idem monstratur, ex scriptis Antisiodorensis in Summa sua. Qui præclari doctores probant id ipsum rationibus, auctoritatibusque idoneis, sicut, & infra tangetur.

Albertus. ¶ Ait equidem Alexander: Secundum beatum Dionysium libro de diuinis nominibus, cap. de ente, monadè idest vnitate, numerus omnis subsistit. inquantum vero ab unitate progreditur, in tantum discernitur ac multiplicatur, sicut in centro omnes lineæ circuli secundum vnitatem primam sunt constitutæ, breuiterque distantes, breuiter discernuntur: & quæ magis, magis. Ita in Deo omnium perfectiones, & rationes per vnam in confusam vnitatem sunt circũuolutæ. Quemadmodum ergo si quæreretur de puncto, & vnitate, an vnum vel multa sint, diceretur quòd vnum re, & multiplex ratione, ita est de diuina perfectione, atq; ideis: quia secundum Dionysium, Vna tantum est vnitas diuina, in qua conuolutæ sunt omnes vnitates creatæ per exemplaritatem: nec distinguuntur in Deo, nisi ratione aut connotatione, aut respectu ad creaturas. Hæc Alexander. Qui etiam dicit, quòd essentia, & relatio nõ nisi ratione distinguuntur in Deo, similiter nec ideæ: quanto magis nec attributa sola sunt ratione distincta?

Males.

¶ Pręterea de hac attributorum distinctione scribit Albertus diffusè infrà octaua distinctione dicendo: Quidam dicere voluerunt, quòd nomina ista, videlicet bonitates, vita, sapientia, dicta de Deo, differunt per connotata in creatura: & non habent differentiam aliquam, si in Deo absolutè accipiantur. Sed cõtra: Connotatũ est effectus in creatura, effectus autem nõ est a causa nisi vt causa, tur

ergo ista nomina non dicerentur de Deo, nisi sicut de causa vt causa. quod falsum est, quoniam sapientia, aut sapiens nullam nominat causam. Insuper, ponamus per intellectũ non esse connotata in creatura. quæro an adhuc Deus sit ens sapiens, bonus, & hmõi. & constat, ꝙ sic, ergo solutio illa non ualet. Hinc alij quidam dixerunt, ꝙ Deus in veritate non habet proprium nomen, sed nos nomina ei imponimus. ideo nomina ista transferuntur ad eum ab his, quæ in creaturis reperimus, & penes illa accipiunt diuersitatem. Sed contra. Aut ista nominant, quod propriè est in Deo, aut quod figuratiuè est in eo. Si primo modo, nihil ualet solutio: quia adhuc remanet quæstio, qualiter in significando habeãt differẽtiam penes ea, quæ nominant in Deo. Si secũdo mõ, tunc Deus non est uerè uita nec sapientia, sed significatiuè tãtum, quod absurdissima hæresis est. Ideo sine præiudicio est dicendum, ꝙ in omnibus nominibus talibus duo sunt attẽdenda, videlicet id, quod nominant, & in quo significatur esse, seu poni quod nominant. Itaque si attendantur ſm ea, quæ nominant, diuersitatem rationis designant. Alia nanque est ratio essentiæ, alia sapientiæ, alia vitæ. Si vero attendantur ſm id, in quo est significatum ipsorum, quod omnino simplicissimum est, in quo idẽ sunt, quod est, & quo est, & aliquid esse, sic oĩa illa idem important, & penitus idem sunt. Si ergo quæratur, quare in Deo sapientia est bonitas, & duo ista sunt ipsa Dei essentia: Non dicetur, ꝙ hoc sit à sapientia in quantum sapientia, vel ab essentia in eo, ꝙ essentia est, sed ób hoc, qm̃ id, in quo sunt, est summæ simplicitatis, intm̃ ꝙ ipsum, quod est, est suũ esse: & suũ esse id, quod habet. Sicq; ex primo est diuersitas attributorum, & ex secundo identitas eorum. propterea ista nõ sunt in Deo synonyma etiam ab æterno intellecta in Deo, & omni causalitate abstracta: quia non habent eandem rationem rei, quam significãt, sed sunt idem in re, non propter id, a quo imponuntur, sed propter id in quo ponuntur. Nec habent tantum multitudinem secundum vocem, imò quantum est de natura significatorum suorum, multitudinem habent rationis rei. Sed ꝙ hæc res est illa, nõ conuenit eis per se, sed per id, in quo sunt, & a quo, & in quo habent omnimodam identitatem. distinctio tamen rationis attributorum habet aliquid in diuinis, super quod fundatur. Hæc albertus. Qui etiam de ista materia in commento suo super librum de Causis, & alibi, multa subtiliter scripsit.

¶ Denique quidam ipsum sequẽtes dicunt, ꝙ duplex sit distinctio rationis, videlicet rationis ratiocinantis, & rationis rei rationabilis, sic ꝙ distinctio rationis ratiocinantis dicatur, quando distinctio est solum ex parte rationis considerantis, atq; ex parte rei pura, ac mera identitas, & talem dicunt esse distinctionem attributorum in Deo: distinctio vero rationis rei rationabilis vocetur, quando in re non est perfecta identitas, sed in eadem re est, & consideratur aliquid habẽs se per modum actus, & aliquid per modum potentiæ ex rei natura. Veruntamẽ ista positio in re ipsa non discordat a positione præhabita sancti Thomæ, insinuantis distinctionem attributorum partim sumi ex parte Dei, inquantum habet fundamẽtum in plenitudine, ac infinitate perfectionis diuinæ. sicq; dici possit distinctio rationis rei rationabilis, id est, rei de qua ratio ratiocinatur. Nam & isti non negant, quin distinctio illa fundamentum habeat in re modo iam tacto. Nihilominus dicunt eam esse distinctionem rationis ratiocinantis, quoniam in re ipsa ex sua natura est summa prorsus identitas, nec ulla non identitas, sicut & infra monstrabitur.

De opinione Scoti. ¶ Sed præinductis obuiare, & repugnare videtur opinio Scoti, qui inter attributa ponit distinctionẽ formalem, vtpote ex natura rei, quam distinctionem ait esse quandam non identitatem, atque inter distinctionem realem, & distinctionem rationis se medio modo habere.

De opinione Hẽrici. ¶ Sed anteq̃ opinionem hanc prosequar, primo positionem doctoris solennis, puta Henrici, inducam. Itaque doctor ille quodlibeto quinto mouet hanc quæstionem, Vtrum pluralitas, & condistinctio attributorum essentialium in Deo sit accipienda penes respectum, & comparationem ad aliquid extra, vt ad creaturas, vel per comparationem ad aliquid intra. Videtur quòd per respectum ad intra, quoniam ubi esse potest distinctio maior, potest esse, & minor: sed in Deo est pluralitas, atque distinctio personarum realis, quæ maior est distinctione attributorum, ergo & pluralitas attributorum potest esse in Deo per respectum ad intra. In contrarum arguitur sic. Quandocunque plura secundum rationem tantum distincta, habent alia sibi correspondentia plura, & secundum rsm distincta, pluralitas illorum accipienda est per respectum, & comparationem ad illa extra, quemadmodum dextrũ & sinistrum differunt in columna, tantum secundũ rationem per comparationem ad ea, in quibus sunt illæ positiones realiter ex natura: similiter in puncto non differunt principium, & finis, nisi per comparationem ad diuersas lineas. Sed attributa diuina habent in creaturis aliqua sibi correspondentia realiter condistincta, a quibus Deo attribuuntur, ut bõitas, sapientia, potentia Dei, bonitatem, sapiẽtiam, potentiam creaturæ. Hinc aliqui dicunt, quòd circunscriptis, seu exclusis creaturis, pluralitas rationum in attributis in Deo nullo modo accipi potest, vel assignari, sed solum una sola, & simplex ratio deitatis, sicut ipsa est unica res, & simplex, ita quòd non nisi vnicus, & simplex conceptus de illa possit formari, qui unico nomine sit exprimendus, ita ꝙ si secundum hoc plura ei nomina imponantur, erunt omnino synonyma, propter idem penitus re, & ratione significatum, quod ipsis sic correspondet, & alia nomina essent vana, quia eis nihil in re corresponderet: & consimiliter erit de diuersis conceptibus de deitate formatis, ꝙ omnes erunt synonymi, autem præter vnum casu: quod quia absurdum est, dicunt necessarium esse, vt pluralitas, atque distinctio attributorum in Deo, sumatur ab intellectu quocunque creato, aut increato, ex diuersis respectibus deitatis ad diuersa realiter correspondentia eis in creaturis. Itaque dicunt, quòd omnibus rationibus, seu conceptibus, quæ sunt in Deo obiectiuè, correspondet vnitas realis diuinæ essentiæ, non secundum esse, quod habet in se absolutè, sed secundum esse quod habet in respectu ad creaturas, non secundum genus causæ efficientis, quia ex illo respectu nulla sumitur ratio attributi. Nõ enim dicitur in Deo sapientia, quia in nobis sapiẽtiam efficit, sed ſm genus causæ formalis exemplaris. Essentia nanq; diuina in sua simplicitate oĩmodã cõtinet perfectionẽ, quę quasi p partes, & sub eẽ diminuto dispsa est sup oẽs creaturas: & p hoc deitas simplex imitabilis ẽ ab oĩbus creaturis, & habet in se imitabilitates, ſm quas cũctæ creaturæ eã diuersimodè imitant, & illas imitabilitates hẽt in se simplicissimè vt vnã penitus indistinctã ſm actũ, sed distinguibilẽ p intelligentis cõceptũ, ita ꝙ pluralitas illarũ perfe-

ctionum, prout est in diuina essentia, est quasi in potentia: vt vero est in ipso intelligentis conceptu, est quasi in actu, sed diuersimode in intellectu creato, & increato, quoniam ex plenitudine perfectionis diuinæ, quæ unica est, & indistincta in diuina essentia, prouenit multitudo plurium cõceptionum ſm actum in eius intelligentia, non tñ concipiente ſm diuersas hmõi rationes ipsam essentiam simplicem, nisi ex respectu ad diuersas perfectiones, quæ eis correspondent in creaturis. Porro, ex plenitudine perfectionis in diuina essentiã indistinctè, ac vnicè non pronenit illa multitudo plurium conceptionũ ſm actum, & in intellectu creato, nisi in visione beata: & hoc vt dicunt, non nisi ex respectu ad creata. In quantum aũt intellectus creatus intelligit solum in virtute luminis naturalis, cõcipit illas a posteriori, ſm quod ex perfectionibus creaturarum perducitur ad cognoscendum illas esse in diuina essentia, asscribendo Deo perfectiones proportionales, & corrñdentes perfectionibus a diuina perfectione procedentibus super creata quæ prout sunt in intellectu, sunt plures, & distinctæ: & hoc similiter non nisi ex respectu, & comparatione ad sibi correspondentia in creaturis, sine quo respectu omnino non intelliguntur, neque ab intellectu creato, neque ab increato. & inquantum hmõi perfectiones sunt in intellectu, rationes uocãtur. & secundum huiusmodi rationum diuersitatem imponuntur (vt dicunt) diuersa nomina diuinorum attributorum, significãtium diuinam essentiam sub ratione attributi, & respectus cuiusdam. Denique quamuis distinctio, ac pluralitas idearum fundenda sit a quocunque intellectu creato, ac increato per respectum ad creaturas, non tamen attributorum. Cuius præcisa ratio hæc est, quoniam perfectionibus, quæ sunt in essentijs creaturarum, ut eis perficiuntur in esse quiddittiuo, non correspondet perfectio, & ratio idealis, inquantum illæ in creaturis sunt perfectiones absolutæ, sic nanq; eis correspondet vnum attributum commune in Deo, ut bonitas, aut perfectio simpliciter, sed eis solummodo correspondet perfectio ceu ratio idealis in Deo, inquãtum sunt limitatæ, & certos gradus habentes, quod est ratio imperfectionis, cui nihil absolutè in Deo existens potest correspondere. Si ergo aliquid correspondet eis in Deo, hoc solum est, inquantum id quod perfectũ est in Deo, habet respectum ad imperfectum in creatura. Perfectionibus autẽ, quæ in creaturis sunt, quibus perficiuntur in bene esse, correspondet attributũ in Deo vt sunt perfectiones creaturarum simpliciter dictę; quas, absolutè loquendo, meliùs est habere, q̃ nõ habere. Quicquid autem est simpliciter perfectionis in creatura, principaliùs est in Deo ex se, & sua natura, & non ex respectu ad alia. Si enim in attributis non diceretur bonitas, aut sapiẽtia esse in Deo, nisi quia sit bonitas, & sapiẽtia ei correspondẽs in creatura, non diceretur Deus bonus, & sapiens ſm actũ nisi ex tempore. Si ergo intellectus se referat ad sapientiem, vt attributum, nullo modo debet poni in Deo ex respectu, & comparatione ad sapientiam creaturæ, sicq; de alijs attributis, nisi quantum ad innotescẽtiam eorum ab intellectu creato in lumine naturali, qui ex creaturis attributa cognoscit: nõ aũt intellectus increatus, neq; beati attributa sic nõscunt. imò sicut essentia absolutè est in Deo veriùs, & perfectiùs, q̃ in creaturis, sic & sapientia. ¶ Præterea distinctio, seu pluralitas in attributis, fundamẽtum est pluralitatis emanationum personalium in diuinis. Cum enim filius procedat naturaliter nascendo tanq̃ verbum conceptum intellectũ modo intelligibilis operationis, & spiritussanctus liberaliter spirando, tanquam amor conceptus mõ uoluntariæ actionis, non eõnuerso: hoc verum nõ esset, nisi esset aliqua distinctio, ac pluralitas intellectus, & suæ operationis, ac aliorum ad intellectum spectantium, a uoluntate, eiusq; operatione, & alij ad uoluntatem pertinentibus, quæ communiter ad diuina pertinent attributa, & ad quæ oĩa attributa habent reduci, vt alibi determinauimus. Ideo absque omni respectu, & comparatione ad creaturas, oportet in Deo ſm rationem distingui intellectum, & uoluntatem, eorumq; actiones, & per consequens cætera attributa, ut sunt scientia, scibile, veritas, & huiusmodi ex parte intellectus: amor, diligibile, bonũ, & hmõi ex parte voluntatis. Vnde non eicitur q̃ in Deo diuina essentia intelligitur inquantum bonũ, sed inquantum uerum: neque q̃ Deus eam vult vt uerum, sed vt bonum. Cumque Deus sit substantia omnino immaterialis, intellectualis, uolitiua, ipse ab æterno intelligendo suam essentiam, intelligit se intelligere eam, absq; omni respectu ad creaturas: inquantum uerum, non inquantum bonum. Intelligit quoque se esse intelligentem, & intellectum, ac oĩa ita esse idem re, & sola rõne intelligendi differre: quod nequaq̃ esset, nisi absq; omni respectu, & comparatione ad creaturas, esset pluralitas attributorum, atq; distinctionum ſm rationem. Est ergo in simplicitate diuinæ essentiæ triplex pluralitas, & distinctio. Vna differentium sola ratione respectiua ad creaturas extra, vt sunt ideæ. Alia differẽtium sola ratione respectiua ad intra, vt attributa. Tertia differentium re respectiua ad intra, sicut personæ. A perfectionibus, quæ sunt in creaturis, ut correspõdent rationibus idealium perfectionum, sumitur ratio vestigij in qualibet creatura, quæ important rationes imitationis imperfectæ, ut dictum est. A perfectionibus vero creaturarum prout correspondẽt perfectionibus attributorum in Deo, sumitur ratio similitudinis in creatura rationali, & intellectuali.

Triplex pluralitas in diuina essentia.

¶ Quod ergo dicentes cõtrarium, in declaratione suæ positionis dicunt, q̃ dum diuina essentia cõcipitur ſm rationem suæ simplicitatis ſm se absque respectu, & comparatione ad creaturas, nulla omnino distinctio, aut pluralitas concipi potest in ea, sed solum vnicus simplex respectus formaẽ de ipsa vno nomine exprimendus: Dicendum, quòd de simplicitate diuinæ essentię dupliciter loqui possumus. Vno modo ſm esse, quod habet in se absolutè, vt res, & natura aliqua. Alio modo, secundum esse quod habet inquãtum, vt veritas cognita cadit in intellectu. Si primo mõ, sic nullam in se omnino habet diuersitatem, aut pluralitatem etiam rationum, nisi quasi in potentia tantum. Vnde si secundum modum talis esse concipiaẽ ab intellectu, concipit secundũ rationẽ suæ simplicitatis absq; omni respectu, & pluralitate rei, & rõnis: sed sic nullus intellectus creatus ex suis naturalibus potest eam concipere, nec potest intelligere eam sine adminiculo creaturarũ. Imò q̃ñ pelagus simplicitatis illius capere nequit in se, concipit ipsum particulatim in attributis conceptis de ipsa ex respectu ad corrñdẽtia eis in creaturis. Porro si loquamur de diuinæ essentię simplicitate secundo modo, sic adhuc consideratur duplicitẽr. Primò, inquantum mouet intellectũ, quasi simplici intelligentia: & ita adhuc cõcipitur per rationem suæ simplicitatis absque omni respectu, & pluralitate rei, & rõnis, nec habet in se pluralitatẽ attributorum, nisi quasi in potentia tantũ, sicq; capit eã omnis

Duplex diuinæ ſm. plicitatis habitudo.

omnis intellectus beatus, quasi prima, & simplici actione intelligendi. Secundò, inquantum intellectus quasi post comprehensionem huiusmodi, negociatur circa huiusmodi simplex cõprehensum per actum intelligendi pluralitatem dictam attributorum reducendo quasi de potentia in actum: & hoc modo Deus comprehẽditur in sua simplicitate reali, & absq; respectu ad creaturas: & tamen bene concipitur distinctio, & pluralitas rationum in ipso. Et hoc est quod dicit commentator super duodecimũ Metaphysicæ, ponendo differentiam inter pluralitatem, quam operatur intellectus in cõpositis ex materia, & forma, & pluralitatem, quam operat in simplicibus, exponendo illud philosophi de intellectu, vbi ait: Quia intelligit se, est intellectus. vbi asserit. Commentator, Magna est differentia inter ea, quæ differunt in esse tantum, & quæ differunt in intellectu tantum, Multiplicitas ergo in Deo non est nisi differentia in intellectu tantum, non in esse. Est ergo in Deo omnimoda unitas absque ratione pluralitatis in diuina essentia, secundum quod res est secundum essentiam considerata, & similiter ut res cadit in intellectu simplicis intelligentiæ, secundum modum, quo habet esse in se. Est tamẽ in ea multitudo, inquantum intellectus circa ipsam negociatur, distinguendo penes se quę sunt adunata, uel unum in ipsa essentia. Hoc quippe est de perfectione essentię, q̃ in sua simplicitate secundũ esse contineat plura per intellectum distinguendo. Aliter enim non esset in fine totius perfectionis simplex, nisi perfectiones sola operatione intellectus ſm se absq; omni respectu ad creaturas distinguendas contineret, & in ipso intellectu ut intellectus, & in ipsa re ut cadit sub actuali perceptione intellectus, non simplicis intelligentiæ, sed quasi componentis, ac diuidentis: licet hoc faciat intellectus diuinus uno intuitu simplici, quo totum pelagus infinitatis diuinæ essentiæ comprehendit. Non enim est componens, & diuidens, & non solum concipit huiusmodi pluralitatẽ circa essentiam suam intellectus diuinus, sed & quilibet intellectus beatus, q̃uis infinitatẽ pelagi illius nullus intellectus finitus attingat: ita ut forte quędã ex diuinis perfectionibus lateant eum, nec vlli creaturæ communicabiles sint. Sunt ergo rationes plures attributorum in diuina essentia sine respectu ad creata, non tamen sine respectu oĩno. Ad uidẽdum autem qualiter dicti respectus accipiant, sciendum q̃ largè sumẽdo respectus, per relationem ad respectus, quibus aliquid dr relatiuè ad aliud, & quibus ita non dr, quorum differentiã alibi exposuimus, in Deo prętterrespectus ad creaturas, duplex est genus respectuum seu relationũ: puta realiũ, quibus distinguũtur personæ: & rationaliũ, siue ſm rõnem, quas importãt, & quibus distinguũtur oĩa attributa. Oĩa enim suo significato includunt diuinã essentiã, sub ratione alicuius respectus non ad extra, vt ad creaturas. Talis enim respectus nõ est nisi ſm rationem alicuius causalitatis, qualiter Rabbi Moyses, & Auicenna dixerunt respectus plurificari in Deo, & attributa diuina. sed sumuntur oĩs respectus attributorum uerissimè ad intra, inquautum intellectus diuinus concipiens diuinã essentiam, cõcipit seipsum, & oĩa concipiendo circa ipsa vt mutuò seinuicẽ respiciẽtia in perficiendo diuinas operationes ſm intellectum, & voluntatẽ. In quibus ętternitas, actualitas, perfectio, nobilitas, & beatitudo consistit, vt determinat philosophus in 2. Metaphysicæ, ita q̃ qualis est in Deo comparatio respectuum, & relationũ realiũ, ad sua correspondentia nõ nisi ad intra, talis est

Aristol.

Auerrois.

Duplex ẽ in Deo relationum genus.

Rab. Mo. Auicenna

comparatio respectuum seu relationũ rõnalium ad sua corrñdentia non nisi ad intra, vt non sit mirum, si in Deo sit per respectus reales mutuos in diuina essentia, absq; respectu ad extra realis distinctio, q̃ etiam sit in ipsa per respectus mutuos rõnales distinctio ſm rõnẽ sine respectu ad extra. Et sic distinguũtur attributa per suos respectus rõnales, quibus cũcta, q̃ in Deo pertinent, ad intellectũ, mutuò seſe respiciunt ex latere vno: & similiter quæ pertinent ad voluntatẽ, ex latere altero: & hoc inquantũ oĩa, & q̃ pertinent ad intellectũ, & quæ pertinẽt ad voluntatem, & ipsemet intellectus, cadunt sub apprehensione intellectus, qui (vt dictum) simplici intelligentia primo concedit ipsam essentiã sub rõne essentiæ. & deinde negociando circa essentiã, concipit eã, vt intellecta est, & vt intelligens, & vt est ratio intelligendi: & quia in cognoscendo, & intelligẽdo seipsam, cõplacet ei in seipsa. Deinde concipit eã, vt est volitũ, & uolens ratioq; volendi, sicq; rei, quę in se vna, & simplex existens, vno est noĩe nominanda, sicut vno conceptu est cognita, plura noĩa imponuntur diuersa, quemadmodum pluribus conceptibus concipit, quo ad rõnes attributorũ, inquantũ sunt obiecta realiter unum rõne distincta, q̃uis uno intuitu simplici Deus simul cuncta cõcipiat. Sicq; diuina natura, vt in sua simplicitate cõsiderata, dr natura seu essentia: cuius rõ propria est, q̃ respicit alia sicut in qua fundantur. Vt vero est cõcepta, & motiua intellectus ad actum intelligendi, dr veritas, cuius propria rõ est, ut respiciat essentiã, prout essentia est ficut id cuiꝰ est declaratiua apud intellectũ: respiciat vero intellectũ vt id, cui habet declarare, & manifestare: respiciat vero actum intelligẽdi, sicut id, quo declaratiue sapientiã vero, tanq̃ habitũ, quo potẽtia intellectiua habilis est, vt sibi fiat homini manifestatio. Inquantũ uero ipsa existentia est cõcepta p actũ intelligendi suijpsius, dr intellectus, vel intelligẽtia, cuius propria rõ est, vt respiciat essentiã, ſm quod essentia est id, quod est cõceptũ eius: respiciat vero veritatem vt id, per quod habet manifestari: actũ vero intelligendi, sicut id, quo manifestatur: sapientiã vero, vt dispositionẽ in se, p quam de facili sibi manifestatur, sicq; de alijs tã ex parte intellectus, q̃ voluntatis. vnde non solũ attributa ſm respectuũ rõnem inter se distinguuntr, quinimo essentia quoq; p considerationem intellectus distinguit ab oĩbus attributis, vt differens ſm rõnem ab oĩbus, vnde constat, q̃ non sumit differentia rationum attributaliũ in Deo per cõparationẽ ad extra. Nam simili ratione non diceret deitas esse essentia, nisi per respectũ ad extra. quod tñ verũ est apud intellectum creatũ, ſm eius naturalẽ cognitionem. Nõ. n. plus intelligit deitatem esse essentiam siue substantiã, nisi ex relpectu ad substãtiam creaturę, q̃ sapientiam, nisi ex respęctu, & cõparatione sapientiæ creaturæ. ¶ Prætacta ergo opinio insufficienter dicit de distinctione attributorum, etiam ex pte intelligentis, quia determinant rõnes attributorum circa diuinam essentiã solum inquantũ cadit in conceptione intellectus naturalis creati, qui non capit diuina nisi per creata, cum tñ distinctio accipi debeat per respectũ ad intellectum uerum maximè increatum, qui intelligit primo, & per se diuina: & consequenter non tẽpore, sed ordine naturæ alia, & diuina per se. alia verò non nisi ex respectu, & comparatione eorum ad diuisia. Itaque distinctio attributorum nullo modo est in re ex natura rei absolutè, vt est extra intellectum, nec etiam ut in sua absolutione est considerata per intellectum simplicis intelligentiæ,

nisi quasi in potétia, vt patuit. solum ergo habet esse in ea, ut cadit in consideratione intellectus, pertractantis, & conferentis circa eam, ut dictum est. Si vero oporteret omnem diuersitatem rationum diuinorum attributorum accipere ad aliquam realem distinctionem, penes quam acciperetur, ipsam tamen realem distinctionem non poneremus ad extra, sed intra in diuinis, puta distinctionem personarum, & personalium emanationum. Cum enim omnia diuina attributa pertineant ad intellectum, aut voluntatem, filiusq; procedat per modum intellectualis operationis, & spiritussanctus per modum operationis liberalis, ac voluntariæ, quæcunq; in attributis pertinent ad intellectum, reducuntur, & habent respectum ad emanationem uerbi: quæcunque vero pertinent ad uoluntatem, reducũtur, & habent respectum ad emanationem spiritussancti: vt sicut apud intellectum creaturæ naturalem non concipiuntur diuersæ rationes circa diuinam essentiam, ut bonitas, sapientia, nisi ex respectu ad bonitatem, aut sapientiam sibi correspondentem in creaturis, ad quas reflectit oẽm suum intellectum; sic apud intellectum diuinum, ac beatum, non concipiantur diuersæ rationes sapientiæ, & amoris circa diuinam essentiam, nisi ex respectu ad emanationem filij, qui est sapientia genita: & ad processionẽ Spiritus sancti, qui est amor procedens, ad quos dirigit omnem suum intellectum. Sicq; diuersa attributa pertinentia ad intellectum, & uoluntatem, distinguuntur per respectum ad illas emanationes, inquantum secundum rectam rationem intelligendi mediatiùs, vel immediatiùs ordinantur ad illa, & sic recto ordine rationis a reali simplicitate diuinę essentiæ secundum rationem iutelligendi diuini intellectus, aut beati: primò concipiuntur diuersæ, & distinctæ rationes attributorum, a quibus procedunt realiter distinctæ emanationes personarum, ubi cessat omnis essentialis respectus, qui est in diuinis. Et mediantibus distinctis personarum emanationibus procedit a diuina essentia vniuersitas creaturarum, ad quas emanationes illæ accidentalem habent respectum, vt secundum hoc gradatim, secundum rationem intelligẽdi a prima unitate, quæ est in fine simplicitatis virtute omnia continentis, procedat omnis numerus, & rationum, & rerum relatarum a Deo, rerum quoque absolutarum in creaturis. Hæc omnia Henricus.

Scotus. ¶ Nunc recitanda est opinio Scoti, qui in hac re contradicit tam preinductæ positioni Henrici, & etiam Thomæ, Alberti, & Aliorum iam prefatorũ, quàm positioni ab Henrico recitatę ac reprobatæ. Itaque Scotus ait: In ista quæstione sunt multæ opiniones, quas non intendo omnes recitare, sed duæ sunt tenentes partem negatiuam, uidelicet, q̃ cum simplicitate diuina non stet distinctio perfectionũ essentialium, s. attributorum, precedens aliquo modo omnem actum intellectus, quæ tamen opiniones inter se contradicunt. Vtraque ponit, q̃ cũ simplicitate Dei non stat distinctio attributorum aliqua, nisi tamen ratione. Sed prima ponit, q̃ nec illa potest haberi, nisi per actum intellectus intelligẽtis Deum per respectus ad extra. Secunda, s. Henrici, ponit ista distinctionem rationis posse haberi absque respectu ad extra. Deinde Scotus primam illam narrat opinionem, sicut iam ex verbis Henrici narrata est. Aliam quoq; quæ est Henrici, enarrat: & arguit contra eam, quia secundum eam distinctio perfectionum attributalium est fupdamentum respectu distinctionis personalium emanationum, sed distnictio illarum realis est: nulla autem distinctio realis præexigit necessariò distinctionem, quæ tantum est rationis, sicut nec aliquid verè reale præexigit id, quod est mere ens rationis; ergo distinctio attributorum non tantum est rationis, sed aliquo modo ex natura rei. Assumptum probo, quia ens reale quod distinguitur contra ens rationis, est id quod ex se habet esse, circunscripto omni opere intellectus. quicquid autem dependet ab ente rationis vel præexigit, illud est ens rationis, ergo nil tale est ens reale. Item ens rationis est posterius ente reali, ergo non fundamentum, & origo illius. Si autem dicatur, quòd attributa non sint fundamenta emanationum distinctarum ad intra, sed quòd sola essentia diuina 'cum relationibus principiet eas, & tamen intellectus potest postea considerare ipsam essentiam, cum in relationibus principiat hanc vel illam emanationem, & tunc considerare rationem naturæ, & voluntatis. & tamen non præcedunt ibi ex natura rei. Contra, in illo instanti originis in quo filius generatur quæro an principium productiuum eius alio modo se habet, quàm principium productiuum spiritussancti ad ipsum, an non; si non, ergo non magis est filius nec imago patris ex ui productionis suę, quàm spiritussanctus. si sic ergo in illis signis originis ante omnem actum intellectus, habetur aliqua non identitas formalis. Nec vales attribuere istam distinctionem relationibus, quoniam omnis relatio æque naturaliter respicit suum correlatiuum. ergo essentia, vt sub ratione spiratiui, æque naturaliter respicit spiritumsanctum sub ratione spirati, qua respicit generatum, vel genitum. Non ergo posset ibi saluari aliquis alius, & alius modus producendi naturaliter, & liberè propter relationes, sed tantum si absolutum quo producens producit, sit alterius rationis. Præterea, Deus ab æterno intelligit se, & vult se sub alia, & alia ratione, quia sub ratione ueri intelligit se, & sub ratione boni vult se: ergo est ibi distinctio veri, & boni sub ratione formalium distinctionum in obiectis, ante omnem actum circa talia obiecta. Insuper ostendo, quòd formaliter veritas, & bonitas, quælibet perfectio simpliciter sunt in Deo ante omnem actum intellectus. Quælibet enim perfectio simpliciter est formaliter in ante perfecto ex natura rei: quia aliter non esset simpliciter perfectum, nec esse quo maius cogitari non posset. Aliter etiam perfectiones, quæ participationem formaliter sunt in creaturis, non essent formaliter in Deo, a quo participantur. Vlterius probo, quòd tales perfectiones in natura rei ante opus intellectus non habent identitatem formalem, quoniam intellectus actu suo non potest causare nisi relationem rationis ex hoc scilicet, quòd virtus collatiua, potens hoc vt cognitum conferre ad aliud. Quæro ergo, vtrum ueritas præcisè dicat illam perfectionem, quæ est in re formaliter, aut præcisè illam relationem factam ab intellectu, aut vtrunque. Si præcisè relationem rationis, ergo non est perfectio simpliciter: si vtrunque, cum illa non sint vnum nisi per accidens, quia relatio rationis cum ante referibili, nunquam faciunt vnum per se. Separa igitur ista duo, quæ concurrunt in isto ente per accidens, & sequitur tunc, quòd veritas semper dicent præcisè illam perfectionem in Deo, & bonitas similiter; & tunc vltra, cum nulla sit distinctio in re summa, siue secundum opinionem præfatam, siue secundum eius expositionem, oportet, quòd dicant

dicant eandem perfectionem, vt perfectio in re est sine omni distinctione rei, & nominis. ficque sequitur, q̃ veritas, & bonitas sint synonyma, quod ipsi negant. ¶ Idcirco ad quæstionem respondeo, quòd inter perfectiones essentiales, non est differentia rationis, hoc est, diuersorum modorum concipiendi idem obiectum formale. Talis enim distinctio inter sapiens, & sapientiam, est utique maior, quàm inter sapientiam, & veritatem: nec est ibi tantum distinctio obiectorum formalium in intellectu, quia (vt argutum est prius) illa nunquam est in cognitione intuitiua, nisi sit in obiecto intuitiuè cognitio. Est ergo tertia distinctio, intellectum omni modo præcedens. & est ista, quòd sapientia est in re summa ex rei natura, & bonitas est in re ex natura rei, sapientia autem in re formaliter non est bonitas: quia si infinita sapientia esset formaliter bonitas infinita, sequeretur quòd, & sapientia in communi esset formaliter bonitas in communi. Infinitas enim non destruit formaliter rationem illius, cui additur: quoniam in quocunque gradu intelligatur esse perfectio aliqua, qui tamen gradus sit gradus illius perfectionis, non tollitur formalis ratio illius perfectionis propter hunc gradum. & ita si non includitur formaliter in communi, ergo nec vt infinitum. quod declaro, quia includere formaliter, est includere aliquid in sua ratione essentiali, ita quòd sufficit diffinitio includentis assignare inclusum. Si autem diffinitio bonitatis in communi, non habet in se sapientiam, nec infinita sapientia infinitam bonitatem. Est ergo aliqua non identitas formalis sapientiæ, & bonitatis, inquantum essent earum diffinitiones distinctę, si essent diffinibiles. Diffinitio autem non indicat rationem causatam ab intellectu, sed quidditatem rei &c. ergo est non identitas formalis ex parte rei. Et intelligo sic, quòd intellectus, istam propositionem componens, sapientia non est formaliter bonitas, non causat actu suo collatiuo veritatem istius compositionis, sed in obiecto inuenit extrema, ex quarum compositione fit actus, seu conceptus verus. Et illud argumentum de non formali identitate, dixerunt antiqui doctores, ponentes in diuinis aliquam prædicationem veram per identitatem, quæ tamen non esset formalis. Ita concedo ego veritatem esse bonitatem per identitatem in re, non tamen ueritatem esse bonitatem formaliter. Istud confirmatur autoritate Damasceni, dicentis quòd inter omnia nomina dicta de Deo proprijssimum est, Qui est: quoniam esse dicit quoddam pelagus diuinæ substantiæ, cætera vero, ea quę circunstant naturam. Quod non videtur verum, nisi esset distinctio ex parte rei. non enim est pelagus tale ob hoc, quòd multæ relationes rationis possunt circa ipsum causari. ista enim per actum intellectus circa quodlibet possunt. Ad quid etiam doctores, qui tenent oppositam opinionem, implent tot quaternòs, ostendendo unum attributum ex alio, si non est inter ea nisi tantummodo differentia relationum rationis? Siquidem ita perfectè videtur Deus cognosci, quantum ad omnem conceptum realem, vt cognoscitur sub vno attributo, sicut si cognoscatur sub rationem omnium attributorum: quia cognitio plurium relationum rationis, non facit perfectiorem cognitionem, nec aliquid facit ad perfectiorem cognitionem habendam. Similiter iuxta autoritatem Damasceni prædictam, ad quid assignat ordinem attributorum, quorum essentia sit fundamentum, & quædam sint propinquiora essentiæ, quædam emanationibus? Si tantum sunt relationes rationis, quis ordo ad emanationes? Porro ista non identitas stat cum simplicitate Dei, quoniam hanc differentiam necesse est ponere inter essentiam, & proprietatem. & tamen ob hoc non ponitur compositio in persona. Similiter ista distinctio formaliter ponitur inter duas proprietates in eadem persona, sicut inter innascibilitatem, & paternitatem, quæ secundum Augustinum decimoquinto de trinitate, non sunt eadem proprietas, quoniam pater non est eo pater, quo ingenitus. Hæc Scotus. Auguſt.

¶ Qui de hac quæstione plura inducit, quæ suo loco forsan tangentur, atque vt mens eius, & sua opinio clariùs innotescant, breuiter tangam verba Petri de Candia de ista materia deinde scripta Francisci de Maronis, Scotistæ præcipui.

Petrus. Candius. ¶ Itaque Petrus de Candia scribit: Tenet Scotus quòd attributa seu perfectiones attributales distinguuntur intrinsecè, & ex natura rei, pro qua opinione quatuor sunt per ordinem declaranda, videlicet quid sit simplicitas, quid formalitas, quid modus intrinsecus, quid perfectio attributalis: ex quibus apparebit, qualis sit imaginatio huius doctoris. Quantum ad primum, dico quòd summæ simplicitatis conditio non excludit pluralitatis realiter omnimodam rationem, quoniam principium spiratiuum spiritus sancti habet dualitatem, videlicet patrem, & filium, & tamen est summæ simplicitatis. Totius quoque trinitatis est summa simplicitas. Vbi sciendum secundum Franciscum de Maronis, quòd quatuor sunt pluralitatis habitudines essentialiter ordinatæ, puta distinctio, unio, compositio, resolutio. Resolutio namquæ præsupponit compositionem, compositio vnionem, vnio distinctionem. Deinde dico, quòd ratio compositionis, seu componibilis repugnat formaliter summæ simplicitati. Simplicitas nanque repugnat inæqualitati, potentialitati, ac diuersitati. Componibile quoque includit potentialitatem. Pro secundo sciendum, quòd formalitas non est ratio conditionem alicuius formæ consequens adequatè. imò formalitas est quidditiua ratio in primo modo dicendi per se, respiciens id, de quo vera citer prædicatur. Francisc⁹ Maro. Quatuor pluralitatis habitudines.

Quatuor prædicationum genera. Sunt autem quatuor genera propositionum, seu prædicationum secundum istos: Primum vocatur quidditatiuum, ut Deus est substantia. Secundum denominatiuum, vt Deus est intelligens. Tertium identicum, vt pater est essentia. Quartum essentiale, vt pater est id, quod filius. Vnde dum quæritur, an formalitas sit realitas: respondetur quòd sic per identitatem, non quidditatem. Ideo sicut stat vnitas essentiæ cum pluralitate personarum, ita secundum istos vnitas realitatis cum pluralitate formalitatum. Quantum ad tertium, dico quòd modus intrinsecus non est rei formalitas, neque perfeitas primi modi. Modus enim intrinsecus posterior est re ipsa, sed modus intrinsecus ille est, qui aduenies alicui, de quo formaliter dicitur, vel ab ipso descendens; non uariat eius rationem formalem, vt si albedo insit alicui nunc intensiùs, nunc remissiùs. Sunt autem quatuor modi intrinseci principales. Primus est quãtitatis virtualis, vt finitum, & infinitum, intẽsum, remissum. Hi etenim modi variãt rerũ realitates, nõ formalitates. Coloreitas. n. est formalitas albedinis, & quacunq; variatione facta ex parte albedinis, quo ad eius intẽsionẽ vel remisionẽ Quæſtio. Quatuor modi intrinseci principales.

misſionem, nihilominus eſt æquè ſecundo coloreitas, ſicut primo. Secundus modus eſt actualis exiſtentia. verbi gratia, Socrates eſt, & prius non fuit, quamuis ſit ibi variatio in actuali exiſtentia Socratis, tamen ratio humanitatis, quæ eſt quædam formalitas, in nullo variari videtur. Tertius modus eſt realitatis, verbi gratia, antequam realitas humanitatis erat, non minus Deo obijciabatur ratio humanitatis, quia ex hoc, quòd humanitas incepit habere eſſe, Deus non incepit cognoſcere humanitatẽ, & per conſequens quidditates creaturarum erant in Dei potentia obiectiua, quamuis nullam realitatem haberent. Adueniente ergo realitate, non videtur variatio ex parte formalitatis. Quartus modus eſt hæcceitas verbi gratia, ſigno indiuidua eiuſdem rationis, Socratem, Platonem: quamuis ſit variatio in eorum hæcceitate, non tamen in humanitate: quoniam ratio humanitatis æquæ fuit ante vt modo, ſicque variatur modus ſine variatione formalitatis. Dicitur ergo modus intrinſecus, non q̃ ipſe ſit formalitas, ſed quòd neceſſariò determinatur per ipſum formalitas ad eſſe exiſtentiæ. Et ex hoc patet, quòd formalitates ex propria ratione non ſunt finitę, nec infinitæ. Ex quibus manifeſtè apparet, qualiter vni realitati correſpondent plures formalitates, & vni formalitati plures realitates: ſicut humanitas eſt quædam formalitas, cui correſpondent multæ hæcceitates, quæ ſunt quædam realitates: ſimiliter humanitati, quę eſt quædam realitas, prout eſt Socrates, vel circa res extra animam correſpondent animaleitas, corporeitas, ſubſtantialitas: qui modus, ſi benè capiatur, oſtendit rationẽ vniuocationis. vnde ratio entis cum ſit quædam formalitas, & de ſe nec finita, nec infinita, Deo & creaturis communis eſt: & cum ſit vna formalitas, oſtendit, q̃ de his, de quibus dicitur, vniuoce prædicetur. Pro quarto aduertendum, quòd attributalis perfectio ſecundum doctores iſtos, quatuor modis accipitur. Vno modo pro omni prædicato, quod alicui rei conuenit, qui modus nec proprius eſt, nec communiter vſitatus. Secundo modo attributales perfectiones ſumuntur propriè pro omni modo exprimente rei perfectionem primariam ſiue ſecundariam. ſicque æternitas, neceſitas, infinitas, dicuntur perfectiones attributales, Tertiò ſumuntur proprijſsimè pro omni rei perfectione ſecundaria, & non quidditatiua, quæ ex creaturis Deo attribuuntur: & ſic ſapientia, caritas, bonitas, vnitas, dicuntur attributa. Quarto ſumuntur à proprietate. ſicque patri attribuimus potentiam, filio ſapientiam, ſpiritui ſancto clementiam. Dimiſis ergo cæteris modis, loquendo de ſolo tertio modo inter doctores vſitato, uidetur, quòd ſecundum imaginationem doctorum iſtorum, attributalis perfectio non ſit niſi perfeitas ſecundi modi. Pro quo melius intelligendo, ſciendum quòd in quidditatibus creaturarum ſunt tria ſigna imaginanda. Primum eſt, in quo eis conueniunt omnia, quæ ipſis primo, & per ſe verificantur, vt humanitas eſt humanitas. Secundum ſignum eſt, in quo eis conueniunt, quæ de ipſis dicuntur ſecundo modo dicendi, vt homo eſt riſibilis. Tertium ſignum, in quo eis conueniunt prædicata per accidens, vt homo eſt coloratus. Sic ad propoſitum applicãdo imaginamur, quòd omnia quidditatiua conueniunt Deo in primo ſigno. Denominatiua uero, quæ ſunt attributalia, in ſecundo. Quia uero de ipſo nihil per accidẽs dicitur, cum hoc ſonat imperfectionem, ideo ibi non datur tertium ſignum. vnde ſecundum iſtos

Hęcceitatis.

Attributalis pfectio 4 modis accipitur.

In creaturarũ qddiratib' tria ſunt ſigna imaginanda.

differunt formalitas, & attributalis perfectio: quia formalitas eſt perfeitas primi modi, attributalis autem perfectio, per ſeitas ſecundi modi. Ad propoſitum igitur deſcendendo, dico quòd quadruplex eſt vnitas, Quædam aggregationis, quædam originis, quædam compoſitionis, quædam indiuiſionis. Inter attributales ergo perfectiones non eſt unitas aggregationis, quia ſunt una natura; nec vnitas originis, quoniam una non originatur ex alia; nec unitas compoſitionis, cum una ſit realiter alia: ſed realis unitas indiuiſionis, licet nullam habeant vnitatem in rationibus ſuis formalibus, qua propter remanent formaliter conditinctæ, quod ita probatur. Omnes productiones alterius rationis, neceſſario præſupponunt principia productiua diuerſarum rationum; ſed generatio, & ſpiratio ſunt productiones alterius rationis, cum vna ſit per modũ intellectus, alia per modum uoluntatis; ergo intellectus, & voluntas ſunt principia productionum illarum, ex ſua natura diſtincta formaliter. Præterea inter ea, de quibus verificantur contradictoria, eſt neceſſariò aliqualis diſtinctio; & non realis, ergo formalis. ſed de intellectu, & voluntate verificantur contradictoria iſta, eſſe principium elicitiuum generationis ad intra, quod conuenit intellectui, & non eſſe principium generationis elicitiuum ad intra, quod conuenit voluntati, etiam ab æterno omni actu rationis ſecluſo. At uero ſecunda opinio circa difficultatem hanc, eſt ipſius Ocham, & ſuorum ſequacium, dicentium, quòd nullæ perfectiones ſunt in diuina eſſentia, ex natura rei formaliter, aut realiter differentes. Omnis enim diſtinctio ex natura rei eſt realis, aut formalis: ſed nulla eſt in diuinis formalis, aut realis diſtinctio, niſi relatiuorum ab inuicem, & ipſorum a diuina eſſentia. attributales autem perfectiones non ſunt relationes. Denique ſigno diuinam eſſentiam ſub propria ratione, & ſapientiam ſub propria ratione, & arguo ſic. Vel diuina eſſentia eſt ſapientia, uel non, intelligendo ſemper quodlibet horum ſub propria ratione, ſi ſic, habetur propoſitum, q̃ ſcilicet inter illa nulla eſt formalis diſtinctio: ſi non, ergo diuina eſſentia non eſt vniuerſaliter perfecta, cum eſſe ſapientem ſit denominatio perfectionis ſimpliciter, ergo ſi non competit formaliter diuinæ eſſentiæ, non eſt vniuerſaliter perfecta. Et confirmatur, quia quodcunque non eſt de formali alicuius ratione, non addit ad perfectionem eius intrinſecã. Si ergo diuina eſſentia ex ſe non ſit ſapientia, nec econtra, ſequitur q̃ ſapiẽtia non addit ad intrinſecam eſſentiæ diuinæ perfectionem: & q̃ conſequens ipſa ex ſe non eſt vniuerſaliter perfecta, quod abſurdum eſt dicere. Inſuper, ſi diuina eſſentia, ſapientia, bonitas, veritas, vita, formaliter eſſent diſtincta, ſequeretur, q̃ diuina eſſentia ex ſe, non eſſet maioris perfectionis intenſiuè q̃ vnus lapis: quia diuina eſſentia, vel ex ſe, & propria ratione formaliter eſt ſapientia, bonitas, uita, &c. vel non. ſi ſic, habetur propoſitum; ſi non, ergo ex ſe nõ eſt niſi eſſe quoddam non intellectuale neq; vitale. Dicunt quoq;, q̃ perfectiones attributales ſunt mẽtales conceptus a creatura Deo impoſiti, de gẽere quidditatis, quoniam nullæ perfectiones ſunt in diuina eſſentia diſtinctæ realiter. ¶ Amplius, Gregorius de Arimino, diſcipulus Ocham, producit ſeptem rationes contra Scoti opinionem. Prima eſt iſta: Sumo, inquit, deitatem præcisè ſecundum ſe, abſq; quocunque alio modo ab ea diſtincto, & quæro an ipſa ſit ſapientia, an non, ſi ſic, ergo nulla eſt ſapientiæ diſtinctio formalis in Deo a deitate, vel

Quadruplex vnitas.

Opinio Occam.

Rationes Gregorij de Arimino contra Scotum.

in Deo

in Deo ſunt plures ſapientiæ. Si non, ergo cum deitas ſit ſapiens, & non ſit ſapientia, ſequitur quòd Deus, ſeu deitas, non ſit ſapientia ſua. Secunda ratio eſt, formalitas ſapientiæ ſecundum ſe præcisè ſumpta, eſt ipſa ſæpientia, aut aliquid intrinſecum ſapiẽtiæ, quaſi ſapientia includat ſuam formalitatem, & aliquid aliud, iuxta imaginationem quorundam diſtinguentium formalitatem, & realitatem tanquam ſibi intrinſecam. aut talis formalitas eſt aliquid extrinſecum ſapientiæ. quod dici non poteſt: quia implicat contradictionem, quòd aliquid poſſit eſſe ſine eo, quod eſt ſibi formale. nou tamen eſt contradictio, quòd poſſet eſſe ſine eo, quod eſt ſibi extrinſecum. Si dicatur quòd ſapientia ſit ſua formalitas, vel quòd formalitas ſapientiæ ſit ei intrinſeca, cum deitas non ſit ſapientia formaliter iuxta illos, nec intrinſeca ſapientię, vtpotè formaliter inde diſtincta: ſequitur, quòd deitas non ſit ſapientia, quod eſt falſum. Tertiò arguit conformiter, ſicut Anſelmus probat poteſtatem Dei non diſtingui a Deo, quia poteſtas eſt Deo ſubſtantialis, vel accidentalis: non accidentalis, ergo ſubſtantialis. vel ergo tota eſſentia, vel pars eius. non pars, ergo tota, & per conſequens indiſtincta. Quarta ratio eſt, ſi ponatur talis diſtinctio formalis, ſequitur quòd Deus non ſit ſapiens, eo, quo eſt Deus: & per conſequens, nec eo, quo eſt, ſed alio, & alio, quoniam deitate eſt Deus, & ipſo eſſe eſt: ſapientia autem ſeu formalitate ſapientiæ, quę non eſt deitas eſt ſapiens. & ſic ſequitur, quòd Deus non ſit penitus ſimplex, & q̃ falſa ſit probatio Auguſtini ſeptimo de Trinitate aſſerentis, atque probantis, quòd Deus ſit ſimplex: quia ei idem eſt eſſe, & ſapientem eſſe, ſimiliter iuſtum, bonum &c. Quinta eſt, nam data tali diſtinctione formali, ſequitur quòd in diuinis non ſit penitus idem habens, & quod habet, exceptis his, quæ relatiuè dicũtur cuius contrarium aſſerit Auguſtinus libro de Trinitate: Idem enim omnino eſt, Deus, iuſtus, ſapiens, pius, & ipſa iuſtitia, ſapientia, ac pietas Dei. Sexta, ſi entitas hæc, ſcilicet ſapientia ſumma ſecundum ſe præcisè ſumpta, non eſt deitas: ſequitur quòd ſit creatura, quoniam omnis entitas, quę non eſt deitas, eſt creata, ſeu creatura. Septimo arguit, quia Scotus in quadam lectura ſua Parrhiſijs habita, dicit expreſsè, quòd vita intellectualis, ſeu intellectualitas eſt per ſe de quidditatiua, & formali ratione eſſentiæ diuinæ. & probat per hoc, quia quod poteſt alicui eſſe idem, non eſt perfectiſsimè in illo niſi ſit de ratione quidditatiua ipſius. ſi ergo intellectualitas perfectiſsimè competit Deo, non eſt formaliter diſtincta a diuina eſſentia.

Anſelmus

Ocham.

¶ Poſtremo, Ocham vnico medio arguit ſic: Vbicunque eſt aliqua diſtinctio, vel non identitas, ibi poſſunt aliqua contradictoria verificari de illis: ſed impoſsibile eſt contradictoria de quibuſdam verificari, niſi iſta, vel illa pro quibus ſupponunt, ſint diſtinctæ res, vel diſtinctæ rationes, vel entia rationis, vel res, vel ratio, ſed ſi omnia iſta diſtincta ſunt ex natura rei, non ſunt diſtinctæ rationes, nec entia rationis, nec ratio: ergo erunt diſtinctæ res: & ſic attributa, vt ſapientia, & bonitas, de quibus ſecundum iſtos contradictoria uerificantur, erunt diſtinctæ res, cum tamen, & ipſi dicant, quòd ſint res vna. Hæc Petrus de Candia, qui in hac materia loquitur recitatiuè magis, quàm aſſertiuè, nec ad aliquam partem videtur ſe multum determinare. veruntamen videtur opinioni Scoti magis fauere.

Fran. Maronis.

¶ Conſequenter tangam aliqua ex ſcripto Franciſci de Maronis. Itaque Franciſcus illè circa octauam diſtinctionem. primò quærit, an in diuinis poſſit eſſe diſtinctio, quocirca diſſeruit: Hic ſunt quatuor intuenda: primo, quid ſit diſtinctio: ſecundo, quot modis ſumatur: tertio, qualiter poſſit inueſtigari: quarto, an in diuinis ſit diſtinctio. Quantum ad primum, dico, quòd diſtinctio non eſt quid abſolutum, ſed reſpectiuum. Nam omne diſtinctum ab alio neceſſariò eſt diſtinctum. Reſpectus quoque, quem dicit diſtinctio, eſt tranſcendens, quemadmodum quantitas uirtutis, & ſecundæ intentiones. Conuenit enti, & paſſionibus, antequam deſcendat in decem prædicamenta: quoniam eſſe diſtinguitur a paſſionibus ſuis, & paſſiones illæ ab inuicem. Porro reſpectus, quem dicit diſtinctio, eſt intrinſecus adueniens, non extrinſecus. Reſpectus autem intrinſecus adueniens, eſt qui oritur poſito fundamento, ac termino in quacunque diſpoſitione, ſeu diſtantia. Reſpectus vero extrinſecus adueniens, eſt qui naſcitur aliquo alio termino aduenìente, ſicut poſito igne, & ſtuppa, non ſequitur accenſio, niſi facta approximatione. Poſita autem formali ratione hominis, formaliq̃ ratione aſini, neceſſariò oritur diſtinctio vnius ab alio.

Quid ſit diſtinctio.

Reſpectus intrinſecꝰ

Entrinſecꝰ.

Item reſpectus diſtinctionis, eſt reſpectus diſquiparentiæ: quia reſpectus equiparantiæ ſemper habet extrema unius rationis. Idcirco reſpectus, qui eſt inter extrema alteriùs, & alteriùs rationis, neceſſariò eſt relatio diſquiparantię, & talis eſt diſtinctio. Denique diſtinctio duplex eſt, ſcilicet fundamentalis, & actualis. Quantum ad ſecundum, ſciendum, quòd quatuor ſunt gradus diſtinctionum, non fabricati ab anima. Prima eſt diſtinctio eſſentialis, ut Dei a creatura. Secunda realis, ut inter patrem, & filium. Tertia formalis inter quidditatem, & quidditatem, & iſta eſt propriè diſtinctio rationum diffinitiuarum. Quarta eſt modalis, videlicet quidditatis, & modi, ſicut inter albedinem, & eius intentionem, ac remiſsionem. Hæ autem quatuor diſtinctiones, ſunt eſſentialiter coordinatę: quia prima eſt maxima, deinde ſecunda. Pro tertio aduertendum, quòd quatuor ſunt modi inueſtigandi formalem diſtinctionem, videlicet uia diffinitionis, via diuiſionis, via deſcriptionis, & uia demonſtrationis. Prima procedit ſic: Quandocunque aliqua ſic ſe habent, quòd aliquid ponitur in diffinitione vnius, quod non ponitur in diffinitione alterius, illa diſtinguuntur formaliter. Secunda via procedit ſic: Quandocunque aliquid diuiditur per differentias oppoſitas, quicquid cadit ſub uno diuidentium, diſtinguitur formaliter a quolibet cadente ſub alio, quia cadunt ſub membris oppoſitis. Tertia via eſt: Quorumcunque deſcriptiones ſunt diuerſę, eorum diffinitiones diuerſę ſunt: quia quęcunque habẽt eandẽ diffinitionem, habent idem genus, & per conſequens eandem paſſionem, & aptitudinem conſequentem talem diffinitionem: quia ex diffinitione paſſio, ſeu aptitudo demonſtratur. Sed deſcriptio conſtat ex paſſione, ſeu aptitudine: ergo quorum deſcriptiones ſunt diuerſę, diffinitiones quoque eorum diuerſę ſunt. Quarta via ita procedit: Quandocunque aliquid eſt demonſtrabile de aliquo vno propter quid, & non de alio, illa diſtinguuntur formaliter. nam & diuerſam habent diffinitionem, cum diffinitio ſit medium in demonſtratione.

Quatuor gradus diſtinctionu

Quatuor modi inueſtigãdę diſtinctionis formalis.

1

2

3

4

¶ Amplius, ex his quatuor euidẽtib. uijs adducit alia uia ſatis pegrina, tñ neceſſaria, ſ. via reduplicationis, hoc mõ: Q̃cunq; aliq̃d cõuenit alicui ĩquãtũ

tale, quod non conuenit alteri inquantum tale, illa necessario formaliter distinguuntur, quoniam reduplicatio cadit super rationem formalem. si ergo sit eadem ratio formalis, necessariò idem prædicatum prædicatur eadem reduplicatione appositа. verbi gratia, si homini inquantum homo, conuenit ridere, & lapidi inquantum lapis, non: necessariò homo a lapide formaliter distinguitur, aliàs sub eadem ratione conueniret vtrique.

¶ Quantum ad quartũ, dico, quòd in diuinis est essentialis distinctio respectu creaturam, item realis personarum distinctio ad intra. In eadem quos persona est formalis distinctio inter relationem, atque essentiam. Rursus, in eadem persona est distinctio essentiæ & intrinsecorum modorum formalis.

Quæstio. ¶ Deinde quæritur, vtrum diuinæ perfectiones, seu attributa distinguantur ex natura rei ab inuicem. Ad quod dico, quòd imo.

Duodecim cõtradict. ¶ Ad quod probandum induco duodecim contradictiones, in diuinis perfectionibus fundatas.

1 Prima, quòd intellectus est principium productiuum verbi, non voluntas: & quòd uoluntas est principium productiuum spiritussancti, non ipse intellectus. Similiter intellectus diuinus intelligit, voluntas diuina non intelligit. similiter diuina voluntas

2 vult, diuinus intellectus non vult. Secunda contradictio fundatur in actu intelligendi, & volendi: quia actus intelligendi diuinus terminatur ad omnia tam bona, quàm mala: actus autem volendi termi-

3 natur tantum ad bona. Tertia contradictio fundatur in actu uolendi. Deus enim habet actum volendi respectu omnium vitiorum, & habet actum volendi respectu omnium bonorum, & non habet actum volendi respectu bonorum, ergo hi actus distinguuntur abinuicem ex natura rei, secluso omni actu intellectus creati. Quarta contradictio funda-

4 tur in voluntate signi, & beneplaciti. sic Deus voluit omnia, quæ facta sunt ab æterno voluntate beneplaciti, alioquin nunquam fuissent facta: & tamen noluit omnia voluntate signi, quia multa prohibuit.

5 Quinta contradictio fundatur in potentia ordinata, & absoluta. Nam vulgò dicitur, & verum est, quòd multa potest Deus de potentia absoluta, quæ non potest de potentia ordinata: vt iustos damna-

6 re, damnatos saluare. Sexta contradictio fundatur in notitia visionis, & simplicis intelligentiæ. Anima enim Christi notitia simplicis visionis cognoscit omnia, quæ & verbum, non autem notitia simplicis

7 intelligentiæ. Septima contradictio fundatur in diuina sapientia, & scientia, eas propriè accipiendo, prout sapientia est æternorum, scientia temporalium. Nam Deus habet sapientiam de sua essentia, non autem scientiam: & de temporalibus habet scié tiam, non sapientiam: ergo sapientia, & scientia for-

8 maliter ex natura rei distinguuntur in Deo. Octaua fundatur in diuina iustitia, & misericordia, quibus distincti conueniunt actus, ita quòd per misericordiam saluantur, qui per iustitiam damnarentur. No

9 na fundatur in actibus fruendi, & vtẽdi, qui in Deo formaliter sunt. Nam fruitur se, non vtitur se: similiter utitur creaturis, non fruitur. Decima fundatur

10 in infinitate, & necessitate. Infinitas namque repugnat relationi diuinæ, cum infinitas sit perfectio simpliciter: & tamen necessitas non repugnat ei, cũ vtraque emanatio sit necessaria. Vndecima fundatur in substantia, & spiritualitate. Nam ratione substantiæ communicat Deus rei materiali, non secundum quod spiritus. Duodecima fundatur in causalitate, & æternitate. Demonstrabile enim est Deum esse æternum, non autem fortasis, quòd sit omnium causa effectiua. Hæc Franciscus. Qui de ista materia scribit diffusè, & suo modo subtiliter, atque ex prætactis contradictionibns nititur persuadere, distinctionem formalem ex natura rei inter attributa diuina, quia vt ait: Ea, de quibus demonstrantur diuersa, & quibus conueniunt opposita etiam contradictoriè, omni actu intellectus secluso, ex sua distinguuntur natura. Consequenter tangam positionem Durandi de ista materia.

Positio Durandi. ¶ Durãdus ergo inter cætera scribit: Eorum quę sunt in Deo, & creaturis, quædam correspondent Deo secundum oppositionem, vt infinitum in Deo, & finitum in creaturis. Quædam secundum causalitatem, vt creator, & creatura: Quædam secundum analogiam, & proportionem, vt sapientia in Deo, & creaturis. sicq; de bonitate, iustitia, & consimilibus. Ea, quæ sunt primæ impositionis, & secundæ, non dicuntur propriè attributa, vel saltem non faciunt difficultatem in quæstione proposita, sed solũ illa, quæ sunt tertij modi, in quibus Deus & creatura conueniunt. Hæc autem sunt quæ in sua ratione imperfectionem non includunt, neq; excludũt. Nam si eam includerent, Deo non conuenirent: si eam excluderent, non conuenirent creatis. Insuper differt quærere, an attributa accipiantur in Deo absque habitudine ad creata: &, vtrum eorum differentia accipiatur in Deo etiam absque habitudine tali. Si quæstio procederet primo modo, & attributa vocarentur quæ conueniũt Deo ſm oppositionem ad creaturas, vel ſm causalitatem, vt esse infinitum, esse creatoré: sic dicendum, ꝙ nihil tale potest concipi esse in Deo, ét a quocunque intellectu, nisi in habitudine ad creaturas. Nihil enim concipi potest sine eo, quod claditur in sua ratione, siue includatur vt pars essentialis, siue vt obiectum vel terminus actionis vel relationis. Sicut nõ potest intelligi dealbatio sine albedine, siue includatur per modum oppositionis, sicut includitur habitus in ratione priuationis, vel affirmatio in ratione negationis: sicut cęcitas non pòt intelligi, non intellecto visu: necnon hõ, homine non intellecto: sed ratione eorum: quæ attribuũtur Deo per modum causalitatis, est creatura per modũ termini, vel obiecti, vel correlatiui, vt patet de creatore, & creatura. Creatura enim est terminus vel obiectum creationis, vel potentiæ creandi. Est quoq; terminus relationis, qua Deus refertur vt creator. Porro de ratione eorum, quæ cõueniunt Deo per oppositionem ad creaturas, est aliquid creatum, sicut habitus est de ratione priuationis, vel affirmatio de ratione negationis, vt patet cum Deus dicitur infinitus. Esse enim infinitum, dicit priuationem, vel negationem finitatis, quę finitas nõ potest esse nisi in creaturis: ideo non conueniunt Deo, nisi in habitudine ad creaturas: & per consequens nec eorum conuenientia, nec differentia. Si autem attributa uocentur perfectiones positiuæ, communes Deo, & creaturis, quæ non dicuntur secundum aliquam causalitatem Dei ad creaturas, sicut esse intelligentem, volentem, iustum, & huiusmodi, planum est, ꝙ talia conueniũt Deo secundum se absq; habitudine ad creata, & possunt intelligi esse in Deo, absque habitudine ad quodcunque creatum. Si vero quæstio intelligatur secundo modo, videlicet vtrum distinctio talium attributorum possit esse in Deo absque operatione intellectus comparantis Deum ad creata, sic est triplex opinio: Vna, quæ ponit, quòd attributa ista differunt in Deo formaliter ex natura rei ante omnem operationem intellectus: quæ opinio quatuor

Quõ quæ in creaturis sunt Deo correspondeant.

Triplex opinio.

1 tuor rationibus confirmatur. Primò, quoniam attributa distinguuntur diffinitione: quia si diffinirentur alia daretur diffinitio de sapientia, alia de bonitate. Secundò, quia per idem simplex non potest aliquid conuenire cum aliquo, & ab eodem differre, nisi sit aliquo modo diuersitas, sicut brutum per eãdem simplicem essentiam animæ, inquantum est negatiua, conuenit cum planta: & per eandem inquantum est sensitiua differt ab ea: ergo vna, & eadem simplex essentia animæ aliquo modo diuersificatur per vegetatiuum, & sensitiuum, sed non realiter, ergo formaliter. Tertiò entitas, & bonitas, quamuis sint idem in re, differunt tamen formaliter, cum per eorum differentiam sumatur differentia intellectus, & voluntatis: quæ differentia non est ex operatione intellectus, cũ formalis ratio obiecti præcedat actũ potentiæ. Entitas autem est obiectum intellectus, bonitas voluntatis. talis aũt distinctio est ex parte rei.

4 Quartò, illud, quod de se communicabile est, differt ex natura rei ab eo, quod de se incõmunicabile est. sed essentia diuina de se communicabilis est. paternitas autem de se incommunicabilis: ergo essentia, & paternitas distinguuntur formaliter ex natura rei. Et de attributis idem uidetur.

¶ Ista opinio non videtur uera, quia non est possibile aliquam differentiam esse mediam inter differentiam rei, & differentiã rationis. Primò, qm̃ vnum & multa, idem, & differens, sunt passiones entis: sed nil est, nec esse põt nisi ens reale, quod habet esse prę ter operationem animæ: & ens rõnis, quod habet esse per solam animæ actionem: ergo nulla est, nec esse pòt identitas, aut differentia, nisi realis, aut rationis.

2 Secundò, qm̃ quicquid conuenit rei ſm se, & ex sua natura circunscripta operatione intellectus, est verè reale. Si ergo in eadem re simplici, puta diuina essentia aut alia, inuenitur talis differentia ex rei natura, oportet, quòd si realis, quod est impossibile, &

3 ipsimet negãt hoc. Tertiò, quia diffinitio indicat qd sit res. ergo quæ differunt diffinitione, differunt re, sed attributa diuina ſm istos, si diffinirentur, haberent distinctas diffinitiones, ergo different realiter.

4 Quartò, quia nil plus est iam albedo ex natura rei, quàm si non esset, nec esse posset aliùs color: sed si non esset aliùs color, albedo, & color non differrent formaliter ex natura, ergo nec modo. Præterea, de modo differentiæ attributorũ adhuc sunt duæ opiniones. Vna, ꝙ distinctio eorum ſm rationem concipi potest in Deo absq; cõparatione ad creaturas, quod probant sic, Quod nõ præsupponitur a posteriore, nõ præsupponitur a priore: sed distinctio personarum realis, est posterior distinctione attributorum ſm rõnem. Cum ergo distinctio personarũ nõ præsupponat distinctionem realem in creaturis existẽtem siue possibilem, videtur ꝙ distinctio attributorum nõ præsupponat eã: & ita eorũ distinctio nõ sumitur in comparatione ad realẽ distinctionẽ creaturarum. Secundò secunditas, atq; perfectio diuinæ essentiæ, est sufficiens rõ distinctionis personarum, quæ maior est absque habitudine ad creata. ergo est sufficiẽs rõ distinctionis attributorũ, quæ minor est.

3 Tertiò, Deus vnico simplici actu intelligit, quicquid nõs intelligimus mõ quocunq; : ergo dato, quòd nulla esset creatura nec esse posset, adhuc Deꝰ intelligeret distinctionẽ attributorum ſm rõnem. ¶ Alia vero opinio tenet, ꝙ distinctio attributorũ ſm rõnem, non põt sumi nisi p cõparationẽ ad aliquã differentiam realẽ in creaturis existentẽ siue possibilẽ. quod primo probat sic, Differẽtia rõnis nisi sit vana, & falsa, q̃uis sit cõpletiuè ab intellectu, oportet tñ ꝙ habeat fundamentum in re: sed differentia attributorum, secundum rationem, non potest habere sufficiens fundamentum in natura diuina absolutè accepta, nisi comparetur ad realem diuersitatem, quæ in creaturis est, aut esse potest: quoniã, quod est vnitissimè vnum, & nullo modo plura, nec actu, neque formaliter, nec potentia, non põt esse fundamentũ plurium relationũ. Vnde enim fingeret intellectus ibi pluralitatem? quia nullum apparens habet ex parte rei, vnde pluralitatem concipere possit. Et huic opinioni magis consentio. Hæc Duraudus.

Diony. nostri censura de opinionibus præhabitis. ¶ Nunc tot opinionibus de ista materia recitatis, restat eam, quæ rationabilior esse videtur, eligere: & quæ à diuersis melius dicta censentur, in vnum summatim redigere. Nempè ex vno solo prætactorũ doctorũ, non potest huius veritas quæstionis satis patere. Itaq;, quæ ex Thoma, & eius sequacibus Petro, & Richardo inducta sunt, vera videntur. Thomas tamen, & Petrus non scribunt, de distinctione attributorũ ſm rationẽ, nisi in intellectu humano. Et q̃uis Aegidius a positione Thomæ videatur recedere tamen in principali conuenit secum, ꝙ. attributa diuina non distinguantur nisi ſm rationẽ, vt patuit: nec loquitur de distinctione illorũ, nisi in intellectu mentis humanæ. In idem concurrit doctrina Alberti, & Bonauenturæ, Alexandri, quoq; q̃tũ, ad hoc, ꝙ asserit attributa llla sola ratione distingui. Idẽ affirmat Henricus, qui tamẽ de ista materia scribit diffusiùs, docens, qualiter attributa etiam distinguantur in intellectu increato, atq; in conceptionibus, seu intelligentijs beatorũ. & de hoc etiã breuiter, vt habitũ est, scribit Richardus, cum Henrico in hoc concordans. At verò positio illa dicentium, ꝙ attributa diuina, non differunt nisi per comparationẽ ad creaturas, videtur esse Alexandri de Ales qui ob eminentiã suæ scientiæ, ab alma vniuersitate Parrhisiẽsi meruit doctor irrefragabilis appellari. Ideo, eius autoritas, non est parumpendenda, qui (sicut prętactum est) scribit, ꝙ attributa non distinguantur in Deo, nisi ratione, & connotatione, aut respectu ad creaturas, & in hoc sibi consentit Durandus. Verũtamen positio Henrici, & Alberti Magni, dicentium huius oppositum, in hoc rationabilior esse videtur, vt ex præinductis eorũ motiuis reor patere. Positio vero, Scoti, & suorum sequacium, ab omnium prefactorũ discordat doctrina: quoniã tenet, ꝙ inter attributa diuina absoluta, & propriè dicta, sit ab æterno ex natura rei, vel formalis distinctio, ante omnẽ cõsiderationẽ, & actũ cuiuscunque intellectus creati. Quam opinionem, quidam præsertim ordinis S. Francisci, siue constanter, siue pertinaciter tenent, atque tuentur: quanquam Ocham, & alij quidam ordinis eiusdem doctores, contrariũ sentiant, ac defendant, qui tamen inter attributa absoluta, & relationem ad intra, seu inter essentiã, & relatiuam proprietatẽ, distinctionẽ ponunt formalem: quod nihilominus præfati negant doctores, dicentes inter distinctionem realem, & distinctionẽ rationis non esse medium. De quo puncto infra specialiter tangẽtur. ¶ Deniq;, opinio ponentium distinctionẽ formalem, & ex natura rei quandam, nõ identitatem inter attributa diuina, cęteris irrationabilior esse videtur & tam philosophicis, quàm theologicis documentis contraria. Quod quamuis, in præhabitis multipliciter, sit probatũ, adhuc tamen ad idem demonstrãdũ rationes, & autoritates adducã. ¶ Et primo sic arguo, ſm peripateticos cõpositio est indigẽtiæ signũ: si enim compositũ in altero componentium totam suã haberet perfectionẽ, iam alio cõponẽte, seu alia

Opinionis 1. ratio. 1.

Opinionis 2. ratio prima.

Opinionis 3. ratio.

Doctor irrefragabilitatis, & quod dictus sit.

Ockam

Quæ opinionũ harum cæteris sit irrationabilior.

ex qua

ex qua constat parte, non indigeret, esseteq; simplex. cum non sit pluralitas sine necessitate ponenda. Quemadmodum ergo pura, mera, & infinita est diuini esse perfectio, sic & eius simplicitas est pura, atque immensa: ergo in sua summa, & pura simplicitate habet, & possidet omnem prorsus perfectionē, ita ꝙ ex natura rei nulla in eo est attributalium perfectionū distinctio. Imò si in ipso vna attributalis perfectio, ab alia ex natura rei distingueretur formaliter, nulla earū esset in seipsa perfecta, neque alterius in se super simplicissimæ contentiua, cū nulla res in se in omnimoda simplicitate contineat, realiterq; includat entitatē, seu perfectionem a se formaliter ex natura rei distinctam, sed potiùs perficiatur per illā.

2 ¶ Præterea incircunscriptibile esse Dei: est sua immensa simplicitas, sua infinita perfectio, & sua opulentia prorsus illimitata: ita ꝙ oīa ista ex natura Dei, sunt vna superpurissima vnitas totius, non identitatis penitus exclusiua, ac nescia: & quicquid in ea est, in omnifaria simplicitate est absolutè extremè, ac infinitè perfectū, & opulentissimū, nullo non eodem indigens, nec aliquid tale admittens. sicq; esse diuinū, æternū, & increatū, est in seipso perfectio separata, subsistens illimitata in omnimoda simplicitate conprehendens, imò potius verè supersubstantialiter, ac supersimplicissimè consistens, quicquid pertinere potest, aut excogitari ad perfectionē: ita, ꝙ sine omnimoda distinctione, & non identitate ex natura rei est infinita sapientia, immensa potentia, interminabilis pulchritudo, opulētia, nobilitas, beatitudo, dulcedo, virtus, & sanctitas, & quicqd huiusmodi poteri cogitari. ¶ Insuper sicut sapientia Dei, omnem capacitatē mentis creatæ, & omnem sapientiā creatam infinitè excedit, sic & simplicitas Dei: ergo directè ei repugnat omnis non identitas, atq; distinctio ex sua natura, cum omnis mens benè disposita capere possit, imò, & dictet, ac protestetur, id esse simplicius, in quo ex natura rei nulla est non identitas, & nulla distinctio ex sua natura, q̄ id in quo

4 est aliqua, non idētitas, & distinctio ex natura. ¶ Amplius, ista non stant simul, ꝙ in aliqua re ex sua natura, sit summa perfecta pura, & infinita identitas, & item ex sua natura quædam non identitas, sed in esse diuino est summa perfecta, pura, extrema, & infinita ex natura rei identitas: imò talis, ac tanta, ꝙ maior cogitari non valet: ergo nulla non identitas, nul

5 la formalis distinctio est in eo ex sua natura. ¶ Adhuc, si inter attributa diuina est ex natura rei, quædā non identitas, seu formalis distinctio, cū supersancto, & supergloriosissimo Deo infinita, aut certè innumerabilia attributa conueniant, sequitur, ꝙ in eo sint infinitæ, seu innumerabiles quædā non identitates, seu ex natura rei distinctiones, quæ cū summa simplicitate plenissima identitate, atque purissima vnitate, non stant, imo simul sumptæ tot non idētitates videntur vni reali distinctioni, aut diuersitati

6 æquiualere. ¶ Postremò, sicut prætactū est, vnūquodque tantò perfectius, ac purius est tale, quantò impermixtius suo contrario, seu quantò minus habet, adiunctū de suo opposito: quemadmodū albedo tā tò est purior, & subtātia tantò est albior, quintò, ab omni alio colore immunior, & in suo colore intensior. Sic, & aurū tantò purius perhibetur, quātò minus de omni alieno metallo emiscetur. Nec ista stāt simul, ꝙ aliquid sit prorsus albissimū, aut aurū extremè purissimū, & tamen aliqd de alieno colore alio, ve metallo habeat sibi admixtū: & multo impossibilius est aliqd esse albissimū, & tamen innumerabiles qualdā non albedines, seu distinctas coloreitates sibi esse immixtas. Similiter impossibile est, aliqd esse purissimū aurū, & tamen sibi esse immixtas plures aliorū metallorū formalitates. Cōformitur dici nō pōt, ꝙ in perfectissimo, ac supersimplicissimo Deo sit pura, & infinita simplicitas, vnitas, atq; identitas, in fine totius simplicitatis, idētitatis, ac vnitatis: & tamen sint in eo tot non idenitates, & ex natura rei, formales attributaliū perfectionum distinctiones.

¶ Iterū, sicut prætactū est, ſm philosophum in prædi 7
camentis, vnū in subſtantia facit idem: vnū verò in quantitate facit æquale: & vnū in qualitate efficit similе. cū ergo in diuina subſtantia, seu essentiali Dei perfectione sit ex natura rei purissima unitas, extrema, & summa in fine vnitatis totius oportet in Deo, esse identitatē omnino plenissimā, nec inter attributa diuina ullā esse ex natura rei non identitatē, aut distinctionem formalem quemadmodū si in aliquibus sit una penitus quantitas vnave qualitas, necesse est in ipsis consistere puram æqualitatē, ac plenā similitudinem, ab omni non æqualitate, & nō similitudine alienam. Ad istud probandū induci possent, multa argumenta similia, quorum multa iam tacta sunt, sed ista reor sufficere, præsertim cū tot sancti doctores, totq; excellentis simi in theologia magistri, qui ante Iohannē Scotum fuerunt, concorditer senserint, inter attributa diuina nullam esse non idē titatem, aut formalē ex natura rei distinctionem. Et nouitatis oppositæ, uidetur Scotus fuisse inuentor, qui nullam sanctorū autoritatem, habet pro se, imò sicut mox innotescet, autoritates maiorū, & seniorū, quas allegat pro se, si ritè intelligantur, directè sunt, & militant contra eū: & est opinio sua tā summis philosophis, quàm supremis theologis contraria. Nempè in libro de Causis, in cōmento quartæ propositionis asseritur: In esse puro, & vero, quod Deus est, non est multitudo aliquorum modorum. Quod si verū est, multò minus est ibi multitudo nō identitatum, atque formalis ex natura rei distinctio in supersimplicissimo Deo. ¶ Rursus in eodē dicitur libro: Primū est dies per seipsum, & dies in aliis; & significatio huius est unitas eius: non quia unitas eius sit sparsa in seipso, imo unitas eius est pura, quoniam est simplex in fine simplicitatis, & additur ibi, Si autē aliquis vult scire, quòd causa prima est dies, proijciat mētem suam super res compositas, & inquirat de eis inquisitione pscrutata: inueniet enim omne cōpositum esse diminutum, & indigens, aut alio, aut rebus, ex quibus componitur. Res autem simplex, quæ est bonitas, est una, & vnitas. His consonat quod in elementatione theologia Procli Platonici fertur. Omne vnitum, alterum est à per se uno. Omne enim unitum r paticipat aliqualiter vnc. Ideo unum est, & nō unum. quod autem per se unū est, nequaquam unum est, & non unum: quia est, unum purum, in quo nihil nō unum: Hinc Plato asserit in Phædone, quòd anima similis est enti diuino, & immortali, intellectuali, uniformi, ac indisolubili, & semper similiter secundum idem se habenti. Aristoteles, quoque subtilissimè demonstrauit, ꝙ Deus sit purus actus, & ens absolutè perfectum, ac infinitum, adeo simplex, quòd in ipso sunt idem, esse, posse, & agere. ¶ Insuper diuinissimus, sacratissimus, & theologicissimus Dionysius, de summa, & incomprehensibili deitatis simplicitate, & unitate, atque attributorum identitate purissima, in uariis tractat locis, præsertim in libro de diuinis noibus, inter cætera dicēs: Processiones thearchicæ sunt discretiones, quibus diuina bonitas in seipsa summè simplex, seipsam uariè, ac multipliciter cō

Confirmātur ꝓdicta autoritatibus.

Proclus.

Plato in Phędone

Aristotel.

S. Diony.

municat creaturis, siue per essentiam, siue per vitā, siue per sapientiam, siue per iustitiam, quę omnia in deitate vnita, uniformiter, & cōmuniter vniuntur, & vnum sunt in ipsa: sicut pūctum, quod est centrū circuli, ab omnibus circunferentiæ lineis uniformiter participatur, & multæ impressiones participant formam sigilli. Veruntamen hæc, & huiusmodi exēpla incōparabiliter excedit diuinæ simplicitatis impartibilitas. Hæc Dionysius. Qui denuo protestatur, Quamuis participationes. i. effectus deitatis in seipsis comprehensibiliter, & diuisim, ac multipliciter sint, omnia tamen in bonitate diuina sunt incōprehensibiliter cūiunctim, & singulariter, cuius qua lecunque exemplū patet in creaturis. In unitate siquidem omnis numerus præexistit simpliciter, & in confusè. Vnitas, quoque cū sit impartibilis, & simplex, omnem numerum in seipsa singulariter continet, omnesque numeri in unitate vniuntur; & quantū ab ipsa procedendo recedunt, in tantum discernuntur, & in multitudinē aguntur. Sic, & in centro circuli omnes lineæ sunt ſm primam vnitionem, & ipsum centrum vniuersas lineas, a se ad circunferētiam per totum circulum procedentes, habet in se simpliciter vnitas, ac sibi inuicem: sic & in generali omniū causa omnes rationes, & perfectiones vniuſ cuiusque naturæ congregantur, & vnū sunt inconfusè. Hæc Dionysius. Qui hinc inde multa consimilia scribit, ex cuius exemplis patet propositum. Certū est nanque, quòd nec in unitate, neque in centro, nec in forma sigilli exiſtat ex natura rei formalis distinctio numerorum, aut linearum, vel impressionū formatarum. ¶ Præterea, de hac Dei simplicitate, & attributorum ex natura rei idētitate, multa in libro de trinitate disseruit Augustinus, docēs quemadmodum dempta superbeatissimę trinitatis personali distinctione, sit omnimoda in Deo unitas, atque simplicitas, ita quòd Deus est quicquid habet, & idem omnino sit ei, esse, viuere, intelligere, esse, & iustum, sapientem, omnipotentemq; esse cuius verba ante iam tacta sunt. ¶ Amplius Damascenus 1. asserit libro: Igitur omnia, quidem hæc, utpotè bonum, iustum, sanctum, &c. cōmuniter in deitate sunt suscipienda, & eodem modo, & simpliciter, & impartibiliter. & unitè, non ergo ex natura rei distinctè. Hinc denuo fassus est 11. primi libri capitulo: In sancta, & supersubstantiali trinitate commune, & unum reconsideratur, & coæternum, & idem propter identitatem subſtantiæ, & operationis, & uoluntatis, & mentis, & propter potestatis, & uirtutis, & bonitatis identitatem. Quod autem in eodem libro fatetur, quòd principalius omnibus eorum, quę de Deo dicuntur nominibus, sit Esse, seu Qui est, quia hoc tanquam pelagus, quoddam subſtantię infinitum, & indeterminatum, totum in se comprehendit, quod dicilicet conuenit Deo, & per eius nomina designatur, hoc planè consonat, & concordat iam dictis, quòd videlicet attributa in Deo ex natura rei non distinguuntur, sed unum omninò consistant, quemadmodum viuere, intelligere, sapere, non distinguuntur, sed indistinctè, & inconfusè continentur, & sunt in ipso esse, prout in libro de Causis, atque in Elementatione theologica Procli Platonici diffusius demōstratur. ¶ Amplius, de hac incōparabili unitate simplicitateque Dei, ac omnifaria attributorum ipsius, identitate in ipso, & ex natura rei, multum profundè, ac euidēter loquitur S. Pater Bernardus libro 5. de Considerātione: Quid, inquiens, est Deus? Qui est, Meritò, quidem nil competētius æternitati, quæ Deus est, si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quicquid tale de eo dixeris instauratur, in hoc verbo, quod est. EST. nēpè hoc est ei esse, quod hæc omnia esse. Si & centum talia addas, non recessisti ab esse; si ea dixeris, nihil addidisti: si non dixeris, nihil minuisti. Hinc super Cantica scribit: In simplicissima Dei natura habet deitas ipsa, quasi vnum respicere multos, & quasi multos vnū. Nec ad multitudinem multus, nec ad paucitatem rarus, nec ad diuersitatē diuersus, nec restrictus ad unū. Etenim sola increata natura, quæ Deus est, hanc sibi vendicat meram, singularemq; suæ essentiæ simplicitatē, ut non aliud, & aliud, non alibi, & alibi, sed ne modo, quidem, & modo inueniatur in ea. Nempè in semetipso manens, quod habet, est: & quod est, sēper & uno modo est. In ea, & multa in vnū, & diuersa in idē redigūtur, ut nec de numerositate sumat pluralitatem, unum in Deo, & unū cum Deo sunt magnitudo, bonitas, iustitia, sapientia. Nec enim aliunde bonus, quā unde magnus; nec aliunde iustus, aut sapiens, quā unde magnus, & bonus: nec aliunde denique simul hæc omnia, q̄ unde unū, & hoc quoque non nisi seipso. Multa dicuntur ēsse in Deo, & quidē sanè atq; catholicè, sed multa unū. Verbi causa, dicimus bonum, magnū, iustum, & innumera talia, sed non nisi omnia unū in Deo, & unum cum Deo, qui simplex, & unus est, non unitus: tā simplex Deus quàm unus. Est aūt unus, quomodo aliud nihil. imò si dici pōt, unissimus est, non unus, ut sol. Siquidem idē est semper, & eodē modo. nihil in se nisi se hēt, nihil in eo nisi quod ipse. Vnde ad Eugenium papā scribit. Inter oīa, quæ unū rectè dicuntur, arcem tenēt unitas trinitatis. Hæc Bernardus. Quibus alludit quod in prosologion ait Anselmus: Tu solus dūe es, quod es. Nam quod aliud est in toto, & in partibus, non oīa est, quod est. Tu verò es, quod es: quia quicquid aliquādo es, aut aliquo modo es, hoc totus, & semper es. Et tu es, q̄ prriè, & simpliciter es, nec pocres cogitari non esse. Tu vita, lux, sapia, beatitudo, æternitas, & multa: & tñ nō es nisi unū, & summum bonū. Hinc demū in Monologion loquit: Palā, quia quod libet bonū summa natura, sit summè illud est. Ipsa ergo est sūma essentia, summa vita, summa rō, summa salus, summa iustitia, sūma sapientia, summa veritas, sūma bonitas, summa magnitudo, summa pulchritudo, summa immortalitas, summa æternitas, summa maiestas, sūma unitas; quod nō est aliud q̄ summe ens, summè uiuens, & alia similiter. Quid ergo? si summa illa natura tota bona est, erit ne cōposita tā pluribus bonis an potius nō sunt plura bona, sed unū solum tā multis nominibus significatū? Cū ergo diuina illa natura nullo modo cōposita sit, & tñ omnino tot bona sit, necesse est, ut oīa illa non plura, sed unū sint. Idē ergo quodlibet unū eorum, q̄d oīa, siue simul, siue singula singulatim, vt cū dicit iustitia, vel essentia idē significat, quod alia, vel oīa, vel singula. Quēadmodū, itaq; unū est, quicqd subſtantialiter de sūma subſtantia dicit, ita ipsa uno mō, una cōsideratione est, q̄cquid essentialiter est. Cūenim aliqs, hō dicatur, & corpus, & rōnalis, & hō, non uno mō, uel una cōsideratione tria hęc dū, ſm aliud enim est corpus, ſm aliud rōnalis; & singulū horū, nō totū hoc, quod homo. Illa vero summa essentia nullo mō sic, est aliqd, ut ipsa illud idem ſm aliū modū, vel ſm aliā consideratiōnem non sit. q̄ quicquid alio mō essentialiter est, hoc ē totū, quod ipsa est, Hæc Anselmus. ¶ Ex cuius testimoniis euidēter ostēditur omnimoda attributorū idētitas ex natura rei, tā inter se, q̄ cum diuina essentia. Hinc ſm Boethiū, Damascenum, & aliōs oīa in diuinis sunt

Idē super Can.

Idē ad Eugenium.

Anselmus in prosol.

Exod 3.

Psal. 102. Idem in Mono.

Boethius. Damasce.

Soluuntur argumẽta Scoti.

unũ, ubi non obuiat relationis oppositio. ¶Nũc restãt soluẽdæ instantię, in ordium introductæ. & si ritè pẽsetur, vis omniũ argumentorũ Scoti, & eius sequaciũ, in hoc præsertim cõsistit, ꝙ de vno, & eodẽ formaliter, non possunt ꝓdictoria verificari: deinde, ꝙ idẽ inquantũ idẽ, producit, seu agit idem. sicq; Deus aliter habet, se generãdo, aliterq; spirando. Item, ꝙ Deus intelligit se, sub rõne veri, & vult se sub rõne boni. Itẽq; ꝙ ante omnem actum rõnis creatæ Deo, cõuenit generare per intellectũ, non per voluntatẽ atq; spirare, per voluntatẽ, non per intellectũ. Et rursus, ꝙ oẽs perfectiones sunt formaliter in Deo absolutè perfecto. Pro quorũ omniũ, & consimiliũ vera ac lucida solutione, dico in primis iuxta præhabita, ꝙ Deus omnipotẽs, & excelsus, incõprehensibilis, & immẽsus, est esse separatũ in se subsistẽs, omniformiter, vniuersaliter, qũlibetq; perfectũ ens omnino infinitæ opulentiæ: & si fari sic licet, ipsa est esse in se perfectũ, quod est illimitate, ac supersimplicissimè omnis perfectio: vel si hoc aptiùs sonat, esse in quo supersimplicissimè cũ oĩmoda identitate, & sine omni ex natura rei, distinctione, cõtinetur, & est vniuersa perfectio sine mensura, & fine. Idcirco supersufficientissimũ est, satisfacere verè, & correspondenter cũctis, & valde diuersis, ac varijs cõsiderationibus, conceptibus, imò, & contradionibus nostris, ita ꝙ aliquid cõuenit ei ſm vnã consideratione: vel potius ſm quod ipse Deus comprehẽdit, & continet in se unã perfectionẽ, quod non conuenit ei ſm aliam suã perfectionem, seu nostrã consideratione, quæ super diuinã perfectionem, verè fundatur. Alteritas tamẽ seu distinctio, vel alietas perfectionis, vel perfectionum Dei non est ex natura rei actualiter, sed potiùs fundamentaliter. Porro ex imbecillitate nostri intellectus est talis pluralitas, seu actualis distinctio, iuxta modum supra expressum. Dico ergo, ꝙ supergloriosissimo, simplicissimo, ac superditissimo Deo conuenit æternaliter generare, ſm quod in se includit, & habet perfectionẽ intellectus. Similiter conuenit ei spirare, prout verè, supereſſentialiter, & supereminenter habet in se, perfectionem uoluntatis. Conuenit, quoq; ei ordinare, inquantum in ſpo esse diuino continetur perfectio sapiẽtiæ: subuenire autẽ, indulgere, saluare, ſm quod habet in se perfectionem pietatis, seu misericordiæ: punire vero, & damnare, prout habet in se perfectionẽ iustitię. sicque de alijs. Conformiter dico, ꝙ Deus intelligit se, prout in sua essentia continetur rõ, seu perfectio veritatis: & vult se, prout in sua essentia cõsistit perfectio bonitatis: atque per hunc modũ soluuntur oĩa argumenta huiusmodi. Nec verum est, ꝙ distinctio formalis, seu ex natura rei, requiratur ad hoc, ꝙ contradictoria de eodẽ verificẽtur: imò interdum sufficit sola distinctio, aut distinguibilitas rõnis, seu superexhuberantia omnimodæ perfectionis eiusdẽ etiam simplicissimæ rei, cuius exemplũ ponit Thomas, de cẽtro, dicens: Tunc aliquid est unũ re, & multiplex rõnẽ, quando una res correspõdet diuersis conceptibus, atq; nominibus, ut de ea uerificentur, quemadmodũ punctũ: quod cum sit una res, correspõdet veraciter diuersis conceptionibus de eo apprehensis, prout cogitatur in se, & prout cogitatur, ut centrũ, seu prout cogitatur, ut principium linearũ. Et hæ rationes, seu conceptiones sunt in intellectu, ut in ſubiecto, & in puncto tanquã in fundamento earum; quãuis istud exemplum non sit usq; quaque conueniens, sicut nec alia quæ in diuinis inducũtur. Hæc Thomas. ¶Porrò Richardus ponit exemplum, de albedine, quæ inquantũ color, conuenit cum nigredine: sed inquantum albẽdo, differt ab illa. Deniq; prætacta argumentorum Scoti solutio confirmatur per verba Bernardi, in libro de consideratione dicentis: Deus amat, ut charitas, nouit ut ueritas, sedet vt æqtas, dominatur, ut maiestas, regit ut principium, tuetur ut salus, operatur, vt virtus, reuelat ut lux, assistit, ut pietas. Ex his, cætera solui possunt obiecta, & quædam paulo post soluentur diffusiùs, scilicet qualiter essentia, & relatio sola ratione distinctæ sint. similiter, quæ Scotus obijcit contra Henricum, infra soluentur. Ex his apparet, quòd ponentes distinctionem formalem in Deo modo præhabito, non satis subtiliter, nec verè acutè contemplati sint deitatis simplicitatem, in qua vtique omnis perfectio continetur nõ ita formaliter sicut ipsi imaginãtur, sed supereminẽter, ut diuinus Dionysius docet, & patuit.

Thomas.

Distinctio rõnis sufficit ut cõtradictoria verificẽtur de eodem.

Richardꝰ.

Bernar. de consideratione.

QVAESTIO III.

Arguitur contra ueritatem.

1

2

TErtiò quæritur, *Vtrum inter diuina attributa sit ordo.* ¶Videtur, quòd non, quoniam Deus est purissima unitas. In unitate autem non est ordo. Cum ergo attributa sint ipsemet Deus, non apparet, quòd inter ea sit ordo. Secundò, quia in Deo nihil est prius, aut posterius, sed in omni ordine sunt prius atque posterius.

Richardꝰ. rñdet.

¶Ad hanc quæstionẽ respondet Richardus: Impossibile est esse ordinem sine pluralitate. Cumq; inter attributa diuina non sit realis pluralitas, non est inter ea ordo realis: est tñ inter ea aliqua pluralitas, in cõparatione ad intellectum, quę est pluralitas, rõnis, quia nõ consequitur ea, nisi ſm quod intellecta sunt. Sicq; est ordo inter attributa ſm rationem intelligendi, inquãtum intellectus noster priorẽ, & generaliorẽ cõceptionem facit de uno, q̃ de alio. Sicq; prius est esse Dei, q̃ aliquod attributum eius: & intelligere, q̃ velle: & attributa pertinentia, ad intellectum, q̃ reſpicientia voluntatẽ, & loquor de ordine cõceptionis nostri intellectus, intelligẽtis attributa diuina ſm ordinẽ illum, quo sunt magis apta intelligi. sicq; ordo attributorũ est, quod primo intelligimus esse diuinũ: ſecundò, intelligere suum: tertio, suũ velle. Et inter suas perfectiones priores sunt in nostra rõne intelligendi illa, quæ reſpiciunt Deum, inquãtum est essentia: q̃, quæ reſpiciunt ipsum, inquantũ est vita: & inter primas prior est unitas, ſecundo ſimplicitas. Cõmunior enim est ratio vnitatis, q̃ simplicitatis. Ratio quoq; unitatis, & ſimplicitatis sunt in diuina essentia ratio infinitatis, & tria illa sunt ratio immutabilitatis, at q; immutabilitas cum tribus illis est ratio æternitatis, ut infra probabitur, ubi per diuinæ essentiæ unitatem probatur eius simplicitas, & per eius simplicitatẽ sua infinitas: & per diuinã simplicitatem, & infinitatem, eius immutabilitas, ac per illã sua æternitas. Porro inter perfectiones, quæ cõueniunt Deo, inquãtum est uita, priores in nostra rõne intelligendi sunt illæ, quæ reſpiciunt ipsum intelligere, quàm quę reſpiciunt ipsum uelle: & inter primas prior est veritas, q̃ sapientia. Ideo enim Deus ſcit, ſe quia per essentiã suã intellectui suo perfectè, ostendit se talẽ qualis est. Essentia aũt uniuſcuiusq; est sua veritas, inquantũ per eã res, quantũ est ex parte sua, talẽ ostẽdit ſe qualis est. Inter perfectiones verò, quæ cõcernunt uelle diuinũ, prima est bonitas, ſecunda misericordia, tertia iustitia, & illa, ad quã omnes aliæ reducũtur, est diuina beatitudo, q̃ in sua rõne oẽs diuinas perfectiones includit. Hæc demũ cõsonãt Augustino, q̃ 15. de Trinitate vniuersas Dei perfectiones reducit ad ęternitatẽ, sapiẽtiã, beatitudinẽ. Ex dictis patet, ꝙ ſm rationem intelligendi, prior est vnitas, deinde veritas, tertio bonitas. Hæc Richardus.

Ešẽtia rei est sua veritas.

Augustꝰ

¶Scotus

Scotus. Soluuntur argumẽta

¶Scotus verò cum suis aliter sentire videtur, ponens infinitatem ante ſimplicitatẽ, vt infra patebit. ¶Ad primam instantiam respondendum, ꝙ quamuis Deus in ſeipſo sit vnitas pura, tamẽ in ea vniuersæ perfectiones continentur. sicq; ratio fundat in ea consideriationem multiplicem, distinctionem, & ordinem. sic quoque inter perfectiones diuinas est ordo prioritatis ſecundum rationem, non realiter.

Arguitur contra ueritatem.

QVAESTIO IIII.

QVarto quæritur, *An Deo conueniant attributa numero infinita* ¶Videtur, ꝙ non, quia ubi talis infinitas, ibi nullus est ordo, nec primum, nec ultimum: ſed inter attributa diuina est ordo, & in eis est aliquid primum, sicut iam patuit. ¶Ad hoc rẽspõdet Aegidius: Cum Deus sit perfectiſsimus, perfectiones omnium generum vniuntur in eo, perfectiones autem Dei a nobis per remotionem potiſsimè cognoſcuntur. Sunt autem tria in creaturis per quorum remotionem cognoſcitur diuina perfectio. Primum est, quoniam creatura nõ est infinita, & ex hoc quandam contrahit perfectionẽ, quia ſecundum Philoſophum 3. Phyſicorum, Infinitum non habet rationem perfecti, neque totius, quod intelligendũ, est de infinito ex parte materiæ, ſeu paſſiuæ potentię. Deus autem ex hoc perfectiſsimus est, quia est infinitus, loquendo de infinitate ex parte formæ. Secundò, creatura fertur perfecta, quia attingit propriam ſpeciem. Vnde 2. Phyſicorum habetur, quòd non dicitur aliquid esse tale, aut perfectionem talis naturæ habere, donec habeat ſpeciem eius, Deus verò contrario modo dicitur esse perfectus, quia ad nullum genus, aut ſpeciẽ determinatur. Tertio creatura dicitur esse perfecta, quia intra propria principia continetur. Deus autem modo cõtrario est perfectus, quoniam inter nullos terminos continetur. Quæ oĩa Dionyſius 13. de diuinis nominibus breuiter tangit. Itaque ex hoc, quòd Deus non continetur in aliquo genere, aut ſpecie, conueniunt ei nõ ſolum perfectiones multæ vnius generis, ſed etiam omnium generum. Porro ex hoc quòd est perfectionaliter infinitus, non ſolum conueniunt ei uniuersæ perfectiones, quæ actu inueniuntur in creaturis. quæ perfectiones finitæ ſunt, ſed etiam omnes poſſibiles inueniri, ſeu esse, quæ ſunt infinitæ. Et quia ſecundum quamlibet perfectionem poteſt ſumi aliquod attributum, hinc infinita attributa conueniũt Deo, & infinitis nominibus poteſt laudari, propter quod dicit Dionyſius 12. capitulo de diuinis nominibus: Laudare non conuenit eum, qui infinitorum est nominum. Hæc Aegidius. ¶Veruntamen quidam tenent, quòd quamuis multa, & nobis innumerabilia attributa conueniant Deo, non tamen ſimpliciter infinita, ſed cum Deus poſsit, quantum est ex parte ipſius, infinitas producere ſpecies angelorum in aſcendendo, a quarum ſingulis perfectionibus poſsit accipi attributum, uidetur qeibuſdam poſitio illa Aegidij vera. ¶Ad obiectionem dicendum, quòd inter finita realiter diuerſa, non est ordo propriè ſumptus. Omnia verò attributa diuina, ſunt unum ſimplicisſimium esse Dei.

Aegidius.

Tria quædã in creaturis quorũm negatione cognoſcitur perfectio Dei.

Aristot.

Dio. mar.

Soluitur obiectio.

QVAESTIO V.

Argumentũ primũ partis negatiuę.

QVintò, *An cum vnitate, & ſimplicitate diuina essentiæ ſtet pluralitas perſonarum.* ¶Videtur, quòd non, quia præhabitum est, ꝙ formalis distinctio attributorum deroget ſimplicitati, aç unitati diuinæ naturæ, quæ tamen distinctio minor est perſonali distinctione, quæ est realis: ergo perſonarum pluralitas, non ſtat cum deitatis ſimplicitate & unitate. ¶Præterea, eiſdem rationibus quibus ſupra monſtratũ est, non poſſe esse plures veros Deos, uidetur poſſe probari, non poſſe plures esse increatas diuinas, & adorandas perſonas. Aut enim in aliquo dictinguuntur, aut non: ſi in aliquo diſtinguuntur, nulla earum abſolutè perfecta est. Imò cum nihil sit in Deo, niſi infinita perfectio, decent cuilibet perfectio infinita. Si dicatur quòd relatio non dicit perfectionem, hoc improbabitur infra. Nam & paterna fœcunditas est quædam perfectio, & esse naturalem, ac verum filium patris æterni, est grandis nobilitas, cum & adoptiuum Dei filium esse sit excellentia, atque perfectio magna. ¶Inſuper ſecundũ philoſophos non est ponenda pluralitas ſine neceſſitate. ſed diuina perſona est in se abſolutè perfecta. non ergo sunt plures diuinæ perſonæ. ¶Amplius, ſicut Auerrois arguit, ſi sunt plures diuinæ perſonæ, totum aggregatum non est ynum niſi ſecundum intentionem, ſicque ſubſtantialiter essent diſtinctæ. ¶Rurſus, diuina essentia est ens reale extra animã, in se verè ſubſiſtens, ſed talẽ ens non est communicabile pluribus. Imò cum sit intellectualis naturæ, uidetur esse perſona. At verò natura multiplicatur, & diuerſificatur in cunctis indiuiduis participantibus eam, ſicut in omnibus cernimus, in quibus eadem natura inuenitur in multis ſuppoſitis. sicq; diuina essentia multiplicaretur in diuinis perſonis, quod prorſus impoſsibile est. ¶Adhuc Deus est ens æternum, & inde pendens, & vniuerſorum principium, & tali enti repugnat produci, cum productũ a producente dependeat, & eo sit poſterius: producens quoque præſtantius est producto, quemadmodum agens est principalius paſſo. ¶Rurſus, quæcunque sunt eadem vni, & eidem ſimpliciter, sunt ſimpliciter idem inter ſe. Nam ideo dico ſimpliciter, quia ſi sint eadem vni, & eidem ſecundum quid, nõ oportet ea eadem esse ſimpliciter. Vnde per maiorem illam ita verè expoſitam tenet omnis forma ſyllogiſtica, uniendo extrema in eodem media. Hinc maiori illa deſtructa, deſtruitur omnis ſyllogiſtica forma, & per conſequens omnis demonſtratio, atque ſcientia: ſed quæcunque sunt in diuina natura, sunt ſimpliciter eadem ipſi diuinæ naturæ, quę est ſimpliciter una, & eadem numero, ergo sunt idẽ inter ſe. ¶Adhuc autẽ, ſi perſonæ diuinæ diſtinguũtur abinuicem, aut ſubſtantialiter, aut accidentaliter diſtinguuntur, cum inter ſubſtantiam, & accidens non ſit medium. Non accidentaliter, cum in Deo nequaquam ſit accidens: nec ſubſtantialiter, quia ſic vera deitas non eſſet in qualibet.

Dio. mar.

Refellitur reſpõſio 1

2

Auerrois.

3

4

5

6

7

8

¶In contrarium est autoritas fidei, ac ſcripturæ, ¶Ad hãc quæſtionem Thomas reſpondet in Scripto: Dicendum est abſque ulla ambiguitate, esſe in Deo pluralitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ, non propter rationes quorundam ad hoc inductas, quæ neceſſariò non concludunt, ſed propter fidei veritatem. Porro in prima parte Summæ, quæſtione 27. ait: Cum omnis proceſsio ſit ſecundum aliquam actionem, ideo ſicut ſecundum actionem, quæ tendit in exteriorem materiam, est aliqua proceſsio ad extra, ita ſecundum actionem, quę manet in agente, attenditur proceſsio quædam ad intra, quod maximè patet in intellectu, cuius actio, ſcilicet intelligere, manet in intelligente. Quicunq; enim intelligit, ex hoc ipſo procedit in eo aliquid intra ipſum, quod est concepto rei intellectæ ex notitia eius procedens, quã conceptionem uox ſignificat, quæ cõceptio dicitur verbum cordis ſignificatum verbo vocis. Non est ergo proceſsio iſta accipienda ſecundũ modum corporalium actionum, aut motuum, neq;

In oppoſitum. Thomas.

ar primo.

Duplex proceſſio.

per

per modũ actionis causæ in exteriorẽ effectum, sed ſm emanationem intellectualẽ verbi interioris a dicente intra ſe, quod verbũ manet in eo. Hæc Thomas in prima parte Summæ. Qui etiam in Sũma contra gentiles, lib. 4. cap. 11. diſſeruit: Secundũ diuerſitatem naturarũ, diuerſus emanationis modus inuenitur in rebus. Et quanto aliqua natura eſt altior, tãto id, quod emanat ex ea, magis eſt intimũ. In rebus naq; inanimatis, quæ infimæ ſunt, emanationes, eſſe nõ quæunt, niſi per actionẽ vnius in alterum, ſicut ex igne gignitur ignis quãdo ab igne corpus extraneũ alteratur, atq; ad ſpeciẽ, & qualitatem ignis, perducitur. In plantis verò, quæ poſt inanimata proximũ habent locũ, etiã emanatio, quædã ab interiori procedit, inquantũ humor plantę intraneus in ſemẽ cõuertitur, quod terræ mandatũ, creſcit in plantã. Poſt vitã verò plantarũ eſt altior gradus vitæ ſm animam ſenſitiuã: cuius emanatio propria, & ſi ab exteriori incipiat, tamen in interiori terminatur, qa ſenſibile imprimit formã ſuam in ſenſum, ex quo ꝓcedit ſenſatio manens in ſenſu. Deinde eſt tertius, & perfectus vitæ gradus ſm intellectũ, qui in ſeipſum reflectitur. Veruntamen in vita intellectuali diuerſi ſunt gradus. Nã intellectus humanus q̃uis ſeipſum cognoſcere poſsit, tamẽ primũ ſuæ cognitionis initium ab extrinſeco ſumit, qa non intelligit ſine phãtalmate. perfectior ergo eſt intellectualis vita in angelis, in qbus intellectus ad ſui cognitionẽ non procedit ab exteriori, ſed per ſe cognoſcit ſeipſum. Nõdũ tamen ad vltimã perfectionem vita ipſorũ pertingit, qñ licèt intentio intellecta ſit eis omnino intrinſeca, non tñ eſt eorũ ſubſtantia: qa non eſt idẽ in eis eſſe, & intelligere. Vltima ergo perfectio vitæ cõpetit Deo, in quo non eſt aliud intelligere, & aliud eſſe. Idcirco oportet, vt intentio intellecta, ſit in Deo eiꝰ ſubſtantia. Porrò intentionẽ intellectã id dico, quod intelligẽs in ſeipſo concipit de re intellecta, q̃ in nobis, nec eſt res, q̃ intelligitur neq; ſubſtãtia intelligẽs ſed ſimilitudo cõcepta in intellectu de re intellecta, quã voces exteriores ſignificãt. Vnde intentio verbũ interius noſtrum. Quod aũt intentio non ſit in nobis res intellecta, hinc conſtat, qa aliud eſt intelligere rẽ, aliud intentionẽ, quod intellectus facit, dũ ſuper actũ ſuum reflectitur. vnde & aliæ ſcientiæ ſunt de rebus, aliæ de intentionibus intellectis. Cumq; in Deo ſit idẽ eſſe, & intelligere, intentio intellecta in eo eſt intellectus ipſius: & quia intellectus in eo eſt res intellecta: intelligẽdo enim ſe, intelligit oĩa alia, relinquitur, ꝙ in Deo ſeipſum intelligente, ſit idẽ intelligens, & res, q̃ intelligitur, atq; intẽtio intellecta. Oportet ergo, ꝙ Deus ſit in ſeipſo, ſicut intellectum ſeu res intellecta eſt in intelligente. Intellectũ verò, in intelligente, eſt intentio intellecta, & verbum. Eſt ergo in Deo intelligente ſeipſum, verbũ Dei quaſi; Deus intellectus; quemadmodũ verbum lapidis in intellectu, eſt lapis intellectus. Hinc in Iohanne habetur; Verbũ erat apud Deum. Hæc Thomas. ¶ Cui concordans Petrus: In diuinis, inquit, eſt pluralitas, atq; diſtinctio perſonarũ nõ per eſſe abſolutũ, vt in creaturis, ſed per ad aliqd ſe habere. In hominibus enim perſonæ diſtinguũtur origine, & qualitate, in angelo ſola qualitate, in Deo ſola origine, ſm Boethiũ de Trinitate. Ad quod probandũ rõnes aliquę adducunt. In ordine etenim vniuerſi inuenit in vna perſona vna eſsẽtia, ſicut in angelo. Itẽ in multis perſonis multæ naturæ, vt in angelo, & homine. In vna quoq; perſona multæ naturæ ſicut in hoĩe. Ergo ad cõplemetũ uniuerſi, oportuit in vna natura eſſe plures pſonas. ſed hoc non inuenit in creatura, ergo in creatore. ¶ Inſup eſt quoddã ens a ſemetipſo, & ab æterno, & eſt quoddã ens nec a ſemetipſo, nec ab æterno. Oppoſita aũt extrema oportet cõiungi ꝑ mediũ. Mediũ verò inter illa nõ põt eſſe niſi dupliciter. Aut enim erit quoddã ens a ſeipſo, ſed non ab æterno: aut erit aliqd ab æterno, ſed nõ à ſeipſo. Primũ horũ eſt impoſsibile: qa quod ab æterno nõ eſt, a ſeipſo eſſe non põt, aliàs ꝓduceret ſemetipſum. ergo oportet eſſe ſcdm. Quod aũt ab æterno eſt, & non a ſeipſo, nõ põt eſſe niſi in vnitate diuinæ eſſentię, quę prius ꝓbata eſt eſſe vna: & ab alio, nõ põt eſſe, niſi in diſtinctione perſonarũ: ergo plures ſunt perſonę in vna eſſentia. ¶ Amplius, in creaturis eſt natura particularis, & etiã vniuerſalis. Natura particularis, eſt in diuiſibilis, & incõicabilis: natura verò vniuerſalis, diuiſibilis, & cõicabilis. Diuiſibilitas aũt imperfectionis eſt, cõicabilitas perfectionis. Cũ ergo, quod pfectionis eſt in creaturis, Deo ſit attribuẽdũ: quod imperfectionis remouendũ, Deo attribui dẽt cõicabilitas: in diuiſibilitasq; naturæ: quod non cõtingit niſi ſit pluralitas perſonarũ. ¶ Adhuc aũt, ſuppoſitis tribus ꝓpoſitionibus per ſe notis, videlicet iſta, eſſe diuinũ eſt exẽplar oĩs eſſe creati, & iſta vnitas non põt eſſe multitudinis cauſa, niſi intelligat repetita, & hac diuinũ eſſe eſt unũ in natura: ex his arguitur, ſic in eſſe creato eſt differẽtia vnius, & multorũ, ergo diuinũ eſſe eſt exemplar vnius, & multorũ, ut patet per primã propoſitionẽ. ſed diuinũ eſſe eſt vnitas vt patet per tertiã. ergo diuinũ eſſe eſt unitas exemplaris vnius, & multorũ. Vnitas aũt non eſt exemplar, ſeu cauſa exẽplaris multitudinis, niſi intelligatur repetita, ut patet per ſecundã. Relinquitur ergo, ꝙ eſſe diuinũ eſt unitas repetita, ſed nõ in pluribus naturis, ergo in pluribus perſonis. Hæc Petrus. Cuius vltimã rationẽ pono recitatiuè. Deniq; de hac re ſcribit Richardus: In Deo ſunt plures perſonæ, quod põt declarari quinq; ſuppoſitionibus manifeſtis: quarum prima eſt, ꝙ in Deo eſt ſumma bonitas. Scda eſt, ꝙ in Deo eſt sũma perfectio, Tertia, ꝙ in Deo eſt ſumma ſimplicitas. Quarta, ꝙ in Deo eſt sũma primitas. Quinta, ꝙ oẽs emanationes neceſſe eſt ad unã primã reduci, quemadmodũ oẽs unitates in unam primã vnitatẽ. ¶ Ex prima ſuppoſitione arguitur ſic: In Deo eſt bonitas ſumma, ad quã pertinet ſe ſummè cõicare. ſed diuina bonitas non põt ſe ſummè cõmunicare alicui creaturæ, nec omnibus ſimul, quia nõ ſunt capaces bonitatis in ſummo: ergo oportet in diuinis eſſe increatã perſonam, cui ſummè cõmunicetur, & perſonam ſe ita cõmunicantem. ¶ Ex ſecunda ſuppoſitione ſic arguo: In Deo eſt ſumma pfectio. ſed perfectionis eſt producere ſibi ſimilem in natura, ergo ſummæ perfectionis eſt producere ſibi ſummè ſimilem. Nulla autẽ creatura poteſt Deo sũmo ſimilis eſſe. ¶ Ex tertia ſuppoſitione ſic arguo: In Deo eſt ſumma ſimplicitas, ſed quãto aliquid eſt ſimplicius, tantò, in pluribus reperit, ut patet in vniuerſali, quod ſimplicius eſt ſingulari. Ex defectu vero ſimplicitas eſt, quod numeratur in pluribus ſuppoſitis. Cũ ergo in diuina eſſentia ſit ſimplicitas in nullo deficiens oportet, ꝙ ſit in pluribus perſonis, non plurificata. ¶ Ex ſuppoſitionẽ quarta arguit ſic: In Deo eſt primitas ſumma, quantò aũt aliquid eſt prius, tãto fœcũdius, ergo ſicut diuina eſſentia propter ſui primitatẽ principiũ eſt aliarũ eſſentiarũ, ita ꝑſona in diuinis improducta, eſt, ꝓpter ſuã primitatẽ alterius increatæ perſonæ, ꝓductiuã. Veruntaũ validius argumentũ ad hoc, eſt lumẽ fidei hoc dicentis. Imò ualidiſsimũ argumentũ eſt ſacræ ſcripturæ, cui magis eſt innitendum, q̃ rõni. Hæc Richardus.

¶ Eaſdem

Diuerſus emanationismodus

Intellectu alijs vitę diuerſi sũt gradus.

Quid ſit ĩtentio intellecta.

Intẽtio nõ eſt res intellecta ab homine.

Ioh. 1.

Taranta.

Nota 3. poſitiões.

Richardꝰ.

Trinitas perſonarũ ꝓbatur. 5. ſuppoſitionibus.

Bonauen.

¶ Eaſdem rõnes tangit Bonauentura, & addit: In Deo eſt sũma beatitudo, ergo ſumma bonitas, ſumma charitas, & ſumma iucunditas. Igit rõne ſummæ bonitatis cõpetit Deo ſe ſummè cõicare, producendo æqualem ſibi perſonã, & cũ charitas Dei non ſit amor priuatus, ſed dilectio propria ad aliũ, requirit pluralitatẽ. Item, ſi ſumma iucũditas, cũ nullius, boni ſine ſocio ſit iucunda poſſeſſio, ergo ad ſummã iucunditatẽ requiritur ſocietas, & ita pluralitas. Hæc Bonauent. Porrò in breuiloquio ſuo ait: Fides cũ ſit principiũ cultus Dei, & fundamẽtũ doctrinæ,

1. Timo. 6. q̃ ſm pietatẽ conſiſtit, & dictat de Deo ſentiendum eſſe altiſsimè, atq; piſsimè. non aũt ſentiret de Deo, altiſsimè, ſi non crederet, ꝙ Deus poſſet ſe ſummè cõicare. nec ſentiret de ipſo piſsimè, ſi crederet, ꝙ poſſet, & nollet. Ideo ut piſsimè, & altiſsimè ſentiat, dicit Deum ſe ſummè communicare æternaliter habendo dilectum, & condilectum, ita quòd in Deo eſt mens generans, verbum naſcens, & amor utrunque nectens. Hæc idem.

Aegidius. ¶ Præterea circa hæc ſcribit Aegidius: Ratio difficultatis, qualiter in Deo cũ vnitate eſſentiæ ſtet ſuppoſitorũ pluralitas: eſt in videndo qualiter plurificatur ſuppoſita, & tamen non numeratur natura. Ideo aduertendum, ꝙ natura, q̃ immediatè reſpicit pluralitatem ſuppoſitorum, vt eſt natura ſpeciei, de ſe diuerſitatẽ non habet, ſed per accidens, ut cum recipitur in diuerſis ſuppoſitis, vel in diuerſis materijs. In omnibus autẽ naturis creatis, eſſe differt a natura. Vnde dicitur 3. de anima, ꝙ non eſt idem magnitudo, & magnitudinis eſſe: & aqua, & aquæ eſſe. Hinc eſſe quod habet natura creata, non eſt eſſe ſuum, ſed eſt eſſe, quod acquirit in ſuppoſito. Hinc ſi intelligatur a ſuppoſitis abſtracta, non competit ei tale eſſe. Idcirco ſecundũ aliud, & aliud ſuppoſitum, natura habet aliud, & aliud eſſe. & quoniã numeratur ipſum eſſe, oportet, ꝙ numeretur natura cui acquiritur tale eſſe. ex quo ſequitur, ꝙ ſuppoſitum ſit vnũ vnitate addita. Hic dum conſideratur homo qui eſt in humanis ſuppoſitis, præter eſſe actuale: & conſideratur ſecundũ eſſe ſuæ naturæ, omnia ſuppoſita humana ſunt vnus homo. Si ergo plurificatur humana natura, hoc eſt ſm eſſe, quod in ſuppoſitis habet: ergo ſi eſſet in homine idem eſſe actuale, & eſſe naturę, per idem eſſet aliquis homo, & hic homo: nec differret conſiderare humanam naturam, ſm ſe in abſtractione, & ſecundum eſſe quod habet in ſuppoſitis. Sicq; ſicut per participationẽ ſpeciei omnes homines ſunt vnus homo, ita ſm realem exiſtentiam in omnibus ſuppoſitis humanis eſſet una natura nõ numerata. Cumque in Deo ſit idem eſſe, & natura, nec diuina, natura acquirit eſſe ex hoc, quod in ſuppoſitis eſt: ideo quodlibet ſuppoſitũ eo dẽ eſt Deus, quo hic Deus. Vnde non ſolum ſecundũ rationem ſuppoſita diuina ſunt vnus Deus, ſed etiam ſm rei, veritatem, & actualem exiſtentiam, eſt vna natura non numerata in omnibus diuinis ſuppoſitis. Hinc patet deceptio Commentatoris, putantis, ꝙ ſemper ad plurificationem ſuppoſitorum ſequeretur numeratio naturę. Propter quod æſtimauit, ꝙ ſi eſſent plura ſuppoſita in diuinis, quòd natura diuina numeraretur in eis. Ait nanque 12. Metaphyſicæ: Putauerũt antiqui trinitatẽ eſſe in Deo, & voluerunt euadere, dicendo, ꝙ ſunt tres, & vnus: & neſcierunt euadere, quia cum ſubſtantia fuerit numerata, congregatum erit vnum per intentionem. Hæc Aegidius.

Quõ multiplicẽtur ſuppoſita, ſalua vnitate naturę.

Ariſtot.

Porphyriꝰ

Auerrois. blaſphemia cõtra trinitatẽ.

¶ At verò Antiſiodorẽſis in prima parte Summæ ſuæ circa hęc loquitur: Sicut ad ſummam auaritiam pertinet, nihil de ſuis bonis velle cõicare: ſic ad ſummam bonitatem, liberalitatemq; pertinet, omnia bona ſua velle communicare. ſed pater ab æterno eſt ſummè bonus, ac liberalis, ergo ab æterno voluit alii cui communicare ſuæ plenitudinẽ maieſtatis, quod eſt genus ſuum dare, & æqualem ſibi filium generare. Si enim aliquid ſibi ſoli reſeruaret, non eſſet in eo liberalitas ſumma. Quod autem hoc potuit, ſic probatur: quia homo infirmus hoc poteſt, utpotè æqualem ſibi filium generare, & hoc eſt in eo naturalis perfectionis indicium. Ergo multo fortiùs omnipotens Deus ab æterno hoc potuit. Et hoc eſt qd

Iſai. 66. per Iſaiam ait: Si ego qui cæteris generationem tribuo, ſterilis remanebo? quaſi dicat, hoc mirum eſſet, ſi ego, qui cæteris prælrõ generandi poteſtatem, permaneo ſterilis in meipſo. Fœcunditas etenim rerum ſummam ipſius oſtendit fœcunditatem. Propterea oportet pluralitatem perſonarum eſſe in deitate. Hinc beatus Dionyſius in libro de diuinis, ait

Dionyſiꝰ. nominibus: In omni ferè theologica actione thearchiam, ideſt principalem deitatem videmus laudatam, vt monadem, propter ſimplicitatem, & vnitatem ſuæ impartibilitatis ſupernaturalis, & ut trinitatem propter ſuſtentantem ſupereſſentialis fœcunditatis expreſsionem. Inſuper, copoſior eſt potentia, qua aliquis poteſt dare, & de ſuo, & de alieno, quam illa, qua, quis non poteſt dare niſi de alieno, ſed potentia Dei copioſiſsima eſt, ergo ab æterno, potuit dare alicui de ſuo, ideſt ſuam eſſentiam, ſuã deitatem, ſuam ſcientiam. Hoc autem eſt generare filium, ſibi æqualem, & voluit ſicut probatum eſt.

¶ Amplius, inter omnes emanationes perfectiſsima eſt generatio, quoniam ipſa aſſimilat, penitusque, adæquat generatum ſuo generatori; quod aliæ emanationes non faciunt. cum ergo fons bonitatis copioſiſsimè atque plenisſimè niuat, ſequitur ꝙ emanatio copioſiſsima, ac plenisſima, ſcilicet generatio, ſit ab ipſo. Sicque genuit filium ſibi æqualem, & per conſequens conſubſtantialem, ac coæternum.

¶ Simili modo oſtenditur proceſſio ſpiritusſancti, quemadmodum enim emanatio, quam aliquid emanat ab alio ꝑ modũ generationis, eſt perfectiſsima: ſic emanatio, qua aliquid emanat ab alio per modũ benignitatis, ac liberalitatis, eſt iucundiſsima, atq; gratiſsima. Ideo ſicut illam, ita & iſtam neceſſe eſt fonti totius bonitatis, & iucunditatis, ac liberalitatis competere. Et hæc eſt productio ſpiritusſancti, qui per modum doni emanat, ut infra magis patebit. Hæc Antiſiodorenſis.

Albertus. ¶ Præterea circa hoc ſcribit Albertus: Quæritur cur in alijs entibus ad numerũ hypoſtaſium ſequitur numerus naturæ, & non in diuinis. Reſpondendum, ꝙ hoc eſt propter identitatem naturæ, & hypoſtaſis in diuinis. hypoſtaſis nanque, ſeu quod eſt, inuenitur, quatuor modis in entibus. In quibuſdam etenim differt hypoſtaſis a natura, ſeu quod eſt a quo eſt, ita tamen, ꝙ natura ſeu, quo eſt, cõmunicabilis eſt pluribus, & actu cõmunicatur per diuiſionẽ ipſius quod eſt, ſiue Hypoſtaſis per actũ generationis, ſicut in omnibus generabilibus, & corruptibilibus. In quibuſdã vero natura, ſeu quo eſt, communicabilis ẽ; & differt a quod eſt ſeu ſuppoſito, vel hypoſtaſi: ſed actualiter non cõicatur, eo ꝙ totam ſuam materiam habeat intra ſe, in qua poſsibile eſt ipſum eſſe, & nihil de ea eſt extra ipſum, nec actu, neque potentia, ut in ſole, luna, & ſtellis, in quibus ſpecies ſaluatur in vno. Quoniã hoc eſt generale principium apud naturales, quòd omnium quorum nõ eſt materia tota intra formam terminata, eſt actus, generationis, per quem diuiſo ſuppoſito, forma

Numerus diuinorũ ſuppoſitorũ non arguit naturæ numerum

Hypoſtaſeon quadruplex differẽcia.

multiplici-

multiplicatur in plura numero. Item, in quibusdam natura, seu quo est, differt a supposito, seu quod est, tamen simpliciter est ipsum quod est indiuisibile, nō ex materia constans: quia ſm Boethium in libro de duabus Christi naturis in spiritualibus nulla est materia. idcirco saluatur in talibus species in uno supposito, nec cōicatur, imò contrahit indiuiduantia a proprietatibus suppositi, penes attributa personalia accepta & sic est in Angelis. Sed in diuinis, quo est, & natura, omnino indifferens est a supposito: & ideo numerato supposito, non diuiditur natura, sed indifferens est, & manet in omnibus suppositis eiusdem naturæ. Idcirco non sequitur, pater est Deus, filius est Deus, spiritussanctus est Deus, ergo sunt dij: quia terminus numeralis non ponit rem suam nisi circa suppositum, & non circa naturam, seu quo est. Hæc Albertus.

Boethius.

Dionysius. ¶Quo circa sciendum, quòd Albertus aliter accipit, quod est, & quo est, quàm Thomas, atque Aegidius. Quia (vt patuit) Albertus per quod est, intelligit hypostasim, siue suppositum: per quo est, essentiam seu naturam. Thomas vero, & Aegidius per quod est, sumunt naturam secundum quod recipit esse: per quo est, ipsum esse actuale, seu esse existentiæ actualis.

Hales. ¶Præterea de materia hac Alexander scribit diffusè, sed in præhabitis continetur eius sententia. imò quorundam scripta inducta doctorum nunc prętactorum, ex scriptis sapientissimi Alexandri sumpta videntur. Inducit etiam Alexander rationes Richardi de sancto Victore, quibus probat pluralitatē personarum esse in Deo, quæ infra tangentur.

Laus Alexandri.

Scotus de mōstrare contendit personarū trinitatē ¶At vero Scotus hic scribit: Quod in diuina natura sit persona producta, seu pluralitas personarum, ostendi potest per rationem, & forsan magis demōstratiuam, quàm sint multæ demonstrationes in Metaphysica positæ. Vnde arguitur sic: Quicquid ex ratione propria est principium productiuum secūdū modum, secundum quem est in illo, & vt est in illo, sic erit productiuum, vt si sit in illo perfectè, productiuum est perfectè. (quia enim immediatè naturam principij illius consequitur, quòd sit productiuum, propositio dicens hoc de illo, erit immediata.) Et ideo quia naturam caloris immediatè consequitur, quòd sit actiuum principium, in quocunq; est, erit principium actiuum: vt si sit in illo perfectè, aget perfectè; si imperfectè, vt in minori calido, aget imperfectè. Hæc propositio si in Metaphysica scripta esset, non negaretur. sed intellectus habens intelligibile sibi actualiter præsens, ratione huius totius est productiuus notitiæ genitæ. non dico ratione intellectus duntaxat, nec ratione obiecti tantum, sed dum ista cōueniunt, ita quòd totum est productiuū notitię genitæ. ergo in quocunque est intellectus habens obiectum intelligibile actu sibi prędens, est causa seu origo notitiæ genitę. Sed in primo supposito, in quo est natura diuina, est intellectus habens obiectum infinitum, intelligibile actu sibi præsens: ergo ibi est principium notitiæ genitæ secundum proportionem illius principij. sed principium est infinitum, ergo productum, quæ est notitia genita, nihil autem est infinitum nisi Deus. nec idem est gignens, & genitum, ergo in Deo est persona producens, & persona producta. ¶Item in omni quod nō includit imperfectionem, necessitas est perfectior conditio, quàm cōtingentia: sed producere imperfectionem non includit: ergo simpliciter perfecta, productio, quæ est Dei, erit necessaria. Sed nulla talis est ad extra, vt infra patebit, ergo erit ad intra. Circa hæc multa inducit Scotus, replicando, soluendo, & quarundam rationum insufficientiam ostendendo, prout infra pandetur.

¶Ad primam ergo instantiam respondendum, ꝙ quamuis formalis distinctio inter attributa diuina, quo ad hoc, minor est, quàm personalis, quia nō est realis, tamen ob hoc magis derogat vnitati, simplicitati, identitati, ac perfectioni diuini esse, quoniā ponitur inter ea, quæ absolutè conueniunt Deo: inter quę ex natura rei nulla prorsus est non identitas aut formalis distinctio, sed purissima vnitas, extrema simplicitas, ac mera omnino identitas. Nec possent attributa illa si ex natura rei formaliter distinguerentur, ad aliquod simplicissimum vnum penitus ex sua natura indistinctum reduci. Porrò personalis distinctio in diuinis attenditur non penes absoluta, sed respectiua, quæ super absoluta illa nil addunt reale, sed omnia in diuino esse penitus vnū sunt: & cum diuina essentia omnifariè idem sunt. sicq; verè realiter ad vnum simplicissimum reducū tur. Idcirco diuinæ vnitati, simplicitati, identitati, perfectioni, personalis illa distinctio non repugnat.

Responsio ad instantiam primam.

2 ¶Ad secundam dicendum, quòd diuinæ increatæ personæ in aliquo realiter distinguuntur, puta in relatiua proprietate, nec tamē ob hoc vlla perfectio alicui diuinæ deest personæ, quoniam deitatis plenitudo in vnaquaque existens omnem imperfectionem excludit ab eis: & qnamuis relatiua proprietas, & notionalis actio, siue perfectio, ac personalis productio vnius personæ diuinæ, non sit in alia secundum propriā rationem, & appropriationem, atque secundum modum quibus insunt vni personæ: nihilominus secundum id, ꝙ essentialiter sunt, & secundum modū aliis personis conuenientem, insunt eisdem. Essentialiter quippe sunt ipsa diuina essentia, quæ vna, & eadem numero in tribus superbenedictis consistit personis. Et quemadmodum congruit patri a seipso, & non ab alio deitatem, ac diuinam habere essentiam: sic filio congruit eam habere a patre solo, & spiritui sancto a patre, & filio. Aliqui vero ad argumentum hoc responderunt, quòd relatio in diuinis non dicit perfectionem, nec aliquid, sed solum ad aliquid, quorum solutio, vt tactum est, & suo loco tangetur, non videtur posse saluari, cū & illud ad aliquid sit ens tale, & aliquid increatum, omni ente creato infinitæ perfectiūs, atque præstantiūs, imò realiter ipsa diuina essentia. Ea quoque quæ Deo ascribuntur, attribuuntur, & conueniunt ei, omni imperfectione secluſa, cum perfectione immensa, vt diuinus Dionysius in pluribus docet locis. Conformiter actiua generatio patris, est perfectissima emanatio: & paterna illa fœcunditas, infinita est dignitas: nec minor dignitas, aut nobilitas est vnigenito patris, esse naturalem, & vnicum consubstantialemq; filium patris æterni, quàm ipsa paterna fœcunditas, generatioque actiua. ¶Ad tertiam respondendū, quòd in Deo ponenda est personarum pluralitas, non ex necessitate indigentiæ, quasi persona patris non sit in seipsa absolutè simpliciterque perfecta, vel quasi diuina natura in vno supposito perpetuari non possit: sed ex naturali, & infinita exuberantia, plenitudine, & communicabilitate bonitatis, fœlicitatis, & gloriæ superbeatissimi, & superoptimi, & superditissimi, & superlatissimi, & superamorosissimi Dei, nil, propriū sibi soli reseruatis, sed omnia sua superplenissimè communicantis, prout suæ infinitissimæ bonitati, charitati, ac liberalitati prorsus immensæ, naturale, & condecens est. Hinc ad argumentum quo ita

3

Interimitur replica. ita arguitur, Pluralitas est superflua, quando non plus de bonitate, & perfectione est in pluribus, quā in vno, dicente primo Physicorum physopho: Si aliquid ęque bene fieri potest per vnum, sicut per plura, magis ponendum est vnum, quàm plura. Ad hoc inquam respōdet Richardus, ꝙ falsum est, quādo plenitudo bonitatis est ratio pluralitatis. ¶Ad quartam respondendum, quòd Auerrois in isto, sicut in multis alijs, contra fidem Christianam enormiter, damnabiliterq; errauit, quemadmodum condemnati hæretici: quia ex considerationibus creaturarum, præsumpsit immoderanter iudicare de creatore, quasi tota creatoris perfectio, proprietas eminentia, plenariè relucerent in creaturis, atq; ex eis possent cognosci, cum tamē vniuersitas totusq; ordo entis creati, infinitè a plena Dei ac diuinorum repræsentatione deficiat. Itaque dico, ꝙ totæ tres personæ, seu totum aggregatum, vt uerbis illius reprobi vtar, sunt vna res, vnusque subsistens Deus, & vna essentia realiter, non intentionaliter, aut logicè, secūdum quod sanctus asserit Augustinus, ꝙ pater, & filius, & spirituſsanctus sunt vna summa res, vtpotè vnus Deus existentialiter, nō per abstractionem. Sunt equidem tres res respectiuæ, & vna res absoluta, prout hoc infra tractabitur. Huius tamen non inuenitur per omnia simile in creaturis. nec mirum, cum creata essentia increatæ essentiæ pfectionem plenè imitari, participare, aut repræsentare nō valeat. imò vt tractum est, in infinitū inde deficiat. Idcirco decepti sunt, & ęternaliter perierunt, qui in his, quæ fidei sunt, voluerunt ex creaturis immoderatè iudicare de creatore. Veruntamen in creaturis inuenitur aliqualiter simile huius, cum in rebus creatis uideamus aliqua esse eadem gñe, aliqua ſpecie. ¶Ad quintam instantiam, quæ est confirmatio argumenti nunc tacti, dicendum ꝙ vtiq; diuina essentia sicut, & deitas ipsa, est res vna subsistens, & p sona, loquendo de persona absolutè, prout philosophi, & Iudæi, ac Sarraceni loquuntur de persona in diuinis. & nihilominus ipsa essentia communicabilis est, & communicata filio, & spirituſancto, ac tribus supergloriosis personis communis: & hoc est ex infinita exhuberantia bonitatis, & plenitudinis diuinæ essentiæ, in se penitus illimitatæ, & incontractæ, quod nulli creatæ pōt conuenire essentiæ, cum in seipsa sit limitata, atq; ad certum gradum bonitatis, entitatis, & perfectionis artata. Et hoc non attēderunt infideles, neq; philosophi. Hinc asserit Alexander, ꝙ essentiā posse pluribus commuuicari, est perfectionis: sed ipsam diuersificari, & multiplicari in his, quibus cōmunicatur, est imperfectionis: qa uidelicet per indiuiduantia super differentias in illis cōtrahitur. diuinæ autem essentiæ oportet assci bere omnem perfectionem, & omnem imperfectionem remoueri ab ea. Quamuis autem diuina essentia sit modo iam tacto persona, non tamen est concedēdum, ꝙ in diuinis sint quatuor personæ: quia diuina essentia non est extra tres personas subsistēs, nec ab vlla earum, neq; a tribus simul distincta realiter. ¶Ad sextam dicendum, ꝙ tam filius, quàm spirituſsanctus, est ens æternum perfectum, & indepēdens, quamuis productum: quoniā ab emanatione & productione diuina ad intra, remouenda est oīs imperfectio annexa emanationib⁹, ꝓductionibusq; ad extra. Ideo nmnis potentialitas, omnis dependētia, omnis inferioritas, sunt longe ab ea, nec est in ea non esse ante esse, nec re, nec intellectu: quoniā non est ibi ꝓductio ex nihilo, nec ex materia, sed de substantia patris: & idem numero esse absolutū, quod habet producens, communicatur personæ ꝓducte. Propterea nec filius, nec spirituſsanctus esset nihil, aut esse desineret, si per impossibile sibi ipsi relinqueretur. ¶Circa hoc scribit Scotus: Non sequitur, si est productum, est dependens, quando producit in eadem natura: & concedo, ꝙ sic productū, æque independenter habet naturam diuinam, sicut producens. Nec tamen sequitur, ꝙ vnum non prędexige ret alterum, quia est quidam ordo præexistentiæ sine ordine dependentiæ, dum vnum est ab alio in ea dē natura. Hæc Scotus. ¶Ad septimā rñdetur, quòd ea quæ sunt cōuertibiliter idem vni tertio singulari sunt eadē inter se. diuina aūt essentia, cū nulla diuina ꝑsona est conuertibiliter idē, cū sit tribus personis cōmunis. ¶Porro Scotus ad istud rñdet: Qñ ar guit, Quæcunq; sunt, vnū, & idē vni, & eidem, sunt eadem inter se. Dicendum, ꝙ quæcunque sunt idē vni, & eidem simpliciter, sunt eadem simpliciter illa identitate, qua sunt idem illi vni: aliter esset paralogismus accidentis. Et quando dicitur, pater est idem deitati, dico quòd non est idem ei formaliter. Idcirco non potest concludi formalis identitas, inter patrem, & filium Quod si dixeris, Nolo concludere identitatem formalem, sed personalem: Dico quòd nec identitas suppositi inter eos potest concludi: quia sic medium non est idem vtrique extremo, quoniam non est eadem natura patri, & filio per eandem subsistentiam. Vnde si medium sit idem aliqua indentitate, & extrema sint eadem medio illi illa identitate, extrema necessariò inter se eadem erunt simili identitate. Si dixeris, nolo quòd mediū sit formaliter idem extremis, nec idem secundum eandem subsistentiam, sed quòd sint idem essentialiter, quod est manifestè verum, & prius concessum: ergo sequitur, quòd pater sit essentialiter filius, & ita nec vnum erit extra essentialem rationem alterius: Dico, ꝙ si accipiatur medium secundum identitatem essentialem extremis, sequitur, quòd extrema habeant vnam essentiam extremis, sequitur, ꝙ extrema habeāt vnā essentiam eis communicatam. Ideo sequitur, ꝙ pater sit idem, quod filius. Nec tamen, ꝙ pater sit filius: quia tunc concluderetur idē titas formalis, vel suppositiua. Hæc Scotus.

Richard⁹

4 Auerrois perfidia & aliorū hæreticorum ita sententiū damnata.

7 Eadē vni tertio sunt eadem inter se.

Scotus.

Frāciscus Maro. ¶Præterea Frāciscus de Maronis, ad istā obiectionem rñdet: Ad illud principiū ꝑ se notū, quæcunq; sunt eadem vni, & eidē, sunt eadem inter se, quadrupliciter respondet. Aliqui dicunt, ꝙ non tenet in terminis illimitatis, diuina aūt essentia est illimitata. Alij dicunt, ꝙ non tenet in nō adæquatis, vt si idem corpus diuina virtute in duobus sit locis, quorum vnus non as sit alteri. Alij asserunt, ꝙ non tenet in non proportionatis, sicut, idem potest esse in diuersis. Qñ, quę nō sunt simul. Alij dicunt, ꝙ nō tenet in terminis non conuertibilibus, quales sunt diuina essentia, atque relatio: quia licet Socrates sit homo, & Plato sit homo, non tamē Socrates est Plato. Et propter hoc in secunda figura ex puris affirmatiuis nō potest fieri syllogismus. Sed nulla harum solutionū valet secundum Franciscum. Prima non, quia cum forma syllogistica teneat virtute huius principij, Eo enim, ꝙ extrema vniuntur in medio in præmissis, vniunt inter se in conclusione, tunc nunq; teneret forma syllogistica in diuinis. Secunda quoq; nō valet, qa coniūctio extrinseca nunquā arguit intrinsecā, licet intrinseca arguat bene extrinsecā. Si.n, corpus esset locus, & esset in duobus locis, tunc bene sequeretur, ꝙ duo loca essent vnus locus. Nec tertia valet. qm̄ Qñ non est idē cū re tēporali, & ꝑ cōsequens nec ipsa Qñ adinuicem, sicut de secūda est dictum.

6 Filius est ens independens sicut, & spirituſsanctus.

Hales. Posse communicari perfectionem significat.

Nec quarta valet, qñ omnia indiuidua sunt idem in specie, & eodem modo sunt inter se idem, quia specifice. Idcirco principiū illud stat. Hinc dico, quòd istud principium non est negandum, cum per ipsum teneat forma syllogistica perfecta, quæ est per se nota. Et si fallit in aliqua materia, tūc est inutilis coniugatio, & syllogismus imperfectus. Et dico ad argumētum, quod sit contra personas diuinas assumpto isto principio, ꝙ cum personæ diuinæ sint idem cū diuina essentia, necessariò sunt idem inter se, aliter tamen, & aliter. Nam sunt eidem cum diuina essentia identicè, & essentialiter, non tamen identicè inter se, sicut dicit Hilarius libro de trinitate: Pater est id, quod filius. Contra, quæcunq; vni, & eidem sunt eadem, eo modo, quo sunt eadem illi, sunt eadem inter se. Sed diuinæ personæ sunt identicè idem cū diuina essentia, ergo sunt identicè idem inter se. Dico, ꝙ istud principium simpliciter sumptum, atq; in terminis simplicibus, est necessarium, & verissimè tenet: tamen sumptum cum determinatione, non tenet. Nam genus, & differentia sunt in primo mō dicendi idem speciei, tñ non sunt idem inter se in primo mō dicendi per se. Hæc Franciscus, q̄ circa istud multas mouet difficultates. ¶ Ad vltimam rñdendū, ꝙ diuinæ personæ non distinguūtur substantialiter, sed relatiuè, non accidentaliter, cū accidens in Deo non habeat locum. Relatio etiā in diuinis a substantia non diuersificatur. In creaturis autem inter substantiam, & accidens non est medium. In Deo quoque relatio aliquo modo per modum accidentis se habet, inquantum non est de ratione Dei absoluta, vt infra clariùs elucescet. Argumentum autem quod factum est de multiplicatione naturæ in suppositis, ex verbis Aegidij præinductis solutum est.

Hilarius.

Thomas.

Quæ tamen solutio transit ſm eos, qui inter esse, & essentiam ponunt realem distinctionem. Sic, & Thomas respondet: In creaturis, inquiēs, differunt essentia, & esse. Nec essentia habet esse nisi in habente essentiam. Ideo dum creata communicatur essentia, communicatur tamen ſm rationem suam, non secundum esse: quia ſm illud esse, non est nisi in vno tantum habente. Diuina vero essentia est suum esse. Idcirco quando communicatur essentia illa, communicatur, & esse ipsius. Vnde essentia non tantum est una secundum rationem, sed item secundum esse. Propter hoc potest esse vna numero in pluribus personis. Hęc Thomas. Porro qui inter esse, & essentiam ita non distinguit, habet responsionem ad argumentū ex verbis Alexandri prehabitis. ¶ Sed contra hanc fidei ueritatem adhuc obijci potest ex dictis Henrici, & Scoti, hoc modo: Impossibile est plura necesse esse, ergo impossibile est esse plura suppo

Obiectio. 1. Henrici & Scoti.

2

sita, quorum quodlibet sit necesse esse. Item, quod non habet esse a se, non habet omnino necessarium esse. Rursus producens est aliquo modo prius producto, & in illo priori potest productum intelligi non esse, sicq; filius potest intelligi non fuisse protunc, & ita non esse procedit esse in ipso. Nec videtur idem esse realiter cum illo, quod tunc necessariò fuit, hoc est, cum diuina essentia. Sed ad ista habetur ex prędictis solutio. Nā tres personę sunt vnū esse absolutum, non tria esse, idcirco nō sunt plura necesse esse. Et quoniam filius recipit idem esse, & eandem essentiam, quæ habet pater, competit filio ex se formaliter necessariò esse, non tamē ex se quasi ex productiuo principio. Nec in generatione filij accipi potest non esse antę esse, cum idem sit esse patris, & filij. estq; in Deo solum processio actus ab actu, lucis a luce, perfecti a perfecto, omni imperfectione secluſa. Et quoniam personæ in diuinis non absolutè, sed relatiuè sumuntur, non potest una intelligi sine alia: nec potest una intelligi non esse in illa prioritate, cum simul sint: & est illa prioritas duntaxat originis, ab omni potentialitate, & dependentia penitus alienę. Postremo, persona producens, & persona producta, non sunt vna, eademq; persona, quāmuis vtraque sit ipsa diuina essentia, quæ non est directè terminus productionis. Sufficit quoque distinctio rationis, ad verificandum, ꝙ quędam op posita conueniunt his, quæ realiter idem sunt, vt ꝙ essentia est communicabilis, non persona, quamuis sint idem re: & item ꝙ persona producitur non essentia, quę est persona: quia essentia ob suam fontalem, immensam, exhuberantissimam perfectionem, continet in se, & id quod identitatis, & communionis est ratio, & etiam id, quod est ratio distinctionis. Etenim cum filius sit perfecta imago, & verbum plenissimum Dei patris, necesse est totum quod patris est, seu patris plenam essentiam, contineri, præsentari, & verè esse in filio. Et horum aliquale exemplum est, ꝙ in istis inferioribus natura secundum se consideratę, ingenerabilis, & incorruptibilis perhibetur: suppositum vero generabile, & corruptibile, non tamen realiter distinguuntur.

Solutio.

Esse cōuenit fil. Dei necessariò

QVAESTIO VI.

SExto quæritur, *An in diuinis sint tantum tres personæ.* ¶ Videtur ꝙ non, quoniam in rerum natura tria sunt principia producendi vnum ex alio, puta natura, ratio, & voluntas: sed in diuinis ponitur productio per modum naturæ, vt generatio filij a patre: & productio per modum voluntatis, videlicet processio spiritussancti: ergo necesse est ponere tertiam productionem, quæ est per modum rationis, seu intellectus. ¶ Secundò, quia productio per modum rationis, aut intellectus, est dignior productione, quæ est per modū naturę, cum ratio, eiusq; actio dignior sit ui generatiua, seu natura, & operatione ipsius: ergo est Deo potissimè ascribenda. qđ enim est dignius, est Deo maxime attribuendum. ¶ Tertiò, quia perfectus ordo uidetur exigere, ꝙ sicut in Deo est vna persona dans, & non accipiens, vna quoque dans, atque accipiens, scilicet filius: & tertia accipiens, & non dans ad intra: ita sit quarta persona, non dans neque accipiens. Quarto, qm̄ sicut pater diligit filium, ita & spiritussanctum: sed diligit filium amore, qui est spiritussanctus, & persona distincta, ac specialis, ergo diligit spiritussanctum amore, qui est specialis persona. ¶ Quintò, quoniam sicut in patre est infinita potestas, infinita bonitas, infinita exhuberantia, infinita communicabilitas, & charitas, ita in spiritusancto: ergo eadem ratio producendi personam ad intra, est in spiritusancto, quæ in patre. Et sicut Augustinus arguit de patre, quòd generet, & producat, sic argui posset de spiritusancto. & sic viderentur infinitæ esse personę diuinę. ¶ Sextò, quoniam generare, & spirare est perfectionis in patre, & filio, ergo competit spiritusancto qui ambobus æqualis est.

Obi r contra veritatem

2

3

4

Iohan. 5.

5

Aegust.

6

¶ Ad hanc quæstionē Alexāder rñdet: In diuinis tantū esse debēt tres personæ, nec possunt plures esse, qm̄ sequeretur, ꝙ in summa trinitate non esset summa germanitas, nec summa connexio, sed in ordinatio, atq; confusio. Communio namq; boni nō potest esse nisi duobus modis: hoc est, per modū naturę, & hęc est generatio: vel per modum voluntatis, & hęc est processio amoris ab amāte, Est itaq; in diuinis

Respōdet Hales.

Rō trinitatis secundum Alexandrum.

diuinis emanatio per modū rationis, seu intellectus sed hæc non est alia a productione naturali. Deo nā que non aptatur productio cuiuscunq; naturæ, sed naturę dignioris, quę est rōnalis, & intellectualis natura: nec dicitur ibi generatio ſm quēcunq; modū, sed ſm quod intelligentia a mente procedit, quę est prima productio naturæ rōnalis. Propter quod asserit Aug. generationem filij per productionem intelligētiæ a mente intelligi, & productionem spiritussancti per productionem amoris ab vtroque, scilicet a mente, & intelligentia, accipi. Hæc Alexander.

Augu.

Thomas.

¶ Porrò Thomas in Scripto primi nona distinctione: In diuinis, inquit, propter essentiæ simplicitatis, nō pōt esse distinctio ſm aliquid absolutū, sed ſm relationē tm̄, & tm̄ ſm relationē originis, ut infra probabitur. Relatio quoq; originis non pōt constituere personam, si significet in cōmuni, sed oportet vt significet aliquid proprium, & determinatum. Habet enim se respectu psonæ loco cōstitutiuæ differentiæ, quā oportet propriā esse. Rursus, quia persona nomen est dignitatis, oportet vt relatio illa ad dignitatem sit pertinens. Sicq; tria cōsiderare oportet in relationibus cōstituentibus personas. Primò, ꝙ sit relatio originis: secundo, ꝙ propria sit: tertiò, ꝙ ad dignitatem pertineat. Relatiò autem originis importatur in his duobus, videlicet, [Qui ab alio,] &[a quo alius.] Hoc autem quod dico, [a quo alius] spectat ad dignitatem, sed est commune. Hinc ad hoc, ꝙ personam constituat, oportet vt determinetur per speciale modū originis. In diuinis vero non potest esse nisi duplex originis modus, ſm quod omne agens diuiditur in agens a natura, & in agēs a uoluntate: quæ actiones in creaturis inuentæ, reducuntur tanquam in causam, & exemplar in duas processiones in diuinis: quarū vna est per modū naturæ, & vocatur generatio: alia per modum uoluntatis, & vocatur spiratio. Oportet ergo prætactas, origines sic specificare, a quo alius per generationem. & a quo alius per spirationē: quæ duo non habent repugnantiam, qm̄ idem potest esse principiū plurium, modis diuersis. Idcirco ex hoc non consti tuuntur duæ personæ, sed vna tantū. Nihil enim habet virtutem distinguendi, nisi quod aliquam habet rationem oppositionis. Sic ergo habemus vnā personā, a qua est aliquis per generationem, & aliquis per spirationē, puta persona patris. Accipiendo autē id, Qui est ab alio per generationē, habemus personam filij. Accipiendo, quoq; id, vtpotè, qui est ab alio per spirationē, habemus personam spiritussancti. Et ita habemus tres personas in diuinis. Hæc autē duo vni personæ conuenire non possunt, quoniā vna res habet tm̄ vnū modū, quo ex alio oritur. Nō enim idem in specie est esse à natura, & ab arte, nec per putrefactionē, & seminationem. Cumq; relationes istæ in Deo, ſm numerum multiplicari non valeant, sic ꝙ remaneat vnitas in specie, eo ꝙ non sit in diuinis diuisio materialis, oportet ꝙ ibi sint tres tantum personæ. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Insuper in prima parte Summæ suæ quæstione 27. ait: Processiones in diuinis accipi nequeunt, nisi ſm actiones in agēte manentes. Huiusmodi aūt actiones in natura intellectuali, & diuina nō sunt nisi duæ, videlicet intelligere, & velle. Idcirco nulla pōt esse processio in diuinis, nisi verbi, atq; amoris. Potentia vero ꝓprie est principiū agendi in aliud, & ad extra. Hæc in Sūma. ¶ Deniq; in Summa cōtra gentiles lib. 4. differuit: Prēter patrē, filiū, & spiritū, non est in diuina natura ponere quartā personā. Personæ enim diuinæ cū in essentia cōueniāt, distingui non queūt

Rōnes trinitatis, iuxta Thomam.

Tria in relationibus personarū considerāda.

Duplex tā tnm originis modus in diuinis.

arc. 5.

Thomas contra gē.

nisi per relationes originis: quas oportet accipere non ſm processionem in exteriora tendentem. sic namq; procedens non esset coessentiale suo principio, sed oportet, ꝙ processio cōsistat interius. Et talis processio solum inuenitur in actione intellectus & uoluntatis. Neq; possibile est, ꝙ in Deo sit plus, q̄ vna ſm intellectū processio, eo ꝙ intelligere Dei sit vnum simplex, incommutabile, ac perfectū: quia se intelligendo, intelligit oīa alia. Similiter processionem amoris oportet esse unam duntaxat, quia & velle Dei est simplex, & unū. se. n. amādo amat cæte omnia. Præterea modus quantum ad processionē, non potest consistere nisi triplex, vt scilicet sit, aut omnino non procedens, quod patris est: aut a non procedente procedens, quod conuenit filio: aut a procedente procedēs, qđ cōpetit spiritui sctō. idcirco nō possunt poni nisi tres psonę in Deo. Hæc Thom.

¶ Quibus concordans Richardus in Scripto primi distinctione 2. In diuinis, ait, non sunt nisi tres personæ, quod testatur sacratissima fides Christiana, cui fallum subesse non ualet. Hoc etiam declaratur ratione, cū essentia sit de ratione personæ: quia persona comprehēdit essentiam, & relationem personæ constitutiuam, oportet vt actus personalis in actibus, (vt sic loquar) essentialibus radicentur. Cumq; actio personalis sit actio ad aliquid intra, oportet, ꝙ radicetur in actu essentiali intra manente: talesq; actus in Deo esse non possunt nisi duo, videlicet intelligere, & velle in diuinis: persona non producit personam, nisi per modum intelligendi, puta intus dicendo, & per modum volendi spirando. Vnus quoque actus essentialis nō non potest esse ratio, nisi vnius actus personalis in diuinis: qm̄ tota uirtus unius actus essentialis, in uno actu personali immutabiliter simul exprimit, propter summā actus personalis perfectionem. Hinc in Deo nō est nisi unus actus dicendi, & unus actus spirādi: qm̄ & vterq; æquat totā virtutē potentiæ cuius est actus. Vnus aūt modus dicendi nō terminat nisi ad vnum verbū, & vnus adtus spirandi nisi ad unum spiritū-sanctum. Ideo in diuinis non sunt nisi duæ personę productæ, & vna tm̄ producens. Hæc Richardus.

Richardꝰ

Rōnes Richardi de trinitate.

Rōnes Petri.

¶ His consonant scripta Petri dicentis: Fides ponit trinitatē personarum, nō plures nec pauciores. Quod accipit ex diuinæ iucunditatis, & dilectionis perfectione, & ex modorum emanandi distinctione, atq; ex vestigij, quod in omnibus creaturis est, trinitate. Vnde in libro 83. quęstionum asserit Augustinus: Causam creaturæ oportet trinam esse, vtpotè, qua sit, qua hęc sit, & qua sibi amica sit. causa. autem creaturæ est Deus, ergo est trinus. Hæc Petrus.

Causa creaturę trina.

¶ Porro Aegidius circa hæc recitat quarundam positionem, quam dicit petere, quod restat probandum. estq; positio illa, quam improbat, sancti Thomæ. Et tamen, quod Aegidius in sua ponit responsione, qua positionem illam putat se emendare, est idem, quod in præhabita sancti doctoris determinatione contentum est. Ideo non videtur nisi inutilis verborum multiplicatio, quod in hac parte induxit Aegidius.

Aegidius.

Carpitur. Aegidius.

¶ At vero Antisiod. in prima parte Summę suę: Videndum est, inqt, quare oportuit rres tm̄ esse personas in deitate. Probatum est supra, ꝙ vna sola persona est, quæ non est ab alio: sed omnis alia persona est ab illa, & omnis creata essentia. Cum autem plures personæ procedunt ab una, de necessitate exigitur, quòd aliqua procedat immediatè: nec possunt ab ea plures personę immediatè procedere, quia

Antisiod.

Trinitatis rō, iuxta Antisio d.

Plures personæ non procedūt a Deo immediatè.

non esset inter illas summa germanitas: ergo nec summus amor, nec summa fœlicitas. Item, si plures personæ procederent immediatè à Deo, esset penitus similes: & cum vna sit verbum, reliqua esset verbum. Nulla quoque persona potest esse à patre tantummodo, & mediatè, ita, quòd filius genuit filiũ, qui sit nepos Dei patris; quoniam inter illum, & patrem non esset summa germanitas, imò maior esset conuenientia inter patrem, & filium, quàm inter patrem, & nepotem, quod esse non potest in diuinis. Item pater carnalis sic diligit filium, quod totum probitatis, & liberalitatis quod habet, vult inesse, & ascribi filio suo; ergo in infinitum magis pater æternus quicquid habet liberalitatis, vult esse in filio suo. Sed summa liberalitas patris est, ꝙ ab eo procedit spiritussanctus, qui est summum ipsius donum: igitur pater vult, quòd per eãdem liberalitatem spiritussanctus procedat à filio suo. imò cum patris, & filij vna, & eadem liberalitas sit, oportet quòd ab vtroque spiritussanctus emanet. Est itaque in diuinis processio immediata tantum, qua filius est à patre. Item processio mediata, & immediata, sicut spiritussanctus est à filio immediatè, & à patre filio mediante. Sed processio mediata tantum non potest esse in Deo, quia deesset perfecta germanitas. Hæc Antisiodorensis.

Albertus. Tria considerãda in constitutẽ te personam.

¶Albertus demum 2. distinctione mouet, & soluit hanc quæstionem, dicendo: Tria consideranda sunt in eo, quod constituit in diuinis personam, videlicet, quòd sit proprietas in specie determinata, & quòd sit originis proprietas, & quòd habeat oppositionem relatiuam ad omne id, à quo distinguitur &c. prout supra in responsione Thomæ notatũ est, qui in hoc magistrum suum Albertum virũ doctissimum est secutus.

Henricus Gandauꝰ.

¶Amplius, doctor solennis quodlibeto 6. de his scribit diffusè, consonatq; eius doctrina dictis Thomæ, Alberti, Richardi, & Petri. Nã ait: Propter duas rationes principiandi duas emanationes in diuinis ad intra, quæ sunt in vna, & eadem persona, vt in principio, à quo emanationes illę procedunt, & propter duas emanationes, quibus habent esse duæ personæ emanantes, ad minus in Deo sunt tres personæ. Vna, quæ est Deus non de Deo, & aliæ quę sunt Deus de Deo. Et quia sunt tãtum duæ rationes principiandi actiones emanationum in Deo, quarum fœcunditas tota in singulis emanationibus suis, & personis productis effusa est, & quasi exhausta, vt nec in producente, nec in producto restet fœcunditas aliqua ad aliquam aliam emanationem ad intra, idcirco non possunt in Deo esse plures personę productæ quàm illæ duæ, quæ cum vnica non producta, præcisè sunt tres. Persona autem diuina non potest esse origo personæ, nisi mediante suo actu, quo habet illam producere. Porrò immanens actus voluntatis, & intellectus, quia in tota rerum natura non sunt nisi duo principia agentia per se, puta natura atque voluntas. Nec est intellectus sine voluntate, neque econtra, secundum Damascenum libro 2. Nec actus in Deo immanens esse potest nisi actus intellectus, & voluntatis, q̃ vt essentiales, sunt cuilibet diuinæ personæ communes; sed vt notionales, seu personales, sunt personarum productiuæ. De hac re scribit Henricus prolixè, cuius verba infra suis locis poterunt tangi.

Ratio Trinitatis secundũ Gãdauum.

Principia agentia duo tantũ in rerum natura.

Bonauen.

¶His concordat Bonauent. cuius dicta infra patebunt.

Scotus.

¶At verò Scotus hic scribit. In hoc omnes conueniunt, ꝙ in diuinis sunt tantum duæ productiones, sed diuersi diuersimodè hoc declarãt. Quidã enim sic dicunt, quòd tantum sunt duo actus essentiales, ad intra, qui sunt intelligere, & velle, super quos fundantur duo actus productiui notionales: Vt supra intelligere, actus dicendi: supra velle, actus spirandi: ergo cum supra duos actus essentiales fundari non valeant nisi duo actus notionales, aliter enim non haurirent virtutem fundamentorum suorum, sequitur, quòd tantum duę sunt productiones & ita tantum duæ personæ productæ. Modus autẽ ponendi est istæ: Sumatur secundum proportionẽ, ad intellectum nostrum, ꝙ intellectus primò habeat ab obiecto (ut ab essentia sibi præsente) notitiam simplicem, & quasi confusam. Intellectus autem vt nudus, conuertit se supra se vt informatum: & in intellectu nudo sic conuerso, gignitur ab intellectu prius informato notitia, simplici notitia declaratiua in ipso intellectu, quam vocant verbũ. Sic quoque de voluntate affirmant, quòd voluntas diuina primò habet simplicem actum: & ipsa voluntas, vt nuda, ab actu conuertit se supra seipsam, vt est habens simplicem actum: sicque excutit, exufflat, & expirat incentiuum amorem, qui est spiritussanctus.

Rationes quorundã de trinitate.

Obiectio Scoti.

¶Contra hanc opinionem (ait Scotus) arguo, quantum ad hoc, quod dicit de verbo. nam quantum ad hoc, quod dicit de spiritusancto, patebit inferiùs. Primò namque videtur, quòd verbum, non gignatur per hoc, ꝙ intellectus diuinus, vt nudus est, conuertens se supra seipsum, vt informatũ, recipiat de notitia essentiali notitiam declaratiuã: quoniam intellectus nudus non conuertit se, nisi, vt est in persona aliqua, quia actus sunt suppositorũ. Abstracta, quippè ratione suppositi, iam non erit actio. Quæro ergo, in qua persona sic existens intellectus conuertit se; si vt in substantia, vel persona patris, ergo verbum imprimitur in intellectu patris: quia in quo est intellectus conuertens, & concipiens, erit & conceptus, seu verbum conceptum: ergo intellectus, vt in patre est, informabitur notitia declaratiua, ergo verbum non differt personaliter a patre, quod est hæreticum. Sequeretur etiam, quòd pater cogitaret illa notitia, & sic saperet sapientia genita. Si autem dicatur, quòd intellectus conuertens se, non est suppositi primi, sed alterius: & quòd intellectus, vt conuertens se, præcedit conceptionem verbi: ergo erunt duæ personæ ante verbum, quod est hæreticum. ¶Præterea obijcitur, quòd illa notitia simplex non potest esse formale principium gignendi verbum: quia verbũ (ſm Augustinum) non gignitur ab intelligentia, sed a memoria. Intellectio autẽ illa essentialis est verè actualis, qua pater intelligit: qm̃ ponunt eã esse qua si impressam ab obiecto præsente. Alia ergo notitia simplex non põt esse loco memoriæ, sicut ponunt: sed præcedit obiectum imprimens, locũ memoriæ habens. ergo illa notitia non erit ratio formalis gignendi verbum, sed obiectũ præsens, locum habens memoriæ. Vnde memoria est ipsa diuina essentia, vt intellectui præsens. Dicendũ ergo ꝙ tantum duę sunt personæ productæ, & omnis multitudo reduci tur ad vnitatem, vel ad tantam quantũ possibile est, paucitatem. Principia verò actiua, & productiua multitudinem habent, & diuersitatem: ergo tota illa multitudo, atque diuersitas ad vnitatem, aut paucitatem modicam, quantum possibile est, reducetur. Sed ad vnitatem reduci non potest, quia natura, & uoluntas non habent eundem modum principiandi. Ideo duo tãtum sunt prima principia pro-

Instantia.

Obiectio.

Augustꝰ.

Rõnes trinitatis per Scotum.

Quæstio.

productiua in Deo, videlicet intellectus, qui se habet per modum naturæ, & voluntas. Sed quærere potes, si intellectus, & voluntas sunt duo principia productiua in diuinis, & vterque habet actum suũ essentialem, videtur, quòd actus productiuus personæ, fundetur super actum essentialẽ. Dico quòd pater in diuinis habet intellectum infinitum, & infinitum obiectũ, & ita habetur actus primus: quia memoria, quæ est actus primus, quoniam est cognitio habitualis, quando videlicet obiectum præsens est sub ratione, qua potest habere notitiam. Vnde memoria dicitur esse in patre, obiectum quoque est essentia sua suo intellectui præsens, ita quòd totum hoc habet rationem memoriæ, scilicet intellectus habens obiectum intelligibile sibi præsens. Et essentia, sic præsens intellectui diuino paterno, quasi causat intellectionem: & habet intellectus diuinus operationem intellectiuam, quæ tamen propriè nõ est causata, cum sit realiter idem cum intellectu atque essentia. Secundum hoc ergo essentia principiũ est operandi, quia principium est illius operationis intelligendi. Præter hoc autem, quòd essentia sic est principium intelligendi, intellectus habens obiectũ sibi præsens tãquam memoriæ est productiuus simpliciter notitiæ genitæ, quæ est verbum: quoniã verbum est notitia non quæcunq;, sed genita, ita quòd mediante operatione intelligendi non causatur verbum immediatè, sed immediatè à memoria, vt ab intellectu habente obiectũ intelligibile sibi præsens, sub quodam tamen ordine, vt priùs secundum nostrum intelligendi opera intellectiua. Itaque immediatè est intellectio ab intellectu habente obiectum sibi præsens, & etiam ab eodem est verbum, tamen sub ordine quodam, ita ꝙ priùs ordine est illa intellectio notionalis immediatè ab intellectu habente essentiam obiectam sibi præsentem, & non ab intellectione essentiali. Nam aliter non magis esset verbum Dei, quàm lapidis: quoniam intellectus diuinus infinitè intelligit lapidem, licet lapis nõ habeat esse infinitum. Sic quoque est de voluntate respectu spiritussancti. Voluntatem namque habentem obiectum actu cognitum sibi præsens, sequitur liberè amare, & etiam opera. sed ista voluntas habẽs etiam obiectum cognitum sibi præsens, spirat amorẽ, qui spiritussanctus est, & immediatè, licet prioritate ordinis præexigatur operatio amandi. Sicque intelligo, quòd actus productiui fundãtur super actus essentiales, quoniam ordine tali ab eodem sunt operatio essentialis, & productiua. Itaque dico, ꝙ tantũ sunt duæ personæ productæ, quia vnius principij productiui tantum est vna productio adæquata, & coæterna principio productiuo. Vnde si alterũ horum deficiat, non oportet vnam tantum esse productionem. Si enim productio non sit adæquata principio productiuo, principium productiuum potest plura producere, quemadmodum dum vnum calidum producit calida plura. Aut si productum non sit coæternum, tunc enim corrupto vno producto potest producere aliud. Cum igitur in diuinis tantum sint duo principia productiua diuersarum rationum, puta voluntas, & intellectus habens rationem principij naturæ, & vtrumq; principium adæquetur suę productioni, sicut infinitũ infinitę, sequitur, ꝙ ibi sint tantum duæ productiones, & per consequens tantũ duæ personæ productæ. Hæc Scotus.

Dionysiꝰ.

¶Cuius dicta non videntur contra solennẽ prætualere doctorem, prætacto quodlibeto dicentem: omnis substantia à materia separata qualis maximè Deus est, necessario est intellectiua. Cũ ergo in Deo sit persona procedens, oportet ꝙ hoc sit per actum intellectus, aut voluntatis, aut vtriusq;. Quare cum actus intellectus, & voluntatis, cuiusmodi sunt intelligere, scire, velle, amare &c. sint communes omnibus diuinis personis, sicut essentia: quoniam pertinent ad eius essentialia attributa: nulla aũt persona potest produci per actionem sibi conuenientẽ: sic enim esset productiua suiipsius: oportet, vt præter actus illos essentiales, sint alij actus non cõmunes personis, sed proprij illi, vel illis, à quo, aut à quibus persona, vel personæ procedunt. Et quia duæ personæ solis duabus actionibus producuntur ad viden dum qũo in Deo sint tres personæ, & tm̃ tres, oportet videre qũo in Deo sint tm̃ duæ actiones, videlicet intellectus, & voluntatis, præter actus eorũ essentiales: & qũo illæ duæ actiones non sunt realiter plurificatę, quia non restat fœcunditas vltra eas. Est ergo sciendum, ꝙ actus intellectus, & voluntatis nõ complẽtur, nisi in duplici genere actionis, quorum vnus in Deo tam ex parte intellectus, quàm voluntatis, est essentialis, alter verò notionalis seu personalis: ita ꝙ actus intelligendi, & volendi perficiuntur in hoc, vt ipse intellectus, & voluntas nõ stent in actibus illis essentialibus, sed procedant ad actus intelligendi, & volendi, vt sunt notionales, prout ſm vtrunq; eorum est aliquid personaliter procedens. Intellectus nanq; intelligẽdo se, nunquam ſm actũ intelligendi perficitur, donec ex actu suo procedat verbum. similiter nec voluntas, quousq; ex actu suo procedat amor. Sicut n. in verbo intellectus quiescit in vero, nec in actione intellectuali perficitur, quousq; ipsum verũ attingat, sic in amore procedẽte (quem zelũ possumus appellare) quiescit voluntas, vt in bono, & non in actione voluntaria, donec ipsum bonũ attingat. Quod vt clarius innotescat circa Deũ, videndum est qũo hoc cõtingat circa actus intellectus, & voluntatis in nobis. Et primò ex parte intellectus, cuius actiones tanq̃ proprias, intellectus clariùs percipit q̃ actus volũtatis tanq̃ à se alienos. Porrò intellectus noster est partim passiuus, & partim actiuus. Et primo passiuus per hoc; ꝙ perficitur ex motu, qui fit à re intellecta in ipsum, per quẽ motũ perficitur ex intellectu, & intelligibili ipse actus intelligendi, qui est operatio eius prima, qua perficitur in simplici notitia habita de re intellecta. Estque notitia ista quasi cõfusa, & ideterminata manifestatio eius, quod p ipsum cognoscitur. Ad formandũ aũt in se de re quid expressum, & determinatum, intellectus nr̃ se habet actiuè, discurrendo via artis, & inuestigando quod quid est: & tũc actus eius vocatur cognitio, & est verbũ, sed adhuc informè, atque formabile, nondum formatũ. Cumq; adiuncta differentia vltima cõcipit rationẽ diffinitiuã, illa est verbũ in iure in intellectu perfectũ, & formatũ p actũ eius ſm, ad quem se hẽt purè actiuè. Hinc multũ deficiunt à ratione verbi, qui dicunt, ꝙ prima notitia simplex cõcepta in intellectu de re intellecta, sit verbum. Quemadmodũ aũt duplex est operatio intellectus, ita, & voluntatis: Vna videlicet clara, & incompleta in amore simplici imperfecto, alia i amore pfecto. Amor aũt imperfectus, q̃ est quasi tepor, correspõdet primæ operationi intellectus: sed amor pfectus correspondet verbo seu perfectæ intellectus cognitioni. Sic dicimus in diuinis, ꝙ ad cõplerionẽ, & perfectionem actionis intellectualis, & uoluntariæ, non sufficit illa, quæ est simplicis notitię, & amoris, qui est purè essentialis tam ex parte intellectus, quàm uoluntatis: sed requiritur ex parte intellectus notitia procedẽs, quæ dicitur uerbum: atq; ex parte

Intellectꝰ & voluntas duplici actionis genere complentur.

Duplex operatio intellectus, & voluntatis.

Quid sit zelus.

voluntatis amor procedens, qui est spiritussanctus, & vnico nomine potest vocari zelus, quo vehemẽs amoris incendium designatur. Et quamuis notitia diuina essentialis sit omnino perfecta: tamen cũ habeat rationem simplicis manifestationis, verbum autem rationem manifestatiui, & declaratiui eius, qđ notitia simplici manifestatum est: similiter quãuis amor diuinus simplex, & essentialis, perfectissimus sit: tamen cum habeat tantum rationem simplicis incendij seu ardoris, zelus verò seu amor procedens, qui est spiritussanctus, habeat vltra hoc rationem incentiui, & inflammatiui in id, quod amatur, hinc ad perfectionem intellectualis operationis in Deo super simplicem noticiam, requiritur verbum procedens non per actum intelligendi essentialem, sed notionalem, qui fundatur super actum essentialem: quod verbum non est actus, per quem procedit, sed terminus eius: quemadmodum verbum nostrum non est substantia actus dicendi in nobis, sicut notitia simplex est ipse actus intelligẽdi, sed terminus procedens ab illo dicendi actu, & aliud accidens inhærens intellectui, inquantum res intellecta simplici notitia, vt terminus notitiæ talis, non habet esse in intellectu per actum intelligendi: imò potiùs econuerso: quoniam est principium eliciendi actũ intelligendi ex intellectu. Porrò verbum nostrũ habet esse in intellectu, vt terminus actus dicendi, & quid constitutum in intellectu per ipsum, non autẽ vt principium elicitiuum ipsius. In Deo autem nec simplex notitia, neque verbum est aliquid inhærens diuino intellectui, sed realiter idem cum illo. Verbum autem non potest sola ratione differre ab eo, à quo procedit, neque re absoluta: quia est intra manens in diuina essentia. Oportet ergo, vt ab ipso differat relatione, non quacunque, sed qua ad illum refertur, vt à quo est. Similiter ex parte voluntatis dicendum de zelo, ideſt de spiritusancto. Præterea, ꝙ in diuinis esse non valeat nisi vnicus filius, sic probatur: Quia in vnius filij generatione tota gignentis fœcunditas ad filij generationem exhauritur. vbicunque enim actu vno generationis semper manẽte, producitur vnus filius semper manens, ex eodem semper vniformiter se habente, tota fœcunditas ad filij generationem exhauritur vnius filij generatione. sicque est in diuinis. Denique essentialia omnia in diuinis in vna persona innascibili, quæ est Deus non Deo, habentur naturaliter ex se, Idcirco ex se habet intellectum, & voluntatem, quoniam sunt per se principia omnium productionum. Quamuis enim inter se sola differant ratione, vt sunt essentialia, sunt tamen radices processionum notionalium à persona innascibili: quoniam in omni ordine differentium vbi inuenitur differentia minor, ibi initium differentiæ est maioris, quemadmodum ratio primæ simplicissimæ vnitatis in esse Dei, est quasi origo multitudinis, ac differentiæ diuinarum rationum, & attributorum, quæ maximè est inter intellectum, & voluntatem, ad quas omnis diuersitas diuinarum rationum, & attributorum reducitur. Aliæ autem duæ personæ hæc habent à patre per actus generationis, & processionis, fundatas in actione essentiali intellectus, & voluntatis: quæ sicut inter se habent quendam ordinem rationis, sic ordine quodam sunt origines fundamentales personalium productionum, quæ inter se habent quendam originis ordinem, ita quòd siue simul absque omni ordine siue in patre intellectus, & voluntas, siue cum quodam ordine rationis, tamen sicut est ordo quidam rationis ipsius intellectus ad voluntatem, ita & ad perficiendam actionem intellectualem in patre. Sicque à solo patre quasi primo, procedit actus personalis dicendi, seu generandi, quo producitur filius siue verbum: & quasi secũdo procedit actus spirãdi, quo producitur spiritussanctus, qui communis est patri, ac filio. Per eundem etenim actum, quo pater generat filium, communicat ei quicquid habet, præter proprietatem, qua filius habet esse à patre, & non retinet sibi proprium, nisi proprietatem innascibilitatis cum ratione, qua ab ipso est. Sicque communicat ei voluntatem, & actũ volendi, & etiam proprietatem notionalem, fundatam super actum volendi, qua cum patre producit spiritumsanctum ad perficiendum actum voluntatis. Ex parte ergo intellectus considerandum, quomodo vnico verbo producto à patre, perficitur operatio intellectualis in tribus personis, licẽt alij non dicant verbum, & quomodo impossibile est quod dicant. Per quod patebit etiam ex parte voluntatis, quomodo vnico amore procedente producto à patre, & filio, perficitur operatio voluntatis in tribus personis, quamuis spiritussanctus illũ amorem non producat, nec alium immanentem, & quomodo etiam impossibile est, vt producat ipsum spirãdo. Itaque ex parte intellectus ad hęc primo sciendum, quòd potest considerari aut vt simplex natura, aut vt est natura, & operationis intellectualis principium. Primò modo actio notionalis ipsius patris fundata super intellectum dicitur generare: & productum, dicitur filius, quia procedit, vt simile, inquantum natura est principium assimilandi. Secundo modo appellatur dicere, & productum vocatur verbum: quia procedit, vt declaratiuum, & manifestatiuum eius, cui est simile, inquãtum dicere est actus monstrandi. sicque verbum, & filius differunt ratione, ita, vt ratio verbi completiua sit rationis filij. Quod ergo ordine quodam rationis habet intellectus esse in persona prima innascibili, atque in alijs ordine quodam originis, dicũtur dicere, & spirare fundari super actum intelligendi, & volendi. Et licet tres personæ simul naturaliter, & essentialiter intelligunt, eisque conuenit actus intelligendi, super quem fundatur actus dicendi: actus tamen dicendi fundatur super actum intelligendi, vt patris est, Quamuis enim aliquid commune sit pluribus, aliquid tamen conuenit ei, vt est in vno, & non, vt in alio; vel secundum diuersum ordinem consideratum in eo. Cumque soli patri ex se conueniat intelligere, ei soli conuenit dicere ratione suæ primitatis: quia ex se habet diuinam essentiam, eiusque omnia attributa. Vnde fundamentum totius fœcunditatis ad generationem filij; & spirationem spiritussancti, solus pater habet in se, & ex se. Veruntamen quamuis solus pater sic dicat, & generet, tamen actus ille dicendi est perfectiuus totius intellectualis operationis, vt est trium personarum, & declaratiuus, ac manifestatiuus notitiæ simplicis intelligentiæ, vt est trium personarum, ac si à tribus procederet. Procedit namqs ab vno quasi vice trium. Porrò quod dico hoc verbum esse perfectiuum, & declaratiuum simplicis, & essentialis notitiæ, vt est trium personarum, intelligo cũ quodam ordine rationis, quo essentialis notitia est personæ dicentis & aliarum, vt tactum est. simpliciter tamẽ, & absolutè est verbum patris. Sicq; est verbũ omnium diuinarum personarũ, quo ad actũ declarandi, & manifestandi, licèt non quo ad actũ dicendi. Hinc quãuis pater dicat verbum, tres tñ dicunt verbo, & in verbo, alia tñ ratione dicẽdi. Vnde quia non

Vnius tantum filij in diuinis, ratio.

Super qđ fundẽtur dicere, & spirare.

August.

nõ est necessitas ponendi productionem verbi in diuinis. nisi ꝓpter perfectionem operationis intellectualis. & ista perfectio æqualiter fit per vnum verbum, sicut per plura, aut infinita, & per vnum verbum procedens ab vno tantum, quantum si procederẽt à pluribus, ideo soli patri cõuenit dicere verbum ad intra. Hinc Augustinus contra Maximinũ: Filius, inquit, non genuit, non quia non potuit, sed quoniam non oportuit, ideſt non fuit ex impotentia filij, quòd non genuit, quia in filio non fuit aliquis defectus illius potentiæ sed non genuit, quoniam non oportuit, quia pater in hoc quasi præuenit filium, dicendo quasi vice sua, & filij, ac spiritus sancti, verbum quod est sufficiens ad perficiendum intellectualem operationem trium. Sicq; per hoc ꝙ Augustinus ait, non oportuit, innuit ꝙ non accidit filio ex impotentia aliqua, ꝙ non generat: sed quòd ideo non genuit, quia hoc opportunum non fuit, eo quòd sufficit in diuinis generatio filij vnius, quasi filius haberet potentiam, ꝙ posset generare, quam non oporteret eum ad actum deducere, etsi posset. Hæc tamen non implicant, ita quòd potentia ista tunc esset frustra: quia, vt dictum est, non potest deduci ad actum, quod significatur per hoc, quod dicitur, non oportuit: quia si non oportuit, superfluũ, & inconueniens esset. Minimum autẽ inconueniẽs, in Deo est impossibile esse. Et si subtiliter consideretur, est impossibile. Sed si bene inspiciatur, ratio impossibilitatis non oritur ex parte filij, sed ex hoc quòd actus generationis à patre, semper est manẽs in diuina essentia, cum quo actu impossibile est esse alium filium, sicut ostensum est. Sicque impossibilitas ista oritur ex aliquo positiuo circa diuinam essentiam, & non ex aliquo priuatiuo, neque circa filium, neque circa aliquid aliud in diuinis. estque impossibilitas illa propriè impossibilitas immutabilitatis, qualis est omnis impossibilitas, quæ consideratur in Deo secũdum se. Propterea ex parte huius impossibilitatis, accipienda est causa, cur non possint esse plures in Deo: ꝓ simile quoq; ex parte volũtatis, quare non plures spiritussancti. Hæc Hericus.

Nõ impotentia, sed incõgruẽtia filij nõ genuit.

Obiectionis cuiusdam præuentio.

Solutio.

Dionysiꝰ.

¶ Ex cuius dictis ritè pensatis, cõstat ꝙ argumenta in oppositum facta non procedũt. Henricus nãque intendit ostendere, qualiter distinguantur in diuinis intelligere, & velle, prout essentialiter, & notionaliter suscipiuntur: nec vult asserere, ꝙ realiter distinguantur, aut vnũ de alio realiter accipiat notitiam, vel amorem, quemadmodum, nec persona ab essentia. Dicendum quoque, ꝙ intellectus, vt in persona patris existens prætacto modo cõuertit se, & profert verbum tanquàm id, quo fit prolatio, & pater est suppositum proferens. Nec inde consequitur, ꝙ verbum imprimitur i intellectu patris, sed ꝙ intellectus patris, vt fœcũda memoria profert, imò & ex se concipit, & gignit verbum æternum, & in ipso sunt realiter idem potentia, actio, & obiectum: nec intellectus per comparationem ad essentiam, seu obiectum, se habet passiuè, cum sit purissimus actus. Hinc non sequitur ꝙ informetur verbo formaliter, aut sapiat sapientia genita. Nec verum videtur, quòd essentia diuina, seu obiectum, vt intellectui præsens sit memoria, sed (iuxta Philosophũ) intellectus, & memoria intellectualis sunt idem, ita quòd intellectus in actu intelligendi consistens, vel vt specierum intelligibilium tenax, appelletur memoria. Nec etiam verum est, quòd Augustinus dicat verbum ab intellectu non procedere. Imò in libro de Trinitate frequenter testatur, quòd verbum sit ab intellectu procedens.

Defenditur Gãdauus a scoto p Dionysium.

¶ Postremò ex præinductis patet argumentorũ solutio. Cum enim in diuinis dicitur filius per modum naturæ procedere, non distinguitur natura ab intellectu, per quod patet solutio primi. Intellectus quoque non est dignior natura intellectuali, & vi generatiua sic sumpta, per quod patet secundi solutio. Ad tertium respondendum, ꝙ repugnat vnitati diuinæ essentiæ in personis, esse personam nõ dantem alicui ad intra suam essentiam, nec eam ab alia persona accipientem. Ad quartum dicendum, ꝙ pater amat seipsum, & spiritũsanctum essentiali amore. qualiter autem diligat filiũ spiritu sancto, & cur ita dicatur, infra habebitur. Ad quintum patet ex dictis Henrici responsio. & ad sextum similiter. Aliter enim conueniunt patri, aliter filio, & spiritui, bonitas, liberalitas, & consimilia. sunt que in patre ad generandum actiuè suo modo, in filio autem, & spiritusancto ita, quòd per generationem, vel spirationem communicata sunt eis. Omnia tamen hic tacta, infra plenius discutientur, & elucescent.

Solutio argumentorũ quæstionis humanæ p ea torum.

QVAESTIO VII.

SEptimò quæritur, *An diuinæ personæ distinguantur ratione dumtaxat.* ¶ Videtur ꝙ sic, quoniam asserit Damascenus libro primo, Personæ differunt ratione. Et rursus, In creaturis hypostases considerantur re, & commune ipsarum, ratione. In diuino autem esse, est econuerso: quia hypostases considerantur ratione, & ipsum quod est quasi commune, puta essentia, cõsideratur re ipsa: ergo numerus iste est rationis, nõ rei. Secundò, non est intelligibile, ꝙ vnum, & idem plurificetur, & non plurificetur: sed persona, & essentia sunt idem in re. cum ergo non plurificetur essentia, nec persona. Ad istud probandum induci poterunt argumenta, superiùs quinta quæstione huius distinctionis adducta ad probandum, ꝙ cum vnitate, & simplicitate diuinæ essentiæ, stare non queat pluralitas personarum.

Arguitur contra veritatem.

¶ Ad hanc quæstionem Alexander respondet: In diuinis est numerus, atque distinctio personarum, & relationum, non solum rationis, quod necessariũ est supposito ordine originis in diuinis. Præsupposito namque ordine originis, quàm diuina natura habetur in vna persona ab alia, necessariò sequitur differentia secundum relationem & hypostasim: quia habetur in vna persona cum proprietate incommunicabili, & distincta à proprietate, qua habetur ab alia. Hypostasis quippe nil aliud est, q̃ res habẽs naturam sub distincta, & incõmunicabili proprietate.

Alexãder respõdet.

Hypostasis descriptio.

¶ Insuper Thomas in Scripto: Personas, inquit, diuinas dicere sola ratione distingui, hæresim sonat Sabellianam. Idcirco simpliciter est dicendum, ꝙ personarum pluralitas est realis. Quod si obijciatur proprietas nil addit reale super essentiã in diuinis, ergo non facit realem distinctionem. Dicendum ꝙ proprietas personalis seu relatio distinguens, est idem re, quod diuina essentia, sed differens ratione. Ratio verò relationis est, referri ad alterum. Potest ergo relatio in diuinis considerari dupliciter. Primò, per comparationem ad essentiam, & sic est ratio tantum. Secundò, per comparationem ad id, ad quod refertur, sicque per propriã rationem distinguit ab illo. Per comparationẽ autem relationis ad suum correlatiuum distinguuntur personæ, & non per comparationem relationis ad diuinã essentiã: ideo est realis pluralitas. Hæc Thomas.

Thomas

Obiectio.

Dilutio.

Relatio in diuinis dupliciter cõsideratur

¶ His cõsonans Petrus: Relatio, ait, dupliciter dr, aut sola ratione, sicq; relationes differũt ab essentia

Tarãtasiꝰ.

ratione: aut quæ est res quædam, & sic relationes differunt in personis: quoniam comparatæ ad essentiam, relationes idem sunt re, sed differunt ratione, quæ solum est ratio à parte ratiocinantis: comparatæ verò ad obiectum, respectu cuius sunt relationes hoc est, ad suum correlatinum, differunt re: modo quoque habendi se, habentes naturam verissimam, & effectum relationis. Ideo sunt distinctiuæ personarum realiter. Relationis enim oppositio, præsertim secundum originē, requirit suppositorum differentiam Hæc Petrus.

Richard⁹. ¶ Hinc secundum Richardum, Personæ in diuinis sunt distinctæ realiter, tamen secundum rem relatiuam, non absolutam. Res namq; est nomen transcendens, commune ad relatiuum, & absolutum.

Aegidius. ¶ Circa hæc prolixè scribit Aegidius: Esse, inquiens, aliquorum suppositorum tripliciter pluri-
1. ficatur. Primò, ex diuersitatè naturæ. cum enim esse
Esse tripliciter pluri ficatur. sit actus essentię, vel naturæ secundum diuersas naturas, oportet esse diuersa esse. Secundò, ex distantia ipsius esse à natura: quia si esse distat à natura, tunc natura non est suum esse, sed esse quod habet, est esse, qđ acquirit in supposito. Si ergo plura sint supposita, sic propter distantiam, vel differentiam, quam habet esse ad naturam, necesse est ipsum esse
2. plurificari in ipsis. Tertiò, ex diuersitate eorum, quæ in suppositis habent esse. Si enim aliqua sunt in isto supposito, quæ differunt numero ab his, quę sunt in alio supposito, cũ ea, quæ sunt in vno supposito, dicantur vnum numero, vel subiecto, propter vnum esse suppositi: si fuerint aliqua ī vno supposito, quæ differant numero ab his, quæ habent esse in alio supposito, oportet in illis suppositis aliud, & aliud esse reperiri. Si verò essent aliqua plura supposita, in quibus esset vna natura, nec esse differret ab illa, non distinguerentur per ea, quorum ratio acciperetur in eo, quod est esse in supposito. Posset tamen inter ea saluari talis distinctio, ipso esse non plurificato'. Et quia diuina supposita quamuis sint plura, habent tamen eandem naturam propter eorum summā simplicitatem: nec distinguuntur per aliquid, quod sit in vno, & non in alio, sed solum per ad aliquid. ad aliquid autem non habet diuersificare ipsum esse, per se loquendo, cum ratio eius, vt sic, solum in cõparatione ad aliud accipiatur. & quia diuersificatio ipsius esse non potest pluribus accipi modis, diuina supposita secundum se habent idem esse reseruata personali distinctione, cum tota distinctio inter ea ex relatione sumatur, & non ex esse relationis, sed ex ratione relationis, cuius ratio sumitur nõ in eo, quod est esse, sed ad aliud se habere: quæ relatio cum sit originis, & talis relatio sit realis, vt ex quinto Metaphysicæ patet, relatiua supposita p eas possunt distingui, reseruata vnitate esse. Et quoniã in diuinis est idem esse, eademq; natura, constat q̃
Dionys⁹. per rationes naturales humanas probari non põt, impossibile esse, q̃ diuinæ personæ distinguantur realiter nõ re absoluta, sed relatiua. Hæc Aegidius.

¶ Cuius verba sunt cautè sumenda, præsertim qđ ait diuina supposita nõ distingui per aliquid, quod sit in vno, & non in alio, Constat namque quòd pater distinguatur à filio paternitate, quæ est in patre, & non in filio: similiter filius à patre filiatione, quæ est in filio, non in patre. Imò in qualibet diuina adoGãdanus. randa supereſſentiali, & superglorioſa persona, est distinctiua proprietas relatiua, qua differt ab alijs. Veruntamen nihil absolutum est in vna, quod non in alia.

¶ Insuper Henricus quodlibeto loquitur sexto; In eadem natura non possunt esse plura supposita absoluta, nisi participatione illius naturæ, quod impossibile est fieri in deitatis natura: quoniam deitas cum sit singularitas quædam, vt alibi habitum est, nõ potest partiri partitione vniuersalis. Hinc si suppositum innascibile, scilicet pater, dicatur absolutum, sicut Philosophi posuerunt vnum deitatis suppositum, non posset pater esse vnus Deus cum filio, & spiritusancto. Vnde hęretici, vt Arrius, atque Sabellius, qui posuerunt patrem esse suppositum absolutum, necesse habebant errare circa diuinarum distinctionem personarum, vel diuidendo, vel cõfundendo personas. Vnde cum Arrius non potuit ponere plures personas eiusdem essentiæ in Trinitate, posuit filium, & spiritũ alterius naturæ, & esse duas nobilissimas creaturas, quas secundum impium illum pater creauit, & donis gratiæ super cæteras sublimauit. Sabellius verò posuit plures personas in deitatis natura, & cum has voluit ponere absolutas dixit q̃ pater, & filius, & spiritussanctus solo nomine distinguerentur: & quòd Deus, cum vellet, esset pater: cum vellet, esset filius: & cum vellet, esset spiritussanctus. Hæc Henricus.

Deitas impartibilis.

Arrij error.

Sabelij error.

Dionys.

¶ Quocirca sciendum, q̃ reprobissimus Arrius dixit solum filium à patre immediatè esse creatũ, & esse ministrum patris: ac spiritumsanctũ esse creatũ à filio, & filij esse ministrũ, vt Augustinus in libro contra Arrianos, & Leo Papa in homilia, ac Thomas in Summa contra gentiles libro quarto testantur.

Scotus cõtra Gandauum. ¶ At verò Scotus circa dicta Henrici aliter sentit dicendo: Ostendendum esset, q̃ nõ sunt plures personæ non productæ, sed tantum vna. sed hoc mihi difficile. Quidam tamen ostendunt hoc, sicut ostendunt esse vnũ Deum duntaxat, & sicut ostendit deueniendũ esse ad vnam primam causam, & quia oportet in producẽtibus esse statũ. Item confirmãt hoc per Hilarium in lib. de Synodis asserentẽ: Qui confitentur esse plures innascibiles, cõfitentur esse plures Deos. Item sic arguunt: Si essent plures personæ producentes, nõ productæ, aut essent suppositaHilarius. absoluta, aut relatiua: nõ absoluta, qm̃ eadem natura non põt esse in diuersis personis absolutis, nisi diuidatur. Natura aũt diuina nõ potest diuidi, nec plurificari, nec relatiua: quia aut distinguerent relationibus ad producta: quod dici non põt, qm̃ vna generatione ꝓducitur verbũ; nec relationibus ad alios producentes. quia nõ sunt: nec relationibus inter se, quia vna nõ est ab alia: & relationes originis solum distinguunt in diuinis. Sed istæ rationes contra aduersarium necessariò nõ concludunt. Nõ prima, nam dico q̃ non eodem modo ostẽditur status ad vnam primam cãm, & ad vnam primam personam producentem. Ideo enim oportet esse tantum vnam primam causam, quia includit infinitas, & in infinitum plures perfectiones, q̃ quodcunque causatum. sed in producente primo, non est plus perfectionis q̃ in producto. Ad authoritatẽ Hilarij respõderet, q̃ tantum est credita, non probata. Ad aliud diceret, q̃ quãuis sint ibi plura supposita prima absoluta producentia, non producta, nõ sequitur q̃ diuina diuidat natura. Nã modo sunt plures personæ subsistentes, & hoc essentiæ pfectioni, non relationi ascribitur, nec tñ essentia in eis diuidit. Hęc Scotus.

Dionysius cõtra Scotum. ¶ Quocirca vr dicendum, q̃ eisdem rationibus, quibus probat idoneè vnũ esse tantummodo Deũ, & vnam primam cãm, efficaciter comprobatur, q̃ non sit nisi vna persona diuina producens, non producta: quia in omni pluralitate, ordine, ac multitudine, necesse est deuenire ad vnum simpliciter primum,

mũ, in quo verè & absolutè est status. Quod Aristoteles, cęteriq; Philosophi satis demonstrauerunt, &
Proclus. Proclus Platonicus in elementatione sua Theologica ex doctrina Platonis per multa Theoremata ostẽdit, q̃ omnis multitudo procedit ab vno, & tota vniuersitas ab vno profluxit. quod & in libro de Causis clarè probatur. Insuper, quãuis prima causa sit infinitè perfectior omni causato, non tñ ex hoc solo ostenditur, q̃ sit vna duntaxat prima causa: imò eo ipso, quo Deus est infinitæ perfectionis, impossibile est duas esse personas in diuinis, quarũ nulla sit ab alia, aut quarum vna ab alia nõ emanet, vt alibi sæpè ostensum est. Authoritas quoq; Hilarij non solum in fide, sed & in ratione fundatur. Postremò, quãuis diuinæ essentiæ perfectioni attribuatur cõmunicabilitas, & posse esse in pluribus sine sua multiplicatione: tamẽ distinctio, determinatio, & numerus personarum ex relationibus originis necessariò sumitur, iuxta dicta sanctorum, Augustini, Boetij, & Anselmi, vt infra magis patebit. Idcirco diuina natura in personis pluribus absolutis sine sua diuisione esse non posset. Hæc tantũdem nũc breuiter tetigisse sufficiat, qm̃ infra clariùs innotescent.

Ad 1. instã tiam. ¶ Ad primam ergo instantiam in principio quæstionis factam, respõdet Thomas, q̃ Damascenus sumit nomen rationis pro relatione. Alexander verò
Ratio sumitur dupliciter. pleniùs soluens: Ratio, inquit, duobus modis accipitur. Primò, pro ratiocinatione, quę est in collatione intellectus. Dum enim intellectus sumit rem absolutè, dr̃ intelligere: sed dum cõfert vnum alteri, dr̃ ratiocinari. Si itaq; ratio dicatur ipse motus, vel acceptio rei ab aĩa in collatione, ita à Damasceno nõ sumit. Secundò dr̃ ratio ipsum acceptum à ratione, seu intellectu conferente, quemadmodum vniuersale dr̃ ratio singularium. sicq; ratio est res accepta, & sic personæ differunt ratione, ideſt relatiua proprietate, quia earum distinctio accipitur in collatione, & relatione vnius ad aliam, scilicet patris ad filium, & econtra. Ad secundam respõdet Aegidius,Ad 2. non esse inconueniens q̃ vnum, & idem in re aliter & aliter consideratum, & sumptum, & ad distincta cõparatum, plurificetur, & non plurificetur, sicut, & in creaturis ſpecies prædicatur de indiuiduo, & est realiter idem cum eo, & tñ plurificatur in ipsis suppositis. Thomas quoq; respondet, q̃ essentia, & persona differunt ratione: ideo persona põt multiplicari sine multiplicatione essentiæ, sicut, & contra rationem personæ est, vt communicetur, non cõtra rationem essentiæ. Insuper, quidam dicunt, q̃ quin-
Quinque modi differẽtiarũ in diuinis. que modis ponitur differentia in diuinis. Primò, secundũ modũ essendi, vt inter Deum, & creaturas. secundũ existendi, ideſt secundum diuersum modũ obtinendi eandem naturam. sicq; alio modo habet naturam diuinam filius, alio modo spiritussanctus. Tertiò, secundũ diuersum modum se habendi. sicq; differunt essentia, & persona: quia essentia habet se, ac dicitur absolutè, persona relatiuè. Quartò, secundum modum significandi. & sic differunt in diuinis abstractum, & concretum. Quintò, secundum modum intelligendi. sicque differunt inter se essentialia & attributa.

QVAESTIO VIII.

Octauò quæritur, *An Magister in litera ex scripturis veteris testamenti idoneè probet plura litatem, ac Trinitatem personarum esse in Deo.* ¶ Videtur
Gene. 1. q̃ non, quia allegat illud Geneſis, In principio creauit Dens cœlum, & terram, atque pro eo quod habemus Deus, dicit in Hebræo haberi Elohim, quod est plurale huius nominis El, vel Elohi. Obiectio 1. cõtra veritatem. Gene. 1. Sicque tantum est dicere, In principio creauit dij. Vnde per coniunctionem suppositi pluralis numeri cum appositio numeri singularis, videtur in Deo quædam insinuari pluralitas personarum. Sed contra istam probationem arguitur, quia secundum quosdam Hebræos quando hoc nomen Elohim ꝑ vero Deo accipitur, semper singulariter sumitur: quando autem ponitur pro Deo impropriè dicto, indifferenter accipitur pro plurali, aut singulari. Præterea intentio Moysi fuit, populum Iudæorum ad Idololatriam pronum reuocare ad fidem, & cultum vnius veri Dei. Non ergo probabile est, quòd in exordio Geneſis volens docere mundum ab vno Gene. 1. Deo creatum, vsus sit nomine numeri pluralis. Insuper, cum moris sit sublimium personarum, de se pluraliter loqui, vt cum in libro Esther Ahasuerus Esther. 13. Rex ait de se, Nos euidentes &c. non apparet quòd posit in Deo probari pluralitas personarum, eo quòd dixerit, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Insuper quidam Hebræi dicunt scripturam sic loqui ad innuendum pluralitatem absolutarum proprietatum, in quibus Deus cõdidit vniuersa, videlicet bonitatem, sapientiam, & omnipotentiam eius.

Responsio ad obiectiones. ¶ Sed respondendum quòd probationes Magistri ex verbis sanctorum acceptæ, sunt bonæ, quãuis obstinati, incredulique Iudæi prætactas confingunt solutiones. Quarum falsitas declaratur, quia hoc nomen Elohim in scripturis veteris testamenti frequenter positum reperitur de Deo vero pluraliter, quoniam adiectiuis pluralis numeri coniungitur, sicut dum in Ieremia legitur, Peruertistis verIere. 23. ba Domini Dei vestri. Vbi veritas habet Hebraica, Peruertistis verba Elohim haim, ideſt deorum viuentium. & additur ibi in singulari, Domini exercituum: pro quo in Hebræo ponitur hoc nomen Dei τετραγράμματον, quod secundum Rabbi Moy Rabbi Moyses. sen aliosque Hebræos, significat diuinam essentiã pure è sine comparatione ad extra, videlicet secundum proprietates eius intrinsecas. Conformiter se-2. Reg. 7. cundo Regum, quo ait scriptura: quæ est gens vna in terra, vt populus tuus Israel, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum? in Hebræo habetur; Quis, vt populus tuus gens vna in terra, propter quam iuerunt Elohim ad redimendum sibi? vbi hoc nomen Elohim sumptum pro vero Deo, coniungitur pluralis numeri verbo. Multæ sunt tales veteris testamenti locutiones. Cumq; intentio Moysi, & Prophetarum fuerit, filios Israel ad vnius veri Dei cognitionem, amorem, & cultum inducere, nequaquam vsi sunt tali modo loquendi sine grandi mysterio, vt scilicet insinuarent in simplicitate diuinæ naturæ esse personarum distinctionem. Ad quod probandum, possunt præter authoritates à Magistro in litera tactas, alia q̃ plura testimonia intrudùci, vt est illud Prouerbio-Prou 30. rum: Quis ascendit in cęlum, atque descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit aquas quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos terræ? quod nomen est eius? & quod nomen filij eius, si nosti? Illud quoque in Psalmo, Psal 103. Dixit Dominus Domino meo, translatio Chaldaica apud Hebræos authentica, habet: Dixit Dominus verbo suo. vbi paulòpost subditur, Tecum Ibidem. principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum. ex vtero ante luciferum genui te. In quibus verbis, verbum seu filius Dei ex vtero (i. ex cor-

de

de patris) genitum perhibetur, quemadmodum pater in alio loquitur Psalmo: Eructauit cor meũ verbum bonum. In quo etiam psalmo deitas patris, ac filij euidenter insinuatur, cũ dicitur: Sedes tua Deus in seculum seculi. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ particibus tuis. Vbi in Græco hoc nomen Deus primo positum, in vocatiuo exprimitur casu, διατοῦτοέχρισέσε ὁ θεὸς ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. tanquàm sic diceretur, Propterea vnxit te ò Deus, Deus tuus. Sicque personalis distinctio inter Deum, & Deum, ibidẽ insinuatur. Amplius in Isaia sic legitur: Ego primus, & ego nouissimus. Et nunc dominus misit me, & spiritus eius. In quibus verbis persona filij designatur, cum dr: Ego primus, & ego nouissimus. Persona vero patris, cum subditur: Et nunc Dns misit me. Persona quoq; spiritussancti, cũ sequitur: Et spiritus eius. De quo itẽ spiritu ait filius per Isaiam, Spiritus Dni super me, eo ꝙ vnxerit me. Et de eodem spiritu ferẽ in psalmo. Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuam ne auferas à me. Has, atque consimiles authoritates, cõtestationesq; legis, ac pphetarũ, diffusiùs introduxi in Dialogion de fide Catholica.

Psal. 44.
Ibidem.
Isaia 48.
Isaia 61. Lucæ 4. Psal. 50.

Trinitatẽ 3. modis scriptura insinuat.

¶Postremò, secundum Richardum, Trinitas personarum octo modis in scripturis insinuatur. Primò, per significationem principalem, vt apud Matthæum: Baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Secundò, per numeri consignificationem, vt in Genesi: Faciamus hominem ad imaginẽ, & similitudinem nostram. Tertiò, per terminorum suppositionem, vt in Ecclesiastico: Ego ex ore altissimi prodiui &c. Quartò, per connotationem noĩe imaginis, quia secundum Hilariũ, Imago connotat respectum personarum adinuicẽ. Quintò, per verborum ordinẽ, vt ĩ Psalmo: Benedicat nos Deus Deus noster, & Benedicat nos Deus. Sextò, per Trinam replicationem Isaiæ: Sãctus Sanctus Sãctus. Septimò, per operum appropriationẽ, vt in Genesi: In principio creauit Deus cœlum, & terrã. Octauò, per constructionis habitudinẽ differentẽ, vt est illud ad Romanos: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Matt. 28.
Gene. 1.
Eccl. 24.
Psal. 66. Isaiæ 6.
Gene. 1.
Rom. 11.

A *Incipit ostendere, quomodo per creaturam potuerit cognosci creator. Distinctio III.*

De Trinitate, & vnitate secundũ qđ creditur per rationẽ intelligitur. Rom. 1. c. Roma. 1. b

POstolus nanq; ait, ꝙ inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quę facta sunt, intellecta, conspiciunt. sempiterna quoq; virtus eius, & diuinitas. Per creaturam mundi, intelligitur homo, pp excellentiã, qua excellit inter alias creaturas, vel pp conueniẽtiam, quam hẽt cum omni creatura. Homo ergo inuisibilia Dei intellectu mentis conspicere potuit, vel ẽt cõspexit per ea, quę facta sunt, i. per creaturas visibiles, vel inuisibiles. A duobus. n. iuuabat, s. à natura, q̃ rõnalis erat, & ab operibus à Deo factis, vt manifestaret hoĩ veritas, Ideoq; Apostolus dixit, quia Deus reuelauit illis, s. dũ fecit opera, in qbus artificis aliquatenus relucet indicium.

B *Prima ratio, vel modus quomodo potuit cognosci Deus.*

Ambrosi. super epistolam ad Rom. c. 1.

Nam * sic ait Ambrosius: vt Deus qui narura inuisibilis est, etiam à visibilibus posset sciri: opus fecit quod opificem visibilitate sui manifestauit, vt per certum incertũ posset sciri: & ille Deus omnium esse crederetur, qui hoc fecit, quòd ab homine impossibile est fieri. Potuerunt ergo cognoscere siue cognouerunt, vltra omnem creaturam esse illum, qui ea fecit, quæ nulla creaturarum facere, vel destruere valet, accedat quæcunque vis * creatura, & faciat tale cœlum, & terram, & dicam quia Deus est. Sed quia nulla * creatura talia facere valet, constat super omnem creaturam esse illum, qui ea fecit, ac per hoc illum esse Deum humana mens cognoscere potuit.

* ſicut.
* creata
* vis creata.

C *Secunda ratio qua potuit cognosci, vel modus quo nouerunt.*

Aug. li. 8. de ciu. Dei ca. 6. a

Alio etiam modo Dei veritatem ductu rationis cognoscere potuerunt, vel etiam cognouerunt. Vt enim Augustinus ait in octauo de ciuitate Dei: Viderunt summi Philosophi nullum corpus esse Deum, & ideo cuncta corpora transcenderunt quærentes Deũ. Viderunt etiam quicquid mutabile est, non esse summum Deum, omniumq; principiũ: & ideo omnem animam, mutabilesq; Spiritus transcenderunt. Deinde viderunt omne quod mutabile est, non posse esse, nisi ab illo, qui incõmutabiliter, & simpliciter est. Intellexerunt ergo eum, & omnia ista eum fecisse, & à nullo fieri potuisse.

Isaia 40.

D *Tertia ratio, vel modus.*

Aug. li. 8. de ciu. Dei ca. 6. b

Considerauerunt etiã, quicquid est in substantijs, vel corpus esse, vel spiritũ: meliusq; aliquid spiritum esse, quam corpus: sed longè meliorem, qui spiritum fecit, & corpus.

E *Quartus modus, vel ratio.*

Ibidẽ vbi supra.

Intellexerunt etiã corporis speciem esse sensibilem, & spiritus speciem intelligibilẽ: & intelligibilem speciẽ sensibili prætulerunt. Sensibilia dicimus, quę visu, tactuq; corporis sentiri queũt. Intelligibilia, quæ conspectu mentis possunt intelligi. Cum ergo in eorum cõspectu, & corpus, & ajus, magis minusq; speciosa essent, si autem omni specie carere possent, oĩno nulla essent: viderunt esse aliquid, quo illa speciosa facta sunt, * vbi est prima, &

* vt

ma & incommutabilis species, ideoq; incomparabilis. Et illud esset rerum principium rectissimè crediderũt, quod factum non esset, & ex quo cuncta facta essent. Ecce tot modis potuit cognosci veritas Dei. Cum ergo Deus vna sit & simplex essentia, quę ex nulla diuersitate partium vel accidentium consistit, pluraliter tamen dicit Apostolus, Inuisibilia Dei, qui pluribus modis cognoscitur veritas Dei per ea, quæ facta sunt. Ex perpetuitate nanq; creaturarum intelligitur conditor æternus: ex magnitudine creaturarũ, omnipotens: ex ordine & dispositione, sapiens: ex gubernatione, bonus. Hęc autem omnia ad vnitatem deitatis pertinent monstrandam.

Roma. 1.

F

Quomodo in creaturis appareat vestigium trinitatis.

Aug. li. 6. de Trinita cap. 10.

Nunc restat ostendere, vtrũ per ea, quæ facta sunt aliquod trinitatis indicium, vel saltem vestigiũ exiguũ haberi potuerit. De hoc Augustinus in libro sexto de Trinitate ait: Oportet vt creatorem per ea, quæ facta sunt, intellectu consp icientes, trinitatẽ intelligamus. Huius enim trinitatis vestigium in creaturis apparet. Hæc enim quæ arte diuina facta sunt, & vnitatem quandam in se ostendunt, & speciem & ordinem. Nã quodq; horũ creatorũ & vnum aliquid est, sicut sunt naturę corporũ & ingenia animarũ: & aliqua specie * formatum, sicut sunt figuræ vel qualitates corporũ, ac doctrinæ, vel artes animarum: & ordinem aliquẽ petit aut tenet, sicut sunt pondera vel collocationes corporum, & amores, vel delectationes animarũ. Et ita in creaturis prælucet vestigiũ trinitatis. In illa enim trinitate, summa origo est omnium rerum, & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. Summa autẽ origo (vt Augustinus ostendit in libro de vera religiõe) intelligit deus pater, à quo sunt omnia, à quo filius, & spirictussanctus. Perfectissima pulchritudo intelligit filius, scilicet veritas patris, nulla ex parte ei dissimilis: quem cũ ipso & in ipso pr̃e veneramur, quæ forma est oĩm, quæ ab initio facta sunt, & ad vnũ referunt. Quæ tñ omnia nec fierent à patre per filiũ, neq; suis finibus salua essent, nisi deus suumme bonus esset: qui & nulli naturæ ab illo bona esset, inuidit: & vt in bono ipso maneret, alia quantum vellet, alia quantũ posset, dedit. Quæ bonitas intelligit spiritussanctus, qui est donũ patris & filij: quare ipse donum dei cum patre & filio æquè incõmutabile, colere & tenere nos cõuenit. Per considerationẽ itaq; creaturarum, vnius substantiæ trinitatem inrelligimus, scilicet vnũ deum patrem, à quo sumus: & filium, per quem sumus & spiritum sanctum, in quo sumus: scilicet principium ad quod recurrimus, & formã, quam sequimur, & gratiam, qua recõciliamur: vnum scilicet, quo autore conditi sumus: & similitudinem eius, per quã ad vnitatem reformamur: & pacem, qua vnitati adhæremus, scilicet deũ qui dixit, Fiat: & verbũ, per qđ factũ est omne, quod substãtialiter & naturaliter est: & donũ benignitatis eius, qua placuit qđ ab eo per verbũ factũ est, & reconciliatũ est autori, vt non interiret. Ecce ostẽsum est qualiter in creaturis aliquatenus imago trinitatis indicatur. Non enim per creaturarũ cõtemplationem sufficiẽs notitia trinitatis potest haberi vel potuit, sine doctinæ vel interioris inspirationis reuelatione. Vnde illi antiqui philosophi quasi per vmbram & de longinquo viderunt veritatẽ, deficientes in cõtuitu trinitatis, vt magi Pharaonis in tertio signo. Adiuuamur tamẽ in fide inuisibilium per ea, quæ facta sunt.

* formatur.

Au. de vera religiõe c. 43. 255. d.

Exodi. 8.

G

Quomodo in anima sit imago trinitatis.

Aug. li. 14. de Trinit. cap. 8.

Nunc vero ad eam iam perueniamus disputationẽ, vbi in mente humana, quæ nouit deũ, vel potest nosse, trinitatis imaginem reperiamus. Vt enim ait Augustinus in decimo quarto libro de Trinitate: Licet humana mens non sit eius naturæ cuius deus est, imago tamen illius, quo nihil melius est, ibi q̃renda, & inuenienda est, quo natura nostra nil habet melius, id est, in mente. In ipsa etiã mente antequam sit particeps dei, eius imago reperit. etsi enim amissa dei participatione deformis sit, imago dei tamen pmanet. Eo enim ipso imago dei est mens, quo capax eius est, eiusq; particeps esse potest. Iam ergo in ea trinitatem, quæ deus est, inquiramus. Ecce enim mens meminit sui, intelligit se, diligit se. Hoc si cernimus, cernimus trinitatem: nondũ quidem deum, sed imaginem dei. Hic enim quædam apparet trinitas, memoriæ, intelligentiæ, & amoris. Hæc ergo tria potissimum tractemus, memoriam, intelligentiam, voluntatem. Hæc ergo tria (vt Augustinus ait libro decimo de Trinitate) non sunt tres vitæ, sed vna vita: nec tres mentes, sed vna mens, vna essentia, Memoria vero dicitur aliquid: & intelligentia, & voluntas siue dilectio simpliciter ad aliquid dicitur: uita vero dicitur ad seipsam, & mens, & essentia. Hæc ergo tria eo vnum sunt, quo vna vita, vna mens, vna essentia: & quicquid aliud ad seipsa singula dicuntur, etiam simul non pluraliter, sed singulariter dicuntur. Eo vero tria sunt, quo ad se inuicem referuntur.

Aug. li. 10. de Trini. cap. 11. a

Subtilissima & congrua similitudo.

Quando

H

Quomodo æqualia sint, quia capiuntur à singulis omnia, & tota.

Aug.li.10. de Trinit. ca.11 d

Hic ostendit quomodo oĩa a singulis capiũtur.

Aequalia etiam sunt,non solũ singula singulis,sed etiam singula oĩbus:alioquin non se inuicem caperent,se aũt inuicem capiunt.Capiuntur.n.& à singulis singula,& à singulis omnia.Memini enim me habere memoriã,& intelligentiã,& voluntatem, & intelligo me intelligere,& velle,atq; meminisse,& volo me velle,& meminisse,& intelligere.

I

Quomodo tota illa tria memoria capiat.

Aug. li.10. de Trinit. cap.11. d

Totamque meam memoriam,& intelligentiam,& voluntatẽ simul memini. Quod enim memoriæ meæ non memini, illud non est in memoria mea:nihil autem tã in memoria est,quàm ipsa memoria,totam ergo memini. Item quicquid intelligo,intelligere me scio: & scio me velle,quicquid volo:quicquid autem scio,memini. Totam ergo intelligentiam,totamque voluntatem meam memini.

K

Quomodo illa tria tota capiat intelligentia.

Idem vbi supra.

Similiter cum hæc tria intelligo,tota simul intelligo.neq; enim quicquam intelligibilium est,quod nõ intelligam,nisi quod ignoro. Quod aũt ignoro,nec memini,nec volo. Quicquid ergo intelligibilium non intelligo,consequenter etiam,nec memini,nec volo. Quicquid ergo intelligibilium memini,& volo,consequenter intelligo.

L

Quomodo illa tota capiat voluntas.

Aug.li.10. de Trinit, cap.11. a

Voluntas etiam mea totam intelligentiam, totamq; meam memoriam capit, dum vtor toto eo,quod intelligo,& memini. Cum itaq; inuicem à singulis,& omnia,& tota capiantur,æqualia sunt tota singula totis singulis,& tota singula simul omnibus totis:& hæc tria vnum,vna vita,vna mens,vna essentia.Ecce illius summæ vnitatis,atque Trinitatis,vbi vna est essentia, & tres personæ,imago est humana mens,licet impar.Mens autem hic pro animo ipso accipitur,vbi est illa imago Trinitatis. Propriè vero mens dr(vt ait Augustinus)nõ ipsa anima,sed quod in ea est excellentius,qualiter sæpè accipitur.Illud etiam sciendum est,ꝙ memoria non solũ est absentium,& præteritorum,sed ẽt præsentium,vt ait Augustinus in decimoquarto libro de Trinitate. alioquin nõ se caperet.

Mens pro priè quod dicatur. Aug. li.14. de Trinit. cap.11.a

M

Ex quo sensu illa tria dicantur esse vnum, & vna essentia, quæritur.

Dubium.

Hic attendendum est diligenter, ex quo sensu accipiendum sit, quod supra dixit illa tria,scilicet memoriam,intelligentiam,& voluntatem,esse vnum,vnam mentẽ,vnam essentiam:quod vtique non vr esse uerum iuxta proprietatẽ sermonis.Mens enim,idest, spiritus rationalis,essentia est spiritualis,& incorporea. Illa uero tria,naturales proprietates seu uires sunt ipsius mentis,& à se inuicem differunt:quia memoria non est intelligentia,uel uoluntas,nec intelligentia uoluntas siue amor.

N

Quod etiam ad se inuicem dicuntur relatiuè.

Aug. li. 9. de Trinit. cap.3. b

Et hæc tria etiam ad seipsa referuntur, ut ait Augustinus in nono libro de Trinitate: Mens enim amare seipsam,vel meminisse nõ põt,nisi etiam nouerit se.Nam quomodo amat,vel meminit qđ nescit?Miro itaq; modo tria ista inseparabilia sunt à seipsis: & tamen eorum singulũ, & simul omnia, vna essentia est,cum & relatiuè dicãtur ad inuicẽ.

Hic aperitur, quod supra quærebatur, scilicet quomodo hæc tria dicantur vnum.

O

Solutio dubij. Aug. li. 9. de Trinit. cap 4. d Aug li 15. cap.20. b

Sed iam videndum est,quomodo hæc tria dicantur vna substantia.Ideo scilicet,quia in ipsa anima vel mente substantialiter existunt, non sicut accidentia in subiectis, quæ possunt adesse,vel abesse.Vnde Augustinus in nono libro de Trinitate ait:Admouemur si vtcunque videre possumus hæc in animo existere substantialiter,non tanquã in subiecto,vt color in corpore:quia etsi relatiuè dicuntur ad inuicem, singula tamen substãtialiter sunt in substantia sua.Ecce ex quo sensu illa tria dicantur esse vnum,vel vna substãtia.Quæ tria (vt Augustinus ait in decimoquinto libro de Trinitate) in mente naturaliter diuinitùs instituta, quisquis viuaciter perspicit,& quàm magnum sit in ea,vnde potest etiam sempiterna,immutabilisq; natura recoli, conspici, concupisci (reminiscitur enim per memoriam,intuetur per intelligentiam,amplectitur per dilectionem) profecto reperit illius summæ Trinitatis imaginem.

P

Quod in illa similitudine est dissimilitudo.

Veruntamen caueat,ne hanc imaginem ab eadem Trinitate factam ita ei comparet, vt

vt omnino existimet similem,sed potiùs in qualicunque ista similitudine magnã quoque dissimilitudinem.

Q

Prima dissimilitudo.

Quod breuiter ostendi potest. Homo vnus per ista tria meminit,intelligit,diligit:qui nec memoria est,nec intelligentia,nec dilectio,sed hæc habet. Vnus ergo homo est, qui habet hæc tria,non ipse est hæc tria.In illius vero summa simplicitate naturæ,quæ Deus est, quamuis vnus sit Deus, tamen tres personæ sunt, pater, & filius,& spiritussanctus: & hæ tres personæ sunt vnus Deus. Aliud est itaque Trinitas res ipsa,aliud imago Trinitatis in re alia: propter quam imaginem, etiam illud,in quo sunt hæc tria,imago dicitur, scilicet homo.Sicut imago dicitur,& tabula,& pictura,quæ est in ea:sed tabula nomine imaginis appellatur, propter picturam,quæ est in ea.

Quod propter illa tria homo dicitur imago.

R

Altera dissimilitudo.

Rursus ista imago,quæ est homo habens illa tria,vna psona est:illa verò Trinitas non vna persona est, sed tres personæ: pater filij,& filius prĩs,& spiritus prĩs,& filij. Itaque in ista imagine Trinitatis non hęc tria vnus homo,sed vnius hoĩs sunt.In illa verò summa Trinitate,cuius hæc imago est:non vnius Dei sunt illa tria,sed vnus Deus:& tres sunt illæ personæ, non vna persona. Illa .n. tria non homo sunt,sed hoĩs sunt,vel in hoĩe sunt. Sed nunquid possumus dicere Trinitatem sic esse in Deo, vt aliquid Dei sit, nec ipsa sit Deus? Absit,vt hoc credamus.Dicamus ergo in mẽte nostra imaginẽ Trinitatis,sed exiguã,& qualemcunq; esse:quę summę Trinitatis ita gerit similitudinẽ,vt ex maxima parte sit dissimilis.Sciendũ verò est,ꝙ hęc Trinitas mẽtis(vt ait Augustinus in decimoquarto lib.de Trinitate)non ppea tantũ imago Dei est,quia sui meminerit mẽs,& intelligit, ac diligit se:sed quia potest ẽt meminisse, & intelligere,& amare illum à quo facta est.

Quæstio.

Solutio.

Aug. li.14. de Trinit. ca.12. a

S

Alia assignatio Trinitatis in anima, scilicet mens, notitia, amor.

Potest etiam alio modo, alijsq; nominibus distingui Trinitas in anima, quæ est imago illius summæ,& ineffabilis Trinitatis. Vt enim ait Augustinus in nono libro de Trinitate: Mens,& notitia eius,& amor,tria quædam sunt. Mens enim nouit se,& amat se: nec amare se potest,nisi etiam nouerit se.Duo quædam sunt mens,& notitia eius.Item duo quædam sunt mens,& amor eius.Cum ergo se nouerit mens,& amat se,manet Trinitas,scilicet mens, amor,& notitia. Mens autem hic accipitur non pro anima,sed pro eo,quod in anima excellentius est.Hæc autem tria cum sint distincta à se inuicem:dicũtur tamen esse vnum: quia in animo substantialiter existunt.

Aug li. 9. de Trinit. c. 4. c.

Aug. li. 9. De Trinit. cap.3 c Item c 4.c Quomodo ea dicuntur esse vnum.

T

Quomodo mens vice patris, notitia filij, amor spiritus sanctus accipitur.

Et est ipsa mens quasi parens, & notitia eius quasi proles eius. Mens enim cum se cognoscit, notitiam sui gignit, & est sola parens suæ notitiæ. Tertius est amor, qui de ipsa mente,& notitia procedit,dum mens cognoscens se,diligit se.Non enim posset se diligere,nisi cognosceret se. Amat etiam placitam prolem,idest,notitiam suã:& ita amor, quidam complexus est parentis, & prolis.

V

Quod non est minor mente notitia, nec amor utroque.

Nec est minor proles parente,dum tantam se nouit mens quanta est:nec minor est amor parente, & prole, idest, mente,& notitia,dum tantum se diligit mens,quantum se nouit,& quanta est.

X

Quod hæc tria in seipsis sunt.

Sunt etiam hæc singula in seipsis:quia,& mens amans in amore est,& amor in amantis notitia, & notitia in mente noscente est. Ecce in his tribus qualecunque vestigium Trinitatis apparet.

Y

Quomodo mens per ista proficit ad intelligendum Deum.

Mens itaque rationalis considerans hæc tria, & illã vnam essentiam, in qua ista sunt, extendit se ad contemplationem creatoris:& videt vnitatem in Trinitate, & Trinitatẽ in vnitate.Intelligit enim,vnum Deum esse,vnam essentiam,vnum principium.Intelligit enim, quia si duo essent,vel vterque insufficiens esset, vel alter superflueret: quia si aliquid deesset vni,quod haberet alter, non esset ibi summa perfectio. Si verò nihil vni deesset,quod haberet alter, cum in vno essent omnia, alter superflueret. Intellexit ergo vnum esse Deum, vnum omnium autorem: & vidit quia absque sapientia non sit,quasi res fatua: & ideo intellexit eum habere sapientiam, quæ ab ipso genita est: & quia sapientiam suam diligit, intellexit etiam ibi esse amorem.

Hic

Hic de summa Trinitatis unitate.

Z Quapropter iuxta istam considerationē (vt ait Augustinus in nono lib.de Trinitate)
cap. 1. credamus pr̄em,& filium,& spiritū sanctum vnum esse Deum, vniuersæ creaturæ conditorē,& rectorem:nec pr̄em esse filiū,nec spiritum sanctum, vel pr̄em esse,vel filiū, sed
Augustin. ca. 1. & 9. Trinitatem relatarum adinuicem personarū.Vt.n.ait ipse in libro de fide ad Petrū,Vna est natura siue essentia pr̄is,& filij,& spiritussancti,non vna persona.Si.n.sic esset vna persona,sicut est vna substātia pr̄is,& filij,& spiritussancti,veraciter Trinitas nō diceretur. Rursus quidē Trinitas esset vera,sed vnus Deus Trinitas ipsa non esset,si quemadmodū pr̄,& filius,& spiritussanctus personarū sunt ab inuicem proprietate distincti,sic fuissent quoq; naturarum diuersitate discreti.Fides aūt Patriarcharū,Prophetarū,atq; Apostolorum,vnū Deū prædicat Trinitatem esse. In illa ergo sancta Trinitate vnus est Deus pr̄, qui solus essentialiter de se ipso filiū vnum genuit:& vnus filius est,qui de vno pr̄e solus essentialiter natus est: & vnus spiritussanctus, qui solus essentialiter à pr̄e,filioq; procedit. Hoc aūt totum non pōt vna persona.i.gignere se, & nasci de se,& procedere de se.
Augustin. cap. 1. Vt.n.ait Augustinus in primo libro lib.de Trinitate,Nulla res est,q̄ seipsam gignat vt sit.

Expositio huius tertiæ Distinctionis.

Summa distinct. 3. IN Hoquam determinauit Magister de summa Trinitate,eiusq; unitate, prout credit: hic tractat de ea, prout aliqualiter per rationes naturales,aut similitudines intelligitur.Et diuidit prima pars huius distinctionis in quatuor, ſm quod quatuor rationes inducit ex uerbis sanctorū,præcipuè Augustini. Itaq; ait:[Apostolus namq; ait] ad Romanos 1. Interponit aūt Magister coniunctionē hanc,namq;:quia in fine p̄cedentis distinctionis disseruit rationibus, cōgruisq; similitudinibus ita esse .i. Deū esse unum, ac Trinū,prout infirmitas nr̄a ualet, ostendamus. [Apostolus namque ait:Inuisibilia Dei] .i. inuisibiles Dei proprietates,p̄sertim absoluta,& essentialia attributa,ut bonitas,sapiētia,oīpotentia,immutabilitas, æternitas, [à creatura mundi] .i. ab homine [per ea,quæ facta sunt] .i. per res creatas,ordinemq; earū,& proprietates. [intellecta conspiciuntur].i.mente aliqualiter cognoscuntur[sempiterna quoq; uirtus eius].i.eterna potestas,[& diuinitas].i.diuina,& increata essentia,quæ à proprietatibus:& attributis oīpotentia, seu uirtute sua non realiter,sed sola ratione distinguit, ut distinctione patuit p̄cedente. Deniq; huic auctho
Sapien. 13. ritati Apostoli consonat illud Sapientiæ: Vani sunt oēs homines,quibus nō subest scientia Dei;& ex his quæ uidentur bona, nō potuerunt intelligere eum qui est.A magnitudine enim speciei creaturæ potest creator horū intelligibiliter cognosci.Hinc docuerunt Philosophi, q̄ sicut causa cognoscitur per effectū,sic creator,seu prima causa, per mundū,& creaturas, q̄n omnis effectus est quædā participata suæ causæ similitudo.Sic & oīs creatura radius quidam
Proclus. est sui creatoris. Vnde & Proclus in clementatione sua Theologica loquitur:Omnis processus secūdorum à primo per similitudinem quandam efficitur. Atque ait Philosophus causa producit simile sibi.
Homo cur mūdi creatura vocetur. Propter quod dispositio, proprietas seu perfectio causæ,in suo effectu aliquo modo relucet. ¶Consequēter tāgit Magister duas rationes,cur homo creatura mundi uocetur. Prima est p̄ excellētiam qua excellit inter alias creaturas, pecūfertim non intellectuales.unde Psalmista loquitur Deo: Omnia subiecisti sub pedibus eius Secunda est,p̄ conuenientiā
Psal. 8. Dionysius martyr. quam habet cum omni creatura. Quemadmodum enim diuus Dionysius libro de diuinis nominibus, & Gregorius in homilia testantur, homo cū rebus inanimitatis cōuenit in esse: cū uegetabilibus, in generare.& crescere:cū brutis,in sentire: cū Angelis, & Deo,in intelligere,& uelle. Idcirco ait Saluator: Prædicate Euangelium oī creaturę:i.omni homini.

Gregor. 2. Marc. 16. Obiectio prima.

¶Sed obijci potest,quoniam Angelus est excellētior homine,iuxta illud Psalmi: Minuisti eum paulominùs ab Angelis. ergo Angelus magis,quàm homo per creaturam mūdi intelligeretur. Insuper Angelus est signaculum similitudinis Dei, homo autē ad imaginem Dei est factus.Sed ut ait Gregorius in homilia de Angelis, maiorē similitudinem designat signaculum quàm imago.

Psal. 8. Iezech. 28 Gregor. hom. 34.

¶Præterea prima ratio cur homo creatura mundi uocatur,non uidetur soli homini conuenire, q̄a & Angelus cum oībus cōuenientiam habet. Etenim cum elementis,& mixtis,ut sunt mineralia,hēt esse: cum arboribus uiuere:cum brutis,sensibiliū cognitionem:cum Deo atq; hominibus,intelligere.

Dilutio 1. Homo cōsideratur triplici-- ter.

¶Ad primùm horū rndet Albertus,q̄ homo considerat tripliciter. Primò ſm reputationem diuinā, sicq; est creaturarū dignissima, q̄n Deus naturam humanā assumpsit ad hypostaticum esse diuinū.Secundò,quantum ad propriā naturam, sic minor est Angelo. Tertiò per respectum ad ultimum finē, sic æqualis est Angelo, q̄n ad eandē supernaturalē beatitudinē est cōditus,iuxta illud Matthæi: Erūt hoīes sicut Angeli Dei in cœlo. In Deuteronomio quoq; ſm translationem antiquam dr̄: Statuit Deus termi
Matt. 22, Lucæ 20. Deut 32. nos populorum,iuxta numerū Angelorum Dei.

Thomas.

¶Eandem rationem dat Thomas,& addit: Vel dicendum, q̄ mundus hic accipitur prout est continentia uisibilium, & corporalium rerum tantum, & sic inter creaturas mundi,quas homo transcēdit, non computatur Angelus.

Ad scām Albertus.

¶Ad secundum rndet Albertus: Angelus,quo ad essentialia sua, non hēt conuenientiam cum oī creatura: quia non conuenit sic cū purè corporalibus. homo aūt conuenit cum simplicibus per humores, in quibus uidelicet sunt primæ qualitates:& cū mixtis,ac cōplexionatis, per similitudinē suę materiæ.

Psal. 4.

¶Sequit̄ in litera ratio prima:[homo inuisibilia Dei cōspexit per creaturas uisibiles, aut inuisibiles. A duobus.n.iuuabatur, ſ.à natura q̄ rationalis erat] idest à naturali,& propria ratione, per quā intelligibiliū capax est, inquantū est participatio quædā luminis increati, iuxta id Psalmi: Signatū est sup nos lumen uultus tui Dñe.[Et ab operibus à Deo factis, ut manifestaret̄ homini ueritas].i. à creaturis quas

Deus

Deus condidit, vt ex eorum consideratione homo
Proue. 16. agnoscēret creatorem, omnia enim propter seipsū operatus est Deus,ut Salomon loquitur.Qui rursus
Eccens. 3. fatetur: Cuncta fecit Deus vt timeatur. quod sine præuia eius cognitione fieri nequit. Et hæc est una ratio institutionis creaturarum. Itaque ad cognoscendum Deum iuuatur homo propria ratione tan quam potentia cognitiua, & rebus creatis tāquam obiectis, quæ monent potentiam. Ratio autem est
Isaiæ. 51. interior oculus hominis. Hinc scriptum est in Isaia: Leuate in excelsum oculos uestros, & uidete q̄s creauit hæc. [Ideoque Apostolus, dixit ad Romanos] primò[quia Deus reuelauit illis,] puta philosophis. Omnis enim cognitio, & manifestatio veritatis, a Deo fontaliter, causaliterque profluxit, iuxta
Eccl. 1. illud Ecclesiastici: Omnis sapientia a domino Deo
Reuelatio dicitur dupliciter. est, sicque reuelatio sumitur hic extensæ pro quacū que veritatis manifestatione. Aliquando autem strictè accipitur pro supernaturali instructione. Itaque Deus potentiam intellectualem præstando, & ipsa obiecta causando dicitur reuelasse. Et etiam quoniam omnis actio causæ secundæ, principaliter adscribitur causæ primæ. [dum fecit opera in quibus artificis aliquatenus relucet iudicium]idest sapientialis discretio summi opificis,quę in entibus relucet creatis, sapienter, & ordinatè productis. [Nam sic ait Ambrosius: Vt Deus, quì natura inuisibilis est, etiam à visibilibus posset sciri,] id est, ab hominibus posset aliqualiter per rationem cognosci.[opus fecit] scilicet mundum sensibilem.] quod opificem visibilitate sui] id est, sua visibili forma [manifestauit] sicut effectus causam,[vt per certum incertum posset sciri] id est, per creaturam sensibilem, certitudinaliter notam, incomprehensibilis
Deus cur dicatur inuisibilis. Deus aliqualiter noscēretur. ¶Porro Deus dicitur natura inuisibilis, quia ex sua natura est omni creaturæ incomprehensibilis: quia in seipso est summa, inuisibilisque essentia. Sicque quod ait, [natura] potest esse nominatiui, ablatiuique casus. Qualiter autem, & quare Deus sit inuisibilis, in quæstione patebit. [& ille Deus omnium esse crederetur] imò, & a posteriori sciretur. [qui hoc fecit, quod ab homine impossibile est fieri] imò quod a nulla pura potest fieri creatura: quia creare est infinitæ, potentiæ, cum non esse, seu nihil & esse, distent in infinitum. Vnde secundum philosophum, inter quatuor,& tria, inter quatuor, & duo, inter quatuor, & vnum, potest esse proportio. Nulla verò proportio esse ualet inter nihil,& aliquid. Hinc vt ait Philosophus, omnium philosophorum suppositio fuit, ex nihilo nihil fieri secundum naturam.

Aristotel. Soluitur obiectio.

¶Sed obijci potest, quia secundum Auicennam & alios multos, cœlum ab intelligentia est creatū. Et respondendum quod errauerunt in hoc, nec vis creatiua naturaliter potest creaturæ alicui communicari, aut conuenire; ut infra magis probabitur.

Albertus. Argumentum prætactum, secundum Albertum, qui textum magis declarat, quàm cæteri, sic potest formari: Aliqua sunt causata, ut patet ad sensum: ergo habent causam.illa igitur causa,aut est prima, aut habet aliam causam. Si est prima causa, habeo propositum: quia hoc omnes vocant Deum,quod ita est causa, quod non est causatum.Si habet aliam causam, de illa quæro an habeat aliam causam,& ita in infinitum, nisi concedatur una prima causa non causata, quam oportet esse æternam, quàm dicimus Deum.

¶Sequitur secundum argumentum ad idē:[Alio etiam modo Dei ueritatem] id est, Deum verum [cognouerunt. Viderunt summi philosophi nullum corpus esse Deum.[Omne enim corpus est imperfectum diuisibile, nec mouet nisi motum. Deus vero est ens primum, perfectum, simplex, indiuisibile, atque immobile, vtpotè purus actus, vt summus probauit philosophus. Vnde subiungitur:[Viderunt etiam] id est, intellectualiter cognouerunt, [quicquid mutabile est, non esse summum Deum,] cum nec accidens, nec ulla mutatio cadat in deitatem.

¶Sequitur tertia ratio: [Considerauerunt etiam quicquid in substantijs est,] id est, in genere substātiarum,[uel corpus esse vel spiritum] id est, corporalem esse substantiam, aut spiritualem. meliusque aliquid spiritum esse, quàm corpus,] cum corpus viuificetur, moueatur, seu gubernetur a spiritu. [sed longè meliorem esse,qui spiritum fecit, & corpus.] Creator namque in infinitum omni est creatura præstantior.

¶Subditur ratio quarta: [Intellexerunt etiam corporis speciem esse sensibilem.] Si per speciem corporis intelligatur exterior eius pulchritudo,forma, aut dispositio, certum est quòd illa exteriori sensu perceptibilis sit directè:Si autem per speciem intelligatur interior forma substantialis, quæ decor, ornamentum,ac vita est corporis, illa per suos effectus sentitur.[& spiritus speciem] id est,spiritualium substantiarum decorem, seu formam, intellexerunt esse [intelligibilem] id est, immaterialem solo intellectu noscibilem. Sicque procedendo, concluserunt unum esse vniuersorum pulcherrimum, ac speciosissimum principium, totius pulchritudinis fontem, cum & in creaturis nihil sit pulchritudinis penitus expers. Hinc secundum di-
S. Diony. uinum Dionysium libro de diuinis nominibus pulchrum conuertitur cum ente, quemadmodum bonum, vnum, & verum. Vnde fertur in textu: [Si autem omni specie carere possent, omnino nulla essent.] Nempè quantum habent de entitate,& formalitate, tantum de specie. Sicque,& materia prima aliquid sortitur de specie, vtpotè inclinationem ad formam, seu aliquam formæ inchoationem. [Viderunt aliquid esse, quo illa speciosa facta sunt] id est, a quo tanquam a primo principio effectiuo suum sortiuntur,participantq; decorem. [vbi] id est, in quo primo principio [est prima, & incommutabilis species:] id est, pulchritudo, quia hoc essentialiter incomparabiliter, & increumscriptibiliter pulchrum est. Siquidem ante omne imperfectum participatum, atque compositum, oportet esse aliquid verè perfectum imparticipatum,seu independens, ac simplex. Rursus, vbi est inuenire magis, & minus, necesse est inueniri, & maximum, estque status in omni ordine rerum. Hinc omnis decor mundi creatus ex decore mundi archetypi emanauit, sicut in in primo Timæi Pla
Plato. to fatetur. Vnde Boethius loquitur Deo:

Boethius metro 9. lib. 3. Tu cuncta superno.
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens.

Hinc decimo de vnitate Dei recitat Augustinus: Augustī. cap. 1. Plotinus Platonicus de prouidentia disputat, eamque a summo Deo, cuius est intelligibilis, atque ineffabilis pulchritudo, vsque ad hæc terrena, & ima floscūlorum, ac foliorum pulchritudine pertingere comprobat: quæ omnia quasi abiecta, & velocissimè transeuntia decentissimos formarum suarum situs habere non posse affirmat, nisi inde formentur, vbi forma intelligibilis, & incommutabilis

tabilis simul habens omnia perfeuerat. Hoc & dominus Iesus in euangelio ostendit, dicendo: Considerate lilia agri quomodo crescunt. De hoc etiam quintò de ciuitate Dei asserit Augustinus: Deus nec exigui, & contemptibilis animantis viscera, nec herbę flosculum, nec arboris folium sine suarum congruentia partium, & quadam veluti pace reliquit.

Matth. 6. Augustin. cap. 2.

¶Consequenter compendiosè tangit Magister, qualiter ex diuersis, quæ in creaturis cõsistunt, multiplex creatoris proprietas, atque perfectio innotescunt. [Ex perpetuitate namque creaturarum intelligitur conditor æternus.] Nam ante omne creatũ oportet ponere principium increatum, & primum quod esse habeat à seipso, idest non ab alio. Propter quod Rabbi Moyses protestatur Deum creasse mũdum ex tempore, quia ex hoc facillimè elucescit, Deum ab æterno fuisse, omniaque profluxisse ab ipso, in cuius rei memoriam diem septimum celebrari præcepit. ¶Sed contra hęc obijci potest, quia non sequitur, Effectus est perpetuus, ergo causa eius æterna est, cum sint quidam effectus suis causis coæui: ergo ex perpetuitate creaturæ non sequitur æternitas creatoris. Respõdetur, quòd quamuis in alijs non sequatur, tamen in proposito sequitur propter causam prætactam. [Et magnitudine creaturarum omnipotens] id est, ex consideratione, tam spiritualis, quàm corporalis magnitudinis creaturarũ concluditur Deum creatorem esse omnipotentem, cũ creare sit infinitæ potentiæ. In alijs tamen non sequitur, Fecit magna, ergo est omnipotens. [Ex ordine, & dispositione] creaturarum ostenditur Deus esse [sapiens] cum ordinare sit sapientis. Vnde fertur in Psalmo: Omnia in sapientia fecisti. ¶Sed obijci potest, quoniam ordo videtur esse habitudo rerum ad vltimum finem, in qua bonitas Dei repræsentatur. Respondent Bonauentura, & Richardus, quòd duplex est entium ordo. Vnus est ordo rerũ in vniuerso, seu inter se, qui appropriatur sapientiæ. Alter est ordo rerum in vltimum finem, qui bonitati appropriatur. Albertus verò pleniùs loquẽs: Quidam inquit, est ordo partium in toto continuo, qui est ordinata positio partium, & est ordo vniuersi in mũdo sicut mobile vniformè ordinatur sub primo motore, & mobile difforme sub mobili, primo. Motus quoque materiæ primæ ingenerabilis, & incorruptibilis sub motu circulariter, atque difformiter mobilis. & ordinantur hæc omnia ad complendum, numerum electorum, & hic ordo est sapientiæ. Est & alius ordo vniuscuiusque in perfectionem finis sui, ex participatione bonitatum sibi possibilium a prima causa. & hic ordo est bonitatis. Dispositio autem differt ab ordine, quoniã dispositio est per formas rei in seipso, ordo autem, ad alterum. Hæc Albertus. [Ex gubernatione bonus] Gubernare namque est rem in finem suum dirigere, bonum autem, & finis coincidunt. sicque ex gubernationis suæ effectu innotescit bonitas Dei. Nihilominus gubernatio, opus est sapientis, & ita ex ordinata, & stabili rerum gubernatione patet sapientia creatoris, iuxta illud Boethij:

Rab. Mo.

Obiectio.

Dilutio.

Psal. 103. Obiectio.

Respõsio. Bonauen. Richard⁹.

Albertus.

Differt dispositio ab ordine

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Boethius metro 9. lib. 5.

¶Quæritur de efficacia, & differentia præinductorum quatuor argumentorum.

Bonauen.

¶Ad hoc Bonauentura respondet: Omnes hæ rationes ad hoc, quòd aliquid probent, & inferant, præsupponunt aliquod tertium. Prima namque supponit, quòd creare non sit nisi infinitæ potentiæ. quo concesso, constat, quòd soli conueniat Deo. Aliæ tres præsupponunt in omni genere causæ esse statum, nec iri in infinitum, quod & in tota philosophia supponitur. Ideo omne mutabile, mobile, imperfectum, & causatum, reducitur ad vnum primum inuariabile, immobile, perfectum, & incausatum. Sic igitur prima ratio sumitur penes rationem causæ, aliæ tres penes rationem causæ, & excellentiæ causantis super suum effectum. Et distinguuntur iuxta ordinem eminentiæ in triplici genere causæ, videlicet efficientis, seu mouentis, ac finientis, & exemplaris. Hæc Bonauentura.

Albertus.

¶Amplius, circa id quod ait Magister, [Ecce tot modis cognosci potuit veritas Dei, sciendum quòd non solum his vijs, ac modis potuit Deus naturali ratione cognosci. Vnde albertus: Magister non tangit hic omnes vias quibus possibile est deuenire in Dei cognitionem, sed quasdam ad insinuandum, quòd tales, ac similes, quærere debeamus. Dionysius autem 7. capitulo de diuinis nominibus tangit, qualiter per ablationem omnium a Deo, & per affirmationem, & causalilatem, ac eminentiam, ascendendum sit ad Dei notitiam.

Dionysiꝰ martyr.

Thomas.

¶Circa hoc scribit Thomas, reducendo vias a Magistro inductas, ad eas quas Dionysius docet: Harum, inquiens, rationum diuersitas sumitur secundum vias deueniendi ex creaturis Deum, quas Dionysius ponit, dicens, quòd ex creaturis tribus modis in Deum deueniamus, puta per causalitatem, remotionem, & excellentiam. Et ratio huius est, quoniam esse creaturæ est ab alio. sicque ducimur in cognitionem causæ ipsius, quod potest esse dupliciter: Primò, quantum ad hoc quod receptum est. sicque ducimur per modum causalitatis. Secundò, quo ad modum recipiendi, quia imperfectè recipitur, & sic habemus duos modos, videlicet remotionis per ablationem imperfectionis a Deo, & viam eminentiæ, per hoc, quod omnia sunt perfectiùs nobiliùsque in Deo. Hæc Thomas.

Creaturatribus modis ducit in Dei notitiam.

¶Ei quoque quod dictum est [ex rerum mutabilitate veniri ad immutabilis Dei notitiam] consonat quod enim de ciuitate Dei loquitur Augustinus: Mundus ordinatissima sua mutabilitate, & mobilitate, atque visibilium omnium pulcherrima specie, tacitus factum se esse ostendit: & non nisi ab ineffabiliter, ac inuisibiliter magno, & pulchro, se fieri potuisse proclamat.

¶Sequitur secunda pars huius distinctionis, in qua ex verbis Augustini ostendit Magister, qualiter in creaturis relucet vestigium superdignissimæ trinitatis. Et quæ de hoc habentur in textu, in quæstionibus elucescent. Litera quippe, quo ad superficiem verborum, non videtur difficilis, sed latet in ea grandis, & multiplex difficultas, quę in decisione declarabitur quæstionum. Tertia vero pars distinctionis istius incipit ibi, [Nunc verò ad eam perueniamus disputationem.] Vbi ostendit, qualiter superbenedicta trinitas altiori modo in rationali creatura relucet per modum imaginis. Patebitque litera in quæstionibus.

QVAESTIO. I.

CIrca hanc distinctionem quæritur primo, *An Deus ex creaturis per naturalem rationem possit cognosci*. ¶Videtur, quòd non, quoniam creatura in infinitum distat ab excellentia creatoris. ergo creatorem non repręsentat. ¶Secundò, quoniam finiti, & infiniti nulla extat proportio, ergo nec similitudo. sed creatura finita est, Deus vero infinitus: ergo,

1 Arguitur contra veritatem. 2.

3 ergo, hec aliquid potest cognosci per aliud, nisi illud sit aliquo modo similitudo istius. Tertiò, quia

S. Diony. vt sanctus docet Dionysius in libro de mystica theologia, hoc est, Deum verè videre, ac noscere, videre ipsum omnino inuisibilem, & incognoscibilem esse, ergo cognosci ab intellectu humano non valet.

4 ¶Quarto, Nam scriptum est, Deum nemo vidit vnquam. Apostolusq; ad Timotheum testatur, q̃ Deus habitat lucem inaccesibilẽ, & quòd Deum

Iohan. 1. 1. Tim. 6. nullus vidit vnquam nec videre potest.

In oppositum. ¶In contrarium est autoritas Pauli, testimoniaq; Augustini, & Ambrosij introducta in litera.

Alexand. ¶Ad hanc quæstionem Alexander respondet: Augustinus in libro de videndo Deum affirmat: Si quæris an Deus possit videri, respondeo, potest. Si quæris vnde hoc sciam: dico quia in scriptura veritima legitur, Beati mundo corde, quoniam ipsi

Matth. 5. Deum videbunt. Insuper sicut virtus affectiuæ rationalis, est ad amandum bonum, & maximè bonum summum, sic virtus cognitiuæ rationalis est ad cognoscendum verum, potissimè summam, primam, & inuariabilem veritatem. Hæc Alexander, qui circa hęc multas mouet quæstiones, quarum aliquas breuiter tangam.

Quæstio. ¶Itaque quærit an Deus, seu diuina substantia,

Responsio sit cognoscibilis in sua immensitate. Ad quod respondet, Est quędam cognitio de Deo per modum

Duplex de Deo cognitio. positionis, & quædam per modum priuationis. Per modum priuationis de Deo cognoscimus, quid non est: per modum positionis cognoscimus aliquo modo quid est. Diuina ergo substantia in sua immensitate non est cognoscibilis ab anima humana, cognitione positiua, sed priuatiua. Sicque quantus sit Deus duratione, cognoscitur priuatiuè, cum dicitur æternus, id est, sine principio, & fine. Similiter quantus sit repletione, cum dicitur incircunscriptus, per abnegationem loci, & vbi: & quantus sit virtute, per abnegationem mensuræ virtutis suæ, cum dicitur immensus. Per modum verò positionis, vt determinetur quanta sit ei magnitudo, virtus, aut duratio, non potest cognosci.

Quæstio. ¶Iterum quærit, an Deus sit hic cognoscibilis facie ad faciem. Et respondet: Facies Dei multipliciter sumitur in scripturis. Primò, præsentia eius per

facies Dei multiplex Psal. 113. gratiam. In psalmo, A facie domini mota est terra. Secundò, præsentia eius per carnem. Tertiò præsentia Dei per gloriam in propria forma. Primis duobus modis potest Deus in hac hac vita cognosci facie ad faciem, non tertio modò, saltem de lege communi.

Quæstio. ¶Amplius quærit an Deus possit cognosci in sua præsentialitate, secũdum quod præsens est creaturæ, hoc ẽ, an naturaliter possit cognosci de Deo, quòd præsens sit omnib⁹ creaturis. Respondet, Per naturam potest cognosci quòd Deus sit præsens

Responsio per naruram: non tamen potest certiuè cognosci, quòd sit præsens per gratiam: quoniam medium cognoscendi, in cognitione naturali est effectus creatus, & naturalis, qui potest comprehendi, & sciri: Gratia autem dicit acceptationem in Deo, quæ latet nos: ideo non est in nostra potestate scire præsentem esse gratiam, nec Deum esse præsentem per gratiam. Hæc Alexander.

Thomas. ¶Præterea Thomas in Scripto ait: Non est hic quæstio, vtrum Deus in sua essentia immediatè possit videri, quia hoc alibi habet inquiri, sed vtrum quocunq; modo possit cognosci. Et dicimus quòd sic, sed essentia eius comprehendi non valet. Cognoscens enim habet notitiam de re, non per modum rei cognitæ, sed cognoscentis, nulla autem creatura altitudinẽ diuinæ maiestatis attingit. Species quoque, per quam fit cognitio, est in potentia cognoscente secundum modum ipsius cognoscentis. Vnde eorum, quæ sunt magis materialia, quàm intellectus, species est in intellectu simplicior, q̃ in rebus. Idcirco dicuntur cognosci per modum abstractionis. Deus vero, & angeli simpliciores sunt nostro intellectu. Ideo species intelligibilis, quæ in nostro intellectu efficitur, per quam noscuntur, est minus simplex. idcirco non dicimur eos cognoscere per abstractionem, sed per impressionem eorum in intelligentias nostras. Hęc Thomas in Scripto.

Dionysius

¶Cuius hoc vltimum uerbum obscurum est, scilicet, quòd Deum, & angelos cognoscimus per impressionem eorum in nostrum intellectum. sed infra magis patebit.

art. 12.

¶Porro in prima parte Summæ. quæstione duodecima dicit: Naturalis nostra cognitio a sensu sumit principium. Hinc intantum se potest extendere, quantum potest per sensibilia manuduci. A sensibilibus, autem non potest ad hoc intellectus pertingere, vt essentiam videat Dei, quoniam creaturæ sensibiles sunt effectus, virtutem Dei non adequantes. Sed quia sunt effectus a causa prima dependentes, ad hoc ex eis perduci valeamus, vt cognoscamus de Deo an est, & ea quæ necesse est ei conuenire, inquantum est causa excedens cuncta causata. Sicque cognoscimus de ipso habitudinem eius ad creaturas, differentiam quoque creaturarum ab ipso. Hæc Thomas.

Tartatiꝰ.

¶Quibus concordans Petrus: Contingit, inquit, causam cognoscere per effectum, & econtrario effectum per causam. Similiter Deus cognoscitur per creaturam in via, & econtrario erit in patria. In præsenti ergo cognitionem Dei per creaturam venimus tripliciter, scilicet per remotionem, eminentiam, & causam, secundum Dionysium. In creatura namque est tria inuenire. Nominat enim creatura ens productum ab aliquo ex nihilo. Et inquantum ab aliquo, ducit in Dei cognitionem per causam: atque inquantum est ens proprium esse habens, ducit per eminentiam, quoniam omnis perfectio creaturæ nobiliori modo extat in Deo, sest inquantum ex nihilo admiscetur ei multa imperfectio, sicq; ducit per remotionem.

Deus cognoscitur per creaturam tripliciter.

Obiectio.

¶Si autem obijciatur, quia præsentior est Deus animę quàm aliqua creatura, imò intimior, atq; præsentior, quàm ipsamet sibi: quia illabitur Deus essentijs rerum. ergo cognoscitur immediatè ab anima, non per mediam creaturam: Dicendum, quòd verè præsentior est Deus sic animæ vt res quædam conseruans, non ut ipsius intellectus obiectum, quemadmodum anima præsentior sibi est alia re, vt quædam res, non vt obiectum cognitionis: imò cum multo labore ad eius cognitionem pertingitur, vtpotè per obiecta cognoscendo actus, per actus potentias, per potentias essentiam animæ in qua sunt. Hęc Petrus.

Dilutio. Quò Deus præsens sit animæ.

Richardꝰ.

¶Quibus concordans, ait Richardus: Deus a creaturis cognoscibilis est per naturam. Dicit enim Dionysius secundo capitulo de diuinis nominibus, quòd causata habent causarum suarum receptas imagines. Omnes autem creaturæ sunt effectus Dei, uel immediati, uel mediati. Nempe, ut scribitur in commento primæ propositionis de Causis, Omnem operationem, quam efficit

Dionysiꝰ martyr.

causa secunda, facit & causa prima, tamen per modum sublimiorem. Veruntamen, quoniam, teste sancto Dionysio 2. de nominibus diuinis capitulo, non est diligens, seu proportionabilis comparatio causæ primæ ad creata, quoniam causa prima omnibus supercollocatur, & remouetur, ac segregatur a creaturis, tanquam omnibus excellentior infinitè: hinc cognitio, quam per naturam habere valemus de Deo ex creaturis, est debilis valde tam per Dei sublimitatem, quàm propter nostri intellectus naturalem debilitatem. Hinc Trismegistus in libro de deitate ad Asclepium, loquens ad Deum, ait: Gratias agimus tibi summè, & super altissimè Deus, quoniam tua tantummodo gratia consecuti sumus lumen tuæ cognitionis.

Trismegistus.

Bonauen. ¶ Circa hæc scribit Bonauentura: Deos in se, & ex sua natura est summè cognoscibilis, & tanquam lux intellectum nostrum maximè complens, summè quoque cognoscibilis esset a nobis, nisi defectus esset ex parte nostri, qui defectus non auferetur in toto a nobis, nisi per dona gloriæ. Cognoscitur tamen Deus aliquo modo per creaturam, quoniam causa in suo relucet causato, sapientia quoque artificis in suo effectu. Et ad hoc duplex est ratio. Prima, propter conuenientiam. nam omnis creatura maximè ducit in Deum. Secundò, propter indigentiam, quia cum Deus in quantum lux maximè simplex, non queat in sua spiritualitate ab intellectu cognosci, ipse intellectus indiget per materialia tanquam per cognoscibilia media in Dei cognitionem ascendere.

Duplex rō cur Deus cognoscatur p creaturam.

Albertus. ¶ Circa hæc demum quærit Albertus: An philosophi ductu rationis cognouerunt vnitatem Dei, seu quia est Deus. Et respondet, quòd imò. Vnde

Augustin. Augustinus octauo de Ciuitate Dei: Platonici, inquit, nobis consentiunt de vno Deo vniuersitatis autore, qui non solum super omnia corpora incorporeus est, verum etiam super omnes spiritus incorruptibilis, nostrum consistit principium, lumen nostrum, & bonum nostrum. Item ibidem: Hinc Platonici

Platonici cæteris philosophis præferendi. cæteris philosophis præferendi, quia cum alij philosophi ingenia sua, studiaque contriuerint in inquirendis rerum causis, & quisnam esset modus dicendi, atque viuendi: hi cognito Deo repererunt vbi esset causa constitutæ vniuersitatis, lux quoque principiandæ ueritatis, & fons obtinendæ felicitatis. Amplius,

Apuleius. Apuleius in libro de Deo Socratis, Deum asserit aliorum omnium creatorem. Vnde nono de ciuitate Dei recitat Augustinus: Snmmum Deum omnium creatorem, quem nos uerum Deum dicimus, sic a Platone prædicari asseuerat Apuleius, quòd ipse solus non potest, vel modicè comprehendi penuria sermonis humani.

Aristotel. ¶ Insuper in libris Aristotelis, quòd ipse probat vniuersitatis principium esse unum, cuius scientia, uoluntas, & actio, subsstantia sua est. Sicque nouerunt non tantum, quòd Deus sit vnus, sed etiam, q ipse sit simplex, qui est quicquid habet. Si autem

Soluitur obiectio. obijciatur, quòd Deum esse vnum, sit articulus fidei, ergo non subest philosophiæ, ac rationi: Dicendum, quòd Deum esse, & Deum esse vnum, vno modo sunt articulus fidei, alio modo sunt scita per rationem. Potest enim accipi, Deum esse, quia est tantum, & quia est vnus. & sic possunt sciri sicut conclusio. Potest etiam accipi, prout aliquo modo propinquat scientiæ, quid est per hoc, quoniam apprehendunt proprietates diuini esse, ac vnitatis, secundum quod fides determinat esse attributa diuini esse, ac vnitatis ipsius, videlicet, quòd Deus sit omniū prouidentiam, & certam particularium scientiam habens. ficq; est articulus fidei nec sic subest totaliter rationi, vnde circa hoc defecerunt, & multum errauerunt philosophi. Hæc Albertus.

Quō vnitas Dei, & scitur, & creditur.

Scotus. ¶ Præterea Scotus circa hæc refert: Dicunt quidam, quòd dupliciter aliquid potest a nobis cognosci, videlicet per se, & per accidens. Deus autem nō cognoscitur per accidens propriè, quoniam quicquid in ipso est, ipse est. Cognoscitur tamen a nobis quasi per accidēs, quia in aliquo attributo, quod est quasi accidens diuinæ essentiæ. Aliam quoq; ponūt distinctionem, dicentes, quòd aliquid cognoscitur in vniuersali, & particulari, & quòd Deus cognoscitur a nobis in aliqua communi ratione boni, & veri, non tñ in aliquo conceptu cōmuni sibi, & creaturis vniuocè, sed analogicè: qm illa natura diuina est singularis, & ille conceptus analogicus vnus vnitate analogiæ est quasi duo conceptus: & tamē est quasi vnus, quia duo illi conceptus propinqui sunt inuicē per attributionem. In particulari vero non cognoscitur Deus a nobis, quia vt dicunt, creatura est peregrina similitudo Dei non similis ei. nil autem ducit in cognitionem alterius in particulari, nisi per modum similis. ¶ Sed huic opinioni obuiabo, in quibus mihi falsa uidetur. & sunt hic quinque declaranda. Primum, q Deus non cognoscitur a nobis quasi per accidens. Secundum, q Deus cognoscitur, atq; concipitur a nobis conceptu vniuoco sibi, & creaturis. Tertium, q non concipitur a nobis in particulari. Quartum, quid sit perfectissimum, quod valemus de Deo cognoscere. Quintū, per quod cognoscamus hoc perfectissimum, qnod de Deo cognoscimus. ¶ Primum, videlicet q Deus non cognoscitur à nobis tantum in aliquo attributo diuinam essentiam circunstante, sic patet: Quicunq; intelligit in aliquo, aliquid circunstans, necessariò intelligit illud, cui attribuitur illud circunstans: quia perfectio in esse secundò præsupponit perfectionē in esse primò. Vnde si concipio sapientem, necessariò concipio illum, cui attribuo sapientiam. & hoc in Deo est eius essentia. ¶ Secundum, videlicet, quòd Deus a nobis cognoscitur conceptu non analogico, sed vniuoco sibi; & creaturis, ita quòd ens bonum, verum, sapientia &c. vniuocè dicūtur de Deo, & creaturis, sic patet: Omnes theologi, & magistri videntur vti conceptu communi Deo, & creaturis, quia accipiunt conceptus metaphysicales, & remouendo id, qđ est imperfectionis in creaturis, attribuunt Deo id quod est perfectionis, vt bonitatem, veritatem, sapientiam. tunc arguitur sic: Omnis inquisitio in accipiendo id, quod est perfectionis, & tollendo quod est imperfectionis, capit aliquid, quod est eiusdem rationis ei, cui attribuitur, & ei à quo remouetur: quia si non accipit aliquid vnius rationis, vt sapientiam, relinquendo id quod est imperfectionis sapientiæ in creaturis, non magis concludit sapientiam in Deo, quàm lapide. Insuper, quòd ille conceptus analogicus non sit duo conceptus, probatur sic: Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de duobus, habet aliquem conceptum certum, de quo certus est, alium ab vtroque de quibus est dubius. sed omnis intellectus viatoris habet conceptum certum de ente, & bono, dubitando tamen per accidens de bono Dei, & bono creaturæ, & de ente Dei, enteq; creaturæ. ergo ens, & bonum secundum se important conceptum alium a conceptu entis, & boni in Deo, & creatura. ¶ Amplius, quilibet experitur in se, quod potest concipere ens, non descendendo ad ens participatum vel imparticipatum:

Quinq; cō sideranda hic.

tum: & si fiat descensus ad vtrunque, quæro an stet conceptus entis, an non: si sic, habetur propositum. si autem indeterminatè importat quasi vnum conceptum, & quando fit descensus, est duo conceptus, tunc impossibile esset probare aliquid esse vniuocum, vt hominem respectu Platonis, & Socratis. Dicam enim, quòd homo importat duos conceptus, sed tibi videtur, quòd sit vnus, quemadmodum dicis de ente. Hæc Scotus.

Diony. cō tra Scotū. ¶ Qui de his, hic scribit prolixè, atque (ut intuentibus scripta ipsius, & scripta Henrici patere opinor) specialiter loquitur contra Henricum, qui in quodliberis suis, & in Summa scribit de his satis profundè. Veruntamen in hoc, quod asserit Scotus aliquid vniuocè conuenire Deo, & creaturis, videlicet ens, bonum, verum, ac consimilia attributa: & conceptum de talibus in communi apprehensum, esse ad creatorem, & creaturam vniuocum, non analogicum, non solum contradicit Henrico, sed & maioribus, ac senioribus multis, solennissimisq; doctoribus, Alexandro de Hales, sancto Thomæ, Alberto, Bonauenturæ, Aegidio, Petro, Richardo: imò (ut ostendetur) diuino Dionysio, Boethio, Damasceno, Anselmo, ac alijs.

Deum uia tor nō cognoscit p pter intellectus debilitatem. Insuper Scotus affirmat, quòd causa, & ratio cur in hac vita non cognoscimus Deum, nec eum uidemus in particulari, non est alia, nisi quia Deus non vult, & non imbecillitas, seu impotentia, aut defectus ex parte potentiæ nostræ intellectiuæ. Quocirca etiam videtur Aristotelem reprobare, dicentem quòd obiectum nostri intellectus sit quiditas rei materialis, atque quòd intellectus noster se habet ad cognitionem immaterialium substantiarum, quemadmodum visus vespertilionis ad intuitum lucis solaris. Sed in his Scotus iste contradicit communi doctrinæ, ac solidissimis documentis penè omnium famosissimorum, & excellentiorum philosophorum, & theologorum. Nam,

Hierony. & sanctus pater Hieronymus in sua regula protestatur, quòd quicquid naturaliter sciri potest, Aristoteli uidetur infusum. Ideo non est faciliter ab

Catholicꝰ nōtemere recedatab Aristotel. Aristotele recedendum, nisi autoritas fidei, & scripturæ, vel determinatio ecclesiæ, id requirat. Argumenta, quoque Scoti non concludunt, imò reuera debilia comprobantur, prout suis patebit in locis.

Henricus quod 4. ¶ Nunc itaque aduertendum quid de his scribat Henricus, qui quarto asserit quodlibeto: Nulla uis purè naturalis, neque actiua, neque passiua, agendo in aliud, aut alterius actionem in se recipiendo, potest se extendere vltra limites suæ naturæ. Vnde cum actus cognitionis contingat, secundum quod cognitum habet esse, & recipi in cognoscente, & hoc secundum modum cognoscentis, non cogniti: cognoscibile ergo quod natum est esse in cognoscente limitato, secundum modum limitationis suæ, quam habet in cognoscendo, potest cognosci ab illo: & quod omnino excedit modum limitationis suæ in cognoscendo, nullo modo habet cognosci ab ipso: sicut uirtus uisiua non potest cognoscere ea, quæ sine specie corporali habent esse in cognoscente, ut sunt uniuersalia sensibilium rerū, quę nata sunt esse in intellectu nostro, secūdum quod coniunctus est secundum statum sibi naturalem, eo quod non sit organica uirtus. nam organū nō est uniuersalium rerum sensibilium susceptiuū. Ideo uniuersalia illa habent ab intellectu nostro, intelligi. non autem illa, quæ sine adminiculo sensuum habent esse in intellectu, ut sunt quidditates immaterialium rerum, quæ habent intelligi ab intellectu superiori angelico, eo quòd omnino abstractus est à materia: tamen quia limitatæ virtutis est in cognoscendo, nec sine informatione à cognito aliquid possit cognoscere, eo quòd nuda sua essentia non sit formalis ratio alicuius alterius naturæ. Hoc nanque soli diuinæ essentiæ proprium est. Hinc quod omnino excedit virtutem eius, non potest principium cognoscitiuum capere in se per cognitionem, cuiusmodi est diuina essentia, quoniam nullam potest habere sibi similem, qua informetur intellectus creatus ad ipsam naturaliter intelligendam, tanquam principium proximum intra eliciens actum intelligendi circa intelligibile præsens, sicut species præsentis rei in oculo elicit actum, quo oculus rem illam naturaliter videt. Quoniam ergo diuina essentia nuda in infinitum plus excedit in intelligendo capacitatē supremi intellectus creati, quàm immaterialium rerum quidditates intellectum coniunctum, nullatenus à quocunque intellectu creato intellectualiter ex puris naturalibus potest videri. Quemadmodum etiam aliquid est visibile in se, quod tamen ob nimiam suam paruitatem videri nō potest ab oculo, q non appræhendit speciē rei nisi sub determinata quantitate, sic aliquid est intelligibile in se, quod tamen ob nimiam suam simplicitatem ab intellectu creato non potest intelligi. Intelligibile quippe non est intelligibile ab intellectu creato, nisi sub determinata quantitate virtutis, secundum simplicitatem perfectionis in esse. Sicque propter nimiam simplicitatem perfectionis in esse quiditatiuo, excedit vniuersale rerum materialium notitiam sensus: & vniuersale immaterialium rerum, notitiam intellectus coniuncti: atque in infinitum plus simplicitas diuinæ essentiæ, imperfectione supremum intellectum creatum. Hæc Henricus.

Dionysiꝰ. ¶ Cuius dicta sunt intelligenda de cognitione cōpleta, & de similitudine adæquata. Manifestum est enim quòd intellectus creatus etiam humanus, posfit ex suis naturalibus Deum aliquo modo ex creaturis cognoscere: & item quòd species creaturæ aliquo modo assimilentur diuinæ essentiæ. Et per

Soluitur Scoti argumenta cōtra Henricum. hoc soluuntur faciliter, quæ obijcit Scotus Henrico, eo quod alibi, puta in Summa dicat Henricus, creatorem, à creatura naturaliter posse cognosci, speciem quoque creaturæ similem creatori. Hinc Henricus soluendo instantiam, qua ita arguitur, Creatura est similis suæ ideæ in Deo, ergo per creaturam potest cognosci idea: sic ait, Quod creatura est simile omnino improportionabile, & à remotis, quod est natum ducere in nudam, & claram notitiam suæ ideæ.

Aegidius. ¶ His concordat Aegidius, dicens: Secundum Philosophum secundò posteriorum, duplex cognitio potest haberi de re, scilicet quia est, & propter quid. Et ipsum propter quid, vt dicitur secundo

duplex rei cognitio. posteriorum, est idem quod quid, quoniam idem est, agnoscere propter quid est eclipsis, & quid est eclipsis. Possumus ergo de Deo in via cognoscere quia est, sed non propter quid. Nam sicut composita tripliciter noscimus, sic, & simplicia. Primò

Cōposita tripliciter cognoscū tur. namque cognoscimus composita immediatè, vt primas propositiones per se notas, quæ secundum commemoratorem secundo metaphysicæ sunt quasi ianua in domo, quam nemo ignorat. Secundò mediatè, & hoc dupliciter, scilicet per propriam inuentionem, & per alterius informationem: sed nullo horum modorum cognoscere nunc

valemus Dei quidditatem, quia nec immediatè ferri possumus in eius intuitum, nec mediatè per propriam inuentionem: quoniam nostra cognitio non absoluitur à phantasmatibus, propterea nullius rei cognitionem, quantum ad eius quidditatem, & positiuè, possumus habere notitiam, quæ non habet phantasma, aut non sit habentibus phantasma proportionata. Nec per alterius informationem possumus scire, quid sit Deus, quia in vita hac non habemus lumen, quod possit ad talem Dei visionem attingere, cum lumen nostrum intellectuale sit ænigmaticum, aut naturale. Hinc nullus viator manens viator, nec habens lumen altius lumine viatoris, potest ex alterius informatione cognoscere quid sit S.Diony. Deus. Idcirco Dionysius primo capitulo, de diuinis nominibus, asserit diuinam essentiam in eloquijs sacris laudatam tanquam inuisibilem, & inscrutabilem. Inuisibilem dicit, quantum ad primum modū, quoniam immediatè eam videre non possumus: & inscrutabilem, quantum ad alios duos modos. Hæc Aegidius.

Antisiod. ¶ Hinc Antisiodorensis in prima parte suæ Summæ, ex verbis Beati Dionysij probat, quòd Deum videre non possumus propter duo. Primò, propter intellectus nostri imbecillitatem, qui se habet ad videndum verum solem, sicut oculus noctuæ ad solem materialem. Secundò, propter nostri intellectus paruitatem, qui nunc Deum maiestatis immensæ in seipso cernere nequit, nec intra se capere.

Durādus. ¶ Insuper Durandus circa hæc ait: Duplicem possumus habere notitiam de re, videlicet quia est, & quid est. Et rursus, quid est dupliciter potest cognosci. Vno modo in generali, & in potentia, sicut cognoscimus hominem, cognoscendo quòd sit animal: vel in speciali, & sub propria forma, sicut cognoscitur per propriam diffinitionem. Dicendum ergo quòd per creaturas possumus deuenire in cognitionem Dei, quia est, & quid est in generali, vt quòd sit substantia, bonitas, sapientia. non autem in speciali, quoniam ex effectu nunquam possumus deuenire in perfectam cognitionem causæ, quantum ad suum quod quid est in speciali, nisi dupliciter: vno modo ratione similitudinis, quando effectus est eiusdem speciei cum sua causa: alio modo ratione virtutis, quando effectus demonstrat totā suæ causæ virtutem. Creatura autem non est eiusdē speciei cum Deo, nec totam eius virtutem demonstrat. ¶ Sed contra hæc argui potest: Qui cognoscit rem quo ad ea, quæ sibi sunt propria, & essentialia, habet perfectam eius cognitionem quid sit. sed talia de Deo ex creaturis cognoscimus, vtpote quòd est creator, æternus, omnipotens, veritas prima, bonitas summa. Respondetur quòd maior illa est vera, si propria, & essentialia appellentur, quæ soli rei conueniunt, & dicunt rei essentiam absolutè, & non habitudinem eius ad extra. Sola enim intrinseca propriè dicunt quid est, nec sine eis potest dici aut sciri quid est rei. Idcirco si ea, quæ Deo sunt propria non dicunt diuinam essentiam absolutè, sed potiùs in habitudine ad creata, per ea quantumcunque sint propria, non cognoscitur quid sit Deus: sed solum quid non est, si sint nomina à Deo remouentia imperfectiones creaturarum, vt esse infinitum, per quod remouemus à Deo limitationem, quæ inuenitur in creaturis: vel esse æternum, per quod à Deo remouetur possibilitas deficiendi, aut per talia scitur quòd habitudo eius ad creaturas est eminētior, quàm habitudo causæ inferioris ad suos effectus, vt cum dicitur creator, vel omnipotens, nullam autem perfectionem absolutam, quæ Deo sit propria, nouimus ex creaturis de Deo. Hæc Durandus.

Effectus ducit in notitiā quod quid est suæ causæ dupliciter

Obiectio.

Dedutio.

¶ Cui obijci posset quòd in Hebræo hoc nomen tetragrammaton significat diuinam essentiam, prout nudè, & purè in seipsa accipitur. Et respondendum quòd quantumcunque nomen illud, aut aliud institutum sit ad significandum essentiam Dei in se, tamen rem illam significatam non possumus nunc in seipsa conspicere, neq; quo ad quid est cognoscere. Soluitur obiectio.

¶ Ad primam in principio quæstionis factam instantiam, respondendum, quòd quamuis Deus distet à creaturis in infinitum, quantum ad maiestatem, non tamen quo ad cognoscibilitatem. Cum.n. sit ens maximè simplex, actualissimum prorsus perfectum, constat quod ex sua natura sit maximè cognoscibilis. Solutio argumento-rum initio quæstionis propositorum.

¶ Ad secundam dicendum, quòd finiti, & infiniti nulla extat proportio naturalis, atque vniuoca, sed aliqua imitatiua, & analogica. sicque vnum aliquo modo potest cognosci per aliud.

¶ Ad tertiam respondendum, quòd Deum per omnium ablationem cognoscere, est ipsum aliquo modo cognoscere, non penitus ignorare, sed nō est cognoscibilis quo ad quid est in præsenti.

Deum nemo vidit vnquàm exponit.

¶ Ad quartam, quòd Deum nemo vidit vnquam in vita hac de lege communi, aut viuens vita sensitiua humana, seu inquantum viator, aut naturali potentia, nec visione perfectæ comprehensionis est à creato intellectu visibilis, sed notitia apprehensionis.

Cætera quæ hanc quæstionem concernunt, infra patebunt, & an aliquid Deo, & creaturis vniuocè competat.

¶ Postremò sciendum, q̄ quantum res habet de entitate, & veritate actualitate, aut formalitate, tantum habet de cognoscibilitate, & intelligibilitate. Cumq; Deus gloriosus, & summus sit infinitæ actualitatis, & in entitate, veritate, ac formalitate absolutæ, ac infinitæ perfectionis, certum est q̄ ex sua natura sit cognoscibilitatis, & intelligibilitatis penitus infinitæ. Ideo plenè, & comprehensiuè non potest intelligi, nisi ab intellectu infinitæ virtutis, ac perspicacitatis, videlicet à seipso. Vnde omnis intellectus creatus à tali Dei cognitione deficit infinitè.

QVAESTIO II.

Arguitur primo ad partem affirmatiuā.

SEcundo quæritur, *An Deum esse sit per se notum.*

¶ Videtur q̄ sic, quia secundum Damascenū in principio libri sui, Cognitio existendi Deum, omnibus est naturaliter inserta. ¶ Secundò quia, vt ait, & probat Anselmus: Deum esse tam certum est, quòd oppositum cogitari non valet: cum Deus sit id, quo maius cogitari nequit. Hoc autem cogitari non potest non esse, quoniam id, quod potest cogitari non esse, minus est illo, quod non potest cogitari non esse. Tertiò secundum Philosophum primo Posteriorum, Illa dicuntur per se nota, quæ terminis cognitis protinus cognoscuntur, quemadmodum cognito quid nomine partis, & quid nomine totius significetur, mox constat, quòd totum sit maius sua parte. Sed intellecto quid designet hoc nomen Deus mox certum est Deum esse. significatur nanque hoc nomine Deus id, quo maius cogitari non potest. maius verò est, quòd est in intellectu, & re, quàm quod solum in intellectu. ¶ Quartò nulla res potest cogitari sine sua quidditate, sed quidditas Dei est suum esse, ergo cogitari nequit non esse.

¶ In

In oppositum Psal. 13. & 52 Damasce.

¶ In oppositum est, quoniam Deum esse potest esse conclusio demonstrationis. & quoniam scriptum est, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Vnde & Damascenus primo libro: Itantum, inquit, præualuit pernicioſa hominum malitia, vt diceret Deum non esse. Auicenna. Auicenna quoque primo suo metaphysicæ ait, quòd Deum esse non sit per se manifestum, atq; quòd possit demonstrari. Insuper quidam Philosophi posuerunt Deum non esse, sicut qui asserebant omnia à casu fieri, aut fortuna, vt de Democrito refert Philosopsus, & qui non posuerunt causam agentem.

Thomas. ¶ Ad hanc quęstionem respondet Thomas in Scripto: De cognitione rei possumus loqui dupliciter. Primò, secundum rem ipsam. Secundò, quantum ad nos. Loquendo ergo de Deo secundum se, per se notum est ipsum esse, & ipse intelligitur per se, non per hoc quòd faciamus eum intelligibilem, vt materialia, quæ facimus per abstractionem intelligibilia actu. Loquendo autem de Deo per comparationē ad nos, sic rursus dupliciter potest considerari. Primò, quo ad suam similitudinem, & participationē. sicque Deum esse, est notum per se, cum nihil cognoscatur nisi per suam veritatem, quæ à Deo est exemplata. Veritatem autem esse, est notum per se. Secundò, quo ad suum suppositum, idest, considerando Deum prout in sua natura est quid incorporeum. sicque Deum esse, non est per se notum. Nam ea, quę per se nota sunt nobis, fiunt nobis nota per sensum: sicut viso toto, & parte, statim cognoscimus quod omne totum maius est sua parte sine inquisitione: sed visis sensibilibus, non deuenimus in Deum, nisi probādo, quòd ista creata sunt, & quod omne creatum, seu causatum est ab aliqua causa agente, atque quod primum agens non possit esse corpus. Et sic in notitiam Dei non deuenimus, nisi argumentando, & nullum tale est per se notum. Et hæc est ratio Auicennæ. Hæc Thomas in Scripto.

artic. 1. Aliquid ē per se notum dupliciter.

¶ Porrò in prima parte quæstione 2. ait: Contingit aliquid per se notum esse dupliciter. Vno modo secundum se, & non quo ad nos. Alio modo secundum se, & quantum ad nos. Ex hoc etenim aliqua propositio est per se nota, quòd prædicatū eius includitur in ratione sui subiecti: vt, homo est animal. Si ergo notum sit omnibus de prædicato, & subiecto quid sint, propositio illa erat secundum se nota, vt patet de primis demonstrationum principijs. Si verò quibusdam ignotum sit de subiecto, & prædicato quid sint, propositio quantum in se est, erit per se nota: non tamen apud illos, qui prædicatum, & subiectum ignorant. Hinc secundum Boetium in libro de hebdomadibus: Quædam sunt commune animi conceptiones, per se notæ sapientibus tantum, sicut incorporalia non esse in loco. Dico ergo quòd hæc propositio, Deus est: quantum in se est, & secundum se, est per se nota: quia prædicatum est idem subiecto, cum Deus sit suum esse. Sed quia nescimus de Deo quid est, non est nobis per se nota: imò indiget demonstrari per notiora nobis, & minus nota secundum naturam, videlicet per effectus. Hæc Thomas in Scripto. Boetius. Thomas.

Q̄ Deum esset sit p se notum, cur aliqui opinātur.

¶ At verò in Summa contra gentiles libro primo capitulo vndecimo loquitur: Hęc opinio, puta q̄ Deum esse sit per se notum, & ideo demonstrari non queat, prouenit partim ex consuetudine, qua homines à principio assueti sunt nomen Dei audire, & inuocare: partim ex hoc, quod notum simpliciter, & secundum se non distinguitur à noto per se, quantum ad nos. Nam quoniam mente concipere non valemus quid sit Deus, ignotum est quantum ad nos quemadmodum ei, qui rationem totius non conciperet mente, ignotum esset, quòd omne totum maius est sua parte Nec oportet, vt cognita significatione huius nominis Deus, per se notum sit nobis, Deum esse; Primò, quia in concedentibus deum esse, non omnibus notum est, quòd Deus sit id, quo maius cogitari non potest, cum multi Philosophorum dixerint mundum hunc Deum esse. Nec ex interpretationib⁹ huius nominis Deus, quas ponit Damascenus, datur aliquid tale intelligi. Et quamuis per nomen hoc Deus intelligant homines aliquid, quo maius cogitari non valet, non sequitur aliquid tale esse in rerum natura. Eodem siquidem modo necesse est poni rem, & nominis rationem. Ex hoc autem quòd mente cōcipitur id, quod profertur, hoc nomine Deus, non sequitur Deum esse nisi in intellectu. Nec inconueniens est, quolibet dato in re, vel in intellectu, aliquid maius cogitari posse, nisi ei, qui concedit aliquid, quo maius cogitari non potest esse in rerum natura. Hæc Thomas.

Tarātali, ¶ Cuius positioni Petrus concordat, dicendo: Deum esse, vno modo est quasi lux, & causa cognoscibilitatis omnium cognoscibilium, tam principiorum quàm conclusionum. Alio modo est quasi principium per se notum, alio modo est demonstrationis conclusio, alio modo quasi articulus fidei. Cognoscibile nanque duobus modis potest considerari. Primò, secundum se in propria natura. sic Deus est per se quid notum, quia cum sit immaterialis, est per se intelligibilis. Secundò, in comparatione ad nos, & hoc dupliciter. Primò, in ratione generali, prout relucet in omnibus suis effectibus, inquantum veritas, bonitas, &c. & sic rursus est per se notum. Secundò in ratione propria qua dicitur Deus, aut summum bonum, & hoc dupliciter: Primò, ratiocinando. & sic est demonstrationis conclusio, prout ex effectibus in cognitionem causæ decurrimus. Nam propter elongationē Dei à sensu, non statim occurrit intellectui, vt quædam prima principia. Secundò, simpliciter propter authoritatem assentiendo, & sic est articulus fidei. Hæc Petrus. Cognoscibile duobꝰ modis cōsideratꝰ.

Richardꝰ. ¶ His per omnia concordans Richardus: Deum, inquit, esse per se notum nobis, intelligi potest dupliciter. Primò, quantum ad conditiones sibi, & creaturæ communes communitate analogiæ, non vniuocationis: quæ sunt ens, verum, vnum, bonum. Secundò, quantum ad conditiones, à quibus hoc nomen Deus ad significandum imponitur, quę (secundum Damascenum primo libro capitulo nono) sunt, vniuersa fouere, omnem malitiam posse consumere, cuncta considerare. Sicque Deum esse, non est nobis propriè per se notum, quamuis naturæ nostræ insertum est. vnde possumus inuestigando deuenire in cognitionem, quia est aliquid tale ens. Hæc Richardus. Damasce.

Aegidius. ¶ Porro Aegidius his contradicit: Hæc, inquiens, scilicet prætactorum doctorum positio, non est bona. Cum in via hac valeamus videre, quòd Deus est suum esse, possumus hic scire quòd nullus cogitat Deum, nisi cogitet ipsum esse. In cæteris namque differt esse ab eorum essentia, ideo possunt intelligi absque hoc, quòd intelligantur esse. In solo autem Deo non distat, nec differt esse, à sua essentia. Ideo solus ipse non potest cogitari non esse. Et quoniam, hoc est esse per

se notum, videlicet non posse cogitari non esse, fateri oportet, quòd Deum esse sit aliquo modo quo ad nos, notum per se. Et cum ipsi dicunt, quòd tunc sciremus de Deo quid est, æquiuocatio est in eo, quòd, quid est. Non enim oportet de Deo scire quid rei, sed quid nominis. Nam, & sapientibus per se notum est, incorporalia non esse in loco, & tamen incorporalium, quid deitas positiuè videre non queunt. Denique de propositione per se nota, tria dicuntur quæ de propositione hac, Deus est, verificantur. Primum est, quòd prædicatum est de ratione subiecti, sicque esse est de ratione Dei. Secundum est, quòd per se notum, & directè negari non potest, sed indirectè ab eo, qui non intelligit illud, vt patet quarto metaphysicæ de Heraclito negante illud principium, de quolibet affirmatio vel negatio: quia cernebat res esse in tanto fluxu, quòd pro positione de eis prolata posset mox de ipsis proferri contrarium: & ita non intelligebat illud principium, nec ipsum directè negauit, quin illa verificatio contradictoriū non esset simul. Sic quoque nullus directè negat Deum esse, sed si id negat, hoc est indirectè: quia non apprehendit quid est, quod dicitur per nomen hoc, Deus. Tertium, quod dicitur de propositione nobis per se nota, est, quod quilibet eam approbat mox, auditam, secundum Boethium libro de hebdomadibus: quod non est intelligendum nisi præsupposito intellectu significationis verborum. Sic & quicunque intelligit, quid dicatur, aut designetur per nomen hoc Deus, mox approbat propositionem hanc, Deus est. Itaque Deum esse, est per se notum hominibus, vtpotè sapientibus, quemadmodum incorporalia non esse in loco. Vnde Anselmus in prosologion capitulo tertio ait: Cur dixit insipiens in corde suo, non est Deus, cum tam in promptu sit rationali menti, Deum maximum omnium esse? Cur inquam, nisi quia insipiens est, & stultus? Ergo Deum esse per se notum est, non omnibus, sed sapientibus. Hæc Aegidius.

¶ Quibus satis concordare videtur, quod hic scribit Bonauentura, dicendo: Aliquid cogitari non esse, contingit dupliciter. Primò in ratione falsi, sicut cogito de hac propositione, homo est asinus, & hoc cogitare nil aliud est, quàm intelligere quid sit, quod dicitur. sicque cogitari potest non esse veritas esse diuini. Alio modo contingit cogitare cum assensu, & ita cogitare non esse quod est, potest accidere ex defectu intelligentis, aut intelligibilis. Defectus autem intelligentis, est ignorantia, aut cecitas eius: ob quam, quia ignorat esse, cogitat ipsum non esse. Potest autem dupliciter cogitatio esse de aliquo, scilicet an est, & quid est. Intellectus vero noster deficit in cognitione summæ veritatis, quo ad cognitionem quid est, non quantum ad notitiam quia est. Hinc Hugo libro de Sacramentis: Deus ab initio sic cognitionem suam in homine temperauit, vt sicut nunquam quid est poterat comprehendi, sic nunquam quia est potuit ignorari. Quoniam ergo intellectus noster nunquam deficit in cognitione Dei si est, seu quia est: ideo nullus potest ignorare ipsum esse simpliciter, nec cogitare non esse. Quia vero deficit in cognitione Dei, quantum ad quid est, ideo frequenter cogitat Deum esse, quod non est, vt idolum: vel non esse quod est, vt esse iniustum. Et quia, qui cogitat Deum non esse quod est, per consequens cogitat ipsum non esse. Hinc ratione defectus intellectus nostri, potest cogitari non esse, non tamen simplici ter, sed ex consequenti; sicut qui negat beatitudinem esse in Deo, negat eam esse. Alio modo potest cogitari aliquid non esse ex defectu intelligibilis, & defectus huiusmodi potest esse duplex, puta defectus præsentiæ, & defectus euidentiæ. Defectus præsentiæ est, quia non semper est, aut non vbique, aut non totaliter. Ideo aliquando potest cogitari non esse. Deus autem semper, & vbique, atque totaliter præsens est, ideo non potest cogitari non esse. Hanc rationem assignat Anselmus. Secundò propter defectum euidentiæ potest aliquid cogitari non esse, vt quando non est euidens in se, nec euidens in probando. Sed Deum esse est euidens in se, & euidens in probando. Nam Deus seu veritas summa est ipsum esse, quo nil melius potest cogitari. Ideo non potest non esse, nec cogitari non esse, quia prædicatum clauditur in subiecto. Conceden dum est ergo, quòd tanta est veritas diuini esse, q̄ cum assensu non potest cogitari non esse, nisi ex ignorantia cogitantis, qui ignorat quid per nomen dicitur, aut designatur. Hæc Bonauentura. Qui etiã in itinerario mentis in Deum, disseruit: Volens contemplari inuisibilia Dei quantum ad essentiæ vnitatem, primo defigat mentis aspectum in ipsum esse, & videat ipsum adeo esse in se certissimum, quòd non potest cogitari non esse: quoniam ipsum esse purissimum non occurrit nisi in plena fuga non esse, quemadmodum nihil in plena fuga ipsius esse. Hinc sicut omnino nihil, nihil habet de esse, nec de conditionibus eius: ita econtra ipsum esse, nihil habet de non esse, nec actu neque potentia, nec secundum rei veritatem, neque secundum nostram æstimationem. Cum autem non esse priuatio sit essendi, non cadit in intellectum nisi per esse. esse autem non cadit per aliud. Si ergo non ens non potest intelligi nisi per ens, & ens in potentia non nisi per ens in actu, & esse nominat ipsum purum actum entis: ergo esse est quod primo cadit in intellectum, & illud est esse quod est purus actus. Sed hoc esse non est esse particulare, quod est esse artatum: quia permixtum potentiæ, neque analogum. restat igitur, q̄ illud esse sit esse diuinum. Mira est itaque cæcitas intellectus, qui non considerat illud quod prius videt, & sine quo nihil potest cognoscere. Sed sicut oculus intentus in varias colorum differentias, lucem per quam videt cætera, & si videat non tamen aduertit: sic oculus nostræ mentis in entia particularia, ac uniuersalia intentus, ipsum esse extra omne genus, licet primo occurrat menti non tamen aduertit. Vnde ueris simè apparet, quòd sicut oculus uespertilionis se habet ad lucem solis, ita se habet oculus nostræ mentis ad manifestissima naturæ, quoniam assuefactus ad tenebras rerum, atque phantasmata sensibilium, dum ipsa lucem summi esse contuetur, videtur sibi nihil videre. Hæc Bonauentura.

¶ Cuius verba hæc vltima sunt aliqualiter intricata, & ex verbis quibusdam beati Augustini sumpta videntur, dicentis, quòd in prima, & incommutabili veritate omnia cognoscuntur. Et rursus, Dum ambo eandem veritatem concipimus, nec tu in me, nec ego in te, sed ambo in lumine summæ veritatis ipsam conspicimus. Et de hac materia scribit Scotus diffusè, & infrà veritas eluceseet, quia & Alexander plenius scribit idem.

¶ Insuper de prætacta quæstione sic loquit Alexãder: De Deo habet dupl. cognitio, s. cognitioin actu, & cognitio i habitu. Cognitio de Deo in habitu naturaliter nobis impressa ẽ q̄n̄ naliter nobis impressus

Tria dicuntur de propositionib p se nota.

Anselmus

Vnde; vnitas essentię diuinę sit cõtemplanda.

Boethius.

Aaselmus Psal. 13.

Bonauẽt. dupliciter cogitatur aliquod esse.

Hugu.

Dionysi⁹. August.

Alexãder

Duplex de Deo cognitio.

Augustin. sus est habitus, videlicet similitudo primæ veritatis in intellectu, quo potest cognoscere Deũ esse, nec potest ignorari ab anima rationali. Cognitio uero in actu est duplex. Vna, cum mouetur anima secundum superiorem partem rationis, & habit um similitudinis primæ ueritatis, superiori parti rationis impressum eo modo, quo recolit suum principium per hoc, q̄ videt se non esse a se: & hoc modo etiam non potest ignorare, Deum esse in ratione sui principij. Alia est, cum mouetur anima secundum partem rationis inferiorem, quæ est ad contemplãdas creaturas. sicq; potest non cognoscere Deum esse, dum scilicet per peccatum, & errorẽ auersa a Deo, obtenebratur eo modo, quo ait Apostolus: Cum cognouissent Deũ, non sicut Deum glorificauerũt &c: Et sic dixit insipiens, Non est Deus. Denique Deo hoc proprium est, ut præfato modo non possit cogitari non esse. Quamuis enim nulla, quæ sunt, inquantum sunt, possint cogitari non esse, quia non possumus cogitare aliquid simul esse, & non esse tamen omnia possunt cogitari nõ esse, præter id, quod summè est. Etenim omnia, & sola possunt cogitari non esse, quæ initium habẽt, aut finem, aut partium coniunctionem, & quicquid alicubi, aut aliquando totum non est. Illudq; solum non potest cogitari non esse, in quo nec initium, nec finem, nec partium est ponere coniunctionem, & quod non nisi vbiq; & semper totum vlla inuenit cogitatio. Hæc Alexander.

¶ Amplius Scotus circa hęc scribit: Dum propositio dicitur per se nota, per ly per se, nõ excluditur quæcunque notitia: quia non notitia terminorum, quoniam nulla propositio est per se nota, nisi habea tur notitia terminorum: sed excluditur quæcunq; causa seu ratio, quæ est per se extra conceptus termi norum propositionis per se notæ. Ideo propositio est per se nota, quæ non habet notitiam aliunde indicatam, aut mendicatam: sed ex terminis cognitis habet veritatem euidentem, & quæ non habet cognitionem terminorum nisi ex aliquo in se. Alius autẽ est conceptus diffinitionis, alius diffiniti: quia ex diffinitione aliquid demonstratur de diffinito. Hinc propositio non est per se nota, quæ solum est nota ex diffinitione terminorum suorum, quoniam mendicat euidentiam suam aliunde, puta ex terminorum diffinitione, & potest esse conclusio respectu alterius. Ex hoc patet, q̄ frustra, & uanæ sunt huiusmodi distinctiones propositionis per se notæ, q̄ quædam est per se nota nobis, quędam per se nota naturæ. Et eorum, quę sunt per se nota nobis, quædã sunt per se nota sapientibus, & quędam insipiẽtibus Consimiliter, quædam sunt per se nota primi ordinis, quædam secundi ordinis. Itaque dico, q̄ per nomen Dei intelligendo aliquid, quod nos non perfectè concipimus, ut essentiam hanc diuinam, sic hęc, Deus est, per se nota: vt si Deus uidens se, imponat hoc nomen Deus suæ essentiæ, & quæratur an hęc sit per se nota, Deus est, & hęc essentia est. & dico, q̄ sic, quia ista extrema nata sunt facere euidentiam de ista complexione cuilibet apprehendenti perfectè extrema illius complexionis, & esse nulli perfectius conuenit, quàm huic essentiæ. Si autem per nomen hoc Deus, intelligatur non hęc diuina essentia quam concipimus, sed conceptus aliquis, quem no' concipimus de hac ipsa essentia, ut esse infinitums aut primum principium, propositio non est per se, nota Sicque patet quomodo hæc est per se nota, Deus est, & quomodo non. Hæc Scotus.

¶ Qui circa hęc scribit prolixè. Cuius verba videtur erroneà, præsertim in eo, q̄ prefatas distinctiones propositionis per se notæ, tam irreuerenter redarguit, quæ partim ex Boethio in libro de hebdomadibus formaliter, & apertè habentur, partim ex uerbis ipsius eliciuntur, atque a famosis solennissimisq; doctoribus scholasticis, Alexandro, Thomã, Alberto, Bonauentura, ceterisq; pretactis sunt approbatæ, ac rationabilitur (vt constat ex habitis) declaratæ, Nec ratio Scoti procedit. Non enim sequit, Propositio per se nota est, quæ ex apprehẽsione terminorum suorum vnicuiq; innotescit, ergo alię nullo modo sunt per se notæ: sicut nõ sequitur, Ille est perfectus, qui nihil de imperfectione habet adiunctum, ergo alij nullo modo perfecti sunt. Insuper uerba Scoti iam tacta, implicare probantur. Si enim vt ait, hęc est per se nota, Deus est; & hæc essentia, seu diuina essentia est, quia extrema nata sunt facere euidentiam de istis complexionibus cuilibet perfecta apprehendenti extrema complexionum istarum: ergo, & ista est per se nota, homo est corpus, hõ est substantia, cuius contrarium dicit ipse. ¶ Præterea iuxta inducta ex uerbis Petri, propositio ista, Deus est: vno mõ est quasi demõstrationis cõclusio alio mõ per se nota, tertio mõ articulus fidei. Et si quis in hoc neget Petrũ dico non esse inconueniẽs, propositionẽ pe se notã posse aliunde pbari, declarari, ac demõstrari, ita ut eiº euidẽtia augeat, eiusq; ueritas multiformiter eluceseat. Vnde ad hoc, quòd propositio sit per se nota, sufficit, q̄ mox ex terminis cognitis innotescat, neq; ad sui euidentiã pbatione, aut demonstratione indigeat: nihilominus potest eius ueritas aliunde probari, & euidentia eius augeri. Etenim ista per se nota est, homo est hõ, aliquid est aliquid, nihil est nihil: & tamen probari, ac declarari potest hoc argumento, Nulla propositio est verior, quàm illa, in qua prędicatur idem de seipso. Similiter istud est per se notum, Totũ est maius sua parte, attamen potest sic declarari: Totum continet suam partem, & amplius. imò secundum Francisum de Maronis, potest per diffinitiongm totius sic demonstrari: Omnè quod continet multitudinẽ partium, excedit quamlibet illius multitudinis partem, q̃m continet tantundem, & amplius. sed totum est hmõi respectu partis, ergo maius est sua parte.

¶ Postremo Albertus in commento suo super librum de Causis, testatur: Oportet q̄ primum ens sit necesse esse omnino, atque omnimodè, & q̄ impossibile sit ipsum non esse, & secundum rem, & secundum intellectum, sicq; intelligi non possit non esse. In eodem quoque commento ponit duo decim proprietates eius, quod necesse est esse. Et in vltima asserit earundem: Omnia quæ sunt in uniuerso, sunt ab eo, quòd necesse est esse, & ipsum a nullo ẽ, nec põt esse ab alio, neq; ſm esse, neq; ſm posse, neq; ſm id quod est, neque, ſm intellectum. Hæc Albertus.

¶ Itaque finem huic quæstioni imponendo, sciendum, quòd tempore sancti Anselmi quidam uir doctus scripsit contra probationem Anselmi, qua probauit Deum esse ex hoc, q̄ Deus est id, quo magis cogitari non põt, & tale ens tam necesse est esse, vt cogitari non possit non esse. Et scriptum viri illius uocatur. Responsio pro insipiente, qui ſm dixit in corde suo, non est Deus. Anselmus quoq; adhuc uiuẽs in corpore, rñdit viri illius obiectioni. Veruntamen sicut Cancellarius Parrhisiensis, magister Ioannes de Gersono, in quodam ait tractatu, discursus Anselmi est reuera sophisticus, nec tenet in omnibus. Vñ, & vir illè sic arguit cõtra Anselmum: Narratur de quadã terra pulcherrima, & quantum conijcere

Boethius.

Contra rõnẽ Scoti.

Fr̃a Ma.

Albertus.

Psal. 13.

Ioh. Gerson contra Anselmũ.

ualeo, vir ille recitat hoc de illa, quæ est quasi alter (vt fertur) paradisus, de qua in Itinerario, & historia sancti Brandani habetur. De qua vir ille sic arguit: Vocetur terra illa A, arguaturq; ita: A est pulcherrima terra, ergo huiusmodi terra est. Sic in similibus, Deus est id quo maius cogitari non ualet, ergo hmõi ens est. Et addit vir ille, Nescio quis insipientior sit, an is qui putat hoc sequi, an insipiens, qui dixit in corde suo, non est Deus.

Dionysius ¶ Hinc præinducta resoluendo uidetur positio Aegidij non discordare a sancto Thoma, nisi in verbis. Non enim Thomas negare intendit quin propositio ista, Deus est, sit sapientibus per se nota, quemadmodum ista, incorporalia nõ sunt in loco. Nihilominus in hac re potius consentio prætactæ responsioni Bonauenturæ. & dico cum Alexandro, q̃ discursus Anselmi tenet duntaxat de Deo, & q̃ ipse sit purissimum prorsus perfectum, & actualissimum esse, quod cogitari non potest esse ab eo, qui nominis significationem intelligit, secundum quod Bonauentura demonstrat, vt patuit. Argumenta autem cõtra istud inducta, in præbabitis sunt soluta. Nam, & prima principia, quamuis per se nota, a quibusdam philosophis negabantur.

QVAESTIO III.

TErtio quæritur, *An per naturalem rationem queat probari, quod in Deo sit pluralitas, aut trinitas personarum.* ¶ Videtur quòd non, quia hoc solo fide tenetur, & non nisi per reuelationem innotuit, nec aliquis purus philosophus id cognouisse videtur in lumine naturali. ¶ Secundò, quia cum agere sit suppositorum, tres personæ non sunt vnus vniuersorum creator, secundnm quod distinctæ, sed vt vnum principium, atque vt vnius, & eiusdem potentiæ, ac naturæ. Non ergo relucent in creaturis aperte, vt distinctæ personæ, sed vt vnum.

Arguitur 1. ꝑ parte negatiua.

1 In oppositũ Richardus. ¶ In oppositum argui potest per rationes, quibus Richardus de sancto Victore, in libro suo de Trinitate, probat, imò vt sibi apparet, demonstratur, omnem necessariam veritatem necessarijs rationibus posse probari. ¶ Secundò, quoniam Trismegistus in libro de verbo perfecto, apertissimè tractat & loquitur de patre æterno, & vnigenito filio eius. Sicque ad minus cognouisse videtur patrem, & filium, in diuinis: sed & spiritumsanctum, cum dixerit: Monas gignit monadem, & in se suum reflectit ardorem. ¶ Tertiò, magnus ille Platonicus Plotinus, in libro suo de tribus summis substantijs, manifestè differuit de Deo patre, & νοῦ, quod de patre, & filio uidetur intelligi. ¶ Quartò, glossa Exodi 8. & ad Romanos primo fatetur, quòd magi Pharaonis defecerunt in tertio signo, quoniam ad notiam tertię personæ in diuinis, uidelicet spiritussancti, non potuerunt pertingere. ergo saltem ad duarum personarum notitiam diuinarum pærducti fuerunt. ¶ Quintò, Aristoteles in primo libro de cęlo, & mundo: Hic, inquit, numerus, puta ternarius, est omnis ideſt perfectus: & rerum significat trinitatem. Nos uero non extraximus hunc numerum nisi a natura rerum, & retinuimus ipsum similem legi earum. & per hunc quidem numerum adhibuimus nosipsos magnificare Deum vnum, quoniam magnificamus creatorem eminentem proprietatibus eorum, quæ sunt creata. ¶ Sexto, Augustinus in libro confessionum affirmat se legisse in libris Platonicorum, sensum euangelij sancti Iohannis, ab illo loco, In principio erat verbum, vsque ad id, Fuit homo missus a Deo. ¶ Septimo, potest istud variis modis ex naturalibus rationibus cõfirmari. Quemadmodum enim competit Deo infinita bonitas, ita & infinita communicabilitas, atque fœcunditas, cui nulla creatura adæquatur, aut correspondet, imò in infinitum distat ab ea: ergo Deus potest in infiniti germinis pruductionem procedere. Generatio quoque uidetur esse perfectissima emanatio, ergo competit Deo, præsertim cum quicquid perfectionis sit in creaturis, eminentiùs in creatore consistat. Vnde, & ipse hanc rationem apud Isaiam tangere videtur dicendo. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis remanebo?

2 Trismegistus. 3 4 5 Aristot. 6 Ang. l. 7. confessionum. ca 9. Iohan. 1o 7 Isai. 66.

Albertus Philosophi trinitatis notitiã nõ habuerunt. ¶ Ad hanc quæstionem respondet Albertus: Dicendum sine dubio, quòd philosophi ductu rationis naturalis non potuerunt habere cognitionem trinitatis secundum propria personarum, & hoc propter tria Primum est, quia cognitio illa oppositionem habet ad principia, ex quibus intellectus noster scientiam accipit naturalem: qualia sunt, quòd unius naturæ indiuisibilis numero, non possunt esse plura suppositа. Item, quod distinguitur secundum subsistentiam, eo quod refertur ad alterum, prius est, in substantia distinctum a recipiente illam relationem. Itemque, quòd gignens de substautia sua, & genitum, non sunt simul. atque, quòd omne genitum prius est in potentia, quàm in actu. & consimilia, ex quibus scientiam accipit ratio naturalis. Secundum est, quia scientia Dei mirabilis est, & confortata, nec possumus ad eam: quia excedit, & vincit nos. Tertium est, quoniam similitudo in creatura representans Deum est imperfecta, & magis deficiens, quàm conueniens. Hinc ad notitiam trinitatis exigitur principium altius lumine naturalis rationis, quod est fides, aut illuminatio reuelationis desuper venientis.

Psal. 138.

Quæstio. ¶ Sed quæri potest, an philosophi magis appropinquauerunt ad cognitionem patris, ac filij, in ratione patris, ac filij, an in ratione dicentis per intellectum ac verbi Dicendum quòd magis appropinquauerunt patri, ac filio sub ratione intellectualiter dicentis, & verbi, quàm sub ratione patris, & filij: quoniam dicere æquiuocatur ad dicere essentiale, quod conuenit tribus personis: & ad dicere personale, quod conuenit tantum patri. Et primo modo est inuestigabile per rationem, non autem secundo modo. Similiter verbum æquiuocum est ad verbum, quod est filius, & ad verbum seu exemplarem rationem creaturæ in Deo, quod appropriatè conuenit filio. Filius vero dicit subsistentem personam, quod non facit verbum, secundum rationem verbi in generali.

Soluitur quæstio. ¶ Præterea quæritur, cur magi, aut philosophi potius defeciſſe dicuntur in cognitione ſpiritusſancti, quàm filij. Respondetur, quòd distinctio verbi, & dicentis, satis se offerunt intellectui, & habent aliquã relationem adinuicem, sed amoris distinctio non ita se offert. Idcirco a ratione magis est elongata. Hæc Albertus.

Magi cur defecerũt ſpũſſancti cognitiõe

Thomas. ¶ Porro Thomas: Per naturalem, inquit, rationẽ peruenirinon potest in cognitionem trinitatis personarum, Idcirco philosophi de ea nihil sciuerũt, nisi forsan per relationem vel auditum ab alijs: quoniam naturalis ratio nõ cognoscit Deũ nisi ex creaturis. Omnia uero, quæ dicuntur de Deo per respectũ ad creaturas, pertinent ad essentiam, non ad personas. Hinc ex naturali ratione, non venitur nisi in

in attributa diuinæ essentiæ. Tamen philosophi potuerũt personas cognoscere secundum appropriata earũ, cognoscendo Dei potentiam, sapientiam, bonitatem, Hæc Thomas, Cui concordans Petrus: Tribus, ait, modis cognoscitur res. Primò per propriam inuentionẽ, sic nullus vnquam habuit cognitionem trinitatis: Secũdò, per alterius reuelationẽ. sic aliquã notitiã habere poterant de trinitate philosophi, libros legis, ac prophetarũ legendo, vt Plato, vel per consultationem dæmonum addiscendo. Tertiò, per reuelationem diuinam, sicq; omnes habere poterant, quibus Deus voluit reuelare. Cognouerunt ergo philosophi ex creaturis non atributa personarũ propria, sed attributa essentiæ; personis appropriata, non inquãtum appropriata: quoniam sic eorum cognitio dependet a proprijs, sed cognouerunt appropriata, vt communia: qa Deus, per essentiam causa est rerum, vnde illorum similitudo relucet in rebus expresſiùs. Sicque solui potest quod legitur in Mercurio Trismegisto, qui dixit: Monas genuit monadem, propriumque in se reflexit ardorem. Sibylla quoque, vt recitat Augustinus libro de ciuitate Dei, differuit: Ipsum nostrũ cognoscite dominum, Dei filium esse. Item quod refert Augustinus 7. confessionum, quòd in quo dã Platonis libro legerit totum hoc, In principio erat verbum, vsque ad id, Fuit homo &c. Vel verbum caro factum est, quod etiam in libro contra hæreſes recitat de Hermete, qui fecit librum de verbo, perfecto. Ad quæ omnia, ac consimilia dici potest, ipsos per doctrinam, aut reuelationem talia cognouisse, sicut, & impius Balaam prophetauit. Hæc Petrus.

Tarãtasiꝰ. Res tribꝰ modis cognoscitur

Sibylla. Augusti. li. 18. c. 23 Augusti. li. 7. cap. 9 Ioh. 1.

Richard. ¶ His omnino concordat Richardus: Deum, inquiens, esse trinum, ductu rationis cognoscere non valemus. quia, vt sanctus Dionysius docet, Deum ex creaturis cognoscimus tribus modis, puta per ablationem, per causalitatem, & per supereminentiam. Primò cognoscimus de Deo, quid non sit, & sic non cognoscitur, q̃ sit trinus. Nec per causalitatem hoc potest cognosci, quoniam omnia, quæ dicuntur de Deo per respectum ad creaturas, ad essentiam pertinent, non distinctè ad personas. Nec tertiò modo id potest cognosci. sic nanque cognoscitur quantũ ad supereminentiam perfectionum, suarum, quarũ participationes sunt in creaturis. in nulla autem creatura inuenitur in tribus suppositis essentia numero vna. Hæc Richardus.

6 S. Dion.

Bonauen. ¶ Præterea circa hæc scribit Bonauẽtura. Pluralitas personarum, cum vnitate essentiæ est proprium diuinæ essentię solius. Cuius simile nec reperitur, nec reperiri potest in creaturis, nec rationabiliter, cogitari: ideo nullo modo trinitas personarũ est cognoscibilis per creaturas, rationabiliter ascendẽdo a creatura in Deum. Sed licèt non habeat omnino simile, habet tamen aliquo modo, quod creditur illi simile in creatura. Vnde dico, q̃ philosophi nunquam per rationem cognouerunt personarum trinitatẽ, nec etiam pluralitatem, nisi haberent aliquẽ habitum fidei alicuius, vt quidam hæretici. est autẽ alia trinitas appropriatorum, videlicet veritatis, vnitatis, & bonitatis, quã cognouerunt, qñ euidenter simile habent in creaturis. ¶ Porrò magi defeciſſe dicuntur in tertio signo, quoniam defecerunt in cognitione effectus potiſsimi bonitatis, puta redemptionis, quæ bonitas appropriatur ſpiritusſancto. Deniq; ex suppositionibus, & rationibus, quibus in Deo pluralitas, probatur personarũ, potest etiã probari oppositũ: vt ſi taliter arguatur, In Deo est ſumma beatitudo. ergo ſumma communicatio, ſumma charitas, ſumma iucunditas. ergo Deus ſeipſum plenè cõmunicat, & habet dilectũ ſibi æqualẽ, parem quoq; conſortem, cum amor non ſit propriè ad ſeipſum, nulliusq; boni poſſeſſio ſit iucunda abſq; ſocio. Sed ex iſto fundamẽto potest probari oppoſitum. Cũ enim ſit in Deo ſumma beatitudo, cum beatus per eſſentiam ſolum ſibi ſufficiat ad beatitudinẽ, non oportet in Deo aliam fateri perſonam ad plenã beatitudinem, aut iucunditatem. Itẽ, ſi ita quis arguat: In Deo eſt ſumma perfectio, ſed perfectionis eſt ſibi ſimilem in natura producere: contra hoc ſic argui poteſt. In Deo eſt ſumma perfectio, ergo æquè plenè, & perfectè eſt deitatis eſſẽtia in vna perſona ſicut in pluribus: ſed ſine neceſſitate non eſt ponenda pluralitas, ergo non eſt niſi vna diuina perſona. Conformiter ſi ſic arguatur. Ad ſimplicitatem pertinet poſſe eſſe in pluribus, vt patet de vniuerſali. ad primitatem quoque ſpectat fontalis fœcunditas, ergo diuinæ eſſentiæ ratione ſuę immenſę ſimplicitatis competit eſſe in pluribus perſonis, & patri ratione ſuę innaſcibilitatis ſeu primitatis, conuenit productio alterius diuinæ perſonę. Sed ex eiſdem motiuis poteſt ad oppoſitũ argui, vtpotè q̃ ſummæ ſimplicitati repugnet, & opponatur pluralitas perſonarũ: ſimiliter Deo ratione ſuæ, primitatis conueniat vnitas, non pluralitas, quia in primo tanquam in vno oportet eſſe ſtatum. Hæc Bonauentura in Scripto primi.

Bonauen. in itiner. ¶ Præterea in Itinerario ait: Ipſum bonũ eſt principaliſſimum fundamentum contemplationis emanationum. Vide igitur, quoniam ſimpliciter optimum tale bonum eſt, quod cogitari non poteſt nõ eſſe, & quo nil melius poteſt cogitari: quia omnino melius eſt eſſe, quàm non eſſe. & hoc ſic eſt, q̃ non poteſt rectè cogitari, quin cogitetur vnum, & trinum. Bonum nanque; dicit aliquid ſui diffuſiuum: ideo ſummè bonum, eſt ſui ſummè, ac maximè diffuſiuum. Summa autem diffuſio eſſe non poteſt, niſi ſit actualis, & intrinſeca, ſubſtantialis, & hypoſtatica, naturalis, & voluntaria, liberalis, & neceſſaria, indeficiens, & perfecta. Niſi ergo in ſummo bono æternaliter eſſet productio actualis, & conſubſtantialis, atque hypoſtaſis æquè nobilis, vt eſt producens per modum generationis, & ſpirationis, ita q̃ ſit æternalis principij æternaliter con principantis, ſic q̃ in ea ſit dilectus, & condilectus, genitus, & ſpiratus: hoc eſt, pater, & filius, & ſpirituſſanctus: nequaquã eſſet ſummum bonum, quia non ſe ſummè diffunderet. Nam diffuſio ex tempore in creaturas, non eſt niſi centralis, ſeu punctalis reſpectu immenſitatis, bonitatis, ac fœcunditatis diuinæ. Vnde, & illa eſt diffuſio maxima, in qua diffundens communicat alteri, totam ſuam ſubſtantiam. Non ergo ſummum bonum eſſet, ſi vel re, vel intellectu illa carere poſſet. Si ergo potes mentis oculo contueri puritatem bonitatis, quæ eſt actus purus principij charitatiuè diligentis gratuito, debitoq; amore, & ex vtroque permixto, cuius eſt diffuſio plenisſima per modum naturæ, & voluntatis, ideſt diffuſio verbi, in quo omnia dicuntur: & per modum doni, in quo cætera donantur, poteſt uidere per ſummi boni communicabilitatem, neceſſe eſſe trinitatem patris, & filij, & ſpirituſſancti. Hæc idem in Itinerario.

Bonũ eſt ꝓpiua rõ emanationum.

Bonauen. in breuiloquio. ¶ At verò in cõpendio ſeu breuiloquio pauperis, cõteſtatur: Fides cum ſit principium cultus Dei, & fundamentum eius, quæ ẽm pietatẽ eſt doctrinæ, dicit de Deo ſentiendum eſſe altiſsimè, atq; pijſsimè.

Non

Magi cur defecerũt in tertio ſigno. Eiſdẽ ratioinbꝰtis improbatur, quibus putatur probari.

Non autẽ sentiret altissimè, nisi crederet quod Deus posset se summè cõicare: nec sentire pijssimè, nisi crederet, q̃ posset & nollet. Hinc vt altissimè, ac pijssimè sentiat, dicit Deum se summè cõicare æternaliter, habendo dilectum, & cõdilectũ, ac per hoc esse vnum, & trinũ. Sicq; in vnitate naturæ sunt tres personæ: quarũ prima a nulla est, secunda a sola prima per generationem, tertia verò a prima, & secunda per spirationem, seu processionẽ, ita q̃ trinitas, personarũ non excludit a diuina essentia summam vnitatem, simplicitatẽ, immensitatem, æternitatem, incommutabilitatem, necessitatem, & primitatem: quinpotius includit summã fœcunditatẽ, charitatẽ, liberalitatẽ, germanitatem, conformitatem, & inseparabilitatem, quæ omnia sana fides intelligit esse in beatissima trinitate. Hæc Bonauentura.

Apperentis contrarietatis cõcordia.

¶In cuius verbis forsan quis putet esse contradictionem, quia in Scripto affirmat trinitatem non posse per rationem naturalem probari, in alijs autem tractatibus allegatis videtur eandem probare. Sed respondendum, quòd ad cognitionem probationum huiusmodi ratio non pertingit, nisi supernaturali lumine adiuuetur. Istæ quoque probationes non sunt demonstrationes, sed piè persuasiones.

Alexãder de Hales.

¶Insuper circa hæc scribit irrefragabilis doctor: Per naturalem rationem ex seipsa non potest haberi cognitio trinitatis, quoniam intellectus noster, per naturalem corruptionem obtenebratus, deficit in cognitione eorum, quæ maximè sunt, & ideo ex sua natura maximè cognoscibilia sunt. Deficit quoque in his, quæ minimè sunt, & ideo minimè intelligibilia sunt, vt motus, & tempus, quemadmodũ sensus deficit in extremis, idest in perceptione maximè, & minimè sensibilium rerum. Vnde secundũ

Richardꝰ.

Richardum de sancto Victore, non deest argumentum ad probandum trinitatem, id est, medium, seu ratio necessariò inferens esse trinitatem personarũ, in Deo, sed tamen deest ratio conferens ex parte nostra. Sicq; est defectus demonstrationis non ex parte rei, sed intellectus nostri: qui non potest ipsũ medium inuenire, & inuentum conferre ad concludendum veritatem. Hinc ait Richardus, ad quæcũque necessaria esse argumenta necessaria non deesse, quamuis contingat ea industriam nostram latere. Cognouerunt ergo philosophi patrem, & filiũ

τὸ ἀγαθὸν.

aliquo modo secundum Glossam Exodi. 8. quia de totagon, id est, summo patre, & νοῦ idest mente profluente ab eo, philosophati sunt, sed vsque ad tertiam personam peruenire non potuerunt. Tamen secundum glossam, cognitionem trinitatis habuerunt solum per appropriata, non per propria.

Obiectio.

¶Sed contra hoc obijcitur. Nã sicut sciuerũt appropriata patri, ac filio, ita sciuerunt appropriata spiritui sancto, puta benignitatem, aut bonitatem: & sicut nescierunt proprium spiritus sancti, sic nescierunt proprium patris, ac filij: ergo sicut ignorauerunt personam spiritus sancti, sic ignorauerunt personam patris, & filij. Respondetur, quòd defeciſſe dicuntur in cognitione tertiæ personæ, quoniam defecerunt in cognitione bonitatis, & benignitatis & hoc multipliciter. Primò, quia non cognouerunt potissimum bonitatis diuinæ effectum, videlicet incarnationem, & mundi redemptionem. Secũdò. quia etsi bonitatem cognouerunt, non tamen vt summã, & primam bonitatem sunt venerati, quoniam bona sua sibiipsis attribuerũt. Tertiò, quia etsi habuerunt appropriata duabus personis, videlicet potentiam, & sapientiam, non tamen habuerunt appropriatum tertiæ personæ, utpotè veram begnitatem. Hæc Alexander.

Dilutio. Philosophi quare in cognitione tertiæ personę defecerint.

¶Denique Scotus, & Franciscus de Maronis, alijque doctores communiter tenent, q̃ superbeatissima trinitas ab intellectu humano in lumine naturali, non queat in hac vita cognosci.

Scotus. Francisꝰ Mãro.

¶Postremo id verum reor, quòd sicut cõtra beatissimæ trinitatis fidem nequeunt demonstratiuæ, obiectiones adduci, ita nec ad eius probationem rationes queunt induci demonstratiuæ. Rursus opinor, quòd rationes tam fortes possunt induci ad subpergloriosissimæ trinitatis probationem, sicut ad eius improbationem. Rationes autem Richardi de sancto Victore, in libro suo de Trinitate, quamuis demonstratiuæ non sint, rationaliter tamen ac dulciter persuadent, quòd in Deo sit trinitas personarum. Quę rationes supra in verbis Alexandri, ac Bonauenturæ sunt introductæ. Siquidem una fundatur in hoc, quod in Deo est charitas summa, quæ personam diligentem, personam dilectam, & personam exigit condilectam. Nempè ut experimur, charitate nil dulcius, nil melius est censendum, estque charitas virtus tendens in aliud, & uniens amato amantem: ad cuius spectat perfectionem, ut amans, & amatus habeant condilectum, in quo ambobus æquè complaceat, sitque nexus, osculum, & amplexus amborum. Secunda ratio fundatur in plenitudine diuinæ fœlicitatis, quæ esse non ualet absque charitatis delicijs, quibus comparari nil valet. Charitas autem perfecta non est, nec plenè iucunda consistere potest, nisi sit mutua, cum proprium sit amoris, ut amans ab amato diligi velit. Gratuiti ergo amoris exhibitio, amorisque debiti re compensatio personarum pluralitatem, in Deo requirit. Tertia ratio in plenitudine gloriæ Dei fundatur. Nil quippe gloriosius, nil magnificentius, quàm nil sibi soli proprium reseruare, sed totum plenè, ac liberaliter communicare. Sed in hoc uidetur defecisse Richardus, quòd ea, quæ fidei sunt, ipsamque superdignissimam trinitatem putauit naturalibus posse rationibus demõstrari. imò ut Thomas, & alij dicunt, hoc in derogationem certitudinis veritatis fidei vergeret, & apud infideles fideiueritatem irrisioni exponeret, dum propter huiusmodi rationes putarent, nos tam incomprehensibilibus fidei veritatibus præbere consensum, quas rationes ipse se faciliter soluere posse iactarent. Sicque ex his habetur solutio primæ instantiæ, ex Richardo inductæ.

Dionysiꝰ. Rõnibus demõstratiuis trinitas nõ probatur.

Perfecta charitas debet esse reciproca.

Richardi opinio reprobatur.

Soluuntur argumẽta in oppositum adducta.

¶Ad secundam dicendum, quòd Trismegistus in libro de verbo perfecto, non uidetur locutus de vnigenito filio Dei tanquam de vero Deo, patri cõsubstantiali, & coæquali, iuxta catholicæ fidei traditionem. Sic enim ait ibidem: Deus uniuersorum & omnium fateor Deorum, secundum fecit dominum, quia hunc fecit primum post se, & solum, ac vnum, & bonus uisus est ei, atque plenissimus omnium bonorum, & in eo lætatus est. Hic est filius, Dei benedicti, & bonæ uoluntatis, cuius nomen humano ore non potest enarrari, nec ab hominibus, indagari. super homines enim est. hunc Deus dilexit unigenitum suum. Hæc Trismegistus. In cuius verbis non consonat fidei sanctæ, quòd filium Dei asserit factum, & esse secundum a patre: nisi forte acceperit facere multum extensæ, & dicat filium esse secundam in summa trinitate personam. Et si tam rectè sensit de filio Dei, non habuit hoc ex lumine naturali duntaxat. Denique ad autoritatem eiusdem,

Trismegisti verba expendũtur.

Quis fuerit Hermes ille Trismegistus.

dem, videlicet. Monas genuit monadem, eodem modo respondet Alexander. Albertus vero respondet: Nescitur quis fuit iste Trismegistus. & credo, quòd liber confictus sit. omnia nanque, quæ fertur dixisse Trismegistus, inueni in quodam libro magistri Alani confecto de quibusdam generalibus propositionibus, quarum commentum ibi supponitur. Si tamen fuit philosophus ante Christi incarnationem, nec didicit ex libris veteris testamenti, neque ex reuelatione, tunc dico, quòd loquitur de vno Deo gignente, idest producente suum intellectum in mũdo, idest exequente in rebus, quod exemplariter in se præconcepit, ac cuncta, quæ fecit diligente propter seipsum. Hæc albertus.

Dionysiꝰ.

Augusti. capite. 23. & 24.

¶Quo circa sciendum, quòd plures fuerunt hoc nomine Trismegistus vocati. Ait enim octauo de ciuitate Dei Augustinus: Hermes Aegyptius qui dicitur Trismegistus, dicit alios Deos factos à summo Deo &c. Eodem quoque asserit libro: Hermes maior, qui vocatur Mercurius, auus prædicti Hermetis, in Hermopoli fuit. Fuit, & Trismegistus, qui fecit librum de deitate, & est dialogus in quo cum suo discipulo nomine Asclepio, disputat de summo Deo, & de natura Deorum.

Thomas ar 1. ad 1.

¶At vero Thomas in prima parte Summæ suæ quæstione 32. prætactam Trismegisti autoritatem exponit sic: Quòd Trismegistus dixit, Monas genuit monadem, & in se suum reflectit ardorem, nõ est referendum ad generationem filij, vel processionem spiritus sancti, sed ad productionem mundi, quoniam vnus Deus produxit vnum mundum propter suipsius amorem. Et hoc cum expositione Alberti coincidit.

Dio. censura.

¶Veruntamen potius reor, quòd Trismegistus per monadem gignentem intellexerit Deum verum, quem Platonici nominauerunt patrem: atque per monadem genitam, primam mentem a summo Deo creatam, & præ omni creatura Deo valde cõsimilem, rerumque omnium speciebus plenam, ac resplendentem: propter quod eam nominauerunt prolem, ac filium, imò & vnigenitum Dei, attamen puram creaturam. Hinc super somnium Scipionis

Macrobi.

narrat Macrobius: Posuerunt Platonici ens vnum primum, ac summum, quod totius vniuersitatis patrem uocabant. aliam verò substantiam ponebant sub eo, quam νοῦ seu mentem, aut paternum intellectum nuncupauerunt, in qua omnium rerum rationes, ac species relucerent. Hoc idem in prima parte recitat Thomas. Qui & in Summa contra gentiles libro quarto, sexto capitulo protestatur: Positio Arrij, atque Eunomij, dicentium filium Dei puram esse creaturam, exorta uidetur ea dictis Platonicorum: qui posuerunt summum Deum patrem, a quo primitus effluxisse dixerunt quandam mentem, in qua sunt omnium rerum formæ, superiorem cæteris omnibus: post quam ponebant animã mundi, deinde alias creaturas. Idem pro parte ait

Thomas.

Arrij error vnde manauerit.

Henricus Augusti. capite 2.

Henricus. Consonat quoque narratio Hæc Augustino, qui decimo de ciuitate Dei affirmat: Plotinus Platonicus disputans de tribus principalibus substantijs, ponit Deum patrem, & mentem paternam & animæ naturam. Similiter Porphyrius ponit tria

Porphyriꝰ

principia, scilicet Deum patrem, Deum filium, quẽ dicit mentem paternam, & medium utriusq; quem obscurè expressit. ¶Ex hoc patet ad tertium solutio. ¶Quarta verò obiecto iam in ista quæstione soluta est. ¶Ad quintam respondet Albertus, quòd Aristoteles non intellixit trinitatem, nisi forsan per appropriata. Sed secundum Commentatorem intendit ibi, quòd propter tres perfectiones rei in se secundũ quod corpus in trina dimensione perfectũ est, linea vero, & superficies imperfecta, eo q̃ vna dimensio eis addi potest, & secundũ ordinem, circuli in motu cœli, & in figura mundi, eo quòd linea recipit additionem, non circulus: & propter perfectionẽ vniuersitatis, quæ ex hoc quòd impossibile est addere mundo, cum sit ex materia sua tota, & nihil de materia sua sit extra ipsum; ob has inquam tres rerũ perfectiones, magnificabant antiqui Deũ sacrificijs tribus, non autem confitebantur eũ esse vnum, & trinum. Huic responsioni concordat quod ait Thomas: Non est intelligendum, q̃ Aristoteles numerum ternarium posuit in diuinis, sed vult dicere, quod antiqui vtebantur numero ternario in sacrificijs, & orationibus, propter quandam ternarij numeri perfectionẽ. ¶Verũ huic obijci potest solutioni: quia vt tangit Alexander, Philosophus ibi ostendit, quòd ternarius est numerus omnis rei, & inducit in naturalibus mathematicis, & diuinis: in naturalibus, ut motus a medio, motus ad medium, & motus circa medium. In mathematicis, ut linea, superficies, corpus. In diuinis similiter. Vnde dicit: Hoc numero adhibuimus nosipsos magnificare Deũ vnum creatorẽ, eminentem proprietatibus eorum, quæ creata sunt. Et respondendũ, quòd verba philosophi satis obscura videntur, & a diuersis diuersimodè exponuntur. ¶Ad sextam respondet Thomas in prima parte Summæ, quòd in libris Platonicorũ inuenitur, In principio erat verbum, non secundũ quod verbũ significat personã genitã in diuinis: sed prout verbũ intelligitur ratio idealis rerũ in Deo, per quam omnia condidit, quę filio appropriatur. Cui respõsioni concordat quod Albertus in cõmento suo super librum de Causis, affirmat ipsum Auicebron in libro fontis vitæ scripsisse, quòd pater omnia agit ſm verbum intus conceptũ. Potest etiã dici, quòd quidã Platonici fuerũt Christiani, in quorũ libris philosophicis potuit Augustꝰ. talia inuenire. Vnde decimo de ciuitate Dei recitat Aug. Quidã Platonicus dixit, Initium euangelij ſm Iohannem, In principio erat verbum, usque ibi, Fuit homo missus a Deo, aureis literis conscribendum, & per oẽs ecclesias in locis eminẽtissimis, proponendũ. Albertus, quoque hic refert: Secundũ Augustinum in lib. de doctrina Christiana, Plato curiosus in inspectione librorũ, descendit a Græcia in Aegyptũ, atq; Iudæam, ut uideret libros Moysi, a c prophetarũ. & ibi didicit loqui de patre, & filio, & non ductu naturalis rationis. Hæc Albertus. Octauo, quoque de ciuitate Dei, uidetur Augustinus, sentire quòd Plato didicit per interpretẽ Moysi libros, & quòd ad Moysen dixit Deus, Ego sum qui sum, Hæc dices filijs Israel: Qui est, misi me ad uos, Plato vehementer tenuit, ac diligentissimè cõmendauit memoriæ. ¶Ad septimũ Thomas, Petrus, & Richardus respondent, quòd infinita bonitas Dei representatur in creaturarũ productione: q̃ infinitę uirtutis est, aliquid, ex nihilo, producere. Nec oportet si infinita bonitas cõicat se, quòd aliquid infinitũ a Deo procedat, sed procedens secundum modũ suũ participet, ac recipiat bonitatem diuinã. Ad autoritatem, & probationes Richardi, Thomas, in prima parte respondet: Ad aliquid probãdũ dupliciter inducitur ratio: Vno mõ ad probandũ sufficienter radicẽ rei, quemadmodũ in scientia naturali probatur, q̃ motus cęli est uniformis velocitatis. Alio mõ inducitur ratio, nõ quę sufficienter probet radicem, sed quæ radici iam positæ ostendat

Albertus.

congrue-

Antiq; cur Deo tribꝰ sacrificijs litauerint. Thomas.

Obiectio, Ternarius est numerus omnis rei.

Dilutio.

1.p. q. 32. ar. 1. ad 1.

Albertus.

Augustꝰ. capite 2.

PlatoMoysi, ac prophetarũ libros legit

Exod. 3.

Creatio infinitam Dei bonitatem arguit.

Thomas. 1. p. q. 32. ar 1. ad. 2.

congruere sequẽtes effectus: Sicut in astrologia ponitur ratio excentricorum, & epicyclorũ ex hoc ꝙ eis positis, possunt saluari ea, quæ sensibiliter apparent circa motus cælestes: non tamen hęc ratio sufficienter probat talia oportere poni, quia & alia positione facta, possens fortasſis illa in motibus cælestibus sic apparentia saluari. Porrò, qui trinitatem personarum nititur naturali ratione probare, dupliciter derogat fidei. Primò, quo ad eius dignitatem, quæ est ut sit de rebus inuisibilibus transcendentibus rationem, iuxta illud ad Hebræos: Fides est argumentum non apparentium. Secundò, quantum ad vtilitatem trahendi infideles ad fidem. Cum enim quis ad probandum, quæ fidei sunt, inducit rationes non cogentes, cedit in irrisionem fideliũ, qui putant, quòd huiusmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Hæc Thomas.

Heb. 11.

¶Ad vltimum respondendum, quòd emanationes creaturarum altiori modo, conueniunt Deo, quàm rebus creatis.

Aegidius.

¶Postremo de hac quæstione scribit Aegidius: Trinitas naturali ratione nõ innotescit, nec ex imagine eius in nobis potest ostendi: quia secundum Augustinum 12. de Trinitate, Trinitas in nobis tripliciter differt a trinitate, quæ est in Deo. Primò, quoniam trinitas in homine non est homo, sed trinitas in Deo est Deus. Idcirco simplicior est. Secundò, quia trinitas in homine est vna persona, trinitas autem in Deo est in tribus personis. Tertiò, quoniam actus, secundum quos accipitur trinitas in nobis, non sunt communes omnibus viribus, in quibus attenditur trinitas: quia intellectus ita intelligit, quòd non vult: & uoluntas sic vult, quòd non intelligit. In Deo autem quælibet persona intelligit, meminit, & vult.

Trinitas imaginis tripliciter differt a trinitate Dei.

QVAESTIO IIII.

Arguitur contra veritatem.

QVartò quæritur, *qualiter trinitas adoranda repræsentetur, reluceat, & cognoscatur in creaturis per vestigium*. ¶Et videtur quòd nullo modo. Primò, quoniam trinitas superdignissima non potest ex creaturis naturali ratione cognosci, vt in

1 præcedenti patuit quæstione, ergo non relucet in eis. Quod enim relucet in alio, potest cognosci ex illo tanquam in speculo. Secundo, quia vestigium

2 est quædam impressio ex re corporali, ac mobili. Deus autem incorporalis, immobilisque consistit. ergo effectus eius in creaturis non potest dici vestigium. Tertiò, vestigium est figuratio lineamentorũ

3 pedis in puluere: Deus vero cum sit infinitus, & maximè simplex, infigurabilis est. Quartò, vestigium est quædam similitudo alterius. similitudo ve-

4 ro secundum philosophum est rerum differentium eadem qualitas, creatoris verò, & creaturæ non est eadem qualitas. ergo Deus non repræsentatur in creaturis per modum vestigij. Quintò, quia in psal-

5 mo habetur, Vestigia tua non cognoscentur. In libro Iob quoque dicitur: Forsitan vestigia Dei comprehendes, quasi dicat, non. ergo trinitas ex creaturis, non potest per modum vestigij deprehendi.

Aristo. Psal. 76. Iob 11.

¶In oppositum est autoritas Magistri in litera, imò Augustini, atque scripturæ. Circa materiam hanc multæ a doctoribus quæstiones mouentur, multaque pulchra scribuntur: quæ vt vitetur prolixitas, volo compendiosiùs, quo potero sub huius quæstionis determinatione concludere.

In oppositum.

¶Itaque circa hæc scribit Albertus: Cognitio Dei per vestigium, includit tria essentialia sibi. Primum est, vt vestigium in ratione vestigij cognoscatur. Secundum, vt ab ipso inquisitiua cognitio creatoris incipiat. Tertiò, ut utens vestigio, fit aliquo modo capax notitiæ creatoris. Ex quibus patet primo solutio quæstionis, qua quæritur. Vtrum angeli cognoscant Deum per vestigia creaturæ. Et dicendum, quòd non, duplici ratione. Primò, quoniam angeli non indigent collatiua cognitione, quia cognoscunt intellectu deiformi, atque intuitu simplici, ut sanctus Dionysius docet. Secundò, quoniam Angelorum cognitio non incipit a creatura, vt sic in creatorem deueniant, sed potius econtrario. Vnde quarto super Genesim asserit Augustinus, quòd Angelorum cognitio de rebus creatis incipit in Deo, & terminatur in creatura. Sanctus quoque Bernardus quintò de consideratione locutus est, quòd non opus est scalis tenenti iam solium. & loquitur de Angelis, qui ad cognoscendum Deum non indigent scala vestigij, neque imaginis. Deinde ex his patet solutio quæstionis, an bruta cognoscant Deũ per vestigium, eo quòd in scripturis dicantur Deo obedire, & tempus suum cognoscere. Et respondendum quòd non. Primò, quia non sunt diuinæ cognitionis capacia. Secundò, quia non nouerunt vestigium sub ratione vestigij, quia non conferunt vnum ad aliud. Hinc secundum Damascenum aguntur, seu mouentur, & impelluntur a natura & autore naturæ magis, quàm agat per apprehensionem. Quamuis enim apprehẽdat miluus, uenire tempus suum, tamen ad hoc incitatur qualitatibus corporis, ut calore temporis: cuius signum est, quòd omnia bruta eiusdem speciei similiter operantur, sicut omnis hirundo eodem modo nidificat. quod non esset, si sequerentur apprehensionem, vt artem, ut in mechanicis patet. Hinc constat, quòd homini propriè competat Deum unum, ac trinum per uestigia noscere. Hæc Albertus.

S. Diony. Auguſt. Bernard. Damascenus. Bruta nõ agunt, sed aguntur. Iere. 8.

Albertus.

¶Quibus consonat quod Thomas ait in Scripto: Quamuis angelus cognoscat diuinam bonitatem, relucere in creatura, non tamen ex notitia creaturæ pertingit in notitiam creatoris. Idcirco nec angelis, nec beatis hominibus, conuenit cognoscere Deum per creaturas, quia a creatoris cognitione procedunt in creaturas.

Thomas.

¶Hinc Petrus clariùs ait: Aliud est cognoscere per uestigium, aliud in uestigio. Nam primo modo notatur medium cognoscendi, secundo modo obiectum. Itaque homo uiator cognoscit Deum in uestigio, & per uestigium: angelus, & homo comprehensor in vestigio, non per uestigium: brutum, nullo modo. Hæc Petrus.

Petrus. Cognoscere per vestigiũ, & in vestigio differunt.

¶Hinc Richardus: Quamuis intellectus beatus Deum non noscat per creaturam, tamen cognoscit eum in creatura: quia cognoscere Deum per creaturam, est per agnitionem creaturæ discurrendo, ad creatoris cognitionem ascendere, quantum ad aliquid, quod alias non agnoscebatur de eo, sicut cognoscere conclusionem per principia, quod beatis non conuenit. Porro cognoscere Deum in creatura, est ita perfectè cognoscere creaturam, quod una cognitione, & sine discursu cognoscit Deum, quantum ad id, quod de ipso in creatura refulget: sicut cognoscere conclusionem in principio, est tam perfectè cognoscere ipsum principium, ꝙ eodem intuitu cognoscatur conclusio. Hinc beati uident Deum in creaturis. Hæc Richardus.

Richard⁹. Quid sit cognoscere Deũ per creaturã.

Quid sit cognoscere Deũ in creatura.

¶Bonauen-

¶Bonauentura quoque: Aliud, inquit, est cognoscere Deũ in creatura, aliud per creaturam. Cognoscere Deum in creatura, est cognoscere præsentiã influentiamque ipsius in rebus creatis: quod est viatorum semiplenè: comprehensorũ autem perfectè. Cognoscere verò Deum per creaturã, est eleuari a notitia creaturæ ad Dei cognitionem tanquã per scalam, quod est proprium viatorum: quod tamen aliter conuenit homini, in statu naturæ institutæ, seu integræ, & in statu naturæ lapsæ: quia in statu illo primo cognouit Deum per creaturam tanquã per speculũ clarum, sed post lapsum tanquam per speculum obscurum, & ænigma, propter intellectus obnubilationem, & rerum peiorationẽ. Hæc Bonauent. Et idem Alexander. Instantiæ autem inductæ aliud non conuincunt, nisi quòd Deus, seu trinitas, non potest per vestigium nisi obscurè cognosci, quemadmodum, & vestigium obscurè, & imperfectè Deum, ac trinitatem repræsentat.

Alexãder. Soluuntur instantiæ.

¶Consequenter, quæritur quid sit vestigiũ. Respondet Albertus: Vestigiũ est repræsentatio seu deprehensio alicuius per figurã pedis impressã in uia. Sicq; vestigiũ est similitudo, dupliciter deficiens in representatione eius, cuius est vestigiũ. Primò, quia est similitudo partis videlicet pedis non totius. Secundò, qm̃ est confusa similitudo partis, eã repræsentans, quo ad superficiẽ eius inferiorẽ: nec repræsentat an pes sit spissus, aut aliter benè dispositus. Hinc vestigiũ transsumitur ad designandã confusã similitudinẽ artificis primi in suo effectu, in quo imperfectè relucet. Hinc in fine huius capituli ait Magister videntes per vestigiũ, de longinquo, & per vmbrã videre veritatẽ, cognoscendo obscurè Deũ trinũ per appropriata, non per propria. Hæc Albertus, Qui quærit deinceps, quot sint partes vestigij, Et rñdet, tres, vt habetur in textu: videlicet vnitas, species, ordo. Porrò in Sapientia ponũtur hæc tria, numerus pondus mensura. Alibi verò ponit Augustinus modũ, speciem, & ordinẽ. Aug. etiã & Bernardus, alibi ponunt hæc tria, vnitatẽ, veritatẽ, & bonitatẽ. Trinitas enim creati vestigij, sumitur ex ratione, qua creatura exit a creatore, & sm̃ habitudinẽ creaturæ ad creatorem relucet in creatura. Vnde Basilius in quodã sermone super principio Prouerbiorũ, tractans illud, Cœli enarrant, ait; Sunt quædã rationes, atque sermones sapientiæ, quæ ãnte oĩa inserta sunt creaturis, illa videlicet ratio, per quam vnuũquodq; a sapientia summa est procreatũ, per quã etiã creaturas tacens clamat, & creatorẽ suũ fatetur. Idcirco per tria, quæ sunt in creatore, triplicatur, vt quoddã conueniat potentiæ, vt vnitas quæ quasi fundat rẽ ipsam: & quoddã sapientiæ, vt species per quã res cognoscitur: & quoddã bonitati, vt ordo ad perfectionẽ. Tertiò, qritur de ratione enumerationis diuersorũ vestigiorũ: quia vt tactũ est, in lib. Sapientiæ ponuntur hæc tria, numerus, pondus, & mensura. Augustinus super Genesim ponit hæc tria, modus, species, ordo. Bernardus, vnũ, verum, & bonũ. Glossa super psalmũ, Bonũ est confiteri domino, ponit hæc tria: substãtia, species, virtus. In cœlesti hierarchia 12. c. essentia, virtus, & operatio. Octauo de ciuitate ponuntur hæc tria, Causa subsistendi, rõ intelligẽdi, ordo uiuẽdi. In libro 83. qstionum ponuntur essentia virtus, quod constat, qđ congruit, quod discernit. Sunt quoq; alij plures modi enumerãdi ista vestigia: q oẽs patebunt, si ratio enumerationis omniũ istorum benè pensetur. Hinc aduertendũ, ꝙ res tripliciter consideratur, videlicet in se, in opere, & in cõparatione ad hominẽ, ad cuius eruditionẽ, & usum est facta. In se vero cõsideratur tripliciter, puta in fieri, in esse, & in sua vltima perfectione. Porro in fieri sunt tria illa, Sapientiæ. 11. numerata, scilicet numerus, pondus, mensura. Numerus enim refertur, ac pertinet ad substantiam principiorum constituentium rem secundum quod unum cum alia facit numerum in constituendo totum esse. Pondus autem refertur ad inclinationes principiorum illorum ad esse, mensura uero ad proportionem ipsius esse terminantis principia inclinata ad ipsum. Præterea modus, species, & ordo referuntur ad rem, sm̃ quod est in esse. Modus nãq; secundum Augustinum est, qui præfigit vnicuique mensuram sui esse. ideo est a forma, quę tribuit esse; & vbi terminatur præcedens trinitas, vtpotè numerus, põdus, mensura; ibi incipit ista, sicut esse est post fieri. Similiter species, cum ipsa sit id quo, res est, & propria rei natura dans esse ei, in quo est, patet, ꝙ ipsa nõ est rei, nisi sm̃ qđ est in esse, Primus autem ordo rei est ad permanentiam, & quietem in suo esse: atque ad locum suæ naturæ proprium, vel corporalem, aut spiritualem, qui consequitur ex tali esse, quod est a forma. Insuper tertia trinitas vestigij, scilicet unum, uerbum, bonum, accipitur in re, sm̃ qđ perfecta est perfectione vltima. Vnum, enim (vt ait Philosophus) est indiuisum in se, & diuisum ab alijs. Nihil autem est indiuisum in se, nisi quod suis finibus continetur intra. & hoc est, quod claudit̃ metis suorum diffinientium. Hoc autem est quod in natura locatum, seu constitum est in esse ordinato. Vnde patet quod vnum includit, & habet in se ordinem, & per consequens omnia præcedentia ordinem, vtpote numerum, pondus, mẽsuram, modum, ac speciem. Cumq; verum sit, quod exemplariter est a uero, seu id, quod est per uerum, suppoũitur propria rei substantia. ficq; uerum supponit vnum, bonum aũt dicit indiuisionem a fine, & finis est vltimũ cõplementum. ideo bonum præsupponit uerum, & vnum. ficq; hæc tria conueniunt rei, prout est in vltimo cõplemento. Secunda consideratio rei est sm̃, quod est in opere, ficq; denuo tripliciter considerat̃. Primò, sm̃ disponentia ad opus. Secũdò, prout est in actu, seu exercitio operis. Tertiò, prout est in fine intento per opus. Iuxta primam considerationem sumuntur tria illa in Glossa psalmi expressa, ui delinet substantia, virtus, & species. Substãtia enim ponitens in se perfectum, ideo præsupponit bonũ, & per consequens omnia præcedentia bonum. Substantia quippe est, a qua egreditur actus, seu operatio: qm̃ actus sunt particularium, & compositorum. Omnis vero substantia agit per formam. Hinc species importat primum disponens ad opus. Species autem non elicit opera nisi per uirtutem. Ideo virtus est immediatè disponens ad opus. Ideo tribus illis sufficienter disponitur res ad operandem, puta substantia, a qua egreditur actus: specie, secundum quam est actus: & uirtute actiua, quæ est immediatum principiũ operis. Iuxta secundam cõsiderationem sumuntur tria illa a beato Dionysio posita, scilicet sentia, virtus & operatio: quæ sunt in re sm̃ quod res est in opere. Essentia nanq; hic ponitur pro natura, sm̃ quod natura est principium motus, & status. Virtus autẽ est vltimus potentiæ prolapsus in opus. Operatio uero designat exercitium actus. Vnde faciliter patet, qualiter in his præcedentia cuncta clauduntur. Iuxta tertiam considerationem accipiuntur hæc tria: substãtia, species, ratio, scilicet prout res est in fine intento per opus. ficque substanria designat substãtiã actualiter agentẽ, species vero determinationem

Aristot. Quid sit vnum.

A substantia egreditur actus.

Tria disponentia ad opus.

Quæ sint partes vestigij. Sap. 11. Auguſt. Bernard.

Basilius.

Quare diuersa assignẽtur vestigia.

Psal. 91. S. Diony. Rerũ triplex consideratio.

Augusti.

minationem sui in actu hoc vel illo, qui actus est secundum naturam suæ formæ, vel sui esse. Ratio autem dicit finem intentum. & tunc iterum posterius precedentia sp præsupponit. At vero tria illa ab Augustino in libro de Ciuitate Dei expressa, videlicet causa subsistendi, ratio intelligendi, & ordo viuẽdi: non dicunt aliquid in creatura, sed magis in Deo, ſm diuisionem trium scientiarum, videlicet sciẽtiæ naturalis, rationalis, atq; moralis, vt dicit ibidẽ Augustinus. Hæc nanque in Deo ostendunt, ꝙ ipse est causa subsistendi naturalibus, ratio intelligendi rationalibus, quæ in nudis, ac puris intellectibus consistunt: & ordo viuendi, qui in moralibus quæritur, quæ non sunt vt scimus, seu gratia contemplationis, sed vt boni fiamus. Tertia cõsideratio rei est, ſm quod ordinatur ad intellectũ, effectumq; hominis, quem iuuant, & instruunt res creatæ. Et sic rursus est triplex consideratio rei. Prima secundum quod disponitur ad intellectum, atque affectum. Secunda prout est in intellectu, & affectu. Tertiò, prout est in effectu consequente se, ſm quod est in intellectu, & affectu. Et primo modo accipiuntur hęc tria, Quod constat, Quod cõgruit, Quod discernit. Nihil enim secundum naturam constat, nisi quod stat in perfectione naturæ, ac potestatis. tunc enim constat. i. simul stat. sed perfectio naturæ est in tribus primis ternarijs, s. numero, pondere, mensura. Perfectio autem potestatis est in tribus secundis, videlicet modo, specie, ordine. Ergo Quod constat, præsupponit præcedentia cuncta. Porro. Quod congruit, notat ordinem quendam ad aliud, præsertim ad hominem, cui congruit in usu uitæ. Quod autem discernit, dicit respectum ad intellectum. Deniq; tria hęc, verum, bonum, pulchrum, funt in re existente in affectu, & intellectu. Verum, namque est finis intellectus speculatiui, vt dicit philosophus: & bonum est finis potentiæ effectiuæ, pulchrum autem designat venustatem, decentiamq; affectus, secundum rationem honesti. Hæc Alb.

Aristo.

Bonauẽt.

¶ De his scribit Bonauentura: Res creata habet tripliciter considerari. aut in se, aut in comparatione ad alias creaturas, aut in comparatione ad primam causam, & secundum omnes hos modos, contingit reperiri trinitatem quandam uestigialem in rebus duplicIter. Si enim consideretur in se, aut quãtum ad se, hoc est aut inquantum ad substantiam principiorum, & sic est trinitas ista, materia, forma, compositio, quæ ponitur in lib. de regulis fidei: aut quantum ad habitudines, & sic est illa, numerus, pondus, mensura. In numero namque intelligitur principiorum distinctio, in pondere propria ipsorum inclinatio, in mensura autem eorum ad inuicem proportio. At uero si consideretur vna creatura in comparatione ad alias creaturas, hoc potest esse, vel inquantum agit actione naturali, & sic sumitur trinitas illa Dionysij, substantia, uirtus, & operatio: aut inquantum agit actione spirituali, sicque sumitur illa, Quod constat, Quod congruit, Quod discernit. Si uero consideretur creatura per respectum ad Deum, hoc potest esse dupliciter: aut ininquantum refertur tantum, & sic est illa, modus, species, ordo: aut inquantum refertur, & assimilatur, & ita est illa, vnitas, veritas, bonitas. Quoniam ergo vestigium attenditur in comparatione ad Deum propriè, ideo in his ultimis conditionibus propriè accipitur uestigium. Et quoniam magis est inter istas conditiones conuenientia, idcirco magister miscet hæc inuicem propter mutuam cõuenientiam, & correspondentiam. Nam unitas correspondet modo, qui respicit Deum, ut causam efficientẽ: veritas correspondet speciei, quæ respicit Deum, vt causam exemplarem: bonitas ordini, qui respicit Deum, aut causam finalem. Hæc bonauẽtura in Scripto. ¶ Porro in Itinerario mentis super his diffusis tractat inter cætera dicens: Mundus iste sensibilis intrat in animam per portas quinque sensum, nõ per substantiam suam, sed per suam similitudinem, quæ primò generatur in medio, deinde in organo, & ab organo exteriori in interius organum, deinceps in uim intellectualiter apprehensiuam. Ex perceptione quoque sensibilis conuenientis oritur delectatio, deinde perfecta dijudicatio intellectiua. hæc sunt vestigia, in quibus Deum possumus speculari. Cum enim species apprehẽsa fit similitudo ab obiecto in medio genita, atque deinceps organo impressa, sicq; in suum dicat principium, vtpotè in obiectum cognoscendum: manifestè insinuat, ꝙ lux illa æterna gignit ex se similitudinem sui, puta splendorem sibi æqualem, cõsubstantialem, & coæternum: & ꝙ imago illa Dei patris in toto mundo, quasi in medio producit similitudinem sui, in suis effectibus & per gratiam unionis vnitur rationali naturæ, quemadmodum species sensibilis organo corporali. Si ergo oĩa cognoscibilia habent sui speciem, seu similitudinem generare, manifestè exclamant, quòd in eis tanquam in speculis videri potest æterna generatio verbi, & per delectationem consequentem insinuatur processio spiritussancti, qui est quædam hilaritas patris, ac filij, vt infra patebit. Itaque omnes creaturæ istius sensibilis mundi animum contemplantis, ac sapientis ducunt in Deum æternum, eo, quòd sint vmbræ, & resonantiæ, ac picturæ primi principij, & æternæ originis, summęq; lucis, vestigia quoque, & simulacra, atque spectacula primę artis efficientis, exemplantis, & ordinantis, nobis ad contuendum proposita, & signa diuinitùs data. Quæ inquam sunt exemplaria, vel potius exemplamentibus adhuc rudibus propositа, vt per sensibilia, quæ vident, transferantur in intellectibilia, quæ non vident, tanquam per signa ad signata. Denique creaturæ huius mundi sensibilis significant inuisibilia Dei: partim, quia Deus est omnis creaturę origo, exemplar, & finis, omnisq; effectus est signum causę exemplatũ exemplaris, ac via, finis, ad quem ducit: partim ex propria repręsentatione, partim ex prophetica prefiguratione, partim ex angelica operatione, partim ex superaddita institutione. Omnis enim creatura ex sua uatura ex illius ęternę sapientiæ, quædam effigies, ac similitudo: sed specialiter illa, quę in lib. scripturę per spiritum propheticę assumpta est de spiritualium prefigurationem. specialius vero illę creaturę, in quarum effigie Deus angelico ministerio voluit apparere. specialissimè autem illa, quam voluit ad significandum instituere, quę tenet non solum rationem signi secundum nomen commune, sed etiam sacramenti. Vnde qui ista nolũt aduertere, nec Deum in his cunctis agnoscere, benedicere, timere, colere, & amare, inexcusabiles * sint omnino. Hęc Bonauent. in Itinerario. Qui, & de eadem materia scribit in breuiloquio suo, quod infra tangetur.

Bonauẽtura.

Sensibilia quõ queat cognosci.

Sensibilia quõ inuisibilia Deũ significẽt. sunt

¶ Insuper de his loquitur Thomas: Tria considerant in rõne vestigij, s. similitudo, & similitudinis imperfectio, & ꝙ p vestigiũ deuenit in rei notitiã. Hic impfecta similitudo creatoris in creaturis, ducẽs in eĩ notitiã, appellat vestigiũ creatoris. Et qm̃ creatręs magis deficiũt a repsentatione distinctionis psonarũ, qm̃ esse tialiũ attributorũ: ideo magis, ppriè dr uestigium

Thomas.

Tria considerãtur in rõne vestigij.

vestigiũ ipsa creatura, ſm quod ducit in personas, quàm in diuinam essentiam. ¶ Amplius de partibus vestigij scribit Thomas: Vestigiũ inuenitur in creatura ſm quod imitatur diuinam perfectionem. Perfectio autẽ creaturæ habetur non statim in principijs sui esse, quorum vtrumq; imperfectũ est in se, sed in cõiunctione ad suum finẽ. Distantia aũt non coniunguntur sine medio. Hinc in creaturis inueniuntur principiũ, & mediũ, ac finis, ſm quę tria ponebat Pythagoras perfectionẽ cuiuslibet creaturæ, atq; ſm rationẽ triũ istorũ, repræsentatur in creaturis diuinarũ distinctio personarũ. In qbus pater est principiũ, & prima persona, filius media, spirituſſanctus tertia, & ultima, in qua terminatur personarũ processio. Porrò inter duo extrema possunt esse media multa. Hinc principiũ, mediũ, & finis, diuersimodè asignantur, ſm quod ex omnibus his, quædã accipi queunt tanq̃ principiũ, & quædã, ut mediũ, & quędã ut finis, ea diuersimodè combinando. Ideo a diuersis partes vestigij diuersimodè exprimuntur. verbi gratia. Primum pertinens ad perfectionẽ rei, sunt essentialia eius principia. Vltimum autẽ est cõparatio eius ad alia, vtpotè prout non solũ in seipsa perfecta est. Et inter ista sunt media multa. Est nãq; dispositio, seu inclinatio principiorum ad esse principiati. est quoq; limitatio principiorũ sub forma principiati, & est forma principiati, & est virtus, & actio, ac multa similia. Potest ergo asignari vestigium, ita vt per principiũ intelligatur solum id, quod est primũ in re, puta substantia principiorum: & pro medio id, quod immediatè est sequens videlicet dispositio, seu inclinatio principiorũ, ad esse principiati. & pro fine, totum, quod sequitur, scilicet principiatum. Sicq; sumitur illud Sapientię: Omnia in numero, pondere, & mensura constituisti, quia numerus pertinet ad pluralitatẽ principiorum. Pondus ad inclinationem principiorum in esse principiati, mẽsura ad terminationem principiorum sub esse terminato causati, sic quòd in terminatione hac sumatur etiam terminatio in operari, ac cæteris omnibus. Iusuper potest vestigium aliter sumi accipiendo pro principio substantiam principiorum, & inclinationẽ, & quicquid aliud ad principia pertinet: pro medio autẽ sumatur forma principiati, & pro vltimo comparatio rei ad alia. sicq; sumuntur illa, Quod constat, Quod discernitur, Quod congruit. Constat enim res per sua principia, discernitur per formam, congruit per comparationem ad alterum. Cõsimiliter accipiuntur, modus, species, & ordo, ita ꝙ modus pertinet ad principia determinata sub esse principiati, species ad formã, ordo ad comparationem ad alterum. Cõformiter accipiuntur, vnum, uerum, bonum: vt vnitas rei ad suam pertineatur determinationẽ, prout ex principijs suis est constituta: veritas ad formam, bonitas autem ad finem. Hæc Thomas in Scripto.

Pytha.

Quare assignẽtur diuersæ partes vestigij.

Effectus repsentat suam causam diuersimodè.

¶ Porrò in prima parte, quæstione 45. Omnis, inquit, effectus repræsentat aliqualiter suam causam, sed diuersimodè. Nã, quidam effectus solum repræsentat causalitatem suæ causæ, non autem formam seu naturam ipsius, vt fumus ignem. & talis videtur repræsentatio vestigij. Quidam uero effectus repręsentat causam, quantum ad similitudinem formæ eius, ut ignis generatus ignem generantem. In omnibus itaque creaturis est repræsentatio trinitatis, per modum vestigij, inquantum in qualibet creatura inueniuntur aliqua. quæ oportet reducere in diuinas personas, sicut in causam. Quælibet namque creatura subsistit in suo esse, & habet formam per quam determinatur ad speciem, ordinem quoque ad aliud. Et quantum ad primum, reæpresentat patrem: sed inquantum habet formam, ac speciem, repræsentat filium, qui est uerbum, secundũ quod forma artificiati est ex conceptione artificis. secũdum uero, quod ordinẽ habet ad aliud, repræsentat spiritumsanctum, qui amor est: quoniã ordo effectus, ad aliud, est ex uoluntate creãtis, ad quam pertinet amor. Hinc sexto de trinitate asserit Aug. quòd uestigium trinitatis inuenitur in qualibet creatura, secundũ quod est aliquid unum, & ut specie, quadam formatur, atque ut quendã ordinẽ tenet. Hæc Thomas in Summa. Ex cuius uerbis habetur, ꝙ uestigiũ trinitatis, in qualibet creatura reperiatur. Et de hoc quoque in scripto testatur: Vestigium inuenitur in creatura, prout consequitur, & habet esse perfectũ a Deo. Idcirco in partibus uestigij non oportet asignare uestigiũ, quia iretur in infinitum: nec in accidentibus, nisi in ordine ad substãtiam: ita ꝙ accidẽtia magis sunt modi, & species, ac ordines, q̃ ipsa habeant tria hæc. Tamen ꝙa per quodlibet accidens, additur aliquod esse subiecto, erit ſm illud esse aliquo modo cõsiderare uestigiũ. Ideo quod aufert accidẽs illud, priuat parte uestigij quantũ ad illud esse: sicut peccatum quod priuat gratia, ac uirtute, dr priuatio speciei, modi, & ordinis, ſm esse gratuitũ, Nihilominus manent hæc tria ſm esse naturæ. Sic quoq; in anima rationali, seu homine, ſm aliud, & aliud asignatur ratio imaginis, & ratio uestigij: ꝙa imago trinitatis cõsistit in anima, quo ad uires eius superiores: uestigium uerò, inquantum est, quædã natura creata. Conformiter gratia gratũ faciens dr perfecta Dei, similitudo respectu aliarũ similitudinũ creatarũ. Habet tamen rationẽ uestigij ſm id, in quo cũ alijs creaturis cõmunicat. ¶ Veruntamẽ his, obijci potest, ꝙa ſm Ambrosium in Hexameron. Lucis natura est, ut non sit creata in numero, pondere, & mensura, ut alia. Itẽ ut ait Bernardus, modus charitatis est, esse sine modo. Et rñdendũ ad primum, ꝙ lux in se considerata, creata est in numero, pondere, & mensura, cum habeat esse, & posse finitum: tñ respectu aliarum corporalium creaturarum, habet quodãmodo indeterminatam uirtutẽ, quia per lucem omnia corpora aliquomodo informantur, & perficiuntur. sicq; dicitur non esse creata in numero, pondere, & mensura. Hęc Thomas. Aliqui tamẽ dicunt, ꝙ etiam in partibus vestigij sit asignare uestigium secundum uarias habitudines, & ꝙ in actibus rationis potest esse processus in infinitum.

Pcrñi tollere dr vestigium.

In aĩa rationali, & imago est trinitatis, & vestigium.

Augustꝰ.

Obiectio. Ambrosiꝰ

Bernard. Dilutio.

¶ Præterea circa hęc ait Petrus cõpẽdiosè, ac pulchrè: Deus est causa omnis creaturæ, ſm triplicem, rõnẽ causalitatis. Est enim causa efficiens per potẽtiã, causa exemplaris per sapientiã, causa finalis per bonitatem. Hinc omni creaturæ imprimit similitudinẽ huius triplicis causalitatis, faciẽs oĩa in modo, specie, & ordine, seu in numero, pondere & mensura: dans unicuiq; esse terminatum, quod per appropriationem attribuitur potentię patris: & esse distinctũ, quod attribuitur sapientię filij: & esse ordinatũ, quod bonitati spirituſſancti. Est autem duplex similitudo. Vna indistinctè repræsentans, ut similitudo pedis, quæ repræsentat speciẽ animalis, non indiuiduũ. Alia uerò distincta, ut similitudo faciei, quę repræsentat indiuiduum. Prima transfertur ad significandum repræsentationem naturę, quę personis cõmunis est, & uocatur vestigium. Secunda, ad significandũ repræsentationem personarum, & appellatur imago. Prima est in omnibus creaturis, secunda in solis hominibus, & Angelis. Hæc Petrus.

Petrus.

Duplex similitudo.

¶ Amplius

Alexand. Modi species & ordo in oi reperiantur creatura.

¶Amplius Alexander de hac materia plenissimè scribit, & quærit an tria hæc, modus, species, & ordo in omni sint creatura, & arguit, ꝙ non: quia ſm Augustinũ peccatum est corruptio horum trium: ergo non sunt nisi in intellectuali, & rationali creatura, in qua duntaxat potest esse peccatũ. Ad quod respondet: Modus, species, & ordo, dicuntur dupliciter, scilicet propriè solum, sicq; reperiuntur in omni creatura rationali, secundum quod ab omnibus creaturis aliis differt. sic quoque per peccatum possunt corrumpi. Secundò sumuntur communiter, & sic sunt non solum in rationali creatura, prout ab aliis differt, sed in ipsa ſm quod cum alijs conuenit, & ita reperiuntur in omni ente. Nam verbi gratia, Voluntas creata inquantum est, quædam natura, habet modum, speciem, & ordinem, quæ consequuntur omnem rem, sicut, & aliæ creaturę. & sic modus, species, & ordo, nõ sunt dirimibiles, aut corruptibiles per peccatum: sed considerata uoluntas, vt ordinabilis est sponte ad bonum gratuitum, habet, speciem, modum & ordinem minorabiles per peccata. Est quippe duplex vertibilitas: Vna, quæ concomitatur omnem creaturam, eo quòd creatura est. & hæc vertibilitas per naturam est de esse in non esse, correspondetq; modo, speciei, & ordini, prout in omni creatura consistunt. Alia vertibilitas est, quæ non est in non esse simpliciter, sed in non esse moris, quod est malũ culpæ: & est vertibilitas, electionis, correspondetq; modo, ac speciei, & ordini, & quæ sunt in rationalibus tantum, in quibus debet esse moderamen virtutis, species gratiæ, & ordo cõuersionis ad summum bonum. ¶Amplius, tria ista ab Augustino posita, scilicet modus, species, ordo, sunt realiter idem cum tribus illis, quæ Sapientiæ 11. exprimuntur, quæ sunt, numerus, pondus, mensura, ita ut numerus referatur ad speciem, modus ad mensuram, pondus ad ordinem: sed in hoc est differentia: quoniam hæc tria, mensura, numerus, pondus, dicunt dispositiones rei, vt est in fieri: quod patet in cementarijs, qui dum faciunt aliquid, mensurant, numerant, & ponderant, quotquot ad opus necessaria sunt. Ideo, quia autor libri Sapientiæ loquitur de rebus ut sunt in fieri, (Nam dicit, disposuisti) propriè utitur tribus prædictis. Modus vero, species & ordo, propriè dicunt dispositionem rei, ut iam facta est. Hinc Augustinus loquens de conditionibus rerum ut iam facta sunt, propriè utitur tribus his, modus, species, ordo. Est etiam multiplex ordo rei, videlicet ad suas partes, seu ad ea, quæ in ipso sunt, & ad entia universi, & item ad creatorem. sicq; ordo diuersimodè a diuersis exponitur. In super penes hæc tria determinatur, atque dinoscitur bonum tam in creatore, quàm in creaturis. Bonum nanq; in creatore (secundũ Dionysium) dicitur, ex quo omnia: quoniã bonum est sui diffusiuum, & sic se habet in ratione efficientis ad bona causata. Rursus dicitur bonum increatum, in quo omnia sunt contenta: & ita se habet in ratione causæ formalis, seu exemplaris ad bona creata, quæ exemplariter sunt in eo. Tertiò, dicitur bonum increatum, quod cuncta affectant, & ad quod omnia conuertuntur, & ita se habet in ratione causæ finalis ad omnia. Bonum ergo creatum dicitur, quia à bono, & quia in bono, & quia ad bonum. Modus autem sumitur ex comparatione creaturæ ad efficientem, quia dat modum. Species ex ordinatione rei ad causam formalem, ordo ex comparatione ad causam finalem. Principaliter tamen secundum ordinem ad causam finalem, attenditur ratio bonitatis. Hæc Alexander.

Sap. 11.

Multiplex est ordo rei.

S. Dion.

Richard.

¶Circa hęc scribit Richardus: Ex hoc, ꝙ Deus causa creaturarum efficiens, exemplaris, & finalis, oportet in omni creatura esse limitationẽ, eo ꝙ sit effecta: & speciem. i. pulchritudinem, eo ꝙ ad pulcherrimum exemplar producta sit: & ordinem, eo ꝙ habet finem, ad quẽ ordinatur. Denique, tria ista inquantum sunt partes vestigij, non superaddunt rei, in qua sunt, aliquid absolutè: quoniam creatura limitata ẽ seipsa ideſt per seipsam formaliter. Hinc limitatio creaturæ essentiæ super ipsam non addit nisi relationem ad causam efficientem, & sua pulchritudo relationẽ ad causam exemplarem, eiusq; ordo relationem ad causam finalem: aliter modi esset modus, & species speciei, & ordinis ordo in infinitum. ¶ Præterea quærit Richardus: Vtrum cognitio Dei per vestigium, sit prima cognitio, quam per naturã de Deo habemus. Ad quod respondet: Quãuis cognitio nra de Deo per naturam valde sit gñalis, vna tñ est gñalior alia. Cũ enim intelligimus ens in communi, non descendendo ad ens creatum, vel increatum, intelligimus Deum intellectione generalissima, inquantum intelligimus aliquid sibi, & creaturis per analogiam commune: & hæc naturalis cognitio Dei, prior est cognitione eius per vestigium. Cognitio nanq; per vestigiũ, præsupponit in intellectu alicuius alterius rei cognitionẽ, non ecõtrario. Alio mõ cognoscit Deus a nobis, inquantũ cognoscimus esse aliquod ens primũ, & increatũ, cuiuslibet alterius entis causam efficientem, exẽplarem, & finalem: quã cognitionem naturaliter habemus de Deo, primò per vestigium, quia in omni naturali cognitione, quam habemus de Deo, inquantum cognoscitur, vt quid distinctũ ab ante creato, cognitio per vestigium, prima est. Hæc Richardus.

Partes vestigij nihil addũt rei absolutè.

Richard. Sit ne cognito Dei ꝙ vestigiũ prima omnium.

Aegid.

¶ Amplius, ſm Aegidium, sicut vestigium corporale repræsentat eum, cuius est vestigium, repræsentatione medio modo se habẽte inter repręsentationem omnino cõfusam, & repræsentationem distinctam, vt patet de vestigio Petri, quod repræsentat eum quantum ad speciem, scilicet quòd sit vestigium hominis, non quantum ad indiuiduum illud. Cognitio autem speciei est media inter cognitionem generis, atque suppositi, & distinctior cognitione generis, ac minus distincta, quàm indiuidui notitia. Sic vestigium trinitatis in creaturis repræsentat personas, quantum ad attributa appropriata: quæ sunt, potentia, sapientia, bonitas: quorum cognitio habet se medio modo inter cognitionem attributorum essentialium non appropriatorum, vt sunt, essentia, deitas, & cætera consimilia, quę sunt quasi omnino non distincta: & inter omnino propria, quæ sunt personarum constitutiua, vt paternitas, filiatio, quæ sunt quasi omnino distincta.

An vestigium trinitatis in oĩbus inueniatur æqualiter.

¶ Insuper quęrit Aegidius, an vestigium trinitatis reperiatur in omnibus creaturis æqualiter. Ad quod respondet, ꝙ sic, quantum ad numerum partium eius: quia in oĩbus attenditur vestigium quantum ad tria, vt patuit. Non autem inuenitur in cunctis æqualiter, quo ad intẽtionem partium harum: quia ſm quod creaturæ magis, aut minꝰ participãt de bonitate diuina, ſm hoc inuenitur in eis vestigiũ magis, seu minus perfectè.

Aegidius.

¶ Quærit quoque Aegidius, an vestigiũ accipiatur magis respectu diuinæ essentię, aut trinitatis personarũ. Et respondet: Vestigium dicit imperfectam cognitionem, Imperfecta autem cognitio dupliciter dicitur. Primo respectu diuersę cognitionis, sicut cognitio quid est, extat perfectior, q̃ cognitio quia est. Secundò, respectu eiusdem

Cognitio dicitur imperfecta dupliciter.

eiusdem cognitionis, ſm quod de aliqua re põt certius cognosci, quia est, uel quid est ab uno, q̃ ab alio. Cum ergo cognitio Dei per vestigium, ducat magis propriè, & certitudinaliùs in cognitionem diuinæ essentiæ, q̃ personarum uestigium, quod dicit imperfectam repræsentationem, magis attenditur respectu Trinitatis, q̃ deitatis. Hæc Aegidius.

De opinione Scoti.

¶ Præhabitis quoq; cõcordant scriptura Durãdi.

¶ Verum prædictis, in quibus pclari, solẽnissimiq; doctores concordant, Scotus solita sibi singularitate contradicit. Et primo impugnat inductam distinctionem uestigij, atq; imaginis, ꝙ. f. vestigium repręsentat se distinctè quantum ad speciem, non distinctè quantum ad singularem notitiam, seu naturam indiuidualiter determinatam: imago autem repræsentat distinctè. Contra, quod arguit ita: Si esset tñ unum animal, nec posset esse animal aliud, adhuc impręsio pedis in puluere posset esse vestigium animalis, & non imago: & tamen repræsentaret singulare, & non aliquid secundum speciem.

Soluit obiectio Scoti.

¶ Sed hæc obiectio Scoti potest multipliciter, atque facillimè solui. & primò dico ad eam, ꝙ etiam in casu prætacto uestigium illud ex sua proprietate, natura, & figuratione, non plùs repręsentaret id, cuius est uestigium distinctè, q̃ mõ: & ꝙ in tali casu repræsentaret singulare, non esset ex sua dispositione, sed quia aliunde sciretur ab intuente uestigium illud, non esse nisi indiuiduum unum in specie illa. Secundò dico, ꝙ argumenrum prætactum non est contra mentem doctorum, quos reprehendit. Cum enim agere sit suppositorum, non est dubium quin etiam nunc uestigium repræsentet aliquo modo singulare, utpote singularis effectus singularis causæ. sed idcirco dicitur non repręsentare indiuiduum, cuius extat uestigium, quia non repræsentat illud, quantum ad facilem notitiam, & quantum ad proprietates, dispositiones, & circunstantias indiuiduales. Tertiò dico, ꝙ distinctio illa doctorum, datur secundum naturalem, & realem cursum, ac ordinem rerum. ideo talis casus non obuiat. Deniq; phœnix est unica auis, & tñ, eius uestigium nequaquam inducit in cognitionem phœnicis distinctam, perfectam, ac indiuidualiter circunstantionatam, sed ualde confusam, & imperfectam. Rursus, quamuis non esset nisi unus leo in rerum natura, aut unus homo, tñ eorum uestigium non repręsentaret ex sua formatione nisi pedẽ quantũ ad inferiorẽ superficiem: nõ aũt, an pes sit sanus, uel æger, spissus, aut tenuis, albꝰ, aut niger. & auis, cuius est vestigium, existat in alijs partibus corporis monstrosus.

Tertium Scoti argumentum.

¶ Insuper arguit Scotus contra uerba doctorum prællegatorum, dicentium, ꝙ creatura refertur ad Deum ſm tres modos relationis 5. Metaphyſicę positos, utpote per rõnem producti ad principium, productiuum, per rationem exemplati ad causam exemplarem, & tertio in ratione finis. Contra hoc arguit sic: Deus non refertur ad creaturam, nisi quia creatura refertur ad ipsum. Sed ista est relatio ſm tertium modum, in quo non refertur ad aliud, nisi ꝙa econtra: ergo Deus tñ refertur ad creaturam secundum tertium modum. Vnde oportet, ꝙ relationes, quæ sunt secundum alios duos modos, cum sint reales, sint realiter in utroq; extremo &c.

Solutio.

¶ Ad istud breuiter dico, ꝙ omnis relatio creatoris ad creaturam, est rationis duntaxat: relatio autẽ creaturæ ad Deũ, realis. Hinc obiectio ista infirma, nil prorsus concludit. Potestq; creatura ad Deum referri sub multiplici habitudine, propr. etate, ac dependentia.

4 arg.

¶ Consequenter Scotus subdit: Præterea contra id, ꝙ dicitur, ꝙ uestigium non est nisi relatio creaturæ ad Deum ſm tres modos relationis, arguitur: nã ratio uestigij non attenditur secundum relationem creaturæ ad Deum: qm̃ non est similis Deo per relationem, sed per fundamentum.

Solutio.

¶ Ad quod dico, ꝙ præfati doctores non dicunt vestigium esse solam relationem, nec in sola relatione dicunt consistere rationem uestigij. Imò nullus eorum id dicit, & quamuis Alexander dicere uideatur, ꝙ in relationibus ratio consistat uestigij, non tamen intelligit hoc per fundamẽti exclusionem. imò frequenter testatur, ꝙ in modo, specie, & ordine in numero, pondere, & mensura, in unitate, ueritate, & bonitate, ratio uestigij attendatur. Sed uerum est, & doctores id asserunt, ꝙ uestigium in his consistit per relationem ad Deum. Imo uestigium formaliter sumptum, relationẽ importat sicut imago. Ideo non est uerum, quod Scotus ait, Ratio vestigij non attenditur secundum relationem creaturæ ad Deũ. Conformiter falsum vĩ, quod affirmat. Creatura nõ est similis Deo per relationem, imò hõ assimilatur Deo patri oĩm per paternitatem, per dñium, ꝙ prælationem, per principatum, ꝙ iurisdictionẽ, quæ oĩa relationem designant: imò per hæc hoĩes præsidentes dicuntur ministri, atque uicarij Dei, imò, & dij, iuxta illud in Exodo: Dijs non detrahes.

Alexand.

Vestigium non est sola relatio.

Homo assimilat Deo p relationem.

Exod. 22.

¶ Deinde Scotus assignat distinctionem inter vestigium, & imaginem, dicens, quòd distinguuntur per repræsentationem totius, & partis. Nam quod est uestigium respectu totius, est imago respectu partis, Vnde impressio pedis in puluere, licèt sit uestigium respectu animalis: est tamen imago pedis. Nunc autem quamuis in diuinis non sit totum, & pars in se: tamen ut comparantur ad intellectum nostrum, habent modum totiùs, & partis. Creata ergo ducunt intellectum nostrum ad cognoscendum totum uirtuale in diuinis per unitatem, speciem, & ordinem: sicque uocatur uestigium, quia sic non ducit particulariter in aliquam personam secundum proprium sibi, sed imago ducit ad cognoscendum personas particulariter secundum ea, quæ ipsis sunt propria. Idcirco imago similitudo est partis, uestigium uerò totiùs. Hæc Scotus.

3. argumẽtũ Scoti.

Solutio. Deus cognoscitur naturaliter nõ solum in cõi conceptu entis.

¶ Ad quod respondeo, ꝙ etiã naturali rõne Deus glorioſus, & excelsus cognoscitur ex creaturis, nõ solum in cõi conceptu entis, sed etiam specialiter, ut ens intellectuale, & immateriale, Nec hoc solum, sed etiã, ꝙ sit intellectus primus uniuersaliter agens, & purus actus, quod ei solummodo conuenit. Item, ꝙ ipse est oĩm primum causale principium, bonitas pura, ueritas prima, & multa similia, quę ei duntaxat uerè, ac proprijssimè competunt ex natura, quãuis per modum in infinitum sublimiorem, & perfectiorem, q̃ in uita hac comprehendere valeamus. Denique ista iam tacta puri philosophi cognouerũt de Deo, ut patuit supra.

Dionysꝰ. contra Scoti opinionem. Auguſt.

¶ Contra quæ tria obijciuntur. Primum, ꝙ nõ solum unius diuinæ, & increatæ personæ, sed totiùs supergloriosissimæ Trinitatis imago est anima rationalis, seu in anima ipsa, ut in textu ex uerbis Augustini apertissimè declaratur, Sicq; imago perfectè,

ꝓpriè,& integrè ſumpta, totam reſpicit Trinitatẽ, non unã,aut determinatã perſonã,ſm quod ẽt in rebus creatis imago ꝓpriè eſt totius,quẽadmodũ ſtatua Herculis,imago eſt totius perſonæ eiuſdem.Tertium,ꝙ impreſsio pedis in puluere,non eſt ꝓpriè pedis imago;quia vt declarat Albertus non repræſentat pedem perfectè, ſed ſolum, quo ad inferiorem ſuperficiem eius, prout ſupra iam patuit pleniùs. Multa alia ſcribit circa hæc Scotus, de quibus pertranſeo: qm̃ infructuoſa uidentur.

Albertus. Veſtigiũ nõ eſt pedis ſimilitudo.

Soluuntur argumenta contra qõnẽ principalem.

¶Nunc ſoluenda ſunt argumenta in qõnis principio tacta.Et dicendũ ad primum,ꝙ nec in veſtigijs ſuis,nec in imagine ſua trinitas ſuperbenedicta tam clarè relucet,ut ex eis ꝓ naturalẽ rõnẽ valeat agnoſci.& hoc ꝓp prælabitas cauſas.

¶Ad alia duo dicẽdũ,ꝙ veſtigiũ Deo aſſcribitur metaphoricè,non propriè,ſicut expoſitum eſt.

Petrus. Triplex ẽ ſimilitudo

Ad quartũ rñdet Petrus. Triplex eſt ſimilitudo. Prima eſt ęqualitatis,ut duorũ hoĩm in humanitate. hæc trãſfert ad ſignificandũ repręſentationẽ notionis. Secũda eſt participationis, ut duorũ alborũ in albedine.hæc transferẽ ad ſignificandũ repræſentationẽ ꝓſonarũ. & de hac loquiẽ in diffinitione illa philoſophus. Tertia eſt imitationis, ut imaginis, & imaginati,hæc eſt inter Deũ,& creaturã. Hæc Petr⁹.

Albertus.

¶Ad quintũ rñdet Albertus, ꝙ illæ auctoritates ſic intelliguntur,ꝙ Deus per veſtigia non ſufficienter compræhenditur.

QVAESTIO V.

Arguitur contra veritatẽ. 1

Ioan 8. Apoc. 1.

QVintò quæritur, *An partes veſtigiũ conueniẽter in ſui era approprientur perſonis.* ¶Vr̃,ꝙ non. Primo,qm̃ patri attribuit ꝓ appropriationem eſſe principium,quod vr̃ appropriandum filio⁹, qui in euangelio ait:Ego ſum principium,q,& loquor uobis,& in Apoc.Ego ſũ Alpha,& ω,principiũ,& finis.

Auguſt. 2

¶Secundò,qm̃ ueritatẽ appropriat filio.Sed Aug. in lib.Soliloquiorũ diſſeruit:Veritas eſt id,quod eſt. ſed ens nulli appropriaẽ ꝓſonæ,ergo nec veritas.

3

¶Tertiò:qm̃ ordinem appropriat ſpirituſancto. Sed ex ordine,ſeu ordinatione rerum innoteſcit ſapientia creatoris,cum ſapientis ſit ordinare.ſapientia vero appropriata eſt filio,ergo & ordo.

In oppoſitum. Albertus. Appropriata patris.

¶In oppoſitum eſt auctoritas Auguſtini in litera.

Geneſ. 1. Pr̃ triplici ter conſideratur.

¶ Circa hæc ſcribit Albertus : Deo patri in litera appropriaẽ,ꝙ ipſe eſt ſumma rerũ origo, & principium,a quo ſumus,atq; ad quod recurrimus, q, eſt primum unum,& auctor conditionis,cui competit dicere,Fiat,qui propriè pr̃ appellatur.Pr̃ namq; cõſideratur tripliciter,ſ.vt principium,non de pripcipio:tàm reſpectu perſonarum,q̃ creaturarum:quia etſi filius,ac ſpirituſanctus creant,hoc habent a patre.Pr̃ ẽt accipiẽ in ſua proprietate perſonali, & ſic ꝓpriè pr̃ uocaẽ.Conſideratur quoq; ut finis,in quẽ oĩa referunt̃, tàm a perſonis,q̃ a creaturis:qm̃ filius refert in patrẽ,quod eſt,a quo habet vt ſit, ut ait Hilarius:& ſimiliter ſpũſſanctus. Inſup, cum vnum nõ ſit ab alio,ſed ab ipſo eſt numer⁹ oĩs,hinc pr̃i, à quo oĩa,& qui a nullo,unum appropriaẽ.Et qm̃ ei ꝓpriè conuenit auctoritas,conuenit ei dicere,fiat.

Hilarius.

Filio Dei ſeptẽ attribuuntur.

¶Filio aũt Magiſter attribuit ſeptẽ, videlicet, ꝙ ipſe eſt ueritas,pulchritudo,forma,per quã facta ſunt oĩa:& forma, quam ſequimur, ſimilitudo reformationis,& verbũ,quæ appropriant̃, aut propria ſunt filio ſm quatuor conſiderationes ipſius.Comparatur namq; ad patrem dicentem,& ita eſt uerbũ.Cõparaẽ ẽt ad exitum creaturarũ ab ipſo,& hoc dupliciter: Vel ſicut ab arte, uel ſicut ab operante. Sicut ab arte, tripliciter: primò, ut eſt idea rei, & ſic dr̃ forma formans. Secundò,ut exiſtens extra vmbram priuationum eorum,quorum eſt idea,& dr̃ pulchritudo. Tertiò, ut totum præhabens,& continens ęquid in rebus eſt,ſicq; veritas nuncupaẽ. Si verò cõpareẽ ad creaturam,prout illa exit ab ipſo tanquam ab operante, & ſic conuenit filio forma,per quam omnia facta ſunt. Tertiò conſideratur filius, ut nos ad patrem reducens,iuxta illud Apoſtoli ad Roma. Per ipſum acceſſum habemus ad patrem.tunc conſideratur adhuc dupliciter. Primò, ut imago imitationis,ad quam noſtram imaginem pro uiribus reformamus,& ita eſt forma,quam ſequimur.Secundò,ut recreator,& mediator Dei, & hominum. & ſic eſt ſimilitudo recreationis.

Rom.5.

Spiritusanctο ſex attribuũtur.

¶Porro ſpiritui ſancto attribuuntur ſex in litera, utpote, quòd ipſe eſt delectatio, & bonitas, in qua omnia continentur: gratia, qua reconciliamur: pax,qua unitati adhæremus : & donum benignitatis. & iſta conueniunt ſpirituiſancto ſm triplicem eius conſiderationem. Si enim conſideretur in comparatione ad patrem, & filium, a quibus procedit,hoc poteſt eſſe dupliciter . Primò,ſecundum rationem ſuæ proceſsionis. quæ ratio eſt,quòd procedit, ut amor, ac bonitas,& ſic bonitas conuenit ei. Secundò,ſecundum modum, quo ſe habet ad patrem,& filium. ſicq; delectatio dicitur: qm̃ ipſe eſt ſecundum appropriationem delectatio quædã amborum. Si uero conſideretur in comparatione ad creaturam vniuerſaliter, ſic conuenit ei eſſe id, in quo continetur, ſcilicet creaturæ. Tertia conſideratio ſpirituſancti eſt in comparatione ad creaturam rationalem, in quam procedit, ut ipſam ſanctificet . ſicq; conſideratur tripliciter: Primò in ſe, tamquam primum donum in quo omnia bona donantur. ſicque conuenit ei donum benignitatis. Secundò, in muneribus gratiarum, & ita conuenit ei eſſe gratiam, in qua reconciliamur. Tertiò,in effectu ſequente collationem ſui, ac gratiarum ſuarum: & ſic conuenit ei eſſe pacem, qua vnitati, q̃ Deus eſt, adhæremus. Hæc Albertus.

Spũſſanct⁹ tripliciter comparaẽ

Dionyſi⁹.

¶In cuius uerbis cautè ſumendum eſt, ꝙ patrem ait eſſe finem,in quem oĩa referunt̃,tàm a perſonis, videlicet filio,ac ſpũſancto,q̃ à creaturis. Siquidem cum finis ſit dignior,ac melior his, quæ referuntur in ipſum,pater non dr̃ propriè finis filij, & ſpirituſancti, loquendo de filio ſecundum ſuam diuinam naturam. Et quamuis filius, & ſpirituſanctus referunt in patrem,quod ſunt,& habent tanquã in principium,& datorem,non tñ tanquam in finem. Conformiter,quòd ſpirituſanctus uocaẽ gratia, & pax, qua reconciliamur,ac adhæremus unitati,intelligẽdum eſt de gr̃a,& pace increata,qua efficienter reconciliamur,adhæremusq; Deo, non de gr̃a, & pace,qua formaliter reconciliamur , & adhæremus altiſsimo. Vel appellatur gratia,& pax, quia eſt cauſa pacis,& gratiæ exiſtentis in nobis , quemadmodum Deus dicitur fortitudo,& ſpes noſtra.

Pater non eſt finis filij,aut ſpirituſãcti.

Soluuntur argumẽta Ad 1.

¶Ad primum dicendum, ꝙ tota Trinitas adoranda eſt unum uniuerſorum principium,& unaquęq; diuina perſona eſt omnium principium,& creator: ad quod inſinuandum,filius dixit ſe eſſe principiũ: & non ad inueniendum, ꝙ eſſe principium ſibi approprietur.Ad ſecundum rñdet Bonauent. Veritas dupliciter conſideratur,quemadmodum color,qui uno modo conſideratur ſecundum id, in quo eſt, ſicq; diffinitur in libro de ſenſu, & ſenſato. Color eſt extremitas perſpicui in corpore terminato. Alio modo in cõparatione ad viſum,quem mouet. & ita diffinitur

Ad 2. Bonauẽt. Veritas cõſideraẽ dupliciter.

diffinitur in libro de anima : Color eſt motiuum uiſus ſecundum actum lucidi . Similiter veritas conſiderari poteſt in comparatione ad id , in quo eſt, ſicque uerum eſt id , quod eſt. Et item in comparatione ad intellectum , & ſic ueritas ſecundum philoſophum 2. metaphyſicæ , eſt finis intellectus ſpeculatiui. Iuxta primum modum ait Anſelmus , Veritas patris eſt eſſentia patris . Quo ad ſecundũ dicit Hilarius , Veritas eſt declaratiua ipſius eſſe . Et quoniam filius procedit, ut uerbum , cui appropriatur ratio declarandi ideo appropriatur ei ratio exemplaris , & per conſequens ratio ueritatis.Hæc Bonauentura . Ad tertium , quòd duplex eſt ordo rerum : unus in uniuerſo , alius in ultimum finem : primus appropriatur ſapientiæ , alius bonitati .

Anſelmus

Hilarius

Ad tertiũ.

Richard Per opus cõditionis tria inuiſibilia oſtenduntur.

¶Inſuper circa reſplendentiam Dei benedicti in uniuerſo , pulchrè ſcribit Richardus de ſancto Victore , primò excerptionum volumine : Non eſt, inquiens , prætereundum , quòd per opus conditionis tria Dei inuiſibilia , ſcilicet potentia , ſapientia , benignitas , demonſtrantur . Ab his tribus procedunt omnia, in his tribus conſiſtunt omnia,per hæc tria reguntur omnia. Potentia creat , ſapientia gubernat, benignitas cõſeruat. Quæ tria ſicut in Deo ineffabiliter vnum ſunt , ita in operatione ſeparari non poſſunt. Potentia per benignitatem , ſapienter creat , ſapientia per potentiam benigne gubernat, benignitas per ſapientiam potenter conſeruat . Potentiam Dei manifeſtat creaturarum immenſitas, ſapientiam decor, bonitatem vtilitas. Immenſitas creaturarum conſtat in magnitudine, & multitudine, multitudo in ſimilibus , in diuerſis, & in permixtis . Magnitudo in mole , & ſpatio , moles in maſſa , & pondere . Spatium in longo , lato, profundo , & alto . Decor creaturarum eſt in ſitu , & motu , in ſpecie , & qualitate . Vtilitas creaturarum conſiſtit in grato , & apto , in commodo , & neceſſario . Gratum eſt, quod placet : aptum , quod conuenit : commodum , quod prodeſt : neceſſarium , ſiue quo quid eſſe non poteſt . Hæc Richardus .

Thomas. Argen.

¶Hinc Thomas de Argentina: Relucet in creaturis veſtigium Trinitatis . Cognoſcitur enim in creaturarum magnitudine potentia patris , in diſpoſitione ſapientia filij , in ornatu bonitas ſpirituſancti. In quolibet quoq; indiuiduo inuenies unitatem, ſpeciem , & utilitatem : quorum primum cõuenit patri , ſecundum filio , tertium ſpirituſancto. Hæc Thomas .

Dionyſius Cur ornatus ſpirituiſancto adſcribatur.

¶ Quo circa quæri poteſt , cur ornatum adſcribat ſpirituiſancto , & non potiùs filio , cui appropriatur pulchritudo , & ſpecies ? Ad quod poterit reſponderi , quòd forſan ex uitio ſcriptoris pro ordinatu ſcriptum eſt ornatu . Vel per ornatum intelligit perfectionem , quæ eſt ex reſpectu , ſeu unione ad finem .

Gulielmꝰ Parrhiſiẽ.

¶Poſtremò , Gulielmus Parrhiſienſis in libro ſuo de Trinitate , ponit alia quædam veſtigia beatiſsimæ Trinitatis in materialibus rebus. Primum eſt ipſum ſubiectum , & circumueſtitio eius , & amor naturalis , quem habet ad ſuum ornatum , inter quæ ſubiectum eſt quaſi parens ſuæ circunueſtitionis : quoniam accidens ex ſubſtantia deriuatur : circunueſtitio uero eſt, quaſi proles : mutuus amor naturalis , atque tendentia unius in aliud , appropriatur ſpirituſancto . Vnde videmus , quòd unumquodque quærit locum ſuæ naturæ conuenientem . & paruo amat pulchritudinem ſuarum pennarum , ac luſum ex eis mox excutit. Coruus quoq; ſuos abijcit pullos , niſi conſpexerit nigros.Secundum ponit veſtigium, quia materia,ex qua ſiue in artificialibus ſiue in naturalibus educitur forma, eſt quaſi parens, cuius quaſi plores eſt forma educta. In quarũ mutuo complexu , & nexu , patet naturalis dilectio,atque tendentia , & inhærentia unius ad aliud , & hęc tria ſunt unum ſubiecto , ſeu una ſubſtantia. Ipſa quoque materia quaſi in ſinu , & gremio ſuo continet formam , ut prolem , quarum eſt tanta connexio , ac uelut dilectio , ut non niſi per uiolentiam queant abinuicem ſeparari .

¶Tertium item veſtigium Trinitatis ponit in figuris,& primum in triangulo æquilatero , qui prima eſt figurarum planarum. Vide quòd a b c, tres rectæ anguli ſunt : cum tamen ipſi ſint ſuperficies una, & eadem . Eſtque ſuperficies uelut communis eſſentia angulis tribus , & triangulus uelut trinitas ipſa eſt.quemadmodum enim Trinitas ſumma non eſt ſingulatim ulla trium perſonarum, ſic triangulum non dicimus angulum.Triangulum ergo Trinitatẽ intelligas angulorum, non ipſam ſuperficiem triangulam . Veruntamen ſcias vmbram ueritatis non debere uſquequaque eſſe proportionabilem ueritati: & quanto aliquæ elongatiores ſunt à primo principio , tanto minùs repræſentant ſimilitudinem ueræ, ac ſummæ unitatis , & Trinitatis . Nulla autem ex rebus creatis poteſt eſſe ad integrum ſimilitudo creatoris : quoniam non eſt poſsibile , ut commutent cum eo , uel genere , aut ſpecie , ſeu numero , uel accidente , quæ ſola ſimilitudinem faciunt.Similitudo aũt,quam aſsignauimus, oĩum ſimilitudinũ eſt poſtrema , tam ordine,q̃ paruitate imitationis . Non eſt ergo mirabile,ſi diſcrepet multum,quod in minimo conuenit.Hæc Gulielmus.

Creatura ad creatorem nulla eſt abſoluta ſimilitudo.

Alanus.

¶ Cui conſonat , quod in Arce fidei diffusè ſcribit Alanus , dicendo : Materia , & forma,& earum compago,tria diuerſa ſunt , quæ in cuiuſlibet creatione principaliter exiguuntur . Vnde manifeſtum eſt,quòd in una eadem ſubſtantia, ſeu creatione ſubſtantiæ trinus effectus,in uno,eodemq; creatore Trinitatem perſonarum eſſe conuincit. Et rurſus, Licet in cuiuſlibet ſubſtantiæ creatione materiam patri, formam filio , compoſitionem ſpirituiſancto poſſit ordo congruus adaptare: tamen in quolibet triũ neceſſe eſt totam Trinitatem operari . Materia namque tanquam ſubſtantiæ fundamentum cõgruit primæ Trinitatis perſonæ,uidelicet patri.Formam quæ innaſcitur materiæ,congruenter attribuimus filio : tertiæ uero perſonæ compoſitionem, quæ non ſolũ ambarum iuncturam, ſed & ornatum deſignat. Itaque materiæ forma innata , & ex iſtis procedens cõpago, filium natum ex patre,& eorum nexum,amoremque ſpiritumſanctum ab vtroque procedere, nobis figurariter denunciat, Hæc Alanus. Et de his ponuntur uerba Auguſtini pulcherrima prorſus in textu , quæ legantur , & attendantur.

Creatura opus eſt ius ſimu terinitati

QVAESTIO VI.

Arguitur contra veritatem. 1 2

SExtò quæritur, *An in intellectuali , & rationali creatura conſiſtat ſummæ Trinitatis imago .*

¶Videtur , quòd non , quia imago eſt perfecta alterius ſimilitudo.Omnis autem creatura a repræſentatione in creaturæ trinitatis,& eminentia eius, diſtat, & deficit infinitè.Secũdò,quia ut habitũ eſt , imago diſtinctè repręſentat id,cuius eſt imago.Si ergo ſuperbenedictæ Trinitatis imago in creatura luceret,poſſet ꝓ naturalẽ rõnẽ ex creaturis cognoſci, cuius contrariũ determinatũ eſt ſupra.Tertiò, quia 3

ut ait: Gregorius: Sicut in comparatione diuini,& increati esse, omne esse creatum est quasi non esse, & sicut respectu incircunscriptibilis lucis æternæ, ois lux creata est tanquã umbra, & tenebra: sic comparatione intelligentiæ, & sapientiæ Dei, omnis creata intelligentia,& sapientia est uelut insipiẽtia, & nescientia. Non ergo in intellectu, ipsiusq; actu relucet imago supersapientissimę Trinitatis.

In oppositum Iezec. 28. Genes 1.

¶In oppositum est scriptura. nam de angelo in Iezechiele habetur: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia. De homine quoq; legitur, Faciamus hominem ad imaginem,& similitudinem nostram.

Thomas

¶Ad hæc Thomas: In hoc, inquit, imago à uestigio differt, ꝙ uestigium est confusa, & imperfecta alicuius similitudo. Imago autem representat rem magis determinatè ſm omnes suas partes, dispositionesq; partium, ex quibus etiam aliquid de interioribus rei percipi potest. Idcirco in illis creaturis tantum est Dei imago, quæ propter sui nobilitatem ipsum perfectiùs imitantur, ac repræsentant, id est, in angelo,& homine, ſm id, quod in ipsis nobilius est. Alia uero, ſm quod plus de bonitate,& perfectione Dei participant, magis accedunt ad rationem imaginis. Sicq; Augustinus in libro de Trinitate, imaginem Trinitatis in uisu corporali ostendit, ſm tria, quæ ad uisionem sunt necessaria: utpote obiectum, ſpecies eius in oculo, & uidentis intentio. Item in phantasia, alijsq; potentijs sensitiuis. Sed in nulla earum est tam perfecta similitudo, ut propriè dici queat imago quemadmodum in potentijs mentis, in quibus distinctio, consubstantialitas, atq; æqualitas inueniuntur, prout infra dicetur. Hæc Thomas in Scripto.

Imago differt a uestigio in creatura intellectuali proprie inuenit trinitatis imago.

Augusti.

¶Porro in prima parte Summæ quæstione 93. ait: Secundum Augustinum libro 83. quæstionum, Vbi imago, ibi,& similitudo, sed non semper econuerso. quo cõstat, ꝙ similitudo est de ratione imaginis,& ꝙ imago aliquid super rationem similitudinis addit uidelicet, ꝙ ex alio sit expressa. Imago etenim dicitur eo, ꝙ ad alterius imaginationem producitur. Hinc ouum, quamuis sit alteri ouo simile, & æquale, non tamen uocatur eius imago: quia non est expressum in illo. Aequalitas autem non est de ratione imaginis, ſm Augustinum ibidem, ut patet de imagine hominis apparente in ſpeculo, est tamen de ratione perfectè imaginis. Perfectæ namq; imagini non deest quicquam, quod insit illi, de quo expressa est, seu producta. Manifestum est autem, ꝙ in homine reperitur aliqua Dei similitudo, quæ deducitur à Deo tanquam exemplari. Non tamen est similitudo ſm æqualitatem, quia in infinitũ excedit exemplar illud hoc exẽplatum. Hinc in hoie est imago Dei non perfecta, ſed imperfecta, quod designat scriptura, cum ait hominem factum ad imaginem Dei. Præpositio enim ad, notat quendam accessum qui competit rei distanti. Vnde in Isaia habetur. Cui similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? ad insinuandum, quòd in creaturis non relucet similitudo æqualis, aut perfecta imago Dei: quod tamen intelligi potest de corporalibus imaginibus ab homine fabricatis. Vnde signanter ait; Quam imaginẽ ponetis ei? sed ipsemet Deus posuit sibi in homine ſpiritualem imaginem. Denique, unigenitus patris est perfecta imago ipsius, iuxta illud Apostoli; Qui est imago Dei inuisibilis. Hinc filius Dei dicitur patris imago,& nunquam ad imaginem, Homo autem,& propter similitudinem uocatur imago,& propter similitudinis imperfectionem, ad imaginem. Et quia perfecta Dei similitudo esse non potest nisi in indentitate naturæ, imago Dei in unigenito filio, est sicut imago regis in filio sibi connaturali: in homine autem sicut imago regis in nummo, ut asserit Augustin⁹ libro de decem chordis. Hęc Thomas in Summa.

Aequalitas est de rõne perfectæ imaginis.

In hoie est imago dei imperfecta.

Isaiæ 40.

Filius Dei est perfecta patris imago. Coloss. 1.

Augusti. Thomas.

¶Præterea in Summa contra gentiles, libro quarto capitulo undecimo de his profundiùs scribit, inter cætera dicens: Imago rei est duplex. Est enim aliqua imago, quæ non communicat in natura cum eo cuius est imago, siue sit imago eius quantum ad exteriora accidentia, quemadmodum ſtatua ænea imago est hominis, nec tamen est homo: siue sit imago quantum ad substantiam rei, ut ſpecies intelligibilis. Ratio enim hominis in intellectu, nõ est homo. Nam,& philosophus dicit: Lapis non est in anima, sed ſpecies lapidis. Imago autem rei, quæ eandem habet naturam cum re, cuius est imago, est sicut filius regis, in quo sui patris imago apparet. Sicq; filius Dei est patris imago, Hæc ibi.

Duplex est rei imago.

¶Sed contra hæc obijci potest, quia secundum diuinum Dionysium 4. capitulo de diuinis nominib⁹: Sol est euidens Dei imago, ergo non solum intellectualis,& rationalis creatura.

Obiectio

Dionysi⁹.

¶Ad hæc Petrus respondet: Imago uno modo cõmunissimè dicitur pro omni repræsentatiuo Dei. sicque sol uocatur imago Dei: quia in multis exterioribus similitudinem habet cum Deo, ut ibidem sanctus Dionysius docet, Sicq; Dixit Boethius.

Tarãtasi⁹.

Boethius. metro. 9. lib. 3.

¶Mundum mente gerens, similiq; in imagine formans Et idem dicit Plato in primo Timæi. Secundò, imago dicitur propriè, ut angelus propter repræsentationem simplicitatis diuinæ. Tertiò magis propriè, ut homo, seu anima propter repræsentationes unitatis, & Trinitatis. Quartò proprijsimè, sicut unigenitus filius patri in nullo dissimilis. Hæc Petrus. Tamen, quòd dicit hominem, seu animam magis propriè dici imaginem, quàm angelum, infra diligentiùs inquiretur.

Aegidius.

¶Circa hæc mouet Aegidius tres quæstiones: Prima est, an in angelis sit Dei imago. Secunda, an in homine. Tertia, an in muliere.

Sit ne⁊ angelis Dei imago.

¶Ad primam respondet: Vestigium Trinitatis repræsentatur in creaturis, dum Trinitas per communia declaratur: sed repræsentatur imago, quando per propria. personæ autem diuinæ per originem distinguuntur. ideo personalia in diuinis accipiuntur per actus notionales, qui radicaliter sunt in actibus ad se conuersiuis, qui sunt, intelligere, uelle, &c. Conuerti uerò ad se, non conuenit alicui corpori, aut organicæ, seu corporali potentiæ, quemadmodum probat Proclus: sed soli intellectuali naturæ, ideo in ea duntaxat propriè est Trinitatis imago. Propter quod dicit Damascenus quarto libro: Quid est secundum imaginem, nisi intellectiuum? quasi dicat, nihil. Intellectiuum uero potest tripliciter sciri. Primò ex hoc, quòd habet actionem corpori non communicatam. & talis præsertim est angelus, qui est incorporalis,& simplex. Secundò, quia huiusmodi actionem non communicat corpori per se, sed per accidens: & huiusmodi substantia intellectualis est homo, qui non intelligit sine phantasmate. Tertiò, quia aliquo modo communicat intellectui in actione intellectuali, sicut phantasia dicitur intellectualis. hinc patet, quòd imago Trinitatis præcipuè reperitur in angelo, quia post Deum est magis intellectualis: deinde in homine, qui quamuis sit rationalis, est tamen etiam intellectualis,& quędam

Damasce.

Hõ Dei gerit imaginem.

In mulie re imago est Dei.

dam intelligit claro, simpliciq; intuitu. per quod patet secundi solutio. ¶Ad tertium quoq; dicendũ, ꝙ imo, cum inter uirum,& mulierem non sit distinctio ſm ſpeciem. Ideo non magis est uir per se intellectualis, q̃ mulier tamen per accidens potest uir magis esse imago Dei, inquantum omnes homines processerunt ab uno uiro, non ab una muliere: & quia mulier facta est ꝑ uirum, non econuerso, quẽ admodum omnia processerunt a Deo, & sunt ꝑ Deum. Et quantum ad hoc, dixit Apostolus: Vir imago est Dei, mulier autem uiri. Verum ista sunt accidentalia imagini. Vnde Augustinus in libro de Trinitate ostendit, ꝙ non est distinctio inter uirum, & mulierem in eo, ꝙ sunt ad imaginem Dei. Hæc Aegidius. Quibus concordat Richardus.

1. Cor. 11.

Augusti.

Richard Antisiod.

¶Deniq; Antisiodorensis in secunda parte Sũmæ suæ, ad qõnem hanc, Cur uir dr factus ad imaginem & similitudinem Dei, non mulier, rñdet: Tribus de causis hoc dicit Apostolus. Prima est, quia uir immediatè factus est ad imaginem,& similitudinem Dei, mulier verò mediante uiro: quia facta ei ꝑ uirum. Vnde fertur in Genesi: Faciamus ei adiutorium simile sibi. Secundò, quia uir naturaliter perspicaciorem habet intellectum, q̃ mulier, atq; ſm ordinem naturę debet mulier subijci uiro. Tertiò, quia sicut ab uno Deo sent omnia, ita ab uno viro sunt alij homines, tàm mares, quàm fœminæ. Veruntñ Augustinus uerba illa Apostoli dicit potiùs esse trahenda ad figuram, seu mysticum sensum, ita, ꝙ Apostolus per uerba illa dedit intelligi, uirum, & mulierem esse in homine interiore. i. rõnem superiorem, quę contemplatur diuina, & rõnem inferiorem, quæ uersatur circa terrena,& regi debet a ratione superiore, ſm quam dr homo factus ad imaginem, & similitudinem Dei,& non propriè secundum rõnem inferiorem. Hæc Antisiodorensis.

Genes 2.

Augusti.

¶Qui etiam quærit hic, quare homo dicitur factus ad imaginem,& similitudinem Dei, & nõ angelus: cum tñ dicat beatus Dionysius, ꝙ angelus est prima imago Dei. & rursus, ꝙ angelus habet intellectum deiformem. Ad quod respondet, ꝙ angelus a nobiliori, excellentioriq; dono nomen sortitur,& dr lux in Genesi quo legitur: Fiat lux. Et in Iezechiele, Tu signaculum similitudinis Dei. quod est ꝑ dei formitatem,& perspicacitatem sui intellectus, cuius luciditas, atq; subtilitas tãta est ꝑ abstractionem à carne, ꝙ sine tpe,& absq; mora collationis intuetur quid agendum, quid fugiendum sit. Sic aũt homo in oĩbus uidere non põt. Hęc Antisiodorensis.

Cur angelus non dicitur factꝰ ad imaginem.

Genes 1. Iezec. 28.

Soluuntur argumẽta

¶Ad primum dicendum, ꝙ homo, seu Angelus dr perfecta Dei imago, non simpliciter, sed in genere,& ſm modum possibilem creaturæ. Cõformiter dicendum ad aliud, ꝙ imago repræsentat distinctè comparatione uestigij, non tamen ita distinctè, ꝙ ex ea sine lumine fidei possit Trinitas summa cognosci. Nam quamuis non esset in Deo Trinitas personarum: adhuc tamen esset in eo intelligere, & uelle essentialiter sumpta.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis respectiuè sit ita: tamen absolutè loquendo, tã homo quàm angelus est Dei imago.

QVAESTIO VII.

Arguitur contra ueritatem.

Septimo quæritur, *An imago, & similitudo Dei eminentius resplendeant in homine, quàm in angelo.* ¶Vr, ꝙ sic. Primò, ex prætacta Petri auctoritate.

¶Secundò, quia Henricus de Hasia, in libello suo, qui dr ſpeculum animæ, hoc affirmat.

Microcosmus i parui mundus

Mar. 16.

¶Tertiò, nam homo dr microcosmus, ita, quòd totus mundus quasi repræsentatur, ac relucet in eo: ergo in ipso magis, q̃ in aliqua alia parte mundi maioris, Deus repræsentatur. Nam & in euangelio dr omnis creatura: quia cum omni ente creato aliquid simile habet.

In oppositum.

Augusti.

¶In contrarium arguitur primò, quia quo aliq̃d est Deo proprinquius, eo est ei similius: sed angelus est Deo proprinquior, q̃ sit homo, cum in libro confessionum asserat Augustinus, ꝙ Deus creauit angelum propè se Secundò, quia ut in libro de angelica loquitur hierarchia Dionysius sanctus, Angelus est Deiformissimum, atq; mundissimum ſpeculum Dei. Et rursus, Ipsi (inquit) supermundani animi sunt quasi in deitatis uestibulis collocati. Tertiò, quia vt Isaac Israelita philosopus in libro diffinitionum testatur, Anima rõnalis est creata in vmbra intelligentiæ, ergo imago, & perfectio Dei multo splẽdidiùs relucent in angelis, quàm in hominibus, aut animabus. Quartò, quia in euangelio Christus fatetur: Qui minimus est in regno cœlorum, id est, infimus beatorum, ſupernorumq; ciuium, maior est illo puta Iohanne Bap. adhuc viatore.

S. Dion.

Isaac philosophus.

Matth. 11. Lucæ. 7.

¶Circa hanc quæstionem uidentur doctores qui dam diuersimodè esse locuti: quia ut præcedenti patuit quæstione, Antisiodorensis, Thomas,& Aegidius, conscripserunt, ꝙ absolutè loquendo, imago Dei magis in angelo, quàm in homine fulget,& clariùs præsentatur: quamuis quantum ad accidentalia quædam,& ad proprietates, ac habitudines circa alia, magis reperiatur imago in homine. Aliqui uerò senserunt oppositum.

Antisiod. Thomas. Aegidius.

¶Sed contradictio hæc forsitan concordatur per uerba Petri, dicentis: In Deo est tria considerare. Primò, simplicitatem essentiæ,& essentialia attributa: ſicq; in angelo magis relucet imago, ut ex diuini Dionysij auctoritatibus demonstratur. Secundò, Trinitatem personarum, & consubstantialitatem earum. in homine magis apparet imago: quia in hone est maior distinctio uirium,& actionum, in quibus Trinitatis imago consistit. Tertiò comparationem ad creaturas. sic rursus in homine imago euidentiùs, seu multipliciùs reperitur: quia (ut tactum est) quemadmodum Deus est uniuersorum principium, & totus in toto uniuerso, ac totus in qualibet eius parte: sic anima est tota ī toto corpore suo, & tota in qualibet eius parte, primusq; homo principium est totius generis sui. Et sicut creator omnipotens omnia posuit in esse naturali, sic intellectus animæ omnia materialia ponit in esse intelligibili. Veruntamen reor, ꝙ sicut uis intellectiua, atq; potentia uolitiua,& actus earum, sunt multo præclariùs in angelis, quàm hominibus, sic & imago Trinitatis in angelis absolutè sublimiùs sit consistens. Vnde & Damascenus libro 2. differuit, quòd Deus angelos ſm propriam imaginem propè se cõdidit. Qualiter autem memoria sit in eis, infra tangetur. In Angelis quoque mens, notitia, & amor, in quibus ſm Augustinum imago attenditur, realiter distinguuntur sicut in homine. Hinc super illud, Tu cherub signaculum similitudinis &c. dicit Gregorius, ꝙ angelus ille non similitudo, sed signaculum similitudinis appellatur, ut quanto in ipso subtilior est natura, tanto similitudo, seu imago Dei in illo eminentiùs insinuetur expressa.

In Deo tria considerantur.

Damasce.

Gregorius

¶Sed his obijci potest, quòd in ſpeculo animæ scribit Henricus de Hasia: Si diligenter ò anima penses unde sis, qualis sis, à quo, & quanta, ac qualis sis, ac eris,& ubi sis, atq; finaliter eris, intelliges

Obiectio. Henri de Hasia.

teipsam esse potissimum contemplandæ speculum deitatis, in quo clariùs Dei proprietates, perfectiones, habitudinesq; ad creata relucent hinc in ultimo eiusdem libelli capitulo ait: Ex dictis, vt æltimo, probabiliter colligi potest, ꝙ quamuis in anima non sit supremus gradus ueritatis creati esse, attamen perfectè cognitio inde est, quid est, quare, qualis, & ubi est, & erit, reperitur potissimum contemplandæ diuinitatis speculum, in quo multipliciùs, quàm in speculari esse etiam supremi angeli, lucet Dei perfectio. Dei proprietates, mirificentiæ, miseri cordiæ, iustitiæ, & ipsius ad omnem creaturam habitudines singulares. Hæc Henricus.

Dionysius

¶ Quocirca apparet, ꝙ ad discernendum, ac iudicandum an ista sint uera, oporteret tam animæ, quã angeli et summi, naturam, proprietates, actiones, dispositiones, habitudines, efficacias, & virtutes æque cognoscere: quod quia longissimum est a nostro intellectu in uita præsenti, prætacta uerba non arbitror certa esse, imò nec uera absolutè loquendo & ex natura rei. sed ex parte nostri potest sic esse, qa in statu præsenti angelorum essentias, potentias, influentias, habitudines, efficacias, & uirtutes, excellentiasq; in donis naturæ, & gratiæ, ac gloriæ cognoscere non ualemus, nisi ualdè confusè, penitus imperfectè, & prorsus obscurè. Etenim dignitati specificæ proportionantur uires, uirtutes, actiones, proprietates, & habitudines consequentes. Species uerò specialissimæ angelorum, soli Deo sunt cognitæ, secundum Damascenum lib 2. quòd intelligendum est per inclusionem domesticorum Dei in regno superno: qm̃ uniuersis cœlestis paradisi ciuibus clarè, ac certitudinaliter patent.

Damasce. Spẽs angelorum uia toribꝰ sũt incognitę.

QVAESTIO VIII.

Arguitur 1. contra veritatẽ.

OCtauò quæritur de partibus imaginis, hoc est, *An imago ista consistat in memoria intellectu, & voluntate, an in eorum habitibus, vel actibus, an in potentijs illis per comparationem earum ad habitus*
1 *suos, & actus.* ¶ Vī, ꝙ in solis, ac nudis potentijs, quia in cunctis hominibus quãtumcunq; indoctis, ac paruulis, inuenitur Trinitatis imago, sicut in lib. de Trinitate docuit Aug. Et tm̃ in multis talium nõ sunt habitus, neq; actus intellectuales, cũ intellectus in principio sit tanquam tabula rasa, ac indepicta.

2 ¶ Secundò, quia memoria ad sensitiuam pertinet partem, ut patet 2. de anima: uel si ad intellectiuam pertineat portionem, non est ab intellectu distincta: quia ẽm philosophum 3. de anima, intellectus locus est specierum. sicq; memoria, intellectus, & uolũtas, non sunt nisi duæ potentiæ.

3 ¶ Tertiò, quia memoria sequitur actum intelligendi, estq; præteritorum: ergo intellectus, seu actus ipsius non procedit ex memoria, nec ipsa memoria patri appropriatur, ut habetur in litera, sed potiùs filio, & intellectus patri.

4 ¶ Quartò: qm̃ intellectus agens uidetur potissimè ad partes pertinere imaginis, & patri appropriari, cũ ad actũ perducat intellectũ possibilem, sitq; præstãtior eo, ut 3. de anima docet philosophus.

5 ¶ Quintò, quia uoluntas mouet, & excitat alias uires, etiam intellectum, atq; memoriam ad agendũ. ergo est potior illis in agendo, nec rectè appropriatur, seu assimilatur personæ tertiæ in diuinis.

In oppositum. ¶ In oppositum est auctoritas Augustini in textu.

Bonauẽt. ¶ Ad hæc respondet Bonauenturæ: Imago Trinitatis in anima, attenditur in his tribus potentijs, tamen in comparatione ad unitatem essentiæ animæ, & ad pluritatem actuum earundem, in quibus est distinctio, ordo, atque origo unius ab altero per modum dispositionis cuiusdam. Retentio namque ad memoriam spectans, disponit ad intelligendum: & intelligentia ad amandum, secũdum quod intelligibile fuerit bonum. ficq; intelligentia est ex memoria, sicut filius ex patre, & amor ex utroque, sicut spiritussanctus ex patre, & filio. Hæc Bonauentura in Scripto.

¶ Porro in itinerario mentis pleniùs scribit de his, inter cætera dicens: Per uestigia Deum extra nos contemplamur, deinde ad nosipsos ingredientes, & quasi atrium forinsecus relinquentes, intus in anima nostra quasi in tabernaculò interiori conari debemus Deum uidere per speculum, ubi instar candelabri relucet lux ueritatis in facie nostræ mentis, in qua resplendet imago beatissimæ Trinitatis. Imago ergo ad te, & uide quoniam mens tua feruentissimè amat seipsam: nec posset se amare, nisi se nosset: neque nosceret, nisi sui meminisset: quia nil capimus per intelligentiam, quod non sit præsens apud nostram memoriam. Quo constat animam tuam triplicem habere potentiam, & harum potentiarum operationes habitudinesque considera, ut sic uidere possis per te Trinitatem tanquam per suam imaginem. Actus memoriæ est uniuersarum specierum retentio. Actus intellectiuæ potentiæ, est apprehensio ueritatum. Actio uoluntatis est in bonitatem tendentia, & præsertim inclinatio ad summum bonum. Itaque ex memoria oritur intelligentia tanquam memorię proles: quia tunc intelligimus dum similitudo, quę est in memoria, resultat in acie intellectus, quę non aliud est, quàm verbum. Ex memoria quoque, & intelligentia spiratur amor tanquam nexus amborum. Hæc tria, uidelicet mens generans, verbum, & amor, sunt in anima, quo ad memoriam, intelligentiam, & uoluntatem, quę sunt coæuę, & idem subiecto, atque seinuicem circumincidentes. Si ergo Deus perfectus est spiritus, habet memoriam, intelligentiam, & uoluntatem: habet, & uerbum genitum, & amorem spiratum, qui necessariò distinguuntur, cum unus ab alio producatur: nec distinguuntur substantialiter, nec accidentaliter, ergo personaliter.

Bonauẽt.

¶ Consequenter in eodem tractatu hic doctor declarat, qualiter per eandem imaginem donis gratuitis reformatam, fide, spe, charitate formatam, dono sapientię decoratam, ualeamus Deum lympidiùs contemplari. Quo enim prefatę nires magis perficiuntur, præsertim per supernaturales habitus istos, eo in earum actibus Trinitas supersancta excellentiùs splendet. Itaque ait: Mirum uidet, cum Deus tàm propinquus sit mentibus nostris, ꝙ tam pauci eum inter se contemplantur, sed ratio est in promptu: quoniam mens humanis solicitudinibus inquietudinibusq; distracta, non intrat ad se per memoriam: phantasmatibus obnubilata, non redit ad se per intelligentiam: concupiscentijs illecta, non reuertitur ad se per desiderium suauitatis internę, ac spiritualis lętitię. Imò quantumcunque sit quis illuminatus lumine naturę, atque scientię acquisitę, non potest intrare ad se, ut delectetur in domino, nisi Christo mediante, & adiuuante, qui ait: Ego sum ostium. Et rursus, Ego sum uia. Hęc Bonauentura.

Per imagiñ gratia reformatã Deus clarius videt. Ioan. 10. Ioan. 14.

Thomas. ¶ Hinc scribit Thomas: Omnis proprietas consequens essentiam animę secundum naturam, uocat hic

hic potentia animæ, siue sit ad operandũ, siue non, Cum ergo natura animæ sit receptibilis alicuius, in quantum aliquid habet de possibilitate, eo, ꝙ omẽ habens esse ab alio, possibile sit in se, ut loquitur Auicenna, & ipsa anima non sit impressa organo corporali, cum habeat operationem absolutam à corpore, scilicet intelligere: sequitur ipsam quædam proprietas, ut impressam speciem retineat. Vnde dr 3. de anima, ꝙ anima est locus specierum non tota, sed intellectus. & hæc virtus retinendi, uocatur hic memoria, seu potentia memoriæ. Et qm̃ anima immunis est à materia, omnisq; talis natura intellectualis existat, consequitur ut id, quod in ea tenetur, ab ipsa intelligatur. Intellectus namq; reflectit se super id, quòd retinet, ficq; post memoriam sequitur intelligentia, oriens ex memoria. Rursus: qm̃ id, quod intelligitur, sumitur tanquam intelligenti conueniens, hinc sequitur uoluntas, cuius actus, seu amor ex memoria, & intellectione procedit: quoniam uoluntas tendit in suum conueniens, nec potest ultra procedere, quia uoluntas est respectu finis, cum eius obiectum sit bonum, & rei perfectio non extendatur ultra finem. Et iuxta hoc sunt tres istæ potentiæ distinctæ, memoria, intelligentia & uoluntas. Hæc Thomas in Scripto.

Auicenna

Art. 6. ¶ Porro in Summa prima parte, quæstione 93. Cũ in omni, inquit, creatura sit aliqua Dei similitudo, in sola rationali creatura inuenitur similitudo Dei per modum imaginis. Id autem, in quo rationalis creatura excedit alias, est mens. Hinc nec in rationali creatura est Dei imago nisi secundum mentem. Imago enim repræsentat secundum similitudinem speciei: vestigium autem per modum effectus, qui sic repræsentat causam, ꝙ ad speciei similitudinem non pertingit. Potest ergo talis differẽtia inter creaturas rationales, & alias attendi, & quantũ ad hoc, ꝙ in creaturis rationalibus repræsentatur similitudo diuinæ naturæ: & quantum ad hoc, ꝙ in eis repræsentatur similitudo trinitatis increatæ. Nam quã tum ad similitudinem spectat diuinæ naturæ, creatura rationalis uidetur quodammodo ad repræsentationem speciei pertingere, inquantum imitatur Deum non solum in hoc, ꝙ est, & uiuit, sed etiam, ꝙ intelligit. Similiter, cum increata Trinitas distingua tur secundum processionem verbi à dicẽte, & amoris ab utroque, creatura rationalis in cuius mente est processio uerbi secundum intellectum, & amoris secundum uoluntatem, potest dici imago Trinitatis increatæ propter quandam repræsentationem secundum similitudinem speciei. Hæc ibi.

Hõ est ad imaginem Dei secundum mentem.

Carthusi.. Richard ¶ Concordat Petrus, & Richardus, dempto eo, ꝙ dictum est, memoriam, intelligentiam, & uoluntatẽ esse tres potentias ab inuicem distinctas, de qua re infra dicetur. Sed, & dictis Alberti hæc consonant, quantum ad Trinitatis assignationem.

Albertus. Aegidius. ¶ Aegidius uero hic scribit: Secundum Augusti num 14. de Trinitate: Imago Trinitatis potiùs est in nobis dum actu intelligimus, quàm dum habitu. Ad actum autem intelligendi non sufficit essentia animæ, cum uirtus sit quid medium inter actum, atq; substantiam. Hinc requiritur potentia, & illa est triplex, ad quarum unam pertinent, speciem intelligibilem in se habere, & conseruare: quia sine specie huiusmodi intelligere non ualemus. & hæc potentia secundum Augustinum, uocatur memoria. Species uerò, quæ sunt in memoria, sunt quasi in abscondito, & fiunt in aperto, cum inde formatur intelligentia, ut dicitur 14. de Trinitate capitulo 7. Et quia non possumus intelligere rem, nisi res illa fiat nobis nota, ac manifesta, idcirco non sufficit memoria, nisi sit ibi, & intelligentia. Rursus, quia intelligentia inde formata, non habet permanens esse, nisi sit ibi intentio copulans intelligentiam genitam cum specie gignente in memoria, idcirco requiritur ibi uoluntas utrunque connectens. Hinc partes imaginis assignantur memoria, intelligentia, & uoluntas. Itaque non quæritur imago in istis potentijs per comparationem unius potentiæ ad aliam tantum, sed omnium trium in comparatione ad tres personas, sicut imago in nobis non est respectu unius personæ, sed Trinitatis totius. Hæc Aegidius.

Auguſt.

Albertus. ¶ Veruntamen ait Albertus, quòd homo per appropriationem quandam dicitur factus ad imaginem filij, cum filius sit naturalis imago patris. Vnde & Thomas in Summa contra Gentiles libro 4. affirmat, quòd homo habet specialem assimilationem cum unigenito patris, qui est uerbum, & ema natio intellectus, & ab intellectuali, seu rationali perfectione speciem homo sortitur. propter quod & pro hominum redemptione magis decuit Dei filium incarnari.

Thomas.

Antiſtod. ¶ Præterea circa hæc scribit Antisiodorensis: Quæritur, qualiter homo assimilatur Trinitati increatæ, hac Trinitate creata, memoria, intelligentia, voluntate. Respondetur secundum Augusti. ꝙ anima rationalis assimilatur Trinitati increatæ his tribus propter multas causas. Prima est, ad remouẽdum carnales cogitationes de Deo. Solent enim carnales patres male memorari præ senectute. Hinc ad remouendum talem phantasticam cogitationem de patre æterno, ascribitur ei memoria. Filij uero solent esse insci præ iuuentute. Ideo filio Dei attribuitur intellectus, & sapientia. Spiritus autem quã doque est nomen inflationis. ideo spirituisancto benignitas, amor, ac voluntas attribuuntur. Secunda ratio, quia sicut ex patre est filius, & ex utroq; spiritussanctus: sic ex memoria intelligẽtia est, & ex utraque uolitio secundum sensum infra tangendum. Tertia ratio, quoniam sicut pater, & filius, & spiritussanctus sunt unum in essentia, & differunt relatione, ita memoria, intelligentia, & uoluntas sunt, unum in essentia, non tam propriè, ut tres personæ, sed quia habent unum subiectum, & differunt relatione, largè loquendo: quia sic adinuicem referuntur memoria intellectorum, & uolitorum memoria: intellectus memoratorum, ac uolitorum intellectus: uoluntas memoratorum, & intellectorum uoluntas. Quartò: quoniam sicut pater, & filius, & spiritussanctus sunt æquales, sic tres potentiæ istæ æquales sunt, prout hoc declarabitur infra. Hæc Antisiodorensis.

Qualiter hõ Trinitati increatæ possit assimilari.

Quæstio. ¶ Nunc restat quærendum, an imago Trinitatis consistat in istis potentijs, an in earum habitibus, seu actibus, an in ipsis potentijs secundum respectum ad habitus, & actus earum. & uidetur, quòd in nudis potentijs, quia secundum Augustinum libro de Trinitate, eo ipso anima est ad imaginem Dei, quo capax est eius, sed per potentias has capax est Dei. In damnatis quoq; manet imago Dei: in quibus tamen non est opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, ut in Ecclesiaste habetur.

Eccleſ 9.

Thomas. ¶ Ad hoc Thomas in prima parte Summæ suæ, quæstione 93. sic respondet: Ad rationem imaginis ptinet aliqualis repræsentatio speciei. Hinc oportet, ꝙ imago Trinitatis accipiatur in anima secundum id, quod maximè accedit ad repræsentandum perfectionem, & speciem diuinarũ personarũ,

quæ distinguuntur secundum processionem uerbi a dicente, & amoris connectentis utrunq;. verbum autem in anima nostra sine actuali cogitatione esse non potest, ut Augustinus dicit 14. de Trinita. Ideo primo, ac principaliter attenditur imago Trinitatis in mente secundum actus, prout scilicet ex notitia, quam habemus cogitando interiùs, verbum formamus, & ex hoc in actualem amorem prorumpimus. Sed quia principia actuum sunt habitus, atque potentiæ, vnumquodque autem uirtualiter est in suo principio, hinc secundario, & quasi ex consequenti imago Trinitatis potest attendi in anima secundum potentias, & magis secundum habitus, prout in ipsis uirtualiter ipsi actus existunt. ficq; imago Trinitatis quantum ad uires naturales prætactas, & innatam Dei capacitatem, semper manet in mente quàuis obnubilata, prout 14. de Trinitate asserit Augustinus. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Hæc Thomas.

Imago trinitatis manet in dānatis.

¶Ita que quo uires magis actualiter perficiuntur per charismata gratiæ, aut per dona gloriæ, eo in eis perfectiùs refulget imago Trinitatis. Vnde in beatis clarissimè lucet, de quibus dixit Apostolus: Quos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Hinc ait Thomas: Imago Dei potest in homine tripliciter considerari. Primò, secundum quod homo habet naturalem aptitudinem ad intelligẽdum & amandum Deum: quæ aptitudo consistit in natura mentis. estque communis cunctis hominibus. Secundò, prout actu, aut habitu Deum cognoscit, & diligit, attamen imperfectè. Et hæc est imago per conformitatem gratiæ, & inest iustis. Tertiò, prout Deum cognoscit, & amat perfectè. ficq; imago attenditur secundum similitudinem gloriæ, & inest beatis. Hinc Glossa super id psalmi, Signatum est super nos lumen vultus tui, triplicem distinguit imaginem, utpotè creationis, recreationis, & similitudinis, seu glorificationis. Et hoc est, quòd dicitur esse imago triplex, puta naturæ, gratiæ, & gloriæ. De prima dicit Augustinus 14. de Trinitate. Non solum propterea est imago Dei in homine, qui sui meminit, seque intelligit, & diligit, sed etiam quoniam potest meminisse, intelligere, & amare. De secunda loquitur ad Colossen. Apostolus: Induentes nouum hominem, qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius, qui creauit illum. De tertia quoque ad Corinthios: In eadem, inquit, imaginem transformamur a claritate in claritatem. Hæc Thomas.

Rom 8.

Psal. 4.

Triplex ē imago. Auguſt.

Coloſſ. 3.

2. Cor 3.

¶Et concordat Albertus: Qui hæc eadem scribit prolixiùs, & magis obscurè. Vnde insinuat, ꝙ sicut imago exterior quantum ad suam substantialitatem, consistit in formatione, & figuratione, deinde per uenustationem coloris, & pulchrificationem perficitur: ita imago Dei in anima primò, essentialiterq; consistit in tribus prætactis potentijs, atque innatis habitibus, deinde in superadditis donis gratiæ, ac meritorijs actibus. & quantum ad hæc, potest amitti. Vnde secundum Augustinum homo peccando transijt in regionem dissimilitudinis.

Albertus.

Auguſt.

¶Insuper circa hæc scribit Aegidius, Circa Trinitatem quantum ad præsens, tria considerantur, videlicet perpetuitas, unitas, & imitatio actualis. Quantum ergo ad unitatem essentiæ, magis repræsentat Trinitatem pluralitas potentiarum, quàm habituum: quia potentiæ magis immediatè insunt essentiæ animæ, quàm habitus, aut actus. Ratione autem perpetuitatis magis repræsentat Trinitatem habitus, quàm actus, quamuis non magis, quàm potentiæ. habitus enim non sic interrumpuntur, ut actus. potentiæ quoque sunt inseparabiliores ab anima, quàm habitus. Sed quo ad actualem imitationem, Trinitas magis repræsentatur per actus. Hæc Aegidius.

In trinita te tria con ſiderãtur.

Richard.

¶Porro Richardus: Imago, inquit, expressiùs est in anima, quando tres potentiæ illæ sunt in actibus suis per comparationem ad obiectum debitũ. Origo enim præsertim attenditur, quo ad actus. Nec in intellectu est uerbum, nisi dum actu intelligit: quia ut ait Augustinus in sermone de sacratissimo Iohanne Baptista, Vox sonus est, & index cogitationis, Verbum autem est cogitatio ipsa. Verum tamen: quoniam actus non sunt consubstantiales animæ sicut potentiæ, nec tam inseparabiles ab eadem: hinc assignari non debet imago in unitate essentiæ animæ, & Trinitate horum actuum tãtum, sed in unitate essentiæ, & Trinitate potentiarum: ita, quòd si assigneturin potentijs, prout sunt in actibus suis, expressior est imago. Hæc Richardus.

Auguſt.

Qñ potentiæ aīæ rõnẽ ſeruent imaginis. Bonauent

¶Modo quærendum est, respectu cuius obiecti consistat imago in præfatis potentijs, & actibus animæ.

¶Ad quod Bonauentura respondet: In ratione imaginis oportet pręsupponere tria. Primum, ꝙ imago consistit in perfecta conformitate ad imaginatum. Secundum est, quòd id, quod conformatur imagini, conformatur etiam imaginatio. Tertium, quòd anima secundum suas potentias conformis sit his, ad quæ conuertitur, tam secundum cognitionem, quàm secundum amorem. Cũ ergo imago animæ attendatur secundum conformitatem ad Deum, & anima ad Deum se conuertendo conformetur eidem: hinc imago consistit in istis potentijs, secundum quod habent Deum pro obiecto. Rursus: quoniam anima imago est Dei, & quod conformatur imagini, conformatur & imaginato: ideo anima secundum quod conuertitur ad se, non recedit a Dei conformitate. hinc imago consistit in his potentijs, secundum quod habent animam pro obiecto. Sed dum ad inferiores conuertitur creaturas, eisque conformatur, in quibus non est Dei imago recedit a ratione imaginis, quia recedit a Dei conformitate. Ideo obiectum uirium animæ, in quibus relucet imago, secundum quod in eis imago respleudet, est propriè Deus: deinde, & anima, non inferiora. Hæc Bonauentura.

Richard.

¶Concordat Richardus, dicendo: Maximè attenditur imago in natura per conuersionem memoriæ, intelligentiæ, & uoluntatis ad Deum: minùs per conuersionem earum ad animam ipsam: impro prijssimè uero, per conuersionem earum ad inferiora. Quemadmodum enim corporalium rerum imago consistitit in tribus, quorum unum est partim ordinata distinctio: secundum inde consequens lineamentorum debita figuratio: tertium, coloris assimilatio: sic imago ista proportionabiliter sita est in potentiarum, quasi in partium, ordinata distinctione, & in earum mutua adæquatione, quasi in lineamentorum figuratione, inquantũ memoria meminit sui, & intelligentiæ, ac uoluntatis, & intelligentia intelligit se, & memoriam, ac uoluntatem: uoluntas quoque uult se, & intelligentiam, atq; memoriam: & tertio in spiritualis transformationis assimilatione, quòd maximè est per conuersionem potentiarum istarum ad Deum.

Imago corporalis in tribus cõſiſtit.

Hinc

Hinc in ista conuersione ad Deum consistit potissimè completio imaginis trinitatis in anima.

Petrus.

¶Idem Petrus, ꝙ, & addit: Quo ad ordinem potentiarum, & æqualitatem earum inter se, & per comparationem ad obiectum põt dici imago consistere magis in consideratione ipsius animæ, quæ magis adæquata est suæ apprehensioni, & dilectioni: q̃ Deus, qui est obiectum eam in infinitum transcendens.

Thomas. Art. 8.

¶De hoc Thomas scribit prolixiùs hic, & in prima parte, questione 63. Hinc etenim ait: Imago dicit repræsentationem expressam. Expressa autem repræsentatio trinitatis, est in tribus potentijs animæ propter quinq;, quorum duo se tenent ex parte animæ, scilicet potentiarum consubstantialitas, atq; distinctio. Idcirco indifferenter se habent respectu quorumlibet obiectorum. Alia uero tria, uidelicet æqualitas, ordo, & actualis imitatio, concernunt obiecta. Ideo habent se tria hæc diuersimodè respectu diuersorum obiectorum. Potest autem assignari in potentijs animæ duplex æqualitas, scilicet potentiæ ad potentiam, & potentiæ ad obiectum: & ista æqualitas saluatur diuersimodè, respectu dinersorum obiectorum. In illis namq; quæ per habitum acquisitum discuntur, non seruatur præfatus ordo potentiarum istarum: quoniam actus intelligendi præcedit actum memorandi nec est ibi actualis imitatio trinitatis, quantum ad illa obiecta, in quibus trinitatis imago non est. seruatur tamen ibi æqualitas quædam potentiæ ad potentiam: quia quæcunque comprehenduntur, una potentia, comprehenduntur, & alia. Non, quòd quicquid intelligimus, id simpliciter uelimus: sed aliquo modo in uoluntate sunt inquantum uolumus nos intelligere ea: sed non seruatur ibi æqualitas potentiæ ad obiectum, quia res corporalis nõ intellectualis naturæ, sunt nobiliori modo in anima quàm in se cum anima sit eis nobilior, ut asserit Augustinus. Si autem considerentur potentiæ istæ respectu obiecti huius, quod est anima, sic saluatur ibi ordo earum, ita, ꝙ intelligentiam præcedit memoria, cũ anima naturaliter sibi sit præsens: seruatur quoq; ibi æqualitas potentiæ ad potentiam simpliciter: qm̃ inquantũ anima se intelligit, tm̃ se diligit: seruatur etiã ibi æqualitas potentię ad obiectũ, uidelicet animam: & item actualis imitatio trinitatis, inquantum est anima expressa imago ducens in animã porro si considerent istæ potentiæ respectu obiecti, quod Deus est, tunc seruatur ibi actualis imitatio: qa potentiæ per conuersionem ad Deum, assimilantur eidem. maximè etiam seruat ibi ordo prædict⁹, sic, ꝙ ex memoria procedit intelligentia, eo, ꝙ Deus per essentiam est in anima, & tenetur ab ea, non per acquisitionem. Seruatur etiam ibi conformitas potentiæ ad potentiam, quia quantum intelligitur Deus, tantũ diligit: sed non potentiæ ad obiectũ: qm̃ Deus est altior, quã anima. Hinc dico, ꝙ imago trinitatis in anima attenditur quodãmodo respectu quorumlibet obiectorum: ueriùs autẽ, respectu ipsius animæ: verisima autem respectu obiecti, quod est Deus: nisi, ꝙ ibi deest æqualitas potentiæ ad obiectum, quæ etiam non multum ad imaginem facit. Hæc Thomas in Scripto.

In tribus aīæ potentijs est ex preſſa trinitatis repræſentatio.

In potentijs aīæ duplex est æqualitas.

Corporis eſſe nobilius est in aīa, q̃ in ſe. Auguſt.

¶In Summa uerò testatur: Imago importat similitudinem utcunq; pertingentem ad speciei repræsentationem. Hinc imago trinitatis attenditur in anima secundum aliquid, quod repręsentat diuinas personas repręsentatione speciei, prout possibile est creaturæ. Distinguuntur autem diuinæ personæ processionem verbi à dicente, atq; amoris ab utroq;. Deniq; uerbũ Dei nascit de Deo ex sui ipsius notitia, & amor procedit ex Deo sm quod amat seipsum. Attenditur ergo diuina imago in hoc, sm, quod ex notitia Dei concipit uerbum de Deo, & ex utroq; amorem ad Deum. Fertur aũt mens in aliquid dupliciter. Primo directè, & immediatè, ut qui alium faciliter intuet. Secundò, in directè, & mediatè sicut dum aliqs uidendo imaginem alicuius in speculo, dicit ferri in ipsum. Vnde 14. de Trinitate loquitur Augustinus: Mens meminit sui, intelligit se, & diligit se, hoc si cernimus, cernimus trinitatem nondum ipsum Deum, sed iam eius imaginem. Et hoc est, non qa mens fertur in seipsam absolutè, sed inquantum ex se ultra fertur, aut ferri põt in Deum. Id quoq; pensandum, ꝙ q̃is sm uisionem uiæ, cognitio temporalium non pertinet ad imaginem trinitatis, tñ sm uisionem gloriæ pertinent: qa sm uisionem illam beatificam temporalia uident in Deo, & in uerbo increato, in quo sunt rõnes exemplares rerum omnium creatarum. Hæc Thomas, & concordat omnino Albertus.

Mens in aliqd dupliciter fertur. Auguſt.

Albertus.

¶Ex his patet solutio ad primam instantiam.

Soluũtur argumẽta.

¶Ad secundam dicendum, ꝙ memoria, de qua fermo, ad intellectiuam pertinent partem, nec concernit certam temporis differentiã, sed indifferenter est præteritorum, præsentiũ, & futurorum. Verum an distinguatur ab intellectu realiter, an secundum officium tantum infra discutietur.

Tarãtaſi?

¶Hinc Petrus: Memoria, inquit dupliciter sumitur. Primò, pro potentia specierum sensibilium conseruatiua, quæ recipiuntur in potentia organo alligata. Secundò, pro ui conseruatiua intelligibilium specierum, & hoc dupliciter. Vno modo, ut est conseruatiua specierum acquisitarum, quæ recipiuntur in parte intellectiua. Alio modo, ut est conseruatiua specierum innatarum, uidelicet naturalis similitudinis ueri, & boni, quæ concreatæ sunt animæ. Memoria primo modo sumpta, sequit̃ tempus, & concernit præteritum. Secunda consequitur tempus, & sed non concernit. Hinc sm Augustinum libro de trinitate, ipsa est, non tm̃ præteritorum, sed psentium quoq; & futurorum. Tertia non sequitur tempus, neq; concernit Prima non est pars imaginis. Secunda aliquo mõ est, sed impropriè. Tertia, propriè. Præterea q̃rit̃, cur de memoria partis intellectiuæ non tractauerunt philosophi. Rñdetur, ꝙ, uel ideo, qa non putauerunt species intelligibiles remanere in parte intellectuali, actuali intellectione cessante, ut Auicenna: quod falsum est, qa sic nulla maneret cognitio in anima separata. uel qm̃ intellectum à memoria non distinxerunt, ita quòd species recipere, & conseruare ad eandem spectet potentiã in parte intellectiua. Hæc Petrus.

Memoria ſumit dupliciter.

Auguſt.

Auicenna.

¶Porro Thomas ponit tertiam rõnem, quia philosophi considerauerunt potentias illas duntaxat, quæ ordinantur ad aliquem actum: sed ista memoria non habet nisi tenere species concreatas. Verum qualiter hoc rñsum Thomæ consonet his, quæ alibi scribit, infra tangetur.

Thomas.

¶His ẽt cõsonat, quod libro de quatuor coæquęuis scribit Albertus. Duplex est memoria. Vna, quæ est pars animæ sensibilis, & est thesaurus, ac theca formarum sensibilum, sm Auicennam. Vnde asserit Damascenus: Memoratiuum est memoriæ, & rememorationis promptuarium. Memoria uerò est phantasia derelicta ab aliquo sensu sm actum apparente. Alia est memoria pars animæ intellectualis, quæ est coaceruatio intelligibilium specierũ, & est duplex,

Albertus.

Auicenna. Damaſce.

Pſal. 4.

Rom 8.

Triplex ē imago. Auguſt.

Coloſſ. 3.

2. Cor 3.

Albertus.

Auguſt.

In trinita te tria con ſiderãtur.

Imago corporalis in tribus cõſiſtit.

Petrus.

Thomas. Art. 8.

In tribus aīæ potentijs est ex preſſa trinitatis repræſentatio.

In potentijs aīæ duplex est æqualitas.

Corporis eſſe nobilius est in aīa, q̃ in ſe. Auguſt.

s. p. q. 93. ar. 8.

Mens in aliqd dupliciter fertur. Auguſt.

Albertus.

Soluũtur argumẽta.

Tarãtaſi?

Memoria ſumit dupliciter.

Auguſt.

Auicenna.

Thomas.

Albertus.

Auicenna. Damaſce.

duplex, vna sub ratione præteriti, altera non, sed indifferenter pti, præsentis, & futuri. Nec aliud est, quàm potentia notitiam rei tenes apud se sine temporis consideratione. Est autem quædam memoria acquisita per studium, inuentionem, & doctrinam. Quædam verò de illis, quorũ scientiã ex natura habemus, vt habituum naturalium. Hæc Albertus.

¶ Ad tertiam, quoque patet solutio ex prædictis. ¶ Ad quartum respondebitur infra, quoniam speciale tangit difficultatem. ¶ Ad quintam dicendum, q̃ voluntas non mouet nisi ex præuia apprehensione intellectus, qui voluntati ostendit suum obiectũ: cum uoluntatis obiectũ sit bonum intellectum. i. intellectualiter cognitũ: Thomas verò ridet, q̃ sicut in artibus ars cõsiderans finem, mouet, & imperat artibus considerantibus media, sic voluntas respiciens finem, mouet alias vires, qua ordinantur ad finem, & imperat eis actus earum. Vnde quamuis sit prior in mouendo, non tñ sequitur, q̃ sit prior in esse. sicut, & finis est vltimus in esse: & tamen mouet efficientem. Hæc Thomas.

Tho Aqu.

QVAESTIO IX.

NOno quæritur, *An intellectus agens pertineat ad imaginem*. ¶ Videtur, q̃ sic, quia intellectus agens est possibili intellectu præstantior, vt 3. de anima patet: sed possibilis est pars imaginis, vt patuit, ergo agens. ¶ Secundò, quoniam imago consistit in his, quibus nihil melius est in anima, vt habetur in litera. sed intellectu agente non habet anima melius, saltem inter intellectiuas potentias.

Arguitur pro parte affirmatiua.

¶ Tertiò, in his consistit imago, per quæ anima assimilatur potissimè Deo, ac trinitati. sed intellectus agens huiusmodi est, etiam magis, quàm possibilis.

¶ Ad hoc respondet Henricus 13. quodlibeto: Secundum philosophum tertiò de anima, intellectus agens, est qui facit intelligere, & est habitus quidam, extensè loquendo de habitu, cum sit lux, & habet similitudinem habitus in duobus. Vnum est illuminare intellectum possibilem, quemadmodum lumen materiale diaphanum, vel potius sicut lux aliud corpus luminosum. Nam actio eius, quo ad intellectum possibilem, est lucere magis, quàm illuminare. Est enim lux quædam spiritualis, sicut, & ipse possibilis, & sicut lux est natura, atque perfectio visus. Sicque, vt ait Auerrois, intellectus possibilis perficitur per agentem, sicut visus luce sibi connaturali, sine qua non ageret ad formandum in se actum visionis, nec ad recipiendum eundem. Sic quoque 12. de Trinitate loquitur Augustinus: Intellectus noster intelligit in quadam luce interiori, quemadmodum oculus videt colores in quadam luce generis sui corporali. Secundus actus intellectus agentis, est resplendere super phantasmata, sicut lumen diaphani super colores: & per hoc separat phantasmata à conditionibus materiæ particularibus, & de vniuersali, ac intelligibili secundum potentiam, facit vniuersale, & intelligibile actu: & facit illud mouere intellectum possibilem per hoc, quòd informatum, & imbutum est lumine intellectus agentis, sicut colores mouent, vt imbuti lumine exteriori, & ei immixti. sicq; dispositiuè, ac præparatoriè intellectus hagens causat actũ intelligendi in intellectu possibili, & quo ad hoc, ad imaginem pertinet, cooperando videlicet, vt intellectus possibilis formetur notitia simplici sensibilium rerum, quarum phantasmata sunt in vi imaginatiua, & vt sic fiat memoria intellectualis in telligentiæ. Oĩs namque notitia simpliciter primò gñata in intellectu possibili, ascribitur memoriæ.

Henri. respondet. Intellectꝰ agẽs habitus similitudinẽ habet.

Auerrois.

Augusti.

Eadem enim potentia sunt memoria, & intelligentia: quamuis distinguuntur, quasi diuersæ vires. Sed memoria dicitur, inquãtum est susceptiua notitiæ directo aspectu ab intellectibus simplicibus, & cõseruatiua eiusdem: intelligentia verò uocaturiñ, tum conuersa super se est informata à memoria notitia simplici, & susceptiua informationis notitiæ declaratiuæ, quę simplicem declarat notitiam. Hęc Henricus quodlibeto præallegato.

Memoria

Intellectus

Insuper de eadẽ scribit materia quodlibeto 8. q̃stione, qua q̃rit, an intellectus agens intelligat: Intellectus, ingens, agens in essentia animæ consistẽs, sicut lux in aere, respicit phantasmata, quẽadmodũ lux colores, aut agant speciẽ suã in medio sine subiecti materia, & sine colorũ substantia: & species illa per mediũ defertur ad pupillã, eamq; actu visionis informat. sic spiritualiter intellectus agens illustrat phantasmata, ut apta sint agere in intellectum possibilẽ, sub rõne, qua essentiæ simplices sunt, non ẽm particulares, & materiales conditiones: quod appellatur denudare, & abstrahere phantasmata, q̃ abstractio nõ fit per aliq̃ migrationem, uel generationẽ ab eis in intellectu possibili: pterq̃, quod phãtasmata per huiusmodi abstractionẽ habẽt rõnem vniuersalis actiui, & motiui intellectus possibilis: ita ut id, quod mouet, nõ sit in subiecto, nisi in phãtasia, licèt nõ moueat nisi sub rõne uniuersalis per actũ agentis. i. intellectus agentis. In intellectu autẽ possibili, nõ est, nisi sicut mouẽs in moto ante actũ intelligẽdi: quia per suam actionem generat in intellectu possibili intellectionẽ, qua ipsum sibi assimilat per quam est in intellectu possibili, sicut cognitum in cognoscente, & intellectum in intelligẽte. Et, quoniam intellectus agens est, quasi lumen, cui phãtasma est immixtum, mouet intellectũ possibilem, quemamodum species coloris mixti lumini mouet visum. Est tamen hic, & ibi differentia, qa lux facit ut præter visionem faciat color speciem in medio, qua vicè coloris informat pupillam in actu videndi. Porrò intellectus agens præter intellectionem, non facit aliquam aliam speciem in intellectu possibili. Itaque intellectus agens cum non sit nisi coadiuuans rationem intelligẽdi, nihil omnino intelligit: nec natus est intellectus noster intelligere per potentiam agentis, sed possibilis. Hinc intellectus agens dicitur intellectus ab intelligendo actiuè, non quòd intelligat, aut quòd sit obiectum mouens possibilem: sed quoniam agit circa phãtasmata, ut idonea sint agere actum intelligendi in possibili, iuxta modum prædictum. Hæc Henricus.

An intellectus agẽs intelligat.

Quid' sit abstractio phantasmatum.

¶ Cuius opinionẽ Scotus dissuẽ hic recitat, eãq; (ut reor) quantum ad hoc efficaciter reprobat, q̃ ait per actionem intellectus agentis, atq; phantasmatis, non generari in intellectu possibili aliquam intelligibilem speciem, cũ omnis cognitio fiat, aut sit per speciem cogniti existentem in cognoscente. Vnde 3. de anima protestatur philosophus, quòd lapis non est in anima, sed species lapidis. Item, q̃ anima est locus specierum nõ tota, sed intellectus.

Aristotel.

Scotus cõtra Henricum.

¶ Scotus quoque inter cætera arguit sic: Intellectus naturaliter priùs anteq̃ intelligat, potest habere obiectum actu vniuersale, præsens sibi sufficienter in ratione obiecti: quoniam naturaliter priùs obuium est obiectum, & præsens intellectui, quàm actus eliciatur ergo intellectus habet obiectũ vniuersale sibi præsens in ratione speciei intelligibilis prioris naturaliter actu intelligendi. Species, namque exhoc, quòd est species, habet rationem repræsentãdi id, cuius est species, sub tali, aut tali ratione.

Cumque

Cumq; sequaces alterius opinionis sic arguunt, præsentia speciei in potentia cognitiua, non est causa, q̃ obiectum sit præsens, sed econtrario: sicut præsentia speciei albedinis, non est causa, q̃ albedo sit uisui præsens, sed præsentia albedinis, causa est, qua species albedinis præsens est uisiuæ potentiæ: ergo priùs natura est præsentia obiecti, q̃ præsentia speciei. non ergo obiectum est intellectui pñs p̃ speciẽ. Ad hoc Scotus respondet, q̃ species impressa in intellectu possibili, non est secunda intentio, sed realis effectus, qualitasq; realis intellectum informans. Obiectum igitur, ut actiuum, est pñs intellectui sub rõne agentis, uel alicuius, quod tenet uicẽ obiecti, anteq̃ species sit præsens, ut forma informans in intellectum. & ẽm hoc, obiectum est causa quare species est præsens: sed tamen in secundo instanti, naturę species perficiens intellectum, & repræsentans obiectum in secundo instanti, est causa quare obiectum est præsens intellectui in esse intelligibili. Hæc Scotus, qui de his hic scribit multum prolixè, quod breuitati studens dimitto.

Præterea circa hæc, multa inducit Frãciscus de Moronis. Mota siquidem quæstione, utrum imago Trinitatis sit in anima, soluit sic: Hic cõiter dr̃, q̃ per tres potentias, quæ sunt in anima nostra, intelligitur imago Trinitatis. Ordo enim est inter eas. Nam memoria est intellectus agens cũ specie, quæ simul iuncta procedunt uerbum, & memoria appropriatur patri. Intelligentia autẽ quæ appropriatur filio, dicit actum in intellectu possibili, non, q̃ intellectus sit productus, sed intellectus sub actu. Velle aũt est in uoluntate ab utroq;, sicut spũsanctus. Deinde quærit, an ad actum intelligendi requiratur species intelligibilis. Ad q̃ post uaria argumenta rñdet: Sequendo uiã naturalẽ, nulla ad hoc apparet necessitas. Sed duæ sunt (inquit) necessitates q̃ mouent me, q̃ tñ procedunt ex creditis. Prima est: qm̃ intellectus separatus recipit species intelligibiles, ut patet de uespertina angelorũ notitia. ergo, & intellectus coniunctus, puta humanus. Idẽ patet de anima Christi, q̃ nouit multa, quæ non erant ei pñsentia. nouitq; ea non solum in uerbo, sed etiam in gñe proprio, & non nisi per species. Secunda necessitas est: qm̃ anima separata multa recordatur eorũ, quæ vidit in uita hac, & non per phantasmata: quæ cum sint materialia, non manent in anima separata. Hæc Franciscus. qui etiam multa scribit de his.

Francisꝰ de Maro.

Possit ne anima intellige re sine specie

Dionysiꝰ.

¶ Tamen, quòd ait, aut recitat memoriam esse intellectum agentem, non consonat cõi doctrinæ doctorum. nec uidetur posse saluari, cum officium intellectus agentis sit, speciem à phantasmate abstrahere, quod non est opus memoriæ.

¶ Postremò ex dictis patet ad obiecta solutio, qa ostensum est, & concessum, quòd, & qualiter intellectus agens ad imaginem spectet.

QVAESTIO X.

DEcimo quæritur de secunda assignatione imaginis, quæ ex Augustino recitatur in litera, & ponitur in his tribus, mens, notitia, amor. Quæritur ergo. *An sit conueniens, & in quo differat ab assignatione præhabita.* ¶ Vr. n. inepta, nec distincta ab illa, cum illa ponit exponi de ipsis tribus præfatis potentijs in se, uel quantum ad habitus: & item quo ad actus earum, & sic ista cum illa coincidit.

Arguitur contra ueritatem. 1

2

¶ Secundò, quia de ista habetur in textu, quòd notitia, & amor consubstantiales sunt menti, quod nec potentijs, neq; habitibus, nec actibus conuenit cum potentiæ sint distinctæ à seinuicem, atq; ab anima. Tertiò: quoniam mens est intellectus, & ita non differt à notitia, si tria hęc sumantur pro actibus. 3

¶ In oppositum est Augustini auctoritas. In oppositum Bonauent.

¶ Ad hæc Bonauentura rñdet: Trinitas ista non consistit in potentijs, quia notitia, & amor non dicunt potentias: nec in habitibus, quia mens non potest stare pro habitu, cum ipsa accipiatur, ut agens: nec potest esse in potentijs, & habitibus simul, quia mens nõ potest hic sumi pro una tm̃ potentia, cum ei in litera ascribanẽ duarũ actus potentiarũ, uidelicet nosse, & amare. Nec potest simul stare pro pluribus potentijs, qm̃ ita non esset Trinitas. Idcirco Trinitas ista attenditur quantũ ad substantiã animę, rõne mentis se cognoscẽti, atq; amantis: & quãtum ad habitus, quo ad notitiam, & amorem. sicq; est Trinitas, ut pote una substantia, & habitus duo. Hinc assignatio hæc differt à prima, qm̃ illa fuit per uniformitatem in potentijs, p̃ comparationẽ ad habitus, & ad actus: hæc uerò in substantia aĩæ, & habitibus eius consistit. Differt quoq; in hoc, q̃ prima fuit principaliter per conuersionem uirium animæ ad increatum obiectum. Hæc uerò per conuersionẽ animę supra, & circa se. Differt ẽt, quia prima est magis conueniens, & ꝓpria, quàm hęc. Propriè namq; imago ista consistit in unitate essentię animę, & Trinitate uirium animæ, ẽm quas aĩa apta est sigillari ab altissima Trinitate imagine similitudinis, q̃ consistit in gratia gratum faciente, ac theologicis tribus uirtutibus. Veruntñ quidem dixerunt assignationẽ hanc a priore differre, q̃ illa prior in potentijs, hęc in habitibus attendatur, obiectionibusq; rñdent, q̃ mens quadrupliciter capitur. Nam primò dr̃ a mene, quòd est defectus, seu luna, & sic dr̃ de tota substantia aię ꝓp assiduas trãsmutationes, quas habet. Secundò, mens dr̃ a metiendo, sicq; accipitur pro uiirudicatiua, seu pro intellectu, & sic sumit eam Damascenus, ponendo ipsam inter potentias cognitiuas. Tertiò dr̃ ab eminendo. sicq; sumitur pro superiore parte rõnis, iuxta quem modum Augustinus accipit eam frequenter. Quartò, dr̃ a meminisse, & sic pro memoria sumitur tam quantum ad habitum, tam quantum ad actum. Verum, ut patuit, istud stare nõ potest. Hæc Bonauentura. Mens quadrupliciter sumit. Damascꝰ. Augustꝰ.

¶ Concordat Thomas, & addit: Si diceremus, q̃ per notitiam, & amorem significarentur hic actus intellectus, & uoluntatis à mente, id est, intellectua li natura animę procedentes: tunc planiùs esset, qa sic mens compararetur patri, notitia filio, amor spirituisancto. Hæc Thomas. Idem Petrus. Thomas.

¶ Rrichardus demum hic scribit: Notitia, & amor prout sunt partes imaginis, nominare possunt, & habitus naturales, & actus naturales, per quos anima noscit, diligitque seipsam. Mens uerò nominat essentiam animę se noscentem, ac diligentem. Anima quippè ex seipsa naturalem habet aptitudinem ad cognoscendum se, & amandum, ita, q̃ mens est ei loco memoriæ respectu notitiæ, & amoris suijipsius. sicque nomine mentis exprimitur essentiæ unitas, Trinitas uerò in ipsamet mente, prout est sibi loco memoriæ, & in notitia, ac amore. Hæc Richardus. Richard. Quid nominet mẽs notitia, & amor.

¶ Quibus concordat Albertus, dicendo: Dico cum magistro, & Augustinum 9. de Trinitate sequendo, quòd mens sumitur hic prout in se includit, & habet potentiam cognoscendi, potentiam q; amandi. Duplex autem potentia cognitiua concurrit ad actum vnũ, puta memoria, & intellectus. Etenim nosse per habitũ, est hic idem, q̃ notitiam de se Albertus.

videndo

uidēdo in se per habitum habere, ita vt habitus notitiæ dicat id, quod est memoriæ, & intuitus sui dicat actum intellectus. Nosse enim est, notitiam rei apud se habere. Intelligere verò se, est se in similitudine illa, aut habitu illo uidere, secundum quod uidere se, nil aliud est, q̄ objici sibi in notitia, quam noscens se, apud sese habet. Hæc Albertus.

Aegidius. ¶ Circa hæc scribit Aegidius: Per ea, quæ sunt in sensu, deuenimus in cognitionem eorum, quæ sunt supra sensum. In sensu aūt uidemus, ꝙ dum species formatur in uisu ex re ipsa uisibili, pars trinitatis non asignatur memoria, sed corpus uisibile, species quoq; visum informans, atq; intentio vtrunq; coniungens. Porro dum species non diffunditur immediatè ab obiecto, sed ex similitudine eius in sensu percepta: tunc trinitas asignatur ipsa memoria speciem retinens, & uis eam nō cognoscens, seu cognitio ex memoria fluens, & voluntas utrunq; connectens, vel species in memoria existēs, & spēs vim cogitatiuam informans, & velle eas coniungens.

Augustin. ¶ Quocirca sciendum, ꝙ ſm Augustinum 14. de trinitate, Anima aliter se cognoscit, & aliter alia. Alia namque non cognoscit per ipsas res, sed per earum similitudines in ipsa existentes, cum cognitio fiat per quandam præsentiam cogniti in cognoscente. Anima verò se cognoscit per se: q̄m ipsa sibi iungitur præstò est. sicq; habitualiter cognoscit se per seipsam. Veruntamen huiusmodi cognitio non est habitualis, prout de habitu tractat philosophus, ſm quòd per habitum possumus ad libitum exire in actum: sed potius, prout de habitu determinauit Plato, qui posuit species animæ concreatas, & eam à sui principio habuisse scientiam: tamen in actuali, & discretam, seu perceptibilem scientiæ consideration̄ non posse prodire, nisi per sensibilia excitetur. Hinc nostrum addiscere, dixit reminisci. Est ergo quodammodo locus specierum in memoria, ipsa substantia animæ, quæ sibi semper præsens existens, se modo prædicto semper habitualiter nouit. Vnde 14. de trinitate: Nec sanè mens gignit notitiam sui quando se cogitat, quasi ante sibi incognita fuerit: sed ita sibi fuerat nota, quemadmodum res istæ, quæ in memoria continentur. Q̄m ergo essentia animæ est sibi loco memoriæ, quemadmodū in sensu asignauimus trinitatem, ipsum visibile, & speciem, seu visionem ipsius, & intentionem nectentem: in sensu verò interiori, memoriam, cognitionem, & amorem vtrunque iungentem: ita in intellectu respectu animæ asignauimus trinitatem, mentem, seu substantiam animæ, & notitiam, atq; amorem ipsius: sed respectu aliorum, ponimus imaginem trinitatis ipsam memoriam, & intelligentiam, ac voluntatem. Hæc Aegidius. ¶ Qui ex his infert. Ex q̄bus pater, ꝙ nec illi bene dicunt, qui referunt tria hæc ad substantiam animæ, ita, ꝙ notitia, & amor sumantur materialiter pro actu, qui est ipsa res nota, & res amata.

Thomas. ¶ Verum in hoc cōtradicit Aegidius sancto Thomæ, qui in solutione primi argumenti huius afferit quæstionis: Ad esse habitus in intellectu, duo cōcurrunt, videlicet species intelligibilis, & lumen intellectus agentis, quod facit eam intelligibilem actu. Vnde si aliqua species esset, quæ in se haberet lumen illud, haberet rationem habitus, quantum ad hoc, ꝙ esset principium actus. Sic dico, ꝙ quando ab aīa cognoscitur aliquid, quod est in ipsa non per sui similitudinē, sed per suam essentiā, ipsa essentia rei cognitę, est loco habitus. vñ dico, ꝙ ipsa essentia aīæ, ꝑut ē nota à seipsa, habet rōnem habitus. & sumit hic notitia materialiter pro se nota. Et similiter est dicendum de amore. Hæc Thomas.

Albertus. ¶ Et idē affirmat Albertus, probans, atq; declarās id esse de mente Augustini, & inter cætera dicens: Ista, videlicet notitia, & amor, nō sunt substantialia mēti, nec substātiæ, nisi tm̄ uno modo considerata, videlicet q̄n mens nouit se, & amat se, & hoc accipitur ab Augustino 9. de Trinita. quo ait: Quo aūt illa tria nō sint eiusdē essentiæ, non video, dū mens nouit se, & amat se: atq; ita sint hęc tria, ut nō alicui rerū mēs, vel amata, vel nota sit. vnius ergo, eiusdēq; essentię necesse est vt hęc tria sint. Ideo si tanq̄ commixtione cōfusa essent, nō essent, tria, nec adinuicē possent referri. Dat quoq; Augustinus exēplum de anulis tribus ex auro, & item de medone, melle, & aqua, qua nō sunt vnius substātiæ distinctæ in illis. Hinc cū dicit, ꝙ notitia est substātia: intelligit hoc, de notitia, q̄ oritur ex mente, dū mēs nouit se: & de amore, q̄ orit̄ ex his duobus, q̄n mens amat se. Sed adhuc distinguendū est hic, ꝙ notitia non capit̄ hic pro actu, q̄ est ex cognoscēte super cognitū, sed ꝑ habitu. Est aūt habitus duplex: unus, q̄ est perfectio potētiæ ꝑ modū qualitatis difficultatē tollētis à potentia opatiua, & talis habitus nō est iste. Alter est, q̄ ex hoc, ꝙ præsens res indistāter à mente habet̄, dat facultatē operādi semper, & talis habitus est mēs sibi p̄sens, ut præsens. Hoc aūt nō est aliud, q̄ præsentia sui sibimet ipsi. tuncq; notitia materialiter sumpta, erit idē, ꝙ mens nota. Idē autem in substantia sunt mēs, noscens, & mens nota, relata adinuicem ſm relationē noscentis, & noti Talē verò notitiam, q̄ est mens nota, naturaliter sequit̄ amor. Et accipitur amor materialiter pro re amata, & hoc iterum erit idē in substātia cū mēte amante, & noscente, relata tm̄ per hoc, ꝙ est amans, & amata. Porrò, ꝙ talis notitia, & amor, dicunt̄ habitus à magistris, hoc nō est, q̄a sit aliqua qualitas media, in qua videatur vel amet̄ mens nota: sed tm̄ ꝑ modū significandi, quē relationes importāt noscentis, & noti, amātis, & amati. Illæ. n. supponunt quosdā habitus, s. notiā, & amorem, eo ꝙ notitia, & amor non sint propriè relatiua: sed tm̄ hoc, quod significāt ſm nomē, est relatiuū. i. habitus, quo habent coniunctū respectū ad aliud: sicut scientia dicit respectū ad scibile, q̄ coniunctus est habitui, quē designat. Sed in hoc est dissimile, ꝙ notitia ista mentis nihil aliud est ſm rem, q̄ mens nota iuxta sensum prætactum, quis sit aliud ſm rationem. Sicq; patet, qualiter ita sumpti amor, & notitia, sint in substantia idem cum mente noscente. & ita intelligit. August. Hæc Albertus.

¶ Insup̄ de asignatione trinitatis in aīa, satis ꝑlixè ait Gulielmꝰ Parrhisiensis in lib. suo de Trinitate, inter cætera loquēs: Imago & exemplum trinitatis in aīa rōnali tanto euidētiùs reperit̄, q̄ to eā scriptura ad imaginē, & similitudinē Dei factā expressiùs protestat̄, de cæteris oīno hoc tacēs. Primò vulgare, atq; notissimum est, qua potētia aīa imperet corpori, ut redūdantia vitæ impleat totū cōpositū, q̄ potentia, seu potestas tā fœcūda uitæ, & actionū, quoddā exemplū est p̄ris oīpotentis. Notū est quoque, qua ꝑuidentia, naturaliq; sapientia aīa prouideat corpori nutrimentum, & illud distribuat, moueat, & gubernet, q̄ sapientia est exemplū, atq; imago primogenitę sapiētię increatę. Ex q̄bus ꝑpendit̄, qs, aut quātus amor sit aīę ad propriū corpus, & ad ea, q̄ corporis sunt, quę sunt robur, agilitas, sanitas, pulchritudo: qui amor exemplum est, & imago primi spirati, & increati amoris. Hæc autē sunt umbrę, ac radij, per quos in corpore relucet trinitas summa,

Augustin. Quo notitia & amor sint menti consubtātiales.

Duplex est habitus.

Notitia, & amor cur dicantur habitus.

Guil Par. Imago trinitatis reperitur in anima rationali.

ma, quæ eminentiùs resplendet in anima, in qua sūt vita, apprehensio, & affectio. Vita aūt, qua in se uiuit anima, parens est apprehensionis, & donatrix affectionis. Deniq; non dubitamus in pueris uitam esse in effectu animabilis, seu cognitiuis eorum uiribus esse apprehensionem habitualem, non aūt intelligentiam in effectu. Etenim omni intelligenti priùs est intelligere se, & uirtuti intelligenti prior occurrit suijpsius pūtia, quam res exteriores possint occurrere per similitudines suas, sed postquam rerum similitudines habet apud se ministerio sensuum in effectu, tunc primum potentia apprehensiua habet in effectu intellectum, & rōnem. Q̄m ergo vis intellectiua priùs apprehendit se esse, ac uiuere, & suam essentiam, ac uitam, quā exteriora, necessariò priùs apprehendit ipsam uitam, de qua uis intellectiua tāquam proles exiuit. & hoc intelligimus de uita interiori intellectiua essentialiter dicta, sicut esse rōnale, cuius uitæ proles est intelligere actuale: ipsumque affici, est quasi donum amborum. Nam & anima intellectiua possibilis est ad intellectum, quem quasi in gremio suo gestat, & producit in actum. Quo autem, & quanto affectu seinuicem complectant̄ uis intellectiua, & ipsum intelligere, constat ex hoc, ꝙ anima intellectiua ipsum exteriorem uisum diligit, tam intensè (quem amore sciendi, intelligendiq; diligit præ cæteris sensibus) q̄n ad uenandas res, quæ extra sunt, liberior, latiorque consistit. Et iste affectus potentiæ intellectiuæ ad intellectum, gratuitus tantum est. Non enim uenaliter, aut Simoniacè diligit ipsum, sed gratis, atque æqualiter sicut seipsum, iam inuitè amittens illum vt se, cū sine illo esse suū vacuum esset, & inutile, quo ad se: quia nec seipsum sine illo posset dinoscere. Sic & ipse intellectus grādi ardore tenebras erroris persequitur, ac lucem insequitur ueritatis.

Intellectui multum amabile est intelligere.

Visus præ cæteris sensibus magis diligit

Aīa beata est Deo similima. ¶ Præterea ex fide pro certo cognoscimus, ꝙ anima humana in sua finali felicitate, gloria, & decore, simillima est suo cōditori futura: q̄n ex immediata coniunctione ad ipsum, splendebit, ut speculum tersissimæ puritatis, præsentans faciem suam inspectori mundissimam. Hæc autem vltima sua perfectio, est suæ possibilitatis completio, in qua erit ei necessario quies ita, ut impossibile ei sit aliquid aliud quęrere vltra. Quias autem dubitat intellectum possibilem natum intelligere, & cognoscere omnia, & esse speculum, ac rōnem in effectu, tanquam intelligibile * seculum, & quendam archetypum mundū? sicq; intellectus noster in sua finali, ac beatifica perfectione, erit imago perfecta, ac perfectum exemplum uerbi primogeniti, & æterni, quod magis ꝑ priè intelligibile * seculum, & mundus archetypus nuncupatur. Idcirco vis intellectiua fontalis, ex qua fluit intellectus possibilis, erit tunc perfecta imago, & similitudo primogenitoris i. æterni p̄ris. Hinc & mutui tunc amores erunt proportionales. Etenim sicut actus ad actum, ita potentia ad potentiam. Vnde intelligere potes, quòd prædicat fides: Cum apparuit, inquiens, similes ei erimus. Nā tunc apparebit in speculis, seu contemplationibus claris intelligentiarum nostrarum. Hinc necesse est, humanam animam potentialiter esse similitudinem, & exemplum primę, summæq; Trinitatis. Et utique uerum est, ꝙ creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, ad hoc, scilicet, ut homo esset imago, & similitudo ipsius. Omnis namque potentia ad perfectionem suam, & actum producta est. Ad præfatam uero perfectionem, ac ultimum actū accedit, & propinquat anima philosopando contra errores, & tenebras falsitatis, atque virtutibus insistendo contra prauitates ignominiæ, ac passionū, utpote imitando lucem ueritatis per lumen fidei uiuæ, ac salutaris suauitatem quoq; bonitatis per odoris sui vestigium, quod spes prælotatur desiderio supermundano, & amore castissimo, qui est charitatis dilectio.

Speculum

Speculum

1. Ioan. 3.

Genes. 1.

Qua rōne

conſequa animā ultimam ſui p̄fectionē.

¶ Insuper istud declaramus alio modo. Imaginemur intellectum nostrum, a corporalibus phantasijs separatum, intelligere, & intueri se in se nude. Dico, ꝙ intelligere se, est ei loqui se. Intellectio enim est uerbum spirituale, & loquela spiritualis intellectiua, ac prima, ex qua etiam loquela exterior nomen habet. Porro loqui est uerbum gignere, seu proferre. Intellectus ergo gignit uerbum spirituale in se de se. Et tale uerbum imago est eius, cuius est uerbum. Intellectus ergo in se gignit imaginem sui de se, quæ imago est effulgentia sui de se. Nec dubium quin intellectus pulchritudinem suam, quam intuetur, sic diligat, hocq; amore uerbum suum amplectitur. Deniq; totum hoc euidentissimum est in intellectu glorificato, cuius tota potentialitas in actū, & ultimatam perfectionem exiuit. Ibi. n. uerbum intellectum, est actuale primogeniti verbi exemplū. Ideo uerbum, quo intellectus glorificatus dicit simul se totum, & omnia secum, eodem amore constringitur. Hoc uerbum intellectus talis, de ultima sua impletione redundans, eructat. estq; imago, quam primogenitum uerbum æternum similitudine sua iungit imme diata coniunctione, atq; figillat. Ibi primæ suauitatis amor velut caminus è vicino consurgens, affectum nostrum inflammat suauitate sensibili magis, q̄ enarrabili. Ibi fontalis illa primi patris copiositas, primæ potentiæ nostræ mentalis posibilitatem, quasi fluminibus beatæ fruitionis incumulat: sicq; nostræ possibilitatis, & capacitatis internæ impleta copiositas, redudat in corpus quatuor illas glorificatorum corporum dotes. Quoniam ergo in ultima perfectione animæ humanæ glorioſa, relucet in effectu, quædam facies ultimæ, seu maximę similitudinis adorandæ Trinitatis, necesse est eam etiam radicaliter relucere in possibilitate ista, & tenebris possibilitatis status præsentis. Ex quibus patet uera intelligentia eius, quod in libro Geneseos scriptum est: Et creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Imago itaque ad potentiam, similitudo ad effectum ultimum referatur. Addiscent venari scripturam, qui tam humiliter, & simpliciter scriptura deprehendunt tam ardua, & profunda, & secreta consilere. Hæc Gulielmus Parrhisiensis.

Qūo intellectus glo-

Gen. 1.

Antisiod. ¶ De hac materia scribit idonee D. Antisiodorensis in Summa sua lib. 2. cuius dicta omitto: q̄n sententialiter extant præhabita.

QVAESTIO XI.

VNdecimò quæritur, *An memoria, intelligentia & voluntas æquales sint* ¶ Vī, ꝙ non. Primò, qā intellectus ſm quosdam est nobilior voluntate.

Arguitur contra ueritatem. 1

¶ Secundò: quia multa intelligimus, quæ nō uolumus. ergo excedunt seinuicem intellectus, & uoluntas respectu obiecti. Aliqua quoque volumus, quæ non intelligimus, sicut aliquis uult esse episcopus: nec tamen intelligit hoc, cum non sit uerum. Verum autem est intellectus obiectum. 2

¶ Tertiò, quia uoluntas est circa bonum, & finē, intellectus circa verum. bonum aūt, & finis eminēt dignitate. 3

¶ Quartò:

Augusti. ¶ Quartò, qñ ordo est inter potẽtias istas, ergo, & inæqualitas, cũ ordo ſm Augusti. sit æqualium, & inæqualiũ, suum cuiq; locum tribuens dispositio.

In oppositum. ¶ In oppositum est auctoritas Augustini in litera. Nec arima per has uires esset imago trinitatis, ni si inter eas esset æqualitas.

Aegidius. ¶ Ad hoc rũdet Aegidius: Aequale, & inæquale, propriè competunt quantitati, vt in prędicamẽtis habetur. Ideò prout potentiæ istæ sortiuntur modũ aliquẽ quantitatis, dici possunt æquales, vel inæquales. Quadruplex aũt quantitas inter eas attenditur.

Sint ne potentiæ aĩæ rationalis ęquales. Prima est quantitas dignitatis, & hanc habent ex subiecto, qñ in eadem essentia aĩæ fundantur. Secunda est quantitas uirtutis, quam habent inquantum potentiæ. Potẽtia namq; est virtus q̃dam, & oĩs uirtus habet rõnem quãti. Tertia est ex parte actus: qa quo actus est altior, eo potentia, ex qua ꝓcedit, est maior. Quarta est ex subiecto, qñ maior potentia est obiecti maioris. His quatuor modis possunt potẽtiæ istæ dici æquales. Et de primo mõ iã patuit, de secundò etiã patet. Maioritas namque, & minoritas potentiæ in se, habeẽ ex hoc, ꝙ virtus est magis, aut minus vnita, ſm quod Proclus ait: Oĩs virtꝰ existẽs vnitior, ẽ magis infinita, q̃ plurificata.

Proclus. Porrò maior aut minor unitas, seu unitio ineſt virtuti, ſm quod magis, aut minus conuersiua ad se. Cum ergo qualibet viriũ harũ sit oĩno cõuersiua ad se, & reflexiua ſuper proprios actus: quia intelligo me intelligere, & recordor me recordari, & uolo me uelle, cõstat quod isto mõ æquales sint. Sunt itẽ æquales quantũ ad actũ. nam actus unius non est perfectus ſine actu alterius, & vna earum uersat circa actũ alterius: qa memini me intelligere, ac velle. Quartò est inter eas æqualitas rõne obiecti, quia in oĩbus reperiẽ rõ veri, & boni. Hinc de æqualitate potentiarum istarum

Augusti. dici põt, quod 6. de trinitate asserit Augustinus de diuinarũ æqualitate perſonarum, vtpotè, ꝙ ſingula ſint in ſingulis, & ſingula in oĩbus &c. Decimo quoque de trinitate: A ſingulis, inquit, tota, & ſingula capiuntur. & hæc tria ſunt una mens, una uita, una eſſentia &c. prout infra exponetur. Veruntñ æqualitas reſpectu obiecti põt ſumi tripliciter. Potẽtia nãque ad obiectũ tripliciter cũparatur. Primò ꝑ proprium actum, ſecundò per rationem obiecti. Nã ea, quę cognoſcit intellectus ſub rõne ueri, vult affectus ſub ratione boni. Tertiò per actum alterius. Itaque ſecundum primum horum modorũ, non ſunt potentiæ iſtæ æquales ſimpliciter. Non enim oportet, vt quicquid quis uelit, intelligat. Nec oportet, vt quantum vult tantum intelligat: vel ecõtra, niſi forte reſpectu obiectorum quorundam. Nec etiam eſt æqualitas ia iſtis potentijs, quo ad modum ſecundum: quoniam intellectus cognoſcit ſub ratione veri, & uoluntas cupit ſub ratione boni. Verum autem, & falſum ſunt in anima, ſed bonum, & malum in rebus. Res uero in ſe, & in anima non oportet habere æquale in cũctis obiectis. Sed tertio modo eſt in potentijs iſtis æqualitas. Quia, & ſi quicquid uolo, non intelligo: tamen quicquid volo, intelligo me velle: & quicquid intelligo, me intelligere volo. Et per hoc ſoluuntur quædam obiecta, præſertim ſecundum. Hæc Aegidius.

Bonauen. ¶ Quocirca ſcribit Bonauentura: Secundum Auguſtinum in his tribus, videlicet mente, notitia, & amore, eſt ordo, & æqualitas, ac cõſubſtantialitas. Ordo attendiẽ in eis, inquantũ notitia, & amor ſunt habitus menti connaturales & hoc per cõparationem ad actus, ſicut exemplum poni ſolet in fide, ſpe & charitate, quamuis ſimul infundãtur. ſimiliter eſt ibi æqualitas ſecundũ conuerſionem animæ ſupra ſe, & ſupra ſuorum perfectionem habituum. Hinc

Augustin. ſm Auguſtinum nono de trinitate, nõ eſt in his habitibus æqualitas, niſi ſecundũ quod ſunt perfecti. Sunt quoq; æquales, ſecundum quod ſunt connaturales. Nam quantum quis habilis, aut facilis eſt ad cognoſcendum ſe, tantũm, & ad amandum ſe. De habitibus verò acquiſitis non eſt verum, nec de eis loquitur Auguſtinus. Hæc Bonauentura.

Antiſiod. ¶ His concordat Antiſiodorenſis in Summa ſua libro ſecũdo, quo ait: Sicut pr̃, & filius, & ſpiritus ſanctus æquales ſunt, ita memoria, & intellectus, atque voluntas. Vnde colliguntꝫ tres propoſitiones,

Nota tres propoſitiones. quas oportet eſſe veras. Prima eſt, ꝙcquid volo, vel intelligo, memini.

Obiectio. ¶ Sed contra hoc argui poteſt: qa quod de nouo intelligo, ad memoriã non reduco: ergo non quicqd intelligo, memini.

Dilutio. Ad hoc reſpondẽt magiſtri, ꝙ verbum hoc memini, nõ ponitur ibi pro actu, ſed habitu. Quicquid. n. uolo, aut intelligo: quia dẽ facili poſſum illum ad memoriã reuocare.

Auguſtin. Veruntñ Auguſtinus velle videt: ꝙ iſtud intelligatur de anima bene diſpoſita, in qua ſcripta eſt lex Dei, iuxta illud: Scribam legem meã in cordibus eorum. Itaq; ſm Auguſtinum nõ contingit cognoſcere actualiter aliquid, niſi priùs fuerit per memoriã actualiter cogitatum, aut cognitum, uel quaſi iam per formas expreſſas in memoria collocatũ, ut intelligatur tantum de rebus, de quibus ſpiritualis habet iudicare.

Obiectio. ¶ Secunda propoſitio eſt: Quicquid volo, uel memini, intelligo: quæ ſimiliter vera eſt in anima bene diſpoſita.

Dilutio. ¶ Tertia eſt: Quicqd memini, uel intelligo, uolo. ¶ Sed hæc aperte falſa videt: qñ memini, atq; intelligo me peccaſſe, nec tamen hoc uolo. ſimiliter intelligo iſtum eſſe in fimum, nec tamẽ id uolo, imo condoleo. ergo & anima bene diſpoſita aliqd intelligit, quod non vult. Ad primum dicimus, ꝙ obiectio illa non valet, qa dum dr̃, qnicquid intelligo, uolo: intelligitur denaturalibus, quibus non contingit male uti. Ad aliud, ꝙ cum iudicio aliquem ægrum, debeo velle ipſum eſſe tunc ægrum: qñ ſcio Deum hoc velle. Nec ſequit̃, iſte compatitur huic memoriè in ſua ægritudine, ergo non vult iſtum eſſe ægrum. Debet enim addi, uel non vellet iſtum eſſe ægrum. Paratus nãque eſſe debet ad ſimilitudinem Dei velle, ꝙ non ſit æger, uidelicet ut ceſſet peccare, & ceſſante peccato, ceſſet pœna peccati. Quamuis tamen non vellet iſtum eſſe non ægrum: tamen vult ipſum non eſſe ægrum in futuro, quoniam ſuper hoc voluntatem Dei ignorat. Hæc Antiſiodorenſis.

¶ Cuius hæc vltima ſolutio non ſatis reſoluta uidetur, & de hoc infra tractabitur diſtinctione, qua continetur qualiter debeamus, & teneamur voluntatem noſtram conformare Deo in uolito.

Albertus. Inago trinitatis duobus perficitur. ¶ Albertus demum circa hæc ait: Imaginem duo perficiunt, ſ. actus imitandi exemplar, atq; æqualitas: & quantum ad actum illum, magis cõſiſtit imago in notitia veri, & boni increati, q̃ in notitia mẽtis: qñ in illius boni notitia, intellectus coniungitur actu ei, quod imitatur, tanquam primũ, & ſummum exẽplar. In agnitione uerò ipſius mẽtis ſe cognoſcentis, non habet Deũ niſi ſicut in ſpeculo, in quo Deus relucet. Porro ſi attendaẽ æqualitas imaginis, q̃ principalior hic probaẽ, tunc ſm Auguſtinũ oportet fateri, ꝙ adhuc duobus modis põt attẽdi. Aut. n. æqualitas accipitur penes actus à potentijs egredientes ſuper obiecta tm̃, ant penes potentiã, & obiectũ. Si primo modo, ſic eſt æqualitas tã in cognitione Dei, q̃ ſui: qñ quantum de Deo, vel de ſe

Auguſtin. ibi æqualitas ſecundũ conuerſionem animæ ſupra ſe, & ſupra ſuorum perfectionem habituum. Hinc ſm Auguſtinum nono de trinitate, nõ eſt in his habitibus æqualitas, niſi ſecundũ quod ſunt perfecti. Sunt quoq; æquales, ſecundum quod ſunt connaturales. Nam quantum quis habilis, aut facilis eſt ad cognoſcendum ſe, tantum, & ad amandum ſe. De habitibus verò acquiſitis non eſt verum, nec de eis loquitur Auguſtinus. Hæc Bonauentura.

Antiſiod. ¶ His concordat Antiſiodorenſis in Summa ſua libro ſecũdo, quo ait: Sicut pr̃, & filius, & ſpiritus ſanctus æquales ſunt, ita memoria, & intellectus, atque voluntas. Vnde colliguntꝫ tres propoſitiones,

Nota tres propoſitiones. quas oportet eſſe veras. Prima eſt, ꝙcquid volo, vel intelligo, memini.

Obiectio. ¶ Sed contra hoc argui poteſt: qa quod de nouo intelligo, ad memoriã non reduco: ergo non quicqd intelligo, memini.

Dilutio. Ad hoc reſpondẽt magiſtri, ꝙ verbum hoc memini, nõ ponitur ibi pro actu, ſed habitu. Quicquid. n. uolo, aut intelligo: quia dẽ facili poſſum illum ad memoriã reuocare.

Auguſtin. Veruntñ Auguſtinus velle videt: ꝙ iſtud intelligatur de anima bene diſpoſita, in qua ſcripta eſt lex Dei, iuxta illud: Scribam legem meã in cordibus eorum. Itaq; ſm Auguſtinum nõ contingit cognoſcere actualiter aliquid, niſi priùs fuerit per memoriã actualiter cogitatum, aut cognitum, uel quaſi iam per formas expreſſas in memoria collocatũ, ut intelligatur tantum de rebus, de quibus ſpiritualis habet iudicare.

Obiectio. ¶ Secunda propoſitio eſt: Quicquid volo, uel memini, intelligo: quæ ſimiliter vera eſt in anima bene diſpoſita.

Dilutio. ¶ Tertia eſt: Quicqd memini, uel intelligo, uolo. ¶ Sed hæc aperte falſa videt: qñ memini, atq; intelligo me peccaſſe, nec tamen hoc uolo. ſimiliter intelligo iſtum eſſe in fimum, nec tamẽ id uolo, imo condoleo. ergo & anima bene diſpoſita aliqd intelligit, quod non vult. Ad primum dicimus, ꝙ obiectio illa non valet, qa dum dr̃, qnicquid intelligo, uolo: intelligitur denaturalibus, quibus non contingit male uti. Ad aliud, ꝙ cum iudicio aliquem ægrum, debeo velle ipſum eſſe tunc ægrum: qñ ſcio Deum hoc velle. Nec ſequit̃, iſte compatitur huic memoriè in ſua ægritudine, ergo non vult iſtum eſſe ægrum. Debet enim addi, uel non vellet iſtum eſſe ægrum. Paratus nãque eſſe debet ad ſimilitudinem Dei velle, ꝙ non ſit æger, uidelicet ut ceſſet peccare, & ceſſante peccato, ceſſet pœna peccati. Quamuis tamen non vellet iſtum eſſe non ægrum: tamen vult ipſum non eſſe ægrum in futuro, quoniam ſuper hoc voluntatem Dei ignorat. Hæc Antiſiodorenſis.

¶ Cuius hæc vltima ſolutio non ſatis reſoluta uidetur, & de hoc infra tractabitur diſtinctione, qua continetur qualiter debeamus, & teneamur voluntatem noſtram conformare Deo in uolito.

Albertus. Inago trinitatis duobus perficitur. ¶ Albertus demum circa hæc ait: Imaginem duo perficiunt, ſ. actus imitandi exemplar, atq; æqualitas: & quantum ad actum illum, magis cõſiſtit imago in notitia veri, & boni increati, q̃ in notitia mẽtis: qñ in illius boni notitia, intellectus coniungitur actu ei, quod imitatur, tanquam primũ, & ſummum exẽplar. In agnitione uerò ipſius mẽtis ſe cognoſcentis, non habet Deũ niſi ſicut in ſpeculo, in quo Deus relucet. Porro ſi attendaẽ æqualitas imaginis, q̃ principalior hic probaẽ, tunc ſm Auguſtinũ oportet fateri, ꝙ adhuc duobus modis põt attẽdi. Aut. n. æqualitas accipitur penes actus à potentijs egredientes ſuper obiecta tm̃, ant penes potentiã, & obiectũ. Si primo modo, ſic eſt æqualitas tã in cognitione Dei, q̃ ſui: qñ quantum de Deo, vel de ſe

de ſe mens cognoſcit iſta cognitione, tantum amat: & quantum amat, tantum cognoſcit illa cognitione in naturali, de qua loquimur rõne. Si autem attendaẽ æqualtas penes obiecta, & potentias, tunc non erit niſi in cognoſcibili, quod eſt mens ipſa. Sciendum quoq;, ꝙ aĩa eſt totum poteſtatiuum reſpectu potentiarum in quibus conſiſtit imago. Tale etiam totum eſt una potentia reſpectu eorum, in quæ poteſt ut in obiecta. Ideo ſi tota uirtus Herculis põt in ſexaginta, dimidia põt in triginta, & tertia in uiginti. ſicq; potentiæ iſtæ ſunt totum reſpectu obiectorum ſuorũ, & partes reſpectu totius animæ. In poteſtatiuis aũt frequenter una pars maior eſt, q̃ multæ, ſed nõ maior, q̃ totum; quia in poteſtatiuis ſemper, quod põt inferior, poteſt ſuperior, non ecõtra. Ideo tm̃ põt una potentiarum iſtarum imaginẽ conſtituentiũ, quantũ aliæ duæ reſpectu obiectorũ. quia in illis ſunt æquales, & una uni, & una duobus, & una omnibus tribus. Attamen uerum eſt, ꝙ una non põt tot modis in illa obiecta, ut duæ, uel tres: qñ duo poſſunt in ea duobus modis, & tres tribus. Hęc Albertus.

Auguſt. Soluuntu argumẽ tr ¶ Cui conſonat, quod in litera ex uerbis inducit Aug. dicentis: nec minor eſt proles parente, dũ tantam ſe nouit mens, quanta eſt. Nec minor eſt amor parente, & prole. i. mente, atq; notitia, dum tm̃ ſe diligit mens, quantum ſe nouit, & quanta eſt. Sunt quoq; hæc ſingula in ſeipſis, & in ſingulis: qñ, & mens amans in amore eſt, & amor in amantis notitia, & notitia in mente noſcente. Hæc Magiſter in litera. Quibus cõcordat illud Auguſtini undecimò de Trinitate: Mens cũ ſeipſam cognoſcit, ſola pars eſt ſuæ notitiæ, &c.

Adprimum dicendum, ꝙ iſtæ tres potentiæ dicunt̃ æquales, non quaſi una non ſit aliquo mõ dignior alia, ſed iuxta ſenſũ expreſſum: & quia in eadem fundatur eſſentia animæ, & quantum ad ſuos actus, ſicut expoſitum eſt. Nec enim imago creata poteſt increatam Trinitatem repræſentare, aut imitari perfectè. ¶ Secunda inſtantia eſt ſoluta, ſimiliter tertia. ¶ Ad quartum quoq; dicendum, ꝙ inter iſtas potentias non eſt omnifaria, & perfecta æqualitas, quemadmodũ inter diuinas perſonas, ſed etiam inæqualitas aliqua dignitatis.

QVAESTIO XII.

Arguitura contra ueritatem. DVodecimò quæritur, *An potentiæ iſtæ, in quibus conſiſtit imago, ſint verè indeſinenter in actu, ſalte reſpectu obiectorum, in quorum actibus præcipuè attenditur imago.* ¶ Videtur, ꝙ non, quia de tali opinione Ariſtoteles reprehendit Platonem, & habet Ariſtoteles ipſe pro inconuenienti, ꝙ in nobis eſſent

1 nobiliſſimi actus, & habitus, & tñ laterent nos, ut patet in ſecundo poſteriorum. ¶ Secundò, qa ſm philoſophum nſa cognitio incoaẽ à ſenſu, & intellectiua notitia à ſenſitiua originaẽ, nec ad immaterialium, atq; inuiſibilium cognitionem ꝓtingimus, niſi ꝑ corporalium conſiderationem: aĩa aũt immaterialis, ac inuiſibilis, ſpũs eſt. non ergo iugiter noſcit ſe

2 in ſe, ſed ex corporalium inueſtigatione ad ſui ꝓtin

3 git notitiam. ¶ Tertiò, qa, & magni philoſophi circa aĩarum ſuarum notitiam grauiter, ac multipliciter errauerũt: quòd non eſſet, ſi anima cognoſceret ſe in ſeipſa.

In oppoſitum. Albertus. ¶ In oppoſitum eſt auctoritas Auguſtini in litera, cuius, & uerba infra tangent̃. Ad hęc rñdet Albertus. Quidã philoſophus exponens Ariſtotelẽde intellectu, & intelligibili, dicit, ꝙ intellectus ſemper ſe uidet, & ſemꝑ intelligit ſe. & dicit, ꝙ hoc idem eſt dicere, ꝙ intellectus intelligit ſe in omni intelligibili. quemadmodum eñ lux uideẽ in omni colore, eo, ꝙ color ſit motiuus ipſi uiſus ſm actum lucidi: ita dicit, ꝙ intellectus vr̃, qñ ipſe eſt id, quod facit aliqd actu intelligibile eſſe. ſicq; in intelligibili ſm actum facto, vr̃ intellectus agens: & qñ intellectus poſsibilis eſt oĩm receptiuus, & componit, diuidit q; recepta, hinc dum accipit intelligibile, non niſi in ſe recipit illud. Sicq; capit ſubiectũ intelligibilis, puta ſeipm, cum intelligibili ſimul. Deniq; radix iſtius dicti eſt, ꝙ intellectus agens intelligiẽ dupliciter. Vno mõ, ut diſtinctus in ꝓpria natura, & ſic non intelligiẽ in quolibet intelligibili. Alio mõ, ut actus, atq; ꝑfectio intelligibiliũ, ut taliũ: & ita intelligiẽ in intelligibili unoquoq;, ſicut, & lux vr̃ dupliciter. Primò, ut obiectum determinatum in ſe. Secundò, ut colorum ꝑfectio. Conformiter intellectus poſsibilis duobus intelligiẽ modis, uidelicet in ꝓpria natura, ꝓut habet eſſe diſtinctum ab intelligibilibus alijs. ſicq; non ſemper intelligiẽ actu, nec ita ſe ſemper intelligit. Secundò, prout intelligibile per hoc eſt intelligibile, ꝙ eſt in intellectu poſsibili. & ita in omnibus intelligilibus intelligitur. & ſic ſe ſemper intelligit. ¶ Sed quamuis iſta poſitio apta ſit ad ſaluandum, quod ait philoſophus 3. de aĩa, Intellectus agens ſemper in actu eſt: tamen nullatenus ſatisfacit dicto Auguſtini, qui uult, ꝙ intellectus ſine omni alio intelligibili ſemper intelligit ſe, & memoria ſemꝑ meminit ſui, & uoluntas uult ſe, ac alia duo. Hinc ſine ꝓiuditio dico, ꝙ, meminiſſe nil aliud eſt, q̃ notitiam rei apud ſe retinere. Intelligere uerò nil aliud eſt, q̃ in ipſa ſpecie, ſeu eſſentia notitiæ ſe in tueri ſimpliciter ſine conſideratione ſui, & ſine diſcretione ſuæ naturæ ab alijs: qa hoc uocat Aug. intelligere ſe. Porro cogitare ſe, & diſcernere ſe, ſm eum plus dicũt. Cum ergo intelligere ſe, non ponat niſi ſimplicem ſui intuitum, ſine diſcretione ſui ab alijs, dico, quòd non ponit conuerſionem intellectus ad aliquid extra ipſum, ad quod ponat conuenientiam, aut differentiam ſui: nec ad aliquam proprietatem ſuam, quæ cogitetur ei in eſſe, aut non in eſſe. Hinc autem intuitus perficiẽ duobus, uidelicet lumine intellectuali emiſſo ab intellectu, & obiecto. Et intueri, ſe, nihil aliud eſt, quã in lumine illo obijci ſibi. Cum igit̃ lumen intellectus agentis ſemꝑ reſplendat ſuper poſsibilem, eo, ꝙ agens ſit forma, & actus poſsibilis, intellectus poſsibilis in lumine illo ſemꝑ objcitur ſibi: & cũ hoc ſit intelligere ſe, ſm Auguſtinum ſemꝑ intelligit ſe. Et idem dico de memoria, & uoluntate: quia ab ipſa notitia ſemꝑ uaporat amor, licet non diſtinctus: quemadmodum nec ipa uoluntas, & notitia intellectus, ut diſtinctè ab alijs rebus accipiunt̃ Hęc Alb.

Thomas. ¶ Concordat Thomas, ex cuius uerbis dicta Alberti clariùs eluceſcunt. Ait equidem Thomas: Secundum Aug. differunt cogitare, diſcernere, intelligere. Diſcernere namq; eſt cognoſcere rem per differentiam ſui ab alijs: Cogitare uerò eſt, conſiderare rem ſm partes, & ꝓprietates ſuas. Vnde dicitur cogitare, quaſi coagitare. Intelligere autem nil aliud dicit, quàm ſimplicem intuitum intellectus in id, quod ſibi præſens eſt, intelligibile. Dico ergo, ꝙ anima non ſemꝑ cogitat, & diſcernit de Deo, neq; de ſe. alias quilibet naturaliter ſciret totam naturã animæ ſuæ, ad quod uix magno ſtudio peruenitur. Ad talem enim cognitionem non ſufficit præſentia rei quolibet modo, ſed oportet, ut ſit ibi in ratione obiecti, & exigitur intentio cognoſcentis, ſecundum uerò quòd intelligere nil aliud dicit, q̃

Intellectꝰ agens dupliciter intelligitur.

Lux videtur dupliciter.

Cogitare diſcernere & intelligere differunt.

Quid ſit cogitare.

intuitum,

intuitum, qui nisi aliud est, quàm præsentia intelligibilis ad intellectum quocunque modo: sic anima semper intelligit se, & Deum, & consequitur quidam amor indeterminatus. Alio tamen modo intelligitur secundum philosophos, ꝙ anima semper intelligit se, eo quòd res non intelligatur nisi illustrata lumine intellectus agentis, atque recepta in intellectu possibili. Hinc sicut in omni colore uidetur lumen corporale, ita in omni intelligibili videtur lumen intellectus agentis: non tamen in ratione obiecti, sed medij cognoscendi. Hæc Thomas.

Petrus, Quò potentiæ animæ sint semp in actu.

¶ Vnde, & Petrus: Potentiæ istæ respectu specierum innatarum, seu rerum per suam essentiam præsentium animæ, sunt semper in actu suo, vtpotè memoria in actu retinendi, intelligentia in actu intuendi, voluntas diligendi. & loquor de actibus earum naturalibus, non deliberatiuis. Quemadmodum enim homo, videt lucem, videndo coloratum, sed se uidere lucem non cogitat, neque discernit, quoniam illam non respicit sub propria ratione, vt visus obiectum. interdum vero naturam lucis in se considerat, cum ex intentione uisum ad ipsam diriget veluti ad obiectum: aliquando vero discernit, cum ipsam ab alijs visibilibus distinguitur. semper tamen lux uidetur, cum aliquid cernitur, vtpotè medium sine quo non. Hæc Petrus.

Thomas.

1. p q. 93. ar. 7 ad 4. August.

¶ Veruntamen Thomas non uidetur admittere, quòd mens indesinenter verè, & actualiter exerceat actus prætactos. Ait enim in prima parte Summæ: Decimoquarto de Trinitate loquitur Augustinus, quòd mens semper meminit sui, & semper intelligit se, & amat. quod quidam ita intelligunt, quasi animæ semper adsit actualis intelligentia, & amor suijpsius. Verum hunc intellectum Augustinus excludit, subdendo, quòd non semper cogitat se discretam ab alijs. ex quo patet, quòd anima semper intelligit, ac amat se non actualiter, sed habitualiter quamuis etiam dici possit, quòd actum suum percipiendo seipsam intelligat. Sed quia non semper est actu intelligens, vt patet in dormiendo: ideò oportet dicere, quòd actus isti etsi non permaneant semper in seipsis: manent tamen semper in suis principijs, puta potentijs, atque habitibus. propter quod 14 de trinitate differuit Augustinus: Si secundum hoc facta est anima ad imaginem Dei, quòd uti potest ratione, ac intellectu ad intelligendum, & conspiciendum, fuit in ea imago hæc ab initio, quo esse incepit. Hæc Thomas. Cuius verba infra discutientur: quoniam intentioni Augustini consona non videntur.

Richard.

¶ Veruntamem Richardus in his Thomam sequens, hic scribit: Quicquid sit de memoria intellectuali, cuius actus non est nisi quasi habitualiter retinere: tamen intellectus, & voluntas in nobis non sunt semper in actibus suis, qui sunt intelligere, & velle. quod patet per philosophum, qui secundo de anima docet, quoniam naturaliter anima deuenit in cognitionem sui primo per cognitionem obiectorum, & ab illa veniendo ad notitiam actuum, atque ex cognitione actuum pertingẽdo ad suijpsius cognitionem. Anima autem non semper actum suum cognoscit: non enim semper intelligimus nos intelligere, vt experientia docet, ergo non semper intelligit.

Aristot. 2. de aia.

3. Topicorum.

¶ Præterea quinto Topicorum, ait philosophus, Magis scimus quid ignis, quàm quid anima, & tamen quid sit ignis, non scimus, nisi quantum valemus ex proprietatibus, & actibus eius, argumentando concludere: ergo nec naturaliter scimus quid anima, nisi quantum argumentando concludere possumus per actus eius, atque obiecta.

1. de anima.

¶ Insuper primo de anima dicitur, ꝙ considerare, & intelligere corrumpũtur in nobis, alio quodam interiore corrupto, ipsum autem impassibile est: in quo notat, quòd etsi intellectus sit incorruptibilis, quo ad sui essentiam: operatio tamen eius, quæ est intelligere, quandoque corrumpitur propter corporis ineptitudinem. ¶ Rursus, tertiò de anima scribitur, quòd nequaquam sine phantasmate intelligit anima. ergo ex bona dispositione virtutis phantasticæ dependet intelligere amimæ. Hæc Richardus.

3. de anima.

¶ Aegidius quoq; circa hæc scribit: Vt pateat huius veritas quæstionis. duo videnda sunt. ¶ Primum an aliqua notitia insit animæ respectu suijpsius inseparabiliter, propter quam se semper nosse dicatur. ¶ Secundò, an tale nosse possit dici intelligere, ita ut propriè ualeamus concedere, quòd anima se semper intelligit. Propter primum sciendum, quòd in nobis ponitur duplex actus, videlicet primus, & secundus, ut patet secundo de anima. & scire est actus primus, considerare secundus: inter quos hoc interest, quia ad hoc, ut sciamus, sufficit nos habere præsentiam scibilium, etiam si super ea non conuertamur. Idcirco, quàm diu scibilia alicuius scientiæ sunt aliquo modo præsentia animæ nostræ per se, aut per suum simile, dicitur ea scire, etiam si de eis non consideremus. Porrò ad considerare non sufficit scire sine actuali conuersione. Si ergo semper essent species rerum in nobis, semper res ipsas sciremus. & quoniam anima semper est sibi præsens, semper se nosse asseritur. Vnde 14. de Trinitate Augustinus testatur: Mens ita sibi est nota, quemadmodum notæ sunt res, quæ in memoria continentur. Viso quòd notitia animæ semper inest respectu sui, pensandum an tale nosse dicatur propriè intelligere. Ideo aduertendum, quòd intelligere dupliciter sumitur: Primò, pro actualiter considerare. sicque secundum philosophum in Topicis, Multa possumus simul scire, intelligere autem non nisi unum. Hinc nosse præfatum non est intelligere, nec anima semper de se considerat. Secundò pro habituali cognitione principiorum. sicque intellectus diuiditur contra scientiam, quia scientia est conclusionum, intellectus verò principiorum, ut sexto dicitur Ethicorum. Et sic sumptum intelligere, est idem quod nosse. Quemadmodum ergo semper scire rem dicimur, si ipsa sit semper aliqualiter presens animæ nostræ: sic semper dicimur intelligere principia, si semper sint animæ nostræ præsentia. Et iuxta hunc modum uerificatur, quòd anima semper intelligit se. Cum enim intellectus agens, & intellectus possibilis, sint quædam principia omnis scientiæ in nobis: anima verò, à qua intellectus, uterque sumit originem, habet rationem principij, potissimè respectu scientiæ sui: ideo habitualis cognitio animæ tanto magis dicenda est intellectus, uel intelligere, quanto magis habet rationem primordialis principij. Hinc constat, quòd accipiendo intelligere pro tali cognitione, anima se semper intelligit: non autem prout accipitur pro actuali consideratione. sed tale intelligere non propriè dicit actum, sed tantum præsentiam animæ sibijpsi, quæ largè actus uocatur. Hæc Aegidius.

Duplex ẽ actus in homine.

Quod sufficiat ad habere scientiam.

Augustin.

Intelligere sumitur dupliciter

sexto Ethicorum.

Quomodo anima semper intelligit se.

¶ Cuius positio consonat Thomæ, nec à Richardo discordat.

¶ At uero ptactis in verbis Augustini cõcordare uide-

Gal. Par. videtur, quod in libro suo de Trinitate cap. 26. Gulielmus Parrhisiensis scribit: Omni, inquit intelligẽti priùs est cognoscere, & intelligere semetipsum, & virtuti intelligenti prior occurrit præsentia veritatis suijpsius, quàm res, quæ extra ipam sunt, possint occurrere per similitudines suas. Sed postquam rerum similitudines habet apud se; ministerio sensuum in effectu, tunc primum habet intellectuum, & rationẽ in effectu apprehensiua potentia, non de potentia sensitiua: quia per operationem ipsius reuera factum non est. Per illam enim non potuit intellectiua potentia in maius, atque nobilius, quàm est ipsa potentia sensitiua. Quia igitur vis intellectiua priùs apprehendit se esse, aut uiuere, & essentiam suam, ac vitam, quàm alia, quæ per eorum similitudines apprehendit, necessariò priùs apprehendit vitam, qua viuit. Hæc Gulielmus.

Diony.

¶ Cuius verba non videntur prima facie Aristoteli concordare, iuxta cuius doctrinam, oĩs nostra intellectiua cognitio ex præcedenti oritur sensitiua cognitione cuius signũ esse fatetur, ꝙ orbatus aliquo sensu ex natiuitate, caret sciẽtia obiecti sẽsus illius.

August.

¶ Iam inquirendum, an præinducta Alberti, Thomæ, Aegidij, & Richardi expositio, secundum mentem Augustini procedat. ¶ Et uidetur quòd non Primò, quoniam 10. de Trinitate, ca. 8. disseruit Augustinus: Cognoscat anima semetipsam, nec quasi absentem se quærat, sed intentionem voluntatis qua vagatur per alia, statuat in seipsa, seq; cogitet. sicq; videbit quòd nunquam se non amauerit, nunquam nescierit. Eiusdem quoque libri nono ait capitulo: Non velut absentem quærat se anima cernere, sed præsentem se curet discernere. Nec se quasi non norit agnoscat sed ab eo, quod alterum nouit, dinoscat. Ipsum enim quod audit, Cognosce teipsam, quomodo agere, & implere curabit, si nescit quid sit, Cognosce: & quid sit, teipsam? Si autẽ nouit vtrũque, nouit utique, & seipsam: quia non ita dicitur menti, Cognosce teipsam sicut dicitur, cognosce cherubim, & seraphim, nec ita dicitur menti, cognosce te ipsam quemadmodum dicitur homini, Vide faciem tuam, quod non aliter, quàm in speculo fieri potest. Sed cum dicitur mẽti, Cognosce teipsam, eo ictu, quo intelligit, quod dictum est, cognoscit se ipsam: nec ob aliud, quoniam præsens est sibi.

¶ Rursus eodem asserit lib. Mentem in memoria intelligentia, & voluntate suijpsius talem reperiebamus, vt quoniam semper se nosse, semperq; seipsam velle comprehendebatur, simul etiam semper sui meminisse, semperq; seipsam, & intelligere, & amare comprehenderetur. quàmuis non semper se cogitet discretam ab eis, quæ non sunt, quod ipsa.

¶ Præterea Augustinus inquirit, Si mens semper sui sic meminit, & semper se nouit, atq; dilexit, cur tot circa naturam suæ mentis, ac animæ cognoscẽdam etiam post diligentem inquisitionem decepti sunt, in tantum, vt aliqui putarent eam aerem esse, sicut Diogenes: alij harmoniam, quẽadmodum Empedocles: alij complexionem, vt Galenus? ¶ Rursus, si mens semper est in sui memoria, notitia, & amore, cur, & qualiter actus isti tam intimi latent nos? ¶ Ad hæc Augustinus respondet, aliud esse se nosse, & aliud se cogitare. Id namque (ait) noscitur, quod præstò est menti: quia per hoc intelligibile intellectui innotescit, quia in ipso est, & in eius intellectuali luce subsistit. Quid autem tam in mente, & tã præsens est menti, vt ipsa? Cogitatur vero id, in quod anima flat conuersa. Hinc vt ait August. admonemur esse in abdito mentis nostræ quarundam rerum quasdam notitias, tuncq; procedere quasi in medium, atque in conspectu mentis apertius poni, dum cogitantur. Sic enim interdum alicui veraciter dicimus, scis hoc, sed scire te nescis. Commemorabo paulisuper, & inuenies te scientem, quod te nescire putaueras. Quoniam itaque mens humana à sui origine, ex quo corpori est coniuncta, sensibilium notitiæ nimium auida est, corporalibusque vehementissimè implicata, & assuefacta. Tantaequidem est vis amoris, vt 10. de Trinitate asserit Augustinus, vt ea, quæ cum amore mens diu cogitauerit, eisq; glutino curæ inhæserit. tunc quoque attrahat secum, dum ad se cogitandam quodammodo redit. Errat autem mens, vt paulopost astruit Augustinus, cum se sensibilium imaginibus tanto amore coniungit, vt etiam se esse aliquid huiusmodi æstimet. Sic namque conformatur eis quodammodo, non tale quid existendo, sed putando: non quo se imaginem, idest similitudinem rei sensibilis puter, sed omnino idipsum, cuius apud se imaginẽ tenet. Enimuero quoniam nil tam in mente, vt mens ipsa, ideoq; ipsa sibi semper innotescat, mens uero in his etiam est, quæ cum amore cogitat, ac quadam diuturna familiaritate intendit: hinc ei oritur erroris origo, vt scilicet rerum sensitiuarum imagines se cernere à se non valeat, quatenus solam se videat. Cohæserunt enim mirabiliter ei glutino amoris. & hæc est eius immunditia. Vnde dum se solam nititur cogitare, hoc se putat esse, sine quo non potest se cogitare. Cum ergo ei præcipitur, ut seipsam cognoscat, non se (tanquam ubi detracta sit) quærat: sed id, quod sibi addidit, detrahat.

August.

¶ Amplius, 10. de Trinitate, quinto cap. Vt quid, inquit, menti præceptum est, vt cognoscat se? Credo (ait) vt se cogitet, atque secundum suam unat naturam, & sic appetat ordinari. Hinc eiusdem decimi lib. cap. decimo loquitur Augustin. Dum ergo (verbi gratia) aerem mens se putat, aerem intelligere æstimat: se tamen intelligere scit, aerem vero se esse non scit, sed putat. Secernat, quod putat, & cernat, quod scit. Hæc Augustinus.

An infantes animã suam cognoscant.

¶ Ex cuius uerbis solutæ sunt duæ prætactæ quæstiones, secundum Augustini doctrinam. Illos nempe actus animæ experimur, qui cogitationi immixti sunt. Porro omnis anima se, quod est scit, non putat. Nihil est enim ei seipsa præsentius. Præterea 14. de trinitate, capitulo quinto Augustinus inquirit: Quid, inquiens, sentiendum est de mente infantis, tam paruuli, tamque ignari, vt ignorantiæ eius tenebras mens paululum perita exhorreat? an, & ipsa se nosse credenda est? Ad quod respondet: Intenta nimis mens infantis in sensibilia, quæ eo maiore, quo recentiore delectatione haurit, atque intendit, non ignorare se potest, sed se cogitare non potest. Porro quanta intentione in ea, quæ foris sunt sensibilia, rapiatur: hinc constat, quòd lucis huius hauriendæ, tam auida est, vt sit quispiam ante iacentis infantuli oculos illic nocturnum posuerit lumen, vnde ceruix inflecti, auertique non possit: sicque à lucis inspectione non auertitur uisus infantis, vt nonnullos ex hoc strabones nouerimus fieri. In cæteris, quoque sensibus corporis seatenus coartant animæ paruulorum, vt hoc solum, aut uitent, aut cupiant, quod per carnem, vel allicit, vel offendit. Sua verò interiora non cogitant, neque ut se cogitent queũt moueri: quoniam signa, verbaq; admonentis nondũ intelligunt. Hinc eluescit, quòd dum homo de animi sui natura cogitare potuerit, & inuenire quod uerum est, non

Diogenes Empedocles. Galenus.

Cur animæ nostræ actus nos lateant.

Infantes diuturna lucis inspectione stra bones fiũt

alibi inueniet, quàm apud seipsum. Denique inueniet non quod nesciebat, sed id unde non cogitabat. Quid etenim scimus, si id quod in mente nostra est nescimus, cum uniuersa, quæ scimus, non nisi mente scire possimus? Verum tanta est uis cogitationis, ut nec ipsa mens in conspectu suo quodammodo ponat, nisi quando se cogitat, dum scilicet in semet non per spatium loci, sed in corporea conuersione reuocat.

¶ Ecce ex verbis Augustini inductis apparet, ꝙ mens Augustini sit, mentem humanam iugiter esse memorem sui, seque semp actualiter intelligere, ac amare, quamuis non sentiat, neque percipiat hoc: sicut qui in lumine stans aliquid intuetur, lumen vtique conspicit, quanquam hoc non aduertat. Et quantum ad hoc, Augustinus secutus est Platonem quemadmodum octauo quodlibeto scribit Henricus: Intellectus noster ex puris naturalibus ad hoc attingere nequit, ut uideat substantias separatas, aut etiam seipsum, nisi ut alia à se immaterialia, scilicet in sensibilibus suis effectibus. Per abditam autem notitiam, qua se anima semper intelligit, non autem se cogitat, non intelligo nisi potentiam intelligendi in potentia, qua obiecta uniuersalium ex innatis habitibus semper præsentia sunt oculis eius: sed iudicare de illis cogitando nil potest: quia coniuncta secundum statum naturalem uitæ præsentis, nõ potest esse intenta alijs, quàm quæ nata sunt intelligi in phantasmatè: quemadmodum si aliquis in lumine stans apertis oculis, haberet uires retractas inferiùs, nullo modo posset anima eius esse intenta uisibilibus. & quamuis illa agerent se in oculis eius: nihil tamen omnino posset pro statu illo uidere, aut oculis aduertere. Sicut igitur diceretur uidere: nihil tamen aduertere, quæ statim aduerteret in alio statu existens: sic anima nostra dicitur semper intelligere: nihil tamen cogitare, qua mox cogitaret existens in alio statu, utpotè, vel separata, vel in corpore ad se reuersa. Et in veritate Augustinus quantum ad istud, erat Platonicus. Hæc Henricus.

Henricus quodli. 8. Intellectꝰ noster naturaliter substãtias separatas non videt.

Viatoris aĩa nihil intelligit absq; phãtasmate.

Gandauus

¶ Denique idem doctor solennis quodlibeto 9. De hac ipsa materia multo profundiùs, resolutiùs, atque diffusiùs scribit, quæstione, qua quærit, an in nobis sit aliquod intelligere abditũ, quod est absq; phantasmate. circa quod scribit: Quæstio ista mouetur ad intelligendum dicta Augustini super hoc, quòd memoriam, intelligentiam, & volnntatem ponit in abdito quodam mentis. Deinde post diligentem inquisitionem concludit: Proculdubio Augustinus ponit tria illa in actibus, quia in habitu non sunt nisi unum. unde, & ipsa memoriam, quæ est pars imaginis, ponit actualem. Hæc autem tria ponit in abdito mentis ab intra omnino accepta, non ab extra: ideò ab origine animæ indesinenter, & semper esse in ea. Atque ad hoc probandum, præter auctoritates Augustini prętactas allegat, & alias multas. Ex quibus infert responsum finale: Descendendo, inquiens, ad quæstionem de intelligere abdito, dico secundum prædeterminata ex verbis Augustini, qui hoc non intelligit Augustinus de intelligere in habitu, sed solummodo de intelligere in actu: & hoc non ab extra adminiculo sensus, ac phantasiæ, actionisque intelligendi ex phantasmate, sed de actu intelligendi præcedente omnem huiuscemodi actum intelligendi ab exteriore: quem actum intelligendi interiorem operatur in mente sola illustratio lucis æternæ, à qua sicut à forma artis cuiusdam, vera notitia sui in mente describitur, quæ in ipsam mentem ab arte illa, non migrando, sed tanquam imprimendo transfertur: sicut imago ab anulo in ceram, nec ceram reliquit, nec anulum. Hos abditos actus reminiscendi, & intelligendi, ac diligendi ponit Augustinus in mente, qui in ueritate ponendi sunt. In ipsis namque consistit perfectio contemplantium modo naturæ, seu naturaliter In ipsis quoque fundatur perfectio contemplantium modo supernaturali, secundum tertium genus uisionis intellectualis eorum, quæ futura sunt modo prophetico. Hæc Henricus. ¶ Cuicon cordare uidentur præhabita uerba Gulielmi Parrhisiensis.

Sit ne in homine aliquod intelligere audi tum, absq; phãtasmatè.

Diony.

¶ Postremò, quid horum sit uerius, maioribus acutioribusq; committo. Id tamen teneo cum Henrico, ꝙ beatus Augustinus in isto, quemadmodum in alijs multis Platonem secutus est, non tamen totaliter, nec ex eadem radice. Hoc etiam constat, ꝙ Augustinus Platonem Aristoteli prætulit, Peripateticis quoque Platonicos. Vnde octauo de Ciuitate dei, testatur: Plato cæteris genitium philosophis longe, lateq; prælatus est. & decimo de Ciuitate, fatetur: Platonicos eligimus omnium philosophorum meritò nobilissimos. Gloriosus verò Hieronymus Aristotelem videtur præferre Platoni. De quo Aristotele ait in regula sua, quòd proculdubio fuit qua si grande miraculum in tota natura, quòd ei insusum uidetur, quicquid naturaliter sciri potest. Hinc Aristotelem, & Peripateticos eum sequentes, dicimus à veritate fidei Christianæ minùs deuiasse, ac rationabiliùs fuisse philosophatos. Vnde, & sanctus Thomas super 2. Sententiarum, affirmat, & ipsum diuinum, ac magnum Dionysium in his, quæ ad naturalem spectant philosophiam, quasi in omnibus Aristotelem esse secutum. Nihilominus uisum est Augustino Platonicos minus errasse. Ait quippe 8. de Ciuitate: Platonici Christianis proprius accesserunt. ¶ Solutio argumentorum satis elicitur ex indictis. ¶ Veruntamen ad primum Henricus loco prælegato, scilicet nono quodlibeto, respõdet, quòd Aristoteles dixit hoc contra Platonem, & addidit: Actus, seu motus in intellectu, & uoluntate existentes, dupliciter possunt se habere, uidelicet, aut ut omnino latentes, aut ut aliquo modo patentes: & hoc tripliciter, quia aut patent, sed transitoriè: aut patent, sed indistinctè: aut patent distinctè. Primo modo possunt esse in nobis actus, & motus, & latere nos, propter eorum tenuitatem, & paruitatem, quemadmodum decisum millesimum milij mouet uisum, sed fallit eum, ut non percipiat motum, ut dicitur libro de sensu, & sensato. sicque propter animæ indispositionem prædicti actus possunt esse minimi, ac latere. Eadem ratione secundum Platonem possunt latere, & habitus, quia non percipiuntur nisi per actus. Secundò latent actus, seu motus, quia etsi percipiuntur dum fiunt: non tamen sic imprimuntur, vt recordationem relinquant, sicut contingit in sensu, dum memoriam à sensu auertit uoluntas intenta alia. Vnde intenti ad alia, sæpe putamus nos non audisse, quod tamen audiuimus, prout 11. de trinitate loquitur Augustinus: Sic voluntas sensibilibus foris intenta, interiores actus latere nos facit. Eadem ratione secundum Platonem possunt latere habitus ipsi. Tertiò latent actus, seu motus procedentes ex vno mouente, quia discerni non queunt ab actibus, & motibus procedentibus ex alio mouente, sicut actus eliciti ex charitate, non discernuntur ab actibus elicitis ex amore naturali, aut sensuali. Sic actus intelligendi

Auguſt. Platonem Ariſtoteli prætulit.

Hierony. Ariſtotel. Platoni prꝛpoſuit.

Soluuntur argumen. Henricus

Quõ latere nos quę ant motus intellectus ac voluntatis.

Auguſt.

di ex lumine increato, & ex lumine naturali dum discerni non valent, possunt ambo latere non omnino, sed alter eorum sic latere, vt ab altero nõ queat discerni. sicq; ambo procedere æstimentur ab vno. Sic in proposito potest contingere, atq; eadem ratione ſm Platonem possunt latere habitus, qm̃ non discernuntur actus. Si aũt quartò sint actus patentes, & distincti, sic ueritatem habet, ꝙ Aristoteles dicit: qui & supponit, ꝙ si essent alij habitus in nobis, q̃ acquisiti ex actibus nris, nequaquã essent eiusdẽ rationis cum acquisitis, nec actus illorũ habituum possent esse vllo modo latentes. Quoniam enim nil põsuit nisi, quod ex motu, & sensibilibus põt cõuinci, negauit habitus tales, sed non bono mõ: quia eadem ratione, & multo fortiùs, prout tangit obiectio, negasset actus abditos, quos ponit Augustinus & in veritate ponendi sunt. Hæc Henricus.

QVAESTIO XIII.

Arguit. 1. contra veritatem.

TErtiodecimo quæritur, *An potentiæ animæ distinguantur realiter a se inuicem, & ab anima.* ¶ Videtur, ꝙ non, quia in textu manifestè asseritur, quod ex verbis Augustini habetur, ꝙ tria hæc, memoria, intellectus, voluntas, sunt vna mens, vna uita, vna essentia. ¶ Secundò, quia in libro de spiritu, & anima dicitur, non minus, nec aliud est ratio in substantia, quàm anima, sed una, eademq; substantia secundum diuersas potentias diuersa sortitur vocabula. Est enim anima, dum negetat: sensus, dũ sentit: animus, dum sapit: dum intelligit, mens: cum discernit, ratio: memoria, dum meminit: voluntas, dum appetit. ¶ Tertiò, qm̃ vndecima de Trinitate Augustaffirmat, quòd ista tria non sunt accidentia animæ, nec sunt in ea veluti in subiecto.

2

Auguſt. 3

In oppoſitum. Potentiæ aĩæ diſtinguũtur ab inuicẽ, & ab anima.

¶ In oppositum est, ꝙ potentiæ sunt proprietates animæ, & propria, atq; formalia operationum principia, anima vero est generale, & effectiuũ suarum principium actionum. ¶ Item, si anima est sue potentiæ, tunc potentiæ non distinguuntur ab inuicem realiter. Quæ enim sunt eadem vni tertio singulari, sunt eadem inter se. ¶ Tertiò, quoniam sicut membra distinguuntur in corpore, sic potentiæ in anima. Vnde, & diuersis potentijs animæ, membra correspondent, proportionantur, ac deputantur diuersa, quæ membra certum est abinuicem differre realiter. ¶ Quartò, angelus est simplicior anima. & tamen diuinus Dionysius vndecimo cælestis hierarchiæ cap. distinguit in ipsis angelicis spiritibus essentiam uirtutem, & operationem: ergo in anima magis sunt distinguenda.

Diony.

¶ Respondendum, ꝙ quæstio ista est vnum antiquum problema, in quo ab antiquo diuersimodè diuersi senserunt, sicut nunc breuiter tangam.

Thomas.

¶ Itaque Thomas respondet hic: Effectum immediatum, & proximum oportet suæ causæ proportionari. hinc in omnibus, in quibus proximum operationis principium est de genere substantiæ, oportet operationem esse substantiam, & hoc solum in Deo est. Ipse enim solus non agit per potentiam mediam à sua substantia differentem. In cæteris omnibus operatio est accidens. Idcirco oportet, vt proximum operationis principium accidens sit, sicut videmus in corporibus, ꝙ substantialis forma ignis nullam habet operationem nisi mediantibus qualitatibus actiuis, & passiuis, quę sunt quasi virtutes, & potentiæ eius. Similiter ab anima, cum sit substantia, nulla operatio egredi tur nisi mediante potentia, nec à potentia perfecta operatio nisi habitu mediante. Hæ autem potentiæ fluunt ab essentia animæ: quædam, vt perfectiones partium corporis, quarum operatio fit mediante corpore, vt uis sensitiua, & imaginatiua: quædam, vt in ipsa anima existentes, quarum operatio non indiget corpore, vt intellectus. Idcirco sunt accidentia non sicut accidentia communia, quę nonfluunt ex principijs speciei, sed indiuidui. Imò sunt accidentia propria speciem consequentia, atque ex eius principijs originata. Nihilominus sunt de integritate animæ, inquantum est totum potestatiuum habens quãdam potentiarum perfectionem, quòd ex viribus diuersis conficitur. Hæc Thomas in Scripto.

Sol⁹ Deus agit absq; potẽtiame dia.

¶ Porro in prima parte Summæ quæstione 77. Impossibile, inquit, est dicere, ꝙ essentia animæ sit eius potentia, quamuis quidam hoc dicant. quod pro nunc dupliciter demõstratur: Primò, qm̃ actus, & potentia diuidunt ens, & quodlibet genus entis. oportet ergo ea ad idem genus referri. Idcirco si actus non est in genere substantiæ, nec potẽtia, quæ refertur ad illum. cum ergo operatio aĩæ non sit in genere substãtię, nec potẽtia à quo immediatè egreditur actio. Secundò, Nam aĩa est substãtialis actus corporis. Idcirco si essentiæ aĩæ esset immediatum operationis principiñ, habens aĩam, semper actualiter haberet opera uitæ, quemadmodũ animarum semper ẽ unũ, quàm diu aĩam habet. Hæc Thomas.

ar. primo

A ⁊ ⁊, & potentia diuidunt ens.

Petrus.

¶ Cui concordans Petrus: Ratio, ait, essentiæ, & substantiæ, ac subiecti differũt in hoc, ꝙ essentia dr id, quo res est. substantia, qua suis naturalibus proprietatibus subsțat: subiectũ, quo accidentibus suis subijcitur. Sic aliquid potest dici idem alteri tribus modis: Primo, essentia, vt qua sunt de essentia rei. Secundo, substantia, ut quæ concurrunt ad esse rei cõpletum, sicut potentię naturalis. Tertio, subiecto, ut quæ consequuntur esse completum, ut color. Itaq; anima consideratur tripliciter: Primò, secundum, quod in se est quædam simplex essentia. Secundò, vt est substantia habens uarias uires. sicq; est quoddam totum potentiale. Tertiò, inquantum subiectũ accidentium. Dico ergo, ꝙ primo modo potentiæ non sunt idem cũ anima, quia sunt accidentia eius, non ꝙ fluant à principijs animæ huius, aut illius, sed naturæ communis: ideò sunt connaturales. Cũ enim actio aĩæ fit accidẽs, & causa uniuoca debeat suo proportionari effectui, uideꝫ, ꝙ proximũ principium eius debeat esse forma accidentalis. Cuius, & alia ratio assignatur, quoniam omnis forma naturalis, cum sit creata, determinata est ad unum immediatum, & proprium actum secundum speciem. Vñ cum esse, & operari ſm speciẽ differant, imò forte secundum genus substantiæ, & accidentis, nõ potest vtrunque esse à forma eadem, vt actus eius immediatus, ac proprius. Si autem consideretur aĩa secundo modo, videlicet ut totum potestatiuum, sic potentiæ sunt idem cum ea, inquantum perficiunt eam in illo esse. sunt; idem cum anima prædicatione causali, non essentiali: quia constituunt animam in esse potestatiuo. Alia vero accidentia sunt idem cum anima subiecto, quia in ipsa tanquam in uno subiecto consistunt. Hæc Petrus.

Eſſentia. ſubſtantia, & ſubiectũ ratione differunt.

Anima cõſideratur tripliciter.

Aegidius

¶ Concordat Aegidius, addens, quòd potentiæ animæ sunt in prima specie qualitatis, vtpotè naturalis potentia, & propter propinquitatem, quam habent ad animam, & quia naturaliter insunt ei, atque immediatè in eius subiectantur essentia, prædicantur de ea. sicq; verificatur, quod loquitur Augustinus in sermone de imagine: Anima est intellectus aĩa uoluntas, anima memoria. Veruntũ non sunt

Potentiæ animæ sũt in prima ſpecie qualitatis.

Auguſt.

I à essen-

essentialiter anima, cum, & septimo Metaphysicæ asserat Commentator: Forma substantialis non est immediatum principium actionis. Hinc apparet, ꝙ aliquid veritatis habent omnes, positiones circa hanc quæstionem, circa quam sunt tres positiones præcipuæ: Vna, dicentium, quòd potentiæ sunt ipsa substantia animæ. Alia, quòd sunt accidentia. Tertia quòd inter substantiam, & accidens habent se medio modo. Nempe qui dicunt, quòd sint essentia animæ, loquuntur emphaticè: quoniam propter connaturalitatem, quam habent cum anima, dicũt eam idem cum ipsa. Qui uerò dicunt eas accidentia esse, sumunt accidẽs largè, prout naturalem proprietatem includit. Qui autem dicunt eas se medio modo habere, sumunt accidens propriè, prout diuiditur contra proprium. Hæc Aegidius.

Tres positiones de distinctione potentiarum animæ.

Diony.

¶ Ista tamen concordantia uerbalis est potius, quàm realis, quantum ad multos, cum plurimi dicant potentias istas realiter differre ab anima, alij verò dicant directè cõtrarium. Nam, & Gulielmus Parrhisiensis in libro de trinitate, multipliciter persuadere conatur, potentias animæ esse idem cum ea, ipsamq; memoriam, intellectum, & uoluntatem esse cum anima eandem essentiam, inter cætera loquens Horrendum est animam ponere velut aceruum aggregatum ex suis potentijs. Econtra Antisiodorensis in secundo suæ Summæ uolumine scribit: Quidam dicunt, quòd hæc tria sunt propriè vnum, & intelligunt hoc de ipsis potentijs. Dicunt namq; quòd anima est idem, quod sua potentia. sed dicuntur tres potentiæ, propter diuersos actus, cum non sint nisi una anima, & una potentia in essentia. Hæc autem opinio est cõtra Deum, quia ex ea consequitur, quòd angelo, & animæ idem sit esse, & posse: quod soli conuenit Deo, propter suam extremam simplicitatem, quamuis in materia prima uideatur idem esse, quod posse susc ipere formam. talis enim potentia non est propriè potentia aliqua, sed informitas quædam potentiæ, præcedens omnem potentiam omnemq; formam. Eadem quoq; opinio est cõtra omnem philosophiam. Dicit enim Porphyrius, quòd rationale prædicatur in quale. ergo ratio est qualitas Non igitur est idem, quod anima. Quod intelligendum est, non prout rationale est essentialis differentia hominis, sed prout dicitur à facultate, seu potestate uendi ratione. Præterea sequitur ex hac opinione, quòd angelus, & anima non continentur in aliquo genere, quia non conueniunt in aliquo substantiali: quia nec angelus, nec anima habet aliquod substantiale, quod nõ sit ipse, seu ipsa. Sicque cum angelus, & anima diuersarum sint species rum, non communicant in aliquo substantiali, quod manifestè est falsum. Hæc Antisiodorensis. Istud est etiam euidenter de mente Magistri in textu, dicentis, ꝙ tria hæc sunt tres naturales proprietates, viresq; mentis, & à se inuicem differunt, vt patet literam intuenti.

Gul Par.

In nulla creatura idem est esse, & posse.

Antisiod

Albertus.

¶ Idem sentit Albertus, inter cætera scribens: Secundum Aristotelem, & alios philosophos, quædam potentia est ante esse rei, & quædã post ipsam. Dicit enim Aristoteles, quòd vegetatiuum est in sensitiuo, & sensitiuum in rationali, quemadmodum trigonum in tetragono. Vegetatiuum quippe est in sensitiuo, sicut potentia anterioris differentiæ in actu sequentis. Potentia autem anterioris differentiæ non destruitur per actum sequentis, sed potius perficitur ad amplius posse. Plus enim potest sensitiuum, quàm vegetatiuum, & rationale plus istis duobus. Si igitur consideretur substantia animæ prout ipsa est perficiens corpus in se, & in partibus eius, necesse est, quòd habeat radicaliter in se posse omnium potentiarum, tanquam constituentium illud uniuersale posse, secundum quod confert corpori esse animale in se, & in partibus suis. sicque potentiæ animæ sunt ante ipsam secundum rationem, & substantiales, ac conferentes esse completum in tali posse, seu esse potestatiuo. Anima namque accipi potest, aut inesse, aut in posse. Comparatur enim ad corpus, vt ad materiam suam simpliciter. secundum esse, quod confert corpori, & sic ipsa est essentia corporis. Comparatur etiam ad corpus, vt est organicum. & cum organum sit instrumentum potentiæ, non erit ipsa anima perfectio corporis organici, nisi secundum suum vniuersale posse, quod habet ex potentijs. & quoniam prima perfectio corporis animati, vt talis, est uita: ideò anima secũdum istam comparationem dicitur vita. Tertiam quoq; comparationem habet ad corpus, secundum quod potest separari ab illo. & ita uocatur mens. Cum ergo hæc tria dicuntur unum, est prædicatio totius potestatiui. Hæc Albertus. Qui subtiliter, ac diffusè scribit de isto.

Quędã potentia est ante esse rei & quædã post ipsam

Animæ ad corpus habitudo, triplex est.

¶ Porro Richardus in hac re recedit à Thoma, quem communiter sequitur, & inter cætera dicit. Potentiæ animæ non sunt accidentia, nec addunt aliquam rem absolutam super essentiam animę, sed solum respectum ad actus, atque obiecta. Dicit enim Philosophus secundo de anima; Si oculus esset animal, anima eius esset visus, ideſt uisiua potentia. Quod verum non esset, si uisiua potentia accidens esset, cum nullum accidens posset esse anima animalis.

Richardus

Philosop.

¶ Præterea substantia aliquod accidens potest recipere, non mediante alio accidente, inquantum ipsa est passiua. aliter esset procedere in ifinitum.

¶ Item, substantia potest aliquid agere non mediante aliquo accidente inquantum est actiua: ergo substantia animæ similiter. Sed passio, quæ competit animæ, inquantum anima est natura intellectualis passiua, est intelligibilem recipere speciem. ergo per seipsam potest illam recipere, non mediante aliquo accidente. Actio etiam, quæ maximè competit animæ, inquantum est natura intellectualis actiua, est speciem intelligibilem à phantasmatibus abstrahere, vel se ad actum intelligẽdi mouere, ac vel le, ergo hæc potest per se, non mediante aliquo accidente alio, quàm intelligibili specie. de qua constat, quòd non est potẽtia animæ. Restat ergo, quòd potentiam animæ, per quam potest intelligibilem recipere speciem, & à phantasmatibus eam abstrahere, & per quam potest se ad actum intelligendi mouere, & potentia, per quam potest velle, non sunt accidentia animæ, nec addunt vltra essentiam eius nisi respectum. Vnde, & sexto naturaliũ loquitur Auicenna: Anima respectu affectionum ab ipsa manantium potest vis appellari: ergo similiter potest vis dici respectu sensibilium, intelligibiliumq; formarum quas recipit.

Auicenna.

¶ Insuper forma accidentalis si separetur à forma substantiali, seipsa agere potest, vt patet in sacramento altaris: ergo multo fortiùs forma substantialis agere potest sine forma accidentali, ergo anima per suam essentiam intelligere potest.

¶ Rursus forma, seu essentia non est purè passiua, ergo per seipsam est aliquo modo actiua. quòd si aliqua actio potest ei per seipsam competere, hoc maximè esse videt intelligere, atq; velle.

¶ Amplius,

¶ Amplius, iuxta phylosophum primo Physicorum, Materia cum forma est causa accidentiũ omnium, quæ scilicet sunt in ea: ergo substantia animę per seipsam est causa passionum propriarum, non mediante aliquo accidente. aliter iretur in infinitum. ergo à simili, intelligere potest non mediante aliquo accidente. Hæc Richardus.

¶ Porro Bonauentura sentit, ꝙ potentiæ animæ distinguantur realiter ab eius essentia, dicens: Naturalis potentia dupliciter dicitur: Vno modo, prout dicit modum existendi naturalis potentiæ in subiecto, secundum quem dicitur subiectum facile, aut difficile ad aliquid agendum. sicq; naturalis potentia dicit modum qualitatis, & est generaliter in secunda specie qualitatis. Secundò naturalis potẽtia nuncupatur potentia egrediẽs à subiecto, quod potest esse dupliciter. Nam quædam potentia egreditur à substantia cum accidente, vt potentia calefaciendi. Ignis enim per substantiam suam non calefacit sine caliditate. & hæc potentia non est alterius generis, q̃ qualitas, à qua egreditur. Hinc potentia calefaciendi est in eodem genere cum caliditate. Tertiò appellatur naturalis potentia, quæ naturaliter, & immediatè egreditur à substantia, sicut potẽtia generandi quãtum ad inductionem vltimæ formæ. Et hæc non est alterius generis à substantia, sed reducitur ad idem genus, tanq̃ substantialis differentia. Per hunc modũ intelligendum est in potentijs animæ. Nam uno modo dicuntur potentiæ aĩæ ſm primum modum, prout dicunt facilitatẽ. & hæ sunt in secũda specie qualitatis, vt ingenios itas, tarditas. Secundò nominantur potentiæ, prout dicunt ordinem substantiæ ad actum, qui est mediante aliqua accidentali proprietate, vt potentia syllogizandi, quæ est in anima, cum habet habitum similem: & hæc est in eodem genere, in quo est potentia syllogizandi, puta in prima specie qualitatis Tertiò nominantur potentiæ, prout immediatè egrediuntur à substantia, vt memoria, intelligentia, & voluntas. & sic sunt quodammodo consubstantiales animæ, quoniam omni accidẽte circumscripto, dato, ꝙ anima sit substantia intellectualis, hoc ipso, ꝙ est sibi præsens, & sibi coniuncta, habet potentiam ad memorandum, intelligendum, ac diligendum se. Vnde istæ potentiæ sunt animæ consubstantiales, suntq; reductiuè in genere eodem cum anima. Attamen cum egrediantur ab anima, (potẽtia enim se habet per modum egredientis) non sunt omnino idẽ per essentiam: nec tamen adeo differunt, vt sint alterius generis: sed in eodem sunt genere reductiuè. Cum exemplum est in re, & similitudine eius. Res namq; nõ habet tantam identitatem cum similitudine sua, vt sint unum numero: nec tantam diuersitatem, vt differant nnmero. Similitudo quippe Martini non tantum distat à Martino, vt Petrus: ficq; similitudo est reductione in eodem genere cum illo, cuius est similitudo. Nam quia egreditur, differt, sed non trãsit in aliud genus, & loquor de similitudine secundum rationem similitudinis, non intentionis, ideſt prout à subiecto exit, & non recedit, ut splendor à luce. Hæc Bonauentura.

Bonauen.

Potẽtia naturalis dicitur tripliciter.

Subſtantiale dr 4. modis.

¶ Concedendæ sunt ergo rationes, probantes, ꝙ anima non est suæ potentiæ per essentiam. Deniq; essentiale, seu substantiale dicitur quatuor modis. Primo modo, quod dicit rei essentiam tãtum, sicut species dicit essentiam indiuidui. Secundo dicitur essentiale, quòd est de essentia, & constitutione rei, vt forma, atque materia. Tertiò id, sine quo res esse non potest, nec potest intelligi esse, vt sunt illa in quibus attenditur ratio vestigij, vt vnitas, veritas, bonitas. Quartò dicitur essentiale id, sine quo res non potest cogitari habere perfectum esse, vt sunt potentiæ in anima, in quibus attenditur imago. & hoc est minimè substantiale, seu essentiale: tamen non transit in aliud genus. Si autem dicatur, quòd idem est principium essendi, & operandi, ergo sicut anima est principium ipsius esse, ita, & operationis. non igitur requiritur potentia media. Respondendum, quòd uerum est, idem esse principium essendi & operandi, loquendo de principio remoto: sed de principio proximo, impossibile est. Si etenim proximum principium esset omnino idem, tunc idem esset in re, esse, & operari. Rursus, si idem esset principium proximum, cum res semper habeat esse, semper haberet operari. Cum itaque forma sit proximum, & immediatum essendi principium, potentia verò si proximum, & immediatum principium operandi, patet, quòd impossibile sit hæc idem esse. Hæc Bonauentura.

Soluitur obiectio. Quõ fit idem essendi, & operandi principium.

¶ Et hæc positio doctorum dicentium potentias animæ realiter distingui ab anima, rationabilior esse videtur, quam, & Albertus de Saxonia, Thomas de Argentina, & alij plures sequuntur. Scotus verò, & alij quidam tenent contrarium.

Albertus. Saxo. Thomas. Argent.

¶ Veruntamen specialis remanet difficultas de intelligentia, atque memoria, ideſt an intellectus agens, & memoria (quæ est in parte intellectiua, & intellectus possibilis) ab inuicem realiter distinguãtur. Et sicut ex præhabitis sancti Thomæ uerbis in quæstione 8. huius 3. distinctionis probatur, ipse in Scripto sentire censetur, quòd sint duæ distinctæ potentiæ. Porro in prima parte summæ suæ, quæstione 79. determinat, quòd sint realiter una potentia, quoniam eiusdem intellectiuæ, ac passiuæ potentiæ est species recipere, & seruare. De ratione quippe memoriæ est, quòd sit thesaurus, & locus specierum conseruatiuus. quod 3. de Anima asscribit Philosophus intellectui possibili, sicut iam patuit. Verum ad hæc concordanda posset fortasſis quis dicere, quòd memoria, & intellectus sint duæ potentiæ, quantum ad officia: sed vna, quo ad essentiam.

Sitne memoria, & intellectus vna potentia.

Thomas.

Ar. 7.

¶ Hinc Petrus quæstionem de distinctione potentiarum compendio soluens: Cum, inquit, natura sit determinata ad unum, oportet ut omnis potentia naturalis habeat unum actum determinatum per speciem. Hinc oportet esse differentes potentias naturalium actuum diuersorum. Differunt autem actus conseruandi, intuendi, & volendi, idcirco sunt diuersarum potentiarum: sed actus conseruandi, & intuendi, cum vterque sit cognitiuæ potentiæ, non habent differentiam tantam, vt actus intuendi, & volendi. Vnde possunt esse unius potentiæ, quæ sit una secundum essentiam, sed duæ per officium. Cum verò istæ potentiæ sint coordinatæ, ideò actus earum feruntur super idem obiectum, tamen secundum diuersas rationes coordinatas ueri, & boni. Hæc Petrus.

Petrus.

¶ Præterea aduertendum, quòd in prima parte quæstione 79. asserit Thomas: Quamuis inquiens, in tertia distinctione sententiarum dicatur, quòd memoria intelligentia, & voluntas sunt tres vires: tamen hoc non est secundum Augustini intentionem, qui decimoquarto de trinitate dicit expresſè: Si accipiantur memoria, intelligentia, & voluntas secundum quod semper præsto sunt animæ, siue cogitentur, siue non cogitentur. sic ad solam memoriam pertinere uidentur. Intelli-

1. P. q. 79. ar. 7 ad 1.

Auguſt.

gentiam autem nunc dico, qua intelligimus cogitantes, & eam voluntatem, siue amorem, vel dilectionem, quæ istam prolem, parentemque coniungit. Ex quo patet, quòd illa tria non accipit Augustinus pro tribus potentijs, sed memoriam pro habituali retentione, intelligentiam pro actu intellectus, & uoluntatem pro actu ipsius. Hæc Thomas.

¶ Postremò, quid respondendum sit ad instantias in principio factas, constat ex introductis.

Obiectio. ¶ Et si obijciatur, quòd potentia materiæ primæ non distinguitur ab eius essentia, ergo nec potentia animæ, ab anima. Respondet Thomas in Scripto: Si per potentiam passiuam intelligatur relatio materiæ ad formam, sic materia non est sua potentia: quia essentia materiæ non est relatio. Si verò intelligatur potentia, prout est principium in genere substantiæ, secundum quod potentia, & actus sunt principia in quolibet genere, vt dicitur 11. Metaphysicæ, sic materia est sua potentia: & ita se habet materia, quæ est primum recipiens, ad passiuam potentiam, sicut se habet Deus, qui est primum agens, ad potentiam actiuam: idcirco materia est sua passiua potentia, quemadmodum Deus est potentia sua actiua. omnia autem media participiuè habent utranque potentiam. Potentia quoque materiæ non est ad operandum, sed ad recipiendum duntaxat. Hæc Thomas in Scripto.

1. p. q 77. ar. 1. ad 1. ¶ In Summa vero respondet: Actus ad quem materia prima est in potentia, est forma substantialis, ideò potentia materiæ non est aliud, quàm eius essentia.

Bonauen. ¶ Porro Bonauentura: Materia, ait non est sua potentia, quia materia non est ordinatio ad formam. Veruntamen potentia materiæ est ei essentialis, sicut potentia actiua substantiæ. Minus quoque elongatur potentia materiæ à materia, quàm potentia actiua à substantia: quoniam potentia materiæ est passiua, quæ dicit ordinem ad aliud cum priuatione, sed potentia actiua dicit ordinem cum positione. Hinc potentia materiæ minus addit super materiam, quàm potentia actiua super substantiam. Id circo non ita distinguuntur diuersę potentiæ in eadem materia, sicut in eadem substantia. Hæc Bonauentura.

Gulielmꝰ. ¶ Tamen frater Gulielmus testatur, quòd materia sit sua potentia, & sola ratione differens ab eadem: quemadmodum eadem superficies dicitur superficies corporis, in quo est, & locus respectu corporis, quod ambit. Nihilominus uerbum Bonauenturæ uidetur posse saluari: quoniam (vt apparet) sumit potentiam materiæ pro relatione ad formam ordinatio namque vno modo vocatur relatio.

Gul. Par. ¶ Insuper, quòd Gulielmus Parrhisiensis affirmat, horrendum esse ponere animam velut aceruũ aggregatum ex suis potentijs, verum esset, si poneremus animam ex potentijs aggregari, tanquam ex partibus substantialibus, seu integralibus.

Quõ aĩa sit causa suarum potẽtiarum. ¶ Argumenta demum Richardi pro parte soluta sunt. Anima enim est causa, seu origo suarum potentiarum, & subiectum earum, non per intermediam actionem, neque per accidens aliud, sed sicut species dicitur causa proprij. Quòd verò arguitur, formam accidentalem esse suam potentiam, & agere per seipsam, Thomas soluit in Summa, dicendo,

Thomas. 1. p. q 77. ar. 1. ad 3. quòd actio est suppositi, sicut, & esse. Suppositum autem si sit compositum, agit per formam substantialem. Ideò sic se habet forma accidentalis actiua ad formam substantialem agentis, vt calor ad formam ignis, sicut se habet potentia animæ ad animam.

Bonauen. ¶ At verò Bonauentura conscribit, quòd forma, accidentalis non est sua potentia: quia potentia eius est, inquantum influit in alterum: tamen potentia illa non tantum addit sicut potentia formæ substantialis, quia potentia formæ accidentalis dicit ordinationem ad actum, sed non sufficientem per se, sed per uirtutem formæ substantialis. Quemadmodum enim accidens non est per se, sed per subiectum, ita non habet uirtutem operandi per se, sed per substantiam, seu subiectum.

Albertus. Remensis. ¶ Adhuc autem ad auctoritates Augustini respondet Albertus Remensis, quòd Augustinus loquitur emphaticè, propter expressionem maiorem. vel ponit abstractum pro concreto, puta memoriam, intelligentiam, uoluntatem pro substantia memorante, intelligente, volente. Vel dicit animam esse has vires propter inseparabilem inhærentiam, sicut amicus dicitur alter ego: seu propter originem, vt sit prædicatio quasi per causam.

Durandus An memoria sit idẽ quod intellectus agẽs ¶ Circa hæc scribit Durandus: Quidam dicunt, quòd memoria ad imaginem pertinens, realiter differat ab intellectu possibili, & sit realiter idem, quod intellectus agens: quia quæcunque conueniunt memoriæ, conueniunt intellectui agenti. Duo enim ascribuntur memoriæ, scilicet, quòd continet species, & quòd ex ea oritur intelligentia. Sic, & intellectus agens virtualiter continet intelligibiles formas, cum sit id, quod est omnia facere, vt tertio de anima fertur, Causat quoque intelligentiam, quia causat in rebus vniuersalitatem à phantasmatibus abstrahendo. Sed istud est valde extortum, nec actus isti vniuocè competunt intellectui agenti, atque memoriæ: quoniam intellectus agens continet species virtualiter, & effectiuè duntaxat, memoria autem formaliter, ac subiectiuè. Hæc Durandus.

QVAESTIO XIIII.

Ar 6. QVartodecimo quæritur, *An potentiæ animæ fluant ab eius essentia.* ¶ Ad vitandum nimiam prolixitatem, volo hic aliquas quæstiones breuiter sine argumentis determinare. Itaque ad propositam quæstionem Thomas in prima parte Summæ suæ quæstione 77. respondet: Forma substantialis, & accidentalis in hoc conueniunt, quòd vtraque est actus, & secundum vtranque aliquid quodammodo est in actu: Differunt autem in duobus. Primò, quoniam forma substantialis dat esse simpliciter, & eius subiectum est ens in potentia. Forma autem accidentalis non dat esse simpliciter, sed tale, aut tantum, seu aliquo modo se habens, & eius subiectum est ens in actu. sicque actualitas priùs est in forma substantiali, quàm in eius subiecto. Sed econtra est inde forma accidentali, propter quod actualitas formæ accidentalis causatur ab eius subiecto, & actualitate ipsius, ita, quòd subiectum, inquantum est in potentia, est susceptiuum huiusmodi formæ: atque inquantum est in actu, productionum est formæ talis, loquendo de proprio, & per se accidente. Nam respectu accidentis extranei, subiectum est solummodo susceptiuum: productiuum vero est agens extrinsecum. Secundò differunt, quoniam subiectum formæ substãtialis est propter hanc formã: econuerso aũt forma accidentalis est propter completionem subiecti, qm̃ minus

Forma substantialis, & accidentalis ī quo conueniũt & dicitur ferant.

minus principale est propter principalius. Porro subiectum potentiarum, est vel anima sola, vel totum compositum, compositum autem est in actu per animam. Hinc omnes potentiæ animæ fluunt ab essentia animæ tãquam à principio productiuo. Hæc Thomas.

Aegidius. ¶ Concordat Aegidius, dicens: Secundum philosophum, causa est, ad cuius esse sequitur aliud. Esse autem est actus essentiæ. propter quod Augustinus ait quinto de trinitate: Sicut sapere se habet ad sapientiam, & scire ad sciẽtiam, sic esse ad essentiam. Accidens nõ est ens, sed entis. essentia enim, seu entitas per se, & primò in substantia reperitur. Hinc loquendo simpliciter, accidentia non habent essentiam, ut innuit Augustinus septimo de trinitate. Propterea quarto Metaphysicæ ait philosophus, ꝙ vnitas entis est unitas attributionis, non prædicationis, ita quòd propter entitatem, quæ est in substantia, dicitur accidens ens, non propter entitatem, quæ sit in eo: quemadmodum propter sanitatem animalis, cibus dicitur sanus. Subiectum ergo est causa ipsius esse accidentis. Vnde dicitur primò Physicorum, quòd materia subiecta cum forma, est causa omnium accidentium, quæ sunt in ea. Idcirco, & septimo Metaphysicæ fertur, quòd accidentia non sunt entia, nisi quia sunt entis. Et hoc quadrupliciter: Primò, quia disponunt, atque perficiunt ens, vt qualitates, & virtutes. Secundò, quia sunt uia ad ens, vt motus, & transmutationes. Tertiò, quia sunt respectus ad ens vt relationes. Quartò, quia sunt negationes quorundam, vt priuationes.

Esse inuenire in ente quatuor modis. ¶ Insuper esse in ente, tanquam dispositio, & perfectio eius, potest esse quatuor modis: Primò, vt in radice, sicut potentiæ sensitiuæ sunt in anima. Secundò accidentaliter tantum, & subiectiuè, vt color in corpore. Tertiò naturaliter. & in subiecto composito, vt virtus attractiua ferri in adamante, & cæteræ proprietates naturales. Quartò naturaliter, & in subiecto simplici, ut superiores potentiæ animæ, quibus potissimè competit originari ab anima. Hæc Aegidius.

Diony. ¶ In cuius verbis cautè sumendum est, quòd ait accidens non esse ens propter entitatem, quæ sit in eo, quemadmodum cibus dicitur sanus, & cętera, ex quo sequi videretur, quòd ens diceretur æquiuocè magis, quàm analogicè de substantia, & accidente.

Albertus. ¶ Præterea consonat dictis, quòd scribit Albertus: Vires istæ proprietates sunt animæ, & principiantur ab ipso Quo est, & Quod est animę: quia ab ipso esse, seu Quo est, est intellectus agens: & à Quod est, intellectus possibilis.

Petrus. ¶ Cui concordans Petrus: Omne, inquit, accidens à subiecto originatur, ac fluit. quod intelligendum est iuxta sensum ex Thoma inductum. Veruntamen quidam dicunt, quòd de potentijs possumus loqui dupliciter. Primò secundum se vnde, & sic non oriuntur ex anima, sed ei pariter concreantur, sic quoque una non originatur mediante alia. Secundò, per comparationem ad actus. & ita una, mediante alia, dicitur originari ab anima. & ipsæ vires ex anima principiatæ feruntur, inquantum actus vnius ex actu procedit alterius. Hæc illi.

Potentiæ aĩæ cõsiderantur dupliciter.

Quæstio. ¶ Circa hoc quæritur, an una potentia procedit ab anima, mediante potentia alia.

¶ Ad hoc Thomas respondet in Scripto: Omnis numerositas naturaliter ab vno descendens, ordine quodam descendit. Cum ergo multæ potentiæ egrediantur ab essentia animæ; in ipsis potentijs naturalis est ordo. Fluit quoque vna ab anima, alia mediante: sicut, & actus posterioris, dependet ab actu prioris, vt amare ex intelligere: quemadmodum in accidentibus corporum, alia accidentia mixtorum fluunt à substantia mixta mediantibus qualitatibus primis. Et ità, quamuis potentiæ istæ simul sint tempore: ordine tamen naturæ, vna prior est alia. Et quamuis accidens ex se non habeat uirtutem aliud producendi, sed à substantia: potest tamen unum accidens procedere mediante alio, secundum quod aliud præsupponitur in subiecto. Sic etiam accidens non potest per se esse subiectum accidentis, sed subiectum mediante uno accidente subijcitur alteri. propter quod superficies dicitur esse subiectum coloris. Hæc Thomas.

Quõ accidens non potest esse subiectum

Petrus. ¶ Concordat Petrus, adiungens: Non quòd superficies sit verè subiectum coloris, sed quoniam color inest eidem subiecto, cui superficies, sed mediante superficie.

Albertus. Triplex est ordo. ¶ Albertus quoque concordat, dicendo: Naturalis ordo est inter istas potentias. Est autem alius ordo secundum naturam, alius secundum generationem, alius penes actum. Ordo secundum naturam est, dum vnum in se ratione, aliud præsupponit, seu ponit, vt ratio sensitiuum, & sensitiuum vegetatiuum, non econuerso. sicque secundum Augustinum, voluntas præsupponit intellectum, & intellectus memoriam: quia si quis diffiniat voluntatem, dicet, quòd sit appetitus boni cogniti. Porro ordo secundum generationem, est ordo secundum tempus, qui non est inter has uires. Ordo autem actuum potest esse dupliciter, puta à præcedente ad sequens: & ille non est necessarius. non enim generaliter sequitur: Intelligit, ergo vult. imò econuerso est ordo necessarius, scilicet à sequente ad præcedens: vt, Si vult, ergo cognoscit. Hæc Albertus.

Augusti.

Duplex est ordo actuum.

Ar 4. ¶ Amplius de hac re scribit Thomas in prima parte quæstione 77. Triplex ordo est inter potentias animæ, quorum duo considerantur secundum dependentiam potentiæ vnius ab alia. Dependentia autem hæc dupliciter accipi potest. Primò secundum ordinem naturæ, quo perfectiora imperfectioribus naturaliter sunt priora. Alio modo secundum ordinem generationis, ac temporis, prout ex imperfecto ad perfectum pertingitur. Primo modo potentiæ intellectiuæ sunt potentijs sensitiuis priores, & imperant eis. sensitiuæ verò priores sunt illis secundum ordinem generationis. Hæc Thomas.

An memoria gignatur notitiã ¶ Insuper quæritur, vtrum memoria intellectiua inquantum est intellectiua, & aliquid animæ, præcisè, seu per se solum gignat notitiam.

Scotus. Opinio. 1. ¶ Circa hanc quæstionem scribit Scotus prolixè, dicendo: Circa hoc sunt variæ opiniones. Vna, quæ imponitur Augustino, videlicet, quòd sola anima, seu eius potentia, sit causa gignendi notitiam, & non obiectum: & quòd obiectum est, vel terminans actum intelligendi, vel vt excitans, seu inclinans potentiam intellectiuam ad actum intelligendi, vel ut causa sine qua non intelligit, prout diuersi hoc diuersimodè ponunt: sic tamen, quòd sola potentia intellectiua elicit actum, nec concurrit aliquid aliud in ratione principij elicitiui. quod dicunt esse de mente Augustini, super Genesim conscribentis, ꝙ cũ agens sit præstãtius passo, & nullus effectus sit præstantior sua causa, ꝙ corpus agere nequit in spiritum, licet econtra: ideò anima de se

Augusti.

format intellectionem, etiam per seipsam.

¶ Aliorũ opinio est oĩno contraria, dicens, ꝙ nihil animæ, vt intellectiua est, sit principium, aut ratio agendi respectu notitiæ genitæ Intellectus namque possibilis non potest esse principium gignendi actualem notitiam: quia ipsa scilicet notitia recipitur in intellectu possibili. Intellectus quoque possibilis est, quo est omnia fieri, vt fertur 3. de anima: & habet se in genere intellectualium substantiarum, sicut materia prima in ordine entium. Non ergo actiuus est, & productiuus notitiæ. Nec idem potest mouere seipsum. Nihil quoque est simul in potentia, & in actu. Sed ista opinio est prẽinductis verbis Augustini, & aliorum doctorum contraria: ex quorum uerbis ostensum est, quòd per hoc in anima rationali relucet summæ trinitatis imago: quia sicut in superbeatissima trinitate pater à nullo est, & ab ipso solo est filius, atque ab vtroque spiritus sanctus: sic à mente, seu memoria, est uerbum, seu conceptus internus tanquam proles, sic quòd mens productiua est suæ notitiæ, & à mente, atque notitia profluit amor tanquam germen amborum.

¶ Est itaque opinio tertia, medium tenens, puta, quòd uniuersale relucet in phantasmate: & inquantum exhibitum ẽ intellectui possibili, sic est ibi tanquam productiuè, & motiuè saltẽ exhibitiuè, sicq; gignit primum actum intelligendi, & quo ad hoc, est intellectus possibilis merè passiuus, sed factus in actu. per actum intelligendi primò habet actuitatem, per quam potest conuertere se supra se, atque suffodere in cognitione confusa, & quærere cognitionem distinctam, sicque formare uerbum. sicque anima quo ad primam notitiam non est actiua, nec elicit primam notitiam, sed secundam. Alia opinio, quòd intellectus possibilis per speciem intelligibilem sibi impressam à phantasmate elicit actum intelligendi, & non uirtute propria: quia intellectus possibilis de se est potentia merè passiua: & talis potentia non agit nisi reducta in actum, qui actus sit agendi principium. Actus autem, in quem primò reducitur intellectus, est intelligibilis species, quæ in intellectu requiritur propter determinatione potentiæ intellectiuæ ad certum actum. Nempe quod indifferens est, & indeterminatum ad multa, non determinatur ex se ad aliquid, nisi per id, quod de nouo aduenit sibi. Cumque intellectus antequàm intelligit, sit indifferens ad intelligendum quodcunque, non intelligit antequam determinetur per aliquid, quod non potest esse nisi species.

¶ Sed ad quæstionem istam respondeo, quòd causa intellectionis, ac notitiæ genitæ, non est anima, seu intellectus præcisè, seu tantum: imò præcisa causa intellectionis, atque notitiæ, est anima intellectiua, ut intellectiua est, & aliquid eius, & obiectum in se, si secundum se sit intellectui præsens, & obiectum in aliquo repræsentatiuo, ut in specie repræsentante. & nec obiectum per se, nec intellectus per se, sed utrunque simul faciunt unam causam sufficientem respectu notitiæ genitæ: quod declaratur sic, Quando sunt plures causæ concurrentes ad eundem effectum, aut concurrunt ordine quodam vt causæ essentialiter subordinatæ, aut non ordine, sed ex æquo, ut patet in trahentibus nauem, in quibus si tota uirtus, quæ est in omnibus illis, esset in uno, unus traheret nauem. Porro primum membrum subdiuiditur, quoniam causæ ordine concurrentes ad eundem producendum effectum, aut sic sunt essentialiter ordinatæ, quòd causa superior mouet inferiorem, nec inferior habet causalitatem respectu effectus producendi, nisi à causa superiori, eo quòd non mouet nisi secundum quod mouetur ab illa superiori causa, quemadmodum comparatur causalitas motionis baculi respectu manus: & quando sic est, tunc tota motio, virtualiter est in causa illa superiori. Interdum uerò causæ sic coordinatæ ita se habent, quòd una est perfectior alia: non tamen perfectior dat causalitatem in causando causæ imperfectiori, vt moueat, sicut se habent pater, & mater, respectu productionis fœtus: & quando sic est, tunc causæ concurrentes causant vuum effectum dependentem à duobus: magis tamen ab uno, quàm alio. Perfectiùs quoque producitur à duobus, quàm produceretur ab uno duntaxat. sicque anima, seu eius potentia, & obiectum, concurrunt ad eliciendum actum intelligendi, unde obiectum non dat intellectui uirtutem intelligendi, alioquin obiectum intelligeret. & sicut obiectum non dat intellectui actualitatem, vt intelligat, ita nec inclinationem. Hæc Scotus.

Dion.

¶ In cuius verbis videtur esse non verum, quòd dicit patrem, & matrem sic esse causam fœtus, quòd pater non est causa causalitatis matris in productione prolis: certum est enim, quòd mater fœcundatur à patre, & comparatione eius, habet se sicut passiuum ad agens. Rursus falsum apparet, quòd dicit intellectum non habere ab obiecto inclinationem ad actum suum. Intellectus quippe cum sit uirtus passiua, & ab obiecto moueatur ad actum, dum motio illa non est uiolenta, nec coactoria, uidetur esse inclinatiua. Verum quoque, quod est intellectus obiectum naturaliter allicit vim intellectiuam ad sui notitiam, atque intuitum, quemadmodum pulchrum visiuam potentiam. Hinc prima illa positio, quæ Augustino ascribitur, uerior esse censetur: sic tamen, quòd obiectum concurrit, & cooperatur extrinsecè, vel quasi extrinsecè ad hoc, quòd potentia intellectiua, actum intelligendi eliciat, ac producat, quemadmodum color, seu lux ad actualem uisionem, quæ elicitiuè procedit ab ipsa uisiua potentia. Veruntamen non nego, corporalia aliquo modo posse in spiritum agere sic etiam dico intellectum respectu primæ notitiæ se habere actiuè.

Soluuntur argumẽta. Quõ intellectus est potentia passiua.

¶ Ad obiecta autem respondeo, intellectum pro tanto dici passiuam potentiam, quoniam ab obiecto per intellectum agentem recipit speciem, & in principio sui, est tanquam tabula rasa, quantum ad speciales cognitiones: non tamen est pura potentia, imò connatos sibi habet habitus primos principiorum, tam speculabilium, quàm operandorum, vt theologi philosophique fatentur. Habet etiam connatas sibi species quasdam, vt patuit supra.

¶ Præterea ipsa intellectio est actio immanens, à ui intellectiua elicitiuè, & actiuè progrediens, & in ea quiescens. propter quod uocatur intellectualis actio. Ipsa quoque verè, atque formaliter denominat intellectum, & inhæret eidem. ergo procedit ab eo, præsertim cum obiectum non uiuum, nec intellectuale, & nequeat elicitiuè producere actionem ui talem, & intellectualem.

Scotus. Quæ sit causa principalior notitiæ genitæ.

¶ Insuper ex his uidetur patere solutio ad aliam quæstionẽ, quam mouet hic Scotus, an scilicet principalior causa notitiæ genitæ, sit obiectum, vel anima, seu eius potentia. Et respondet, In intellectionibus, & intelligibilibus sensibilium rerum, anima

anima est principalior causa notitię genitæ, q̃ obiectũ; qm̃ virtus animæ est magis illimitata, & est vniuersaliùs agens, & elicitiuè actum producens, obiectum verò est, quasi cooperans. Attamen respectu quarundam intellectionum, videlicet supernaturalium, facultatem naturalẽ animæ omnino excedentium, ut sunt potissimè actus beatificę visionis, obiectum est magis causa: quia causalitatem respectu illorum actuum habet maiorem, vel principaliorem siue totalem. Hæc Scotus. ¶ Quæ responsio vera videtur ad pium intellectum. Obiectum namque, inquantum obiectum, non videtur principalior causa intellectionis. sed bene inquantum super naturaliter adiuuans, & illustrans.

Henricus.

¶ Postremò de hac re scribit Hẽricus quodlibeto quinto, quæstione 25. & alibi, distinguens multiplicem verbi acceptionem, & prolixè loquens de isto, ac sentiens, ꝙ respectu verbi cuiusdam, seu primæ notitiæ genitæ, intellectus possibilis habeat se omnino passiuè: quod totum breuitati studens dimitto, quia prætacta positio verior reputatur.

De clara expositione scripturæ, dicentis: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, videlicet, an intelligatur de imagine, & similitudine creata, an increata. atq; de distinctione inter imaginem, & similitudinem.

Albertus.

AD intelligendum horũ veritatem introducenda est pro fundamento litera ex verbis sanctorũ, à Magistro in primo, & secundo li. allegata. Itaq; li. 2. distinctione 16. ait: Imago, & similitudo hoc loco, vel increata intelligit. i. trinitatis essentia, ad quã. i. ad cuius participatiuã imitationẽ factus est homo: vel creata, in qua factus est hõ, quia concreata est ei, quãtum ad superiorẽ aĩæ partem. Increatam. n. imaginem, quæ Deus est, intellexisse vt Beda, cũ dicit: Non esse vnã imaginẽ Dei, & angelorum, sed triũ diuinarum personarũ, idcirco nõ angelis, sed personis dictum est: Faciamus hominẽ &c. tñ sic exponendo, imago im propriè sumitur: qa imago dr̃ relatiuè ad aliud, cuius similitudinẽ gerit, & ad quod repræsentandũ facta est ipsa, sicut imago Cæsaris impressa alicui. Im propriè quoq; imago vocatur id, ad quod aliud fit, imò hoc propriè noĩatur exemplar. Exẽplum verò dr̃ propriè, quod sumit̃ ex aliquo, ad cuius imitationẽ formatur. Veruntñ vnum pro alio interdũ capitur abusiuè. Hinc & trinitatis essentia, minus ꝓpriè nuncupat̃ imago, sed magis propriè diceretur exẽplar. Secundò, per imaginẽ, & similitudinẽ intelligũtur imago, & similitudo aĩæ rationali impressa, per quã summę Trinitati, ac simplici deitati assimilatur in superioribus viribus suis, iuxta expositiones præhabitas: vel q̃tum ad mentẽ, notitiam, & amorem. Deniq; sicut p̃tacta distinctione ex verbis Augustini tangit Magister, imago attendit̃ q̃tum ad memoriã, intelligentiam, & dilectionem: similitudo vero, quo ad innocentiã, atq; iustitiã, quæ rationali menti naturaliter insunt saltẽ per inchoationẽ quandã, seminariumq; virtutum. Vel cõsideratur imago in veritatis cognitione, similitudo verò in bonitatis, seu veritatis amore. Potest quoq; imago referri ad gratuita, similitudo ad naturalia. Hęc ex textu. Hinc circa secundã huius primi libri distinctionẽ scribit Albertus: Imago, & similitudo in auctoritate præfata, dicunt diuinã essentiam in recto, & tres personas in obliquo. sicq; imago est essentia in tribus pſonis, vnà imitantibus se. i. perfectè cõcantibus, ac consimilibus sibi in eadẽ essentia. Similitudo autem est ipsa essentia vna per modum qualitatis, quæ sm Damascenũ assequitur subſtantiam, sicut sunt, bonitas, sapientia, virtus, in quibus personę sunt similes. Vnde imago, & similitudo sunt relatiua obliquè, atq; intrinsecè. obliquè, qm̃ in obliquo important ea, quæ referuntur ad se, puta personas. Intrinsecè quoq;, qm̃ habent in se relationẽ, & etiã id, ad quod referunt̃, ita ꝙ non *quærunt determinari extra, quemadmodum dicitur: Isti sunt similes. i. iste est similis illi, & ille est similis isti. Hæc Albertus.

Damasce.

* queunt

Thomas. ar. 5.

¶ Concordat Thomas in prima parte Sũmæ suæ Quæstione nonagesimatertia, dicens: Esse ad imaginẽ Dei sm imitationem diuinæ naturæ, nõ excludit hoc, quod est esse ad imaginem Dei sm repræsentationẽ diuinarum personarũ, quin potiùs unum ad alterum sequitur. Idcirco dicendũ, in homine esse imaginem Dei, & quantũ ad diuinam naturam, & quantũ ad Trinitatem personarum. Nam & in Deo in tribus personis est vna natura. Hinc Augu. in lib. de fide ad Petrũ. Vna est, inquit, essentialiter sanctæ Trinitatis diuinitas, & imago, ad quã factus est homo. Hilarius quoq; 5. de Trinitate: Hõ factus est ad communem Trinitatis imaginem. In quibus verbis imago, pro increata imagine Trinitatis accipit̃, nec inter imaginem, similitudinemq; distinguitur. ¶ Præterea, quidam dixerunt in homine esse imaginem filij tm̃, quod 12. de Trinitate reprobat Aug. Primò, per hoc, ꝙ cum sm æqualitatem diuinæ essentiæ filius sit similis patri, necesse est, si homo factus sit ad similitudinem filij, ꝙ & factus sit ad similitudinem patris. Secundò, qa si homo esset factus solum ad similitudinem filij, non diceret pr̃: Faciamus hominẽ ad imaginem, & similitudinẽ nostram, sed meã seu tuã. idcirco cum scriptũ est, ad imaginem Dei fecit illum: non est intelligendũ, ꝙ pater fecerit hominem tantum ad similitudinem filij, qui est Deus, sed, ꝙ Deus Trinitas fecit hominem ad imaginem suam. i. totius Trinitatis. Insuper cum dicit̃, Deus fecit hominem ad imaginẽ suam, dupliciter potest intelligi: Primò, ꝙ præpositio, ad, designet terminũ factionis: ut sit sensus, faciamus hominẽ taliter, ꝙ in eo sit nostra imago. sic intelligitur de creata imagine. Secũdò, ꝙ præpositio hęc scilicet, ad designet causam exemplarem: sicut cum dicitur, Iste liber factus, seu scriptus est ad illũ. sicq; imago vocatur divina essentia, quæ impropriè uocatur imago, sumẽdo imaginem pro exemplari. Vel vt aliqui dicunt, diuina essentia appellatur imago, quia sm eum vna persona diuina aliam imitatur. Hæc Thomas.

In homine est imago trinitatis non tãtum filij.

¶ Qui, & eadem quæstione, inter similitudinem, & imaginem ponit distinctionem: Similitudo, inquiens, potest ab imagine distingui dupliciter Primò, ut est præambula ad imaginẽ, & existens in pluribus, sicq; similitudo attenditur in his, quæ sunt cõmuniora ꝓprietatibus naturæ intellectualis, ut sunt bonitas, ueritas, unitas, simplicitas quoq;, & incorruptibilitas. Secundò consideratur similitudo ut cõsequens imaginẽ, & designans expressionem, perfectionẽq; eius. vnde dicimus, ꝙ imago aliqua est magis

Similitudo distinguitur ab imagine dupliciter

Beda.

Quid sit imago.

Quid sit exemplar. Quid sit exemplũ.

gis, aut minus similis ei, cuius est imago. Sicq; similitudo attenditur penes virtutes. Itaq; essentia animæ pertinet ad imaginẽ, prout repræsentat diuinã essentiam secundum ea, quæ sunt propria intellectualis naturæ. Ad similitudinẽ verò quantum ad proprietates, seu conditiones consequentes ens in generali, & quantũ ad perfectiones virtutum, nec incõueniens est, ut id, quod secundũ vnam assignationẽ vocatur imago, secundũ aliam dicatur similitudo. Vnde in libro de ecclesiasticis dogmatibus legit, q imago Dei in homine attenditur ſm æternitatẽ. Damascenus etiam asserit lib. 2. q hominem esse ad imaginem Dei, significat intellectuale, & arbitrio liberũ, & per se potestatium. Gregorius item Nyssenus libro de homine: Dum scriptura perhibet hominẽ factum ad imaginem Dei, tm̃ est, ac si diceret, humanam naturam esse factam participẽ, & capacem omnis boni, quod est plenitudo diuinitatis, quę omnia certũ est ad essentię unitatẽ, non ad personarũ pertinere distinctionẽ. Hęc ille. ¶ Gulielmus quoq; Parrhisiensis libro de Trinitate cap. 27. dicit imaginẽ ad potentias pertinere, similitudinẽ verò ad vltimũ effectũ. i. ad plenam assimilationem cum Deo, præsertim per dona gloriæ. At verò ſm Antisiodorensem in Sũma sua lib. 2. In hac auctoritate, faciamus hominẽ ad imaginem &c. imago supponit diuinã essentiam in habitudine ad naturalia hominis, hoc est, inquantũ homo per dona naturę, assimilat diuinæ essentiæ, ac personis, quæ sunt ipsa essentia. Similitudo uerò supponit diuinã essentiã, in habitudine ad gratuita hois. Vnde é iste sensus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostrã. i. ad imaginẽ, qua imitamur nos inuicem, & ad similitudinem, qua sumus ad inuicẽ similes. & sic est verbum Dei patris ad filium, ac spiritumsanctum, vel totius Triniratis. Hæc Antisiodorensis.

Damascẽ. Guil. Par. Antisiod.

A

Hic quæritur, vtrum concedendum sit, quòd Deus se genuerit. Distinctio IIII.

De cõparatione generationis ad terminum essentialẽ, & cõcretũ, qualis est hoc nomẽ Deus. Solutio

HIc oritur q̃stio satis necessaria. Constat.n. & irrefragabiliter verũ est, q Deus pr̃ genuit filium. Ideo q̃ritur, vtrum concedendũ sit, q Deus genuit Deũ. Si.n. Deus genuit Deum, vr̃, q aut se Deum, aut aliũ Deum genuerit. Si verò alium Deũ genuit, non est tm̃ vnus Deus. Si ãt seipsum Deũ genuit, aliqua res seipsam genuit. Ad qđ rñdentes, dicimus sanè, & catholicè concedi, q vnus vnũ genuit, & q Deus Deũ genuit, qa Deus pr̃ Deum filiũ genuit. In symbolo quoq; scriptũ est: Lumẽ de lumine, Deũ verũ de Deo vero. Qđ vero additur, ergo genuit se Deũ, vel aliũ Deum, neutrũ concedendũ esse dicim⁹. Qđ alium Deum non genuit manifestũ est, qa vnus tm̃ Deus est. Qđ ãt seipm genuit, oñdit Aug. in primo li. de Tri. dicẽs: Qui putant eius potentiæ esse Deum, vt seipm ipse genuerit: eo plus errant, q non solum Deus ita nõ est, sed nec spiritualis, neq; corporalis creatura. Nulla.n. res est, quæ seipsam gignat vt sit. & ideo non est credendum, vel dicendum, q Deus genuit se.

Augustꝰ. cap. 1.a

B

Alia quæstio de eodem.

Sed adhuc opponunt garruli rõcinatores, dicentes: Si Deus pr̃ genuit Deum, aut genuit Deum, q est Deus pr̃, aut Deum, q non est Deus pater. Si genuit Deum, qui non est Deus pr̃, ergo Deus est, qui non est Deus pr̃, non ergo vnus tm̃ Deus est. Si vero genuit Deum, q est Deus pr̃, ergo genuit seipsum. Ad quod rñdemus, determinantes istã propositionẽ, qua sic proponunt: Si Deus pr̃ genuit Deum, aut Deum, qui est Deus pater, aut Deum, qui non est Deus pater. Hoc.n. sanè, & prauè intelligi potest, & ideo rñdendum est ita: Deus pater genuit Deum, q est ipse pater. Hoc dicimus esse falsum, & concedimus alteram, s. genuit Deum, q non est pater: nec tm̃ genuit alterum Deum, nec ille, qui genitus est, alius Deus est, q̃ pater, sed vnus Deus cum patre. Si verò additur, genuit Deum, q non est Deus pater: hic distinguimus, quia dupliciter potest intelligi. Genuit Deum, qui non est Deus pater, scilicet Deum filium, q filius non est pater, qui Deus est, hic sensus verus est. Si verò intelligatur sic, Genuit Deum, qui non est Deus pater, id est, qui nõ est Deus, qui pater est, hic sensus falsus est. Vnus enim & idem Deus est, pater & filius, & spiritussanctus, & econuerso, pater, & filius, & spiritussanctus, vnus est Deus.

Respõsio.

Opinio quorundam, dicentium tres personas esse vnum Deum, unam substantiam, sed non econuerso, scilicet vnum Deum, vel vnam substantiam esse tres personas.

C

Quidã tamẽ veritatis aduersarij, concedunt patrẽ, & filium, & spm̃sctm̃, siue tres personas, esse vnum Deũ, vnã substantiam, sed tm̃ nolunt concedere, vnũ Deum, siue vnã substantiã, esse tres personas: dicẽtes diuinã substantiã pdicari de tribus personis, nõ tres personas de substantia diuina. Fides aũt catholica tenet, ac prædicat, & tres personas esse vnũ Deum, vnã substantiã, siue essentiã, siue naturam diuinã: & vnum Deum, siue essentiã diuinam, esse tres psonas. Vñ Aug. in l. li. de Tri. ita ait: Recte ipse Deus trinitas intelligitur beatus, & solus potẽs. Ecce, q̃ expresse dixit, ipe Deus trinitas. vt ostẽderet, & ipm Deum esse trinitatẽ, & trinitatẽ, ipm Deum. Itẽ in eodem: In verbis, inqt, illis Apostoli, qbus de aduẽtu Chri agens, dicit: Quẽ ostendit beatus, & solus potẽs, rex regũ, & dominus dn̄antium, qui solus habet immortalitatẽ &c. nec pr̃ propriè nominatus est, nec filius, nec spũssanctus: sed beatus, & solus potens. i. unus, & solus Deus verus, q est ipsa trinitas. Ecce & hic aperttè dicit, vnũ solum verũ Deũ esse ipsam trinitatẽ: & si vnus Deus trinitas est, ergo vnus Deus est tres personæ. Idẽ in libro quinto de Trinitate: Non tres Deos, sed vnum Deũ dicimus esse ipsam prestantissimã trinitatẽ. Item in libro de fide ad Petrũ, in expositione symboli: Satis est Christiano rerũ creatarũ causa siue visibilium, siue inuisibilium, nõ nisi bonitatẽ credere creatoris, q est Deus verus, & vnus: nullãq; esse naturam, quę nõ aut ipse sit, aut ab ipso: eumq; Deum esse trinitatẽ, patrem, s. & filium, & spm̃sanctum. Itẽ Aug. in sermone de fide: Credimus vnum Deum vnã esse diuini nominis trinitatem. Idem in sexto libro de Trinitate: Dicimus Deũ solum esse ipsam trinitatem. Ecce his, & alijs pluribus auctoritatibus euidenter oñditur dicendũ esse, & credendum, q vnus Deus est Trinitas, & vna substantia tres personæ: sicut econuerso Trinitas dicitur esse vnus Deus. & tres personæ dicuntur esse vna substantia.

Inducitcõtra eos auctoritates Augustin. Aug. ca. 6. Idem ubi supra. 1. Tim. 6.c

Verius in enchiridio ca 7. Aug ca 8.

D

Redit ad præmissam quæstionem, scilicet an Deus pater se Deum, an alium Deum genuerit.

Nunc ad p̃missam q̃stionem reuertamur, ubi q̃rebatur, an Deus pr̃ genuerit se Deũ, an aliũ Deum. Ad quod dicimus, neutrum fore concedendũ. Dicit tamen Augustinus in epistola ad Maximinũ, q Deus pr̃ se alterum genuit, his verbis: Pater vt haberet filiũ de seipso, non minuit seipsum: sed ita genuit de se alterum se, vt totus maneret in se, & esset in filio, tantus, quantus, & solus. Quod ita intelligi põt. i. de se alterum à se genuit, non vtiq; alterum Deum, sed alteram personã: vel genuit se alterum. i. genuit alterum, q hoc est, quod ipse. Nam etsi alius sit pr̃, q̃ filius, non est tamen aliud, q̃ filius, sed vnum.

Augustꝰ.

Summa distinct. 4.

HAec est distinctio quarta, cuius litera expositione nõ indiget. & quæstiones, q̃ in ea mouenẽ, in textu soluunt̃. Itaq; postq̃ Magister in phabita distinctione docuit testimonijs scripturarũ, & psuasionibus cõgruisq; similitudinibus, esse ī simplici Deo trinitatẽ psonarũ hic circa hoc q̃stiones inducit, & primo an cõcedendũ sit, qđ Deus genuit Deũ, quo circa arguit p utraq; pte, deinde ponit solutionẽ, qua posita replicat deinceps ponit quorundã opinionẽ erroneã, & reprobat eã. & iuxta hæc pũcta diuidi posset litera.

QVAESTIO I.

ET quia in his præsupponitur esse generatio in diuinis, quæritur primo, *An Deo vere conueniat generare*. sed, quia de hoc iã dicta sunt multa. & argumentum est supra pro vtraq; parte, & declaratum utcunq;, qualiter Deo attribuatur gñatio actiua sine passiua idcirco argumẽtis ptractis omissis, breuiter inducenda sunt documẽta doctorum.

¶ Itaq; Alexãder ait: Cõstendũ verisimè, q gñatio æterna est in Deo. Vñ Richar. de S. Victore, li. de Trin. In natura, inqt, creata discimus, qđ dẽ increata pẽsare, ac sentire debemus. Videamus quotidie, qualiter opatione naturę subsistẽs subsistentẽ, producit & hõ hoiem generat. Nunq̃d in illa superexcelléti natura, naturę opatio nulla erit? nunq̃d natura illa, q̃ huic naturæ fructũ, & virtutẽ fœcunditatis donauit, in se sterilis erit? ¶ Si autẽ obijciatur, Deus potuit creaturã, seu mundũ facere meliorẽ, q̃ fecit, non tm̃ consequitur, q ideo inuidus fuit: ergo nec inuidus posset ꝓbari, q̃uis non genuisset filiũ si bi æqualẽ, sicut Aug. argumentat. Itẽ filius nõ gñat, non tm̃ ex hoc aliqđ impfectionis cõpetit ei: ergo, pr̃i, q̃uis diceret nõ genuisse. Dicendũ, q secus est in gñatione, & creatione, qm̃ gñationis rõ exigit, vt producat, æquale in substãtia, & natura. Rõ autem creationis nõ exigit hoc, sed magis cõtrariũ: utpotè, vt sit diuersũ à creatore in substãtia, & finitũ id, quod creat. Porrò inuidia locũ non hẽt, nisi vbi res exigit aliter fieri, q̃ fit. Insuper sicut in pr̃e pfectionis est gñare, ita in filio gñari, & in spũsctõ spirari, nec filius, nec spũssanctus, vult generare, nec congruit eis. & sicut posse gñare dicit perfectionẽ potẽtiæ in pr̃e, sic posse gñari dicit potentiæ pfectionẽ in filio, & posse spirari in spũsancto. Gñatio aũt in Deo nõ est motus, nec imperfectioni, adiuncta, sed intellectualis, inuariablis, & æterna ex infinita exhuberãtia, & plenitudine, fœcũditate, ac cõicabilitate bonitatis, procedẽs. ¶ Præterea si q̃raf, qđ sit generare in Deo, dicendũ, q hoc ptẽt rõnis humanę trãscendit, iuxta id Isaiæ: Gñationem eius qs enarrabit? imò hoc scire, & intueri, erit p̃miũ fidei. Dicẽdũ tm̃ ſm cõem gñationis, q generatio est pductio alicuius de substãtia gñantis, quod multipliciter fit. Aliqñ nãq; producit aliqđ de substãtia alterius, qđ non est ei simile in natura, & specie, & hæc est gñatio æquiuoca, ſm quã uermes producuntur de carne. Interdũ verò pducit simile in natura, & hæc est gñatio vniuoca. quod rursus, cõtingit pluribus modis. Q̃q;.n. pducit de parte substãtiæ, ut in gñatione corporaliũ rerũ. Aliqñ de tota substantia, & sic est gñatio in diuinis, q̃ est perfectissima emanatio, & est idẽ, quod verbũ ad intra pferre, atq; conseqtur ipsum intelligere simpliciter dictũ. Interdũ verò, dicere, sumit̃ pro manifestare. sicq: qualibet psona in diuinis, se & aliam dicit. Vnde filius ait ad pr̃em: Pr̃, manifestaui nomen tuũ hoibus. Loquens quoq; de spũsctõ: Ille, inqt, me clarificabit. Hæc Alexãder. ¶ Cõcordat Albertus, hic scribens: Iuxta Damascenũ lib. 1. 8. capitu Gñatio est ex substantia generantis pduci, quod gñat ſm substantiã. Aliã quoque diffinitionẽ gñationis diuinæ dat ibi: Gñatio, ingens, sine principio, & ęterna, est naturę opus existens, & ex substãtia eius pducens, ut uersionẽ, qui gñatur nõ sustineat, & ut nõ Deus primus, & Deus posterior sit, & adiectionẽ susc̃ipiat. Vtraq; diffinitio bona est, & prima diffinit gñationẽ uniuocã, & in gñali: secunda uerò gñationẽ diuinã, cui etiã prima diffinitio aliqualiter cõuenit. Sicq; hæc præpositio, ex, notat in ea non habitudinẽ causæ materialis, sed identitatẽ essentiæ. Quemadmodũ. n. in materialibus dicimus, cultellus est ex ferro, designantes nõ tm̃ materiã, sed ẽt q essentia ferri in cultello sit, qa materia manet in materiato: ita transſumimus

Generatio Dei nõ est motus.

Quid sit generare in Deo.

Multiplex est productio alicuius de substantia alterius.

Iohan. 17. Ioh. 16.

Albertus.

Generationis duplex diffinitio.

mus in diuina, abijciẽdo, quod est imperfectionis, & quod perfectionis est Deo attribuẽtes. Cũq; tria notent in tali locutione, videlicet, ꝙ ferrũ fuit subiectũ operationis, ac factionis, qua cui tellus fiebat, & itẽ ꝙ cultellus potentialiter fuit in ferro atq; ꝙ habeat essentiã ferri in se: duo illa prima sunt imperfectionis, nec Deo cõueniunt: tertiũ verò est perfectionis, & cõpetit Deo, utpotè habere eandẽ cum gnante essentiã. In ꝓacta quoq; diffinitione substãtia sumit pro natura, nec verbũ illud produci notat actionẽ, aut passionẽ intermediam inter generãtem, ac genitũ, sed notionem sub alio modo significandi: qm notio nominat proprietatem, secundum quod per ipsam persona cognoscit, sed actio noĩat causam siue principium ſm rationem acceptionis, vel dationis essentiæ. Hęc. n. est vera, Pater dat essentiã, & filio, & similiter ista, Filius accipit essentiam à patre, sicut in euãgelio ait: Pr̃ quod dedit mihi, maius oĩbus est, puta diuina essentia. Rationẽ verò huius dationis, & acceptionis, noĩat actus notionalis: filius. n. per generationẽ accipit essentiam à patre, non tamẽ essentia generatur, nec per se, neq; per accidens, neq; per consequens. Cõformiter subsṫãtia filij non generatur, nec subsṫãtia in filio generatur: sed tamen subsṫãtia filij per generationẽ accipitur. Etenim regula est, ꝙ quicquid habet, & est persona principiata, hẽt & est à persona principiãte. Hãcq; rõnem, seu modum habẽdi significat Damascenus, dicendo quod ſm subsṫantiam generatur. Porrò in secũda diffinitione sumit naturã propriè, prout secundũ rationem diſtinguitur à subsṫantia, i. prout natura vocatur principiũ producendi simile ex se: & hoc principiũ est pater secundũ virtutem naturę cõmunicabilis alij ſpposito, absq; sui diuisione. Hinc generatio rectè dr̃ opus naturæ potius, q̃ subsṫantiæ. Generatio quoq; digniſsimè conuenit Deo: qm̃ nihil in potentia conuenit ei. Cum ergo oĩs natura quantum est de se cõmunicabilis sit, ista aptitudo non est in Deo nisi actu. ideo sua natura cõmunicata est semper & ab æterno pluribus hypoſtasibus eiusdẽ naturæ. Veruntamẽ diuersis diuersimodè conuenit generare. Quædã, namq; generant per hoc, ꝙ inducunt ſpecies suas in materiã corporis extra se, ut corpora homogenea simplicia, sicut ignis. Cum. n. sint homogenea, nihil est in eis, quod non ſtet actu sub forma suæ ſpeciei. idcirco generare non possunt nisi in materia aliena. Quædã verò generant per decisionem partis à sua materia, quæ est in potentia ad formã ſpeciei totius, ut cõplexio nata, & mixta. Quædam aũt multrplicant suas formas per sui præsentiam in materia aliena, ut luminosa. In quibus omnibus vnum est cõmune videlicet cõicatio formæ siue essentiæ. Hæc Albertus.

Iohan. 10.

Regula.

Generatio diuersis diuersimodè conuenit.

Vdalric⁹.

Generatio diuinisomnes imperfectiones excludit.

¶Concordat Vdalricus libro suæ Summę 3 8. capitulo dicens: Descriptio generationis secũda à Damasceno inducta, omnes imperfectiones naturalis generationis excludit. Generatio. n. naturalis, cum sit motus, necessariò habet tempus ante se, & habet durationis suæ principiũ, sed generatio diuina, cũ non sit nisi communicatio subsṫãtiæ patris sine omni mutatione, & motu, necessariò est patri coæterna. Generatio quoq; naturalis necessariò ad genitum terminatur, ac definit. Generatio autem diuina, & semper ad genitũ est perfecta, & semper est, inquantum est, quid diuinum: qm̃ Deo conuenit tãtum esse, & non fuisse, neq; futurum esse. Generatio ergo transſumitur ex creaturis ad diuina, quantum ad id, quod perfectionis in ea est. Nam & in creaturis quanto generatio formalior, immaterialiorque extiterit, tanto minus habet de ratione mutationis, & plus de ratione operationis: sicut & intellectus noſter verbum suum gignit operãdo potius, quàm mutando: ideo dicit opus, quia secundũ philoſophum 4. Ethicorum. Operatio est perfecti, motus autem, atq; mutatio imperfecti. Hæc tamen operatio non est media inter generãtem, & genitum, sed relatio sub alia ratione significata, quæ operatio, ut est ab operante, est relatio paternitatis: & ut est in genito, est relatio filiationis. Dicitur quoque generatio opus naturæ, non sicut operantis, quia hoc est ſppositum: sed sicut eius, cuius virtute ſppositum operatur. Hæc Vdalricus.

Aristotel.

Thomas. Quomodo quæ creaturarum sunt, Deo possunt ac tribui.

¶Thomas quoq; in Scripto: Cum oĩs perfectio sit in Deo, & imperfectio nulla, quicquid inuenitur in creatura, potest dici de Deo, quantũ ad id, quod est perfectionis in ipsa, omni imperfectione remota. Porrò si nomen imponit ab eo, quod imperfectionis est, ut lapis, & leo, tunc dr̃ de Deo ſymbolicè, vel metaphoricè. Si aũt imponitur ab eo, quod perfectionis est, propriè prædicatur de Deo, quamuis secundũ modum eminentiorem. Dicitur verò nomen imponi ab eo, quod est quasi differentia cõſtitutiua, & non ex ratione generis. ideo quandoq; aliquid secundum suum genus, imperfectionẽ importat, atq; secundum differentiam perfectionem, illud inuenitur in Deo quantum ad rationem differentiæ, & non quo ad generis rationẽ, sicut scientia non est in Deo quantum ad rationem qualitatis, aut habitus: quia sic habet rationem accidentis, sed solum secundum id, quod complet rationem sciẽtiæ, scilicet cognoscitiuum certitudinaliter aliquorum. Similiter si sumamus genus generationis, prout inuenitur in inferioribus, imperfectionis est, quia mutationem importat. Si autem consideretur secundum differentiam suam, sic desĩgnat quandam perfectionem. paſsiuè, quippe accepta, dicit acceptionem essentiæ imperfecta similitudine, cuius communicationem significat, si actiuè sumatur, quorum neutrum imperfectionem importat. Hæc Thomas in Scripto.

Vnde nomen imponatur.

art. 1.

¶Porrò in prima parte quæstione 27. Processionem, inquit, quam ſcriptura docet esse in Deo, aliqui acceperũt, secundum quod effectus procedit à causa, ut impius Arrius, dicens filiũ procedere à patre tanquam primam creaturam ipsius, & ſpiritum ſanctum ab utroq; sicut creaturam amborum. Alij processionem hãc acceperunt secundũ quod causa dicitur procedere in effectum mouendo ipsum, aut ei suam similitudinem imprimendo. Sicq; accepit reprobus Sabellius, dicens patrem esse filium, inquantum aſsumpsit naturam humanam, atq; eundem esse ſpiritumſanctum secundum quod creaturam rationalem ſanctificat, & ad vitam gratiæ mouet. Sed ambæ ſpositiones istæ hæreticæ ſunt, nec accipiunt processionem, nisi ut est ad extra, non ut est in Deo ad intra. De hoc Thomas pleniùs ſcribit ibidem: & in Summa contra gentiles lib 4. ut patuit ſuprà quæstione 2. secundæ diſtinctionis.

Arrij error.

Sabellius error.

Bonauen. Quare in Deo sit generatio.

¶Hinc ſcribit Bonauentura: Generatio ponẽda est in diuino esse. & huius potiſsima ratio est, ut credo: qm̃ eius natura communicabilis est, & quia in Deo propter sui nobilitatem est aptitudo actui cõiũcta, imò aptitudo illa est ipse actus. Sed plures ſpsonę esse non queunt in una natura, quin vna sit ab alia, vel ambę à tertia. Cũq; nihil sit ante diuinas ſpsonas, oportet quòd vna sit ab alia: & qm̃ sunt conformes in natura, & generatio est emanatio ſm cõformitatem naturæ, ideò credo ꝙ necesse sit in diuinis

uinis ponere generationẽ. Deinde de hac re diffusè ſcribit hic doctor, sed ſententia in verbis Alberti præhabita est. Similiter ea, quæ Petrus, & Richardus circa hæc ſcribunt.

Aegidius.

Henricus.

¶Porrò Aegidius circa diſtinctionem hanc, quæ ſtiones multas inducit, quæ infra potius habent locum. Deniq; qualiter ſm Henricum, & alios multos ſint in diuinis tantum duæ emanationes ad intra, videlicet generatio, atque ſpiratio, dictum est in quæſtionibus ſecundæ diſtinctionis.

Guil. Par.

¶Gulielmus vero Parrhiſienſis libro ſuo de Trinitate 14. capitulo: Dicimus, ait, in prima fontali essentia esse tres res, primam, & diuinam essentiam communicantes, id est, communiter habẽtes: quarum prima habet eam fontaliter, ac primitiuè, secunda per generationem, ab illa, tertia per proceſsionem talem, qualem decet esse primi doni à primo datore. Huius primi fontis prima emanatio necessariò est secundum copioſitatem ipsius, non ſecundum capacitatem recipientis. Prius est namq; vnicuique, quod conuenit ei ſecundum se, q̃ quod ſecundum aliud. Inſuperprius est, quod non indiget nisi vno, quàm quod indigẽs est duobus. Prior est ergo emanatio, quæ nõ indiget nisi fonte, quàm quæ indiget fonte, ac alio. imò nisi esset emanatio à primò fonte, nõ indigens nisi fonte, non esset primus fons ſecundum ſeipſum in primam emanationem. Manifeſtum est autem, ꝙ sicut est posse per se & posse per aliud, ita est agere per se, & agere per aliud. Prima igitur actio est ex primo agente per se ſolum, alioquin non erit primum. Quod enim paucioribus eget, necessariò est prius, atque perfectius. ¶Amplius, omne dans ſecũdum se, necessariò dat, quod habet, & quod sic ſuſcipit esse ab illo, ſuſcipit esse, quod habet fons primus, & tale esse, quod habet ille. ideo ſuſcipit esse, necesse per se ſeipſum. Hic primus fons non copioſè emanaret, ſi in deorſum fluoret tantum, ſed necessario emanat in lacus duos neque in plures, illos ſibi adæquans plenitudine ſua, ſicq; per se generatiuus est. ¶At verò generatiuum omne, quod per se ſolum generatiuum, est & fœcundum, necessariò habet apud se id, cuius est generatiuum, & est quaſi prẽgnans, ac grauidum de eodem. Cumque prima potentia ſeorſum ſit, & aliena ab omni indigentia, utpotè in se copioſa, atque pleniſsima, impoſsibile est, eam infœcundam, aut ſterilem esse. Omnium autem proceſsionum copioſior, largior, perfectiorq; conſiſtit generatiua proceſsio: quoniã ipsa perfectè omnino adæquat ſibi, & aſsimilat generatum. Generatio ergo prima est, ac perfectiſsima omnium cauſationum, ſeu productionum, & genitum perfectius producitur à genitore, quàm aliud cauſatum à ſuo cauſatore, quod oſtẽdit adęquatio, & aſsimilatio ſua ad genitorem. Creatio autem, aut factio siue effectio, non aſsimilat cauſatum ſuo cauſatori aſsimilatione ultima, & completa. Cumq; fœcunditas sit excellentiſsima copioſitas, necesse est primam potentiam fœcundiſsimam esse, & generatiuam per se, prægnantiſsimam quoque, ac grauidiſsimam, ſi dicere fas est. Hinc partus eius, ſeu proles tanto est ſuper omnes creaturas, quanto plus est generare, q̃ creare, & de se quàm de nihilo ad esse deducere. Non enim in gremio, ſeu in ſinu, aut utero generatiuæ accepit, niſi quod in eo inuenit. Quare primum partum, primamque prolem oportet primo generatori per omnia ſimilem esse. Hæc Guliel-mus.

Durand⁹.

¶Durandus demum circa hæc ſcribit pene eadẽ quæ Aegidius. ideo infra opportuniori loco tangentur.

QVAESTIO II.

QVæritur demum circa diſtinctionem hanc dẽ veritate propoſitionum quarundam, videlicet, *An iſtæ ſint verę, Deus genuit Deum, Deus genuit ſe Deum, uel alterum Deum, tres perſonæ ſunt vnus Deus, vnus Deus eſt tres perſonæ, Deus eſt trinitas.* Quo circa poſſent plura fieri argumenta, quæ partim tanguntur in litera, quorum ſolutio ex declaratione ſignificationis nominum horum dependet. Poſſet namq; ſic argui: Si Deus genuit Deum, ergo est Deus gignens, & Deus genitus, ſed non est niſi unus, & idem Deus, ergo unus, & idẽ Deus, est gignens, & genitus. ¶Præterea Deus est res ſubſiſtens, & ſingularis, ergo ſi Deus genuit Deum, Deus gignens, & Deus genitus ſunt vna res ſingularis ſubſiſtens, ſicq; idem generauit ſeipſum, quod nullus admittit.

Arguitur contra veritatem. 1

2

¶Pro horum, atque ſimilium ſolutione argumẽtorum, penſandum, quod Thomas hic ſcribit: Iſta est ſimplicitas vera, Deus genuit Deum, ſed circa eius veritatem, & ſignificationem huius nominis Deus, est duplex opinio. Quidam etenim dicunt, ꝙ nomen hoc Deus, ſignificat, & ſupponit eſſentiam quantum est de ſe, ſed propter indifferentiam eſſentiæ ad perſonam in diuinis, ex adiuncto notionali trahitur ad ſupponendum pro perſona. Alij dicunt ꝙ hoc nomen Deus ſignificat eſſentiam, & ſupponit quãtum est de ſe perſonam, tamen indiſtinctè. unde potest ſupponere vnam, vel plures perſonas: unam, cum dicitur, Deus generat. plures, cum dicitur, Deus est trinitas. Et hęc opinio verior eſſe videtur. Quamuis enim (ut fertur in lib. de Cauſis) omne nomen deficiat à ſignificatione eſſe diuini, propter hoc, ꝙ nullum nomen ſignificat ſimul aliquid perfectum, & ſimplex, quia abſtracta non ſignificant ens per se ſubſiſtens, & concreta ſignificant compoſitum: nihilominus abijciẽdo, quod imperfectionis est, utimur vtriſq; nominibus in diuinis, puta abſtractis propter diuinorum ſimplicitatem, concretis propter eorum perfectionem. Vnde hoc nomen Deus ſignificat per modum perfecti, & per se ſubſiſtentis, quemadmodum nomen hoc homo. hinc ſicut homo in se, non tantum importat eſſentiam, ſed etiam ſuppoſitum, attamen indiſtinctè, (aliàs non prædicaretur de individuis) ita hoc nomẽ Deus. Ideo de se habet, ꝙ posſit ſupponere pro perſona, ne ex modo ſignificãdi nominis habet, ꝙ ſupponat pro eſſentia: ſed tantum ex ratione diuinæ ſimplicitatis, in qua idem est re eſſentia, atque ſuppoſitum. Hæc Thomas.

Thomas.

De ſuppoſitione nominis Deus.

¶Concordat Petrus: Nomina, inquiens, abſtracta ſignificant ut in altero exiſtens: cõcreta, ut ens completum per se ſubſiſtens. Abſtracta imponuntur à forma, ideo nunquam ſupponũt niſi pro forma. Concreta verò imponuntur à forma, & à ſuppoſito formæ. Hinc poſſunt ſupponere pro utroque, ſed naturaliter pro ſuppoſito, accidentaliter, & ex adiuncto pro forma. Et hoc uerum est, ubi forma, & ſuppoſitum differunt, ſicut in rebus compoſitis. Verum ubi non differunt, concretum naturaliter ſupponit pro utroque. Cum ergo diuina eſſentia ſit ens completum per se ſubſiſtens, etiam abſtractis per intellectum perſonis: idcirco hoc nomen Deus inſtitutum est principaliter ad ſignificandum eam ut per se ſubſiſtentem. Hinc primo, principaliterq;

Petrus. Diuerſa ẽ ſignificatio abſtracti, & concreti.

Nullũ nomen perfectè eſſe diuinum ſignificat.

literǫne supponit pro essentia ex instituentis intentione. Quia verò tam res, quàm modus significandi in Deo, idem est cum persona, potest supponere pro persona. Sed quia diuina essentia, una eademque consistit in vna persona, & pluribus, hinc potest hoc nomen supponere pro vna persona, & pluribus. Porrò determinatio suppositionis istius fit ex adiuncto, secundum quod illud est notionale, vel essentiale. Hæc Petrus.

Richard⁹. ¶Richardus quoque: Hæc, inquit, simpliciter vera est, Deus genuit Deum. Dum enim terminus significat essentiam aliquam modo concreto, potest stare in oratione, uel pro natura in concretione ad suppositum, vel pro supposito naturæ illius, & pro quocunque istorum verificetur propositio, iudicanda est simpliciter vera. Hinc homine vno currente, hæc est simpliciter vera. Homo currit ratione suppositi. Similiter ista, Homo est species, ratione naturæ in concretione ad suppositum. Cum ergo hoc nomen Deus, significet diuinam essentiam per modum concreti, uera est propositio ista, Deus genuit Deum, ratione suppositi: quoniam pater, qui est suppositum diuinæ essentiæ, genuit filium, qui est suppositum diuinæ essentiæ. ideò simpliciter vera censenda est.

Albertus. ¶Circa hæc scribit Albertus: Quidam sunt actus uni soli conuenientes in suppositis alicuius naturæ, & dum terminus communis in illa natura supponit verbis significantibus huiusmodi actum, intelligitur quod gratia suppositi, cui conuenit ille actus, supponit: ut cum dicitur, Deus tonat, apud gentiles intelligitur Iupiter. & talis actus est generare, qui soli conuenit patri. Hinc Deus appellat seu nominat patrem, cum dicitur, Deus genuit Deum: nec ab ipso restringitur verbo, sed potius appellat suppositum, cui soli conuenit ille actus. Hæc Albertus.

Nota de verbis exẽptæ actionis.

Magister. An Deus genuit se Deum, vel alium Deum. ¶Præterea secundum Magistrum in litera, quamuis Deus genuit Deum: non tamen sequitur, ergo genuit se Deum, vel alium Deum. Quocirca scribit Albertus: Istud à magistris tripliciter soluitur. Quidam dicunt quòd ly, alium, ex parte prædicati potest esse substantiuum: & sic est uera: quoniam genuit alium, qui est Deus, vel alium existentem Deum. Vel adiectiuum, & sic est falsa. Sic namque ly, alium, ponit diuersitatem respectu formæ huius nominis Deum; quoniam adiectiua formam, quam significant, ponunt circa substantiua sua. Alij dicunt, quòd cum dicitur, Dens genuit se Deum, vel alium Deum, potest facere constructionem appositiuam, vel adiectiuam. Si appositiuam, vera est: si adiectiuam, falsa. Tertia opinio est Magistri, quam imitamur, dicentes quod non sequitur, Deus genuit Deum, ergo genuit se Deum, uel alium Deum: quia cum hoc pronomen se, sit relatiuum reciprocum, supponit, & refert suppositum verbi, quod est persona patris, quæ extat ingenita. Sed pronomen hoc, alius, est relatiuum diuersitatis, & terminum sibi adiunctum, respicit gratia formæ. ficq; dum adiungitur huic termino Deus, notat diuersitatem formæ, utpotè deitatis: quæ cum non sit diuersa, aut alia in patre, & filio, pater non genuit alium Deum. ¶Et si obijciatur, quia idem, & diuersum diuidunt ens, ergo genuit eundem Deum, vel alium: respondetur, quòd idem & diuersum diuidunt ens creatum, non increatum, quod secundum suppositum est distinctum, secundum essentiam indistinctum. Hæc Albertus.

Soluitur obiectio.

Vdalric⁹. ¶Concordat Vdalricus in Summa sua, 4. libro quo ait: Ex quo Deus genuit Deum, quærunt aliqui an genuit se Deum an alium Deum. Et respondendum, quòd neutrum concedendum: quoniam licèt idem, & diuersum (secundum philosophum) immediatè diuidant ens creatum, vbi ad vnitatem naturæ sequitur vnitas suppositi, & ad distinctionem suppositorum distinctio naturæ: tamen vbi distinctio suppositorum est sine diuisione essentiæ, est medium inter hæc, quoniam vnum suppositorum, nec est idem alteri, nec diuersum: quia secundum Priscianum idem habet articulariter intelligibilia sua, quæ secundum notitiam suppositorum demõstrat, ideo significat vnitatẽ in supposito, nec unum suppositum diuinum est diuersum ab altero. quia diuersitas est per aliquam formam, seu differentiam absolutam: quia differentia est, qua differunt à se singula. personę autem, nec vnum suppositum sunt, nec differunt per aliquod absolutum.

Aristotel. Priscianus

¶Veruntamen illius propositionis, Deus genuit se Deum, est duplex sensus, eo quòd relatiuum potest facere relationem simplicem, vel personalem. Primo modo est vera: quoniam simplex relatio tantum refert naturam communem, & non suppositum. ut dum de herba coram me præsentata, dico: hæc verba crescit in horto meo. Sic quippe est sensus, genuit se Deum, id est, Deum eiusdem naturæ secum, sicque sancti frequenter utuntur ista locutione, vt Augustinus contra Maximinum: Pater genuit se alterum. Quintodecimo quoque de trinitate, Pater seipsum, dicens, genuit filium. Et Origenes: Pater, inquit, mittens, filium, misit seipsum alterum. Si secundo modo, est falsa, quia sic refert personam patris. Similiter secunda, videlicet, genuit alium Deum, non est simpliciter falsa, vt aliqui dicunt, cum scriptum sit: Pater alium paracletum dabit uobis. Et cum paraclerus sit nomen essentiale, in idem redit locutio hæc cum præmissa. Ideo utraque est simpliciter distinguenda, quia ly, alium, intelligi potest cum implicatione sui substantiui. Propter quod aliqui uocant ipsum substantiuum. non tamen est substantiuatum, quoniam adiectiuum, non substantiuatur nisi in neutro genere. Et sic est vtraque vera. estque in vtraque duplex appositiua constructio, ut sit sensus, alium Deum, id est, eum qui est alius, & qui est Deus, & alium paracletum, id est, eum, qui est alius à me filio, & est paracletus. Vel est adiectiuum determinans Deum, & vtraque falsa est, sicut iam patuit. Hæc Vdalricus.

Augustin. Origines. Iohan. 14.

Thomas. ¶Concordat Thomas, nisi q̃ ait: Quidam distinguunt, istã, genuit alium Deum, quia ly, alium, potest teneri substãtiuè, vel adiectiuè. Sed quia non in uenitur, q̃ adiectiuũ in masculino genere substantiuetur, præsertim dũ sibi adiungitur substantiuum, ideo distinctio illa non vr multum valere, nisi fortè subintelligatur hoc participium ens, vt dicatur alium entem Deum. sed hoc est nimis extortũ. Ideo cum Magistro dicendum, q̃ vtraq; falsa est. Hæc Thomas. Qui insuper scribit hic, Quæritur de alijs duabus propositionibus in litera positis, scilicet, Deus genuit Deum, qui est Deus pater, vel Deum, qui non est Deus pater. Et respondendum, q̃ Magister distinguit utranq;. Si namq; cum dicitur, Deus genuit Deum, qui est Deus pater, ly, pater construatur appositiuè ad ly, Deus, locutio falsa est: quia ly, Deus restringetur ad standum pro persona patris, sicque negatiua est vera. Si autem intelligantur nõ per appositionem, sed duo termini isti, Deus, & pater, intelligentur mediatè coniungi, ut sit sensus.

Adiectiuũ substantiuatur tantũ in neu. genere.

Genuit

Præpositiuus. Genuit Deum, qui est Deus, & Deus est pater, tunc affirmatiua est vera, negatiuaque falsa. ¶Præpositiuus tamen dixit, quòd utraque est falsa, nec sunt contradictoriæ, propter diuersam suppositionem huius relatiui, qui. In affirmatiuis enim tantum refert suppositum antecedentis: & cum antecedens supponat pro persona filij, referret filium, de quo non est verum, quòd sit Deus pater. In negatiuis verò, hoc relatiuum nõ tantum refert suppositum, sed item essentiam. sicq; oporteret, quòd prædicatum hoc, Deus pater, remoueretur nõ solum à supposito filij, sed etiam ab eius essentia, & ita est falsa. ¶Verum, quia distinctione hac facta, adhuc locum habet Magistri distinctio, præsertim in affirmatiua: & rursus: quoniam necessarium non videtur, quòd in negatiuis relatiuũ aliter referat, quàm in affirmatiuis, nisi forsitan propter negationem, cuius est considerare terminum, & facere eum teneri simpliciter: quod tamen non habet respectu præcedentis, sed tãtum respectu sequentis, ideo efficacior esse videtur Magistri responsio.

¶Iterum, quando duo termini construuntur per appositionem, terminus appositus efficitur, quasi forma ei, cui apponitur. vnde si intelligatur appositiuè, genuit Deum, qui non est Deus pater, negatio remouebit à filio non formam deitatis, sed paternitatis. Hæc Thomas.

Petrus. ¶Porrò Petrus hinc scribit: Hæc propositio, Deus genuit Deum, qui non est Deus pater: quoniam relatiuum hoc, qui, potest facere relationem personalem, id est, ad suppositum: vel simplicem, puta ad signatum, primo modo est vera, secundo falsa. Et simile, si dicam: Video hominem, qui est dignissima creaturarum. Si enim fiat relatio simpliciter ad signatum, uera est. si autem personalis ad suppositum, falsa est. Hæc demum propositio, Deus genuit Deum, qui est Deus pater, in sensu, quo fit suppositio personals, est distinguenda: quia dum duo nomina construuntur appositiuè, & immediatè, subintelligitur. Qui est. Vnde est sensus: Genuit Deum, qui est Deus, qui est pater, & tunc hæc dictio. Qui, aut tenetur implicatiuè, estq; constructio appositiua, & quasi una dictio, Deus pater, & ita est falsa: aut tenetur relatiuè, & sic est vera. Hæc Petrus.

Albertus. ¶Denique de his scribit Albertus multum diffusè, & quantum ad propositum sufficit, sensus eius in præinductis verbis Thomę, & Vdalrici competenter expressus est: imò vtriusque dicta ex Alberto videntur sumpta, cuius fuerint discipuli.

¶Postremò, sicut in textu ait Magister: Quidam dixerunt nomina significantia essentiam in diuinis, deberi poni in prædicato tantum, & nomina personalia subijci illis, non econuerso, dicentes patrem, & filium, & spiritumsanctum, seu tres personas esse vnum Deum, vnam substantiam, non autem vnum Deum, aut vnam essentiam esse tres personas. Et isti fuerunt Porretani, id est, Gilbertus Porretanus episcopus, & eius sequaces, vt refert Albertus, quos Magister in textu ex verbis sanctorum, reprobat euidenter. Vnde prælegati doctores concorditer dicunt, quòd istæ sunt veræ, Vnus Deus est tres personæ, in qua propositione, Deus, stat pro essentia, non pro determinata persona, Deus, est Trinitas, vnus Deus est Trinitas. Cum enim istæ terminus, vnus, sit adiectiuum, ponit vnitatem significatam circa substantiam Dei: & ly, Deus designat vnitatem substantiæ, quæ est vna in tribus personis. Hinc, & ista est vera, diuina essentia est tres personæ: similiter ista, hæc essentia est tres personæ, & hoc propter omnimodam identitatem in re. Non tamen ista est vera, Deus genuit deitatem, quamuis realiter idem sint Deus, & deitas: quoniam deitas in abstracto designat essentiam per modum, quo ei repugnat generari, atque spirari, quæ non conueniunt nisi suppositis. Nihilominus, vt Thomas fatetur, quantum ad modum significandi, plus habet de proprietate propositio in qua prædicatur essentia de persona, quàm in qua prædicatur persona de essentia, cum prædicatum se habeat loco formę. Veruntamen, quòd prædicatum se habet loco formæ, secundum Petrum, propriè verum est in prædicatione per inhærentiam, non in prædicatione per identitatem.

Error por retanorũ.

Bonauen. Nota 4. regulas. ¶Circa præhabitarum propositionum veritatem ait Bonauentura: Ad horum intelligentiam, notandæ sunt quatuor regulæ. Prima, quòd nomen abstractum imponitur formæ, & à forma: sicut albedo imponitur ipsi albedini, & à forma albedinis. Nomen verò concretum imponitur à forma, sed non ipsi formæ, sed supposito, sicut album ab albedine imponitur enti albo. Secunda regula: Terminus habens multitudinem suppositorum sine distributione acceptus, stat pro illo, pro quo reddit locutionem veram: vt cum dicitur, homo currit, vera est locutio, si aliquis homo currat. Tertia, Termino designanti formam non multiplicabilem, non differt præponere, & postponere negationem. Vnde non differt dicere, Petrus non currit, & non Petrus currit. Quarta, Relatiuum refert antecedens sub eodem modo supponendi, sub quo antecedens præcesit hoc relatiuũ nisi simplicem faciat relationem. Ex prima regula constat, quòd ista sit vera, Deus genuit Deum. Cum enim terminus iste Deus, sit concretus, quamuis imponatur à forma essentiali, scilicet deitate: imponitur tamen personę. Ex secunda regula patet, quòd in hac propositione, Deus genuit Deum: Deus in subiecto stat pro patre, in prædicato pro filio. Quamuis enim suppositio termini non arctetur, tamen stat pro illo, pro quo locutio vera est. Et tertia regula claret, quòd quamuis hæc sit vera pro patre, Deus generat: non tamen hæc est vera pro filio, Deus non generat. Cum enim Dens dicat formam multiplicabilem, non differt ei negationem præponere, siue postponere. Hinc sicut negatio prępposita ei, omnino remouet à subiecto prædicatum, puta à qualibet diuina persona, ita & negatio ei postposita. Ex quarta elicitur, quòd non sequitur, Deus genuit Deum, ergo se Deum, vel alium Deum. Hæc Bonauentura.

1
2
3
4

Albertus. ¶Cuius secundæ regulæ consonat, quòd ait Albertus: Res in subiecto, vel prædicato, non restringit terminum in alia parte positum, sed permittit eum libere stare, pro quo veram reddit locutionem. Tertiæ quoque regulæ consonat, quod ait Præpositiuus: Quamuis iste terminus Deus, designat essentiam, quæ communicatur: tamen permanet indiuisa: idcirco hic terminus Deus, retinet naturam termini singularis, siue discreti. In termino autem tali æquipollet negatio præposita, atque postposita, quia cum habeat unicam formam indiuisibilem, non potest negari, quin negetur tota. Ideò pro distinctis personis diuinis non potest aliquid idem affirmari, & negari. Determinatio antem suppositionis fit ex adiuncto alicuius, uidelicet essentialis, aut notionalis.

Præpositiuus.

Bonauen. ¶Insuper ait Bonauentura: Ad intelligendum an sit

an ista sit vera, Deus genuit alium Deum, notanda est regula illa communis: locum non habet distinctio, ubi non ex diuersis causis est unio. verbi gratia, pater, & filius, & spiritussanctus uniuntur in hoc nomine Deus ratione deitatis vnius. Petrus verò, & Paulus vniuntur in homine, ratione diuersarum humanitatum. Et iuxta hanc regulam, ab oppositis alia regula est sumenda: videlicet, Non habet locum omnimoda vnio vbi est simul cum vnione distinctio. quemadmodum pater, & filius, & spiritussanctus uniuntur in vna essentia, sed distinguuntur relatione. ¶Quocirca, pensandum, quòd in diuinis quædam vocabula important solum distinctionem, quædam verò omnimodam vnionem, & quædam se habent medio modo. Quoniam ergo Deus generans, & Deus genitus, quamuis personaliter distinguantur: tamen in eadem deitate vniuntur: idcirco non competunt eis nomina importantia distinctionem simpliciter. Hinc ista non admittuntur, Deus distinguitur à Deo, Deus genuit alium Deum. Eadem ratione non competunt eis vocabula, omnimodam vnionem importantia in supposito, & in forma. Ideo ista negatur, Deus genuit se. Sed ea, quæ medio modo se habent, conueniunt eis, sicut verbum hoc, scilicet generat: quoniam dicit distinctionem in persona cum vnitate essentiæ. Similiter ista conceditur, pater generat alterum se, id est, filium, qui distinguitur à patre in persona, & est idem cum patre in natura. Hæc Bonauentura.

In diuinis triplex est vocabulorum distinctio.

¶Circa distinctionem hanc Scotus quærit, an ista sit vera, Deus est pater, & filius, & spiritussanctus. Et probat q̃ non, quoniam cõtradictoria eius est vera, videlicet, Nullus Deus est pater, & filius & spiritussanctus: quoniã quælibet singularis est, vna persona non tres. Quocirca refert: Secundum anti quos, prædicatio in diuinis distinguitur in veram formaliter, & in veram per identitatem: hoc est, q̃ illa sit formaliter vera, quando prædicatum conuenit subiecto formaliter. per identitatem verò, quando propter simplicitatem diuinam est idem subiecto, quamuis non formaliter. Sicq; ista, Pater, & filius, & spiritussanctus sunt Deus, est vera formaliter: Hæc autem, pater, & filius, & spiritussanctus sunt deitas, est vera per identitatem, quamuis non formaliter. Ergo & ista, Deus est pater, & filius, & spiritussanctus, est vera formaliter: quoniam id, quod natum est prædicari, prædicatur in ea. ¶Ad argumentum autem dicendum, quòd illa non est contradictoria eius, si præcisæ fiat distributio pro personis: quoniam sic non negatur, quod primò affirmatur in affirmatiua. Si autem illa neget prædicatum à primo significato Dei, falsa est illa. Et hoc est, quod communiter dicunt, quòd talis vniuersalis negatiua, non contradicit termino habenti suppositionem simplicem, licèt contradicat habenti suppositionem personalem. Hinc contradictoria prætactæ propositionis est ista, Deus non est pater, & filius, & spiritussanctus, quæ falsa est. Hæc Scotus.

Scotus.

Duplex prædicatio in diuinis.

Solutio argumentorum.

Hic quæritur, an pater genuit diuinam essentiam, vel ipsa filium: an essentia genuit essentiam, vel ipsa nec genuit, nec genita est. Distinctio V.

A

De cõparatione generationis ad terminum essentialẽ abstractum, qui est essentia Responsio Rõ. 1. quare ita sit.

POst hæc quæritur, vtrum concedendum sit, quòd pater genuit diuinam essentiam, vel quòd diuina essentia genuit filium, vel essentia genuit essentiam: an omnino non genuit, nec genita est diuina essentia. Ad quod catholicis tractatoribus consentientes dicimus, q̃ nec pater genuit diuinam essentiam, nec diuina essentia genuit filium, nec diuina essentia genuit diuinam essentiam. Hic autem nomine essentiæ intelligimus diuinam naturam, quæ cõmunis est tribus personis, & tota in singulis. Ideo non est dicendum, q̃ pater genuit diuinam essentiam: quia si pater diceretur genuisse diuinam essentiam, diuina essentia relatiuè diceretur ad patrem, vel pro relatiuo poneretur. Si autem relatiuè diceretur, vel relatiuo poneretur, non indicaret essentiam. Vt enim ait Augustinus in quinto libro de Trinitate. Quod relatiuè dicitur, non indicat substantiam.

Augustin. cap. 8.

B

Secunda ratio.

Item, cum Deus pater sit diuina essentia, si eius esset genitor, esset, vtique genitor, eius rei, quæ ipse est: & ita eadem res seipsam genuisset, quod Augustinus negat, vt supra ostendimus.

C

Tertia ratio, & potior.

Item si pater est genitor essentiæ diuinæ, cum ipse essentia diuina, & sit, & Deus sit: eo ergo quòd generat, & est, & Deus est. Ita ergo non illud, quod generatur, est à patre Deus: sed pater eo, quòd generat, & est, & Deus est. Et si ita non est, non genito gignens, sed gignenti genitum causa est, vt & sit, & Deus sit. Simili ratione probat Augustinus in libro septimo de Trinitate, q̃ pater non est sapiens sapientia, quam genuit: quia si ea sapiens est, ea est. Hoc enim est illi esse, quod sapere, quod si hoc est illi esse, quod sapere, non per illam sapientiam, quam genuit pater, sapiens est. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus, hoc illi est esse, quod sapere, nisi eo est, quo sapiens est? Ergo quæ causa illi est, ut sapiens sit, etiam ipsa illi causa est, ut sit. Si ergo sapientia, quam genuit, illi causa est, ut sapiens sit, & causa illi est, ut sit. Sed causam patri, qua sit à patre, genitam nullo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insaniùs? Ita ergo, si pater genuit essentiam, qua est: essentia quam genuit, causa est illi, ut sit. Non ergo ipsam qua

Augustin. capi. 1.

est

est, essentiam genuit. Nam in illa simplicitate (inquit Augustinus) quia non est aliud sapere, quàm esse, eadem est ibi sapientia, quæ essentia. Ideoque, quod de sapientia, hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam, qua sapiens est, ita nec essentiam, qua est. Vt enim sapientia sapiens est, & potentia potens, ita & essentia ipse est. Eademq; sapientia est, & potentia, quæ essentia. Patet itaque ex prædictis, quia pater essentiam diuinam non genuit.

Aug. c. 1.

D

Adducuntur rationes in contrarium.

Huic autem uidetur in contrarium, quod Augustinus ait in libro de fide, & symbolo: Deus cum uerbum genuit, id quod ipse est, genuit nec de nihilo, nec de aliqua iam facta, conditaque materia, sed de seipso, id quod ipse est. Item Deus pater, qui uerissimè se indicare animis cognituris, & voluit, & potuit, hoc ad seipsum indicandum genuit, quod est ipse, qui genuit. Ecce apertè dicit his uerbis Deum patrem genuisse illud, quod ipse est. Illud autem, quod ipse est, non est nisi diuina essentia: videtur ergo diuinam essentiam genuisse. Ad quod respondemus, illa uerba sic intelligenda esse dicentes, Pater de seipso genuit illud, quod ipse est, id est, filium, qui est illud, quod pater est. Nam quod pater est, & filius hoc est: sed non qui pater est, & filius hic est.

Augustin. paulopost principiũ.

Responsio

E

Alias partes quæstionis exequitur.

Ita etiam non est dicendum, quod diuina essentia genuit filium: quia cum filius sit diuina essentia, iam esset filius res, a qua generatur, & ita eadem res seipsam generaret. Ita etiam dicimus, quòd essentia diuina non genuit essentiam. Cum enim una, & summa quædam res sit diuina essentia, si diuina essentia essentiam genuit, eadem res seipsam genuit: quod omnino esse non potest. sed pater solus genuit filium, & a patre, & filio procedit spiritussanctus.

F

Quæ videantur prædictis esse contraria.

Prædictis autem videtur contrarium esse, quod dicit Augustinus in libro septimo de Trinitate. Hoc, inquit, est Deo esse, quod sapere. Vnde pater, & filius simul sunt vna sapientia, quia vna essentia: & singulatim sapientia de sapientia, sicut essentiâ de essentia. Ecce his uerbis apertè dicit Augustinus sapientiam de sapientia, & essentiam de essentia: ubi uidetur significare, quod sapientia sapientiam, & essentia genuerit essentiam. Idem in libro de fide ad Petrum, ait: Sic Christum Dei filium, id est, vnam ex Trinitate personam, Deum verum crede, ut diuinitatem eius de natura patris *natum esse non dubites. Hic videtur dicere, quod natura filij sit nata de natura patris. Idem in libro decimoquinto de Trinitate ait: Dicitur filius consilium de consilio; & uoluntas de uoluntate: sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Et hic uidetur dicere, quod substantia sit geuita de substantia, & sapientia de sapientia. Sed hoc ita determinamus: sapientia de sapientia, & substantia est: id est, filius, qui est sapientia, qui est substantia, est de patre, qui est eadem substantia, & sapientia: & filius, qui est diuinitas, natus est de patre, qui est natura diuina. Et ut expressiùs dicamus, dicimus filium sapientiam esse de patre sapientia: & dicimus filium substantiam esse, genitum de patre & a patre substantia. Quod autem ita intelligi debeat, Augustinus ostendit in libro septimo de Trinitate, dicens: Pater ipse sapientia est, & dicitur filius sapientia patris, quomodo dicitur lumen patris: id est, sicut lumen de lumine, & vterque unum lumen: sic intelligatur sapientia de sapientia, & uterque una sapientia, & una essentia. Item ideo CHRISTVS dicitur uirtus, & sapientia Dei, quia de patre uirtute, & sapientia etiam ipse uirtus, & sapientia est: sicut ipse lumen de patre lumine est, & ipse fons uitæ est apud Deum patrem fontem uitæ. Filius ergo sapientia de patre sapientia est, sicut filius lumen de patre lumine, & Deus filius de Deo patre: ut & singulis sit lumen, & singulus sit Deus, & singulus sit sapientia: & simul unum lumen, unus Deus, una sapientia. Ecce manifestè his uerbis aperit Augustinus, ex quo sensu accipienda sint prædicta uerba, & his similia, scilicet cum dicitur, substatia de substantia, uel substantia genuit substantiam.

Aug. c. 1.

cap. 5.

*natum.

Aug. c. 20

Determinatio eorũ quæ uidentur contraria.

Aug. c. 1.

Idẽ li. 1. c 3

1. Cor. 1.

K Quòd

G

Quòd videtur prædictæ expositioni contrarium.

Hilarius. Huic verò etiam id, contrarium uidetur, quod Hilarius in quarto libro de Trinitate ait: Nihil, inquit, nisi natum habet filius: & geniti honoris admiratio, in honore generantis est. Cum ergo filius essentiam habeat (totam enim in eo est diuina essentia) videtur, quòd ipsa diuina essentia nata sit. Item in quinto libro ait:

Hilarius. Natiuitas Dei non potest eam ex qua * prouecta est, non tenere naturam: nec enim aliud, quàm Deus subsistit, quod non aliunde, quàm de Deo subsistit. Ecce hic dicit natiuitatem Dei * prouectam ex natura: & ita uidetur ex his uerbis, atque prædictis natura Dei, & genita, & genuisse. Quod apertiùs dicit in libro nono de

Hilarius. Trinitate. Nos, inquit, vnigenitum Deum in forma serui manentem, in natura Dei mansisse profitemur: nec unitatem formæ seruilis in naturam diuinæ unitatis refundimus, nec rursum corporali insinuatione patrem in filio prædicamus. Sed ex eo eiusdem generis genitam naturam naturaliter in se gignentem habuisse naturam, quæ in forma naturæ se gignentis manens, formam naturæ corporalis, & infirmitatis accepit. Non enim defecerat Dei natura ne esset: sed in se

Quod natura Dei nõ est mutata in assumptione. humilitatem terrenæ natiuitatis manens sibi Dei natura susceperat, generis sui potestatem in habitu assumptæ humanitatis exercens. Ecce hic apertè dicit, & naturam genuisse, & naturam genitam, & naturam assumpsisse naturam, quod a plerisque negatur. Item in eodem: Nunquid vnigenito Deo contumelia est, patrem sibi innascibilem Deum esse, cum ex innascibili Deo natiuitas vnigenita in naturam unigenitam subsistat? Ecce, & hic dicit vnigenitam naturam.

* Profecta

* Profectã

LOCVM HVNC INTELLECTV DIFFICILLIMVM,

Reuerndus in Christo pater Aegidius Romanus, archiepiscopus Bituricensis, ordinis sancti Augustini, in hunc modum explanat.

Nihil habet filius nisi natum) id est, nisi quod nascendo accepit. (admiratio honoris geniti) id est, mirabilis honor, quem conspicimus in filio. (in honore generantis) id est, ad honorem patris refertur. (Natiuitas Dei) id est, filius Dei per natiuitatem habens esse (non potest eam ex qua prouecta est, non tenere naturam) id est, necessariò est eiusdem naturæ cum patre, a quo processit. (Nos inquit vnigenitum.) Hic specialiter Hilarius tradit unitatem filij cum patre: & inuariabilitatem naturæ in assumptione carnis, dicens: (Vnigenitum Dei in forma serui manentem, in natura Dei mansisse profitemur) quia est eiusdem naturæ cum patre. (nec unitatem formæ seruilis in naturam diuinæ vnitatis refundimus) id est, in carnatio non fuit per conuersionem naturarum (nec rursum corporali infinuatione patrem in filio prædicamus) id est, pater non est in filio localiter (sed ex eo eiusdem generis genitam naturam naturaliter in se gignentem habuisse naturam) hoc est, pater est in filio consubitantialiter, & si non corporaliter. Construatur sic litera. Nos dicimus naturam genitam esse ex eo eiusdem generis, id est, ex patre, qui est eiusdem generis, id est, eiusdem naturæ cum ipso. Et dicimus hanc naturam genitam, naturaliter in se gignentem habuisse naturam, id est, habuisse in se patrem, a quo naturaliter gignitur. (Quæ) scilicet natura genita siue filius (in forma naturæ se gignentis manens) id est, retinens eandem naturam cum patre (formam naturæ corporalis, & infirmitatis accepit) id est, incarnatus est. (Non enim defecerat Dei natura ne esset) id est, filius non amittendo naturam, quam habebat (sed in se humilitatem terrenæ natiuitatis manens sibi Dei natura susceperat) id est, natura diuina manens in se, propter temporalem natiuitatem filij Dei, vnita est humilitati terrenæ siue naturæ nostræ.) generis sui potestatem in habitu assumptæ humanitatis exercens) quasi dicat, quod exercebat opera deitatis in natura humilitatis (cum ex innascibili Deo natiuitas vnigenita) id est, unigenitus Dei filius per natiuitatem suam ex Deo innascibili siue ex patre (in naturam vnigenitam subsistat) id est, per generationem subsistens, subsistit in naturam Dei patris: quæ dicitur unigenita, quia est per vnicam generationem communicata.

H

Quomodo sunt intelligenda præmissa verba Hilarij.

Hilarius. Sed quia hæc verba sanè vult intelligi, ipse idem dicit in quarto libro de Ttinitate: Intelligentia dictorum, ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Hæc ergo verba ita intelligi possunt: Nihil habet filius nisi

nisi natum, id est, nihil habet secundum quod Deus est, nisi quod nascendo accepit,

Hilarius. Expositionem cõfirmat per uerba eiusdẽ. & ipse nascendo patris in se subsistentem naturam habuit. Vnde idem Hilarius addit in quinto lib. Eandem naturam habet genitus, quam ille, qui genuit: ita tamen, ut natus non sit ille, qui genuit. Nam quomodo erit pater ipse, cum genitus sit? Sed in his ipsis subsistit ille, qui genitus est, in quibus totus est ipse, qui genuit, quia non est aliunde, qui genitus est: & ideo non refertur ad aliud, quod in vno subsistit, & ex vno. Ac si in generatione filij naturam suam (ut ita dicam) sequitur indemutabilis Deus indemutabilem Deum gignens: nec naturam suam deserit, ex indemutaibli Deo indemutabilis Dei perfecta natiuitas. Subsistentem ergo in eo Dei natura m intel ligamus, cum in Deo Deus insit. Nec præter eum, qui Deus est, quisquam Deus alius sit: quia ipse Deus, & in eo Deus. Naturæ ergo Dei patris veritas, in Deo filio esse docetur, cum in eo Deus intelligitur esse, qui Deus est. Est enim unus in vno, & unus ab vno.

I

Quòd legitur pater de substantia genuisse filium, & filius substantiam patris.

Dicitur quoque, & frequenter in scriptura legitur, patrem de sua substantia genuisse filium. Vnde Augustinus in libro de fide ad Petrum, ait: Pater Deus de nullo genitus Deo, semel de sua natura sine initio genuit filium Deum sibi æqualem: & eadem, qua ipse naturaliter æternus est, diuinitate coæternum. Ecce hic dicit Augustinus filium genitum de natura patris. Est autem vna natura patris, & filij, & spiritus sancti. Si ergo de natura patris genitus est filius, genitus est de natura filij, & spiritus sancti, imò de natura trium personarum. Idem quoque Augustinus in libro decimoquinto de Trinitate dicit Christum esse filium substantiæ patris, & de substantia patris genitum, tractans illud uerbum Apostoli, loquentis de Deo patre sic: Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ. Quod dictum est, inquit, filij charitatis suæ, nihil aliud intelligitur, quàm filij sui dilecti, quàm filij substantiæ suæ. Charitas quippè patris, quæ in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud, quàm ipsa natura, atque substantia: ut sæpe diximus, & sæpe iterare non piget: ac per hoc filius charitatis eius nullus alius est, quàm qui de substantia eius est genitus. Ecce hic apertè dicit Augustinus filium esse genitum de substantia patris, & filium substantiæ patris. Idem quoque Augustinus in libro tertio contra hæreticum Maximinum, substantiam Dei genuisse filium, & filium genitum de substantia patris asserit, dicens: Carnalibus cogitationibus pleni, substantiam Dei de seipsa gignere filium non putatis: nisi hoc patiatur, quod substantia carnis patitur quando gignit. Erratis, non scientes scripturas, neque uirtutem Dei. Nullo enim modo verum Dei filium cogitatis, si eum natum esse de substantia patris negatis. Non enim iam erat hominis filius, & Deo donante factus est Dei filius, ex Deo natus gratia, non natura. An forte, & si non hominis filius erat: tamen iam aliqua erat qualiscunque creatura, & in Dei filium, Deo mutante, conuersa est? Sed nihil horum est: ergo aut de nihilo, aut de aliqua substantia natus est. Sed ne crederemus vos putare de nihilo esse Dei filium, affirmatis non uos dicere de nihilo esse Dei filium. De aliqua ergo substãtia est: & si non de substantia patris, de qua sit dicite. Sed non inuenietis. Iam ergo unigenitum Dei filium Iesum Christum de patris esse substantiam, non uos nobiscum pigeat confiteri. Idem in eodem: Vtrique legimus, ut simus in vero filio eius Iesu Christo. Dicite ergo nobis, vtrum iste verus Dei filius ab eis, qui gratia filij sunt, quadam prorietate discretus, de nulla substantia fit, an de aliqua. Non dico, inquis, de nulla: nec dicam de nihilo, ergo de aliqua substantia est. Quæro, de qua? Si non de patris substantia est, aliam quære. Si aliam non inuenis, patris agnosce substantiam, & filium cum patre homosion confitere. Idem in eodem: Confiteor Deum patrem omnino incorruptibiliter genuisse, sed quod est ipse genuisse. Item dico, quod sæpe dicendum est, aut de aliqua substantia est natus Dei filius, aut de nulla. Si de nulla, ergo de nihilo: quod vos iam non dicitis. Si uerò de aliqua, nec tamen de patris substantia, non est uerus filius. Si verò de patris substantia, vnius, eiusdemque substantiæ sunt pater, & filius. Vos autem nec filium de substantia patris genitum uultis: & tamen eũ nec ex nihilo, nec ex aliqua materia, sed ex patre esse conceditis: nec videtis, quàm necesse sit, ut qui non ex nihilo, nec ex aliqua alia re, sed ex Deo, nisi ex Dei substantia esse non possit: & hoc esse, quod Deus est, de quo est. id est, Deus de Deo natus est: quia non alius priùs fuit, sed natura coæterna de Deo est.

Aug. c. 1.

Aug. c. 19. Col 1. b

Aug. c. 14.

Matth. 22.

Contra Paulianos

Contra Arrii, & Donatum.

1. Ioã. 5. d

Ibidem. d

K

Colligens summam prædictorum, aperit, ex quo sensu accipienda sint.

His verbis præmissis innui videtur, ꝙ diuina substantia filium genuerit: & ꝙ filius sit genitus de substantia patris, & quòd de eo est natura coæterna: & quòd pater id, quod ipse est, genuit. Id autem, quod ipse est, diuina essentia est: & ita putari potest diuinam essentiam genuisse. Vehementer mouent nos hæc verba: quæ quo intelligenda sint, mallem magis ab alijs audire, q̃ tradere. Vt tamen sine præiudicio, atq; temeritate loquar, ex hoc sensu dicta possunt accipi: Natura coæterna de Deo est, id est, filius coæternus patri, de patre est: ita quod est eadem cum eo natura, uel eiusdem naturæ. Quem sensum confirmat Augustinus, ibidem subijciens, & quod dixerat quasi explanans. Dicto enim, natura coæterna est de Deo, addidit: Non est aliud filius, q̃ illud, de quo est, id est, vnius, eiusdemque substantiæ est. Deinde apertiùs talem intellectum ex prædictis uerbis fore habendum aperit in eodem libro contra Maximinum, dicens: Trinitas hæc unius, eiusdemque substantiæ est, quia non de aliqua materia, uel de nihilo est filius, sed de quo est genitus. Itemque spiritussanctus non de aliquâ materia, uel de nihilo est, sed inde est, unde procedit. His utiq; uerbis apertè ostendit, ea ratione dici filium esse de substantia patris, quia est de patre genitus: ita ꝙ est eiusdem substantiæ cum eo, & spiritum sanctum esse de substantia patris, & filij: quia ab utroque procedit, ita quòd est eiusdem substantiæ.

Augusti li. 3. contra Maximinum c. 14.

L

Quòd nec filius, nec spiritussanctus est de nihilo, sed de aliquo, non tamen de materia.

Ostenditur quoque ex illis uerbis, & filium, & spiritumsanctum non esse de nihilo, sed de aliquo: nec tamen de aliqua materia. Vnde etiam Hilarius in duodecimo lib. de Trinitate ait: Vnigenitus Deus cum natus sit, patrem testatur auctorem: cum ex manente natus est, non est natus ex nihilo, & cum ante tempus natus est: omnem sensum præuenit nascendo. Hic apertè dicitur, quod filius non est natus ex nihilo. Similiter, & spiritussanctus non est dicendus esse, vel procedere ex nihilo, quia filius de substantia patris natus est, id est, a patre est, cum quo eiusdem substantiæ est, & eadem substantia. Ex quo sensu etiam accipiendum est illud, Pater genuit id, quod ipse est, id est, filium, qui est hoc, quod pater. Et hoc ita debere intelligi, Augustinus aperit dicens in primo libro contra Maximinum: Hoc genuit pater, quod est, alioquin non est uerus filius, si quod est pater, non est filius. Item substantia Dei genuit filium, id est, pater substantia genuit filium, qui est eadem substantia, & eiusdem substantiæ. Quod sic esse intelligendum Augustinus ostendit, dicens ad Maximinum: Sicut dicis „spiritus spiritum genuit: ita dic, spiritus eiusdem naturæ, uel substantiæ spiritum genuit. Item, sicut dicis, Deus Deum genuit; ita dic, Deus eiusdem naturæ, vel substantiæ Deum genuit. Hoc si credideris, & dixeris, nihil de hac re ulteriùs accusaberis. His enim verbis aperit, quomodo prædicta debeant intelligi. Similiter filius natus est de substantia patris, vel pater genuit filium de sua natura siue essentia, id est, de se natura, & essentia genuit filium eiusdem essentiæ, ac naturæ, & qui est eadem essentia, ac natura. Similiter expone illud, Filius substantiæ patris, & filius patris substantiæ, id est, qui est substantia, cum quo, & filius substantia est, quia consubstantialis est patri filius. Et hic sensus adiuuatur ex his verbis Augustini, qui in libro quinto de Trinitate ait: Tres personas eiusdem essentiæ, uel tres personas vnam essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit, quod essentia est, aliud quod persona. His verbis ostenditur non esse dicendum, personam esse ex essentia, nisi ex sensu prædicto. Qui sensus confirmatur etiam ex eo, quod in libro decimoquinto de Trinitate idem ait: Sicut nostra scientia scientiæ Dei, sic & nostrum verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi verbo Dei, quod natum est de patris essentia. Tale est autem, ac si dicerem: de patris scientia, de patris sapientia: uel quod est expressiùs, de patre essentia, de patre scientia, de patre sapientia. Ex hoc itaque intellectum verbum Dei patris unigenitus filius, per omnia patri similis, & æqualis, rectè dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia: quia hoc est omnino, quod pater: non tamen pater: quia iste filius, ille pater.

Hilarius.

Augustin. in responsione sua c. ar. 18.

Aug. li. 3. c. 15.

Augu. c. 9.

Aug c 13.

Quare verbum patris dicatur filius naturæ.

M Inde est, quòd solus unigenitus Dei, dicitur natura filius: quia eiusdem naturæ est, & eadem natura est cum patre. Vnde Hilarius in libro decimoquarto de Trinitate de Christo loquens, ait: Natura filius est, quia eandem naturam, quam ille, qui genuit, habuit. Hilarius.

Summa distinct. 5.

EXtus quintæ distinctionis multas, atq; difficiles inducit, ac continet quæstiones. & iuxta materias quæstionum, & argumentationes ad partes vtrasq;, atq; responsiones, multipliciter diuidi potest. Nec in hoc uidetur aliqua difficultas, quamuis ad intelligendum uerba literæ sit difficultas præcipua. Itaque postquã in distinctione præhabita tractauit Magister, qualiter in diuinis prædicata notionalia, seu relatiua, ut pote actus gñandi, generatioq; passiua, conueniant concretis absolutis, videlicet an Deus generet, &c. hic inquirit, atque determinat, qualiter conueniant abstractis in Deo: hoc est, an diuinæ essentiæ conuenit generare, aut generari. Deinde, an essentia sit aliquo modo terminus generationis, aut ratio generandi. Item, an pater de sua substantia, essentia, seu natura generet filium: & quòd generatio diuina nullatenus sit ex nihilo, neq; ex materia.

QVAESTIO I.

Arguitur pro parte affirmatiua.

CIrca distinctionem hanc quæritur primo, *An diuina essentia generet.* ¶Videtur, quòd sic. Primò, quia natura est principium operandi. Nam dicitur a nascendo, quia ex ea nascitur actio.

2 ¶Secundò, quia in textu inducuntur apertè auctoritates sanctorum, Augustini, atque Hilarij, in quibus diuina essentia, seu natura dicitur nata, seu genita, uel generans, seu producens.

3 ¶Tertiò: quoniam omnis actio est a forma. Nam formæ est agere, & mouere. Essentia autem cæteraque abstracta potissimè dicunt formam: ergo eis potissimè conuenit operari, generare, producere.

4 ¶Quartò, quia realiter idem sunt essentia, & persona, nec pater aliquid superaddit essentiæ: ergo nõ minùs conuenit essentiæ generare, q̃ patri.

5 ¶Quintò, quia diuina essentia est res summa, per se subsistens, & intellectualis naturæ, ergo est suppositum, & persona. Cum ergo suppositorum sit agere conuenit essentiæ generare: Deinde inducit possunt sophismata Præpositiui, quæ (teste Alberto) notabilia sunt, taliter arguentis: Essentia est pater, & pater est essentia: sed pater est pater filij, ergo essentia est pater filij.

Præpositiui sophismata.

¶Item hæc est uera, essentia est filius patris, quia inter filium patris, & essentiam non cadit distinctio: sed quicquid est filius patris, genitum est a patre, ergo essentia genita est a patre.

¶Iterũ essentia est res genita, & res genita est genita, ergo essentia est genita, qđ negatur in textu.

¶Ampliùs, essentia est terminus generationis. essentia namque est id, quod genitum est, & est ille, qui natus est ex patre. & sic natus est terminus generationis, ergo essentia generationis est terminus. terminus uero generationis est a patre, imò, & productus ab ipso. ergo essentia est a patre, atque producta ab eo, quod negatur in litera.

Abbatis Ioachim argumẽtũ

¶ præterea Petrus sic arguit, & est argumentum abbatis Ioachim: Si essentia non est generans nec genita, nec spirans, neque spirata, ergo in diuinis sunt quatuor res, uidelicet tres personæ, & essentia.

¶Insuper, quicquid prædicatur de aliquo, potest pro illo supponere: sed essentia uerè prædicatur de patre: ut patuit: ergo potest pro ipso supponere, & & eius prædicationem recipere, ita ut verè dicatur, essentia generat. Et simili modo argui potest, quod supponere queat pro filio, sicque verè generari dicetur.

¶Adhuc autem Richardus de sancto Victore in libro suo de Trinitate, ex intentione affirmat, & probat, quòd essentia generet, & gignatur, & eos, qui contradicunt, redarguit, ac deridet. Richard.

¶In contrarium est Magistri, imò & ecclesiæ auctoritas, extra de Summa Trinitate, & fide catholica, damnamus. In oppositum.

¶ Ad hæc Scotus respondet: In ista quæstione errauit abbas Ioachim, quia dixit magistrum Petrum Lombardum esse hæreticum, eo quòd dixit rem aliquam esse in diuinis, quæ nec producit, neque producitur. propter quod Ioachim imposuit Petro, quòd posuit quaternitatem, ut tactum est. & dum quærebatur a Ioachim, quomodo saluatur fidei veritas, puta, quòd tres personæ sunt unus Deus, dixit, quòd nulla una res est pater, & filius, & spiritussanctus, sed tantum dixit istas personas esse unam rem, quemadmodum multi fideles, dicuntur una ecclesia, propter unam fidem, & charitatem. Et allegauit, quod apud Ioannem ait Saluator. Pater serua eos, scilicet meos discipulos, ac fideles in nomine tuo, ut sint unum sicut, & nos unum sumus. Vnde cum fideles non sint unum unitate naturæ indiuidualis, intulit Ioachim, quòd pater, & filius, & spiritussanctus non sint vna res numero. Et in hoc Ioachim sapuit hæresim. Pater enim suam deitatem, atque essentiam communicauit, & dedit filio, non aliam, sed eandem: aliàs filius non esset uerus Deus. Pater quoque, & filius totam simplicem, & indiuisibilem suam essentiam communicauerunt spiritui sancto. sicque tres personæ sunt una res, una essentia, unus Deus. Idcirco non est in Deo quaternitas: quoniam una res illa non est realiter alia a personis. Positio autem Magistri a Papa, imò a concilio est approbata, & potest sic demonstrari: res generans generat rem aliquam a se uerè, realiterque distinctam: quoniam nulla res gignit seipsam, ut Augustinus libro de Trinitate testatur. Si ergo essentia generat, distincta est realiter a re generata ad intra. quod falsum est, cum sit penitus indistincta, & quicquid in Deo est, realiter ipsa diuina essentia.

Nota rõnem Abbatis. Ioan 17.

Scoti ratio pro Magistro.

¶ Ad idem sunt argumenta Magistri in litera. Nam si pater generaret essentiam, essentia realiter distingueretur a patre. Item si essentia gignit, ac gignitur, non est una, & eadem numero. Denique quandocunq; est ultimata abstractio, prædicatum ex sua ratione prædicari nõ põt nisi formaliter: nec propositio uera est, nisi in primo modo p se. sed cũ

dicitur essentia generat, subiectum est abstractum vltimata abstractione: ergo gñare, seu generari nõ conuenit ei: quia non conuenit ei formaliter, neque in primo modo per se, non enim est de intellectu essentiæ: ergo illa propositio non est uera. In substantijs uerò est tantum abstractio a suppositis propriæ naturæ: quia substantia non concernit aliud genus, ideo abstractio prima ibi est maxima. Hinc illud sic abstractum est ipsummet præcisè, ac tantum, utpote cuilibet alij extraneum. Vnde quinto Metaphysicæ suæ asserit Auicenna, quòd equinitas est tantum equinitas, & non aliud. Hinc dico, quòd si Richardus de sancto Victore, intendit reprobare Magistrum, sicut apparet ex uerbis Richardi, nego Richardum: quia in hac parte doctrina Magistri est authentica per generale concilium. Auctoritas quippe vniuersalis ecclesiæ maxima est, cum dicat Augustinus contra epistolam fundamenti: Euangelio non crederem, nisi crederem ecclesiæ catholicæ. Quæ sicut habet determinare, qui libri habendi sint authentici in canone bibliæ, ita decernit, qui libri sint habendi authentici in libris doctorum. Quod autem Richardus intendat loqui contra Magistrum, uidetur ex eo, quod ait in libro suo de Trinitate: Multi surrexerunt nostris tẽporibus, qui non audent dicere summam sapientiam genitam esse, imò quod periculosiùs est, contra sanctorum auctoritatem hoc audent negare, modisque omnibus conantur refellere, quòd sapientia gignat sapientiam, sicque pertinaciter negant, quod omnes sancti affirmant. Et ad id, quod ipsi dicunt, auctoritatem inuenire non queunt. imò more Goliæ auctoritates sanctorum adducunt, quibus conuincuntur: quas tamen exponunt contra sensum sanctorum. Fidelis expositio, & omni laude digna, quia quod sancti patres clamant, asserũt esse falsum; & quod nemo sanctorum affirmant, asserunt uerum. Quibus uerbis uidetur deridere Magistrum. Hæc Scotus,

Auicenna.

Nota de ecclesiæ auctoritate.

Dionysius

Nota de abbate Ioachim.

¶ Præterea aduertendum, quòd abbas Ioachim, quemadmodum, & Richardus, fuit contemporaneus Magistro Sententiarum, quem & uocauit hæreticum, & insanum ob causam prætactam. Postea Innocentius tertius in generali concilio reprobauit abbatem Ioachim in hac sua praua opinione cõtra Magistrum. Veruntamen: quoniam Ioachim ipse omnia scripta sua submisit correctioni apostolicæ sedis, & ea præcepit domino Innocentio Papæ tertio assignari ad approbandum, seu corrigendum; hinc idem Innocentius noluit derogari religiosis statutis, obseruantiisq; regularibus, quas abbas ille in suo obseruauit, statuitque cœnobio. Vnde & error ipsius Ioachim non uidetur ex malitia processisse. Nam & Hubertinus in quinto suo volumine de uita Saluatoris, asserit ipsum fuisse uirum illuminatum, & sanctum. Eisdem temporibus fuit, & sanctus Bernardus. Et quamuis Richardus de sancto Victore consensit abbati Ioachim in hoc contra Magistrum Petrum, quòd dixit diuinam essentiam generare, & gigni; non tamen in hoc, quod pater, & filius, & spiritussanctus non essent vna essentia, & absolutè res una, ac uerè, atq; realiter vna natura.

Thomas. Act⁹ sunt suppositorum.

¶ Insuper circa hæc scribit Thomas: In creaturis actus sunt suppositorum, essentia uero nõ agit, sed est principium actus in supposito. Non enim humanitas generat, sed Socrates uirtute suæ humanitatis. In creaturis autem essentia differt a supposito. Ideo nullus actus de essentia propriè prædicatur, nisi causaliter. In diuinis autem essentia est idẽ cum persona, sola ratione, seu modo significandi differens ab ea: quia persona distincta est, essentia verò communis. Hinc in diuinis, quicquid prædicatur de persona non secundum modum, quo differt ab essentia, prædicatur etiam de essentia. Dicimus enim, quòd essentia creat, gubernat &c. Porro actus, qui dicitur de supposito secundum modum, quo differt ab essentia, non potest de essentia prædicari. Et talis actus est generare, quando prædicatur de patre, prout a filio distinctus est, ideo essentia non generat, sed pater uirtute essentiæ, seu naturæ. Hæc Thomas.

¶ Concordat Petrus, dicendo: Cum in Deo sit una essentia indistincta, & personæ distinctæ, proprietas distinguens non determinat essentiam, sed personam. Hinc actus a proprietatibus illis impositus, non prædicatur de essentia, sed de persona, nec obstat, quòd sunt idem in re essentia, & persona: quoniam differunt ratione: sicut quamuis potentia, & scientia Dei sunt idem in re: tamen non dicitur posse mala, sed scire: quemadmodum etiam licèt sint idem re Socrates, & homo, & unum de altero prædicetur; tamen cum differant ratione, quod attribuitur uni in eo, quo differunt, non attribuitur alteri. non enim Socrates est species, ut homo, sed secundum quod unum est idem cum altero, quod attribuitur uni, conuenit alteri, ut esse corpus, & currrere. Hæc Petrus,

Petrus.

¶ Concordat Richardus.

¶ Aegidius uero uidetur discordare ab his. Siquidem responsione hac recitata, adiungit: Istud non uidetur sufficienter dictum. Nam quando aliquid prædicatur de aliquo, etiam ea, quæ conueniunt subiecto in eo, quòd à prædicato distinguitur, competunt prædicato, quamuis non ita propriè: sicut cum dicimus, ædificator est musicus, licèt ædificator a musico distinguatur in hoc, quòd ædificatoris est ædificare, musici autem cantare: possumus tamen concedere, quòd musicus ædificat.

Aegidius.

¶ Sed ista obiectio nullius uigoris est, perimitque seipsam. Dum enim ædificator est musicus, musicus non ædificat, inquantum differt ab ædificatore, sed inquantum conuenit cum eodem.

¶ Deinde subiungit Aegidius: Videndum cur, quæ conueniunt subiecto, non conueniunt prædicato. Hinc aduertendum, quòd ea, quæ conueniunt subiecto, uel dicunt quid rationis, uel quid rei. Si dicunt quid rationis prout subiectum a prædicato distinguitur, nunquam prædicato conueniunt. Et appello quid rationis, ea quæ significant habitudinem terminorum, aut secundas intentiones, uel reduplicationes: quoniam ista remotè fundantur super rem. Hinc non sequitur, Homo est musicus, homo est substantiuum, ergo & musicus. Nec sequitur, homo est pater, sed, homo est, quid absolutum, ergo & pater. Sic quoque in diuinis non ualet, pater est Deus, pater est relatiuum, ergo & Deus. Nec ualet, pater est essentia, pater est incommunicabile, ergo & essentia. Nec sequitur, pater est pater, quia generat, pater est Deus, ergo Deus est Deus, quia generat. Si autem consideremus nomina, quę dicunt, quid rei, an conueniunt prædicato, si competant subiecto in eo, quo a prædicato distinguitur. dicendum, quòd per se nunquam conueniunt, per

per accidens, verò possunt: ut cum dicimus, Musicus ædificat, inquantum in musico implicatur ædificator. Sed nisi ista esset uera, ædificator est musicus, ædificare non competeret musico, neque per se neque per accidens. Sic suo modo est in diuinis. Nam cũ dico, pater est Deus, bene sequitur quòd Deus generet: quoniam pater generat: sed non in quantum Deus, sed inquantum aliquo modo implicat suppositum patris. Verum quia in Deo est tanta simplicitas, quòd non solum prædicatur natura de supposito in concreto, sed etiam in abstracto: (Nam ista est uera, Pater est deitas) atque in his, in quibus non distinguitur natura a supposito, uere attribuitur essentiæ, quod personæ, dicendo: Pater creat, ergo essentia creat: in quibus uerò distinguuntur, non ita: quia non sequitur, Pater generat, ergo essentia generat: quæ non est uera per se, ut patuit, neque per accidens: quia cum dico, pater est essentia, non est prædicatio formalis, sed per identitatem, idcirco non implicat suppositum, ratione cuius ea, quæ conueniunt subiecto per accidens, seu minùs propriè competant prædicato. Hæc Aegidius.

¶ Ex cuius additione patet, quòd concordat cũ prætactis doctoribus, & illam fecit obiectionem, non illos redarguendo, sed veritatem diligentiùs inquirendo.

Albertus

¶ Præterea circa hæc scribit Albertus: Hinc inquirit Magister, an diuina essentia abstractè significata possit esse terminus generationis. Quæ quæstio potest dupliciter formari secundum duplicem intellectum. Hinc primò inquiritur, utrum essentia generet, uel generetur, ita quòd ei conueniat actus generationis immediatè, ut termino. Secundò, si non conuenit ei hoc modo, an generatio conueniat ei, sicut de quo est generatio per modum materialis principij. Prima quæstio habet quatuor problemata. Primum est, an pater genuit essentiam. Secundum est, an diuina essentia genuit filium. Tertium, an essentia genuit essentiam. Quartum, an essentia sit nec gignens, nec genita. Deinde interimit tria illa prima problemata, & astruit quartum.

Tres rões Alberti. quòd pr nõ genuit essentiam.

¶ Prætarea ad probandum, quòd pater non genuit essentiam, adducit tres rationes.

¶ Prima est, si essentia esset genita, diceretur relatiuè: quoniam in diuinis gignens, & genitum, relatiuè dicuntur, essentia autem absolutè.

¶ Secunda est, quia si genuisset essentiam, genuisset id, quod ipse est absolutè.

¶ Tertia, quia sicut pater est sapiens absolutè, sapientia, quæ est ipse, ita essentia est sibi quasi causa, seu ratio, quòd est. ideo si genuisset essentiam, esset sibijpsi sua generatione causa, seu ratio, quòd est, & quòd est Deus.

Essẽtia diuina quo sit communicabilis.

¶ Insuper quamuis essentia non generet, nec generetur: est tamen per generationem communicabilis. Et sic communicatur filio, atque per processionem spirituisancto, non solum per rationem sicut superiùs communicatur inferiori, sed per idem esse in numero. Et hoc propter suam omnimodam simplicitatem: quoniam tres personæ habent idem esse essentiæ. Essentia quoque non indiuiduatur, nec determinatur in personis proprietatibus personarum, cum sit tribus personis communis: nec proprietatibus personarum aufertur ab ea communicabilitas: quoniam proprietates circa esse diuinæ essentiæ non ponuntur, cum sit adeo simplex, quòd esse non differt ab ea. In creaturis vero ubi essentia deficit a simplicitate, determinatur, atque contrahitur in diuinis ad esse huius, & illius, quorum non est unum, & idem esse.

Albertus

¶ Quærit demum Albertus, an essentia in diuinis sit præcedens generationem secundum intellectum, an concomitans, uel consequens eam, & hoc secundum quod est in filio. Et respondet, quòd nullum illorum, sed habet se, ut idem gignenti, ac genito. Non enim se habet, ut præcedens: quoniam filius eam non habet neque accepit nisi per generationem. Nihil autem acceptum per aliquid, præcedit id, per quòd accipitur. Eadem ratione non habet se, ut generationem concomitans, sed neque, ut consequens. Quod enim ad generationem se habet consequenter, hoc per se, uel ex consequenti generatur. Essentia autem nullatenus gignitur. Hæc Albertus.

Dionysi⁹.

¶ Veruntamen nonnullis uidetur, quòd essentia, ut in patre, habet se antecedenter, secundum intellectum ad generationem actiuam: quia ut dictum est, pater uirtute essentiæ gignit: atque, ut patuit, generare est actus, seu opus naturę. Porro essentia, ut est in filio, habet se ad generationem passiuam consequenter, inquantum per generationem filio communicatur. Nec tamen ritè infertur, quòd ex consequenti generetur, sed quòd per generationem talem accipiatur.

Vdalric⁹. Argentin.

¶ Vnde ait Vdalricus in Summa sua tertio libro. Quamuis non dicamus diuinam naturam propriè natam, quia non nascitur, ut persona, nec accipit nouum esse in ea, attamen dici potest terminus generationis, non sicut id, quod generetur, sed sicut id, in quod aliquid generatur, quod scilicet genito per generationem communicatur. Veruntamen: quoniam talis terminus generationis potest adhuc impropriè dici aliquo modo generari, secundum quod generari est idem, quod per generationem communicari: ideo quarto de Trinitate dicit Hilarius, Nihil habet filius nisi natum, id est, per natiuitatem sibi communicatum. Ex his patet, quòd quamuis generatio diuina habet terminum ad quem, qui est esse, atque ex illo habet rationem generationis per quam a corruptione distinguitur, non tamen habet terminum a quo, qui sit non esse: quoniam ille conuenit generationi ratione generis sui, quod est mutatio, secundum quod genus non transmittitur ad diuina. Terminus vero ad quem, est de suæ speciei completione, secundum quam ad diuina transfertur. Hæc Vdalricus. Nihilominus terminus a quo generationis diuinæ, est eius principium productiuum, uidelicet pater, seu generatiua eius potentia.

Hilarius.

Vnde gñatio transmutatur ī diuinis.

Thomas.

¶ Circa hæc quærit Thomas, an sicut generatio non conuenit diuinæ essentiæ, sic nec alijs essentialibus in diuinis. Ad quod respondet: Generare in diuinis propriè conuenit suppositio, ut distincto. ideo quanto plùs nomen propinquant ad distinctum suppositum, tanto versus, seu magis propriè prædicatur de ipso actus generandi. Hinc ista est proprijssima. Pater generat. qm nomen patris imponitur a proprietate propria distinguente. similiter propriè dr, persona generat, quia nomen personæ imponitur a proprietate communi, quæ personalitas appellatur. Conse-

quenter

quenter minùs propriè dicitur, Deus generat. Nam quamuis includat suppositum: non tamen determinatum: nec imponitur nomen Dei à proprietate distinguente, sed à communi essentia. Porro in nominibus abstractis est ordo: quoniam quædam dicunt ordinem ad actum, ut uirtus, bonitas, lux, natura, & consimilia. Et, quoniam actus sunt suppositorum, ideo istis generatio inuenitur attribui. Tamen huiusmodi locutiones non sunt extendendæ, sed piè intelligendæ. Quædam autem nomina non ducunt ordinem ad operationem, attamen secundum nominis rationem imponuntur ab actu substandi, sicut substantia. sicq; hoc nomen substantia adhuc accedit ad rationem suppositi nomen uero essentiæ omnino remouetur à ratione suppositi, ideo nomine dici potest, quòd essentia generet. Et si dictum inuenitur à sanctis, est exponendum: essentia, id est, pater qui est essentia, generat. Similiter essentia generatur, id est, filius qui est essentia, gignitur. Hæc Thomas.

Albertus. Abstractio duplex.

¶Concordat Albertus, & addit: Duplex est abstractio, scilicet à subiecto, & ab actu. A subiecto omnia abstracta æqualiter dicunt abstractionem, sed non ab actu. Est enim sapientia ad actum specialem, non autem essentia. Idem Vdalricus. qui tamen affirmat, quòd essentia imponitur ad actum essendi, qui est suppositi, seu personæ, ut subiecti, quamuis sit formæ, ut immediati principij, sicut lucere est actus lucis. Interdum quoque terminus abstractus dicit essentiam, inquantum ipsa in supposito est principium actus notionalis, ut hoc nomen natura: quia natura est uis insita rebus, ex similibus similia procreans. Quidam item est terminus, qui ex sua ratione indifferens est ad significandum essentiam, seu personam, ut hoc nomen substantiam. Vnde in usu latinorum sumitur pro essentia, secundum quod dicitur a subsistendo, Sed in usu Græcorum ponitur pro supposito, pro ut dicitur à substando. Idcirco locutiones in quibus ponitur substantia, secundum solam restrictionem ab usu sunt interdum impropriæ: tamen secundum nominis huius naturam sunt propriæ, quemadmodum illæ, in quibus nominatim exprimuntur personæ. Hinc septimo de Trinitate loquitur Augustinus: Dictum Græcis una essentia, tres substantiæ, id est, una usia: tres hypostases. Aliter enim Græci accipiunt substantiam aliter latini. Hæc Vdalricus.

Vdalricus

Quid sit natura.

Augustin.

Petrus. Triplex nomen differentiam diuinis.

¶Hinc etiam Petrus, & alij quidam dicunt: Triplex est differentia nominum in diuinis. Quædam enim sunt purè personalia, siue per nomen proprium, ut pater: siue per nomen commune, sicut persona. Quædam uerò communia sunt, & absoluta, quorú quędam sunt concreta, ut Deus quod includit personam indeterminatè, quædam, abstracta, quæ dicunt ordinem quendam ad actum, ut sapientia, uirtus, natura. Quædam purè essentialia, ut hoc nomen essentia.

Richard. Pbat essentiam diuinam non gñari.

¶Amplius, quæstionem prætactam, an essentia generetur, mouet, & soluit Richardus, dicendo: Diuina essentia non generatur, cum sit una numero tantum. Genitum quoque de generante non prædicatur, essentia uerò prædicatur de seipsa, & qualibet diuina persona, non ergo est genita. Quo circa pensandum, quòd in creaturis sunt prima substantia, secunda, secundum philosophum in prædicamentis, utpote individuum, commune. In diuinis autem quasi secundum aliquam similitudinem pro prima substantia consistit hypostasis, & essentia pro secunda. sed quia in creaturis substantia secunda numeratur in primis, ideo in creaturis quamuis terminetur generatio ad primam substantiam primo, terminatur tamen ad secundam ex consequenti. In diuinis autem ita generatur hypostasis, quòd essentia non generetur, nec primo nec ex consequenti. Et per hoc soluuntur argumenta, quæ contra hæc possent induci, ut si obijciatur, quòd secundum philosophum primo de generatione, generatio terminatur ad substantiam, & quòd in ad aliquid non est motus nec generatio, ut quinto dicitur Physicorum. Diuina ergo generatio terminatur ad substantiam, non ad relationem, cum in Deo non sint nisi hæc duo prædicamenta, secundum Boethiũ libro de Trinitate. Ad quę atque similia respondetur, quòd generatio illa diuina terminatur ad primam substantiam, quæ est persona: non ad essentiam, neq; ad relationem, inquantum relatio, sed inquantum est persona subsistens. Hæc Richardus.

Aristot.

Boethius.

Bonauēt. Generationis duplex terminus.

¶Bonauentura quoque respondet: Generatio de sua communi ratione ad substantiam terminatur. De termino autem generationis contingit loqui dupliciter. Primò, quantum ad productionem; secundo, quantum ad intentionem. Quantum ad productionem, cum productum sit singulare, terminatur ad primam substantiam, seu personam. Sed quantum ad intentionem, terminatur ad communem naturam in creaturis: quia natura producens hunc hominem, intendit ei dare formam communem. Sed quia in creaturis natura communis in suppositis numeratur, idcirco in ipsis forma communis producitur, atque corrumpitur. idcirco in eis generatio terminatur ad naturam communem, non tantum, quo ad productionem, sed etiam quantum ad generantis intentionem, propter quod uniuersale genetatur in singulari. Sed quoniam in diuinis substantia, seu natura non numeratur, nec aduenit nouum esse, hinc generatio secundum productionem terminatur solum ad personam. Posset etiam dici, ꝙ non generatur commune, nisi in hoc. Quod uerum est non solum in creaturis, sed etiam in diuinis. Commune autem, ut in hoc, non significatur abstractiuè, sed concretiuè. ideo uerum est, ꝙ Deus gignit, ac generatur, non autem essentia.

Triplex genus nominum significãtiũ essentiam.

¶Aduertendum interea, quòd triplex est genus nominum significantium essentia. Nam quædam significant in concretione, ut Deus: quædam in omnimoda abstractione, sicut essentia: quædam medio modo, ut sapientia, lumen, uoluntas; quia non concernunt suppositum per modum inhærentiæ, sed: quoniam dicunt aliquam rationem actus siue originis, quæ sunt suppositorum. Nomina ergo cõcreta, supponunt propria pro personis omnino abstracta, improprijssimè: quæ autem médio modo se habent, partim propriè, partim impropriè. Hæc Bonauentura.

Gul. Par.

¶Hinc Gulielmus Parrhisiensis libro suo de Trinitate 27. & 28. capitulis: Diuina, inquit, essentia nec actu, neque potentia extat generatiua. Et quamuis essantia illa per se in incommutabilitate, & indiuisibilitate essentiali consistat, quia non potest plurificari, nec diuidi: non tamen absolutè est incommunicabilis pluralitati, nec nata est esse per se absolutã, atque simpliciter, imò nata est esse pluribus in personis. Hinc eam per abstracta significamus. Abstracta quippè sunt meræ, & maximæ significationis. Et hoc congruit

gruit essentiæ, eo ꝙ essentia ꝑ modũ, & intentionẽ essentiæ intelligit in ueritate, & puritate, spoliata, & nuda ab omni, & circunuestitione, & conditione.

Albertus.

¶Insuper quæri põt, an gñare per priùs cõueniat patri æterno, & per posteriùs creaturis, an econtrario. Ad hoc rñdet Albertus: Gñare sicut, & alia uerba, ac nomina accipiũtur duobus modis. Primò ſm usitatam rõnem eorum, sicq; per priùs conueniunt creaturis, & per posteriùs Deo. Secundò, ſm naturam ipsius rei. & sic gñatio, atq; paternitas per priùs conueniunt creatori, q̃ homini siue alicui creaturę,

Ephes. 3.

cum ad Ephesios dicat Apostolus: flecto genua mea ad Deum patrem, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Diuinus quoque Dionysius libro de diuinis nominibus, 2. cap. Omnis diuina paternitas, & filiatio data est, & nobis, & supercœlestibus uirtutibus ex patriarchia, i. principali paternitate ab omnibus segregata, & filiarchia, ex qua & Dij, & Deorum filij, Deorumq; patres nominantur, & sunt mentes deiformes. ergo in paternitate, tàm spirituali, q̃ naturali descendit ad nos nomen

S. Diony.

Damasce.

paternitatis a summo patre. Ideo Damascenus lib. 1. cap. 9, fatetur: Non ex nobis translatum non est nomen paternitatis, & filiationis, ac processionis ad beatam deitatis paternitatem, & filiationem. econtrario aũt inde nobis est traditum, Quod ita probatur: Illi verisimè conuenit gñare, cui summè, ac verisimè conuenit propriam essentiam communicare, quod potisimè conuenit Deo patri, qui indiuisibiliter plenè eandem cõicat filio. Rursus, gñare est simile in natura, & forma producere: sed nulla res genitam, tam similis in natura, & forma suo est genitori, ut filius in diuinis patri æterno. Hæc Alber.

Thomas.

¶Concordat Thomas in Scripto quarta distinctione: Generatio, inquines, ſm suum genus, & prout in inferioribus reperitur est imperfectionis: sed quantum ad differentiam suam, per quam ratio gñationis complet, dicit perfectionem, & ꝑ priùs conuenit Deo. Hinc 4. lib. Summæ sue 2. cap. ait Vd-

Vdalricus

alricus: Gñatio, quo ad id, a quo nomen a nobis imponitur, per priùs cõuenit rebus creatis: sed quo ad id, cui imponitur nomen, per priùs cõpetit Deo.

Alexand.

¶Postremò de hac re, an essentia generet, aut gignatur scribit Alexander diffusè, ponens ablatis Ioachim argumenta, & inter cætera loquens: Cum in diuino esse intelligantur natura, & ordo naturæ, secundum hoc uariantur locutiones, & modi dicendi in ista materia. Ex hoc enim, ꝙ natura intelligitur, ut in habente illam, atque in ordine, habetur, ꝙ ipsa est in una persona, non ab alio puta in patre: & in alio, puta in filio per generationem a patre. In tertiò autem, hoc est, in spiritusancto, per spirationem ab utroque. & hoc generat triplicem modum loquendi, & quærendi in diuinis: utpote quis, quid, & qũo: qm̃ in diuino esse est habens naturam, & ipsa natura, ac modus habendi, s. notio, seu habitudo, vel proprietas, quia sub ea habet habens naturam. Ideo quid, quærit ipsam naturam communem: ut cum dicimus, quid est Deus pater, seu deitas? Quis uero, quærit habentem naturam sub discreta, & incommunicabili proprietate, puta personam. Quomodo autem, quærit modum habendi naturã: ut si quæratur, quomodo se habet pater ad filium: respondetur, sic generans ad genitum. Generans namque, & genitum, dicunt habitudinem ordinis naturæ, atque originis. Deinde doctor irrefragabilis prosequitur determinando hanc quæstionẽ, & eius responsio concordat præhabitis, & uirtualiter est inducta.

¶Nunc soluendæ sunt obiectiones in principio factæ.

Soluuntur argumẽta initio qõnis allata.

¶Ad primam dicendum, quòd natura, forma, seu essentia, est principium, quo agendi non propriè id, quod agit: quia suppositorum est agere, & istud iam clariùs est ostensum.

Ad 2.

¶Ad secundam responsio data est, quia auctoritates illæ sunt exponendæ, non extendendæ, & sancti patres ex rõnabili causa taliter sunt locuti. Quo circa scribit Vdalricus: Improprietas ista loquendi nõ est uitium in dictis sanctorum, sicut nec figura est uitium poetarum: qm̃ sicut poetas compulit necessitas metri, quæ secundum eos excusat, sic sanctos eos excusat, sic loquendi expresse ob hæreses excludendas. Vnde sicut figura poetæ uitium est in communi locutione, sic & huiusmodi dicta sanctorum in usu cõis sermonis recipienda non sunt. Hæc Vdalricus.

Vdalricus. Obscuritas sermonis non ſp est reprehenda in sanctis.

Ad 3.

¶Ad tertiam responsio tacta est, quia formæ, seu essentiæ est agere, tanquam principij, quo agendi, & cuius uirtute agit suppositum.

Ad 4.

¶Ad quartam dicendum, ꝙ ad ueritatem proportionis non sufficit realis identitas, sed & conueniẽs modus significandi, seu conformitas rationis formalis requiritur, sicut expositum est. Eidem etenim rei diuersa conueniunt secundum uariam considerationem ipsius, quæ consideratio non est uana: quoniam habet fundamentum in re. Hinc quãuis essentia, & persona realiter idem sunt: essentia tamen communicabilis est, & una in tribus personis, persona uero incommunicabilis & multiplicatur. Hinc ait Alexander: Quamuis idem sint essentia, & persona: tamen distinctus modus significandi conueniteis.

Alexãder.

Ad 5.

Ad quintam dicendum, ꝙ rõ personæ non conuenit essentiæ, prout Theologi sumunt personam in diuinis, quam per relatiuam proprietatem dicunt constitui, ac distingui. Est tamen diuina essentia aliquo modo persona, ut infra patebit. Vnde & essentiæ ascribuntur actiones ad extra, ut creare, gubernare &c. ut dictum est, non autem actiones notionales ad intra.

Solutio sophismatũ Præpositiui.

¶Ad sophismata Præpositiui rñdet Albertus: Ista est uera, Essentia est pater. similiter ista, Pater est pater filij. Sed cum infertur, Ergo essentia est pater filij, cõclusio illa est duplex. Si enim ly, pater, sit adiectiuum prædicatum de essentia, locutio falsa est, qa sic ponit rem suam, puta paternitatem, circa essentiam. sicq; notaretur essentia generare. Si uero sit substantiuum, locutio uera est, & bona illatio, nec sequitur, ꝙ essentia sit generans.

¶Ad aliud respondendum, ꝙ hæc, essentia est filius patris, eodem modo est duplex: qm̃ filius teneri põt adiectiuè, & ita est falsa: ac substantiuè, sicq; uera consistit. atque in primo sensu caderet distinctio inter patrem, & essentiam, in secundo non.

¶Ad aliud quoque dicendum, ꝙ ista est duplex, essentia est res genita, eo ꝙ ly, res, teneri põt relatiuè pro persona, & ita est uera: uel absolutè pro essentia, & ita est falsa.

¶Ad sequens dicendum, ꝙ in processu illius discursus est fallacia accidentis. Quamuis namque ille qui genitus est, sit terminus generationis, non tñ essentia: quia non quicquid conuenit uni, conuenit alteri, quamuis realiter idem sunt.

¶Ad aliud rñdendum, ꝙ argumentum illud abbatis Ioachim efficax eẽt, si res illa puta essentia, q̃ nec est gignens, nec genita, nec spirans, neque spirata, esset quid aliud a personis, sicut expositum est.

¶Ad

Thomas. ¶ Ad sequens respondet Thomas, ꝙ essentia nō prædicatur de suppositio ratione modi significandi in vtroq;, sed ratione indifferentiæ amborum secundum rem, propter simplicitatem diuinæ naturæ ideò non oportet, ut essentia supponat pro patre.

Scotus cōtra Richa. ¶ Ad vltimum Scotus respondet: Si Richardus intendit reprehendere Magistrum, sicut apparet ex verbis Richardi, nego eum, & teneo cum magistro, cum eius doctrina in hac parte sit à generali concilio approbata: & dico, quòd auctoritates sanctorum Magister in litera bene exponit.

Henricus. nequiquā Alberti dicta reprobauit. ¶ Verum Henricus prætactam distinctionem tenendi ly, pater, substātiuè, aut adiectiuè, impugnare, & negare uidetur, contra quem prolixè arguit Scotus. Sed quia illa distinctio à præclaris doctoribus, Alexandro, Thoma, Alberto, Bonauentura, concorditer datur, consentiendum est tantis. estq; inane de acceptione quid nominis superfluè disceptare.

QVAESTIO II.

QVæritur, An filius natus sit de substantia patris, & an essentia sit aliquo modo terminus generationis. ¶ Quòd filius non sit de substantia patris, arguitur: quia aut est de substātia patris, tanquàm de materia, aut tanquàm de principio productiuo. Primum non dicitur, cum Deus sit purus actus, in quo nihil est materiale, nec generatio ex materiali principio est sine mutatione. Secundum quoque dici non valet, quia (vt patuit) essentiæ, seu substantiæ non conuenit generare, neque ad intra producere.

Arguit. 1. pro parte negatiua.

2 ¶ Secundò, si filius est de substantia patris, aut hoc sic est, quòd substantia patris communicata est filio plenè, atque totaliter, aut partim. Si plenè, non videtur manere in patre: si partim, diuisibilis esset.

In oppositum. ¶ Oppositum patet ex eo, ꝙ pater catholicè creditur filium de sua genuisse substātia, præsertim cū generare sit ex sua natura sibi similem procreare.

Alexāder. ¶ Ad hoc Alexander rñdet: Secundum quosdam, DE, duplicem habitudinem notat cum dicitur, cultellus est de ferro: vnam conuenientiæ, seu indistinctionis, aliâ principij ad illud, quod est de ipso. Cū enim dicitur, cultellus de ferro, insinuatur, ꝙ ferrū sit principium materiale cultelli, & etiā ferrum habeat naturam indistinctam à natura cultelli. Quantum ad primam habitudinem, dicitur filius de pre: quantum ad secundam habitudinem, dicitur filius de essentia: qm̄ habet esse indistinctum essentia ipsa cum filio.

Obiectio ¶ Sed contra hoc obijcitur. Eadem est essentia patris, & filij, ac spirituſſancti: ergo si filius propter indistinctionem, quā habet cum essentia pris, dr̄ de substantia pris: ergo similiter propter indistinctionem, quam habet filius cū essentia spirituſſancti, dicetur de substantia spirituſſancti. Relinquitur ergo ꝙ filius non dicat̄ de substantia patris propter habitudinem seu indistinctionis, seu conuenientiæ. Hinc

Dilutio. dicendum, ꝙ, de, aliquando sumitur materialiter, vt cultellus de ferro: aliquando originaliter, vt filius de patre: aliquando ordinaliter, vt de nocte fit dies: interdum substantialiter, sicut filius fertur esse de substantia patris: nō quia de parte, sed quoniam tota est in toto, seu in ambobus. Vñ Augustinus cōtra Maximinum: Aut de aliqua substantia natus est filius Dei, aut de nulla. Si de nulla, ergo de nihilo, quod nec vos dicitis. Si vero de aliqua, nec tamen de patris substantia, non est verè filius eius. Si autem de patris substantia, ergo vnius, eiusdemq; substantiæ sunt pater, & filius. Et rursus: Non uideris, inquit, quàm necessarium sit, vt qui non est ex nihilo, neque ex aliqua re, sed ex Deo, non nisi ex Dei substantia esse possit? Hæc Alexander.

De præpositio multiplicem habitudinē designat.

Augustin.

Bonauen. ¶ Concordat Bonauentura, dicendo: Hæc præpositio, de, non solum accipitur materialiter, & originaliter, ac ordinaliter, sed etiam substantialiter, vt dicat substantialem conuenientiam inter extrema. Sed nunquam dicit hanc purè, cum sit præpositio transitiua, & habitudinem quandam importet, atque respectum ad extrema. Si enim tantum substantialiter teneretur, tunc sicut filius dicitur de substantia patris, sic pater diceretur de substantia filij. Idcirco notandum, quòd substantialiter accipi consueuit tripliciter. Aliquādo enim accipitur substantialiter, & partialiter, vt dicitur, quòd partes sunt de toto, seu de substantia totius, vt vrceus vini de dolio. Quandoque accipitur substantialiter, & ordinaliter, sicut cum dicitur: De pane fit corpus Christi. ibi enim est ordo, quia substantia panis non manet in corpore Christi, sed conuertitur substantialiter, quia substantia panis transit in substantiam corporis Christi. Interdum accipitur substantialiter, & originaliter, sicque filius dicitur de substantia patris. Nam ratione ablatiui tenetur substantialiter: ratione genitiui, originaliter. Hinc importat distinctionem quandam filij à patre, non à patris substantia, sed persona. Sicque præpositio tenet ibi generale significatum, ac speciale, nec designat omnimodam identitatem, neque diuersitatem, sed consubstantialitatem cum habitudine prætactæ originis. Hæc Bonauentura.

De præpositio substātialiter accipitur tripliciter

Thomas. ¶ In idem redit, quod Thomas hic scribit: Hæc præpositio, de, propriè designat principium, & consubstantialitatem. sed præpositio, ex, tantum designat principij ordinem. Hinc quicquid est de aliquo, est ex illo: sed non conuertitur, ut infra distinctione 36. habetur. Vnde ly, ex, interdum notat tantum ordinem temporis: vt, Ex mane fit dies, id est, post mane. quandoque ordinem principij agentis, sicut artificiata sunt ex artifice. Aliquando notat materiale principium, vt cultellus ex ferro. Sed, de, cum notet consubstantialitatem, semper notat, uel principium materiale, vel agens consubstantiale, quemadmodum homo filius generatur ex patre suo. Sicque filius Dei dicitur de patre, & de essentia patris: tamen de patre sicut de principio generante, & de substantia patris, sicut de principio generationis communicato. Consubstantialitas ergo concernit essentiam, ordo generantem personam. & sicut Socrates dicitur de substantia sui patris, ita & filius Dei, sed differenter: quia filius Dei est de tota patris substantia, Socrates de parte substantiæ. Hæc Thomas.

1.p. q. 41. art. 3. Quid interfit ĩter generatiō nem, & factionem. ¶ Porrò in prima parte Summæ, quæstione 41. Hoc, inquit, interest inter veram generationem, qua quid procedit ut filius, & factionem, qua faciens producit aliquid de exteriori materia, sicut artifex facit scamnum de ligno, homo autem generat hominem de seipso, Deus vero facit ex nihilo. Si itaque filius procederet à patre, ut de nihilo existens, haberet se ad patrem sicut artificiatum ad artificem, nec esset uerus naturalis, ac proprius filius Dei. Ideo est de substantia patris natus. Et iuxta expositionem Magistri quinta distinctione, ly, de, notat ibi habitudinem principij, quasi actiui. Ita enim exponit: Filius genitus est de essentia patris, id est, de patre essentia. Propter quod Augustinus dicit 15. de Trinitate: Tale est quod dico de patris essentia, ac si dicerem, de patre essentia. Sed non uidetur sufficere ad sensum locutionis, Possumus enim dicere, quòd creatura est ex patre essentia: non tamen, quòd sit ex essentia patris. Hinc aliter dici potest, quòd præpositio, de, semper notat consubstantialitatem. Idcirco non dicimus, quòd domus sit de ædificatore, cum non sit causa consubstantialis. Possumus igitur dicere, ꝙ aliquid sit de aliquo qualitercunque id significetur, ut principium consubstantiale, siue illud sit principium actiuum, siue quasi actiuum: sicut filius est de patre, siue sit principiū materiale, ut cultellus de ferro: siue sit principium formale in his ubi formæ sunt subsistentes, non alicui aduenientes. Sic enim dicere possumus, angelus est de natura intellectuali. Atque per hunc modum asserimus, quòd filius genitus est de essentia patris, inquantum essentia patris filio per generationem communicata, in eo subsistit. Hæc Thomas.

vbi supra ad secūdū Augusti.

De præpositio non semper cō substantialitatem designat. Ioan. 7. Petrus. ¶ Veruntamen præpositio, de, in scripturis non semper consubstantialitatem designat, cum Iudæi dixisse Christo legantur: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia.

¶ Petrus quoque hæc eadem suo more compendiosè deprompsit. Præpositio, inquiens, de, multipliciter in creaturis tenetur. quandoque purè materialiter, ut cultellus de ferro: interdum purè originaliter, ut radius de sole: aliquando purè ordinaliter, ut de mane meridies: nonunquam mixtim materialiter, & originaliter, ut filius de substantia patris in creaturis. In diuinis autem non est materia, sed substantia, quæ est purus actus. Vnde proportionaliter loquendo, in diuinis De, aliquando sumitur substantialiter, ut filius de essentia patris: aliquando originaliter, ut filius de persona patris: interdum ordinaliter, ut Christus factus est de æterno temporalis: aliquando mixtim substantialiter, & originaliter, ut filius de substantia patris. Hæc Petrus.

Richard⁹. ¶ Idem Richardus, & addit: Fuerunt quidam, qui aliter exposuerunt filium esse de substantia patris, dicentes hoc debere intelligi accipiendo substantiam pro hypostasi, ad similitudinem substantiæ primæ in creaturis. & dixerunt, quòd sicut sol gignit sui similitudinem per multiplicationem: & tamen similitudo illa dicitur generata a sole, sic hypostasis patris multiplicando se, naturaliter, & perfectissimè genuit hypostasim filij perfectissimam, communicans sibi totam suam essentiam. Non enim satis propriè (ut dicunt) filius esse asseritur de substantia patris, cum totam eam accipiat: Sed istæ modus loquendi, est euidenter contra Anselmum, qui in Monologion protestatur: Verbum summi patris est omnino ex sola ipsius substantia. Pari quoque ratione spirituſſanctus esset a patre, & filio per hoc, quòd personæ patris, ac si filij uoluntariè multiplicassent se. sicque sequeretur, quòd essent duo spirituſſancti, sicut pater, & filius sunt duę personę. Hęc Richardus.

Vdalricus Sex modis fit aliquid ex aliquo. ¶ Denique Vdalricus in Summa sua libro 3. cap. 4. Modi, inquit, quibus aliquid dicitur esse ex aliquo siue de aliquo, sex ponuntur a philosopho 5. Metaphysicæ: utpote, uel sicut ex materia, siue propinqua siue remota: uel per compositionem, sicut domus ex lapidibus: uel per resolutionem, uel sicut ex primo mouente, ut pugna ex conuitio: uel sicut ex substantiæ rei, ut filius ex patre; secundum ordinem, ut dies ex diluculo, ideſt, post diluculum, Hanc diuisionem Commentator reducit ad bimembrem, dicens, quòd aliquid dicitur fieri ex aliquo, uel ꝙ quancunq; trasmutationē unius in alterum, uel per consequentiam unius post alterū. Ex qua diuisione sequitur, ꝙ differunt tria hęc esse de nulla materia, & esse de nihilo siue de non aliquo, & non esse de aliquo. Quod enim de nulla materia est, hoc solum non est de aliquo per transmutationem: & hoc in creaturis necessariò est esse de nihilo, quia ſm philosophum, Non dicuntur ꝙ priè esse ex aliquo, nisi sicut ex materia transmutata in ipsa. Verum in creatore ubi una persona ex alia oritur sine materia, non sequitur, quòd de nihilo. Hinc filius Dei bene asseritur natus ex substantia patris, & non ex materia, neque de nihilo: quia in ipso non esse non præcedit ipsius esse, nec potest dici nō esse de aliquo, cum sit de patre: Hæc Vdalricus. Concordat Albertus.

Aegidius probat p̄dicta. ¶ Aegidius etiam: Filium, ait, esse de substantia patris, patet tripliciter. Primo, ex parte producentis, quia procedit a patre, ut subsistens persona, secundum modum naturæ, seu naturalis emanationis. Secundò ex parte producti, filius namque plus dicit, q̄ genitus. quia ad hoc, ꝙ aliquid gignatur ab aliquo, sufficit, ꝙ naturaliter ꝓcedat ab ipso ſm aliquem similitudinis modum. Vñ color similitudinē suā gignit in medio, quæ tñ simili tudo nō est filia coloris. Ad hoc uerò, ꝙ aliq̄d sit filius oportet, ꝙ haheat unitatem in natura cum principio ꝓductio. Hinc 7. Metaphysicæ loquitur commētator, ꝙ pater, & filius sunt unum in forma. Tertiò patet idem ex modo ꝓducendi. ꝓcedit quippè a pre per modū intellectualis naturæ, sicut uerbum a dicente, ex quo duo modi eliciuntur. Nam quia procedit per modum naturæ, oportet ut patris natura ei cōicet̄; ficq; de patris substantia generat̄. Et qa ꝓcedit per modū intellectualis naturæ ꝓcedit de scientia patris, cuius scientia, est sua essentia, sicque de substantia nascitur patris. Hæc Aegidius.

Filius non idē, quod genitus. Scotus.

Hērici opinionē narrat. ¶ In hac quæstione recitat Scotus positionem Hērici, dicentis, ꝙ sicut in materialibus est aliquid potentiale, quod præsupponitur generationi, ut materia: & aliquid inductum per generationem, ut forma: & ex eis est ꝓductum, quod generatur: sic proportionaliter correspondent quasi tria similia in diuinis. Persona quippè est quasi compositum ex essentia, & personali proprietatè, & relatio quasi forma: essentia autem sicut materia. Est ergo filius genitus de substantia patris, sicut de quasi materia.

Obiectio. ¶ Et si obijciatur, ꝙ actus purus non potest esse quasi materia respectu generationis: quoniam nullo modo est in potentia: & rursus, cum essentia sit una in tribus personis, filius esset de essentia trium:

Dilutio. Respondetur ad primum, ꝙ aliquid est in potentia ad aliquid absolutum, & differt ab ipsa relatiua intentione, & de potentia transit in actum per motū, & transmutationem rei, vel rationis. Alio modo aliquid est in potentia ad aliqnid, quod est relationis tantum, & differt ab ipso sola relatione, nunquā vadens per transmutationem in actum, sed semp naturaliter coniunctum est actui. Primò mō, in creaturis materia est in potentia ad formam, & forma generis ad formam differentiæ. Sed secundo modo diuina essentia est in potentia, ut communicetur, & sit in alia persona sub proprietate illius sine sua determinatione: quoniam de natura formæ diuinæ (inquantum est purus actus) est, ꝙ sit ita in potentia ad plures respectus: nec hoc est imperfectionis.

¶ Ad

¶ Ad aliud respondetur, quòd filius est de substantia, non inquantum est trium, sed vt est patris. Denique huic oplnioni additur ab alijs, quòd diuina essentia dicitur subiectiuè generari. quod enim subijcitur generationi, dicitur subiectiuè generari, secundum philosophum quinto Physicorum. Insuper illud subiectiuè generatur, quòd sub utroque generationis termino manet idem. talis autem est diuina essentia, quæ est in patre gignente, & filio genito vna.

¶ Contra opinionem hanc, ait Scotus, sic arguo: Diuina essentia est terminus formalis productionis, non ergo quasi materia. Antecedens probatur, quia per generationem filio communicatur. Consequentia tenet, quoniam aliter generatio diuina nõ esset verè, seu vniuocè generatio, quia formalis ratio termini eius non esset ratio conuenientiæ generantis cum genito. Præterea, sicut potentia prima causatiua, & effectiuè causat per se immediatè nullo materiali præsuppositio, sic prima potentia productiua adintra, producit, & generat nullo alio concurrente, & absque omni alio quasi materia. Hinc teneo cum doctoribus antiquis, qui omnes à tempore Augustini vsque ad istum, puta Henricum non sunt ausi in diuinis nominare materiam, nec quasi materiam, quod filius est de substãtia pris nõ sicut de materia, nec quasi materia. Hæc Scotus.

Diony.

¶ Qui de hac re scribit satis subtiliter, & diffusè, & quantum capere queo, satis ostendit, quòd diuina essentia in generatione æterna non habet se prò priè per modum materiæ. Nihilominus reor, quòd mentem Henrici non reprobet. Nec doctor ille solennis intendebat hoc dicere. Sed sicut Gulielmus Parrhisiensis, Alanus, & alij quidam, ostendunt imaginem quandam trinitatis altissimæ non solum in natura intellectuali, & anima rationali, sed item in materia, & forma, atque connexione ambarum, in multis quoque inferioribus rebus: ita Henricus ad declarandum, quantum possibile est, modum generationis diuinæ usus est præfato modo loquendi. Nam, & in quibusdam simile est, & multum confert ad capiendum vtcunque manuductoriè modum incomprehensibilis generationis illius. Vnde & sanctus Thomas in determinatione quæstionis istius affirmat, qnòd generatio illa diuina accedit ad similitudinem generationis, qua quid generatur de alio, tanquam de materiali principio, si à materia remoueatur totum, quod est imperfectionis, & remaneat hæc sola de conditionibus materiæ, quòd est manens in re, & quòd res per eam subsistit, & præcipuè res artificiata, quæ est in genere substantiæ propter suam materiam, & non propter suam formam artificialem, vt dicit Commentator secundo de anima.

Gal. Par. Alanus.

Essentia diuina non ineptè cõparatur materiæ.

Durandus probat in generatione diuina essentiam esse quasi materiam

¶ His consonant uerba Durandi, dicentis: In communi modo loquendi consueuimus dicere, quòd esse de aliquo, est esse de aliquo præexistente in re facta manente. Hinc cum in creaturis nihil existens in refacta permaneat nisi materia, in eis nihil propriè dicitur esse de aliquo, nisi materialiter accipiendo, sicut cultellum dicimus esse, & fieri de ferro. propter quod, in diuinis id, quod habet rationem materiæ, vel quasi materiæ, est id, de quo est generatio, atque res genita. Sed cum generatio non sit in Deo, ac creaturis uniuocè, non est hic, & ibi totalis uniuocatio requirenda, quantum ad id, de quo est generatio, & res nata, nec etiam, quo ad alia, quæ in generatione consistunt: sed sufficit competentem similitudinem inuenire, quantum ad ea, quæ imperfectionem non includunt. Sicque dici potest, quòd filius Dei est, & generatur de substantia patris, ita quòd præpositio, de, circunstantiam dicat materiæ, aut quasi materiæ. Quod primo sic patet: Id quod secundum nostrum modum intelligendi præexistit filio producendo, & est in producto, habet se ad filium ut id, de quo filius est. & hæc est conditio materiæ ad imperfectionem non pertinens, talis autem est essentia patris.

¶ Secũdò sic: Quandocunq; aliquid constituitur ex pluribus, vnum eorum se habet per modum materiæ, ac perfectibilis, & alterum, quasi secundum rationem actus perficientis. Filius autem constituitur ex essentia, & relatiua proprietate: idcirco oportet, quòd alterum horum se habeat quasi in ratione materiæ, & alterum quasi in ratione actus. Porrò inter hæc magis se videtur habere in ratione materiæ ipsa essentia, quia intelligitur, quasi substare relationi, non econtrario.

¶ Tertiò sic: Illud est subiectum, uel quasi subiectum in generatione, quod recipit geniti formam. sed diuina essentia recipit in se formam, per quam constituitur genitum, proprietatem uidelicet relatiuam, ergo ipsa est, quasi materia, & subiectum in generatione diuina. Verum sunt aliquæ conditiones materiæ nullo modo conuenientes diuinæ essentiæ, ad imperfectionem pertinentes, ut quòd materia est pura potentia, & fit actu per formam absolutam sibi aduenientem, & quòd de priuatione transmutatur ad formam: vnamq; formam acquirendo, amittit mox aliam. Hæc Durandus.

Quib con ditiõibus, differt materia ab essentia diuina.

¶ Ex quibus innotescit, stare non posse, quod Scotus ait, nullum antiquorum doctorum ausum fuisse nominare materiam à tempore Augustini, usque ad Henricum. Siquidem sanctus Thomas, & Gulielmus Parrhisiensis, qui & contemporanei extiterunt, fuerunt ante Henricum de Gandauo per plures annos. Vt enim ex ultimo patet, quodlibeto Henrici, ipse fuit & uixit anno domini millesimo ducentesimo nonagesimoprimo, ut legi in exemplari vnde hæc scripsi. Porrò Thomas feliciter migrauit ad Christum anno eiusdem millesimo ducentesimo septuagesimoquarto. Postremò argumenta Scoti faciliter soluerentur, dicendo ad primum, q̃ diuina essentia non eadem consideratione, ac ratione, sed distincta, uocatur terminus formalis generationis diuinæ, & quasi materia eius. Nempè inquantum per generationem filio communicatur, & in ipso consistit terminus formalis generationis vocatur: sed inquantum consistit in patre, & secundum modum nostrum intelligendi, quasi præexistere generationi concipitur, sic quasi materia generationis censetur. ¶ Aliud verò Scoti argumentum concludit, quòd virtus illa æterni patris generatiua, ac prima, ad generandum nil præsupponit, neque requirit, quod distinctum, & aliud sit ab ipsa. Essentia namque diuina realiter idem est cum patre, & cum generatiua eius potentia. Ex præhabitis quoque patet argumentorum in principio quæstionis huius factorum solutio.

Guil. Par.

Solutio argumentorum Scoti cõtra Henric.

Vnde soluuntur obiectiones, initio quæstionis motæ.

¶ Nunc restat ostendere, an & qualiter diuina essentia sit terminus generationis diuinæ. Et sicut iam patuit, non est terminus, quod id est, non est id, ad quod directè, verè, & propriè generatio terminatur, quia non generatur. Scotus verò in præhabitis innuit uerbis, quòd sit formalis terminus generationis illius, quia uidelicet per generationem filio communicatur, ac datur, & filius nasci asseritur, inquantum per generationem à patre accipit diuinam naturam.

Quõ essentia diuina sit terminus generationis.

Aegidius.

Generationis triplex consideratio.

¶ Hinc scribit Aegidius: In gñatione sensibilium termini accipiuntur tripliciter, sm quod gñatio tripliciter consideraf. Primò uidelicet, ut est mutatio: secundò, ut est actio, seu in actione cõsistens: tertiò, ut est uia, & assimilatio in natura geniti ad gignentem. Primò mõ termini gñationis sunt, non esse, & esse: quia nõ esse, est terminus a quo: & esse, terminꝰ ad quẽ. Gñatio em̃ in creaturis, est a non esse simpliciter ad esse simpliciter. Secundò mõ, terminꝰ a quo generationis, est gignens: terminus ad quẽ, genitus: cũ generatio sit quasi mediũ inter generantẽ, & gñatũ, quemadmodũ actio inter agentẽ, & patientem. Tertiò mõ, terminus a quo generationis diuinæ est diuina essentia, seu natura, ut est in patre, prout eius, uirtute patri conuenit generare: & terminus ad quẽ est eadem essentia, ut est in filio, qui per essentiã patri identificatur, & ei in natura similis perhibetur. Sicq; essentia diuina est ratio, cur filio generari ascribitur, inquantum per generationem ei a patre essentia ipsa communicat. Hinc essentia appellatur terminus formalis generationis illius. Hæc in sententia Aegidius.

Pater qõ dicatur eẽ a nullo, & a seipso.

¶ Præterea quærunt doctores, an pater, seu filius in diuinis sit ex nihilo, & de patre clarum, q̃ non. dr̃ tñ esse a nullo: quia nil ante se, nec aliud a se, nec alius a se, est sibi causa, aut ratio essendi: sed dicitur esse a seipso, uel sibijpsi esse exhibere: non quòd sit realiter causa suiipsius, sed tales locutiones exponendæ sunt negatiuè: ut sit sensus, Est a seipso, idest, non ab alio: & exhibet sibi esse, id est, aliunde non habet, nec accipit. Deniq; filius non est ex nihilo, quamuis non sit ex præiacenti materia: nec est ex nihilo, quasi nihil sit materia ex qua, sed ex substantia patris est genitus. ¶ Hinc ait Durandus: Esse de nihilo, est non habere in se aliquid, quod non sit prò ductũ ab alio, ita, quòd sibijpsi relictum, laberetur in nihil. Idcirco nequaq̃ dicendum, q̃ filius Dei sit ex uel de nihilo, quia in filio est diuina essentia, a nullo producta, & ipsum necesse est esse.

Durandus

Quid sit eẽ ex nihilo.

¶ Thomas quoq; ait: Differt dicere aliquid, nõ esse ex aliquo, & aliq̃d esse ex nihilo. Cum em̃ dr̃ non esse ex aliquo sicut ex materia, nihil ponit, & hoc conuenit filio, q̃ non est ex materiali principio. Cum autem dr̃ esse ex nihilo, remanet ordo affirmatus ad nihil. Porro aliq̃d habet ordinem ad nihil dupliciter, s. ordinem temporis, & ordinem naturæ. Ordinem tpis, ex eo, q̃ prius fuit non ens, & postea est ens, & hoc nulli conuenit æterno. Ordinem autem naturę, quando aliquid habet esse dependens ab alio, hoc est ex parte sui, non habet nisi non esse, cum totum esse suum ad aliud denpendeat. Et quod alicui est, & cõuenit ex se, naturaliter pcedit id, quod est, & cõuenit ei ex alio. Ideo q̃uis creaturæ fuissent ab ęterno, nihilominus essent ex nihilo, ut ẽt asserit Auicenna. Neutro aũt mõ filius ordinẽ habet ad nihil cum sit æternus, & suũ esse est absolutum, ac independens. Quamuis. n. habeat esse a patre: non tamen dependet ad patrẽ: qm̃ habet, & accepit a patre idem numero esse, quod habet pater: Hæc Thomas.

Dupliciter habet aliquid ordinem ad nihil.

Auicenna.

¶ Concordat Albertus, Vdalricus, & alij. Quidam verò adijciunt sm Anselmum in Monologion: Aliquid esse ex nihilo, intelligi potest tripliciter. Primò, ut ly, nihilo, sumatur simpliciter negatiuè, quemadmodum dicimus de tacente, iste loquitur de nihilo. sicque pater potest dici de nihilo. Verum tñ iste modus non est usitatus, nec sine expositione vtendũ est eo. Secundò positiuè, & materialiter, sicq; omnino nihil est, aut fit ex nihilo. Tertiò ordinaliter, ut sit sensus de nihilo, id est, post nihil, & sic creatura est de nihilo. Sumitur etiam interdum quasi causaliter, ut iste irascitur de nihilo, id est, sine causa.

Triplicitter intelligitur aliquid eẽ ex nihilo.

A *Vtrum pater voluntate genuit filium, an necessitate, & an volens, vel nolens sit Deus. Distinctio VI.*

De comparatione actus gñandi ad potẽtiam. Orosiꝰ ad Aug. c. 20. Opinio cuiusdam hęretici. Aug. c. 20 & in qõnibus ad Orosium.

PRæterea quæri solet, utrum pater genuerit filium uoluntate, an necessitate. De hoc Orosius ad Aug. ita ait: Voluntate genuit pater filium, uel necessitate, sed nec voluntate, nec necessitate: quia necessitas in Deo non est, prę ire voluntas sapientiam non potuit. Quocirca (vt Aug. ait in 15. lib. de Tri.) ridenda est dialectica Eunomij, a quo Eunomiani hæretici orti sunt. Qui cum non potuisset intelligere, nec credere uoluisset unigenitum Dei verbum, filium Dei esse natura, id est, de substantia patris genitum, non naturæ, uel substantię dixit esse filium, sed filium uoluntatis Dei: volens asserere *accedentem Deo voluntatem, quæ gigneret filium, sicut nos aliquando aliquid volumus, quod antea non uolebamus. propter quod mutabilis intelligitur nostra natura. quod absit vt in Deo esse credamus. Dicamus ergo uerbum Dei esse filium Dei natura, non voluntate, ut docet Aug. in 15. lib. de Trin. vbi quendam catholicum hæretico respondentem commendat, dicens: Acutè sanè quidam rñdit hæretico versutissimè interroganti, vtrum Deus filium volens, uel nolens genuerit: ut si diceret, nolens, absurdissima Dei miseria sequeretur. Si aũt volens, cõtinuò, quod intendebat concluderet, s. nõ naturę esse filiũ, sed uoluntatis. At ille vigilantissimè vicissim q̃siuit ab eo, vtrũ Deus pr̃ volens, aut nolẽs sit Deus: ut si rñderet, nolẽs, sequeretur grãdis absurditas, & miseria, quã de Deo credere magna est insania. Si autem diceret, uolens: rñderetur ei, ergo & ipse uoluntate sua Deus est, non natura. Quid ergo restabat, nisi ut obmutesceret sua interrogatione, obligatũ indissolubili vinculo se vidẽs? Ex p̃dictis docetur, nõ esse cõcedendũ, q̃ Deus uolũtate, vel necessitate, uel volẽs, uel nolens sit Deus: item, q̃ voluntate, vel necessitate, uel volẽs, vel nolẽs genuerit filiũ.

* antecedentem.

B *Oppositio contra prædicta.*

Sed ꝫ hoc opponitur sic: Volũtas Dei, est natura siue essentia Dei: qa nõ est aliud Deo esse, aliud velle: & ideo sicut vna est essentia triũ p̃sonarũ, ita & vna volũtas. Si ergo Deꝰ

natura

Responsio

natura Deus est,& voluntate Deus est:& si uerbum Dei natura filius Dei est,& voluntate filius Dei est. Hoc aũt facilè est refellere. Nam & præscientia Dei siue sciẽtia,qua scit vel præscit bona,& mala,diuina natura siue essentia est: & prædestinatio siue uoluntas eius,eadẽ diuina essentia est:nec est aliud Deo scire,& velle,q̃ esse. Et cũ sit vnũ, & idem scientia Dei,vel voluntas,non tñ dr̃ de volũtate,q̃q̃d dr̃ de scientia, & ecõuerso. Nec oĩa illa sua voluntate Deus vult,quæ sua sciẽtia scit:cũ sua sciẽtia nouerit, tàm bona, q̃ mala,uolũtate aũt nõ velit nisi bona.Sciẽtia q̃ppè Dei,& præsciẽtia de bonis est, & malis,uolũtas verò & prædestinatio de bonis est tm̃:& tñ vnum,& idem in Deo est sciẽtia, & voluntas,& præscientia,& prædestinatio. Ita cũ unum sit natura Dei, & voluntas, dr̃ tñ pater genuisse filium natura,non voluntate:& esse Deus natura, non voluntate.

C *Qualiter intelligenda sint illa verba, Pater nec nolens, nec volens Deus est, nec volens, nec nolens genuit filium.*

Augustli. 15.de Tri. cap.29.

Prædicta tamen verba, quibus prudenter dictum est, quòd Deus pater, nec uolens, nec nolens est Deus, nec nolens,nec uolens genuit filium,siue uoluntate,siue necessitate: ex tali sensu uidentur accipienda, ut uoluntatem præcedentem, uel * accedentem intelligamus, qualiter Eunomius intelligebat.Non enim ipse Deus est uoluntate præcedenti,uel efficienti, uel uolens priùs, quàm Deus: nec uoluntate præcedenti,uel accedenti genuit filium, nec priùs, quàm generans genuit filium, nec priùs generans, q̃ uolens genuit filium. Volens tamen genuit, sicut potens genuit: & bonus genuit filiũ, & sapiens genuit.& hmõi.Si.n.pr̃ sapiens,& bonus dr̃ genuisse filium,cur nõ,& volens, cũ ita sit Deo idem esse uolentem,quod est esse Deũ,sicut idem est esse sapientem,quod est esse Deũ? Dicamus ergo,q̃a pr̃ sicut sapiens,ita uolẽs genuit filiũ,sed nõ uolũtate precedenti,uel * accedenti. Quẽ sensum aperit Aug.& cõfirmat, ita dicens super epistolã ad Ephe.De filio Dei.i.dño nro Iesu Christo, scriptum est,quia cum patre semper fuit: & nunquam eum,ut esset,paterna voluntat præcesserit: & ille quidem natura filius est.

* antecedentem.

* antecedenti.

Ephe.3.a

Hilarius in lib.de Synodis: Eos qui dicunt de non extantibus esse filium Dei, similiter qui dicunt, quod neque consilio, neque uoluntate pater genuerit filium, anathematizat sancta ecclesia. Item, si quis nolente patre dicat natum filium, anathema sit. Non enim nolente patre coactus pater, vel uaturali necessitate ductus, cum nollet, genuit filium: sed mox, vt voluit, sine tempore, & impassibiliter ex se vnigenitum demonstrauit.

Summa distin 6.

HAEC est distinctio sexta,in qua magister mouet q̃stionem de principio generationis diuinæ, an s.pater necessitate aut nolũtate genuit unigenitũ suũ Quo circa tangit hęreticorũ errorẽ,& cuiusdã uiri catholici rñsionẽ idoneã,ex qua infert rñsũ.Deinde obijcit contra illud,& soluit obiectũ,& cõseq̃nter exponit qualiter responsio sua sit intelligenda, Ea uerò quę in textu obscura uident,in rñsione ad quæstionẽ circa textum mouendam,patebunt.

QVAESTIO I.

Arguitur 1. pro parte affirmatiua. 2

QVæritur ergo, *An pater genuit necessitate, uel voluntate.* ¶Et uidetur,quòd necessitate. aliàs filius Dei potuisset non esse.

¶Secũdò:qm̃ gñatio filij Dei est emanatio naturalis, vt dictũ est sæpe,& talis emanatio necessaria est, nec põt nõ esse,cũ natura sit determinata ad unum.

Dionysi9. 3

¶Tertiò,quia diuinus Dionysius protestatur, q̃ bonitas Dei non reliquit esse sine germine; esse ergo necessitauit eum ad generandum.

Ephes.1. 4

¶Quartò,quia ad Ephesios fatetur Apostolus,q̃ Deus operatur omnia ẽm propositum voluntatis suæ.ergo voluntate genuit filium suum.

5

¶Quintò:qm̃ actio Dei, ac gñatio eius est purè intellectualis,cum Deus sit essentialiter sapientia infinita.actio autem intellectualis est libera, libertas uerò ad uoluntatem potissimè pertinet.

6

¶Sextò, Deo pr̃i maximè,imò ifinitè placet gñatio sua adintra:ergo est volũtaria,ficq; genuit volũtate.

Responsio Thomæ.

¶Ad hæc oĩm penè doctorũ concors dar̃ rñsio, quã Thomas hic exprimit planè,dicendo. Secũdum philosophum 5. Metaph. necessarium multipliciter dr̃. Est.n.necessarium absolutè,& est necessarium ex conditione. Et hoc ultimum duplex est, vtpote necessarium cõditione finis, & necessariũ conditione agentis.Porro necessariũ cõditione agẽtis,est necessariũ p uiolẽtiã.Currẽtẽ.n.violẽter non necesse est currere, nisi cogat ad cursum.Necessariũ cõditione finis,est illud,sine quo cõseq̃ finis nõ ualet,vel nõ ita faciliter.Finis uerò est duplex,Vnus ptinẽs ad eẽ, alter ad bene esse.Cibus necessarius est hoĩ ad eẽndũ, nauis ad bñ cõsistẽdũ.Porro necessariũ absolutè dr̃, quod necessariũ est p id, q̃d est in sua essentia, siue hoc sit ipsa tota essentia,ut in simplicibus, siue in rebus cõpositis illud sit materia: quẽadmodũ necessariũ est hoĩem mori, siue sit forma, sicut necesse est hoĩem esse rõnalẽ.Hoc aũt absolutũ necessariũ, duplex est. Nã quoddã habet esse, ac necessitatẽ ab alio quo,sicut oẽ creatũ:Quoddã est,cuius necessitas ab alio non depẽdet, sed ipsum est causa necessitatis in necessarijs cunctis. Dicẽdũ ergo, q̃ gñatio diuina nõ est necessaria necessitate cõditionata,siue cõditionẽ ex fine,siue ex agẽte.Non ex agente, cũ ipse Deus generans sit primum principium. Neq; ex fine,cum & idem ipse sit uniuersorum ultimus finis: sed necessaria est necessitate absoluta, sicut est necessitas primæ causæ.Hæc Thomas in Scripto.

Necessarium multipliciter dicitur.

Finis duplex.

¶At verò in prima parte summæ, qõne 41.ait:Dũ aliquid dr̃ esse,aut fieri uoluntate,dupliciter põt intelligi. Primò,ut ablatiuus designet concomitantiã tantum:sicut,sum homo uolũtate:qm̃ uolo me hominem esse,& placet mihi,q̃ homo sum. Sic quoq;

ar 2.

Voluntate fit aliquid dupliciter

dici potest, quòd pater genuit filium uoluntate, sicut,& voluntate est Deus: quoniã uult se esse Deũ, & uult se filium generare.Secundò sic,quòd ablatiuus ille importet habitudinem principij, quemadmodum artifex operatur uoluntate: quia uoluntas sua est causa,atq; principium productiuum operis sui,ficq; pater non genuit filium uoluntate,sed creaturas.Vnde in libro de Synodis:Si quis uoluntate Dei tanquam unum aliquid de creaturis Dei filium dicat factum,sit anathema.Cuius ratio est,quia uoluntas,& natura secundum hoc differunt in causando,quòd natura ad unum determinata est, non uoluntas.Et huius ratio est quia effectus assimilatur formæ agentis per quam agit.Porro unius rei non est nisi una forma naturalis, qua est. Hinc quale est ipsum, tale facit.Sed forma, per quã agit uoluntas non est una duntaxat, sed plures, ẽm quod plures sunt res intellectę.Obiectum enim uoluntatis est res intellecta. Vnde, quod uoluntate agitur, non tale est quale agens,sed quale uult uolens. Eorum ergo uoluntas principium est, quæ possunt sic, & aliter se habere: eorum uerò, quæ non possunt nisi sic esse, principium est natura. Sed sic, & aliter esse, Deo non conuenit, qui est necesse esse, sed creaturis. Hinc Arriani uolentes, quòd filius Dei sit pura creatura, dixerunt,quòd pater filium genuit uoluntate, prout uoluntas designat actionis principium.Nos autem fatemur, quòd genuit eum non uoluntate,sed natura.Hic Hilarius libro de Synodis: Omnibus, inquit, creaturis substantiam attulit Dei uoluntas,filio autem naturam dedit ex * initiabili, & non nata substantia perfecta natiuitas. Talia quippè cuncta creata, sunt, qualia Deus uoluit ea esse.filius uerò natus ex Deo, talis subsistit qualis,& pater.

Quæ differentia uoluntatis & naturæ in causando.

Arrianorũ error.

Hilarius.

Thomas habet impassibili.

¶Deniq; qualiter filius sit genitus,uoluntate, uel non,Thomas in Scripto ostendit, dicendo: Voluntas potest comparari ad aliquid dupliciter. Primò, sicut potentia ad obiectum. Secundò, sicut principium.Si primo modo, sic omne à Deo uolitum,potest dici esse uoluntate ipsius. Sc enim est Deus uoluntate,& genuit uoluntate, sicut expositũ est.Si secundò modo,hoc contingit dupliciter: q̃a aut illud ad quod comparatur,ut principium, dicit rationem principiandi, aut ipsum principiatum. Primo modo comparatur ad processionem spiritus sancti,qui procedit ut amor, in quo amore uoluntas producit principiata, uidelicet creaturas: & secundum hunc modum, etiam in Deo se habet ad generationem filij intellectus: quoniam filius procedit, ut uerbum, & ars. Si secundò modo, sic principiatum uoluntas procedit a uoluntate secundum uoluntatis conditionem. Voluntas autem quantum in se est, libera est, sic principiata uoluntatis non sunt, nisi quæ possunt esse, & non esse, puta creata: nec sic comparatur uoluntas ad filij generationem. Hinc quidam distinguunt uoluntatem, in uoluntatem accedentem, quæ scilicet de nouo accedit operanti, aut operi, quæ nullo modo in Deo est, cum omnis operatio eius sit a uoluntate æterna. Item in uoluntatem concomitantem, quæ dicitur secundum comparationem ad obiectum solummodo, & sic est in Deo respectu generationis filij: atque in uoluntatem antecedentem, & sic dicit comparationem principij ad principiatum, ficque in Deo est respectu creaturarum.Hæc Thomas.

Volũtatis duplex est ad aliquid cõparatio.

Volũtas distinguitur in accedentem,cõcomitantem & antecedentem.

Qualiter generet pater filiũ naturaliter.

¶Qui etiam in hac sexta distinctione declarat, qualiter pater naturaliter genuit filium, dicens:

Diuina essentia est principium omnium actuum diuinorũ.Quamuis essentia inquantum essentia, non dicat principium actus,qui est operatio,sed qui est esse:attamen cum in diuina essentia consideratur attributa diuersa,quæ realiter unum sunt, sola rõne distincta, actus refertur ad essentiam ẽm hoc,aut illud attributum,prout exigit conditio actus:sicut in telligere est a diuina essentia, inquantum ipsa est in tellectus:& res uolitæ,quæ possunt esse,& non esse, producuntur ab essentia,inquantum ipsa est uoluntas.Et quia de ratione generationis est,ut producatur genitum in similitudinem generantis,cuius productionis principium pertinet ad naturã quę est ex similibus similia procreãs,ideo dicitur,quòd pater natura generat filium.Hęc Thomas.

Albertus. Vdalricus Petrus

¶Concordant omnino Albertus in Scripto,& Vdalricus in Summa 3.libro Petrus quoque hic scribens:Secundum Philosophum inquit, & Commentatorem 5.Metaphysicæ,Necessarium dicitur pluribus modis.Collectio autẽ,seu summa eorũ quæ ibi dicuntur,hęc est:Necessarium est, quod est impossibile aliter esse.Quod est dupliciter. Primò,per ipsam rei essentiam,sicut in Deo, qui ab æterno existens,necessarium habet esse.& hoc necessarim (ẽm philosophum) uocatur omnino p se impermutabile,non per aliud,ficque necessitate pater genuit filium.Secundò per aliud,puta per causam.Aut ergo comparationẽ ad causas intrinsecas,hoc est, aut per comparationem ad materiam, & sic est necessitas indigentiæ:aut ex patre formæ, & sic est necessitas immutabilitatis;aut per comparationẽ ad causas extrinsecas,q̃ potest eẽ dupliciter. Idẽ Richar.

Necessariũ multiplicter dicitur

Bonauent. Multiplex necessitas.

¶Insuper Bonauentura:Multiplex est,inquit, necessitas. Vna proueniens ex principio disconueniẽte,alia ex principio deficiens, quædam ex principio conueniente,& suficiente.Illa quæ prouenit ex principio disconuenientiæ, duplex est.Aut enim est ex mouente contra naturam,& hæc est necessitas uiolentiæ:aut contra uoluntatem,& hæc est necessitas coactionis. Illa quoque,quæ est ex principio deficiente, est duplex.Aut quoniam est respectu eius,quo res completur,& ista est necessitas indigentiæ,ut cibus, ac potus,iuxta illud: Qui uiderit fratrem suum necesse habere,&c.Aut respectu eius, quod incurrit ex defectu,& hæc est necessitas ineuitabilitatis,qualis est in morte, atque in motibus primis ex defectu originalis iustitię,iuxta illud Psalmi:De necessitatibus meis erue me. Conformiter tertia,q̃ est ex principio conueniente,& sufficiente, duplex est: quia, aut ex principio sufficiente in disponendo,& ista est necessitas materiæ dispositæ,& potest uocari necessitas exigentiæ: aut naturam complendo,& hæc est necessitas immutabilitatis, & hæc est in Deo,& principaliter conuenit ei: quoniam ipse solus est,qui sibi omnino sufficit,& secũ penitus cõuenit.Nec ista necessitas repugnat libertati,sed uertibilitati, ac mutabilitati. Hæc Bonauentura.

1.Ioan. 3.

Psal.106.

Aegidius

¶Præterea circa hæc scribit Aegidius:Filium Dei esse filium natura uel naturæ,intelligi potest dupliciter.Primò formaliter,& ita est falsum: quoniam sicut pater formaliter pater est paternitate,sic filius filiatione.Secundò originaliter,& ita est uerũ:quia uirtute naturæ fit generatio,& natura specialiter sumitur respectu actus qui est generare.Iterum ait: Cum causa sit ad cuius esse sequitur aliud, modi necessitatis sumendi sunt per comparationem ad causas.ideo iuxta quadruplex genus causę,est quadripartita necessitas.Prima ex pte causę materialis,

Quadruplex necessitas respõdẽs 4 causis.

quæ

quæ est necesitas indigentiæ, proueniens ex hoc, ꝙ apptitus materiæ non est satiatus. Secunda est necesitas ex parte formæ, sicut necesse est ignem calefacere calefactibile sibi applicitum, quæ vocatur necesitas exigentiæ. Tertia est respectu causæ efficientis, sicut necesse est lapidem impulsum in altum moueri sursum, quæ est necesitas coactionis. Quarta est ex parte finis, sicut necesse est habere nauem ad nauigandum. Et quoniam Deus non habet causam, isti modi necesitatis non conueniunt proprie ei. Necesitas tamen ex parte formæ transfertur ad ipsum, quoniam hæc est necesitas ineuitabilitatis, eo ꝙ natura rei sic exigit. Hæc Aegidius.

Procedat. ne a pre filius ꝑ modum ideæ

¶Amplius circa distinctionem hanc aliqui quærunt, an filius Dei procedat à patre secũdum rationem exemplaritatis, seu per modum ideæ, vel artis. Videtur, ꝙ sic, quia per intellectum procedit à patre, & sicut notitia ex mente noscentis, & sicut imago patris, uidelicet ſm rationem similitudinis.

Bonauen.

¶Ad istud Bonauentura respondet: Sicut aliquid dicitur per modum uoluntatis, aut liberalitatis procedere dupliciter, (Primò, sicut id, quod liberaliter datur, aut agitur, quemadmodum creaturæ procedunt à Deo: secundo, sicut id, quod est ratio liberalitatis, vt amor. sicq; procedit spirituſsanctus, qui est amor, & donum, in quo omnia dona donãtur.) sic per modum exemplaritatis produci dupliciter dicitur: Primò, id quod ad exẽplar fit propriè. sicq; creaturæ exemplariter fluunt à Deo, vtpotè exemplata ad increatum exemplar. & ita exemplar importat causalitatem formalem respectu exemplati. Secundò, sicut ratio exemplandi. & sic filius videtur à patre procedere secundum rationem exemplaritatis, cum ipse sit uerbum patris, quo non solum se loquitur pater, verum etiam cætera cuncta disposuit. propter quod filius appellatur ab Augustino, ars rationibus plena. Et communiter dicitur, Qui negat ideas, seu mundum archetypum esse, negat Deum filium esse. Et hic modus procedendi secundum exemplaritatem, non repugnat processui naturali, imò esse non potest nisi naturalis. Alius uero naturali repugnat processui. est enim secundum voluntatis imperium: & prout procedens, ac productum differunt secundum causalitatem, & vnum secundum veritatem non est in alio idem numero. Hæc Bonauentura.

Produci- tur aliqd per modũ exemplaritatis dupliciter.

¶Concordat omnino Richardus, & addit: Filius procedit à patre non vt exemplatum, sed vt ratio exemplandi alia. Cuius rei potest poni aliquo modo tale exemplum: Esto quòd aliquis artifex conciperet naturaliter aliquod exemplar in mente sua, sion habens in concipiendo aspectu ad aliquod exẽplar suæ conceptionis directiuum, ac deinde iuxta exemplar à se conceptum, opus suum produceret, diceremus, quòd illud exemplar processisset ab artifice, non ut exemplatum, sed tanquàm ratio exemplandi effectum: opus uero productum, ad huius exemplaris intuitum produceretur ab artifice illo, tanquam exemplatum. Hæc Richardus.

Exemplo docetur quõ procedat a pre filius.

¶Concordat Aegidius, inter cætera scribens: Opus naturæ dici potest opus intelligentiæ, & præsertim intellectus diuini, omnia enim naturalia cõparantur ad intellectum primum, sicut artificialia ad intellectum artificis. Hinc Commentator duodecimo Metaphysicæ dicit, quòd ea, quæ naturaliter generantur in inferioribus istis, habent mensuras proprias ex motibus stellarum, quæ mensura prouenit ab arte intellectuali diuina. Hinc ars nostra imitatur naturam, qm̃ intellectus noster imitat

Quõ natu rę opus at tribuatur intelligentiæ.

Cur ars imitetur naturam.

intellectum diuinum, cum sit eius imago. Porrò verbum mentis nostræ, initium est omnis nostræ operationis, ut 12. de trinitate asserit Augustinus. Nil etenim facimus, nisi id mente ante concipiamus. Sicq; verbum conceptum, est ratio, regula, & directio operum fiendorum: sic & Deus pater genuit verbum, in quo cuncta fienda disposuit. Vnde lib. 83. quæstionum. Verbum Dei operatiua potentia nuncupatur. Cumq; sit ratio, exemplar, & ars fiendorum, non potest dici artificiatum: quia sic esset ratio producendi seipsum, & procederet ut artificiatum. Idcirco dum quæritur, an procedat per modum artis: si hoc quod dicitur artis, cõstruatur in habitudine denotãte principium productionis; sic dicimus creata, non filium à patre per modum artis procedere. Si autem quod dicitur artis, construatur in vi declarationis essentiæ, seu naturæ, aut naturalis originis, vel vt melius dicatur, si non est constructio transitiua, sed appositiua, sicut cum dicitur creatura salis, id est, creatura, quæ est sal, sic est vera: quoniam sensus est per modum artis, id est, procedit ut ars: velut si diceretur, iste agit per modum hominis, id est, ut homo. Ex quibus patet ad argumenta solutio. quamuis enim filius procedit intellectualiter, & vt imago, & ars, ac ratio, non tamen ad exemplar modo prefato, sed vt exemplar iuxta sensum iam tactum. Hæc Aegidius.

Augustꝰ.

Filius qũo procedat à patre ꝑ modum artis.

Soluũtur argumẽta

¶Hinc ait Richardus: Verum est, ꝙ pater intelligendo se genuit filium, & quòd filius est expressissimè similis patri, non tamen produxit pater filium ad exemplar. Quod enim ad exemplar producitur, ita distinctum est ab exemplari, quòd ratio similitudinis in exemplari, & exemplato, non est in vna re numero. Pater verò, & filius in una, & eadem essentia similes sunt. In eius quoque productione, quod ad exemplar produ citur, voluntas est imperans, aut eliciens productionem exemplati: quod in filij generatione locum non habet, ut dictum est. Hæc Richardus.

Richardꝰ. Pater non produxit filium ad exemplar.

Scotus.

¶Porrò circa hæc imaginatur Scotus, ꝙ in primo signo in diuinis, sint intelligere, & velle, simpliciter, & absolutè sumpta: verbum autem proferre, aut dicere, utpotè generare, in signo secundo. Et iuxta hoc sequi videtur, quòd velle ad generationem filij, haberet se aliquo modo antecedenter: quod præinductis non consonat. Hinc imaginatione illa admissa, videtur dicendum, quòd illud velle concerneret intelligere generis sui, non actũ dicendi ad intra.

Petrus.

Processus duplex ꝑ modum liberalitatis.

¶Præinductis demum concordat, quod scribit Petrus: Per modum, inquiẽs, liberalitatis potest aliquid procedere dupliciter. Primò, ut ratio liberalitatis, sicque procedit donum increatum, videlicet amor qui est spirituſsanctus. Secundò, ut effectus liberalitatis, & sic procedunt dona creata. Vnde in his, quæ de propria substantia producuntur secundum modum naturæ, ratio ideæ non obtinet locum. Nam & à creato artifice aliter procedit arca, vtpotè secundum rationem exemplaris: aliter filius, quia secundum modum naturæ.

Obiectio.

¶Cum ergo arguitur, Omne, quod procedit ab aliquo secundum rationem sapientię, atque secundum rationem artis, siue ut verbum cordis, procedit ſm rationem ideæ. Dicendum, ꝙ procedere secundum rationem sapiẽtię, artis, aut verbi, est duobus modis. Primò, ut ipsa sapientia, & ars, ac verbũ. sicque nascitur filius, qui procedit ut ipsa idea. Secundò, ut effectus sapientiæ, artis, ac verbi interni, & ita procedunt creata. Hæc Petrus.

Dilutio.

A

Hic quæritur an pater potuerit, vel voluerit gignere filium. Distinct. VII.

De cõparatione potentiæ generãdi ad personam.

HIC solet quæri a qbusdam, vtrũ pater potuerit, uel uoluerit generare filiũ. Si.n. (inquiunt) potuit, vel uoluit gñare filium, ergo potuit aliqd, & uoluit, quod nec uoluit, nec potuit filius: nã filius nec potuit, nec voluit gñare filiũ. Cui uersutiæ facilè rñdemus, dicentes: Posse uel nelle gñare filiũ, non est aliqd posse, uel uelle subiectũ potentiæ, uel uoluntati: est tñ aliqua potẽtia, vel voluntas, s. posse, uel uelle gignere filiũ. Et ideo distinguẽda est intelligentia ꝓpositi uerbi posse, uel uelle gignere filiũ, & posse, uel uelle aliquid. Neq;.n. gñatio filij aliqd eorum est, q̃ subiecta sunt diuinæ potentiæ, & voluntati: nec est aliqd inter oĩa, uel de oĩbus, sed sup oĩa, & ante oĩa. Non.n. ante voluit, uel potuit, q̃ genuit, sicut nec ante fuit, q̃ genuit: quia ab æterno fuit, & ab æterno genuit. Ex simili quoq; hoc uidere possumus. Pater.n. põt esse pater, & vult esse pater: filius autem nec põt, nec vult esse pater: ergo pater potest, uel uult esse aliquid, quod non potest, uel uult esse filius: nõ sequitur, quia esse patrẽ, non est esse aliquid, sed potest esse ad aliquid, ut in sequenti ostendetur.

B

Ponit quædam verba Augustini, vnde potest moueri auditor.

Augꝰ li. 3. cõtra Maxi. c. 13.

Sed vehementer nos mouet, quod Aug. ait in lib. ꝯ Maximinum, qui asserebat patrẽ potentiorem esse filio, eo ꝙ filium genuit Deum creatorem, filius aũt non: dicebatq; patrem potuisse gignere, non filium, & ideo potentiorem esse filio. Ad quod rñdens Aug. dicere vr̃, ꝙ filius ẽt potuit gignere, uolens oñdere patrem esse non potentiorem filio, his verbis; Absit ut ideo potentior sit pater filio, sicut putas, qa creatorem genuit pater, filius aũt non genuit creatorem: neq;.n. non potuit, sed non oportuit. Vide & diligenter attende hæc verba, Non.n. potuit, sed non oportuit. Vr̃.n. dicere, ꝙ filius potuit gignere, sed non oportuit. & ita potuit, quod non oportuit. Quare aũt non oportuit, subdit dicens: Immoderata.n. esset diuina generatio, si genitus filius nepotem gigneret patri: qa ipse nepos nisi auo suo pronepotem gigneret, secundum vestram mirabilem sapientiã impotens diceretur. Similiter etiam ille si nepotem non gigneret auo suo, & pronepotẽ proauo suo, non a uobis appellaretur omnipotẽs: nec impleretur gñationis series, si sem per alter ex altero nasceretur: nec eam perficeretur ullus, si non sufficeret unus omnipotens. Itaque omnipotentem genuit filium patris natura, nec fecit.

Ibidem.

C

Opponitur prædictis verbis Augustini.

Hoc aũt vr̃ quibusdam non posse stare, s. ꝙ filius potuerit gignere. Si.n. potuit filius gignere, potuit esse pater: & si potuit esse pr̃, potuit ergo esse pr̃, uel sui, uel pr̃is, uel spũssancti, uel alicuius alius. Sed alius non, quia nulla alius semper fuit, nec patris, quia pr̃ est ingenitus, & innascibilis: nec sui, quia nulla res seipsum gignere potest: nec spũssancti, quia nasci non potuit. Si.n. nasci potuit, potuit esse filius: & ita mutabilis esse potuit.

D

Hic quæritur, quomodo intelligendæ sint prædicta.

Quomodo ergo accipiatur, quod supra dictum est, Non enim potuit gignere, sed non oportuit: quasi potuit, sed non oportuit. Non est nobis perspicuum aperire quomodo sit hoc verum, & ideo sub silentio potius esset præterendum, nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instantia quærentium.

E

Hic aperitur ex quo sensu accipienda sint.

Potest ergo sic intelligi, Non enim non potuit, sed non oportuit, id est, non ex impotentia sui fuit, quòd filius non genuit, sed ei non conueniebat: sicut Deus filius non est Deus pater, nec tamen hoc ex impotentia sui est. Nam & pater similiter non est filius, nec hoc est ex impotentia patris. Sed quærit Maximinus Arrianorum episcopus, Vnde ergo est, quòd pater non potest esse filius, uel filius pater? Non utique ex impotẽtia, sed pater proprietate generationis pater est, qua oportet eum non esse filium: & filius proprietate natiuitatis filius est, qua oportet eum non esse patrem. De quibus proprietatibus postea plenius tractabitur.

F

Vtrum pater natura sit potens gignere filium, & an hoc sit aliqua potentia, quæ sit in filio.

Itẽ quæritur a qbusdam, si pater potens sit natura gignere filium, & an hæc sit aliqua potentia, q̃ sit in filio. Ad quod dicimus, quia pater non est potens nisi natura. eius enim

Oppositio potētia natura est,uel essentia. At inquiūt illi:Si potens est gignere, habet ergo potētiā gignēdi.Filius aūt nō habet potētiā gignēdi,si nō pōt gignere: habet ergo aliquā potentiā pr̄,quā nō habet fiiius.Nō ſeqūtur.Eandē.n.potētiā habet penitus filius, quam, & pr̄, qua pr̄ potuit gignere,& filius gigni potuit.Eadē.n.potētia est ī filio, qua potuit gigni, quæ est in patre,qua potuit gignere.Sed ꝯ hoc opponitur.Aliud est posse gignere, aliud est posse gigni:qa aliud est gignere,& aliud gigni.Hic distinguendū est. Si.n.cū dr̄, aliud est posse gignere,aliud posse gigni:aliā ſignifices potentiā, quæ pr̄ potens est gignere, & aliā,qua filius potens est gigni,falsus est intellectus. Si aūt dicas patrem posse hr̄e aliā proprietatem ſiue notionem,qua genitor est,& filiū aliā,qua genitus est,uerus est intellectus.Aliam.n.habet pater ꝓprietatem,qua pater est,aliam filius,qua filius est.

Solutio.

G *Quomodo intelligēdus sit, filius habet, vel non habet potētiā generādi.*

Ita ēt cū dr̄,filius nō habet potētiā gñandi,quā pr̄ habet,dupliciter intelligi pōt. Si.n. dicatur,filius nō habet potētiā gñandi,quā pr̄,ſ.qua potēs ſit ad gñandū.i.ut genuerit, vel ut gñet ſicut pr̄,uerū est.Si uerò intelligatur ſic,nō habet potentiā, qua posset gigni vel genitus esse,qua eadē pr̄ potēs est,ut genuerit,uel ut gñet,falsum est. Sicut dr̄, pr̄ habet potētiā,qua pōt esse pr̄,filius uerò non habet potētiā,qua possit esse pr̄ : & econuerſo,filius habet potentiā,qua pōt esse filius,pr̄ uero non habet potentiā, qua possit esse filius.Habet ergo aliquā potētiā pr̄,quā non habet filius,& econuerſo. Absit ga eadem est potentia pr̄is,qua pōt esse pr̄,& filij,qua potest esse filius. Ita ēt eadē est uolūtas, qua pr̄ uult esse pr̄,non filius:& filius uult esse filius,non pr̄:& eadē est uolūtas filij, qua vult esse genitus,& patrem genuisse,& patris, qua vult esse genitor,& filium genitum esse.

Summa distin 7.

IOstquam præcedēti distinctione Magister oñdit principium diuinę gñationis esse naturā,non voluntatē: hic inquirit de cōitate huius principij.ſ.utrum potētia gñandi cōis ſit patri,ac filio,& an filio insit.Et pōt litera hęc multipliciter dſuidi,ſm quod circa hanc qōnē multa facit Magiſter,arguēdo pro parte utraq;, & incidentalia qdā obſcura intermiſcēdo, eadē quoq; exponendo,& tādem principale quæſitū determinando.Nec opus est huic diuiſioni immorari, cū pateat ex tenore,ac ſerie literæ.In qua ſunt difficilia, quædam,quæ in quæſtionibus exponentur.

QVAESTIO I.

Arguitur primo ad primi mēbri partē negatiuā.

PRimo ergo hic quæritur, *Utrum pater potuit,& voluit filium generare.* hoc est, an potentia,ac voluntas gñandi filiū,ſeu filij gñatiua,ſit in patre:an ēt in filio ſit gñatiua potētia,& vtrū iſta potentia ſit aliquid,uel ſolū ad aliquid.¶Quod aūt pater nō uoluit generare,vr̄ ex eo,quod determinatū est præcedenti diſtinctione,ꝙ filius non procedit nec genitus est volūtate,aut neceſsitate ꝓpriè,& diſtinctè,idest, ſine diſtinctione loquendo, ſed natura, & intellectu.

2 ¶Secundò,quia ſi pater uoluit generare, uoluntas ſe habuit antecedenter ad generetionem, cuius oppoſitum est determinatiu è expreſſum.

3 ¶Tertiò,arguitur argumento Magiſtri in textu: Si pater potuit,ꝙ uoluit gñare filiū,ergo potuit, & uoluit aliq̄d,quod filius,nec potuit,nec uoluit.Nempè ſi filius poteſt,aut potuit gñare, poſſent esſe plures filij in diuinis,& plures perſonæ,q̄ tres, cuius cōtrarium ſupra oñſum est.Sicq; vr̄ potentia generatiua non esſe in filio,ergo non est patri æqualis in poteſtate,pſertim cū filium Deum generare ſit maioris potentiæ,q̄ mundū creare,ſed cū filius ſit patri æqualis in potentia,vr̄ potentia generatiua esſe in filio: imò cum patris,& filij ſit una,eademq; potentia, ſicut,& vna eſſentia,ſequitur,ꝙ potentia gñatiua filio inſit.Nec aliter vr̄ poſſe verificari, quod (ut in litera tangit̄) Auguſt.fatet̄:Abſit, ut ideo potentior ſit pr̄ filio: qm̄ pater genuit creatorem,nō filius. Neq; enim non potuit,ſed non oportuit.& cur non oportuit,ſubdit.Immoderata em̄ eēt diuina gñatio. Præterea dictum est, ꝙ diuina eſſentia, ſeu natura ſit gñationis principiū,ſed diuina eēntia est in filio.

Rñſio ad primā qōtis partē. Thomas.

¶Ad primā partē q̄ſtionis iſtius, videlicet an potentia ad generandū inſit patri, Thomas rñdet: In creaturis aliq̄d ꝓducitur ꝓ potentiā naturalē,& hoc ꝓduciur in ſimilitudinem naturæ ipſius ꝓducētis, ſicut hō generat hoīem. Producit̄ ēt aliquid per potentiā rationalē, & hoc producit̄ in ſimilitudinem ꝓducentis,quantum ad ſpeciem, ſeu ſimilitudinem apprehenſam in mente,cum oē agens agat ſibi ſimile aliquo modo, quemadmodū domus ꝓducit̄ ab artifice,& recipit ſimilitudinē ſpeciei, quā artifex habet in mente.Secundū primū horū modorū,filius Dei ꝓcedit a patre,a quo eandē numero naturā, accipit gñatione æterna. Idcirco in patre est potentia naturalis ad gñandū,ſimilis potentiæ naturali naturaliter producenti.Creaturæ uero ꝓcedunt ſecundo mō à Deo in ſimilitudine ideæ. Hinc potētia operandi in creaturis,est ſicut potētia naturalis in Deo, & ſm iſtā potentiā attendit̄ oīpotentia Dei Perſona nāq; dmina, q̄ ꝓcedit per potetiā quaſi naturalē,nō est aliq̄d cōnumeratū oībus.ideo potētia gñandi nō continetur ſub omnipotentia ſicut creandi potētia, ꝓut pleniùs exprimit̄ infra diſtinctione 2.

Obiectio prima.

¶Si aūt his objciat̄,ꝙ q̄cq̄d exit ab aliqua potētia, priùs est in potentia,q̄ in actu:ſed gñatio filij nō est talis,cū ſit æternalis,ergo nō exit a potētia aliqua.

¶Inſuper,quod per ſe est naturæ, non exit ab ea mediante quacunque potentia,ſicut aīa nullo mediante dat corpori eſſe:imò omnis natura exit in ꝓpriam operationem ſine aliquo mediāte ſed gñatio est per ſe opus naturæ,non ergo ad*opus potentiæ, nec a natura ꝓgreditur potentia mendiante.

*opus potētia i. neceſsaria potentia.

¶Et rñdendum ad primum, quòd illud est aliquo modo uerum,qñ actus realiter differt a potentia de qua exit. Tunc enim oportet, quòd priùs ſit in potētia,q̄ in actu,uel tꝑe,uel natura. In Deo, aut ſunt realiter idem,eſſentia,potentia,operatio.Vel dicendum,ꝙ in diuinis perſonis est tm̄ ordo naturæ, quo ſm Augſt.aliquis est ex alio,& non poſterior illo.

¶Ad ſecundum dicendum,ꝙ eſſentia, ſeu natura comparatur ad duo, videlicet ad habētem,& ad id, cuius natura est principium.Itaque inter eſſentiam, & habentem ipſam eſſentiam, non cadit potentia media,

Actus ſecūdus creaturæ non fit niſi potentia mediante.

media, quātum ad primum actum eſſentiæ, qui est eſſe. Eſſentia enim dat eſſe habenti.Egreditur quoque ab eſſentia alius actus: qui est actus habētis eſſentiam tanquam agentis, & est eſſentiæ ſicut principij agendi.& iſte vocatur actus ſecundus,& operatio. Et inter eſſentiam, & talem actum, est virtus ſeu potentia media,differens ab vtroque in creaturis, in Deo autem ratione duntaxat:taliſq; actus est generare. Idcirco ſm modum intelligendi,natura non est principium eius niſi mediante potentia.& hæc diuina potentia non est paſsiua, nec propriè actiua naturalis, ſed ſuperactiua : cuius actio non est per modum motus, ſed operationis,quæ(ut dicitur 10. Ethycorum) differt à motu ſicut perfectū ab imperfecto, vnde nec requirit materiam,in quā agat. Hæc Thomas in Scripto.

Ariſto.

art. 4.

¶Porrò in prima parte Summæ quæſtione 41.teſtatur: Sicut ponuntur actus notionales in diuinis, ita neceſſe eſt ponere ibi potentiam reſpectu huiuſmodi actuum,cum potentia aliud non deſignet niſi principium actus. Idcirco cum patrem intelligamus principium generationis, & patrem,ac filium vt principium ſpirationis, oportet patri attribuere potentiam generandi,patri quoque,ac filio potentiam ſpirandi. potentia enim gignendi, eſt id,quo generans generat. Veruntamen quia per actus notionales non procedit aliqua perſona à Deo vt facta, hinc potentia ad actus notionales dicitur in diuinis perſonis, non per reſpectum ad perſonam aliquam factam, ſed quo ad producentem perſonam. vnde potētia adſcribitur Deo non ſolum per comparationem ad effectus. Potentia quippe deſignat principium, principium verò diſtinctionem importat ab eo, cuius conſiſtit principium. Duplex autem conſideratur diſtinctio in his, quæ de Deo dicuntur. Vna ſecundum rem,alia ſecundum rationem tantum. Secundum rem diſtinguitur Deus ab his, quorum est principium per creationem, ſicut & vna perſona diſtinguitur ab alia, cuius est principium ſecundum actum notionalem per realem relationem. ſed actio ab agente non diſtinguitur in diuinis, niſi tantum ſecundum rationem : idcirco reſpectu actionum ſecundum quas aliquæ res procedunt à Deo diſtinctæ eſſentialiter, vel perſonaliter, attribuitur Deo potentia ſecundum propriam rationem principij. Hinc ſicut in Deo ponitur potentia creandi:ita & generandi,atq; ſpirandi. Intelligere verò,& velle,non ſunt actus deſignantes proceſsionem rei diſtinctæ à Deo realiter. Hinc reſpectu actuum horum non est in Deo ratio potentiæ, niſi ſecundum modum intelligendi,& ſignificandi duntaxat, prout in Deo diuerſimodè deſignantur intellectus, & intelligere:cum tamen ipſum intelligere Dei ſit eius eſſentia non habens principiū.Hęc idem in Scripto.¶Concordat Petrus.Item Richar.

Petrus. Aegidius.

¶Aegidius quoque, qui more ſuo prolixus inter cætera ſcribit : Interdum coincidunt, eſſentia, potentia,& virtus.Calor namque inquantum dat igni calidum eſſe,eſt quædam forma, atque eſſentia. Inquantum verò ignis per calorem calefacit,vocatur actiua potentia. Sed inquantum conſideratur ibi actus ultimatus,dicitur virtus : quia vt dicitur primo cæli, & mundi,virtus eſt vltimum de potentia. Et quamuis iſta ſint idem : unum tamen ſecundum rationem aliud præſupponit: quoniam virtus præſupponit potentiam, cum non ſit actus vltimus ſine actu ſimpliciter. Potentia quoque præſupponit eſſentiam, cum nil agat, ſeu faciat actu tale,niſi ſit actu tale. Et dico actu tale, quod eſt tale formaliter,aut virtute. ſicque potentia præſupponit eſſentiam, ſicut agere eſſe. Hinc dicere, quòd aliquid agat ſine agendi potentia, eſt dicere ipſum agere abſque eo, quòd ſit, aut dicere quòd agat, non ut eſt in actu. Hæc Aegidius.

Aegidius. Eſſentia, potētia, & virtus, qñ que coincidunt.

Albertus.

¶Circa hæc ſcribit Albertus: Pater, & potuit, & voluit gignere filium, quia cum dr̄, uoluit generare, deſignatur voluntas circa actum generationis, ideo verum eſt: qñ cū actu generationis habet pater voluntatem concurrentem, & concomitantē: non tamen præcedentem, aut elicientem. Ideo filius non est filius voluntatis. Nec idem est dicere, voluit generare,& voluntatis filium eſſe. Præterea ſi velimus maximam vim facere in pati, & agere, non est in Deo potentia actiua, ſed ſuperactiua,neque paſsiua: quia ut ait philoſophus 5. primæ philoſophiæ, Actiua potentia est principium tranſmutandi in aliud, inquantum aliud : paſsiua verò potentia eſt principium tranſmutationis ex alio, inquantum aliud : quæ diuiſio in potentijs naturalibus creatis, ac phyſicis tenet. Hæc Albertus.

Ariſto.

Vdalricꝰ.

¶Concordat Vdalricus lib. 3. ſuæ Summæ, cuius verba infra tangentur.

Scotus.

¶Scotus etiā ait hic: Diſtinguendo primo modo de potentia, vno modo,dr̄ potentia logica, quæ dicit modum compoſitionis factæ ab intellectu, ſicq; notat non repugnantiā extremorum, & ſic ait philoſophus 5. metaphyſicæ,capitulo de potentia: Illud est poſsibile,cuius contrarium, nō est ex neceſsitate. Potentia ergo ſic ſumpta, dicendum ꝙ in patre eſt generandi potentia, quoniam patri non repugnat prædicatum hoc generare: non autē est in filio,neq; in ſpiritu ſancto,qm̄ eis prædicatū hoc repugnat. Et ſi quæratur, quid ſit potentia generandi in diuinis hoc modo, non oportet dare aliq̄d principium, quo aliquis potens ſit generare: ſufficit.n. ſola non repugnantia terminorum : quemadmodū ſi ante mundi creationem, non ſolum mundus non fuiſſet, ſed nec Deus per impoſsibile, & tunc fuiſſet aliquis dicens, mundus erit̄, illa fuiſſet poſsibilis: quoniam termini non repugnaſſent.nec tñ propter aliquod principium in re poſsibile,vel actiuum ſibi correſpondens. Iſtam tamen non repugnantiam concomitaretur actiua potentia. Hæc Scotus.

Que ſit potentia logica.

Ariſto.

Dionyſiꝰ.

¶Veruntamen non est putandum, ꝙ hac ſola potentia pater potuit generare, ſed & reali potentia, ſicut oſtenſum eſt, Vnde Durandus hic loquitur : Potentia generandi realiter eſt in Deo:tamen ſicut generatio non dicitur vniuocè de generatione diuina,& de illa, quæ est in creaturis : ſic nec potentia generandi in Deo, & creaturis, vniuocè est ſumenda. Hæc Durandus.

Durādus. Reſponſio ad ſecundam quæſtionis partem. Alexāder.

¶Nunc reſpondendum ad ſecundam quæſtionis partem,an videlicet potentia generandi inſit filio. Ad quod Alexāder,Thomas, Vdalricus,& alij multi concorditer dicunt,ꝙ potentia generandi tripliciter dicitur ſm quod ly, generādi, poteſt eſſe gerundium verbi impersonalis, verbi quoq; perſonalis actiui, & etiam verbi paſsiui. Si ſit gerundium verbi impersonalis, ſic potētia generandi eſt potentia,qua ab aliquo generatur,& ita in filio eſt potentia generandi.i.potentia, qua impersonaliter fit generatio : quia eadem eſt potentia in utroq;, quamuis non eodem modo,neq; ad actum eundem. Porrò ſi ſit gerundiū verbi perſonalis actiui, tunc potentia generandi dicitur potentia, ut generet,ſicq; eſt in patre duntaxat. Si verò ſit gerundium verbi perſonalis paſsiui, ſic potentia generandi nominatur potentia ut perſonaliter generetur, quæ eſt

Generādi potentia tripliciter dicitur.

in filio tantum: quoniam eadem potentia, quæ est in patre, ut generet pater, seu per quam pater gignat, est in filio, ut filius generetur, seu potentia illa sibi per generationem communicetur. Hæc autem distinctio fundatur super id, quod dictum est, quòd potentia generandi est in diuina essentia, a qua essentia prout paternitas est, in patre exit generatio actiua: & prout filiatio est in filio, generatio exit passiua. Hæc illi.

Petrus. ¶ Hinc Petrus: Hæc, inquit, distinctio ortum habet ex eo, quod dictum est, quòd in patre diuina natura est, idem cum paternitate, in filio cum filiatione, in spiritusancto cum processione, sed differt ratione. quemadmodum eadem aqua in fonte coniuncta est proprietati fontalis originis, in riuulo proprietati originis a solo fonte, in lacu proprietati processionis ab utroque. Hæc Petrus.

Bonauent. ¶ Bonauentura quoque hic ait: Quorundam fuit opinio, quòd potentia generandi actiuè sit in filio: tamen non generat, non quia non potest, sed quia non conuenit. Et ponunt exemplum in creaturarum productione. Nam Deus potest infinitas producere creaturas, quas non producit, non ex impotentia, sed quia non conuenit ei. Sed contra. Ponatur, quòd potentia illa gignẽdi, quæ ponitur in filio, procedat in actum: constat, quòd filius generabit Deum æternum, ergo aliquod poterit incipere habere esse, & esse æternum, quod impossibile est, nec intelligi potest. Idcirco dicendum, quod pater non cummunicat filio posse generare propter duo. Vnum est, quia non potest: aliud, quia non debet. Ratio autem quare non potest, hæc est: quia fœcunditas est in patre ad generandum, quia principium: & ideo principium: quoniam primum. impossibile autem, quòd primum communicet alij suam primitatem. Hoc namque est oppositio in adiecto, quòd persona producta sit prima. Et hanc credo propriam esse rationem istius, ut infra distinctione 17. magis patebit. Similiter pater non debet filio generatiuam communicare potentiam: quoniam in diuinarum emanatione personarum attendi debet originalis distinctio. atque plenissima communicatio, originalis, inquam distinctio: quia necesse est ea, quæ communicant in natura, distingui per materiam, uel per originem. Sed diuinas personas per materiam distingui, est impossibile. siquidem ubi talis est distinctio, ibi compositio, uariatio, & multiplicatio formæ. Hinc oportet personas per originem habitudinemve distingui, hoc est, per generare, & generari. Ergo si filius potest generare, potest non distingui. Si dicas, quòd adhuc distinguatur: quoniam unus est tantum pater, alius tantum filius, tertius est pater, & filius: tunc oppono, ꝙ secundus filius posset generare eadem ratione qua primus, & tunc essent duo, quorum uterque eẽt pater, & filius. Similiter propter plenissimam cõmunicationem non debet pater filio generatiuam potentiam communicare: quoniam multiplicatio suppositorum, secundum similem modum egrediendi non est nisi propter defectum durationis, aut propter defectum perfectæ actionis, ut fiat per plures, quod nõ potest per unum, sicut pfectæ sunt stellæ plures: quia non sufficeret una ad hoc, quod faciunt omnes, sicut etiam sunt plures angeli, plures; animæ ad implendam ciuitatem supernam, & manifestandam Dei bonitatem, quam nec unus angelus, nec una anima poterant sufficienter manifestare. Cum ergo in Dei filio sit plenissima communicatio: quoniam totam infinitatem suam dat filio pater, non fuit conueniens, quòd communicaret filio generandi potentiam. Ideo impossibile fuit, quia inconueniens quodlibet in diuinis, est impossibile. Hęc Bonauentura.

Potẽtia generãdi nõ cõicata filio.

Soluitur obiectio.

Quę causa multiplicationis sup positorũ.

Dionysius ¶ In cuius uerbis uidentur aliqua cõtineri obscura, ut quod ait, impossibile extitisse, ꝙ pr̃ filio suã primitatem communicaret, & ꝙ sit oppositio in adiecto, quòd persona producta sit prima, pręsertim cum in Apocalypsi filius protestetur: Ego sum alpha, & ω, principium, & finis. Itemq;, Ego sum, inquit, primus, & nouissimus. Et idem Apocalypsis ultimo legitur. In euangelio quoq; interrogatus, tu quis es? legitur respondisse, Principium, qui, & loquor uobis. Quocirca ait Ambrosius: Audeo dicere, primus est filius. Tota etenim trinitas adoranda, est unum principium, vnusq; finis: utpote unus Deus, vnus creator: ideo unus primus, & unus nouissimus. Veruntamen pater aliquo modo dicitur filio prior, puta origine, seu ordine quodam naturæ, non dignitate, nec tempore, neq; duratione. Et per hoc satisfieri põt uerbis Bonauenturę.

Filius pr̃ coæternus

Apoc. 1.

Ioan. 8.

Ambrosi.

¶ Præterea in prætactis uerbis deuoti doctoris, non solum ratio assignatur, cur potentia generatiua non insit, nec competat filio: sed etiam cur nõ sit nisi unus filius in diuinis, & cur patri non conueniat posse plures filios gignere, de qua re dictum est supra in tertia distinctione, ubi & aliæ rationes inde sunt traditę.

Vdalricus Cur in diuinis sint tm̃ tres p̃sonæ.

¶ Hinc in Summa sua libro tertio scribit Vdalricus: Ad habendam rationem numeri diuinarum p̃sonarum, uidelicet qualiter sint tres persone, nec esse ualeant plures nec pauciores, pręlibandum, ꝙ pater sic generat filium, quòd nec potest alium filium generare, nec filius alium potest gignere filiũ. Pater quoq;, & filius sic spirant spiritum sanctum, quòd spirare nequeunt alium, nec spiritussanctus alium potest personalem amorem, seu spiritumsanctum spirare. Nec tamen aliquod horum est ex impotentia, sed potiùs oppositum horum poneret imperfectionem in Deo. Si enim pater plures filios generaret, oporteret illos inter se esse distinctos: Non autem distinguerentur inter se relatione: quoniam in diuinis non est realis distinguens relatio, nisi originis. Illi autem filij non orirentur ex se, sed ex patre. Ideo oporteret eos distingui per diuersas proprietates filiationis, secundum quod illæ proprietates dicunt aliquid absolutum existens in persona, ergo distinguerentur in essentia. Si autem filius posset alium filium generare, & ille alium, nulla relatione originis distingueretur a patre. Idcirco, uel esset persona patris, & sequeretur, quòd filius posset gignere patrem suum: vel quòd per aliquod absolutum differret a patre, quod constat impossibile esse. Ex eisdem patescit, quòd pater, & filius spirare non possunt plures amores, nec spiritussanctus alium spiritum sanctum. quod faciliter patet, prętactas rationes ad propositum applicando. Hæc Vdalricus.

Alexãder. ¶ Hinc Alexander: Si filius generaret filium, ille filius genitus esset nepos Dei patris, nec esset summa germanitas inter filium illum, & patrem. Maior namque est conuenientia, atque propinquitas inter patrem, & filium, quàm inter patrem, & nepotem sicque non esset summa conuenientia in diuinis, quod est absurdum. Etiam aduertendum, quòd duplex est actio. Vna, quam efficit agens ad extra, sicut illuminare est actio solis. Alia est actio quam agit agens, uidelicet actio immanens, sicut

Duplex actio.

lucere

lucere est actio solis. Prima actio est in Deo respectu creaturæ. Secunda actio est essentiæ, vel personæ respectu sui, aut personæ alterius, non respectu creaturæ. Ista quoque actio est duplex in Deo, videlicet absoluta, vt intelligere, velle: & relatiua seu magis relatio, vt generare, spirare. & hæc actio relatiua est concomitans diffusionem ad intra, quæ est per duplicem modum, uidelicet generationis, atque spirationis. Hæc Alexander: His demum, quæ dicta sunt, cur in diuinis esse non valeat nisi unus pater, vnusq; filius, & vnus spiritussanctus, concordant Thomas, Albertus, Aegidius.

Cur carnalis pr̃ plures gignit filios. Hinc aliqui dicunt: In patre carnali potentia est ad generandum filios plures, partim ex parte generantis, qui nõ potest generare unum perfectum, & sufficientem: partim ex parte eius, de quo fit generatio sicut dum non fit de tota generantis substantia, seu natura: partim ex parte geniti, dum essentialiter à gignente distinguitur, & non tantum per oppositas relationes originis. Porro in Deo secus est, quoniã pater semel genuit perfectum, & sibi æqualem, ac de tota sua substantia: nec est ibi distinctio nisi ſm̃ oppositas relationes originis. Nempe cum ea, quæ in natura, & forma conueniant, distingui oporteat, vel per materiam, vel per originem, seu per causam & pater cum filio in natura, & forma conueniat, nec in diuinis sit aliquid materiale, oportet, quòd distinguantur penes originem. non enim possunt distingui per aliquid absolutum. Oportet ergo habitudinem esse oppositam originis unius ad alium. Si autem esset origo plurium, seu generatio plurium filiorum: iam non esset inter illos distinctio secundum originem, quoniam inter illos nulla esset oppositio relationis, quæ sola distinguit in diuinis. Hæc illi.

Antifiod. Generãdi potentia p fallaciam asserit filio. ¶ De hac re ait Antisiodorensis in Summa sua libro primo: In argumentis, quæ fiunt contra hoc, quod quicquid potest pater, potest, & filius: est duplex fallacia, sicut dum ita arguitur: Quicquid potest pater, potest filius, & econtra: sed pater potest generare filium, ergo filius potest filium generare. Item, quicquid potest pater, potest filius, & spiritussanctus, & econtra: sed filius, ac spiritussanctus possunt mitti, ergo, & pater potest mitti. Item sic, Quicquid potest pater, potest filius, & econtra. Filius potest audire è patre, ergo pater potest à filio audire: quod falsum est, quia audire à patre, est esse a patre, seu scientiam ab ipso habere, secundum Augustinum super Iohannem. In his, itaque argumentis est duplex fallacia. Prima ex commutatione prædicamentorum. Nam ly quicquid notat prædicamentum substantiæ, deinde assumitur, & concluditur prædicamentum relationis. Posse etenim generare non est posse quid, sed ad aliquid, similiter posse mitti, posse audire, non dicunt simpliciter posse quid: quoniam verba illa mitti, audire, non tantum prædicant diuinam essentiam, sed etiam connotant relationem, videlicet esse ab alio. Secundò, est illis fallacia accidentis, quia res verbi in assumptione retorquetur ad vnam personam, in conclusione ad aliam. Per primam rationem non valet argumentatio ista: Quicquid potest esse pater, potest esse filius: sed pater potest esse pater, ergo filius potest esse pater, seu pater potest esse filius. Hæc Antisiodorensis.

Auguæ.

Detegitur fallacia.

Richard. Circa hæc q̃rit Richard. Vtrum in filio sit potentia, qua potuit gñari. Ad quod rñdet: Quãuis in re, quæ fit de nihilo, non sit potentia aliqua qua potuit fieri, quia rem talem fieri fuit possibile sola potentia facientis: tamen in re, quæ fit de aliquo, est potentia aliqua, qua fieri potuit, alia à potentia facientis, ut dum ex aere fit ignis. Cumque filius Dei non fit de nihilo, sed genitus de substantia patris, diuina substantia sub ratione, qua communicabilis est per generationem, est potentia, qua filius potuit generari. Cum ergo diuina substantia sit in filio, videtur, quòd in filio sit potentia, qua potuit generari. Sicq; patet, ꝙ potentia, qua filius potuit generari, non distinguitur à potentia, qua pater potuit generare per aliquod absolutum: nec intantũ distinguitur à potentia generantis, quantum genitus à genitore: quia potentia generantis dicit naturam diuinam cum primitate, q̃ includitur, seu notatur in modo habendi eam non ab alio. Potentia autem, qua filius potuit generari, non nominat diuinam essentiam cũ filiatione: quoniã priùs fuit ſm̃ rationem intelligendi, q̃ generari ipsius filij. Generari quoq; filij priùs est ſm̃ rationem intelligendi, q̃ filiatio ipsa: imò ut tactum est, nominat diuinam essentiam sub ratione, qua cõmunicabilis est per generationem. Veruntamen ista potentia, qua filius potuit generari, non potentia propriè, ac verè passiua: sed solum, quo ad modum significandi. Non enim est recessus ab actualitate pura, ac summa, imò ex summa actualitate diuinæ essentiæ est, ꝙ de ipsa tota potuit filius generari. Hæc Richardus.

Fuerit fine in filio potentia, qua potuit generari.

Alexand. Thomas. Albertus. ¶ Concordant Alexander, Thomas, Albertus, alijq;, dicentes, quòd eadem potentia est in patre ad generãdum actiuè, atq; in filio ad generandum quasi passiuè, siue vt generetur iuxta sensum præhabitum.

Aegidius. ¶ Aegidius demũ hic loquitur: Quærere an sit ea dẽ potentia in patre, per quã generat, & in filio per quã generat, est q̃rere an possit esse eadẽ potentia respectu actus actiuè, & passiuè sumpti, largè sumẽdo actionẽ, & passionem: qm̃ gñare, & generari in diuinis, ppriè non dicunt actionẽ, & passionẽ, sed relationẽ, significãt tm̃ per modum actionis, & passionis. Porrò actus est quadruplex. Quidam. n. non respicit nisi alterũ extremũ. Vnde non dicit ꝙd mediũ inter agens, & actũ, seu inter producens, & productũ, & talis actus est esse. Aliq̃ actus dicit, quid mediũ ĩter duo extrema. & hoc põt esse tripliciter: qm̃ illa extrema possunt sola rõne differre, ut patet in actibus cõuersiuis, seu reflexis super se, ut dũ qs intelligit, aut diligit semetipsum. tunc. n. amans, & amatũ sunt idẽ in re. Interdum extrema illa realiter differunt: quod põt esse dupliciter, utpotè re absoluta, sicut ædificare est mediũ inter ædificantem, & ędificatũ: vel re relatiua, sicut generare ſm̃ modum intelligẽdi, est aliquo modo mediũ in diuinis inter gignentẽ, & genitũ. Loquendo ergo de primo actu ꝙ est esse, quæstio locũ non habet: qm̃ actus ille non põt significari actiuè, & passiuè, cum non requirat duo extrema. Loquendo aũt de actu secundo, s. cõuersiuo super se, planum est, ꝙ eadem sit potentia respectu actus utroque modo sumpti, præsertim in Deo, qui maximè & per se intelligit se. Loquẽdo verò de tertio actu, non est eadem potentia, sicut non est eadem potentia, per quam ædificator, & ædificat, & ædificium ædificatur, cum vna sit potentia artis, alia materiæ. Si autem loquamur de actu quarto, ut est generare in diuinis, sic etiam eadem est potentia, cum inter illa extrema non sit differentia nisi per relatiua. Hæc Aegidius.

Quadruplex actꝰ.

Dionysiꝰ. ¶ Tamen cum actus artis sit factio, quæ in exteriorem transit materiam, potest dici, ꝙ etiam ædificium ædificatur per artem, seu artis potentiam,

quæ actiuè, atque formaliter ad ædificium est concurrens, & operans.

Aegidius.

¶ Insuper circa hæc quærit Aegidius, vtrum in aliquo sit potentia generandi, cui non competat generare. Ad quod prolixè respondendo inter cætera dicit: In rebus crearis, quia suppositа vniuntur in forma specifica, & distinguuntur per esse, hinc in eis ex forma est generandi potentia, generare verò ex esse, quod est suppositi. sic diuinæ personæ vniuntur in natura, & per respectus ab inuicem distinguuntur, ipsa natura est in eis potentia generandi, sed ex respectu profluit generare. Hinc sicut in creaturis gignere, & gigni conueniunt his, quæ per se habent esse, sic in diuinis competunt his, quæ per se referuntur, puta personis. Vnde sicut in qualibet diuina persona est diuina natura, sic in qualibet est generandi potentia: non tamen quælibet persona habens naturam diuinam, gignet; quia non habet respectum, qui requiritur ad hoc, quòd gignat, sed hoc soli competit patri. Hæc Aegidius.

Sit ne in aliquo generãdi potentia, cui repugnet generare.

Aegidij opinio reprehenditur.

¶ Sed istud est contra verba Bonauenturæ præhabita, est etiam contra Thomam, in hac septima distinctione dicentem: Quidam dixerunt, quòd filius in diuinis potest generare alium filium, sed ista potentia nunquam reducetur in actum. Sed hoc nihil est, quia secundum philosophum in perpetuis non differt esse, & posse, ideò non distant ab inuicem, & multo minus in diuinis. Ideò quicquid non est in Deo, non potest esse in eo, aliàs Deus esset mutabilis. Hæc Thomas. Denique sicut patet ex dictis, nec in filio, neque in spiritusancto est generandi potentia, sumpta quasi actiuè. Nec sequitur, in eis est diuina natura, ergo sic dicta generandi potentia, cum natura dicatur absolutè, potentia uero generandi partim relatiuè, sicut patebit.

Rãsio ad 3 quæst. partem.

¶ Iam respondendum ad tertiam partem quæstionis: videlicet, an potentia generandi sit quid, vel solum ad aliquid: hoc est, an dicat quid absolutum, vel relatiuum. Videtur quòd dicatur ad aliquid in diuinis, potentiæ namque distinguuntur, vel saltem innotescunt per actus, sed generare in diuinis est ad aliquid, & generatio est relatiua proprietas, ergo, & potentia generandi.

1

¶ Secundò, quia quæ absolutè dicuntur, conueniunt vnicuique diuinæ personæ. Potentia autem generandi actiuè, ac propriè sumpta, soli conuenit patri.

2

¶ Tertiò, quia remota per intellectum distinctione personarum in Deo, remanent absoluta: vt bonitas, sapientia: non autem generatiua potentia, ergo non dicitur absolutè.

3

¶ Quartò, omnis actio procedit à propria forma, sed generatio filij est propria operatio patris, ergo egreditur à propria patris forma, quæ est paternitas ipsa. Cum ergo potentia generandi sit principium operationis istius, uidetur quòd potentia illa sit relatio.

4

¶ Quintò, potentia generandi est quædam fœcunditas ad gignendum, & illa fœcunditas est propria patri, ergo est relatiuum.

5

In oppositum arguitur primò:

¶ In contrarium arguitur primò: In Deo realiter idem sunt, esse, & agere, seu essentia, potentia, actio: itemq; posse, scire, & velle, vt etiam Plato testatur. Sed esse, & scire, ac uelle dicuntur in Deo absolutè, ergo, posse.

1

¶ Secundò, quia generare est actus naturæ, vt dictum est sæpe Natura autem absolutè accipitur.

2

¶ Tertiò, quia in textu habetur, quòd Deus non est potens nisi sua essentia, ergo absolutè conuenit ei potentia. In perpetuis etiam, & æternis non differunt esse, & posse.

3

Bonauen.

¶ Ad hanc quæstionem respondet Bonauentura: Circa hoc problema tres fuerunt positiones. Vna dicentium, quòd potentia generandi potest vocari potentia nuda, seu indisposita, & potentia disposita. Si dicatur potentia nuda, dicit aliquid, atque in tribus personis est, quia consequitur naturam tribus personis communem. Cumque natura in tribus sit, etiam ista potentia est in illis. Sed prout dicit potentiam dispositam, sic in solo est patre, in quo duntaxat conuenientiam habet, ac dispositionem exeundi in actum generationis, sicque dicit ad aliquid. Sed uerba huius opinionis non uidentur sana, nec vera: quoniam cuius potentia est nuda, etiam nata est esse disposita. Idcirco si nuda generandi potentia conuenit tribus personis, ergo, & potentia generandi disposita. Denique ponere in diuinis potentiam nudam, similiter se habentem ad esse, & non esse respectu generationis æternæ, quam omnino necessarium est esse, non sanè, nec propriè dictum est.

Positis.

¶ Secunda fuit positio dicentium, quòd cum in diuinis sit idem esse, & posse, essentia, & potentia, quòd sicut essentia, & potentia dicunt quid, ita similiter esse, & posse: & quemadmodum cum dico essentiam patris, & essentiam filij, ac spiritussancti, seu esse patrem. esse filium, esse spiritumsanctum, nec dico essentiam aliam, nec aliud esse, sed alterius, atque alterius: ita dum dico potentiam patris, seu patrem posse generare, & filium generari, non dico aliud, & aliud posse, sed alterius, alteriusque personæ. Et huius positionis fuit Magister, vt patet clarè in litera. Hi ergo dicebant, quòd potentia generandi dicit quid cum respectu ad aliquid, quia est essentiale tractum ad personam. Cum enim non sit omnimodè abstractionis, potest ad personam sic trahi. Et ista positio est satis probabilis, & videtur posse rationabiliter substineri. Fuerunt, & tertij moderniores, dicentes, quòd potentia generandi in diuinis, dicit de se ad aliquid, quia potentia dicit habitudinem originalis principij ad principiatum: & quoniam habitudo potest esse personæ ad personam, & tunc uerè est habitudo, potest quoque habitudo esse essentiæ ad creata, & sic est habitudo secundum modum dicendi, & intelligendi, Hinc principium de sua ratione non tantum est essentiale appropriatum per additionem, imò etiam dicit proprium personæ. Pari ratione cum potentia dicat originalem habitudinem non tantum essentialem, dicitur, seu trahitur ad personam, vt sic dicat essentiam personaliter: imò dicitur proprium & ita ad aliquid de se. Hæc autem positio sine prejudicio probabilior esse uidetur. Generatiua namque potentia, non uidetur dicere nisi fœcunditatem ad actum generationis, quæ est propria patri. similiter, & potentia illa. Nec est simile de posse, & esse, nisi uno modo. Hoc enim uerbum est, aliquando per se prædicatur, aliquando est tertium adiacens. Quando per se prædicatur, tunc dicit actum absolutum, uidelicet actum entis ratione essentiæ. Idcirco tunc dicitur absolutè, & dicit quid. Quando uerò est tertium adiacens, vt cum dicitur pater est Deus, pater est pater, dicit habitudinem prædicati ad subiectum, & qm̃ potest dicere habitudinem ad subiectum, seu prædicatũ essentiale, vel personale, ideò põt dicere essentiale, vel modũ essendi personalẽ. Posse aũt de propria sua ratione, dicit habitudinem secundum originem. Hinc specificatum per

Opinio ceteris verisimilior.

Verbũ est ꝑdicatur dupliciter

per adiunctum, vt dicat conditionem principij essentialis, vel personalis. Vnde secundum hanc positionem potentia generandi est tantum in patre. Magister autem, & eum sequentes, atque dicentes, ꝙ eadem potentia, qua pater potest gignere, filius potest gigni, sunt secundæ opinionis. Hæc Bonauentura. Qui etiam addit, quòd quatuor sunt genera nominum in diuinis. Nam quædam sunt essentialia essentialiter dicta, vt veritas, deitas. Quædam essentialia personaliter dicta, vt potentia generandi. Quædam personalia personaliter sumpta, vt generans, genitus. Quædam personalia essentialiter accepta, vt missus, incarnatus, & huiusmodi, quæ dicunt respectum ad personam, ideòque personalia sunt: & effectum in creatura, propterea essentialiter accipiuntur. Hæc idem.

Thomas mgri sententiã tuetur.

¶ Thomas autem magis consentit secundę positioni, & reprobat tertiam. Ait enim in Scripto: Quidam dixerunt, quòd potentia generandi simpliciter est ad aliquid, non tantum ex parte actus, sed etiam ex parte potentiæ. Potentia namque relationem importat principij. Sed hoc nihil est, quia potentia non est relatiuum secundum suum esse, sed solum secundum dici: imò potentia significat etiam id, quod est principium, & non tantum relationem principij. Sic enim hic quærimus de potentia generandi. Porro principium cuiuslibet operationis diuinæ, est (sicut præhabitum est) diuina essentia, à qua egreditur aliquis actus, inquantum est sapientia: & aliquis, secundum quod est voluntas. sicque de alijs attributis. Similiter dico, quòd cum proprietas relatiua realiter sit ipsa essentia. essentia inquantum paternitas est principium huius actus, qui est generare, non sicut agens, sed sicut quo agitur. Vnde principium generationis est essentiale sub ratione reiationis. Sicque est quasi medium inter essentiale, & personale, quia ex parte illa, qua potentia, quæ est media inter essentiam, & operationem, in essentia radicatur, est absolutum. sed ex ea parte, qua coniungitur operationi personali, videlicet generationi, est relatiuum. Hæc Thomas in Scripto.

arti. 5.

¶ At vero in prima parte Summæ quæstione quadragesimaprima affirmat: Quidam dixerunt, quòd potentia generandi significat relationem in diuinis. sed hoc esse non valet, quoniam illud propriè dicitur potentia in quocunque agente, quo agens aliquid agit. omne autem producens aliquid per suam actionem, producit simile sibi quantum ad formam, qua agit: quemadmodum homo genitus similis est homini generanti in natura humana, cuius virtute homo potest hominem generare. Illud ergo est potentia generatiua in aliquo generante, in quo genitum generanti assimilatur. Filius autem Dei assimilatur patri gignenti in natura diuina, hinc natura diuina in patre est potentia generandi in ipso. Sicque potentia generandi principaliter, & in recto significat diuinam essentiam, relationem uero in obliquo. Non itaque significat tantum relationem, nec etiam essentiam, inquantum est idem relationi, ita vt ex æquo designet vtrunque. Quamuis enim paternitas significetur, vt forma patris: est tamen proprietas personalis, habens se ad patris personam, vt forma indiuidualis ad aliquod indiuiduum creatum. Forma autem indiuidualis in rebus creatis constituit personam generantem. non autem est quo generans generat inquantum indiuidualis, sed vt natura. Alioquin Socrates gigneret Socratem. Hinc ne paternitas poteſt intelligi, vt quo pater generat, sed ut constituens generantis personam. alioquin pater generaret patrem. sed id, quo pater gignit est natura diuina, in qua sibi filius assimilatur. Hæc Thomas.

Petrus.

¶ Præterea Petrus, & Richardus in hoc consentiunt Thomæ, quòd fatentur potentiam generandi dicere aliquid absolutum, & aliquid relatiuum, seu medium esse inter absoluta, & relatiua. Sentiunt tamen, quòd specialiter dicat ad aliquid. Siquidem Petrus: Quamuis, inquit, aliqui dicant, quòd ipsa potentia in se, & in sua radice considerata, essentialis est: atque secundum inclinationem ad actum, personalis: alij verò, quòd solum sit personalis, cum dicat originem personæ à persona, sicut principium dictum de patre, ac filio respectu spiritussancti: alij tamen uerius arbitrantur, quòd cum dicitur potentia generandi, duo dicuntur, puta potentia, quæ ad essentiam spectat: & quod additur, generandi, spectat ad relationem, sicut dum dico, Deus generans. Ipsum ergo coniunctum est essentiale tractum ad personam. Et quoniam proprium addit tum sibi, determinat ipsum, non econtrario: idcirco coniunctum hoc potius habet naturam attributi personalis, quàm essentialis. Hæc Petrus.

Richard⁹.

¶ Richardus quoque: Potentia, ait generandi in diuinis dicit quid, & ad aliquid. formaliùs tamen uidetur designare ad aliquid. Id enim quo pater potest generare, est potentia generatiua: sed id quo pater potest generare, est natura diuina cum modo non habendi eam ab alio. porro diuina natura dicit, quod modus uerò non habendi eam ab alio, dicit ad aliquid. Ideò potentia generatiua dicit vtrunque: formaliùs tamen ad aliquid: quoniam modus ille * habendi eam ab alio, formaliùs pertinere videtur ad rationem potentiæ generatiuæ. Hæc Richardus.

* non habendi

Albertus pro Magistro.

¶ Præterea Albertus secundæ concordat positioni, quæ est Magistri: non tamen determinat, an potentia generandi magis dicat relatiuum an absolutum. Etenim ait: Potentia generandi secundum rationem intelligendi medium est inter purè essentiale, & purè personale: quod patet, si complexum hoc diuidatur. Omnis enim potentia est essentialis, omnis uero generatio personalis. Hinc potentia generandi coniunctim sumpta, prout potentia est in actu, est medium tale, & id, quod est potentiæ, tenet se ex parte naturæ, seu absoluti. Id autem quod est actus, tenet se ex parte notionis, seu relationis.

Obiectio soluitur.

¶ Et si obijciatur, quòd inter essentiam, & personam non est medium in diuinis: Dicendum, quòd verum est secundum rem: tamen secundum rationem intelligendi, & considerandi, potest ibi medium adsignari. Hæc Albertus.

Vdalricus.

¶ Concordat Vdalricus, tertio suæ Summæ libro affirmans: Potentia generandi est aliquo modo in filio, & potentia spirandi in spiritusancto. Potentia namque generandi, dicit essentiam sub ratione notionali. ideò medium est inter purè essentiale, & purè notionale, habens aliquid de utroque. Ideò si sumatur secundum rationem potentiæ, vt potentia est, sic potentia ista est in filio: quia potentia hæc est in diuina natura, ex qua pullulans pullulat, prout ait magnus Dionysius secundo capitulo de diuinis nominibus: Pater est fontana deitas, filius autem, & spiritus sunt deigenæ deitatis, si sic fari oportet, pullulationes, flores, & supersubstantialia lumina. Hæc Vdalricus.

S. Diony.

Antisiod. ¶ Satis concordat in Summa sua primo libro Antisiodorensis, vbi sentire uidetur, quòd potentia generandi sit quodammodo ipsa paternitas: nisi forsan ex hoc insinuetur, quòd tantum dicat relationem iuxta tertiam positionem.

Durandus Triplex dicendi modus ad quæstionem. ¶ Præterea Durandus de ista mataria notabiliter scribit: De hac, inquiens, quæstione triplex est modus dicendi. Primus, quòd potentia generandi dicit tantum ad aliquid: quoniam generare conuenit patri per id, quo differt ab omni supposito, puta per paternitatem, seu generatiuam potentiam. Proprius enim actus rei conuenit ei per id, quod ei duntaxat formaliter competit. Item paternitas est proprietas constitutiua personæ patris, & ita dat ei actum primum, uidelicet esse personale, & per consequens actum secundum, vtpotè generare. Imperfecta est etenim forma, quæ dat actum primum, & non secundum.

¶ Alius modus dicendi est omnino oppositus. Dicit enim, quòd potentia generandi non includit intrinsecè nisi essentiam, & nullo modo relationem. Imaginabatur namq; ista opinio, quòd sola diuina essentia est id, cuius uirtute eliciuntur hi actus, generare, spirare, creare: tamen ordine quodam: nec inconueniens, vt quòd ab eodem principio sint plures actus subordinati, sicut lux solis illustrat, & calefacit. Sed cum agere fit suppositorum, oportet diuinam essentiam esse in vno, aut'pluribus, ad hoc, quòd eliciat actus præfatos. Quòd si termini actuum horum fuerint compossibiles in eodem supposito, in quo esset essentia, posset in plures, aut omnes huiuscemodi actus, & quemadmodum lumen, & calor sunt formæ compossibiles in eodem. ideò forma, quæ est causa illuminationis, & calefactionis, potest hos actus producere in quocunque indiuiduo sit, nisi impediatur per contrarium in agendo, vel per indispositionem materię, de quo non est in diuinis timendum. Cum uerò per quemlibet actum constituitur nouum suppositum, vt in diuinis per actus notionales, non potest sic esse: imò primus actus necessariò est ab essentia, vt est in una duntaxat persona, sicut generare in solo patre: secundus autem actus est ab essentia, vbi est in duabus personis, vt spirare in patre, & filio: tertius, vbi est in tribus, sicut creare est actus toti trinitati communis. Hinc constat. cur quælibet diuina persona non potest in omnes hos actus, quia diuina essentia est ad hos actus fœcunda ordine quodam, nec potest esse secunda persona in diuinis, nisi expleta prima fœcunditate, per cuius expletionem secunda persona, videlicet filius Dei, producitur: nec esse potest diuina essentia in tertia persona, nisi expleta secunda fœcunditate scilicet spiratiua, per cuius expletionem persona producitur tertia. Rationes huius opinionis sunt: Id, quod per se est fundamentum relationis, non includit relationem intrinsecè, sed potentia ad actus diuinos est per se fundamentũ relationis inter producens, & productum. Item si in diuinis personis essentia diuersificaretur numero sicut in creaturis, generare attribueretur naturæ, non relationi, quemadmodum in rebus creatis. Sed vnitas diuinæ naturæ nil perfectionis tollit ab ea, ergo per unitatem essentiæ diuinæ ab ea non tollitur, quin ei conueniat principiare actus diuinos ad intra.

Rationes prædictę opiniones

¶ Amplius continere principiatiuè diuinam essentiam, seu personam, nobilius est, quàm continere productionem creaturarum: sed continentia creatiua competit Deo ratione naturæ, ergo, & cõtinentia principiatiua personæ. Tertius modus est, quòd tam essentia, quàm relatio habet rationem principiandi in generatione, & spiratione. persona namque in diuinis producta, habet tam essentiam, quàm relationem: sed essentiam, ut sibi communicatam, non productam: relationem verò, tanquam verè productam. sicq; in generatione filij, essentia habet rationem principij, quantum ad id, quod est communicationis: paternitas vero, quantum ad id quod est ibi productionis. Producens equidem necesse est realiter à producto distingui, cũ nihil producat seipsum. principium verò communicationis non oportet realiter distingui à communicato, sed sufficit, quòd idem habeatur à pluribus, ita quòd vnus ab alio habeat. Et hoc conuenit diuinæ essentiæ ob suam illimitationem, quæ ob suam infinitatem potest esse una numero in pluribus personis.

¶ Insuper, principium, & terminus in generante & genito sibi inuicem correspondent. sed in genito, id, quo productio terminatur, est relatio: essentia autem est, quo terminatur communicatio: ergo in generante relatio est principium productionis, essentia communicationis. Hæc Durandus, qui de his scribit prolixè. Primus autem modus dicendi quem recitauit, uidetur esse Scoti: qui scribit hic, Scotus. ꝙ potentia realis est proximum fundamentum relationis, quia hoc nomen potentia non est abstractum ultima abstractione, sed est concretum concretione ad fundamentum, quàmuis non ad subiectum. Potest ergo potentia sumi pro eo, quod per se significat, vel pro eo, quod denominat, quod est proximum fundamentum talis relationis. Primo modo accipiatur, dico ꝙ potentia significat relationem sicut potentialitas, & hoc modo quęstio non habet difficultatem: quia potentia generandi in diuinis, dicit essentialiter relationem. Secundo modo est difficultas quæstionis, quid scilicet sit illud absolutum, quod est proximum fundamentum relationis istius. Et tunc præcisè loquẽdo de actiua potentia, distinguendo vlteriùs, quòd potẽtia denominatiuè sumpta, aliquando sumitur pro suo fundamento præcisè: aliquando autem pro illa cum omnibus, quæ concurrunt ad hoc, ꝙ possit elicere actum, quæ scilicet requiruntur ad rationem propinquę potentiæ, vt sunt in rebus creatis approximatio passiui, & impedimenti amotio: si ergo loquendo de potentia, ideſt de fundamento proximo istius relationis præcisè sumpto, dico, ꝙ potentia generandi patris, non est relatio, sed aliquid absolutum. Hæc Scotus, qui & ipse de his scribit prolixè. ¶ Amplius Henricus 3. quodlibeto, quæstione 3. Henricus. quærit sic: Vtrum ratio generandi in patre sit diuina essentia, vel proprietas eius. Et respondet, Esse quod est Deus, seu diuina essentia, est radix, & fundamentum omnium eorum, quæ sunt in diuinis, & ab ipsa originantur, atque ad eam reducuntur. Hinc diuina essentia est radix, & fundamentum omnium diuinarum actionum, & productionum, omnisque actio, & omne productum in Deo, & omnia, quæ in eo sunt, non sunt nisi ipsa diuina essentia, & purum, ac simplicissimum esse: quamuis secundum aliam, & aliam rationem quandoque dicatur potentia, interdum relatio, nonnunquam proprietas personalis, seu actio, aut operatio, sicq; de alijs, ita quòd quicquid nominatur siue concipitur in diuinis, licet ob aliam rationem, quàm est ratio substantiæ, alio modo significatur, & cõcipitur: semper tamen diuinam includit essentiã, & est ipsa essentia. tamen subalia ratione, quàm sit essentiæ ratio.

Intellectionis. In generatione naturali duo contingunt. Nempè quod in Deo est potentia, hoc est essentia sub ratione potentiæ: & quod est relatio, est essentia sub ratione respectus. Hinc quæstio introducta intelligitur sic: An essentia sub ratione essentiæ, vel sub ratione, qua proprietas sit principium, quo pater generat. Quocirca sciendum, ꝙ in omni generatione naturali, duo contingunt ex actione generantis circa genitum, ſꝙ genitum est simile generanti, & ꝙ ab ipso distinguitur. Specialiter tamẽ actio generantis terminatur ad simile ratione qua distinctum est. Vnde homo non generat hominem istũ, quia generat simpliciter, sed ecõtra. Nam homo non differt ab homine simpliciter sumpto, sed ab isto, & illo. Id aũt quod generatur, sequitur rationem principij generantis. Hinc ex parte generantis in eo, quo generat, quod est rãtio generãdi, duo concurrunt: videlicet ratio, qua assimilatur genitum generanti, & ratio, qua distinguit vnum ab alio, ita, ꝙ principalior sit ratio generandi ex parte, qua distinguit. Itaq; pater in diuinis generat sibi similem, vtpotè Deus Deum, & item distinctum à se, cum nullus sibijpsi assimiletur. Ratio autẽ, qua pater generat similem sibi, est diuina essentia (cum natura sit vis simile sibi procreans, seu producẽs) inquantum essentia non simpliciter, sed vt consistens in singulari supposito, quod est pater. Ratio verò, qua distinguit, est paterna proprietas patris constitutiua: illa videlicet, quæ secundum rationẽ intelligendi primò est constitutiua patris, ac deinde principium eliciendi actum generationis: & tertio, mediante actu generationis, notat in patre respectum ad filium, atque tunc demum (inquantum per actum generandi habet secum filium genitum) nominatur paternitas, ita ꝙ sub rõne nominis huius paternitas, sequitur actum generationis. Non enim est pater à se, nisi quia habet filium genitum. Porrò paternitas sub ratione, qua est principiũ eliciuum actus generandi, est innominata, & circuloquimur eam per potentiam generatiuam, quę tamen includit in se tam rationem assimilandi, quàm rationem distinguendi. Paterna ergo proprietas, est principium, quo generandi distinctiuum: quia pater non generat patrem, sed filium: & quia (ut dictum est) principale in genito est distingui à generante, nec diuina essentia est principium, quo generationis, nisi ut est in patre sub paterna proprietate: ideo ei magis propriè conuenit esse principium quo, seu rationem gignendi. Hæc Henricus.

Intellectionis. In generatione naturali duo contingunt.

1 2 3

Aegidius. ¶ Porrò Aegidius circa hæc scribit, ꝙ sicut genus multiplicatur per specificas differentias, sic natura specifica per diuersa esse, quę in suis habet suppositis. Hinc sicut speciebus conuenit natura generica, secundum quod in suo genere: uniuntur: quæ autem conueniunt speciebus, secundum differentias proprias, competunt eis secundum se: sic ea, quæ sunt naturæ competunt eis suppositis, prout in natura uniuntur specifica: ea verò, quæ conueniunt vnicuique supposito secundum proprium esse, competunt ei secundum se. Hinc potentia generandi dicitur propriè de natura, & conuenit ei: non de supposito, neque de esse ipsius, aut quocunque, per quod ab alijs suppositis est distinctum: quoniam generandi potentia accipitur non ex eo, quòd genitum habet esse distinctum à generante, sed quia habet esse unitum, cum illud sit potentia generandi, cuius productum redditur producenti conforme. Ideo in diuinis ratio potentiæ generandi non sumitur ex respectu, nec potentia illa est relatio secundum quam genitum à gignente distinguitur, sed est ipsa natura, in qua filius secundum quod huiusmodi, patri assimilatur. Idcirco cum natura sit, quid absolutum, potentia generandi simpliciter dicit quid absolutum, habet tamẽ modum aliquem respectiuum. Quemadmodũ enim in creaturis quædam sunt relatiua secundum esse, quædã secundum dici: sic suo modo in Deo quædam sunt simpliciter relatiua, quædam secundum quid, ut natura, seu potentia generatiua, quæ dicit quendam respectum ad actum generationis. Sunt autem de hac, quæstione aliæ opiniones: quæ, quia firmum habere fundamentum horruerunt, dimittantur. Hæc Aegidius.

In Deo sunt relatiua, secundum esse, & secundum dici.

Dionysius prædicta cõponit. ¶ Cuius opinio, quasi in toto videtur contraria prætactæ positioni Henrici, ut patet perspicaciter intuenti. Conuenit autem cum Thoma in multis. Nihilominus videntur, dicta ipsorum posse, quodammodo concordari. Cum enim generare sit suppositorum, verum est, quod ait Henricus, quòd generatio non competit humanitati, aut homini in communi, sed Socrati: quia videlicet realis executio generationis, seu opus ipsum, est suppositi tanquam eius, quod agit. Veruntamen, quia ex ui naturæ conuenit supposito: idcirco naturæ adscribitur tanquam principio originali, & quo agenti Præterea verba Thomæ videntur sibijnuicem aliqualiter dissonare: quia (ut patuit) in Scripto fatetur, ꝙ diuina essentia inquantum paternitas, est principium huius actus, qui est generatio. porro in Summa testatur, quòd paternitas non potest intelligi, ut quo pater generat: alioquin pater gigneret patrem: sed id quo pater gignit, est diuina natura, in qua ei filius similatur. Pro quorum concordia uidetur dicendum, quòd esse principium quo, seu rationem generandi, per priùs, ac originaliùs conuenit naturæ, quàm relationi. propter quod dicit Henricus, quòd quamuis conueniat relationi, per hoc non excluditur quin competat deitati, seu naturæ ut est in patre, quia paternitas includit essentiam. Præterea de generatione contingit loqui dupliciter. Primò, quoad suum genus, aut generale, videlicet ut est quædam productio. Secundò, quo ad propriam eius rationem. Primo modo principaliùs pertinet ad eam distinctio geniti à gignẽte, cum nulla res producat seipsam. secundo modo principaliùs spectat ad eam assimilatio unius ad alterum, cum generare sit simile sibi in natura producere. Sicque concordantur prætacti doctores, Aegidius aliorũ opiniones temere reiecit. in alio puncto. Veruntamen quamuis videatur Aegidio quòd aliorum positiones horruerunt firmum fundamentum habere: sua tamen opinio uidetur debiliori fundamento inniti. Non enim conuenit patri generare absolutè ex parte diuinæ essentiæ. alioquin conueniret, & filio, atque spiritui-sancto. sed ratione naturæ diuinę, prout in ipso est, primitiuè, & non aliunde, ut dictum est clariùs. Postremò, sine præiudicio, ac temeraria assertione loquendo, videtur præinducta Bonauenturæ positio verior, quòd scilicet potentia generatiua dicatur purè ad aliquid. Vnde secundum Henricum est ipsa paternitas, quod & Antisiodorensis sensisse videtur. Cum enim dicitur generatiua potentia, complexum hoc sumitur in virtute unius dictionis, ac nominis: ideo quantumcunque potentia secundum se diceretur absolutè: tamen ex tali limitatione, & contractione sumitur respectiuè: quemadmodum si istud complexum, homo albus, uno nomine designetur, illud utique absolutè loquendo in genere qualitatis ponetur, sicut & album.

Cõciliatio dictorũ b. Thomę in Scripto, & in Sũma.

Bonauen. assertio cę teris perfo renda.

Obiectiones contra positionē, Bonauen. Quomodo sint soluēdæ.

bum. Hinc rationes ad hoc inductæ, sunt concedendæ.

¶Obiectiones verò contra hoc factæ, non aliud obtinent, nisi quod in Deo realiter idem sint esse, & posse. Non autem, quòd esse, & posse generare, non distinguantur formaliter, seu ratione, sicut essentia, atque paternitas. Vnde & Deus dicitur potens sua essentia: quoniam, nec potentia generatiua, neque relatio aliquid reale superaddit essentiæ.

Vnde satis fiat argumentis initio q̃stionis apposit is.

¶Argumenta verò in principio huius tripartitæ quæstionis formata, partim soluta sunt in præcedenti distinctione, partim in huius corpore quæstionis.

QVAESTIO II.

Arguit. 1 pro parte negatiua.

INsuper quæritur hic, *An potentia dicatur in Deo vnivocè de potentia intelligendi, & generandi, atque creandi.* ¶Videtur quòd non, quia potentia intelligendi est absolutum, potentia generandi est relatiuum, potentia creandi est principium productiuum de nihilo. sicque potentiæ istæ sunt diuersarum rationum, respiciunt quoque actus generum diuersorum. non ergo vna ratione potentia prædicatur de eis.

Alexand.

¶Ad istud Alexander respondet: Potentia non dicitur in Deo æquiuocè, sed analogicè, id est, per priùs, & posteriùs secundum rationem intelligendi. Diuina enim potentia, est potentia cuius est actus per se, id est, cui per se competit agere. Per hoc quòd dicitur per se, differt à creata potentia, quæ non est per se, agendi principium. Hoc verò, quod dicitur principium actus per se, conuenit in Deo tam potentiæ intelligendi, quàm generandi, ac creandi. Sed potentia intelligendi, est potentia actus, qui est diuina substantia: quia intelligere Dei est sua essentia, per modum actus significata. potentia autem generandi, est potentia actus, qui est de substantia. Generatio namque est productio de substantia generantis. Potentia verò creandi, est potentia actus de nihilo. Secūdum hoc ergo, quòd dicitur potentia actus, dicitur per priùs: posteriùs, de potentia intelligendi, generandi, & creandi secundum intelligentiam rationis. Porrò quòd dicitur per se, excludit indigentiam motoris, seu agentis, sicut est in passiua potentia: indigentiam quoque materiæ, & vlterioris perfectionis, sicut est in potentia creaturæ actiua. Vna est etiam in Deo potentia, cum dicitur potentia intelligendi, generandi, creandi: sed per actum alium, & alium, aliter, & aliter determinatur. Hæc Alexander.

¶Denique ad quæstionem qua quæritur an, potentia dicatur vniuocè de potentia generandi, &

Albertus.

de potentia creandi, respondet Albertus, quòd potentia abstractiuè accepta prędicatur de vtraque, non æquiuocè: sed non addit, an vniuocè vel analogicè.

Thomas.

¶Thomas verò: Potentia est, inquit, medium secundum rationem intelligendi inter essentiam, & operationem. hinc potentia generandi, & potentia creandi, possunt considerari prout radicantur in diuina essentia: & sic est una numero potentia, atque uniuocè dicta. Possunt item considerari ex parte, qua coniunguntur operationi. sicque potentia dicitur de eis non uniuocè, sed per priùs, & posteriùs.

Et si quæratur, quę harum potentiarum sit prior secundum ordinem considerationis. Dicendum quòd potentia generandi, quemadmodum generatio, prior est creatione.

De ordine istarū potentiarum ad inuicē. Obiectio.

¶Quod si obijciatur, quòd commune, & essentiale est ante principium, ac personale, & creandi potentia communior, absolutioráque est, quàm potentia generandi, quia communis est tribus personis, nec dicit relationem realem. Potentia autem generandi est propria patri. Dicendum, quòd commune in diuinis est ante proprium, quando commune per se accipitur secundum rationem intelligendi. sed quando commune accipitur cum respectu ad creaturas, tunc ratione respectus adiuncti est posteriùs proprijs personarum. Hæc Thomas.

Diluitio.

Aegidius.

¶Concordat Aegidius, qui circa hæc quædam notabilia scribit, qualiter scilicet filio, ac spiritui sancto, & creaturis similiter, ac dissimiliter conuenit emanare à patre per modum intellectus, ac voluntatis. Quod infra, ubi de processione spiritus sancti tractabitur, inducetur.

Petrus.

¶Petrus etiam ait hic: Sicut in sole potentia lucendi, illuminandi, liquefaciendi, & constringendi ex parte solis est eadem, & ex parte actuum differens, analogiamque habens, ita de potentia creandi, & generandi censendum est.

Richard⁹.

¶Præterea Richardus, scribit hoc loco: Posse creare, dicit diuinam substantiam cum respectu rationis ad creaturam, vt voluntariè creabilis est, non ut creata. sicque posse creare connotat ipsum creabile. Posse autem generare, dicit diuinam substantiam cum modo non habendi eam ab alio, & sic importat respectum ad personam filij sub ratione generabilis, non geniti, quamuis æternaliter genitus sit. Genitor verò notat respectum ad filium, ut genitum. Vnde posse generare, connotat aliquo modo generabilem. Quantum ergo ad illud absolutum, quod signant posse creare, & posse generare, realiter idem sunt, & sola ratione distincta. sed quantum ad præfatos respectus, differunt plus quàm sola ratione, cum posse creare, dicat respectum rationis: posse uerò generare, realem respectum. Quantum autem ad connotata differunt, maximè cum posse creare, connotet creabile: posse generare, generabile, increabile. Vnde apparet, quòd ista non sit vera, posse generare est posse creare, propter connotata diuersa, ac diuersitatem respectuum. Hæc Richardus.

Posse generare è posse creare.

Alexāder.

¶Hinc Alexander: Intentio, inquit, seu ratio potentiæ determinatur dupliciter, scilicet per æternum, & temporale. Cumque determinatur per æternum, ut cum dicitur, Potentia intelligendi, nil connotatur creatum: cum verò determinatur per temporale, connotatur ens possibile.

Bonauen.

¶Concordat Bonauentura, qui etiam asserit, q̃p comparando potentiam creandi, & potentiam generandi, ad id, cuius sunt, sic secundum rationem intelligendi, potentia creandi est prior, cum sit naturæ: potentia autem generandi, personæ: sed comparando eas ad id, ad quod terminatur, potētia generandi est prior, cum terminetur ad æternam, & increatam personam, potentia verò creandi ad tēporalem effectum. Concordat etiam idem doctor his, quæ dicta sunt de analogia diuinæ potentiæ, & addit: Duplex est analogia. Vna per reductionem ad vnitatem naturæ secundum priùs, & posteriùs, & hæc potest esse comparando creaturam ad creaturam, & in hac signum distribuit pro omnibus cōtentis, nisi fit distributio rectricta ex additione, usu aut modo loquendi, ut si dicatur, cœlum tegit omnia.

Duplex analogia.

nia. Alia est analogia per reductionem ad vnitatem proportionalis similitudinis, non naturæ. Et quod sic analogatur, nō est inter alia, sed super alia. Ideo distributio propriè pro illo non distribuit, nisi sit extensa. Vnde Deus non est ens inter omnia, sed super omnia. Hinc omnipotens non distribuit pro potentia generandi distributione propriè sumpta, nisi fiat quædam extensio, atque ex illa per consequens fiat appropriatio quędam circa suppositum. propterea omnipotens conuenit tribus personis, quia non distribuit pro generandi potentia, quæ solius est patris. Hæc ille.

Vdalric⁹. Potētia in Deo multipliciter dicitur.

¶De hac demum materia scribit Vdalricus in Summa sua libro 2. Potentia in Deo dicitur vno modo robur naturæ ad consistendum per se, & in se inuariabiliter in æternum. Secundò potentia in Deo vocatur robur naturæ in persona ad communicandum se perfectè non solum per actum naturæ, quæ potentia vocatur potentia generandi, sed etiam per actum amoris, quæ vocatur spirandi potentia. Tertiò dicitur potentia operationum naturalium, quæ sunt, intelligere, velle. Quartò, potentia rerum causatiua, & creatiua. Et quamuis nomē potentiæ vniuocè de eis dicatur, prout vnum sunt in re: tamen analogicè dicitur de eisdem considera tis secundum rationes distinctas. Sic etenim prima est illa, quæ est robur naturæ, in æternitatis stabilitate se continentis: quoniam illa est ipsa natura, à qua aliæ potentiæ secundum rationem intelligendi fluunt. Et quia potentiæ naturalium operationum immediatiùs omnibus fluunt à natura, quemadmodum, & ipsa natura esse non potest sine naturali operatione: ideo illa est secunda potētia, & prior quàm potentia communicationis ad intra, sicut prior est perfectio rei in se, quàm in respectu ad alia. Tertia est potentia, quæ virtute naturæ est in persona ad actum communicationis eiusdē naturæ. estque prior, quàm causandi, seu creandi potentia: quoniam immediatiùs consequitur naturā communicabilitas sui secundum se, quàm in participatione per similia. Vnde vltima est causalis potentia. Hæc Vdalricus.

QVAESTIO III.

QVæritur quoque, *An potentia Dei sit tantum respectu eorum, quæ subijciuntur diuinæ potentiæ, videlicet respectu creaturarum, seu creabilium, & non respectu productionis in diuinis ad intra.*

Auguſt. 2

¶Videtur, quòd nō, quia (ut arguit Augustinus) si pater non potuit generare filium sibi æqualem, impotens fuit: ergo potentia Dei concernit actum generationis ad intra.

3

¶Secundò, quia Deum filium generare, est incomparabiliter plus, quàm totum mundum producere: ergo in hoc maximè declaratur potentia, imò, & omnipotentia Dei.

In oppositum.

¶In oppositum est Magister in litera.

Albertus.

¶Ad istud respondet Albertus: Omnipotētia Dei attenditur respectu eorum, quæ extra sunt, & consequitur posse commune patris, & filij, ac spiritus sancti. Hinc & potentia Dei dicitur respectu eorū, quæ subijciuntur potestati diuinæ. Vnde filius non est impotentior patre, quāuis non potest filium generare, quemadmodum pater: quoniā generare filium non est aliquid horum, quæ diuinæ potentiæ sunt subiecta. Item generare filium non est aliquid, sed ad aliquid in diuinis. Similiter esse patrem est ad aliquid, magis, quàm aliquid. Hæc Albertus.

Vdalric⁹.

¶Concordat Vdalricus libro suæ Summæ secundo: Sola, inquiens, causalis potentia, quæ concernit effectum, propriè sortitur nomen potentiæ. Idcirco dum signum distributiuum additur ei, distribuit solam istam potentiam, secundum multitudinē rationum, quam habet ex relatione effectuum diuersorum ad eam, sicut ad causam. Ideo bene dicunt antiqui, q̃p posse generare, & posse spirare non est aliquid subiectum diuinæ potentiæ, propter quod omnipotentia ea, non comprehendit. nec sequitur, filius non habet generandi potentiam, ut pater, scilicet ut gignat, ergo non est omnipotens. Hinc S. Dionysius 4. cap. de diuinis nominibus, docet omnipotentiam Deo conuenire per comparationem ad creaturas. Hæc Vdalricus.

S. Diony.

Bonauen.

¶Bonauentura quoque: Potentia, inquit, patris habet comparari, ad inferius, & ad æquale. Nam ad superius comparari non potest, quoniam caret eo: & dum comparatur ad inferius, sic est potentia essentialis, & essentialiter tenta. atq; loquendo de tali potentia, inconueniens esset, q̃p aliquid posset pater, quod non posset filius. Cum verò potentia cōparatur ad æquale, tunc trahitur ad personam. sicque nullum inconueniens est, si aliqua proprietas est in patre, quæ non est in filio. nec inde consequitur, quòd aliqua potentia sit in patre, quæ non est in filio.

Soluūtur argumēta Thomas.

¶Ex his patet ad obiecta solutio. Nempè ad primum Thomas respondet, quòd filiū generare est de his, quæ ad patris pertinent rationem. idcirco redundaret in impotentiā patris, si generare non posset. generare verò ad filij rationem non pertinet, ideo eius potentiæ non derogat, quòd non gignit.

Albertus.

¶Ad secundum dicit Albertus, q̃p in creaturarum productione apparet Dei potentia. In filij verò generatione apparet patris proprietas, scilicet genera tiua potentia, quæ dicitur ad aliquid, magis, quàm aliquid, nisi aliquid extensiuè sumatur, prout distinguitur contra nihil. ¶Sed rursus obijci potest: quoniā posse generare est aliqua dignitas patris. aliàs, non esset proprietas personalis. Si ergo hæc dignitas filio desit, non est patri æqualis: ergo potest, & gignere. ¶Ad hoc Thomas respondet, quòd dignitas est de absolutè dictis. ideò patris, & filij est eadem numero dignitas, quemadmodum vna essentia. Vnde sicut paternitas in patre est essentia, sic eadem essentia, in filio est non paternitas, sed filiatio. sicque eadem dignitas, quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio. Hæc Thomas. Superiùs verò in tertia distinctione data est ad huiusmodi argumenta responsio alia. Siquidem dato, quòd relatio, seu proprietas relatiua in diuinis dicat perfectionem, ac dignitatem, nec proprietas vnius personæ insit alteri secundum propriam rationem: ex hoc tamen probari nō ualet, aliquam diuinam personam consistere imperfectam: quoniam plenitudo veræ, & infinitæ deitatis, in qualibet persona consistens, omnem ab ea imperfectionem excludit: & quamuis, vna persona non habeat alterius proprietatem secundum propriam rationem, qua alteri inest, nihilominus habeat eam secundum id, quod substantialiter est, & prout conuenit sibi. Dictum est quoque, quòd eadem potentia, qua pater potest generare, potest, & filius generari, iuxta sensum præhabitum. Et quamuis filio non conueniat generare: tamen id, quod est generari, puta diuina essentia, verè inest & conuenit filio, istudque sufficit ad diuinarum perfectionem omnimodam personarum. Nam & quod persona non habet in se secundum quendam modum, habet in alia, quæ substantialiter idem est secum.

Obiectio.

Thomas.

Eadem est dignitas patris, & filij.

De

A De veritate, & proprietate, & incommutabilitate, & simplicitate diuinæ essentiæ. Distinctio. VIII.

De proprietatibus, & cõditionibus essentialib⁹ trinitatis, & vnitatis Aug. 5. de tri. cap. 2.

NVnc de veritate, siue proprietate, siue incommutabilitate, atq; simplicitate diuinæ naturæ, siue substantię, siue essentiæ agendum est. Est itaq; Deus (vt ait Augustinus in quinto libro de Trinitate) sine dubitatione substantia, vel si melius hoc appellatur, essentia, quam græci vsiam vocãt. Sicut enim ab eo, quòd est sapere, dicta est sapiẽtia: & ab eo, quod est scire, dicta est sciẽtia: ita ab eo, quod est esse, dicta est essentia. Et quis magis, quàm ille qui dixit Moysi famulo suo, Ego sum, qui sum, & dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos? Ipse verè, ac propriè dicitur essentia, cuius essentia non nouit præteritum, vel futurum. Vnde Hieronymus ad Marcellam scribens, ait: Deus solus, qui exordium non habet, veræ essentiæ nomen tenet: quia in eius comparatione, qui verè est, quia incommutabilis est, quasi non sunt, quæ mutabilia sunt. De quo enim dicitur fuit, non est: & de quo dicitur erit, nondum est. Deus autem tantum est, qui non nouit fuisse, vel futurum esse. Solus ergo Deus verè est: cuius essentiæ comparatum nostrum esse, non est.

Exod. 3. d.

Hiero. ad Marcellã.

B Qualiter intelligenda sint verba Hieronymi, quærendum est.

Hiero. ad Marcellã.

Hic diligenter aduertendum est, qũo intelligi debeant illa verba Hieronymi. s. Deus tantum est, & non nouit fuisse, vel futurum esse: tanquàm nõ possit dici de Deo fuit, vel erit, sed tantum est: cum de eo scriptum frequenter reperiamus, fuit ab æterno, fuit semper, & erit in secula, & huiusmodi. Vñ videtur, quia non est tantum dicendum de Deo fuit, vel est vel erit. Si eñ diceretur tãtum fuit, putaretur, ꝙ desierit esse. Si diceretur tñ est, putaretur, ꝙ non semper fuerit, sed esse cœperit. Si tantum diceretur erit, putaretur non esse modo. Dicatur ergo, quia semper fuit, est, & erit: vt intelligatur, quia nec cœpit, nec desijt, nec desinet esse. De hoc Augustinus super Ioannem ita ait: Cum de sempiterna re propriè dicatur est, secundum nos bene dr̃, fuit, est, & erit: fuit, quia nunquàm desijt: erit, quia nunquàm deerit: est, quia semper est: non præterijt, quasi quod non maneat. non erit, quasi quod non erat. Cum ergo nostra locutio per tempora varietur, de eo verè dicuntur verba cuiuslibet tpis: qui nullo tempore defuit, vel deest, vel deerit. & ideò non est mirum si de spiritu veritatis veritas loquens, dixit per futurum: Quæcunque audiet loquetur. Audiet, s. ab eo, à quo procedit. Audire illius est scire, idem etiam esse. A quo ergo est illi essentia, ab illo audientia. i. scientia, quæ non est aliud, q̃ essentia. Audiet ergo, dixit de eo, quod audiuit, & audit. i. quod semper sciuit, scit, & sciet. Ecce hic dicit Augustinus verba cuiuslibet temporis dici de Deo: sed tamen propriè, est. Illud ergo, quòd Hieronymus dicit, ita intelligendum est: Non nouit fuisse, vel futurum esse, sed tantum esse. i. cum dicitur de Deo, ꝙ fuit, vel erit, non est intelligendum, ꝙ præterierit, vel futurus sit, sed ꝙ existat simpliciter sine aliquo temporali motu. Licet enim verba substantiua diuersorum temporum de Deo dicantur: vt fuit, erit, est, erat: non tamen temporales motus esse distinguunt. s. præteritum, vel futurum, vel præteritum imperfectum, vel præteritum perfectum, vel præteritum plusquamperfectum, sed essentiã siue existentiam suæ diuinitatis simpliciter insinuant. Deus ergo solus propriè dicitur essentia, vel esse. Vndè Hilarius in septimo libro de Trinitate ait: Esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas, & manens causa, & naturalis generis proprietas.

Ioan. 26. c.

Hic aperit quõ sit intelligẽdus Hierony. ad Marce.

Hilarius.

C De incommutabilitate essentiæ diuinæ.

Augu. de tri 5. c. 2.

Dei etiam solius essentia incommutabilis dr̃ propriè, quia nec mutatur, nec mutari potest. Vnde Augustinus in quinto lib. de Trinit. Aliæ, inquit, essentiæ, vel substantiæ capiunt accidentia, quibus in eis fiat, vel magna, vel quantumq; mutatio. Deo aũt aliquid homini accidere non põt: & ideò sola substantia, vel essentia, quę est Deus, incommutabilis est, cui perfecto maximè, ac verissimè competit esse. Quod enim mutat, non seruat ipsum verum esse: & quod mutari potest, etiam si non mutetur, potest quod fuerat non esse. Ideoq; illud solum, quod non tm̃ non mutatur, verum etiã mutari oĩno nõ põt, verissimè dr̃ esse. i. substantia pris, & filij, & spiritus sancti. Ideoq; Apostolus loquens de Deo, ait: Qui solus habet immortalitatem. Vt enim ait Aug. in lib. primo de Tri. Cum aĩa quodammõ immortalis esse dicat̃, & sit, nõ diceret Apostolus, solus Deus habet immortalitatẽ: nisi quia vera immortalitas incõmutabilitas est, quã nulla põt habere creatura: qm̃ solius creaturis est. Vnde Iacobus ait: Apud quẽ nõ est tranſmutatio, nec vicissitudinis obũbratio. Et Dauid: Mutabis ea, & mutabũtur. tu aũt idẽ ipse es. Ideo Augus. sup Gen. dicit, ꝙ Deus nec p̃ loca, nec p̃ tpa mouetur, creatura uero p̃ loca, & tpa. Per tpa moueri, ẽ p̃ affectiones cõmutari. Deus aũt nec loco, nec affectione mutari potest,

1. Tim. 6. c

Quæ sit vera immortalitas, q̃ i solo creatore est.

Iacob. 1. c.

Psal. 101. d

Augus. sup Gene. Mala. 3. b.

ri potest, qui per prophetam ait: Ego Deus, & non mutor, qui est immutabilis solus. Vnde rectè solus dicitur habere immortalitatem. In omni enim mutabili natura (vt ait Augustinus contra Maximinum) nounulla mors est ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea non esse quod erat. Vnde, & ipsa anima humana, quæ ideò dicitur immortalis, quia secundum modum suum nunquam desinit viuere: habet tamen quandã mortem suã: quia si iustè viuebat, & peccat, moritur iustitiæ: si peccatrix erat, & iustificatur, moritur peccato: vt alias eius mutationes taceam, de quibus modo lõgum est disputare. Et creaturarum natura cælestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam, & angeli peccauerunt, & dæmones facti sunt, quorum est diabolus princeps: & qui non peccauerunt, peccare potuerunt: & cuicunq; rationali creaturæ præstatur, vt peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. Et ideò solus Deus (vt ait Apostolus) habet immortalitatem, qui non cuiusquam gratia, sed natura. nec potuit, nec potest aliqua conuersione mutari, nec potuit, nec potuerit aliqua mutatione peccare. Proinde (vt ait Augustinus in primo libro de Trinitate) substantiam Dei sine vlla sui commutatione mutabilia facientem, & sine ullo suo temporali motu temporalia creantem intueri, & nosse licet sit difficile, oportet. Verè ergo, ac propriè incommutabilis est sola diuinitatis essentia, quæ sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

Augus. cõtra Maximinum. l. 3. ca. 12 c.

1. Tim. 6. c

Augus. de Trin lib. 5 cap. 2.

D De simplicitate essentiæ diuinæ naturæ, quæ sola propriè est simplex.

Eademq; sola propriè, ac uerè simplex est, vbi nec partium, nec accidẽtium, nec quarumlibet formarum ulla est diuersitas, siue variatio, vel multitudo. Vt autem scias quo modo simplex sit illa substantia, te docet Augustinus in sexto libro de Trinitate: Animaduerte primò quare omnis creatura sit multiplex, & nullo modo verè simplex: & primum de corporali, postea de spirituali creatura. Corporalis vt ique creatura ex partibus constat, ita vt sit ibi aliqua pars minor, alia maior: & maius sit totum, quàm quælibet pars: & in unoquoque corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud est figura. Potest enim, & minuta magnitudine manere idem color, & eadem figura: & colore mutato, manere eadem figura, & eadem magnitudo. Ac per hoc multiplex esse conuincitur natura corporis, simplex autem nullo modo.

Augus. 6. de tri. ca. 6 Quæ creatura sit multiplex & nõ simplex. Hic de corporali ostẽditur quare fit multiplex.

E De spirituali creatura ostendit, quomodo sit multiplex, & non simplex.

Creatura quoque spiritualis, vt est anima, in comparatione quidem corporis est simplex: sine comparatione verò corporis est multiplex, & non simplex. Quæ ideò simplex dicitur respectu corporis, quia mole non diffunditur per spatium loci: sed in unoquoq; corpore, & in tota anima est, & in qualibet eius parte tota est. Et ideò cum sit aliquid in quauis exigua particula corporis, quod sentiat anima, q̃uis non fiat in toto corpore: illa tamen tota sentit, quia totam non latet. Sed tamen nec in ipsa tota anima uera simplicitas est. Cum enim aliud sit artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, aliud tristitia: possintq; hæc, & alia sine alijs, & alia magis, alia minus: manifestum est non simplicem, sed multiplicem esse naturam. nihil enim simplex mutabile est: omnis autem creatura mutabilis est, nulla ergo creatura uerè simplex est. Deus uero etsi multiplex dicatur, uerè tamen, & summè simplex est. Dicitur enim magnus, bonus, sapiens, beatus, uerus, & quicquid aliud non indignè dici uidetur: sed eadem magnitudo eius est, quæ sapientia. Non enim mole magnus est, sed uirtute: & eadem bonitas eius est, quæ sapientia, & magnitudo, & ueritas: & non est ibi aliud, ipsum beatum esse: & aliud, magnum, aliud sapientem, aut uerum, aut bonum esse, aut omnino esse.

Augus. li. 6. de Trin. cap 16.

Qũo Deus simplex ẽ. Aug. lib. 6. de Trin. cap. 8.

F Qualiter Deus cum sit simplex, multiplex tamen dicatur

Hic diligenter notandum est, cum dicat Augustinus solum Deum uerè simplicem esse, cur dicat eundem multipliciter dici. Sed voc non propter diuersitatem accidentium, uel partium dicit, sed propter diuersitatem, ac multitudinem nominum, quæ de Deo dicuntur: quæ licet multiplicia sint: unum tamen significant, s. diuinam naturam. Hæc enim non ita accipiuntur, cum de illa incommutabili essentia, æternaq; substantia incomparabiliter simpliciore, quàm est humanus animus dicuntur, quemadmodum cum de creaturis dicuntur. Vnde August. in sexto li. de Trin. Deo, inquit, est hoc esse, quòd est fortem esse, uel sapientem esse, uel iustum esse, & si quid de illa simplici multiplicitate, uel multiplici simplicitate dixeris, quo substantia eius significetur. Humano autem animo non est hoc esse, quod est fortem esse, aũt prudentem, aut iustum. Potest enim esse animus, & nullam istarum habere uirtutem.

Aug. li. 6. de Trinit. capi8.

Augus. de Trin. lib. 6 cap. 4.

Tanta

G *Tanta est Dei simplicitas, quòd nulli prædicamentorum subijcitur.*

Quod autem in natura diuina nulla sit accidentium diuersitas, nullaq; penitus mutabilitas, sed perfecta simplicitas, ostendit Augustinus in quinto de Tri. dicens: Intelligamus Deum quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ præsidentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbique totum, sine tempore sempiternum, sine vlla sui mutatione mutabilia facientem nihilq; patientem. Quisquis Deum ita cogitat, & si nondum potest omnino inuenire quid sit ipse: piè tamen caueat quantum potest aliquid de illo sentire, quod non sit. Ecce si subtiliter intendas, ex his, atque prædictis aperitur, illa prædicamenta artis dialecticæ Dei naturæ minimè conuenire, quæ nullis est subiecta accidentibus.

Augustin. de Trinit. cap. 5. li. 1.

H *Quòd Deus non propriè, sed abusiuè dicitur substantia.*

Vnde nec propriè dicitur substantia, vt Aug. ostendit in lib. septimo de Tri. Sicut ab eo, quod est esse, appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere, substantiam dicimus: si tamen dignum est, vt Deus dicatur subsistere. Hoc enim de his rebus recte intelligitur, in quibus vt subiectis, sunt ea, quæ in aliquo subiecto esse dicuntur, sicut in corpore color, aut forma. Corpus enim subsistit, & ideò substantia est. Res vero mutabiles, neq; simplices propriè dicuntur substantiæ: Deus autem si subsistit, vt substantia propriè dici possit, ineſt in eo aliquid tanquàm in subiecto, & non est simplex. Nefas est autem dicere, vt subsistat Deus, & subsistat bonitati suæ: atque illa bonitas non substantia sit, vel potius essentia: neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquàm in subiecto. Vnde manifestum est, Deum abusiuè substantiam vocari: & nomine vsitatione intelligatur essentia, quod verè, ac propriè dicitur, ita vt fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim verè solus, quia incommutabilis est.

Augustin. de Trin. li. 7. cap. 4. Idē vbi supra cap. 5.

I *Quòd non est aliquid in Deo, quòd non sit Deus.*

Huius autem essentiæ simplicitas, ac synceritas tanta est, q̄ nō est in ea aliquid, quod non sit ipsa, sed idem est habens, & quod habetur. Vnde Hilarius in septimo lib. de Tri. ait: Non ex compositis Deus, qui vita est, subsistit: neque qui virtus est, ex infirmis continetur: neque qui lux est, ex obscuris coaptatur: neque qui spiritus est, ex disparibus formalis est. totum quod in eo est, vnum est. Idem in octauo li. de Trin. Non humano modo ex compositis Deus est, vt in eo aliud sit, quod ab eo habetur, & aliud sit ipse, qui habet: sed totum *vita est, natura scilicet perfecta, & infinita, & non ex disparibus constituta, sed viuens per totum ipsa. De hoc eodem Boethius in primo lib. de Tri. ait: Quocirca hoc verè vnum est, in quo nullus nnmetus, nullum in eo aliud præter id, quòd in eo est. neque enim subiectum fieri potest. Augustin. quoque in lib. de fide, & symbolo dicit. In Dei substantia non est aliquid, quòd non sit substantia, quasi aliud sit ibi substantia & aliud, quod accidit substantiæ. Sed quicquid ibi intelligi potest, substantia est. Verum hæc dici possunt facilè, & credi: videri autem nisi puro corde omnino non possunt. Itē Aug. in decimoquinto li. de Tri. Sic habetur in natura vniuscuiusque trium, q̄ qui habet, hoc si quod habet, sicut immutabilis, simplexq; substantia. Vnde Isidorus ait: Deus simplex dicitur, siue non amittendo quod habet, seu non aliud habet, quod nō est, ipse, & aliud quod in ipso est. Et cum tantæ simplicitatis, atque synceritatis sit natura diuina: est tamen in ea trinitas personarum. Vnde Aug. in li. vndecimo de ciu. Dei ait: Non ptopter hoc naturam summi boni simplicem dicimus, quia est pater in ea solus, aut filius in ea solus, aut spiritussanctus in ea solus, aut quia est sola ista nominū trinitas, siue substantia personarum, sicut Sabelliani putauerunt: sed ideò simplex dicitur, quia est hoc, quod habet, excepto, q̄ relatiuè quæq; persona ad alteram dicitur, nec est ipsa. Nā vtique pater habet filium, ad quem relatiuè dicitur: nec tamen ipse est filius: & filius habet patrem: nec tamen ipse est pater. In quo vero ad semetipsum dicitur, non ad alterum, hoc est, quod habet: sicut ad seipsum dicitur viuus habendò vitam, & eadem vita est ipse. Propter hoc vtique natura hæc dicitur simplex, q̄ non sit aliud habens, & aliud id, quod habet, sicut in cæteris rebus est. Non enim habens liquorem, liquor est, nec corpus color, nec aïa est sapientia. Ecce quanta est identitas, quanta est vnitas, immutabilitas, simplicitas, puritas diuinæ substātię: iuxta infirmitatis nr̄ę valetudinē assignauimus.

Hilarius.

Idem.

Boethius. li 1. de tri. Aug. in li. de fide, & Symbolo. cap. 9.

Matt 5. Aug. 15. de tri. cap. 7.

Isidorus li. 1. de sum mo bono cap. 1.

Aug. 11. de ciuita. Dei cap. 10.

Súma distinct. 8.

Consequēter in hac distinct. 8. tractat Magister de quibusdā absolutis ꝓprietatibus Dei. Et diuiditur in tres partis, ſm quod de tribus Dei ꝓprietatibus loquit. Primò de veritate, ſcdo de incōmutabilitate, tertio de simplicitate: inter quas veritas ē ꝓprietas principalis, tā quàm ꝓ priùs cōsequēs esse diuinū, sicut, & vnitas. Idcirco distin. ista sic inchoat: (Nūc de veritate, seu ꝓprietate.) quasi ueritas, & ꝓprietas nūc ꝓ eodē sumanſ, vel quasi veritas sit solū ꝓprietas Dei. Porro, q̄ veritas rei ꝙueniat deo, seu diuię naturæ, ꝓbat, ex hoc, q̄ ipm eē cōueniat deo potiſs. ita q̄ eē dei, ē eē ęternū ſuariabiliter p̄sens, & sūm è icōparabiliter q̄; p̄fectū, plenū, ac infinitū, & sic maxīe ratū, ac solidū.

Quæ-

QVAESTIO I.

Arguitur 1. pro parte negatiua.

PRimò ergo hic quæritur *De veritate quid sit, & quotuplex, & qualiter Deo conueniat.* Videtur autem, q̄ non conueniat Deo: quia (ſm philosophū) bonum, & malum sunt in rebus, uerū, & falsum in intellectu: ergo diuinę naturę in seipsa nō cōpetit ueritas. ¶ Rursus, si ueritas est proprietas Dei, ergo simili ratione bonitas, ac unitas, cum ista sint æque coīa, cum ente conuertibilia: & si bonitas, ac unitas sunt proprietates Dei, cur de ijs non tractat hic sicut de ueritate?

Alexand. Quid sit verum, ac veritas.

¶ De hac re utpote quid sit ueritas, loquitur Alexander. Ponendæ sunt notificationes ueri, ac ueritatis, a diuersis doctoribus assignatæ. Augustinus in libro soliloquiorum diffinit sic: Verum est, quod uidetur ita, ut est. Hæc autem descriptio ueri colligitur ex suo opposito. si enim falsum est, quod aliter uidetur, quàm est, ergo uerum est, quod ita est, ut uidetur.

Augustin.

¶ Insuper in eodem libro loquitur Augustinus: Verum est, quod ita se habet, ut cognitori uidetur, si uelit, & possit cognoscere. Iterum ait ibidem, Verum est id, quod est. In libro quoq; de uera religione: Veritas, inquit, est, qua ostendit id, quod est: & colligitur sic, Si falsitas est, qua id putatur, quod non est, ea est ueritas, qua ostenditur quod est.

Hilarius.

Cui descriptioni similis est, quam ponit Hilarius: Verum, inquiens, est declaratiuum, seu manifestatiuum ipsius esse. Rursus, in libro de uera religione loquitur Augustinus: Veritas est summa similitudo principij, quæ sine ulla dissimilitudine est, unde (id est, de qua dissimilitudine) falsitas oritur.

Augustin.

Anselmus

Anselmus uerò in libro de ueritate, disseruit: Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. Porro quidam philosophus sic diffinit: Veritas est adæquatio rei & intellectus, quemadmodum generaliter est adæquatio signi, atque signati. Ponitur etiam ista ueritas est indiuisio esse, & quod est. Hæ descriptiones sic distinguuntur. Nam quædam earum communis est ad omnē ueritatem, tàm creatam, quàm increatam: uidelicet ista, Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. Et nomine rectitudinis, diuiditur ab omni re, quæ rectitudo non appellatur. Et per id, sola mente perceptibilis, diuiditur a rectitudine omni uisibili. Quædam uerò datæ sunt de ueritate comprehensionis, ut illa: Verum est, quod ita est, ut uidetur. Et illa, Verum est, quod ita est, ut cognito ri uidetur &c. Quædam uerò de ueritate signi, seu significationis, ut illa: Veritas est adæquatio signi, rei uel intellectus. Aliquæ autem de ueritate rei, ut illæ duæ, Veritas est id, quod est. &, Veritas est indiuisio esse, & quod est. Nonnullæ dantur principaliter de increata ueritate, ut duæ hæ Augustini: Veritas est, qua ostenditur id, quod est. Et in idem redit descriptio Hilarij. Prima namque ueritas se habet ad intelligibilia, sicut lux solis ad uisibilia. Itemq; descriptio illa, veritas est summa similitudo, &c. quæ datur de ueritate increata, prout personaliter sumitur, & filio appropriatur, quemadmodum unitas patri, & bonitas sancto spiritui. sicque filius est summa similitudo principij, i Dei patris. Præcedens uerò veritatis descriptio, datur de ueritate increata essentialiter dicta:

Distinctio prædictarū descriptionum.

Multiplex veritas creata. Zacha 8. Ephes. 4. Psal 14.

¶ Insuper ueritas multiplex est, utpote increata, quę Deus est, & creata. Et ista est multiplex. Est enim veritas signi, ut in sermone, iuxta illud Zachariæ: Loquimur veritatem unusquisque cum proximo suo. Et est ueritas cogitationis, ſm illud in Psalmo: Qui loquitur ueritatem in corde suo. Est etiam ueritas uoluntatis, iuxta illud: Diabolus in ueritate non stetit. Et item ueritas operationis, de qua in Iohan. Omnis qui facit ueritatem, uenit ad lucem. Et q̄m unumquodque ita se habet ad veritatem, sicut ad esse, & entitatem, idcirco in omnibus rebus est aliqua veritas. Vnde quemadmodum aliqua habent esse necessarium, aliqua esse contingens, sic in rebus duplex est ueritas, scilicet ueritas necessitatis, & ueritas contingentiæ, sicut & in significatione, & enunciatione. Ex quibus patet rnsio ad quæstionem, qua quæritur, in quibus sit veritas. Si autem qnæratur, an tm̄ sit una veritas, an plures: Dicē dum, q̄ ueritas rei dicitur duobus modis. Primo indiuisio ipsius esse, & quod est, ſm quod asserit Augustinus: Veritas est id, quod est. Et ueritas ista fundatur super debita principia essentiæ rerum, & debitam eorum unionem in creaturis. Hinc ueritas ista multiplicatur ſm multiplicationem essentiæ rerum. Alio modo, ſm quod ab Augustino ueritas dicitur lux intelligibilis, eo, q̄ instar lucis manifestat omnia uera, & tenet, atq; conseruat in esse, quemadmodum lux est principium conseruatiū suorum effectuum, prout dicitur ab Anselmo rectitudo mente perceptibilis, eo q̄ per ipsam mensurātur omnia uera, sicut per tempus temporalia omnia, sicque est una sola ueritas prima, & summa.

Ioan. 8. Ioan. 3. In omnibus rebus est aliqua veritas.

Sit ne tātū una ueritas.

Augustin.

Anselmus

¶ Præterea si quæratur, an plures veritates sint ab æterno: dicendum, q̄ una sola est ueritas, cui ꝓprium est esse sine initio, scilicet ueritas prima, quę omnium aliarum ueritatum est principium, priorque illis causalitate, atque duratione. Ex quo habetur responsio, si quæratur an ueritas sit æterna, & vtrum enūciabilia sint ab æterno. Et apparet, q̄ sic, quoniam Augustinus affirmat: Nil magis æternum quàm ratio circuli, & duo, ac tria esse quinque. Similiter sine initio uerum est, Antichristus nascetur, & ab æterno uerum fuit, mundus erit. Ad quod rndēdum, q̄ ueritas talium propositionum uno modo potest retorqueri ad ea, in quibus radicatur, ut in subiecto: & ita non sunt æternæ, sicut nec res ipsæ, nisi sumatur æternum pro perpetuo, aut ꝓ sempiterno. Alio modo retorquetur ad primam ueritatem, & ad diuinæ mentis notitiam, sicq; vnaquęq; earum æterna est, nec aliud est, q̄ Deus. Nec tñ idcirco simpliciter est dicendū, q̄ rō circuli sit Deus, sed rō circuli prout est in Deo. Sic Antichristum fore, in mente diuina fuit æternaliter uerū: nec aliud fuit, q̄ Deum esse facturum Antichristum, seu Deus Antichristum facturus. Sic quoq; per relationem ad Deum non aliud fuit, Antichristum futurum eē, q̄ Petrum futurum esse. Hinc sicut dicimus plures esse ideas per comparationem ad ideata, quæ tamē ideæ per cōparationem ad mentem diuinā in qua sunt, unum sunt: sic huiusmodi ueritates in re ad extra sunt plures, sed una in Deo. Hæc Alexander.

Num enū ciabilia sint ab æterno.

Sint ne plures veritates ab æterno.

Thomas

¶ Thomas autem non in hac distinctione 8. sed infra distinctione 19. scribit de ista materia satis diffusè. Et primo quærit, an ueritas rei sit idē, quod eius essentia. Ad quòd rndet: Quædam totum esse suum habent extra animam, ut homo, lapis. Quædam nil habent de esse nisi in anima, ut Chimera. Quædam uerò habent fundamentum in re, sed cōplementum formalis rōnis eorum est per operationem animæ: ut sunt vniuersalia, quorum ratio per abstractionem a particularbus completur: & tempus, ac etiam ueritas, cuius rō completur per actionem intellectus apprehendentis rem eo modo, quo est. Hinc ſm philosophum, uerum, & falsum sunt in anima. Cumq; in re sint quidditas eius, & esse,

Sit ne rei ueritas idē quod eius essentia. Triplex eē rerum.

Aristot.

veritas

ueritas fundatur in esse rei magis quàm in quidditate, sicut,& nomen entis ab esse imponitur: atque in actione intellectus accipientis esse rei sicuti est,ꝑ similationem quandam ad ipsum, completur ratio adæquationis,in qua consistit ratio ueritatis. Hinc esse rei causa est ueritatis,ſm quod est in cognitione intellectus.Nihilominus ratio veritatis priùs est in intellectu, quàm in re: quemadmodum medicinalia sunt causa sanitatis in animali, & tamen animal per priùs dicitur sanum.Itaque uerum ꝑ priùs dicitur de ueritate intellectus:& de enunciatione, inquantum est signum ueritatis illius: & de re, inquantum est causa veritatis.Vnde res dicitur uera, quæ nata est facere de se ueram conceptionem. Vtraque quoque veritas, scilicet rei,& intellectus, reducitur in Deum, tanquam in primum principiũ: cuius esse, est causa omnis esse:& cuius intelligere, causa est omnis cognitionis, Ideo ipse est ueritas prima,& maximè uerus: quoniam unumquodque ita se habet ad ueritatẽ,sicut ad esse. Propter quod secundo Metaphysicæ ait Philosophus, quòd prima causa essendi, est prima causa ueritatis. Porro ueritas enunciationis reducitur in prima principia per se nota, præsertim in illud, Affirmatio, & negatio non sunt simul veræ, ut asserit Auicenna, Dicendum ergo, quòd ueritas secundum rationem addit super essentiam ordinem ad cognitionem, vel demõstrationem alicuius. Cum uerò Anselmus veritatem diffinit,quòd sit rectitudo, metaphoricè loquitur:quoniam rectitudo propriè est passio continui. Et quamuis bonitas, ac iustitia sint quædam rectitudines, sola mente perceptibiles, ueritas tamen formaliter differt ab eis, & rectitudo secundum diuersas rationes competit ipsis. Inuenitur namque in recto quædam æqualis proportio principij,& medij, ac finis. Hinc secundum quod aliquis in distribuendo seruat medium æquitatis, seu mensuram æqualitatis iustitiæ,aut tenorem præcepti, dicitur rectitudo iustitiæ: secundum autem, quod aliquid non egreditur commensurationem finis,dicitur rectitudo bonitatis:sed inquantũ non egreditur ordinem commensurationis rei, & intellectus, vocatur rectitudo ueritatis.Quæmadmodum enim unum superaddit enti rationem indiuisionis, & bonum rationem finis:sic uerum, rationem ordinis ad cognitionem. Hæc Thomas in præfata distinctione.

Quę sit res vera.

Oĩs ueritas reducẽda in Deũ.

Aristot.

Auicenna.

Anselmus

Veritas qũo differat a bonitate,& iustitia.

Quæ iustitiæ rectitudo.

Quæ sit rectitudo bonitatis.

Qnæ ueritatis rectitudo.

¶At uero in prima parte Summæ. quæstione 16. ad quæstionem, qua quærit, an ueritas sit in re, vel intellectu,testatur:Quemadmodum bonum nominat id, in quod tendit appetitus,ita uerum dicit id, in quod tendit intellectus. Hoc autem distat inter appetitum, & intellectum, seu quamcumque cognitionem, quòd cognitio est secundum quod cognitum est in cognoscente: appetitus autem,secũdum quod appetens inclinatur in rem appetitam. Sicque terminus appetitus, est bonum in re appetibili: terminus uero cognitionis, uerum in intellectu Quemadmodum autem bonum est in re,inquãtum habet ordinem ad appetitum, propter quod ratio bonitatis deriuatur a re appetibili in appetitum,secundum quod appetitus dicitur bonus,prout est boni: ita cum uerum sit in intellectu, secundum quod conformatur rei intellectæ, necesse est, ut ratio ueri ab intellectu deriuetur ad rem intellectam, ita ut res intellecta dicatur uera, secundum quod ordinem aliquem habet ad intellectum. Porro ad intellectum potest ordinem habere dupliciter, scilicet per se, & per accidens. Per se quidem ordinem habet ad intellectum à quo secundum esse suum dependet,& a quo cognoscibilis est, uel ut si domus comparetur ad intellectum artificis: per accidens autem comparatur ad intellectum, a quo non dependet. Indicium uerò de re non sumitur secundum id, quod ei per accidens conuenit,sed secundum id, quod conuenit per se. Hinc quælibet res dicitur vera absolutè, secundum ordinem ad intellectum, à quo dependet. Vnde artificiata dicuntur uera, per comparationem ad intellectum artificis: ut uera domus, quæ assequitur similitudinẽ formæ, quæ est in mente domificatoris. Consimiliter res naturales dicuntur ueræ, prout assequuntur similitudinem idearum mentis diuinæ: ut uerus lapis, qui habet naturam iuxta diuinæ mentis præordinationem. Hinc asserit Auicenna: Veritas vniuscuiusque rei est proprietas sui esse, quod stabilitum est ei. Hinc constat, quòd Deo potissimè conuenit esse uerum, imò, & ipsam ueritatem, cum ipse omnia plenissimè apprehendat: suumque esse non solum est conforme suæ cognitioni, sed, & realiter idem cum ea: & suum intelligere, est mensura, & causa omnis alterius esse, atque notitiæ ueræ.

Ar.1.

Quid inter sit inter Intellectum, & appetitum.

Re intellecte duplex ẽ ordo ad intellectũ.

Vñ res vera sit censenda.

Auicenna.

¶Præterea si quæratur an ueritas sit mutabilis,respondendum. quòd ueritas intellectus creati humani, dupliciter potest mutari. Vno modo ex parte rei, quæ subest mutationi: alio modo ex parte intellectus, qui de re eodem modo se habente, nunc ita, nunc aliter sentit, uel de re uariata uniformiter opinatur. Hæc Thomas, qui in cæteris Alexandro concordat.

Quæstio.

¶Porro ad quæstionem, qua quæritur, an sit vna sola ueritas in omnibus ueris, Petrus respondet: Veritas comparatur ad tria, uidelicet ad subiectum, quod informat:ad principium, quod imitatur, & repræsentat, puta ad intellectum diuinum: ad intellectum quoque humanum, quem excitat, atque illuminat. Cum ergo ueritas sit media inter duplicem intellectum, uidelicet diuinum, a quo mensuratur,& humanum, quem mẽsurat, seu regulat, potest intelligi numerari tripliciter: Primò per comparationem ad subiectum, & ita sunt plures ueritates simpliciter secundum multitudinẽ subiectorum, seu intellectuum, quibus insunt. Secundò per comparationem ad intellectum diuinum, & ita est una omnium secundum quid, quoniam omnis ueritas creata attenditur in comparatione adæquationis ad intellectum diuinum.Tertiò ad intellectũ creatum, & ita plures sunt veritates: quoniam res diuersæ aptæ natæ sunt facere diuersas conceptiones in intellectu.

Veritas ad tria comparatur.

Veritas tripliciter numeratur.

Anselmus

¶Hoc quoque sciendum, quòd una est ueritas omnium exemplaris, & efficiens, non creata. Vnde in libro de ueritate, ait Anselmus: Sicut unum solum est tempus omnium temporalium, sic una est ueritas uniuersorum uerorum. Quod etiam ꝑbat sic, Pereunte uerò, non perit hæc veritas, ꝙ verum est perisse uerum.Hæc Petrus.

Thomas.

¶Concordat Thomas in Summa loco prętacto: Veritas,inquiens, per priùs est intellectu, & ꝑ posteriùs in rebus,ſm quod ordinant ad intellectum diuinum.Si ergo loquamur de ueritate,prout est in intellectu, sic multæ sunt ueritates in intellectibus multis, imò, & in uno intellectu creato ſm multitudinem cognitorum.Propter qd ait Glossa super illud in Psalmo,Diminutæ sunt ueritates a filijs homi num:Sicut ab una facie hominis resultãt similitudines plures ĩ speculo, sic ab una ueritate diuina resultant

Psalm.11.

tant multæ ueritates in rebus, ac mentibus: & sicut plurium rerum similitudines relucent in speculo uno, sic omnium rerum creatarum ueritates resplendent in mente diuina.Si uerò loquamur de ueritate ſm quod est in rebus,sic omnes res sunt ueræ una prima ueritate,cui unumquodque per suam entitatem assimilatur.Et sic quamuis sint plures formæ,atque essentiæ rerum:tamen una est ueritas intellectus diuini ſm quã,id est,ſm cuius imitationẽ, & participationem omnes res denominantur ueræ. Vnde,& mens humana iudicat de rebus nõ ſm ueritatem quamcunque,sed ſm ueritatem primam,inquantum resultat in anima tanquam in speculo, iuxta illud: Signatum est super nos lumen uultus tui domine.Hęc Thomas.

Psal.4.

Hierony.

Auguſt.

Petrus.

¶Ampliùs queri potest,an in solo Deo sit ueritas. Videtur,quòd sic,quia Hieronymus ait,Solus Deus uerè est.Et Augustinus:Lux,inquit,increata est ratio cognoscendi se, & cętera omnia.

¶Ad hoc Petrus respondet:Veritas dupliciter dicitur. Primò prout falsitati opponitur, & ita non conuenit Deo tamtum.Secundò, prout opponitur permixtioni. unde dicitur verum aurum, cui nihil metalli alterius est admixtum, & sic conuenit Deo solum:quoniam nihil priuationis, nihil defectionis,aut non esse ei miscetur, iuxta illud: Deus lux est,& tenebræ in eo non sunt ullæ. Sicque intelligendum est uerbum Hieronymi.Verbum uerò Augustini ita est exponendum, quòd Deus est ratio, seu medium intelligendi cætera omnia efficiens, non autem ratio formalis.Hęc Petrus.

ſ.Ioan.1.

Dionyſi.

¶Denique duobus prætactis modis sumendi veritatẽ,quidã addunt tertium:utpote, prout ueritas opponitur uanitati.& sic rursus conuenit Deo dum taxat,cũ omni creaturę unitas sit admixta.

Rom.8.

Richard.

¶Circa hæc scribit Richardus:Veritas ex hoc est in intellectu,quia intelligit ipsum intelligibile ſm quod est,ita,quòd apprehensio intellectus,seu intelligentis,apprehensio conformat intelligibili. Hinc aliqui dicunt, quòd ueritas est adæquatio rei, & intellectus. Porro diuinus intellectus intelligit suã essentiam sicut est,&c.sicut prehabitum est.Deniq; ueritas est in essentia rei dupliciter.Primò,inquantum res per eam quantum in se est, ostendit,quod ipsa est etiam, quamuis hoc nullus consideret.sicq; ueritas est ratio,per quam ens est obiectum intellectus:quoniam nisi res nata esset ostendere,quod est,non posset intelligi. Veruntamen ratio illa non est primo in tellecta,led ens absolutè est primò intellectum. Secundò,inquantũ res per suã essentiã conformat in tellectui primo, & exemplari rationi,quã habet in eo:& qm intellectus creati artificis non est immutabiliter uerus,sed põt concipere falsũ rei artificialis exemplar:ideo q̃uis in conformitate rei artificialis ad intellectum creati artificis, aliquo mõ consistat ueritas rei artificiatæ: non tamen simpliciter: quoniã non est ueritas in tali conformitate, nisi inquantum exemplar huiusmodi intellectus concordat exẽplari rei in mente artificis increati. Hæc Richardus.Concordat Bonauentura.

Veritas est in essentia rei dupliciter.

Bonauẽt. Albertus

¶Albertus quoque hic loquitur: Quamuis uerũ diuersis modis sumatur:tamen hic dicitur uerum, quod est naturæ extraneæ impermixtum. Sunt autem tria rei præsertim extranea,puta priuatio, potentialitas,diuersitas. Quod enim in priuatione est, non est,sed aptitudinem habet essendi: & quod in potentia est,nondũ est,sed potest esse:& id, in quo diuersitas est,non habet purum, & proprium esse, sed diuersorum.Et quoniam nullum horum trium in Deo est, cum ipse sit purus, & inuariabilis actus, ac maxime simplex,ipse solus est uerè, & plenè ens, & uerus,ac ueritas. Hęc Albertus.

Tria sunt alicui rei extranea.

¶Vdalricus demum libro suæ Summæ secundo: Deus est, inquit,ueritas prima. & ueritas duplici ratione conuenit ei, uidelicet ueritas suæ naturæ, & ueritas sui intellectus Veritas diuinæ naturæ secundum rem est diuina essentia: tamen secundum rationem ueritas superaddit essentiæ intentionem proprietatis secundum Auicennã, dicentem. Veritas rei est proprietas sui esse,quod stabilitum est ei, & perfectum in actu: quia proprietas naturæ non consistit in potentia materiæ,sed in forma, & actu determinãte materiam ad esse specialis naturæ. Hæc autem proprietas perfectè inuenitur in Deo, actualiter sine potentia,habitualiter sine priuatione, simpliciter sine permixtione, & essentialiter sine participatione.Porro ueritas diuini intellectus est perfecta cognitio eius, habens quicquid ad perfectam cognitionem est pertinens: a qua ueritate diuina causatur omnis ueritas rerum, nomenque ueritatis analogica communitate dicitur de creatore, & creaturis. Hæc Vdalricus, qui capitulo 5. præallegati libri reprehendit præinductam Thomæ positionem, dicentis, quòd ratio ueri per actum rationis completur. Ait ergo Vdalricus: Veritatem rei aliqui dicunt in rebus esse materialiter, formaliter autem rationem eius compleri per intellectũ, contradicentes in hoc, Hilario, Augustino, Aristoteli, & Auicennæ, qui omnes hanc ueritatem dicunt ipsum esse rei, nullam mentionem facientes de anima. Errant autem: quoniam nomen non conuenit alicui rei ratione eius, quod materiale est sine formali. Alioquin si eius quidditas non esset cõprehensa ab intellectu, uel non esset res uera. aut esset minus uera, quàm id, cuius quidditas est in intellectu: quod falsum est: quoniam lapis in profundo terræ absconditus, & nunquam uisus, non est minus lapis, quàm ille qui uisus est. Innituntur tamen, & ipsi uerbo philosophi, protestantis, quòd uerum, & falsum sunt in intellectu, cum tamen philosophus ibi non loquatur de ueritate rei, sed de veritate, quæ in compositione intellectus cõsistit, ut patet.6.Metaphysicæ ex circunstantia literæ. Hæc Vdalricus.

Vdalricus Veritas Deo cõuenit dupliciter.

Auicenna.

Vdalricus

Vdalricus Thomam carpit.

¶De hac item materia, scilicet, ꝙ Deus est veritas, & veritas prius purissima, prima, ac summa, tractat Thomas in Summa contra gentiles lib. 1. c. 6.& duobus sequentibus.

Thomas Aquin. cõtra gentil.

¶Præterea sicut Vdalricus, sic & Aegidius contradicit hoc loco præinductæ positioni sancti Doctoris,atque sequacium eius:tamẽ alia ratione.Vdalricus namq; prætendit, quòd ueritas absolutè loquendo sit etiam in ipsis rebus. Aegidius uero videtur prætendere,ꝙ veritas formaliter, ac propriè, & subiectiuè sit solum in intellectu.

Aegidius. cõtra Thomam.

¶Positio autem beati Thomæ inter hos medium tenet,& rationabiliter,ut apparet.Nam iuxta prehabita, ueritas competit rebus creatis, & ipsis naturis, duabus ex causis. Primò, inquantum habent conformitatem,& assimilationem cum exemplaribus,& idealibus suis formis,ac rationibus,quas habent in mente primi artificis supersapientissimi creatoris.Secundò,inquantum natæ sunt facere ueram apprehensionem de se in mente considerationis. Sicq; vtraq; causa,seu rõ ista ueri,ac ueritatis habitudinẽ dicit,& ordinem quẽdam ad intellectũ: qm prima denotat cõparationẽ,respectum,ac ordinem ad intellectũ increatũ diuinũ: secunda,ad intellectũ

Dionyſius Riclꝰ positionẽ Thomæ uindicat.

Veritas est in intellectu, exponitur.

creatum, præsertim humanum. Obiectiones autem Vdalrici faciliter queunt solui, ut cum ait, nomen non conuenire alicui rei ratione sui materialis absque suo formali, hoc potest concedi: & dico, ꝙ sicut formale, ac complementum motus, & temporis, ac uniuersalis est ab anima, nihilominus nomina ista passim ascribuntur rebus per ea significatis, tam in scripturis, & libris theologorum, quàm philosophorum, absque hoc, quòd mentio fiat de anima, cuius consideratio causa est huiuscemodi complementi: ita & nomen ueri, ac ueritatis in theologia, & philosophia attribuitur non solum ueritati mentis, ac propositionis, sed etiam naturarum, & rerum, ac operum sine mentione ipsius animæ. Nec exprimi opportet causam complementi illius, sed ipsum formale in nomine rei aliquo modo insinuatur. Cumque arguitur, quòd lapis incognitus non minus est uerus lapis, quàm cognitus, respondetur, quòd omnis res creata ab intellectu diuino indesinenter cognoscitur, & ab intellectu creato semper est agnoscibilis; nec oportet, ut a quolibet intellectu intueatur, aut incessanter apprehendatur, sed sufficit consideratio illa, ex qua ei nomen impositum est, sicut de motu, & tempore, atque de uniuersali iam tactum est. Aegidius uerò circa hæc scribit multa, quæ possent facillimè solui, quod prenitati studens pertranseo.

Soluntur obiectiones. Vdal.

Ad argumentum Vdalrici rñsio.

¶ Præterea circa quæstionem, qua quæritur, an ueritas sit in rebus, vel in anima, Durandus inter cætera scribit: Hinc uidenda sunt duo. Primum, quid sit ueritas. Secundum, in quo sit. Circa primum cõmuniter dicitur, quòd ueritas est conformitas, seu assimilatio rei ad intellectum, uel potiùs ipsius intellectus ad rem: quod non est intelligendum de adæquatione quantum ad essentiam, uel ad esse, cum res intellecta quandoque sit corpus, intellectus autem spiritualis potentia. Talis ergo conformitas attenditur secundum aliquid, quod est in intellectu inhærenter, aut subiectiuè. Dicuntque aliqui, ꝙ attenditur secundum aliquid, quod subiectiuè est in intellectu, quod est similitudo, seu species rei cognitæ in intellectu: uel secundum negantes huiusmodi species, ipse actus intelligendi. qui etiam est similitudo rei intellectæ. Quod non uidetur posse stare: quoniam talis conformitas, aut esset in essendo, aut in repræsentando. Non primum, cum omne, quod subiectiuè est in anima, sit accidens: res autem intellecta frequenter est substantia, quæ diuersorum sunt generum. Nec secundum, quoniam repræsentatio rei apud intellectum, præcedit saltem ordine naturæ actum intelligendi. Priùs namque ordine naturæ oportet obiectum esse præsens, seu repræsentatũ potentiæ, antequam sequatur cognitio. Veritas autem simul est secundum naturam cum actu intelligendi, aut posterior: ergo ueritas non consistit in adæquatione, aut conformitate, quæ est inter speciem, & rem, quantum ad repræsentationem. Sicq; adæquatio illa non attenditur penes aliquid, quod sit subiectiuè in intellectu: ergo attenditur secundum aliquid, quod in intellectu sit obiectiuè duntaxat. Quo circa notandum, quòd ueritas non est conformitas aliqua, quę sit inter intellectum, & actũ intelligendi, uel inter speciem, & rem intellectam; sed est conformitas rei, ut intellecta est, ad seipsam, secundum illud, quod est natura ipsius. In hoc quippe primo consistat ueritas, quòd res sic apprehendatur sicut est in sua natura, & in oppositio consistit falsitas. Sicque veritas non est nisi relatio rationis eiusdem ad seipsum, secundum aliud, & aliud esse, uidelicet secundum esse intellectum, apprehensum, seu cognitum, & secundum esse reale. Porro res ad extra non dicitur uera, nisi: quoniam nata est apud intellectum causare apprehensionem suæ entitati conformem, & per oppositum dicitur falsa. Ergo propositioni, & intellectui, atque rei ad extra, ut sic, conuenit veritas ratione rei intellectæ: non quia intellecta est solum, (alioquin omne intellectũ esset uerum) sed quia intellecta est conformiter ad seipsam, ut est in natura sua, ita quòd hæc conformitas primo est rei ad seipsam secundum aliud, & aliud esse, & tamen deriuatur ad intellectum, qui dicitur uerus, inquantum apprehendit rem uniformiter ad naturam ipsius. Vltimò uerò est propositionis signantis rem sic uniformiter apprehensam. Si autem quæratur, in quo sit ueritas, respondendum, quòd esse in aliquo quantum ad præsens, dupliciter potest intelligi, utpote subiectiuè, & obiectiuè. Si itaque quæratur in quo sit ueritas subiectiuè, dicendum, quòd nusquam est. Quicquid enim est alicubi subiectiuè, siue in re, siue in anima, est res uera; & non ratio tantum, seu ens rationis. Veritas autem est tantum ens, seu relatio rationis: quia quod competit rei solum secundum esse intellectus, nõ est res, sed ratio tantum. Veritas autem competit rei intellectæ, solum secundum esse intellectus. Est ergo ueritas relatio rationis, cum sit conformitas rei ut intellecta est, ad seipsam, ut nata est esse. Sicq; patet, ꝙ veritas in nullo est subiectiuè. Hæc Durandus.

Durandus

Quo ueritas sit adæquatio rei ad intellectum.

Quæstio.

Esse in aliquo duplíciter dicit

¶ Contra cuius positionem non uidetur necessarium multum argui, cum a communi catholicorum doctrina sit aliena. Verum enim cum ente conuertitur, nec reale quid superaddit enti, idcirco est ens reale. Et quamuis formalis ratio ueri dicatur ꝙ actum rationis compleri: ex hoc tamen non sequitur, quòd solum sit ens rationis, sicut nec tempus, aut motus. Imò materialiter est in re, formaliter quoque, & actualiter per comparationem ad intellectum diuinum causalem. Denique, sicut ueritas rei est in re aliter, sicut bonitas, & unitas, sic ueritas intellectus est subiectiuè, ac realiter in intellectu, quem & verè, realiterque denominat, siue ueritas intellectus dicatur uera cognitio, seu simile quiddam. Ampliùs, cum intellectus directè apprehendat per abstractionem a rebus, non cognoscit rem sicut in sua consistit natura, in qua particulariter mutabiliterque consistit, sed iuxta esse abindiuidua libus appendicijs depuratum. Vnde secundum philosophum, atque Boethium, Cognitio (præsertim intellectualis) fit secundum modum cognoscentis, non cogniti: sicut, & res dicitur esse in alio secundum modum eius, in quo est, puta recipientis, non secundum proprium modum. Multa autem contra hæc dicta Durandi obijci possent, de quibus cũ plana sit, & satis prælabita, reor pertranseundum. Obiectionum autem in principio inductarum solutio patet ex dictis.

Durandi opinio alie nata uera.

Vnde soluũtur prima argumenta.

QVAESTIO II.

SEcundò principaliter quæritur, *An Esse seu Qui est, sit primum, & proprium nomen Dei, & an Deus sit esse omnium rerum.* ¶ Quod esse, seu qui est non sit primum, aut proprium Dei, probatur: qm̃ esse est communissimum, & summè transcendens, nõ ergo est alicui proprium, sed uniuersis commune.

Arguitur primo pro parte negatiua.

¶ Secundò, quanto aliqua sunt cõiora. tanto sunt magis indeterminata, & contrahibilia, ac in potentia: ergo minimè competunt Deo, qui est actus purus,

3 rus, ens in contrahibile, & de se maximè hic. ¶ Tertiò, qm̃ nomina de Deo affirmatiuè dicta, uerius magisq; propriè de ipso negantur: ergo non esse potius cõuenit Deo, quàm esse, quod & ultimo mystica theologiæ cap. diuinus Dionysius apertissimè contestatur. ¶ Quartò, quia (vt ferè in libro de Causis) esse est prima rerum creatarum: ergo non prædicatur de Deo, qui est ens increatũ. ¶ Quintò, qm̃ Christus in euangelio ait: Nemo bonus nisi Deus, ergo bonum est primum, & proprium Dei nomen. quod, & in lib. de diuinis nominibus sanctus Dionysius sentire uidetur, primo determinando ibidẽ de bono, & qualiter competat Deo, q̃ de ente, aut esse.

S.Diony.

4

Marc. 10. Lucæ. 18.

S.Diony.

In oppositum. Exod. 3. Iob. 23. 14 Iere. 21.

¶ In oppositum est, quòd Deus in Exodo ait ad Moysen: Ego sum qui sum. Hęc dicis filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Et sanctus Iob loquitur: Deus solus est. Itemq;, Nonne tu qui solus es? In Ieremia quoq; legitur: Qui creauit oĩa, ipse est, & Israel sceptrum hereditatis eius. Hinc 1. lib. cap. 12. asserit Damascẽ. Principalius eorum, quæ de Deo dicunt nominibus, esse videt, Qui est, quẽadmodũ ipse oracu lo loquẽs Moysi in mõte, ait: Dic filijs Israel, Qui est misit me. Totũ n. in seipso cõprehendit, velut quodam pelagus substãtiæ infinitũ, & indeterminatum.

Damascẽ.

Alexand. Verbũ est. dupliciter considera tur.

¶ Ad hoc Alexand. respondet: Hoc nomen Qui est, potest duobus modis considerari. Primò, vt est nomen infinitum, & ita est essentiale. sicq; ſm Damascenum significat diuinã essentiam, velut quodam pelagus substantiæ infinitæ, & indeterminatæ: secundo, vt est relatiuum, & hoc dupliciter: Primò, secundum proprietatem sermonis, qua dictum est. Qui est, misit me Secundò, ſm appropriationem. Si ergo respiciatur sermonis proprietes, determinat per substantiuum antecedens, quod est essentiale. Vnde dicitur ibi, Deus patrum vestrorum misit me ad uos. & sequitur, Si dixerũt, Quod est nomẽ eius? dices, Ego sum q̃ sum. Hæc dices, Qui est, misit me. Porro si aspiratur appropriatio, tunc nomen hoc, Qui est, attribuitur filio: sicut, & liberatio generis humani, q̃ ibi præfigurabat. Hinc super illud Isaiæ,

Exod. 3.

Isai. 65.

Ecce ego ad gẽtes, Glossa fatetur: Filius loquit̃, qui Moysi dixit, Ego sum, qui sum. At vero, vt ẽ relatiuũ habet in intellectu suo articulum subiectiui, ratione cuius artatur ad supponendum personam, & nõ quâlibet, sed filij. Articulus namq; discretionẽ noti tiamve importat, qua filio appropriat. Hæc Alexãd.

Thomas. quatuorra tionibus quæstionẽ absoluit.

¶ Thomas quoque: Inter alia, inq̃t, nomina, Qui est, est maximè proprium Dei nomen. cuius est qua druplex ratio: Prima sumitur ex Hieronymi uerbis in litera ex perfectione diuina. Illud enim perfectũ est, cuius nihil est extra ipsum. & tale est esse diuinũ in quo nihil præterijt, nec quicquàm futurum est sed totum æternaliter, ac perfectissimè præsens est. Esse uero temporalium partim iam abijt, & aliquid ei futurum est. Secunda ratio sumitur ex uerbis Damasceni, dicentis, ꝙ Qui est, significat esse indeterminatè, & non quid est. Et quia in hac uia de Deo cognoscimus, quia est, non quid est, nec ualemus rem nominare nisi prout eam cognoscimus, ideò

S.Dion.

Deus proprijssimè nominatur à nobis Qui est. Tertia sumit̃ ex uerbis beati Diony. in lib. de diuinis nominibus protestãtis, ꝙ inter omnes diuinæ bonitatis participationes, esse est primum, & quasi principium aliarum, præhabens in se omnia illa ſm modũ unitum, sicut & Deus est principium uniuersorum & in ipso omnia unum sunt. Quarta ex uerbis accipitur Auicennæ, dicentis qm̃ cum in omnibus sit quidditas, per quam vnumquodque indeterminata cõsistit natura: & esse, per quod dicitur esse in actu: hoc nomen res, imponitur rei à sua quidditate: ens vero, seu Qui est, ab actu essendi. Cumq; in creaturis esse ab essentia differat, res creata propriè denominatur à sua quidditate, non ab actu essendi, sicut homo ab humanitate. Porro in Deo ipsum esse est quidditas eius. Ideò nomen, quòd ab esse accipitur propriè nominat ipsum, & esse est proprium nomen eius. Hæc Thomas in Scripto.

Auicenna

Ár. 12.

Nomẽ quo est, maximè ꝓpriũ est Deo.

¶ Idem in prima parte Summæ suæ 13. quæstione, vbi inter cętera dicit: Hoc nomen Qui est, tripli ci ratione est maximè proprium nomen Dei. Primò propter suam significationem. Non enim significat aliquam formam, sed ipsum esse. Idcirco cum esse Dei sit eius essentia, maximè competit Deo. Secundò, propter suam vniuersalitatem, qua alia omnia nomina includit, & comprehendit. Alia autem nomina, vel sunt minus communia, vel si conuertantur cum ente, seu esse, tamen superaddunt aliquid secundum rationem, sicque quodammodo ipsum determinant, & informant. Intellectus uerò noster non potest in statu præsenti essentiam Dei cognoscere secundum quod est in se. Et quemcunq; modum determinet circa id, quod de ea intelligit, deficit à modo quo Deus est in seipso. Hinc quo nomina sunt magis indeterminata, absoluta, atque communia, tanto plus propriè dicũtur à nobis de Deo. Tertiò, ex eius consignificatione. significat enim Esse, esse in præsenti, quod potissimè competit Deo, cuius esse non nouit præteritum, nec futurum.

¶ Si autem obijciatur, ꝙ hoc nomen Qui est, est magis communicabile, quàm nomẽ hoc Deus, aut nomen domini tetragramatõ, ergo minus propriè competit Deo, quàm illa: Dicendum, ꝙ hoc nomen Qui est, est magis proprium nomen Dei, q̃ hoc nomen Deus, quantum ad id, à quo nomẽ imponitur, puta ab esse, tam quo ad modum significãdi, quàm quo ad modum consignificandi. Sed quantum ad id, quod significandum imponitur nomen, magis proprium est nomen hoc Deus, quod impositũ est ad significandum diuinam naturam: & adhuc magis proprium est nomen tetragrammaton, quod impositum est ad significãdum Dei substantiã incommunicabilem, nudè, & absolutè in se, & vt loqui sic liceat, singularem. Hæc Thomas in Summa.

Obiectio

Dilutio.

Tetra grãmaton qđ significet.

Thomas. contra gẽtiles.

¶ Qui item in Summa cõtra gentiles lib. 1. ca 22. super his loquitur satis profunde, vbi, & sanctum allegat Hilarium, asserentem: Esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas, manens, & naturalis generis proprietas. quod & in litera allegatur.

¶ Concordant Petrus, & Richardus. Denique supra in 3. distinctione allegata sunt dicta quædam Bonaventuræ in Itinerario mentis in Deum, quàm propriè, eminenter, plenè, perfectè, & incomparabiliter esse conueniat Deo: ita quòd quicquid excogitari potest, aut concipi pertinere ad omnimodã plenitudinem, nobilitatem, perfectionem, excellentiam, & beatitudinem ipsius esse, hoc totum cum perfectione penitus infinita, superperfectissimè, supersimplicissimè, & prorsus incomprehensibiliter conuenit Deo excelso, & adorando. Vnde in prætacto tractatu scribit Bona. Vide ipsum purissimum esse, si potes, & occurrit tibi, ꝙ ipsum non potest cogitari, vt aliunde acceptum, ac per hoc necessariò cogitatur, vt omnimodè primum, quod nec de nihilo, nec de alio potest esse. Quid enim est per se, si ipsum esse non est per se, nec à se, idest non aliunde? Occurrit etiam tibi, vt omnino carens non esse, ac per hoc, vt nunquam incipiens, nunquam desinens, sed æternum. Occurrit etiam tibi, vt nullo

Bonauen.

modo in se habens nisi, quod est ipsum esse, ac per hoc nullo modo compositum, sed simplicissimum. Occurrit tibi, vt nihil habens possibilitatis: quia omne possibile aliquo modo habet aliquid de non esse, ac per hoc, vt summè actualissimum occurrit tibi, vt nihil habēs defectibilitatis, ac per hoc, vt perfectissimum. Occurrit postremo, vt nihil habens diuersificationis, ac per hoc, vt summè vnum. Si hæc vides in pura mētis simplicitate, aliqualiter perfunderis æternæ lucis illustratione. Sed habes, vt subleueris in admirationem. Nam hoc ipsum asse, est primum, & nouissimum, est æternum, & præsentissimum, & simplicissimum, & maximum, est actualissimum, & immutabilissimum, est perfectissimum, & immensum, est summè unum, & tamē omnimodū. Si hæc pura mente miraris, maiori luce perfunderis, dum vlteriùs uides, ꝙ ideò est nouissimū, quia primum. Quia enim primū omnium operatur propter seipsum. idcirco necesse est, quòd sit omnium

Apo. 1. 22. vltimus finis, initium, & consummatio, Alpha, & ω. Ideò quoque est præsentissimum, quia æternum. Quia enim æternum, non fluit ab alia, nec deficiat à seipso, nec decurrit ab uno in aliud: ergo nec habet præteritum, nec futurum, sed esse præsens tantum. Et quia est simplicissimum in essentia, ideò maximū in uirtute. Ideò etiam est immutabilissimum, quia actualissimum. Dum enim sit actualissimū, est actus purus: & quod tale est, nihil noui acquirit, nihil habitum perdit: idcirco non potest mutari. Ideò item immensum, qm̄ perfectissimum. Nempe cum sit perfectissimum, nihil potest cogitari ultra ipsum melius, nobilius, maius, aut dignius: id eò infinitū, ideò demum omnimodum, quoniam summè unū. Quia cienim summè unum, ideò est omnis multitudinis vniuersale principium, quoniam omnis multitudo fluit ab uno: atq; per hoc ipsum, est uniuersalis omnium causa efficiens, & exemplaris, ac terminans, tanquam causa essendi, ratio intelligendi, & ordo

* essentia viuendi. Est ergo omnimodum, nō sicut omnium * forma, aut esse, sed sicut cunctarum essentiarum superexcellentissima, sufficientissima, ac uniuersalissima causa: cuius uirtus, quia summè vnita in essentia, ideò summè infinitissima, & multiplicissima in efficacia. Denique quia æternum, & præsentissimū, ideò omnes durationes intrat, & ambit, quasi simul existens ipsorum centrum, & circunferentia. Quia simplicissimum, & maximum, ideò totum intra, & totum extra, ac p hoc est sphæra intelligibilis, cuius centrum vbique, & circunferentia nusquam. Quia

Boethij hemitticū actualissimum, & immutabilissimum, ideò stabile manens, dat cuncta moueri. Quia perfectissimum, & immensum. ideò est intra omnia, non inclusum: extra omnia, non exclusum: supra omnia, non elatum: infra omnia, non prostratum. Cumq; sit summè vnum, atq; omnimodū, ideò est omnia in oībus

Roma. 11. quàmuis oīa sint multa, & ipsum non sit nisi vnum. & hoc qa per simplicissimā vnitatē, syncerissimam veritatē, & serenissimā bonitatem, est in eo oīs virtuositas, oīs exēplaritas, & oīs cōicabilitas: ac p hoc ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oīa: & hoc, qa oīpotēs, oīa sciens, & oīmodum bonū: quod clarè

Exod 33. videre, est esse beatum, sicut dixit ad Moysen: Ego ostendam tibi omne bonum. Hæc Bonauentura.

Vdalricus ¶ Insuper de hac re ait Vdalricus in Summa sua lib. 2. Hoc nomen Qui est, dicit in Deo Esse ab omni dependentia absolutum, & denotat Esse superplenum ad influendum indefinēter in causata: quia nec aliqua determinatione additæ naturæ ad speciem contractum, nec participatione sui est indiuiduatum. Hinc iuxta Damascenum, nomen hoc significat pelagus substantiæ infinitę, & non quid est. Pelagus namque uocat esse diuinum, inquantum non solum in seipso perfectum est perfectionibus omnium generum, sed etiam tanquam plus, quàm perfectum, redundans extra se, est principium omnium entium causatorum: quemadmodum iuxta philosophum, mare est indeficiens principium fluminum. Sicque nomen hoc prædicatur de Deo causaliter. Substantiam uero vocat Damascenus illam naturam, quæ est perfectè ens, per se existens, & non per aliud: quod proprium est diuinæ naturæ, quæ omnia portat sua uirtute, & à nullo sibi substante portatur. Et solius talis substantiæ esse, est absolutè necessarium necessitate immutabilitatis: ideò sua singulari, & incomparabili excellentia differt ab omni esse creato. Hinc sic esse prædicatur de Deo per eminentiam, super quam fundatur negantio; quoniam Deus magis propriè dicitur non ens, quàm ens, secundum quod nomen entis sumitur ab ente nobis noto. Denique hoc esse Damascenus asserit infinitum, idest non finitum, seu indeterminatum. Non tamen est vniuersale, quasi sit esse omnium formale, quod de omnibus prædicetur: imò per suam causalitatem, & eminentiam est distinctum ab omnibus. Præterea Hilarius, dicens, quòd esse non est accidens Deo, non sumit accidens pro eo, quod aduenit post esse completum, quia sic nulli rei suum esse est accidens: sed sumit ipsum transumptiuè pro accidentali, quod habet modum accidens, qualiter substantia accidit substantiæ, vt habitus corpori. Sicque esse creatum habet tria, in quibus habet tres accidentis conditiones. Prima est, ꝙ accidens non in se, sed in sua causa, idest in suo subiecto sustentatur. Similiter esse creatum substentatur in prima causa omnia continente uerbo uirtutis suæ. ideò esse creaturæ, uocatur accidentale. Secunda conditio est, quòd sicut accidens potest in esse, & non inesse, sic potest esse, & non esse. Ita, & esse creatum eo ipso, quia creatum, potest non esse. Tertia, quòd accidentis essentia non est quidditas ipsa subiecti, sed facit compositionem cum ea: sic esse creatum differt à natura ipsum contrahente. sed esse primum est incontractum, & est quicquid haber. Ideò ait Hilarius, quòd est proprietas naturalis, eo quòd propria natura in creaturis unūquodque specifica informat differentia, quæ proprietas est generis, idest generalis naturæ entis; quoniam quicquid uidetur specificare esse diniū, est ipsum met esse Dei. Ideò Rabbi Moyses loquitur, quòd hoc sit ineffabile nomen Dei, quod dignissimum habeatur inter nomina Dei: & fuit principium uitæ passionis, id est, uitæ, quæ passio, seu proprietas est viuentis. sic ergo esse creatum, rectè accidentale vocatur. Hæc Vdalricus.

Damasce.

Deus quē vocetur substantia

Heb. 1.

Deus magis propriè dicitur nō ens.

Damasce.

Deus qualiter ē ens vniuersale.

Ens creatum habet tres conditiones accidentis.

Hebræi, 1.

Hilarius.

Rabbi. Moysen.

¶ Concordat Albertus in Scripto. Ex quibus innotescit, quòd Deus non sit formale, atque intrinsecum esse vniuersorum, vt quidam insipientissimè putauerunt. Vnde in libro de Causis asseritur, quòd causa prima est in omnibus rebus præterquam commisceatur eis. Veruntamen diuinus Dionysius quinto capitulo libri de diuinis nominibus, & alibi, aliquando ait, quòd Deus est esse omnium: quod vt ipsemet pandit, intelligendum est per causam, & exemplar.

Deus non est esse formale vniuersorum.

S. Dion.

Obiectio. ¶ Tamen obijci potest, quòd quinto capitul. illo testatur: Neque solum causaliter est existentia omnia, sed ipsum esse existentium omnium. Et respondendum, quòd hoc ideò dictum est, quia non solum

Dilutio.

lum est causa essentiarum omnium rerum, sed etiā causa est ipsius esse cunctorum, ita ꝙ esse, & essentiam, seu quod est, & * quo, sortiuntur à Deo, qui, & causa est conseruationis eorum. Hinc eodem ca.

* quo est ait Theologus: Ipse Deus non ita est hoc, vt non illud: nec ita est alicubi, vt non sit alibi: sed generaliter est omnia, vt omnium causa: ꝙ omnia cōprehendit, & præhabet, & super oīa est, sicut super subsistentialiter ante oīa superexistens, & tñ nihil est oīum.

Aegidius. ¶ Circa hoc scribit Aegidius, ꝙ triplex est forma puta inhærēs, & sic Deus non est esse formale rerū.

Triplex ē forma. Secunda est forma denominans, non inhærēs, sicut cibus dicitur sanus: & sic Deus est omnium esse, qm̄ res dicuntur esse participatione esse diuini. Tertia est forma exemplaris, sic quoque Deus est esse vniuersorum: quia exemplar, & causa est omnium.

Durand. ¶ Præterea ad quæstionē hanc, an esse conueniat propriè Deo, rñdet Durandus: Proprium sumitur

Proprij duplex acceptio. vno mō, prout diuiditur contra cōe: alio mō, prout diuiditur contra translatum. nam pratum ridere dr̄ translatiuè, hō propriè. Dicimus etiam, quòd homini proprium est ratiocinari, non aūt sentire, cum tñ sentire sit proprium homini, prout propriū distinguitur contra translatum. Si itaq; quæstio intelligat

Qualiter esse proprie cōuenit Deo. de proprio prout diuiditur contra translatum, sic Deo maximè propriè competit esse: qm̄ esse plures perfectiones includit mō vnito, & incontractè, & minus determinat diuinam naturam. Porro si quæstio intelligatur de proprio diuiso contra cōe, sic Esse, seu Qui est, non est proprium nomen Dei, cum & alijs competat. est tñ Deo aliquo mō appropriatum, qm̄ ei maximè cōpetit esse. Hæc aūt appropriatio non est respectu aliorum noīum, quæ simili mō possunt Deo appropriari, vt esse bonum, esse sapientem: sed respectu creaturarum, qm̄ nulli creaturæ potest esse ita appropriari. Hæc Durandus. ¶ Hinc alij dicunt, ꝙ esse pōt considerari dupliciter. Primò simplicirer, & absolutè, hoc est, in sua plenitudine,

Solutio 1. instantię. & perfectione. & sic soli conuenit Deo. Secūdò, participatiuè, & ſm quid, sicq; conuenit creaturis. ¶ Ex prædictis habeē duplex solutio ad primā instantiam in principio quęstionis inductam. Thomas quoque ad eam respondet, dicendo: Cum dr̄ aliquid propriè conuenire alicui, hoc intelligi pōt dupliciter. Primò, vt per proprietatem excludatur esse extraneum à natura subiecti: vt cum dicimus proprium hominis esse risibile, sic esse non est proprium Deo, quia conuenit creaturis. Secundò, vt per proprietatem excludatur omne extraneum à natura prædicati, vt cum dicimus hoc propriè esse aurum, quia nō habet admixtionem metalli alterius. sicq; eē est proprium Deo, quia diuinum esse non habet admixtionem alicuius priuationis, aut potentialitatis, vt esse rei creatæ. Hinc in litera pro eodem sumuntur veritas, & proprietas. ¶ Aegidius uerò vult, ꝙ esse, put

Aegidius. dicitur proprium nomen Dei, non pōt sumi cōiter, & abstractè abstractione rōnis, cum & illud sit Dei effectus, & cōis participatio eius. Ideò dici hoc debere intelligi de esse abstracto realiter in se subsistē

Plato. te, & imparticipato, sicut Plato posuit formas ideales realiter separatas. ¶ Verūtñ dici pōt iuxta præhabita dicta Thomæ, & Durandi, ꝙ esse cōiter sumptum, prout diuiditur in ens creatum, & increatū,

Diony. atq; de creatore, & creaturis analogicè prædicat, sit primum, & proprium, seu appropriatum nomen

Ad 2. Dei. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ cōia, quæ sunt genera, aliquid potentialitatis, imperfectionis, & contrahibilitatis includunt: & quantum ad hoc, nō cōpetunt creatori: imò species eorum potius conueniunt Deo, quàm genera ipsa: sicut uirtus, scientia, iustitia, magis congruunt Deo, quàm qualitas. Transcendentia vero, vt ens, & conuertibilia secum, ꝓp elongationem suam à determinationibus, & materialibus proprietatibus, ac limitationibus, dicunt actualitatem, & perfectionem, seu formalitatē. sicq; conueniūt Deo, imperfectione secluſa, quæ in creaturis eis annexa est. ¶ Ad tertium rñsio est expressa. quamuis enim prædicata perfectionalia de Deo veriùs negari dicantur, quàm affirmari, secundum quod nos ea in uita hac apprehendere possumus: tamen secundum ueritatem, & naturam rei significatæ, conueninnt Deo potissimè, quamuis incomparabiliter eminentiùs, quàm intelligere valemus. Sic enim esse, & bonitas, ac sapientia, infinitè perfectiùs Deo conueniunt, quàm creatis. ¶ Ad quartum dicendum, quòd esse, quod dicitur prima rerum creatarum, est esse per participationem, nec conuenit Deo. ¶ Quinta autem obiectio specialem habet difficultatem, videlicet qualiter esse sit primum nomen Dei, & qualiter bonum. Ad quod respondet Albertus supra in 2. distinctione, quòd nomina ista accipi possunt tripliciter. Primò, secundum suas simplices intentiones, seu rationes formales. & sic esse est priùs, quia absolutiùs: & primo cadit in intellectu, & alia aliquid secundum rationem ei superaddunt. Secundò, penes suppoſita, in quibus sunt, & ita sunt simul, & æque prima, ens, uerum, bonum, & unum. Tertiò considerantur in causa prima, secundum quod causa est: & sic bonum præcedit, quia ex bonitate sua Deus communicat se, & aliis esse largitur.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Albertus.

Quę habitudo esse, & boni ad Deum.

¶ Concordat Thomas in 1. parte Summę questione 13. dicens, ꝙ bonum est primum nomen Dei, inquantum est causa, non tamen simpliciter. Nam esse præintelligitur ad esse causam. In Scripto quoq; ponit præfatam Alberti distinctionem, & addit, ꝙ secundum rationem causalitatis bonum præcedit, quoniam habet rationem causæ finalis, esse uero rationem causæ effectiuæ, & exemplaris. finis autem est prima causarum, & mouet efficientem.

Thomas. ar. 11 ad 2

¶ His consonat, quòd in Itinerario mentis scribit doctor deuotus: Duo sunt, inquiens, modi, seu gradus cōtemplandi Dei inuisibilia, & æterna, quorum unus uersatur circa essentialia Dei, alter circa propria personarum. Primus modus primò, ac principaliter defigit aspectum in ipsum esse, dicens, quòd Qui est, est primum Dei nomen. Secundus figit aspectum in ipsum bonum, dicens hoc esse primum Dei nomen. Primum spectat potissimè ad uetus testamentum, quod maximè prædicat diuinæ essentiæ unitatem. unde dictum est Moysi: Ego sum qui sum. Secundum ad nouum, quod determinat personarum pluralitatem, baptizando in noīe patris, & filij spiritussancti. Ideò magister noster Christus, volens adolescentem, qui seruauerat legem, ad euangelicam leuare perfectionem, nomen bonitatis principaliter, & præcisè Deo attribuit: Nemo inquiens, bonus nisi Deus. Damascenus ergo sequens Moysen, ait quòd Qui est, si primum nomen Dei. Sanctus uero Dionysius sequens Christum, dicit, quòd bonus est primum Dei nomen. Hæc Bonauentura.

Bonauen.

Duo gradus Dei inuisibilia contēplandi.

Cur non idem nomē Dei in vtroque testamento.

Exod. 3.

Matt. 19. Marc. 10. Lucæ 18.

Damasce.

S. Diony.

¶ Ex cuius verbis elicitur, ꝙ bonū competit Deo, inquantum est principium emanationum ad intra, quemadmodum ſm præfatos conuenit Deo inquātum est causa emanationum ad extra. Vna quippe persona diuina non est ꝓpriè causa alterius, qm̄ causa est, ad cuius esse sequitur aliud. ¶ Hinc quoq; An-

Diony.

tisiodorensis in Summa sua primo li. differuit, Hoc nomen Qui est, ſm veritatem, atq; simpliciter, ē primum Dei nomen. Bonum aũt, primum est quo ad nos: qm̃ Deum cognoscimus primo ſm fluxum suę bonitatis. opera etenim bonitatis diuinæ primum mouent hominem ad inuestigandum diuinã essentiam Vel dici potest, ꝙ bonum, non est primum nomen Dei, sed principalius, & dignius: quia determinatiuũ naturæ secundum quam ipse est alpha & ω. Bonitas namque Dei induxit Deum, vt faceret creaturas rationales, ad hoc vt essent diuinæ bonitatis participes. Vñ Psalmista: Confitemini dño qm̃ bonus &c. Sicq; beatus Dionysius incipit nõ à primò, sed principaliori, ac digniore noĩe Dei, quẽadmodum Christus in oratione dñica à digniore incepit petitiones. Et Isaias septẽ dona enumerãdo. primo expressit sapientiæ donum. Hæc Antisiodorensis.

Bonũ cur dignius Dei nomẽ

Apoc. 1. 22.

Psal. 105. 106. 117. Psal. 135.

Mat 6. Isa. 11.

Alexand.

¶ Postremò circa hæc loquitur Alexander: Fuerunt, qui dicerent, ꝙ in uia, in qua considerat Deus, vt efficiens, primum nomen eius est ens, quia intentio efficientis est ad hoc, ut res sit. si verò considere tur vt finis, primum nomen eius est bonum. ¶ Sed obijcitur, quia secundum Boethium omnia appetunt esse. quod autem appetitur, rationem finis fortitur. ergo, & ens rationem obtinet finis. Ad quod dici posset, ꝙ quamuis ens moueat appetitum, non tamen nisi inquantum induit rationem boni. Sicq; non sequitur, ꝙ ex se rationem finis designet, aut nominet. ¶ Sed adhuc obijcitur, quoniã Ens, & Qui est, significãt in omnimoda absolutione, ergo significant præter intentionem, seu rationem causalitatis efficientis, siue finalis. quod concedendum est, & dicendum, ꝙ Qui est, est simpliciter primum nomen Dei: Bonum verò, quo ad nos. Diuinum enim Esse potest considerari secundum se absolutè. sicq; accipitur, vt infinitum pelagus diuinæ essentialitatis. & ita propriè designatur hoc nomine Qui est. Potest quoq; diuinum Esse cõsiderari, vt causa, seu principium, & sic consideratur in ratione boni. Bonum namque dicit conditionem efficientis. Vnde asserit Augustinus: Quia bonus, est sumus. Rursus, bonum dicit conditionem finis, quia (vt ait Boethius) omnia bonum exoptant. Hæc Alexander.

Obiectio.

Dilõtio.

Obiectio.

Augusti. Boethius.

¶ Cuius verba modicum discrepant à prædictis verbis Thomæ, dicentis, ꝙ esse dicit rationem causæ effectiuæ, & exemplaris. ¶ Præterea aduertẽdum ꝙ iuxta doctrinam magni Dionysij, bonum est communius, ac latius ente. Ait namque quarto cap. de diuinis nominibus, ꝙ non ens, seu non existens, puta materia, appetit bonum, & participat bono. Et hoc uidetur consonare doctrinæ Platonis, qui dixit materiam esse non ens, & tamen esse bonũ, quia ordinatur ad bonum, quia ad formam. quod, & Proclus Platonicus in elementatione sua theologica euidenter fatetur. Quo circa Thomas conscribit Bonum est communius ente non secundum ambitum prædicationis, quia sic cum ente conuertitur, sed secundũ rationem causalitatis. Causalitas enim efficientis exemplariter extenditur tantum ad ea, quæ participant formam. Hinc causalitas entis secundum quod est nomen diuinum, extenditur tantum ad entia, atque causalitas vitæ ad uiuentia: sed causalitas finis extenditur, quoque ad ea, quæ nondum participant formam, quoniam etiam imperfecta desiderant finem, & tendunt in eum. Vnde diuinus Dionysius materiam uocat non ens, propter priuationem ei adiunctã. Deniq; quia beatus Dionysius in lib. de diuinis nominibus tractat de ipsis secundum, quod habent uirtutem, & rationem causalitatis, & prout in participatione creaturarum manifestantur, hinc tractat ibi de bono priùs, quàm de ente. Hæc Thomas. ¶ Ex quibus apparet, ꝙ quamuis Ens, & Qui est significant absolutè, vt asserit Alexander, attamen verum est, quod Thomas affirmat, ꝙ esse dicit rationem causæ effectiuæ, & exemplaris: quoniam Deo, vt primo enti, conuenit efficienter producere iuxta exemplar. & esse creatum, est terminus effectiuæ productionis diuinæ. Ex his habetur responsio ad omnes partes quæstionis istius, in qua tria tanguntur primùm, an Esse, seu Qui est, sit proprium nomen Dei: secũdum, an sit primum nomen ipsius: tertium, an Duus sit omnium esse formale.

Materia cur dicatur nõ ens

Diony.

QVAESTIO III.

TErtio quæritur, *quid sit æternitas, & qualiter sit propria Dei mensura, qualiter eiusm verbatem poralia conueniant Deo* ¶ Et videtur, ꝙ Deo non conueniat habere mensuram. Primò, quoniam ipse est vniuersorum mensura. Nempe, vt ait philosophus, In omni genere primum est mensura secundorum. ¶ Secundò, qm̃ in circunscripto, & infinito repugnat habere mensuram: quia quod mensuratur, inter mensuræ suæ terminos continetur. ¶ Tertiò, ꝙa mensura differt à mensurato, & adiacet ei. Aeternitas autem à Deo nõ potest differre, cum sit aliquid increatum. ¶ Quartò, secundum Boethium, Aeterni est interminabinabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio. Possessio aũt non dicit mensuram: ergo æternitas potius diffiniretur nomine durationis tanquam per genus, quàm nomine possessionis. ¶ Quintò, In scripturis, & dictis philosophorum, æternitas creaturis ascribitur, iuxta illud: Ite maledicti in ignem æternum. Atque in psal. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. & in lib. de Causis asseritur, quòd causa prima est ante æternitatem intelligentia, cum seu in æternitate. ¶ Sextò, si æternitas ẽt mensura diuinæ uitæ, & esse diuini, non poterunt Deo ascribi differentiæ mensuræ, quæ tempus uocatur, quæ contrario modo se habet ad æternitatem. ¶ Septimò, secundum Boethium de consolatione, & lib. de Trin. nunc inuariabiliter fixè stans, causat æternitatem: sicut nonc inceſſabiliter fluens, efficit tempus. ergo æternitas est causata, nec Dei mensura.

Arguit. 1. pro parte negatiua.

2

3

4 Boethius.

5 Matt. 25.

Psal. 75.

6

7 Boethius.

¶ In oppositum est scriptura, & Boethius, ac Magister in litera. ¶ Ad hæc Alexander respondet: Diffinitio prætacta Boethij conuenit increatæ æternitati, & tanguntr in diffinitione illa tres cõditiones ab æternitate inseparabiles, quæ sunt, interminabilitas inauertibilitas, simplicitas. Quædam enim sunt terminabilia à parte ante, & à parte post, vt generabilia, & corruptibilia: ad quorum differentiam dicitur æternitas interminabilis uitæ possessio. quædam vero sunt interminabilia à parte post, quæ tamen sunt mutabilia, vt cœlum, atque perpetua: ad quorum differentiam additur, tota simul. Nil enim variabile est totum simul imò quiddam habet actu & aliquid non dum habet. Item quoddam est esse interminabile, & inuariabile: sed tamen compositum. vt esse angeli, in quo est compositio ex Quo est, & Quod est: ad cuius differentiam adiungitur, perfecta. Nullum enim perfectum, compositum. Insuper in quibusdam est terminabilitas simpliciter, ad quorum differentiam dicitur, interminabilis. In quibusdam interminabilitas durationis essentiæ, sed non vitæ, vt in corporibus cælestibus: ad quorum differentiam additur, uitæ. In quibusdam est

In oppositum Alexand.

Tres conditiones æternitatis.

est interminabilitas vitæ, sed cum miseria: ad quorum differentiam dr̃, possessio ad quam spectat iucunditas. In quibusdam est interminabilis vitæ possessio, sed non tota, vt in beatis hominibus ante iudicium, qui secundum animam tantum beati sunt. In quibusdam est interminabilis uitæ possessio tota sed non simul, sicut in angelis, in quibus est aliqua successio reuelationum, & gaudiorum saltem ante finale iudicium. In quibusdam est interminabilis vitæ possessio tota simul, sed non absolutè perfecta, quemadmodũ in beatis post iudicium generale: ad quorũ differentiã additur, perfecta. i. non indigens.

¶ Amplius æternum, & sempiternum sic distinguuntur, ꝙ sempiternum sicut, & semper esse, duobus dicitur modis. Semper enim esse, uno modo dicitur, omni tempore esse: & sic angeli semper fuerunt. Alio modo semper esse dicitur esse sine principio, & sine fine: sicq; conuenit Deo semper fuisse. Hinc ait Richardus de sancto Victore: Aliud videt sonare æternum, aliud sempiternum. Sempiternum namq; esse videt, quod caret initio, & fine. Aeternũ aũt, quod caret vtroque, & omni mutabilitate. Et quamuis unũ sine alio non inueniat, rectè tũ inter nominũ significationes distinguitur. Hæc Alexand.

Aeter, & sempiterni distinctio.

Richard.

¶ Hinc Thomas in Scripto: Aeternũ, inquit, dicitur quasi ens extra terminos. Porro esse põt dici terminatum tripliciter. Primò, ſm totã suam durationem, vt esse generabilium, & corruptibilium. Secundò, rõne partiũ durationis, sicut quælibet pars motus, ac temporis terminatur, atq; ad præteritũ, seu præcedens, & ad sequens refertur. Tertiò, rõne suppositi in quo ipsum esse recipitur atq; finitur, & sic omne esse creatum est terminatum. Ad excludendã primam terminationẽ, ponitur in diffinitione æternitatis, interminabilis uitæ. Ad excludendam secundam adiungitur, tota simul. propter quod motus, & tempus quamuis ab æterno fuissent, & sine durarent: non tamen essent æterna. Ad excludendam tertiam, additur perfecta. quicquid enim habet esse receptum, & terminatum, est imperfectum. & solum illud absolutè perfectum est, cuius esse est in se stãs, non participatum, nec indigens aliquo, quod soli competit Deo. Sicq; ei duntaxat conuenit illa æternitatis descriptio, Hæc Thomas in Scripto.

Thomas. Aeterni etymologia. Esse termi natur tripliciter.

Thomas. Ar. 1.

¶ In prima vero parte Summæ, quæstione 10 ait: Sicut in cognitionem simplicium, & spiritualiũ oportet nos deuenire per composita, & corporalia, ita in cognitionem æternitatis, per tẽpus: quod non est aliud, quàm numerus, seu mensura motus ſm priùs, & posteriùs, quæ sunt in successione partium motus. sic in apprehẽsione vniformitatis eius, quod est penitus extra motum, consistit ratio æternitatis. Itaque ex duobus notificatur æternitas. Primò, ex hoc, quod est in æternitate, est interminabile ideſt principio carens, ac fine. Secundò, per hoc, ꝙ æternitas caret successione. Dicitur autem æternitas tota simul, non ꝙ habeat partes, sed quoniam ei nil deest. Hæc in Summa.

Aeternitas notificatur ex duobus. Aeternitas cur dicatur tota simul.

Albertus.

¶ Præterea Albertus ait hic: Boethi⁹ diffinit æternitatem secundum, quod est in eo, quod verè æternum est, cum in monologion dicat Anselmus: Cum diuina, & in creata substantia non sit aliud, quàm sua uita, & vita, & sua æternitas, nec sit aliquo modo terminabilis, nec nisi simul, & tota pfecta, quid aliud est vera æternitas, quæ soli cõuenit illi, quàm interminabilis vita, simul, & perfectè tota existens? Vnde patet, ꝙ Boethius diffinit æternitatem, non prout abstractè, atq; formaliter sumitur, sed potius materialiter, ſm quod cõsideratur, & est in ipso durante, quod est causa durans. sicq; vita taliter durãs hic æternitas appellatur, vt mihi videtur. Et accipitur vita hic pro intellectuali vita gloriæ in creatore quæ considerari potest in se, & sic est in Deo duntaxat, vel vt participatur ab intellectualibus creaturis. Potest autem dupliciter considerari in se. Primò vt est actus primus mentis diuinæ. & sic non accipitur in rõne mẽsuræ, nisi forsan exemplariter, prout aliæ uitæ propinquant ad illam. Secundò formaliter pro ipsa duratione, & ita est ratione mensuræ, & habet se ad alias mensuras, vt causa, & mensura: exemplaris, vt mensura: excellens, vt causa. Ait namque beatus Diony. cap. 10. de diuinis nominibus: Deus laudandus est æternus ſm quòd ipse factor est æui, ac temporis, & ante secula existens. Dr̃ quoque exemplaris mensura, qm̃ alia imitantur eam, vt possunt. Nam ipsa est simul in esse in potentia, & in actu. Aeuum aũt imitatur illam, puta æternitatẽ, seu vitam primã, simul in esse, & posse, sed non in actu, quia in angelis est vicis situdo intellectionũ, & affectionum. Ipsa quoque æternitas claudit in se æuũ, excedendo illud ex parte principij: & tempus, excedendo illud ex parte principij, & finis.

S. Dion.

Quid sit esse in æternitate.

¶ Præterea si quæratur, quid sit esse in æternitate, dicendum, ꝙ esse in æternitate dicitur tribus modis. Primò, sicut mensuratum in mensura adæquata. sicq; solus Deus est in æternitate. Secundò, sicut mensuratum in mensura excellenti. & sic æuiterna, est temporalia sunt in æternitate, tanquam inclusa in ea, vt dicit Anselmus. Tertiò, sicut participantia æternitatem, & Deum æternum per uitam beatã. & sic beati dicuntur esse in æternitate. Damnati uerò non sunt propriè dicendi, nisi cũ determinatione, videlicet, ꝙ sunt æterni in pœnis. Hæc Albertus.

Anselmus

¶ Concordat Vdalricus, qui de his scribit diffusè in Summa sua libro 2. capit. de æternitate, Vbi ex verbis sancti Dionysij decimo capitulo de diuinis nominibus, manifestat, qualiter æternitas de rebus creatis per quandam participationem multipliciter dicitur, prout infra in solutionibus argumẽtorum tangetur. Porro Dionysius prætacto cap. æternitatem diffinit secundum rationem mensuræ adiacentis æterno, & ait, ꝙ proprietas, seu propria acceptio æternitatis, est antiquum. i. duratio sine initio, & ꝙ consequens sine fine. Quod. n. est sine principio, finem nõ põt habere. Vnde, & Deus ratione suæ æternitatis dicitur in scripturis antiquus dierum. Philosophi quoque æternitatem mundi, quem putabant æternum, uocabant antiquitatem. Itaque æternitas est antiquum, & inuariabile totum secundum ois, quæ in eo sunt, metiens. i. sine successione, & mutabilitate mensurans actiones Dei, quæ in eo sunt, & sua essentia sunt, utpotè intelligere, uiuere, uelle. Isaac aũt Israelita philosophus in libro diffinitionũ æternitatem ſm propriam rationem absolutè sumptam, diffinit dicendo: Aeternitas est spatium continuum non intersectum. i. mensura spatiosa, spatiositate non molis, aut distentionis, sed uirtutis, quæ ambit totum esse inferius, & infinitum, ac per hoc omnem quantitatiuã spatiositatẽ tẽporis, ipsumq; æuum in se includens, quod uocatur continuũ, continuitate indeficiente: qm̃ nunquã defuit, nec deest, nec derit, non intersectum diuisione partium inter se diuisarum, quemadmodum tempus intersecatur per præteritum, præsens, & futurum. In idem redit diffinitio Richardi, libro de Trinitate dicẽtis: Quid est æternitas, nisi diuturnitas sine initio, & fine, carnes omni mutabilitate?

Vdalricus

S. Diony.

Diffinitio æternitatis secundũ Diony.

Cur Deus antiquus dierum. Dan. 7.

Isaac philosophus.

Richard.

¶ Porro Gilbertus Porretanus in quinto sup. Boethium

Gilbertus

tisiodorensis in Summa sua primo li. disseruit, Hoc nomen Qui est, ſm veritatem, atq; simpliciter, ē primum Dei nomen. Bonum aũt, primum est quo ad nos: qm̃ Deum cognoscimus primo ſm fluxum suę bonitatis. opera etenim bonitatis diuinæ primum mouent hominem ad inuestigandum diuinã essentiam Vel dici potest, ꝙ bonum, non est primum nomen Dei, sed principalius, & dignius: quia determinatiuũ naturæ secundum quam ipse est alpha & ω. Bonitas namque Dei induxit Deum, vt faceret creaturas rationales, ad hoc vt essent diuinæ bonitatis participes. Vñ Psalmista: Confitemini dño qm̃ bonus &c. Sicq; beatus Dionysius incipit nõ à primo, sed principaliori, ac digniore noīe Dei, quēadmodum Christus in oratione dñica à digniore incepit petitiones. Et Isaias septē dona enumerãdo. primo expressit sapientiæ donum'. Hæc Antisiodorensis.

Bonũ cur dignius Dei nomẽ

Apo. 1. 22.

Psal. 105. 106. 117. Psal. 135.

Mat 6. Isa. 11.

Alexand.

¶ Postremò circa hæc loquitur Alexander: Fuerunt, qui dicerent, ꝙ in uia, in qua considerat̃ Deus, vt efficiens, primum nomen eius est ens, quia intentio efficientis est ad hoc, ut res sit. si verò considere tur vt finis, primum nomen eius est bonum. ¶ Sed obijcitur, quia secundum Boethium omnia appetunt esse. quod autem appetitur, rationem finis sortitur. ergo, & ens rationem obtinet finis. Ad quod dici posset, ꝙ quamuis ens moueat appetitum, non tamen nisi inquantum induit rationem boni. Sicq; non sequitur, ꝙ ex se rationem finis designet, aut nominet. ¶ Sed adhuc obijcitur, quoniã Ens, & Qui est, significãt in omnimoda absolutione, ergo significant præter intentionem, seu rationem causalitatis efficientis, siue finalis. quod concedendum est, & dicendum, ꝙ Qui est, est simpliciter primum nomen Dei: Bonum vero, quo ad nos. Diuinum enim Esse potest considerari secundum se absolutè. sicq; accipitur, vt infinitum pelagus diuinæ essentialitatis. & ita propriè designatur hoc nomine Qui est. Potest quoq; diuinum Esse cõsiderari, vt causa, seu principium, & sic consideratur in ratione boni. Bonum namque dicit conditionem efficientis. Vnde asserit Augustinus: Quia bonus, est sumus. Rursus, bonum dicit conditionem finis, quia (vt ait Boethius) omnia bonum exoptant. Hæc Alexander.

Obiectio.

Dilõtio.

Obiectio.

Auguſt. Boethius.

Diony.

¶ Cuius verba modicum discrepant à prædictis verbis Thomæ, dicentis, ꝙ esse dicit rationem causæ effectiuæ, & exemplaris. ¶ Præterea aduertẽdum ꝙ iuxta doctrinam magni Dionysij, bonum est communius, ac latius ente. Ait namque quarto cap. de diuinis nominibus, ꝙ non ens, seu non existens, puta materia, appetit bonum, & participat bono. Et hoc uidetur consonare doctrinæ Platonis, qui dixit materiam esse non ens, & tamen esse bonũ, quia ordinatur ad bonum, quia ad formam. quod, & Proclus Platonicus in elementatione sua theologica euidenter fatetur. Quo circa Thomas conscribit Bonum est communius ente non secundum ambitum prædicationis, quia sic cum ente conuertitur, sed secundũ rationem causalitatis. Causalitas enim efficientis exemplariter extenditur tantum ad ea, quæ participant formam. Hinc causalitas entis secundum quod est nomen diuinum, extenditur tantum ad entia, atque causalitas vitæ ad uiuentia: sed causalitas finis extenditur, quoque ad ea, quæ nondum participant formam, quoniam etiam imperfecta desiderant finem, & tendunt in eum. Vnde diuinus Dionysius materiam uocat non ens, propter priuationem ei adiunctã. Deniq; quia beatus Dionysius in lib. de diuinis nominibus tractat de ipsis secundum, quod habent uirtutem, & rationem causalitatis, & prout in participatione creaturarum manifestantur, hinc tractat ibi de bono priùs, quàm de ente. Hæc Thomas. ¶ Ex quibus apparet, ꝙ quamuis Ens, & Qui est significant absolutè, vt asserit Alexander, attamen verum est, quod Thomas affirmat, ꝙ esse dicit rationem causæ effectiuæ, & exemplaris: quoniam Deo, vt primo enti, conuenit efficienter producere iuxta exemplar. & esse creatum, est terminus effectiuæ productionis diuinæ. Ex his habetur responsio ad omnes partes quæstionis istius, in qua tria tanguntur primùm, an Esse, seu Qui est, sit proprium nomen Dei: secũdum, an sit primum nomen ipsius: tertium, an Duus sit omnium esse formale.

S. Diony. Bonum ente cõius.

Plato.

Proclus. Thomas.

Materia cur dicatur nõ ens

QVAESTIO III.

TErtio quæritur, *quid sit æternitas, & qualiter sit propria Dei mensura, qualiter etiam verbatem poralia conueniant Deo* ¶ Et videtur, ꝙ Deo non conueniat habere mensuram. Primò, quoniam ipse est vniuersorum mensura. Nempe, vt ait philosophus, In omni genere primum est mensura secundorum. ¶ Secundò, qm̃ in circunscripto, & infinito repugnat habere mensuram: quia quod mensuratur, inter mensuræ suæ terminos continetur. ¶ Tertiò, ꝙ mensura differt à mensurato, & adiacet ei. Aeternitas autem à Deo nõ potest differre, cum sit aliquid increatum. ¶ Quartò, secundum Boethium, Aeternitas est interminabinabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio. Possessio aũt non dicit mensuram: ergo æternitas potius diffiniretur nomine durationis tanquam per genus, quàm nomine possessionis. ¶ Quintò, In scripturis, & dictis philosophorum, æternitas creaturis ascribitur, iuxta illud: Ite maledicti in ignem æternum. Atque in psal. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. & in lib. de Causis asseritur, quòd causa prima est ante æternitatem intelligentia, cum seu in æternitate. ¶ Sextò, si æternitas est mensura diuinæ uitæ, & esse diuini, non poterunt Deo ascribi differentiæ mensuræ, quæ tempus uocatur, quæ contrario modo se habet ad æternitatem. ¶ Septimò, secundum Boethium de consolatione, & lib. de Trin. nunc inuariabiliter fixè stans, causat æternitatem: sicut nonc inceſſabiliter fluens, efficit tempus. ergo æternitas est causata, nec Dei mensura.

Arguit. 1. pro parte negatiua.

2

3

4 Boethius.

5 Matt. 25.

Pſal. 75.

6

7 Boethius.

¶ In oppositum est scriptura, & Boethius, ac Magister in litera. ¶ Ad hæc Alexander respondet: Diffinitio prætacta Boethij conuenit increatæ æternitati, & tanguñ in diffinitione illa tres cõditiones ab æternitate inseparabiles, quæ sunt, interminabilitas inauertibilitas, simplicitas. Quædam enim sunt terminabilia à parte ante, & à parte post, vt generabilia, & corruptibilia: ad quorum differentiam dicitur æternitas interminabilis uitæ possessio. quædam vero sunt interminabilia à parte post, quæ tamen sunt mutabilia, vt cœlum, atque perpetua: ad quorum differentiam additur, tota simul Nil enim variabile est totum simul imò quiddam habet actu & aliquid non dum habet. Item quoddam est esse interminabile, & inuariabile: sed tamen compositum. vt esse angeli, in quo est compositio ex Quo est, & Quod est: ad cuius differentiam adiungitur, perfecta. Nullum enim perfectum, compositum. Insuper in quibusdam est terminabilitas simpliciter, ad quorum differentiam dicitur, interminabilis. In quibusdam interminabilitas durationis essentiæ, sed non vitæ, vt in corporibus cælestibus: ad quo

In oppoſitum Alexand.

Tres conditiones ęternitatis.

est

est interminabilitas vitæ, sed cum miseria: ad quorum differentiam dr̃, possessio ad quam spectat iucunditas. In quibusdam est interminabilis vitæ possessio, sed non tota, vt in beatis hominibus ante iudicium, qui secundum animam tantum beati sunt. In quibusdam est interminabilis uitæ possessio tota sed non simul, sicut in angelis, in quibus est aliqua successio reuelationum, & gaudiorum saltem ante finale iudicium. In quibusdam est interminabilis vitæ possessio tota simul, sed non absolutè perfecta, quemadmodũ in beatis post iudicium generale: ad quorũ differentiã additur, perfecta. i. non indigens.

Aeter, & sempiterni distinctio.

¶ Amplius æternum, & sempiternum sic distinguuntur, ꝙ sempiternum sicut, & semper esse, duobus dicitur modis. Semper enim esse, uno modo dicitur, omni tempore esse: & sic angeli semper fuerunt. Alio modo semper esse dicitur esse sine principio, & sine fine: sicq; conuenit Deo semper fuisse.

Richard.

Hinc ait Richardus de sancto Victore: Aliud videt sonare æternum, aliud sempiternum. Sempiternum namq; esse videt, quod caret initio, & fine. Aeternũ aũt, quod caret vtroque, & omni mutabilitate. Et quamuis unũ sine alio non inueniat, rectè tũ inter nominũ significationes distinguitur. Hæc Alexand.

Thomas. Aeterni etymologia. Esse terminatur tripliciter.

¶ Hinc Thomas in Scripto: Aeternũ, inquit, dicitur quasi ens extra terminos. Porro esse põt dici terminatum tripliciter. Primò, ſm totã suam durationem, vt esse generabilium, & corruptibilium. Secundò, rõne partiũ durationis, sicut quælibet pars motus, ac temporis terminatur, atq; ad præteritũ, seu præcedens, & ad sequens refertur. Tertiò, rõne suppositi in quo ipsum esse recipitur atq; finitur, & sic omne esse creatum est terminatum. Ad excludendã primam terminationẽ, ponitur in diffinitione æternitatis, interminabilis uitæ. Ad excludendam secundam adiungitur, tota simul. propter quod motus, & tempus quamuis ab æterno fuissent, & sine durarent: non tamen essent æterna. Ad excludendam tertiam, additur perfecta. quicquid enim habet esse receptum, & terminatum, est imperfectum. & solum illud absolutè perfectum est, cuius esse est in se ſtãs, non participatum, nec indigens aliquo, quod soli competit Deo. Sicq; ei duntaxat conuenit illa æternitatis descriptio, Hæc Thomas in Scripto.

Thomas. Ar. 1.

¶ In prima vero parte Summæ, quæstione 10 ait: Sicut in cognitionem simplicium, & spiritualiũ oportet nos deuenire per composita, & corporalia, ita in cognitionem æternitatis, per tẽpus: quod non est aliud, quàm numerus, seu mensura motus ſm priùs, & posteriùs, quæ sunt in successione partium motus. sic in apprehẽsione vniformitatis eius, quod est penitus extra motum, consistit ratio æternitatis. Itaque ex duobus notificatur æternitas. Primò, ex hoc, quod est in æternitate, est interminabile ideſt principio carens, ac fine. Secundò, per hoc, ꝙ æternitas caret successione. Dicitur autem æternitas tota simul, non ꝙ habeat partes, sed quoniam ei nil deest. Hæc in Summa.

Aeternitas notificatur ex duobus. Aeternitas cur dicatur tota simul.

Albertus.

¶ Præterea Albertus ait hic: Boethi⁹ diffinit æternitatem secundum, quod est in eo, quod verè æternum est, cum in monologion dicat Anſelmus: Cum diuina, & increata substantia non sit aliud, quàm sua uita, & vita, & sua æternitas, nec sit aliquo modo terminabilis, nec nisi simul, & tota pfecta, quid aliud est vera æternitas, quæ soli cõuenit illi, quàm interminabilis vita, simul, & perfectè tota existens? Vnde patet, ꝙ Boethius diffinit æternitatem, non prout abstractè, atq; formaliter sumitur, sed potius materialiter, ſm quod cõsideratur, & est in ipso durante, quod est causa durans. sicq; vita taliter durãs hic æternitas appellatur, vt mihi videtur. Et accipitur vita hic pro intellectuali vita gloriæ in creatore quæ considerari potest in se, & sic est in Deo duntaxat, vel vt participatur ab intellectualibus creaturis. Potest autem dupliciter considerari in se. Primò vt est actus primus mentis diuinæ. & sic non accipitur in rõne mẽsuræ, nisi forsan exemplariter, prout aliæ uitæ propinquant ad illam. Secundò formaliter pro ipsa duratione, & ita est ratione mensuræ, & habet se ad alias mensuras, vt causa, & mensura: exemplaris, vt mensura: excellens, vt causa. Ait namque beatus Diony. cap. 10. de diuinis nominibus: Deus laudandus est æternus ſm quòd ipse factor est æui, ac temporis, & ante secula existens. Dr̃ quoque exemplaris mensura, qm̃ alia imitantur eam, vt possunt. Nam ipsa est simul in esse in potentia, & in actu. Aeuum aũt imitatur illam, puta æternitatẽ, seu vitam primã, simul in esse, & posse, sed non in actu, quia in angelis est vicissitudo intellectionũ, & affectionum. Ipsa quoque æternitas claudit in se æuũ, excedendo illud ex parte principij: & tempus, excedendo illud ex parte principij, & finis.

Anſelmus

S. Dion.

Quid sit esse in æternitate.

¶ Præterea si quæratur, quid sit esse in æternitate, dicendum, ꝙ esse in æternitate dicitur tribus modis. Primò, sicut mensuratum in mensura adæquata. sicq; solus Deus est in æternitate. Secundò, sicut mensuratum in mensura excellenti. & sic æuiterna, est temporalia sunt in æternitate, tanquam inclusa in ea, vt dicit Anſelmus. Tertiò, sicut participantia æternitatem, & Deum æternum per uitam beatã. & sic beati dicuntur esse in æternitate. Damnati uerò non sunt propriè dicendi, nisi cũ determinatione, videlicet, ꝙ sunt æterni in pœnis. Hæc Albertus.

Anſelmus

Vdalricus

S. Diony.

¶ Concordat Vdalricus, qui de his scribit diffusè in Summa sua libro 2. capit. de æternitate, Vbi ex verbis sancti Dionysij decimo capitulo de diuinis nominibus, manifestat, qualiter æternitas de rebus creatis per quandam participationem multipliciter dicitur, prout infra in solutionibus argumẽtorum tangetur. Porro Dionysius prætacto cap. æternitatem diffinit secundum rationem mensuræ adiacentis æterno, & ait, ꝙ proprietas, seu propria acceptio æternitatis, est antiquum. i. duratio sine initio, & ꝙ consequens sine fine. Quod. n. est sine principio, finem nõ põt habere. Vnde, & Deus ratione suæ æternitatis dicitur in scripturis antiquus dierum. Philosophi quoque æternitatem mundi, quem putabant æternum, uocabant antiquitatem. Itaque æternitas est antiquum, & inuariabile totum secundum oĩa, quæ in eo sunt, metiens. i. sine successione, & mutabilitate mensurans actiones Dei, quæ in eo sunt, & sua essentia sunt, utpotè intelligere, uiuere, uelle. Isaac aũt Israelita philosophus in libro diffinitionũ æternitatem ſm propriam rationem absolutè sumptam, diffinit dicendo: Aeternitas est spatium continuum non intersectum. i. mensura spatiosa, spatiositate non molis, aut distentionis, sed uirtutis, quæ ambit totum esse inferius, & infinitum, ac per hoc omnem quantitatiuã spatiositatẽ tẽporis, ipsumq; æuum in se includens, quod uocatur continuũ, continuitate indeficiente: qm̃ nunquã defuit, nec deest, nec derit, non intersectum diuisione partium inter se diuisarum, quemadmodum tempus intersecatur per præteritum, præsens, & futurum. In idem redit diffinitio Richardi, libro de Trinitate dicẽtis: Quid est æternitas, nisi diuturnitas sine initio, & fine, carnes omni mutabilitate?

Diffinitio ęternitatis secundũ Diony. Cur Deus antiquus dierum. Dan. 7.

Isaac philosophus.

Richard.

¶ Porro Gilbertus Porretanus in quinto sup. Boe

Gilbertus

thium

thium de trinitate, æternitatem nominat moram. Veruntamen non est mora habens partes, puta præteritum, & futurum, sed in se semper indeficiens: & ex hoc dum comparatur ad tempus, dicitur neque defuisse in præterito, & nunquam deesse in futuro. Hanc uero concomitantiam eius ad temporis partes, causatam ex indeficientia sua, designant uerba temporum diuersorum, quæ de Deo dicuntur. Ex quo patet, cur uerba temporalia dicuntur de Deo: quoniam nullo tempore defuit, deest, nec deerit: quæ uerba de Deo sic prædicata, dicunt indeficientiam Dei respectu omnium partium temporis, & omnium, quæ oriuntur in tempore, secundum Augustinum super Iohannem. Hæc Vdalricus.

Temporalia verba cur dicantur de deo

Auguſt.

Bonauen.

¶ Circa hæc scribit Bonauentura: Quidam dicũt ꝙ duratio æui æterni est simplex, & tota simul, non habens præteritum, & futurum. attamen æuiternũ habet præteritum, & futurum, quantum ad affectiones, & ita æternum est proprium Dei. Alij dicunt, ꝙ omnis duratio creata, quoniam differt à durante, & habet esse possibile, habet priùs, atque posteriùs, sed distinguunt de priori, & posteriori. Nam quoddam dicit durationis successionem sine variatione, quoddam cum uariatione, & innouatione. Primum est in æuo, ſm in tempore. & hoc vult Anselmus expresse, idq; probabiliùs credo. Hæc Bon.

Diony.

¶ Veruntamen mirum apparet, qualiter hæc verba queant saluari. Videtur enim implicare, ponere successionem sine variatione, cum in successione res successioni subiecta, aliter, & aliter se habere probetur. Vnde, & Augustinus in libro de ciuitate Dei testatur: Immortalitas angelorum non est præterita, quasi non sit: nec futura, quasi nondum sit: sed semper est præsens. Sed de huius rei ueritate suo loco, vbi de æuo tractabitur, inquisitio erit.

Auguſt.

Solutio 1. argumẽti. Quõ Deus est omniũ mensura.

¶ Ad primam ergo obiectionem dicendum, ꝙ Deus est mensura uniuersorum extra omne genus, & supra ordinem: quia, & omnia in mensura creauit, & certam dedit perfectionem specificã: & quanto quid magis ad Deum accedit, propinquat, aut assimilatur, tanto maioris est perfectionis: & quanto plus recedit, & elongatur ab ipso, tanto imperfectius redditur. Nihilominus ipse habet mensuram, quæ realiter idem est secum: non autem habet mensuram ipsum perficientem, aut limitantem ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ad mensuram pertinet certificare, non cerminare mensuratum: quanta sit mensurati uirtus, moles, seu actio: sed ad locũ pertinet, circunscribere, & intra se continere locatum. ¶ Ad tertium, ꝙ in creaturis mensura communiter differt à mensurato: non aũt in Deo, nisi ſm rationem Hinc Petrus testatur: Quamuis in Deo ratione suæ simplicitatis non differant suum esse, & sua duratio quæ est quasi mensura eius: tamen differunt ſm rationem intelligendi. Idem quippe inquantum vita inuariabiliter durans, est mensuratum ætarnitate: atque inquantum ipsa duratio accipitur, vt mensura, habet rationem mensuræ. ¶ Hinc præallegato loco scribit Vdalricus: Cum vnitas, & quicquid intelligitur, vt adiacens diuinæ naturæ, sit ipsa diuina essentia, patet, ꝙ nunc æternitatis, & ipsa æternitas, sunt diuina essentia ſm rem, quamuis differant ſm rationem, sicut mensura, & mensuratum. Non eñ oportet semper mensuram differre à mẽsurato realiter, cum, & nos sæpe mensuremus aliquam quantitatem per partem ipsius, cuius totius quantitas, nõ est alia à quantitate partium eius simul sumptarum. Hinc sufficit differentia rationis Et ita est in proposito: quoniam alia est ratio substantiæ stantis in esse indeficienti, & alia est ratio indeficientiæ, seu diuturnitatis, vel moræ illius substantiæ stantis in tali esse. Et primum horum est ipsum æternum, secundum uero ipsa æternitas. Et sicut spatium temporis causatur à partibus motꝰ numeratis, propter quod tempus mensurat motum, vt numerus numerans: sic spatium æternitatis causatur à statu, ac permanentia rei æternæ. Hæc Vdalricus.

Vdalricus

Petrus. Duratio, & esse differunt ratione.

Mensura non semp differt realiter a mẽsurato.

Ad 4. Thomas.

¶ Ad quartum respondet Thomas, quòd duratio ex sui nominis ratione quandam importat distentionem, & quia in esse diuino non extat distentio, idcirco Boethius non posuit durationem, sed possessionem, metaphoricè loquens ad significandum quietem diuini esse. Illud namque dicimur possidere, quod quiete, & plenè habemus. sicque Deus possidere dicitur suam uitam: quoniam nulla inquietudine molestatur. Alberto autem uidetur ꝙ æternitas diffinitur hic materialiter potius, q̃ formaliter sub ratione mensuræ, vt dictum est. idcirco diffinitur nomine possessionis magis, q̃ durationis.

Quid quis possideat.

Ad quintum, ꝙ omnia in quibus æternitas attribuitur creaturis, intelliguntur non de æternitate perfecta, sed participata. Vt enim Aegidius ex verbis sacratissimi Dionysij 4. ca. de diuinis nominibus manifestat, & idem dicunt Albertus, Thomas, Vdalricus: diuersæ creaturæ æternitatem diuersimodè, seu magis, & minus perfectè participant. & quicquid super hoc scribunt, ex præhabitis uerbis Alexander apertissimè elucescit.

Ad 5.

Petrus.

¶ Vnde, & Petrus: Quoddam inquit, dicitur æternum per priuationem principij, & finis, ac variationis, vt Deus, & hoc propriè est æternum. Quoddam autem vocatur æternum per priuationem principij, & finis, sed non successiuæ durationis, vt mundus secundum philosophos. Quoddam per priuationem finis, non principij, vel variationis, vt mors æterna. Qoddam per priuationem finis, & uariabilitatis, non principij, vt vita æterna beatorum in cœlis. Et hæc per participationem conditionum æternitatis dicuntur æterna: quibus omnibus commune est, quòd aliquo modo participant interminabilitatem: quam quæ nullo modo participant, nullo modo æternitatem participare feruntur secundum Thomam.

Æternum multipliciter dicitur

Aeternitas conuenit Deo, & creaturis analogicè

¶ Denique secundum Alexandrum, de Deo, cæterisq; præfatis, quæ aliquo modo uocantur æterna, æternitas analogicè enunciatur, puta per priùs, & posteriùs, secundum quod magis, aut minus ueræ, & increatæ æternitati assimilantur.

Ad 6.

S. Diony.

¶ Ad sextum patet ex dictis solutio. Ostenſnm est equidem, quo sensu, & modo verba temporalia prędicentur de Deo. Veruntamen iuxta magni Dionysij documenta in lib. de diuinis nominibus, Verba omnium temporum dicuntur de Deo, non solum, quia æternitas omni tpi coexistit, & omne tẽpus includit, sed ẽt quãtũ ad id, quod perfectionis in ipsis est, & itẽ per causam, qm̃ oĩa tempora, ac tpalia causaliter, & supereminenter in se cõprehendit. Præteritum quippe ex sua pteritione quandã habet necessitatẽ: quia vt tale, nõ põt non fuisse. Præsens, vt tale, habet quãdã immutabilitatẽ: futurũ, permanẽtiã. Et oĩum horũ perfectionẽ includit æternitas, omni tẽporum horum imperfectione secluſa. Nã, & tẽpus quantum põt, imitatur æternitatem. Et qm̃ præsens non implicat successionem, nec habet non esse inclusum, ideò magis propriè prædicatur de Deo. Interdum tñ per præteritum designatur perfectio potius, q̃ per ꝓsens, & in talibus præteritũ magis, ꝓpriè de Deo pronunciat. Quædã eteñ sunt, quorũ esse consistit

Tẽporalia verba cur dicãtur de Deo.

Quod tempus aptiùs de Deo pdicetur.

consistit in fieri: & horum complemẽtum non est, nisi dum ad terminũ peruenitur, sicut sunt motus, & successiua. Hinc eorũ perfectio magis per præteritũ designatur. Alia sunt, quorũ esse & perfectio, cõsistit in permanendo. Hinc eorũ perfectio aptiùs significatur per præsens. Vnde & in diuinis ea, quæ dicunt per modũ rei permanentis, veriùs significãtur per præsens, vt esse bonũ. Quæ autem designantur per medũ actus, aptiùs per præteritũ exprimuntur. Nã magis propriè dr̃ filius Dei natus, q̃ nasci, ut sequenti distinctione habeẽ ¶ Sed his obijci potest: qm̃ quæ corporalem conditionẽ, seu proprietatem important, nõ nisi metaphoricè, aut symbolicè Deo cõueniunt: ergo cum tẽpus corporalem dicat conditionẽ, quandocunq; verbũ temporale fertur de Deo, vr̃ metaphorica esse locutio. Et respondendum, ꝙ dictio potest importare corporalẽ conditionem, aut proprietatẽ dupliciter. Primò, quantũ ad rem in nomine principaliter designatã, ut leo, lapis, ira: ideò non nisi symbolicè cõpetunt Deo. Secundò, quantũ ad modum significandi: & hæc propriè de Deo dicũtur, quamuis eum non repræsentent perfectè. alias omnia nomina dicta de Deo, essent symbolica, quoniã modus significandi ipsorum est secundũ quod creaturis cnueniunt. Atq; de talibus sunt verba hæc, fuit, & erit, quæ designant essentiam per modum actus, & connotant tempus. Vnde secundum Augu. super Iohannem, Hæc verba de Deo prolata, designant indficientiam durationis esse diuini, respectu omnium partium temporis, omniumque, quæ temporaliter oriuntur. Hæc Thomas. Albertus, Vdalricus.

Obiectio.

Dilutio. Corporalis conditio importatur per nomen dupliciter.

Auguſt.

Ad 7.

¶ Ad ultimum respondetur, ꝙ causatio illa, qua nunc æternitatis dr̃ æternitatẽ causare, non est nisi ſm consideration rationis duntaxat. Cum enim cuilibet actui correspondeat sua mensura, & esse, ac viuere dicanẽ per modum actus, oportet ut diuino esse, ac vitæ Dei intelligatur adiacere æternitas tanquam mensura, quamuis esse, & viuere Dei realiter idem sit. & qm̃ viuere magis habet rationẽ actus, q̃ esse, ideo forsan Boethius diffiniuit æternitatẽ per vitam potius, q̃ per esse: quan q̃ in illa diffinitione viuere accipi possit valde cõiter, prout se extẽdit ad esse: iuxta modum loquendi, quo asserit Augustinus, ꝙ omnis mutatio creaturę, aliqua eius mors est. ¶ Postremò ſm Albertum, & Thomam, inter æternitatem, æuum, & tempus ista datur distinctio: Quædam habent potentiam non recipientem actum totum simul, & hæc tempore mensurantur, cum in ipsis sit durationis successio. quędam habẽt potentiam suscipientem totum actum simul, & hęc mensurantur æuo saltem quantum ad huiusmodi, actum. Quoddam est, in quo essentia, esse, & actus sunt idem. & hoc mensuratur æternitate.

Anguſt.

Aeternitatis. æui, & temporis distinctio.

Quæstio.

¶ Circa hæc quærit Aegidius, utrum Deus sit mẽsura omnium creatarum substantiarũ. Ad quod inter cætera dicit: Mensura dicitur esse, quid certum, cui non contingat additio, nec diminutio. idcirco est quid simplicissimum, & primum, nec plurificatur per accidẽs, vt decimo Metaphysicę dicitur. Cũ ergo Deus sit substantia in se certissima, inuariabilis, simplicissima, & simpliciter prima, rectè uocatur omniũ secundarum substantiarum mensura: nõ tamen est eiusdem generis cum eisdem, nisi impropriè, & secũdum quandam analogiam. ¶ Secundò, quærit, an Deus sit mensura omnium entium. Et respondet ꝙ imò, quamuis enim species prædicamẽtorum addant quasdam perfectiones supra prædicamenta, prędicamẽta tñ non addunt sic supra ens,

Deus est cæterum substantiarum mensura.

Quæstio.

quod dr̃ esse præcipuè actuale. Cumq; ratio mensuræ ab actualitate, & perfectione sumatur, Deus q̃ est perfectiſsimum, & actualiſsimum ens, rectè mẽsura omnium entiũ appellatur. ¶ Tertiò quærit, an Deus dicatur propria omniũ rerum mensura. Quo circa scribit, ꝙ proprium dupliciter sumitur. Primò. prout distinguitur contra commune. Secũdo, prout diuiditur contra transumptum. Sumẽdo proprium primo modo, Deus est mensura rerum communis, & propria. Communis, quia est omnium artifex, omnem habens virtutem: & propria, quoniã singula proprijs rationibus idealibus condidit. Sumendo proprium secundo modo, adhuc Deus est propria rerum mensura, quia de ratione mensuræ sunt duo. Primum est ratio minimi. omnia namque mensurant minimo sui generis. Secundum est adæquatio, seu proportionatio quædã, qm̃ inter mensuram, & mensuratum est quædam analogia, propter quam mensura dicitur unigenea mensurato. Minimum autem tripliciter dicitur. Primò, propter uniformitatem, qm̃ quanto quid est amplius multiforme, tanto plus, est in se plurificatum. Secundo, propter simplicitatem: quia quanto quid plus est compositum, tanto est plus multum. Tertiò, propter indiuisionem: minimum enim indiuisibile debet esse. Cum ergo Deus sit maximè uniformis, simplex, & indiuisibilis, eiusque bonitatem cuncta participãt, & ei aliquo modo assimilantur, rectè omnium mẽsura uocatur. Hæc in sententia Aegidius, qui ad ista multum prolixè respondet.

Sapi 7.

Mensuræ rõ duo includit.

Minimum tripliciter dicitur.

QVAESTIO IIII.

Arguitur primo cõtra ueritatem. 1

QVartò quæritur. *An Deus sit immutabilis, atque immobilis: & si sic, an hoc sit proprium eius, vel rebus possit conuenire creatis.* ¶ Quod Deo conueniat mutari, & moueri, primo probatur sic: Volũtas mouet agentem liberè ad agendum, sed Deus liberè operatur in rebus, ergo à voluntate sua ad hoc mouetur. ¶ Secundò, Deus multa producit de nouo, ergo procedit à potentia in actum: & aliter habet se dum talia operatur, q̃ ante seu quando ea nõ agit. Quod autem nunc, & ante seu diuersis horis aliter, & aliter habet se, mutari, ac moueri censetur. Circa hoc possent induci argumenta philosophorum, qui ex cõsideratione immutabilitatis Dei dixerunt mundum ab æterno fuisse: atque probare conati sunt, ꝙ absq; mutatione Dei non potuit fieri, ꝙ mundum ex tempore, seu de nouo produxerit. Nempè sic arguunt: Deus non potest aliquando agere, & aliquando non agere, nisi mutetur, & moueatur, præsertim cum actio eius non impediatur, nec approximationem, seu dispositionem passi requirat, saltem in mundi productione. Quod si aliquando nõ uoluit, & postea uoluit mundum creare, vr̃ mutatus: imò & tempus expectasse videtur, & habuit causam dilationis, & rationem determinantẽ, ac inducentem, cur tunc & non ante produxit. ¶ Rursus, idem est rem fieri Deo uolente, & Deo, agente: sed Deus non fit de non uolente uolens, ergo nec de non agente agens. ¶ Insuper, in scripturis frequenter Deo asscribuntur motus, & mutatio, ut in lib. Sapientiæ: Omnibus mobilibus mobilior est sapientia Et in Genesi, Videns Deus malitiam hominum tactus dolore cordis intrinsecus, & præcauens in futurum: Pœnitet me, inquit, feciſſe hominem. In Zacharia quoque: Conuertimini ad me, & conuertar ad uos. Itemq;. Sicut cogitaui ut affligerem uos &c. ita conuersus diebus istis, cogitaui, ut benefacerem uobis: Per Ieremiam quoque ait: Si pœnitentiã egerit gens, agam & ego pœnitentiam?

Philosophorũ argumenta pro mundi æternitate.

Sap 7.

Gene. 6.

Zacha 1.

Zacha. 8.

Ierem. 18.

¶ Præte-

Sap 14 Sap 11.

¶Præterea, odio ſunt Deo impius, & impietas eius, iuſtos verò diligit. Sed aliquis hodie iuſtus eſt, cras iniquus. ergo eum, quem hodie diligit Deus, cras odit. quod ſine mentis ſuæ mutatione non videtur accidere. ¶Amplius, ſanctus Dionyſius 1. ca. eccleſiaſticæ hierarchiæ diſſeruit, q̃ illuminatione ſuperæ patre moto deſcendunt. ¶Auguſtinus etiam ſuper Geneſim 8. libro fatetur, q̃ creator ſpiritus mouet ſe, nec per tempus, neq; per locum, ergo ſe mouet. ¶At verò q̃ creaturis immobilitas cõpetat, apparet ex hoc, q̃ ſecundum peripateticos intelligentia eſt loco, & operatione immobilis. Et quia Corinthijs ſcribit Apoſtolus, Stabiles eſtote, & immobiles. ¶Præterea, ſi Deus eſt immutabilis, ergo immutabiliter habet ſe ad immediatum ſuum effectũ, ergo, & ille eſt immutabilis. Id enim, ad quod neceſſarium habet ſe neceſſariò, oportet neceſſarium & inuariabile eſſe.

S. Diony.

Auguſt li. 8 ſuper Geneſim capite. 20.

2. Cor. 15.

In oppoſitum Mala 3. Nnm 23. Iacob 1.

¶In contrariũ ſunt auctoritates ſcripturæ, quoniam ſcriptum eſt: Ego dominus, & non mutor. In Numerorum quoq; libro: Non eſt Deus, ut homo, ut mentiatur, neque ut filius hominis, vt mutetur. Et Iacobus ait: Apud patrem luminum non eſt trãſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

Thomas.

¶Adhæc Thomas reſpondet in Scripto: Omnis motus, ſeu mutatio quocunque modo dicatur, ſequitur aliquam poſsibilitatem, cum motus ſit actus exiſtentis in potentia. cumq; Deus ſit purus actus, nihil habens de potentia admixtum, non poteſt eſſe in eo mutatio. Porrò in prima parte Summæ, quæſtione nona adiecit: Omne, quod mouetur, quantum ad aliquid, tranſit: & quantum ad aliquid, manet: ſicque eſt in eo compoſitio aliqua. Deus autem omnino ſimpliciſsimus eſt: idcirco immobilis. Itẽ omne, quod mouetur, ſuo motu aliquid acquirit, & pertingit ad illud, ad quod priùs non pertingebat. Deus autem cum ſit infinitus, comprehendens in ſe omnem plenitudinem perfectionis totius eſſe, non poteſt quicq̃ acquirere, neq; extendere ſe, ad aliquid, ad quod priùs non pertingebat. hinc nullo modo competit ei motus. Vnde quidam antiquorum quaſi ab ipſa veritate coacti poſuerunt primum principium eſſe immobile. Hæc Thomas.

ar. 1. Cur Deus immobilis.

Richard⁹.

¶Hinc Richardus de ſancto Victore, ſic arguit libro ſuo de Trinitate: Omnis mutatio eſt in ſtatũ meliorem, aut deteriorem, uel æqualem: Deus autem mutari, non poteſt in meliorem, qm̃ optimus eſt: nec in æqualem, qm̃ ſummus eſt: nec in deteriorem, quia omnipotens. ergo eſt immutabilis.

Bonauen.

¶Bonauentura quoque in Scripto: Deus, inquit, immutabilis eſt. Non enim mouetur loco, quia vbi que eſt: nec tempore, quia æternitas ſimul eſt: nec forma, quoniam purus eſt actus. Itaque mutationem ſecundum formam aufert ſimplicitas, mutationem ſecundum tempus tollit æternitas, mutationem ſecundum locum tollit immenſitas, Tamen ab ipſo eſt omnis motus cauſalitas, quia (ut probat Auguſtinus, vultq; philoſophus) omnis motus procedit ab immobili: ut cum mouetur manus, ſtet cubitus: & cubito moto, ſtat humerus. Quoniam ergo ſapientia Dei eſt ſtabilis, & in ſeipſa immobilis, ideo cuncta mouet. Hæc Bonauen.

Aegidius.

Mouetur res tripliciter.

¶Præterea Aegidius: Tripliciter, ait, dicitur res moueri. Primò per ſe, ut corpora. ſecundò per accidens, vt formæ corporibus inhærentes, & corporum partes, quæ dicuntur moueri per accidẽs, quoniam ſunt in eo, cui per ſe conuenit moueri. Tertiò ab intra, ut ea, quę tendunt in finem exteriorẽ. ſicq; etiam intelligentiæ moueri dicuntur: qm̃ mouent orbes propter primæ cauſæ bonitatẽ. Nullo horum modorũ mouetur Deus. Nempè vt 10. Metaphyſicæ, aſſerit. Commentator, Deus eſt cauſa rerum in triplici genere, vtpote efficientis, & formalis, ſeu exẽplaris, atq; finalis. Et quantum eſt cauſa efficiẽs, nõ mouetur per ſe, cum non ſit corpus, nec magnitudo corporea, ſed virtus immenſa: q̃ nec eſt corpus, neq; eſt in corpore terminato. & inquantũ eſt cauſa formalis, non mouetur per accidens, cũ non ſit forma inhærens: nec exẽplar, quo agit, dependet à rebus: & inquantum eſt cauſa finalis, non mouetur ab intra, cum ipſe ſit omnium vltimus finis, nec tendat in aliũ finem. Veruntamen rõne ſuorum effectuum, ac donorũ, dr̃ aliquo modo moueri. Propter quod diuinus Dionyſius 9. de diuinis nominibus cap. affirmat Deũ moueri rectè, & obliquè, ac circulariter. Rectè, inquantũ indeclinabiliter, inflexibiliter, ac continuè operatur in rebus: obliquè, quia cauſata influentiam eius difformiter capiunt: circulariter, quia à ſummo ſm̃ influentias deſcendit per media vſq; in infima. Infima quoq; reducũ tur per media ad ſupremum: & ita ad id, à quo exitus cępit, fit reditus ſicut in circulo. Vnde & primo ca. angelicæ hierarchiæ teſtatur. Omnis proceſſio luminum, patre moto, in nos optimè, ac largè proueniet. Vbi loquit̃ Hugo: Motus patris, effectus eſt ſuæ æternæ benignitatis: qua ſola mouetur, vt ſua ſuper nos lumina fundat. Mouetur, non turbatione ſui, ſed miſeratione noſtri: mouetur, non ſe concutiens, ſed nos colligens, & reducens: nõ ſe euacuãs, ſed nos replens: mouetur, vt ad nos veniat, non vt à ſe recedat: mouetur vt nobis eſſe incipiat, quod non erat, & non mouetur, vt ſibi deficiat eſſe, quod erat. ¶Si autem obijciatur, quòd Deus eſt nunc in mundo, vel in iſto, aut illo, in quo ante non erat, ergo videtur mutatus. ¶Rurſus, motis nobis, mouentur omnia, quæ in nobis ſunt, ſed Deus eſt in rebus, quę mouentur, ergo mouetur ad motum earũ ¶ item rũ forma, ſeu actio eſt in eo, quod denominat: ſed Deus à motu dicitur motor, ergo motus eſt in eo. Dicendum ad primum, q̃ Deus eſt vbi, ſeu in quo ante non fuit, nõ per mutationem ſui, ſed aliorum. ¶Ad ſecundum, quòd motis rebus, mouentur, quę in eis ſunt per inhærentiam, aut dependentiam. ¶Ad tertium Auicenna reſpondet, quòd forma, aut actio non eſt ſemper in eo, quod denominat, cum opus dicatur humanũ non propter humanitatem, quę ſit in opere, ſed in operãte: conformiter motus motorem denominat non ſemper, quia in motore, ſed interdum, quia ſolum eſt in moto. Hæc Aegid.

Deus moueri dicit̃ ratione effectuum. Quomodo Deus mouetur rectè, obliquè, & circulariter.

Hugo.

Obijcitur. 1 2 3

Soluto 1.

Ad 2.

ad 3.

Forma nõ ſemp ineſt ei, quod denominat.

Durand⁹.

¶Amplius circa hæc ſcribit Durandus: Aliq̃d poteſt dici mutabile per potentiã, quæ eſt in altero tãtum, vel per potentiã, quæ eſt in ipſo. Et vtroq; modo Deus eſt immutabilis, & creatura mutabilis, q̃d patet de creatura. Omne quod ſm̃ ſe totum dependet ex virtute, & cõpoſitione alterius ſm̃ ſe totum mutabile eſt ex ſubtractione influẽtiæ illius, talis autem eſt omnis creatura. Inſuper maioris videtur eſſe potentiæ rem cauſare, q̃ cauſatam relinquere ſiue deſtruere. ſicut ergo potuit Deus res creare, ſic creata poſſet annihilare, hoc tamẽ propriè non vocatur mutatio, quia non manet idem iam, & antè, aliter, ac aliter ſe habens. Ideò etiã alio modo omnis creatura aliquo modo eſt mutabilis per potentiam, quæ eſt in ea, vtpotè ſecundum formam ſubſtantialem, vt corruptibilia: vel accidentalem, vt alterabilia: aut ſecundum locum, vel electionem, agnitionem, ſeu affectionem, vt ſpirituales ſubſtantię: Deus autem nullo horum modorum mutabilis eſt,

eſt, quia nec dependet ab alio, & in ſeipſo omnino perfectus eſt. Hæc Durandus.

Richard⁹. Oĩs creatura ſuapte natura annihilabilis.

¶Hinc Richardus: Oẽs creaturę, aut corruptibiles ſunt ab ente in actu, in ens in potentia, vt generabilia: aut variabiles, aut mutabiles ab vno actu in alium. quod eſſe poteſt ſm̃ formam ſubſtantialem, ſicq; variatur materia inferiorum: aut ſm̃ formam accidentalẽ corporalem, vt corporale ſubiectum, præſertim corruptibile: aut ſm̃ locum, vt corporalia, & etiam aliquo modo animæ, & angeli: aut ſm̃ affectiones, ut ſubſtantię immateriales. Omnes quocunque creaturę ſunt vertibiles. i annihilari poſsibiles, ſi ſuæ relinquerentur naturę. Propter quod 1. libro capitulo 3. aſſerit Damaſcenus: Quorum eſſe à verſione (. i. productione ex nihilo) incipit, hæc verſioni ſubiecta ſunt. Et Auguſtinus 4. ſuper Geneſim proteſtatur: Si ab his, quæ creata ſunt, regendis, & conſeruandis virtus quãdoq; ceſſaret diuina, ſimul illa deſineret ſpecies, oĩſque natura concideret. Et hoc rationabile eſt. Quemadmodũ. n. antequã crearentur nõ erat in eis potentia aliqua, qua fieri poſsibiles erãt, ſed poſsibile fuit eas creari ſolum diuina potentia: ſic poſtquã creata ſunt, non eſt in eis potẽtia, qua poſsint in ſuo eſſe conſeruari, niſi per diuinã manutenerentur potentiam. Vnde 6. Metaphyſicæ ſuæ loquitur Auicenna: Omne creatum in deſinenter eget datore proprij eſſe. Hæc Richardus.

Damaſce.

Auguſt.

Auicenna.

Plato.

¶Quibus conſonat, quod in 1. Timæi Plato inducit Deum Deorũ ad ſuperiores creaturas loquentem: O dij Deorum, quorũ pater, & opifex ego, natura, quidẽ corruptibiles eſtis, mea autem voluntate incorruptibiles permanetis. ¶Inſuper ad hæc clariùs intelligẽda valet, quòd Thomas his ſcribit: Motus quocunq; modo dicatur, ſequitur potentiã, ſeu potentialitatem. cumq; omnis creatura habeat aliquid de potentia, oportet omnes creaturas eſſe mutabiles. Eſt autem duplex potentialitas in creatura. Vna, inquantũ eſt creatura. Alia ſecũdum id, quod nata eſt habere. Prima cõſequitur creaturam, ſecũdũ quod habet eſſe ab alio. Quicquid enim habet eſſe ab alio nõ per ſe, neceſſe eſt eſſe, ut probat Auicenna. Hæc autem poſsibilitas dicit dependentiam ad id, à quo eſt. Quæ poſsibilitas duplex eſt. Vna eſt ſecundum dependẽtiam totius eſſe ad creatorem, quam ſequitur mutabilitas quædam, quæ eſt vertibilitas in nihil, quæ non eſt propriè mutabilitas. Primò, q̃a in omni mutabili eſt aliquid, quod ſubſternitur ei, quod per mutationem amouetur ſiue acquiritur. Secundò, quia nihil dicitur poſsibile cuius contrarium eſt neceſſarium, vel quod non poteſt eſſe, niſi impoſsibili poſito in eſſe. Eſſe autem creaturæ non poteſt omnino deficere, niſi retrahatur omnino influxus diuinæ bonitatis in creaturas: & hoc eſt impoſsibile ex immutabilitate, voluntatis diuinæ, quæ aliter decreuit. imò contrarium eſt neceſſarium. idcirco creatura non poteſt ex tali retractione ſimpliciter dici corruptibilis, ſiue mutabilis, ſed ſub conditione, puta ſi ſibi relinquatur. Alia eſt dependentia, ſeu poſsibilitas rei ſecundum patrem ſui, videlicet ſm̃ formam, pręſuppoſita materia, vel eo, quod eſt loco materiæ. hancq; poſsibilitatem ſequitur mutatio variabilitatis: quoniã id, quod habet ab alio, poteſt amittere quantum eſt in ſe, niſi forte impediatur ex immutabilitate cauſæ. Et ſic beati ſunt immutabiles, in eſſe gloriæ ex immobilitate voluntatis diuinæ. Secunda poſsibilitas conſequitur creaturam ex hoc, q̃ non eſt perfecta ſimpliciter: q̃a ex hoc ſemper poſsibilis eſt ad receptionẽ, ideoq; mutabilis. Hæc Thomas. Quæ autem de hac re ſcribit in Summa, in verbis Durandi, quę inde ſumpta videntur, & aliorum, nũc habita ſunt.

Thomas.

Creaturæ duplex ineſt potentialitas.

Annihilatio nõ eſt ꝓpriè mutabilitas.

¶Aduertenda ſunt item, quæ circa hæc ſcribit Albertus: Sententia Hieronymi, & Auguſtini eſt, q̃ omne, quod eſt, aliquo modo ſit tẽporale præter creatorem, atq; q̃ uerba hæc, fuit & erit, aliquo modo dicantur de omnibus præterquam de Deo. Allegat enim Magiſter in litera Auguſtinum 5. de Trinit. di cẽtem: Deus verè, ac propriè appellatur eſſentia, cuius eſſentia non nouit præteritum, vel futurum. Hieronymũ quoq;, qui ait: Deus ſolus veræ eſſentiæ nomen tenet: q̃a in eius comparatione, qui verè eſt, q̃a incommutabilitas eſt, quaſi non ſunt, quæ mutabilia ſunt. De quo enim dicitur, fuit, nõ eſt: & de quo dicitur, erit, nondum eſt. Deus enim tm̃ eſt, qui non nouit fuiſſe, neq; futurum eſſe. Vnde & Auguſtinus 8. ſuper Geneſim ſcribit: Deus nec loco, nec tempore motus, creaturam ſpiritualem mouet per tẽpus, & non per locum: corporalem autẽ, per tempus, & locum. Hinc videtur dicendum, q̃ dum verba hęc, erit, fuit, dicuntur de Deo, dicunt nunc æternitatis ſtans in tota duratione æuiternorum. Variatio autem ſignificata per verba illa, eſt in inferiori menſura, quæ eſt tempus. Ideo reſoluuntur à doctoribus illæ locutiones hoc modo: Deus fuit. i. Deus eſt, reſpectu cuius accipitur aliquod tẽporale, quod duratio Dei præceſsit: Deus erit. i. Deus eſt, reſpectu cuius accipitur aliquod temporale, quod duratio Dei ſequetur. Quoniam autem in duratione angelorum, vel in potentia eorum ad eſſe, difficile, aut impoſsibile eſt hoc aſsignare, ſi tempus dicatur eodem modo, ideo eligẽda vr̃ hæc uia q̃ tempus mul tipliciter dr̃: primo menſura motus primi mobilis, qui motus cauſa eſt omniũ motuum aliorũ. & illud tempus ſm̃ ſe totũ, menſurat primi mobilis motũ, & ſm̃ partes ſuas, menſurat motus cauſatos ab ipſo prout ait philoſophus, q̃ eſſe in tẽpore, eſt quadam parte tp̃is menſurari. Et tempus ſic ſumptum, non eſt vnũ de coæquæuis: nec Deus per hoc tempus mouet angelos in numero, & ſucceſsione intellectionũ, & affectionum eorum, quia nihil horũ eſt ordinatum ad motũ cęli. Dicimus ergo, q̃ tempus alio mõ eſt menſura cuiuſcunq; mutationis ſint habẽtis mediũ, ſiue non: mutationis inquã, non ordinatæ ad motũ cæli. & hoc tẽpus differt, ac numeratur ſm̃ tẽporalia, nec eſt vnũ temporalium omniũ. Tertiò dr̃ tempus menſura mutationũ ſimplicium, ſicut ſunt velle, & intelligere, quod etiã nõ eſt omniũ idem. Sicque largè ſumpto tp̃e, oĩs creatura eſt tp̃alis in eſſe, & poſſe, ac agere. In eſſe, q̃a in nihil decideret ex ſe: & quod cõſeruat̃, ac manet, hoc eſt ab alio. ideò cõtinuus defluxus ipſius eſſe per naturã, eſt tẽporalis. & aliquid in ipſo continuè præteriret, niſi ab alio contineretur. Similiter poſſe ſuũ idcirco non ſtat totũ ſimul, quantum eſt de ſe. De operatione verò certum eſt, q̃ vicisſitudinem habeat. Præterea q̃is impropriè concedat̃, q̃ Deus ſe moueat, non tm̃ concedendum vr̃, q̃ moueat̃ à ſe, vel quod ſimpliciter moueat̃. non. n. mouet ſe in ſe, ſed in donis, & effectibus, per quę mouet creaturã, & procedit ad eius inhabitationem. Hæc Albertus. Qui de his ſcribit diffuſè, quanq̃ nonnulli aliter ſentiant.

Albertus.

Auguſtin.

Hierony.

Auguſtin.

Tempus multipliciter dicitur

Creatura omnis eſt tẽporalis.

Deus non mouetur à ſe.

Vdalric⁹. 2. Timo. 6.

¶Vdalricus autem concordat: Qui etiam 2. ſuæ Sũmæ lib. exponens, quod ait Apoſtolus, Qui ſolus habet immortalitatẽ dicit, q̃ intellectuales creaturę tribus modis poſſunt dici mortales. Primo, p cõparationẽ ad Dei immortalitatẽ, à qua diſtant in infinitũ. ſecundo, cõditionaliter, utpotè ſi ſibi ipſis relinquerent̃. tertiò prout oĩs mutatio dr̃ quędã mors.

Creatura ſ intellectualis eſt mortalis trib⁹ modis.

Cum

Cum enim viuere, sit esse viuentibus: perfecta operatio rei, vita eius vocatur. & quia in omni creatura est mutabilitas aliqua, dicitur in ea esse quædam mortalitas: & dum aliqua eius actio desinit, est in ea, quædam huiusmodi mors. ¶Deniq; Alexander circa hæc ait: Duplex est mutatio, seu mutabilitas, puta ad esse, & in esse. Prima competit omni creaturæ, inquantum ex nihilo ad esse deducta est. Mutatio autem in esse, est duplex. Vna, in esse substantiali, quæ generabilibus, & corruptibilibus competit: alia in esse accidentali, quæ omnibus conuenit creaturis, quantum ad quasdam earum actiones, seu dispositiones. Deus verò nullo horum modorum mutabilis est. Hæc Alexander.

Alexãder. Duplex mutatio.

¶Petrus quoque: Quemadmodum, inquit, mortale, ita mutabile dupliciter dicitur. Primò, à necessitate mutationis: & sic non omnis creatura est mutabilis, eo quòd habeat necessariam, seu immutabilem causam suæ conseruationis. Secundò, à possibilitate mutationis: & hoc dupliciter, scilicet à possibilitate remota, videlicet si Deus influentiam suã retraheret. sicque omnis creatura mutabilis est. Et à possibilitate propinqua, sic multa sunt immutabilia, quantum ad esse. Hæc Petrus. ¶Ad primum obiectum dicendum, quòd in Deo sunt penitus idem, voluntas, volitio, & volens. Voluntas dicitur Deũ mouere ad agendum secundum nostrum modum intelligendi, non quod sit ibi realis motio, aut motionis productio, sed quia non agit aliunde coactus: imò liberrimè operatur, & sua voluntas sapiẽtialis, inuariabilis, ac prorsus immobilis est immediatum productiuum principium rerum. Ex quibus datur responsio vera, & efficax ad omnia philosophorum argumenta prætacta. Itaque dico, quòd in supersimplicissimo, atque incommutabili Deo realiter idem sunt, actiua agendi potentia, & actio immanens, nec est ibi realis exitus de vno in aliud, quasi in condistinctum, sed iuxta modum nostræ intellectionis de Deo loqui compellimur: quia eius simplicitatem in seipsa intueri, & dignè exprimere non valemus. Si autem per actum, in quem exit, intelligatur effectus: verum est, quòd ille realiter differt à Deo creante, & illum producendo, exire seu procedere dicitur, non quia in seipso moueatur, sed quia intra se practicè apprehendit, vult, ac iubet effectum produci. Cumque ipse sit sapientia penitus infinita omnipotens, incommutabilis, producit de nouo absque suijpsius mutatione: quoniam quicquid producit in tempore, vel produxit simul cum tempore, æternaliter, & inuariabiliter ordinauit, proposuit, & decreuit tunc, & aliter operari: sicut & homo potest hodie firmiter intra se proponere, aliquid post annum efficere, & sine suæ voluntatis mutatione post tantum tempus propositum exequi.

Petrus. Mortale dupliciter dicitur.

Soluuntur argumẽta initio quæstionis proposita.

Vnde philosophorũ argumẽta reuincantur.

¶Cumque obijcitur, q̃ Deus aliter, & aliter habet se producendo de nouo, aut volendo aliquid nunc creare, quod noluit ante creare: dicendum, q̃ Deus in seipso nequaquam aliter, & aliter habet se, sed aliter habet se ad creata, non per mutationẽ factam in ipso, sed in rebus creatis. Sicque dicitur factus creator, gubernator, iudex, conseruator, & dominus, non quòd aliqua realis relatio aduenerit ei, nec talia dicant realem relationem in ipso, sed in creaturis, quæ realiter ab ipso dependent. Est tamen realiter dominus, creator, & rector, ex reali effectuum. relatione ad ipsum. & absque omni nouitate ipsius, sed sicut ab æterno præordinauit. Et ita de non agente fit agens, non quod in ipso sit realе fieri, sed quia realis effectus ab ipso procedit, & hoc iuxta inuariabilem dispositionem ipsius, nec fit de non volente volens, imò ex inuariabili uoluntate producit tunc dum producit: quia tunc producere æternaliter voluit. Nec propriè loquendo expectauit tempus, cum ipse sit totius temporis causa. Sed si tempus expectasse dicatur, potest ita intelligi, quòd non produxit quousq; tempus, seu tunc temporis aduenirет, in quo producere æterna liter, inuariabiliterque decreuit. Quod si quæratur, quæ fuit ratio dilationis, aut quid determinauit eius voluntatem, aut sapientiam ad producendum tunc, & non ante: responderi potest, quis consiliarius eius fuit? & item, quòd primæ causæ, non est causa. & rursus, quòd ante mundi productionem, non fuit tempus, ideo nec dilatio propriè. Et sicut non quæritur sapienter, quare non fecerit mundum altius, vel bassius, quia ante creationem non fuit locus, aut situs: ita nec sapientialiter interrogatur, cur non fecit mundum priùs, neque posteriùs, quia non extitit tempus. Nihilominus ex illuminatione diuina, & scripturarum instructione assignantur rationabiles causæ, cur non ab æterno, sed de nouo, seu simul cum tempore condiderit mundum, videlicet vt innotescat, quòd non necessitate naturæ, sed liberrima voluntate produxerit vniuersum: & quia ex hoc clarissimè, atque facillimè potest probari, Deum esse, & ipsum solum æternum consistere. Veruntamen ista materia magis ad secundum pertinet librum. idcirco pertranseundum.

Retundit replica.

Isaiæ. 41. Roma. 11.

Quæ cã creationis mũdi cum tempore.

¶Porrò ad præallegatas auctoritates scripturæ, in quibus motus, seu mutatio, pœnitentia, dolor, ira, alteratio, inuariabili Deo attribuuntur: dicendum, quod spiritussanctus morem gessit, & condescendit infirmitati humanæ, imbecillitatique intelligentiæ nostræ. Idcirco induxit sanctos ad loquendum de Deo more humano, non quòd in deitatis natura sint talia per veritatem affectionũ, sed quòd per similitudinem effectuum conueniant creatori: quia per modum dolentis, irati seu contristati se habet, destruendo quod fecit, reuocando, seu non implendo, quod dixit: quia videlicet sub conditione, aut ex comminatione locutus fuit, & peccata hominum obicem præstiterunt, & vltionem expetierunt. Itaque sapientia increata, seu spiritussanctus dicitur mobilis, & omni mobili ente mobilior, quia velocissimè operatur, & quia in suis effectibus, ordinatè procedit, vnum post alium illustrando. Vel actiuè dicitur mobilis: quoniam alia mouet quemadmodum animal appellatur sensibile, quoniam sentit, quanquam sentire dicatur quoddam pati. Pariformiter Deus dicitur quosdam nũc diligere, nunc odire, non quòd in ipso sit facta affectionum mutatio, sed secundum præsentem iustitiam, & meritorum exigentiam, atque effectus similitudinem. Verum secundum æternam prædestinationem, & præscientiam suam incommutabilem, inuariabiliter, & æternaliter amat electos, oditque reprobos.

Cur passiones humanę Deo attribuũtur.

Sap. 7. Spũssanctus cur omni ente mobilior.

¶Præterea ad obiecta quibus probatum est, creaturis immutabilitatẽ competere, respondendum, q̃ peripatetici motũ, & mutationẽ naturalem ex parte materiæ prouenientem, dixerunt non conuenire substantijs seiparatis. Nihilominus philosophi circa substantiarũ illarum notitiam multipliciter errauerunt, ut suis locis patebit, & patuit. Qualiter autem conueniat eis loco, & operatione esse mobiles, siue immobiles, iam tactum est partim, & infra (præ-

Creaturis non conuenit immobilitas.

sertim libro secundo) habet ostendi.

2. Cor. 13.

¶Per hoc demum quod scribit Apostolus, Stabiles estote, & immobiles, non aliud quàm virtutum constantia, & reformatio passionum, seu abstinentia à motibus vitiorum insinuatur.

Ad vltimum dico, quòd ad omnem effectum, seu cuislibet creaturæ productionem, hoc est, tam ad necessariorum, & incorruptibilium, quàm ad corruptibilium, ac contingentium creationem, Deus omnipotens, & excelsus vniformiter, & æquè liberè, & æquè inuariabiliter, seu æquè necessariè habet se, quantum est ex parte ipsius, nisi quòd singula proprijs exemplaribus rationibus est producens. alioquin idem manens idem, facit idem: & ab vno eodem mõdo se habente, non nisi vnum, & idem procedere perhibetur. Itaque sicut Deus gloriosus, & adorandus vniuersa tam perpetua, & immaterialia, quàm corruptibilia, & contingentia inuariabiliter, infallibiliterque cognoscit, sic omnia ista liberrimè fecit, nec aliquid necessariò condidit: tamen quantum est ex parte ipsius, necessarium est vt inuariabiliter habeat se ad cuncta agenda, ita quòd aliter se habere non potest in faciendo, quàm decreuit: estque necessarium, vt sic agat, sicut agere inuariabili voluntate, ac perfectissima sapientia sua instituit. Et hæc necessitas est partim (vt tactum est) conditionata. absolutè enim loquẽdo, aliter facere, imò & non facere posset. Quamuis autem Deus propriè loquendo sit immobilis, mysticè tamen seu metaphoricè loquendo, secundum Thomam de Argentina, dicitur mobilis, ac moueri, ita vt dicatur moueri motu circulari, omnia gubernando: motu recto, iustos remunerando: motu obliquo, impios à peccatis purgando. Eodem modo dici potest, quòd mouetur motu naturali, omnibus creaturis iuxta earum capacitatem se communicando ex inolita sibi bonitate: motu violento, iniquos dãnando, ac puniendo: quod est, quasi peregrinum, & alienum ab eo, cui proprium est misereri, & parcere: motu voluntario, omnia conseruando in esse. Sic etiam moralizari potest dictum philosophi, qui assignat motum à centro ad centrum, & circa centrum, ita q̃ Deus mouebatur, quasi ad centrum in incarnatione, à centro in ascensione, circa centrum vndique prædicando.

Thomas Argenti.

Nota de multiplici motu diuino.

Scotus.

¶Postremò circa hæc Scotus scribit prolixè, de cuius scriptis aliquid est tangendum, quanquam ad secundum sententiarum magis pertineant. Grãdem namque inquisitionem inducit, qualiter ab incõmutabili Deo potest esse effectus formaliter habens esse necesse, seu necessarium, & incorruptibile, aut indestructibile esse. Itaque ait: Cum Deus sit perfectè simplex, omnino immutabilis est. Maiorem verò habet difficultatem hæc quæstio. Nam circa hanc partem theologi, atque philosophi discordant. Siquidem circa intentionem Aristotelis, ac Auicennæ declarandam, dicunt, quòd decem modis potest se aliquid habere ad esse. sed pro nũc sufficit tres modos narrare. Etenim aliquid aliud à Deo puta intelligentia, tripliciter ponitur esse. Primò quòd ex se sit necesse esse formaliter, sed à Deo causaliter secundò, quòd ex se sit formaliter necesse esse, & ab alio dependenter, ita quòd propter essentialem ordinem contradictio esset secundum esse sine primo, non econuerso: sicut est ordo inter magis: & minus perfectum, vt inter causam, & effectum. Tertiò, quòd aliquid habeat ex se esse potentiale, ab alio autem necesse esse, quæ illud necessariò causa, qui modus implicat. Quod enim est causatum ab alio, est ex se non ens, & possibile ad esse. aliter impossibile causaretur. sed quod est necesse, nullo modo est possibile, ergo inconueniens est philosophum hunc posuisse modum.

Aristo. Auicenna.

Tres modi habendi se ad esse.

¶Vlteriùs quidam imponunt philosopho, quòd voluerit primo cœli, & mundi, quod quelibet substantia habeat suum esse ex sua natura, hæc semper, ista quandoque, ita quòd hæc necessariò semper est, hæc necessariò quandoque non est: nec aliter, queat esse, nisi una natura mutaretur in aliam. Vel quòd duæ naturæ contrariæ simul sint in eodem, ut primo cæli Aristoteles, & Commentator deducunt. Hinc dicunt quòd secundum philosophum, cæli, & intelligentiæ non habent esse causatum, nec per creationem esse, aut substantiam suam à Deo, sed per dependentiam tantum.

¶Dicunt quoque in summa, quòd philosophus posuit quamlibet intelligentiam esse vnum Deum; quia dum duodecimo metaphysicæ probasset philosophus, quòd Deus non est virtus in magnitudine corporali, quærit an sint multi, & quærit multitudinem intelligentiarum ex numero cœlestium orbium, & quærit vtrum ponendum sit talem substantiam esse vnam an plures: cum tamen, ante probasset, quòd sunt infinitæ virtutis. Quamuis autem (ut dicunt) philosophus sic posuit quamlibet intelligentiam esse Deum, ac infinitæ virtutis: posuit tamen ordinem inter eas, propter essentialem ordinem vniuersi, non autem dependentiam secundum causalitatem, ita quòd haberent suum esse à primo, sed secundum perfectiùs, & minùs perfectum, sicut est ordo in numeris, & figuris. Hæc Scotus.

¶Quo circa sciendum, quòd specialiter notat Henricum, qui (vt paulo post pandam) in quodlibetis suis, & in Summa sua scribit diffusè hæc omnia.

Scotus cõtra Henricum.

¶Deinde arguit contra Henricum: Ostendo, inquiens, quòd hæc non fuit intentio philosophi, eadem ratione, qua ipse probat philosophum hoc sensisse. Nempè ut ait, philosophus non dixit contradictoria, sed contradictio est, quòd aliqua intelligentia dependeat à primo ente in essendo, propter essentialem ordinem vniuersi. & tamen ex se sit necessarium esse, utpotè habens esse ex se, non aliunde. A quo enim aliquid non habet esse, ab illo non dependet in essendo, neque in permanendo, imò sine illo potest consistere, & manere. Non ergo philosophus ponit hoc. Insuper per auctoritates euidentiores probatur, quòd philosophus posuit id, quod formaliter necessariũ est, habere causam, à qua dependet, & sit in essendo. Dicit enim Philosophus secundo Metaphisicæ, quòd necesse est sempiternorum principia esse verissima. ergo posuit aliqua principia sempiternorum, & loquitur ibi de causa effectiua.

Aristot.

¶Ponit quoque nono metaphysicæ sempiterna esse necessaria, ergo aliquod sempiternum ponit habere causam, à qua est sua necessitas.

¶Item quinto metaphysicæ docet, conclusionẽ formaliter necessariam habere suam necessitatem ex necessitate principiorum.

¶Amplius duodecimo metaphysicæ ponit duplex bonum, videlicet bonum principis, & bonum vniuersi: atque quòd omnes cæli, & intelligentiæ ordinantur ad primum sicut ad finem, ergo intendit, quòd primum sit efficiens causa illorum. finis enim non est causa, nisi inquantum mo-

uet efficientem ad agendum. Dico ergo, quòd intentio philosophi in quæstione hac fuit, sicut & intentio omnium philosophorum commuuiter, dempto Platone, quòd omne in se necessarium, necessariò, & immutabiliter habet se ad quodcunque, ad quod habet se immediatè, & sine motu. Quoniam ergo philosophus posuit, quòd prima causa efficiens necessariè habet se ad secundam, ideo secundum est necessarium: non tamen ex se, sed ex primo, qa primum necessariò causat ipsum: sicut nos ponimus, quòd pater ex necessitate suę naturæ producit filium, filiusque productus habet necessitatem essendi formaliter, & est necesse esse: & tamen est à patre, & habet sic esse à patre: ita imaginatur philosophus de eo respectu productionis creaturæ, hoc dempto, quòd causat creaturam in diuersitate naturæ, id est, substantialiter à se diuersam. Potest ergo aliquid causaliter esse ab alio: & tamen necessarium esse formaliter: quoniam causa sua necessariò ei dat esse. Cum ergo arguitur illud, quod est causaliter ab alio, de se non est: dico cum Auicenna 6. Metaphycæ suæ, quòd omne causatũ priùs est non ens, quàm habeat esse, priùs inquam saltem ordine naturæ, & in apprehensione intellectus: attamen licèt secundum naturã nõ esse eius sit priùs suo esse, nihilominus necessariò simul sunt duratione. sicque prioritate naturæ priùs fuit in potentia ad esse, quàm in actu essendi.

Aristot. ¶Præterea, contra hoc, quod doctor ille imponit philosopho dixisse, quamlibet intelligentiam esse infinitæ virtutis, & sic esse Deum vnum, arguitur ita: Philosophus 12. metaphysicæ scribit, quod omnia ordinantur ad vnum primum sicut ad vltimum finem, secundum magis, & minus, prout plus vel minus distant ab illo. sed infinito repugnat ordinari ad aliud sicut adfinem, quià sic esset finitũ. Ponit quoq; ordinem inter intelligentias, ita quòd vna est prior, & altior alia: quod esse non posset, si essent infinitæ virtutis. Et quamuis philosophus postquam probauit vnam esse infinitæ virtutis, quę rit, an sint plures tales. non tamen refert hoc ad infinitatem virtutis, sed an sint plures tales, videlicet immateriales, & simplices. Hæc Scotus, qui de his scribit prolixè, prout opportunioribus locis, si Deus sic ordinauerit, referetur.

Henricus. ¶Nunc aliqua ex dictis Henrici tangenda sunt. Itaque 5. quodlibeto quærit, utrum Deus necessariò producit quicquid exteriùs immediatè producit, & respondet ad hoc: Erat sententia philosophorum ut recitat Auicenna 9. Metaphysicæ suæ, quòd Deus triplici necessitate in vnum concurrente agit ea, quæ immediatè agit, & quæ in prima rerum productione fecit. Quæ tria sunt: sua essentia, scientia, & voluntas: quæ sunt vnum in re, ita quòd primò, & per se agit necessitate suæ naturæ: quia virtutis primæ non est aliud sua essentia, quàm actio sua, nisi secundum rationem. sed sic non agit Deus per necessitatem naturæ, nisi secundum modum suæ scientiæ discernentis, suæque voluntatis complacentis. De scientia autem Dei dicit ibidem: Sua scientia est sciens, quod sua perfectio, & sua excellentia est ut fiat bonum. & hoc est de concomitantibus gloriam suam? atque ex hoc, quòd intelligit se, sequitur ordinatio bonitatis, seu voluntatis in esse: & intelligit qualiter est possibile, & eleganiùs prouenire esse totius, sicque fluit bonitas eius fluxu, quo perfectiùs peruenitur ad ordinem secundum possibilitatem. Omnis autem scientia, quæ scit, quod prouenit ex ea, & non miscetur ei impedimentum, placet ei quod prouenit ab ea. ergo primò placuit ei, ut ex sua essẽtia flueret omne, quod est. Porrò positio philosophorum talis erat, vt recitat Auicenna: Quicquid à Deo est, necessarium est: quantum ad hoc, quod ab illo est. Alioquin esset in Deo dispositio, quæ non erat, qua scilicet fieret agens, & ad actionem applicaretur, si non ageret de necessitate. & quia natura non est nisi ad vnum, ideo primum non potest producere nisi vnum immediatè.

Deus non agit naturæ necessitate. ¶Sed hæc omnia vana, & friuola sunt: quoniam agens necessitate naturæ, non potest esse absolutum, seu liberum, ac independens ab eo, quod agit: quia necessitas tendendi in aliud, & absolutio, seu libertas, ac independentia, contraria sunt. sicq; perfectio primi dependeret ex suo effectu. Verumi ad hoc Auicenna respondet, q; Deus non agit ob propriam perfectionem consequendam, sed ut suũ esse communicet alijs, non quòd esse eius sit propter aliud à se, quemadmodum aqua refrigeratur propter seipsam ob suam speciem conseruandam, non vt refrigeret, seu infrigidet aliquid aliud extra se, sed hoc consequitur eam, nec prodest ei.

¶Quod autem dicit, q; nisi sic ageret, ex necessitate naturæ aduenireti ei dispositio noua, qua de non agente fieret agens, non oportet: quoniam voluntate æterna immutabili, ac libera potest effectũ producere nouum, nec tantum vnum, sed plures, ac diuersos. Nec agit necessitate suæ scientiæ, siue ut concomitantis naturam, siue ut absolutè. sic enim sequeretur essentia dependentia ad producta. Deus verò in se cognoscit omnium rationem. Nec agit voluntatis necessitate, quia nec alia volita à se habent necessariam habitudinem ad ipsum. Sed scire oportet, quòd alia à Deo possunt dupliciter cõsiderari. Primò ad esse essentiæ, quod est esse eorum quidditatiuum: secundò, quoad esse existentiæ. Primo modo existentia extra Deum, essentialem habent habitudinem ad ipsum, & ad bonitatem ipsius. Quod enim est aliqua per essentiam, & naturam, licèt non sit in existentia aliqua extra intellectum: tamen non potest non esse tale, nec potest non habere rationem perfectionis idealis, in Deo, nec Deus potest non habere rationem perfectionis idealis ad ipsum. Loquendo ergo de isto esse quidditatiuo, conceditur, quòd Deus de necessitate vult, quocunque vult, & omnia illa vult seipsum volendo. Porrò secundo modo ea, quæ sunt extra Deum, accidentalem habitudinem habent ad ipsum: quia essentiæ rerum quantum in ipsis est, indifferenter se habent ad esse, & ad non esse existentiæ actualis. Et quo ad hoc esse, Deus non vult de necessitate, quæ extra ipsum sunt, nec producit ea, de necessitate. Cum ergo arguitur, quòd Deus de necessitate scit id, quod vult facere: dicendum, quòd verum est de necessitate consequentiæ: non consequentis: quoniam antecedens non est necessarium simpliciter, scilicet quòd Deus vult facere id, quod facit, nisi considerando actum voluntatis vt est in Deo diuina essentia, qualiter non consideratur in proposita quæstione, sed solum secundum, quòd actualiter transit in volitum. Hæc Henricus loco prefato.

Henricus. At verò quodlibeto 8. quærit, an aliqua creatura vt substãtia separata, seipsa sit formaliter necesse esse Et arguit q; sic: Quod habet causam intrinsecam sui esse formalẽ, sibi semper pśentẽ, est ex se formaliter necesse esse: substantiæ illæ sunt tales. Illæ namque

quę substantiæ sunt simplices formæ, quibus habent esse, quæ propter suam simplicitatem ipsis abesse non valent.

¶Item quod non potest relinquere causam formalem sui esse, ex se formaliter est esse necesse: sed substantiæ separatæ sunt tales, quia secundum Proclum propositione quadragesimaquinta, Nullum simplex relinquit seipsum.

Auicenna. ¶In contrarium est Auicenna, probans quod non nisi vnum necesse esse.

Vndecim essendimodi. ¶Circa hæc ponit Henricus vndecim modos essendi. Primus est eius, quod ex se formaliter est ens, & à nullo principiatiuè, sicque solus pater in diuinis habet esse. Secundus modus est eius, quod est ex se formaliter ens: & tamen habet esse suum ab alio. Quod potest poni tripliciter; videlicet principiatiuè, sicut filius, & spiritussanctus: & causatiuè, sicut inferiora corruptibilia: ac dependenter. Dicuntque aliqui, quòd philosophus posuit substantias separatas ex se formaliter necesse esse: & tamen a Deo creatiuè consistere, quia sunt in aliena substantia. Sed veriùs creditur, philosophum tertio modo posuisse mundum, & ingenerabilia, atque incorruptibilia habere ex se esse formaliter, sed solum dependenter ad primum. Deinde doctor hic probat impossibile esse, & implicare, quòd aliquid sit ex se formaliter necesse esse: & tamen sit causatiuè ab alio. Quod enim esse habet ab alio, ex se est in potentia ad esse. Et hoc potest esse dupliciter, scilicet subiectiuè, sicut materia, ex qua aliquid generatur, est in potentia ad esse substantiale: vel obiectiuè, sicut terminus productionis est in potentia, vt sit. quod verò ex se est necesse esse formaliter, non est in potentia ad esse, sed semper ad necesse esse ens actu: quia necesse esse, & possibile esse propriè sumpta, opponuntur: quamuis possibile esse communiter sumptum, sequatur ad necesse esse. Propriè autem acceptum possibile esse, potest etiam non esse. Quod autem necesse est esse, non potest non esse: ergo quod habet esse ab alio, non est ex se necesse esse formaliter. Deinceps Henricus nititur ex uerbis Philosophi, & Commentatoris sui prolixè probare, quòd intentio fuit ipsius Philosophi, corpora cælestia, & intelligentias non habere suum esse à Deo nisi dependenter, non effectiuè.

Henricus. Auerrois. Vnde 12. Metaphysicæ Auerrois narrat, dicens: Iohannes grammaticus magnam mouit Peripateticis quæstionem, dicendo: Si omne corpus habet finitam potentiam, & cœlum est corpus, ergo finitam habet potentiam, & omne finitum est corruptibile, cum non possit durare in infinitum, ergo cœlum est corruptibile & cętera. Denique, quòd philosophus dixit esse impossibile inueniri in substantijs subsțantiam ex se possibilem, & necessariam ex alio, fuit ex hoc, quòd posuit permanentiam subsțantiæ æternam non esse nisi ex se, ita quòd nullo modo causatiuè ex alio. Hinc posuit impossibile esse, aliquid fieri à Deo ex nihilo, aut factum tale perpetuò conseruari in esse, sed Deum omnino nihil agere circa res, nisi quòd ex ordine quodam, ac dependentia quadam ad ipsum, conseruarentur in esse per ipsum Verum in his opinio Auicennæ multo verior, & veritati fidei fuit propinquior: quoniam omnia, quæ sunt contra Deum, dixit profluxisse ab illo, & ex se non esse. Dicit tamen Deum esse causam rerũ ex necessitate naturæ suæ. Porro nec fides catholica, nec Auicenna, nec Plato, ponunt mundũ incepisse post tempus præcedens, imò affirmant tempus incepisse simul cum mundo: sed fides & Plato, quòd non cœpit ab æterno: Auicenna autem, quòd ab æterno incepit.

De mundi æternitate ¶Consequenter Henricus arguit contra eos, qui dicunt, quòd absolutè loquendo mundus potuit ab æterno creari à Deo, ita quòd verè haberet esse ab ipso: & tamen non nisi ordine naturæ esset posterior.

Dionysi⁹. ¶Cuius oppositum tenet Henricus, qui in ista quæstione ponit multa, quæ censentur valde ambigua, & obscura, ut quòd creaturæ, quo ad esse existentiæ, non habent ideas in Deo: & quòd Auicenna in rebus incorruptibilibus, non distinxit inter rei essentiam, & existentiam, & quòd Plato dixit mundum non fuisse ab æterno.

Sententia Aristotelis, à quo ois creatu ræ esse æ fluxerit. ¶Porrò alia, quæ principaliter intendit in hac quæstione defendere, ac probare, videntur stare non posse, videlicet quòd intentio Aristotelis fuit, substantias separatas, & cælestia corpora non habere suum esse, & quòd sunt a Deo verè causatiuè, & creatiuè, sed dependenter duntaxat. Et in his Scotus rationabiliter contradicit Henrico, imò solenniſsimi doctores, Boethius, Hugo, Alexander, Thomas, Albertus, Bonauentura, & cæteri frequenter præallegati, concorditer dicunt, & probant cõtrarium: atque declarant quod Aristotelis intentio fuit, uniuersa, quæ sunt citra Deum, ab ipso principiatiuè fluxisse. ¶Nec puto quod Aristoteles in 1. de cœlo, & mundo intenderit, quod Henricus sibi imponit, præsertim cum apertissimè dicat ibidem: Ab hoc ente omnibus deriuatum, seu communicatum est esse, & viuere, his quidem clariùs, his autem obscuriùs. In Topicis quoque fatetur, quòd problema de mundi æternitate, sit problema neutrum, id est, pro utraque parte probabile. In quibus utique verbis præsupponit, quòd mundus esse suum à Deo causaliter habeat. Et nisi hoc sensisset, ac præsupposuisset ibidem, iudicasset quæstionem de mundi æternitate pro parte affirmatiua certam, ac demonstrabilem esse. Nempè quòd esse habet à se, certum est non solum ab æterno fuisse, sed etiam increatum consistere.

Intelligentiæ sunt creatæ à Deo. ¶In Metaphysica demũ solidissimè probat philosophus, quòd solus Deus est purus actus, & absolutè, simpliciterq; perfectus, & illimitatus, & q̃ in cæteris cunctis etiam intelligentijs, est quædam admixtio actus, & potentiæ. Ex quibus insolubiliter sequitur, quòd nullum tale sit absolutè perfectum, aut perfectionaliter infinitum, sed solus Deus: ideoque cætera cuncta in infinitum ab eius excellentia distent, & comparentur ad ipsum, ut media ad finem, ut instrumenta ad artificem, & ut ministri ad principem: quod totum Commentator concedit.

Hieron. in laudẽ Aristotelis. ¶Insuper omnis intellectus benè dispositus abhorret ponere plura increata: & si intelligentiæ essent increatæ, non posset assignari ratio ordinis inter eas, & cur una esset perfectior alia, neq; causa dependentię earum à primo. imò quod cõuenit rei ex se, hoc conuenit ei perfectè: nec põt esse minoratum in eo, cum & species rerum in indiuisibili cõsistãt, prout hoc Thomas in Summa cõtra gentiles idoneè probat. Si ergo quęlibet intelligentia habet ex se, & à se entitatem, bonitatem, veritatem, potestatem, sapientiã, & virtutem, nihil horum erit imperfectum in ea, nec potentialitati admixtum. sicq; unaquæq; esset purus actus, & verus Deus, seu ens absolutè perfectum: quod certum est nũquam sensisse Philosophum, qui tanti fuit ingenij, ut sanctus HIERONYMVS in Regula sua testatur, ipsum fuisse

fuisse grande miraculum in tota rerum natura: & item ꝙ ei infusum videtur, quicquid naturaliter sciri potest. Non ergo intantum desipuit, nec adeo hebes fuit. ¶ Rursus agnouit, ꝙ ab eodem sit rei esse, & bene esse, & quòd ab eodem sit rei esse, & permanẽtia in essendo: si ergo intelligẽtiæ ex seipsis haberẽt esse, non indigerent primo ente in bene essendo, neque in permanendo, nec etiam in causando, & ita nequaquam dependerẽt ab ipso: imò sicut à seipsis haberent esse, ita, & uoluntatem, ac libertatem, nec esset earum certa ad Deum concordia, neque subiectio. Et breuiter, infinita, vana, absurda, & irrationabilia, imò penitus stulta, ac rudia mendacia ex tali sequerentur opinione. Ideò non est putandum, ꝙ excellẽtissimus, & ingeniosissimus ille philosophus vnquam sic sensit. Et hoc etiam Commentator eius Auerrois in libro suo de substantia orbis apertissimè fassus est: Nunquam, inquiens, fuit Aristotelis intentio, ꝙ cœlum esset à prima causa solum quantũ ad conseruationem, seu motum, sed quantum ad suam substantiam, ita ꝙ verè à primo productum est. Denique Plato, & eius discipulus Proclus in Elementatione sua theologica efficaciter probant, ꝙ omnem multitudinem oporteat esse ab uno, atque, ꝙ tota vniuersi pluralitas profluxit à summo Deo. Nec putandum, ꝙ in tam euidenti, plana, & rationabili veritate Aristoteles à Platone dissensit. In eadem quoque Elementatione Proclus fatetur, ꝙ totus mundus à primo, ac summo intellectu substantiam suam, & esse suum sortius sit, & nihilominus ab æterno extiterit, ac indesinenter ab intellectu illo dependeat. Hinc Boethius in doctrina Aristotelis, & Platonis exercitatissimus, potestatur, ꝙ secundum Aristotelem, & Platonem mundus fuerit ab æterno, & tamen verè productus sit à Deo. Idcirco nec verum censetur, ꝙ Henricus ait Platonem sensisse, ꝙ mundus de nouo incipit ex tempore, quãuis Plato in primo Timæi videatur sic loqui. Vnde, & Aristoteles quandoque plus arguit contra verba, quàm contra mentem magistri sui Platonis.

¶ Præterea, ꝙ Henricus refert doctrinam esse Philosophi, quòd permanentia rerum æterna non sit nisi ex ipso, non uidetur sic esse: quia & Albertus in commento suo super librum de Causis, veraciter recitat Aristotelem in epistola de principio vniuersi, scripsisse, quòd totius vniuersi esse in nihil dilaberetur, nisi à primo principio incessanter conseruaretur. Et hoc vtique consonat dictis philosophi in pluribus locis, vt cum secundo primæ philosophiæ testatur, quòd id, quod est maximè ens, & maximè verum, sit cæteris omnibus causa entitatis, ac veritatis. Duodecimo quoque primæ philosophiæ, quòd ab hoc ente penderet cœlum, & terra, & tota vniuersi natura.

¶ Præterea, ꝙ ait Henricus ipsum Auicennam non posuisse realem distinctionem inter esse essentiæ, & esse existentiæ in rebus incorruptibilibus, non apparet: cum & sanctus Thomas, Aegidius, ac alij plures testentur, quòd secundum Auicennam in omni ente citra Deum, esse & essentia realiter distinguantur. Rursus, opinio illa Heurici, quòd creaturæ absolutè loquendo, vtpotè omni creaturæ, repugnet posse ab æterno creari, à multis, & magnis reprobatur doctoribus. Probabilior, quoq; in hoc videtur positio Scoti, vel Thomæ, quòd creaturæ incorruptibiles, & substantiæ separatæ possunt dici habere ex se necesse esse formaliter, quamuis à Deo id habeant effectiuè causaliter: nõ tamen ob hoc, ꝙ causa prima dedit, & cõseruet eis eẽ necessario, aut ex necessitate naturæ: quoniam causa prima ita nõ fecit quicquam, sed omnia spõte, ac liberè fecit: sed ideò, quia huiusmodi creaturæ in sua natura nõ habent contrarium, nec intrinsecũ corruptionis principium. Veruntamen dissensio ista inter doctores catholicos, videtur esse verbalis potius, quàm realis: quoniam vt apparet, in diuerso modo loquendi consistit. De his hoc loco tantundem sufficiat tetigisse, de quibus aptioribus locis pleniùs, ac diligẽtiùs est tractandum. Gulielmus autem Parrhisiensis in libro suo de Trinitate capitulo decimo, & deinceps, pulchrè ostendit, qualiter Deus vniuersa spõtè, ac liberè condidit. & tamen inuariabili voluntate: videtur quoque ad hoc declinare, quòd creabilis res non posit ab æterno esse creata. Sed hæc suis locis ponentur.

Auerrois. Plato. Proclus. Boethius. Platonis, & Aristotelis opinio de mũdi duratione. Albertus. Intelligentię quõ habeãt ex se necesse eẽ formaliter.

QVAESTIO V.

Arguitur contra veritatem.

QVintò quæritur, *An Deus sit simplex, ac summè simplex.* ¶ Videtur, ꝙ non conueniat ei simplicitas. Quod enim conuenit imperfectissimo, non conuenit Deo, sed simplicitas conuenit materiæ, quę est pura potentia. ¶ Secundò, quia videmus ꝙ simpliciora in rebus, sunt imperfectiora: & compositiora, sunt perfectiora: sicut in materia prima est imperfectior elemento, cum tamen sit illo simplicior: elementa quoq;, quæ simpliciora sunt mixtis, imperfectiora sunt eis. homo autẽ inter omnia mixta est compositissimus, quia cum omnibus aliquid habet commune, estq; in potentijs, & actionibus summè multiplex, ac diuersus: & tamen inter omnia mixta est perfectissimus. ¶ Tertiò, vbi minor distinctio, ibi maior simplicitas, sed in diuinis est realis distinctio personarum, distinctio quoque absoluti, & relatiui, imò & proprietatum in eodem supposito, vt innascibilitatis, ac paternitatis in patre: non ergo est ibi pura, & summa simplicitas, præsertim cum purum dicatur, quod impermixtum est suo contrario. propter quod summa, ac pura simplicitas, exclusiua videtur omnis distinctionis, ac differentiæ, & alietatis. ¶ Quartò, esse diuinum, aut est determinatum, aut indeterminatum. Si determinatum, ergo & limitatum, & habet in se aliquid superadditum, quo determinetur. ergo non maximè simplex. Si indeterminatum, ergo de omnibus prædicabile, & à nullo distinctum. ¶ Quintò, multa conueniunt Deo ex tempore, ut esse creatorem, ac dominum, quæ ante ei non conueniebant: ergo videtur ei aliquid aduenisse, quod summæ repugnat simplicitati. ¶ Sextò, Deus alio est Deus, alio pater, alio sapiens, alio iustus: non ergo est in eo, vnitas summa, neque identitas maxima, ergo nec plena simplicitas.

Guil. Par. 1 2 3 4 5 6

¶ In oppositum est auctoritas Augustini in litera.

In oppositum.

¶ Ad istud Bonauentura respondet: In Deo est summa simplicitas. est enim aliquod vnum in vno, & est aliquod vnum in pluribus multiplicatum, & unum in pluribus non multiplicatum. Simplicius autem est vnum multiplicatum in pluribus, vno quod tantum in vno est, vt patet de vniuersali, & induiduo: ergo simplicissimum est ens, quod est in pluribus personis non multiplicatum, ut * deitas, seu diuina essentia, quæ est Deus. Derogat ergo diuinæ simplicitati, qui dicit Deum tantum vnum in vno supposito, aut in suppositis multiplicatum. Præterea ad nobilitatem, & excellentiam summæ spectat simplicitatis actualitas maxima. Vbi autem actualitas maxima, ibi fœcunditas, summa, & diffusio plena: quæ esse non valet, ni-

Bonauen. *diuinitas

si in emanatione diuina ad intra. Ideò Deus perfectè, & summè simplex non esset, nisi in eo consisteret personalis distinctio in vnitate essentiæ. Amplius, in omni genere primum est simplicissimum. cum ergo sit simpliciter primum in vniuersitate, ac ordine rerum, constat, ꝙ prorsus simplicissimus sit sensendus: imò tam simplex est Deus, ꝙ est quicquid habet, præter id quod relatiuè conuenit ei. Pater etenim habet filium, non tamen est filius. Nihilominus est substantialiter idipsum, quòd filius. ¶ Rursus, cum virtus vnita fortior sit, quam disperſa, non conueniret Deo excellentissima virtus, nisi in natura simplicissimus esset. Hæc Bonauentura.

Alexand. ¶ Hinc Alexander: Diuina, inquit, essentia simplex est omnimoda simplicitate, ita ꝙ nec essentialis, nec accidẽtalis compositio est in ea. Omnè nanq; compositum intelligi potest non esse, quia potest intelligi resolubile: sed diuina essentia non potest intelligi non esse, ideò nec composita esse. ¶ Insuper, vbi cõpositio, ibi, & dependentia. imò, & indigentia. compositum, quippe indiget his, ex quibus componitur & esse suum dependet ex illis. in Deo autem nequaquam est dependentia, aut indigentia. ¶ Præterea, sicut est vnitas essentialis, & item unitas personalis, ita est differentia essentialis opposita vnitati essentiali: & differentia, seu multiplicitas personalis, opposita vnitati personali, sed differentia essentialis

Richard. non opponitur personali vnitati, nec vnitas essentialis differentiæ personali. Vnde Richardus de sancto Victore: Sicut esse substantialiter aliud, & aliud, nõ tollit, nec impedit vbique vnitatem personæ, vt patet in homine, in quo sunt multa essentialiter abinuicem distincta: sic personaliter esse alium, & alium non scindit vbique vnitatem substantiæ, vtpotè in diuinis, vbi personarum pluralitas est ex relatiua proprietate. Sicut videmus in puncto habitudines differentes, non tamen hoc ponit aliquam compositionem in puncto: qui manens in sua simplicitate, est finis lineæ vnius, principiumq; alterius, & econtra imò ex sua simplicitate sibi id conuenit: sic differentia personalium habitudinum non detrahit, nec repugnat simplicitati diuinæ. Hæc Alexander.

Thomas. ¶ Hinc ait Thomas in Scripto: Cum Deus sit omnibus causa essendi, nobilissimo modo habet esse. Nobilissimus vero modus habendi esse, est quo aliquid est totum suum esse. Quod nulli conuenire potest composito, cum esse ipsius consequatur componentia, quæ non sunt ipsum esse. omne quoq; compositum posterius est his, ex quibus componitur: Deus aut est ens simpliciter primũ. Hæc in Scripto.

Quis sit nobilissimus essendi modus.

art. 7. ¶ Porrò in prima parte Summæ, quæstione 3. loquitur: Deum esse omnimo simplicem, multipliciter patet. Primò, quia in eo non est compositio formæ, & materiæ, nec in eo aliud est suppositum, & natura, nec esse atq; essentia, nec est in eo compositio generis, & differentiæ, nec subiecti, & accidentis, nec totius integralis, & partium eius. Secundò, quoniã omnè compositum habet causam: diuersa enim nõ conueniunt in vnum, nisi per aliquam causam ea iungentem. propter quod secundum Philosophum præter, & extra formam, & materiam oportet quærere causam efficientem. Deus autem non habet causam. In omni etiam composito sunt actus, & potentia, & compositum est aliquid quod nulli sua rum conuenit partium.

art. 8. ¶ Ex his excluditur triplex error. Vnus, dicẽtium Deum esse animam mundi, seu animam primi cęli. Alius, opinantium, ꝙ Deus sit formale esse vniuersorum. Tertius, Dauid de Dinanto, qui stultissimè dixit Deum esse primam materiam. Hæc in Summa. In Summa quoq; contra gentiles, libro 1. 18. capitulo hęc eadem continentur. ¶ Hinc sanctus ait Bernardus: Sola increata natura hanc sibi vendicat simplicitatem, vt non aliud, & aliud, non alibi, & alibi, non modo, & modo, inueniatur in ea. nõ partibus constat Deus, vt corpus, nec affectibus distat vt anima, non formis substat sicut, quod factum est. Vnde vt ait Boethius, In Deo sunt penitus idem, quod est, & quo: atq; secundum Auicennam, esse & essentia. Ideò dixit Mercurius: In super cœlesti est vnitas, in cęlesti alteritas in sup cęlesti pluralitas. Itaq; Deus nequaquã cõpositus est, nec cõponibilis, neq; misci bilis. Nã vt asserit Petrus, Compositũ dicit aliqd tripliciter. Primò, quia cõponitur ex alio, & alio, seu ex diuersis, vt totũ compositum. Secundò, quia ipsum componitur alteri quasi præexistenti, vt forma materiæ, & differentia generi, accidensq; subiecto. Tertiò, quia alterum componitur sibi quasi posteriori, vt materia primæ formæ, & ens actui essendi, subiectumq; accidenti. Et quicquid aliquo horum modorum est cõponibile, est aliquo mõ posfibile passiua potẽtia. Et qm̃ Deus nullo mõ ita posfibilis est, ideò nullatenus componibilis fertur. Hæc Petrus.

deitriplex error. Thomas. Bernard⁹. Boethius. Mercuri⁹. Petrus. Triplexcõpositum.

¶ Idem Richardus, & addit: Solus Deus est summè simplex, quoniam ois creatura, vel est composita ex alijs, vel componibilis alij, vel alia componibilis ei; & nullum tale est summè simplex. Siquidẽ eo ipso, quo alicui componibilis est, est in ea aliquis actualitatis defectus. Hinc punctus, & vnitas, quãuis essentialiter non sint compositi, tamen a summa simplicitate deficiunt, quia cum alijs componũtur: vt punctus cum linea, vnitas cum vnitate, seu numero. Tamen de vnitate, quæ est principium quantitatis discretæ, aliqui dicunt, ꝙ composita est, ac diuisibilis, cum numerus, qui est quantitas discreta, ex continui diuisione causetur. Hæc Richardus.

Richard⁹. Punctus, & vnitas a simplicitate deficiũt

¶ Circa hęc refert Aegidius: Quidam sic probant esse Dei, non facere compositionem in Deo: quia dum aliquis effectus cõuenit pluribus causis, oportet illum uni causæ appropriari, sicut piper, & gingiber conueniunt in calefaciendo. Ideò calefacere reducitur in ignem, cui directe, & propriè competit. Sic enim omnes causæ conueniant in hoc, ꝙ dant esse, & diuersificantur in hoc, qm̃ quędam dant tale esse, aliæ aliud esse, oportet esse vnã causam, cui prius sit producere ipsum esse. Et hæc causa est Deus a quo oportet esse primum causatum, tanq; a prima causa, vtpotè ipsum esse. Propter quod fertur in libro de Causis. Esse est prima rerum creatarum.

Aegidius

¶ Hanc positionem dicit Aegidius in duobus dicere. Primò, in modo argumentandi: quia non sequitur, effectus talis reducitur in propria causam, ergo, prout est in causa illa, non facit compositionẽ cum ea. Secundò, quia propositio illa libri de Causis, non suffragatur huic proposito, cũ liber ille extractus sit ex libr. Procli, q fuit Platonis discipulus.

Quis fuerit autor libri causarum.

¶ Circa hęc videtur dicẽdum, ꝙ positio illa, quæ est de mente Thomæ in prima parte Summæ, conueniens est, & uera, & bene concludit propositum. Sequitur enim, Esse omne est a prima causa, cuius prius effectus est esse, quod vocatur prima rerum creatarum. ergo esse Dei est sua essentia, nec facit compositionem cũ ea, aliquin, & ipsa prima causa haberet suum esse ab alia causa. Res nanq;, quæ non est suum esse, & cuius esse a sua essentia differt realiter, non põt sibi ipsi conferre esse, nec sibi esse causa essendi. Præterea, quis liber de Causis ex libro Procli sit sumptus, tñ vt ait Thomas in suo Cõmẽto su-

Dionysius

fuisse grande miraculum in tota rerum natura: & item ꝙ ei infusum videtur, quicquid naturaliter sciri potest. Non ergo intantum despiuit, nec adeo hebes fuit. ¶ Rursus agnouit, ꝙ ab eodem sit rei esse, & bene esse, & quòd ab eodem sit rei esse, & permanẽtia in essendo: si ergo intelligẽtiæ ex seipsis haberẽt esse, non indigerent primo ente in bene essendo, neque in permanendo, nec etiam in causando, & ita nequaquam dependerẽt ab ipso: imò sicut à seipsis haberent esse, ita, & uoluntatem, ac libertatem, nec esset earum certa ad Deum concordia, neque subiectio. Et breuiter, infinita, vana, absurda, & irrationabilia, imò penitus stulta, ac rudia mendacia ex tali sequerentur opinione. Ideò non est putandum, ꝙ excellẽtissimus, & ingeniosissimus ille philosophus vnquam sic sensit. Et hoc etiam Commentator eius Auerrois in libro suo de substantia orbis apertissimè fassus est: Nunquam, inquiens, fuit Aristotelis intentio, ꝙ cœlum esset à prima causa sclum quantũ ad conseruationem, seu motum, sed quantum ad suam substantiam, ita ꝙ verè à primo productum est. Denique Plato, & eius discipulus Proclus in Elementatione sua theologica efficaciter probant, ꝙ omnem multitudinem oporteat esse ab uno, atque, ꝙ tota vniuersi pluralitas profluxit à summo Deo. Nec putandum, ꝙ in tam euidenti, plana, & rationabili veritate Aristoteles à Platone dissensit. In eadem quoque Elementatione Proclus fatetur, ꝙ totus mundus à primo, ac summo intellectu substantiam suam, & esse suum sortius sit, & nihilominus ab æterno extiterit, ac indesinenter ab intellectu illo dependeat. Hinc Boethius in doctrina Aristotelis, & Platonis exercitatissimus, potestatur, ꝙ secundum Aristotelem, & Platonem mundus fuerit ab æterno, & tamen verè productus sit à Deo. Idcirco nec verum censetur, ꝙ Henricus ait Platonem sensisse, ꝙ mundus de nouo incipit ex tempore, quãuis Plato in primo Timæi videatur sic loqui. Vnde, & Aristoteles quandoque plus arguit contra verba, quàm contra mentem magistri sui Platonis.

Auerrois.

Plato.

Proclus.

Boethius.

Platonis, & Aristotelis opinio de mũdi duratione.

¶ Præterea, ꝙ Henricus refert doctrinam esse Philosophi, quòd permanentia rerum æterna non sit nisi ex ipso, non uidetur sic esse: quia & Albertus in commento suo super librum de Causis, veraciter recitat Aristotelem in epistola de principio vniuersi, scripsisse, quòd totius vniuersi esse in nihil dilaberetur, nisi à primo principio incessanter conseruaretur. Et hoc vtique consonat dictis philosophi in pluribus locis, vt cum secundo primæ philosophiæ testatur, quòd id, quod est maximè ens, & maximè verum, sit cæteris omnibus causa entitatis, ac veritatis. Duodecimo quoque primæ philosophiæ, quòd ab hoc ente dependeret cœlum, & terra, & tota vniuersi natura.

Albertus.

¶ Præterea, ꝙ ait Henricus ipsum Auicennam non posuisse realem distinctionem inter esse essentiæ, & esse existentiæ in rebus incorruptibilibus, non apparet: cum & sanctus Thomas, Aegidius, ac alij plures testentur, quòd secundum Auicennam in omni ente citra Deum, esse & essentia realiter distinguantur. Rursus, opinio illa Heurici, quòd creaturæ absolutè loquendo, vtpotè omni creaturæ, repugnet posse ab æterno creari, à multis, & magnis reprobatur doctoribus. Probabilior, quoq; in hoc videtur positio Scoti, vel Thomæ, quòd creaturæ in corruptibiles, & substantiæ separatæ possunt dici habere ex se necesse esse formaliter, quamuis à Deo id habeant effectiuè causaliter: nõ tamen ob hoc, ꝙ causa prima dedit, & cõseruet eis eẽ necessario, aut ex necessitate naturæ: quoniam causa prima ita nõ fecit quicquam, sed omnia spõte, ac liberè fecit: sed ideò, quia huiusmodi creaturæ in sua natura nõ habent contrarium, nec intrinsecũ corruptionis principium. Veruntamen dissensio ista inter doctores catholicos, videtur esse verbalis potius, quàm realis: quoniam vt apparet, in diuerso modo loquendi consistit. De his hoc loco tantundem sufficiat tetigisse, de quibus aptioribus locis pleniùs, ac diligẽtiùs est tractandum. Gulielmus autem Parrhisiensis in libro suo de Trinitate capitulo decimo, & deinceps, pulchrè ostendit, qualiter Deus vniuersa spõtè, ac liberè condidit. & tamen inuariabili voluntate: videtur quoque ad hoc declinare, quòd creabilis res non posit ab æterno esse creata. Sed hæc suis locis ponentur.

Intelligentię quõ habeãt ex se necesse eẽ formaliter.

Guil. Par.

QVAESTIO V.

Arguitur contra veritatem.

QVintò quæritur, *An Deus sit simplex, ac summè simplex*. ¶ Videtur, ꝙ non conueniat ei simplicitas. Quod enim conuenit imperfectissimo, non conuenit Deo, sed simplicitas conuenit materiæ, quę est pura potentia. ¶ Secundò, quia videmus ꝙ simpliciora in rebus, sunt imperfectiora: & compositiora, sunt perfectiora: sicut in materia prima est imperfectior elemento, cum tamen sit illo simplicior: elementa quoq;, quæ simpliciora sunt mixtis, imperfectiora sunt eis. homo autẽ inter omnia mixta est compositissimus, quia cum omnibus aliquid habet commune, estq; in potentijs, & actionibus summè multiplex, ac diuersus: & tamen inter omnia mixta est perfectissimus. ¶ Tertiò, vbi minor distinctio, ibi maior simplicitas, sed in diuinis est realis distinctio personarum, distinctio quoque absoluti, & relatiui, imò & proprietatum in eodem supposito, vt innascibilitatis, ac paternitatis in patre: non ergo est ibi pura, & summa simplicitas, præsertim cum purum dicatur, quod impermixtum est suo contrario. propter quod summa, ac pura simplicitas, exclusiua videtur omnis distinctionis, ac differentiæ, & alietatis. ¶ Quartò, esse diuinum, aut est determinatum, aut indeterminatum. Si determinatum, ergo & limitatum, & habet in se aliquid superadditum, quo determinetur. ergo non maximè simplex. Si indeterminatum, ergo de omnibus prædicabile, & à nullo distinctum. ¶ Quintò, multa conueniunt Deo ex tempore, ut esse creatorem, ac dominum, quæ ante ei non conueniebant: ergo videtur ei aliquid aduenisse, quod summæ repugnat simplicitati. ¶ Sextò, Deus alio est Deus, alio pater, alio sapiens, alio iustus: non ergo est in eo, vnitas summa, neque identitas maxima, ergo nec plena simpilcitas.

1
2
3
4
5
6

In oppositum.

¶ In oppositum est auctoritas Augustini in litera.

Bonauen.

¶ Ad istud Bonauentura respondet: In Deo est summa simplicitas. est enim aliquod vnum in vno, & est aliquod vnum in pluribus multiplicatum, & unum in pluribus non multiplicatum. Simplicius autem est vnum multiplicatum in pluribus, vno quod tantum in vno est, vt patet de vniuersali, & induiduo: ergo simplicissimum est ens, quod est in pluribus personis non multiplicatum, ut * deitas, seu diuina essentia, quæ est Deus. Derogat ergo diuinæ simplicitati, qui dicit Deum tantum vnum in vno supposito, aut in suppositis multiplicatum. Præterea ad nobilitatem, & excellentiam summæ spectat simplicitatis actualitas maxima. Vbi autem actualitas maxima, ibi fœcunditas, summa, & diffusio plena: quæ esse non valet, ni-

*diuinitas

si in emanatione diuina ad intra. Ideò Deus perfectè, & summè simplex non esset, nisi in eo consisteret ꝓsonalis distinctio in vnitate essentiæ. Amplius, in omni genere primum est simplicissimum. cum ergo sit simpliciter primum in vniuersitate, ac ordine rerum, constat, ꝙ prorsus simplicissimus sit sensendus: imò tam simplex est Deus, ꝙ est quicquid habet, præter id quod relatiuè conuenit ei. Pater etenim habet filium, non tamen est filius. Nihilominus est substantialiter idipsum, quod filius. ¶ Rursus, cum virtus vnita fortior sit, quam disperſa, non conueniret Deo excellentissima virtus, nisi in natura simplicissimus esset. Hæc Bonauentura.

Alexand.

¶ Hinc Alexander: Diuina, inquit, essentia simplex est omnimoda simplicitate, ita ꝙ nec essentialis, nec accidẽtalis compositio est in ea. Omnè nanq; compositum intelligi potest non esse, quia potest intelligi resolubile: sed diuina essentia non potest intelligi non esse, ideò nec composita esse. ¶ Insuper, vbi cõpositio, ibi, & dependentia. imò, & indigentia. compositum, quippe indiget his, ex quibus componitur & esse suum dependet ex illis. in Deo autem nequaquam est dependentia, aut indigentia. ¶ Præterea, sicut est vnitas essentialis, & item unitas personalis, ita est differentia essentialis opposita vnitati essentiali: & differentia, seu multiplicitas personalis, opposita vnitati personali, sed differentia essentialis non opponitur personali vnitati, nec vnitas essentialis differentiæ personali. Vnde Richardus de sanctò Victore: Sicut esse substantialiter aliud, & aliud, nõ tollit, nec impedit vbique vnitatem personæ, vt patet in homine, in quo sunt multa essentialiter abinuicem distincta: sic personaliter esse alium, & alium non scindit vbique vnitatem substantiæ, vtpotè in diuinis, vbi personarum pluralitas est ex relatiua proprietate. Sicut videmus in puncto habitudines differentes, non tamen hoc ponit aliquam compositionem in puncto: qui manens in sua simplicitate, est finis lineæ vnius, principiumq; alterius, & econtra imò ex sua simplicitate sibi id conuenit: sic differentia personalium habitudinum non detrahit, nec repugnat simplicitati diuinæ. Hæc Alexander.

Richard.

Thomas.

¶ Hinc ait Thomas in Scripto: Cum Deus sit omnibus causa essendi, nobilissimo modo habet esse. Nobilissimus verò modus habendi esse, est quo aliquid est totum suum esse. Quod nulli conuenire potest compositio, cum esse ipsius consequatur componentia, quæ non sunt ipsum esse. omne quoq; compositum posterius est his, ex quibus componitur: Deus autẽ est ens simpliciter primũ. Hæc in Scripto.

Quis sit nobilissimus essendi modus.

art. 7.

¶ Porro in prima parte Summæ, quæstione 3. loquitur: Deum esse omnimo simplicem, multipliciter patet. Primò, quia in eo non est compositio formæ, & materiæ, nec in eo aliud est suppositum, & natura, nec esse aliq; essentia, nec est in eo compositio generis, & differentiæ, nec subiecti, & accidentis, nec totius integralis, & partium eius. Secundò, quoniã omne compositum habet causam, diuersa enim nõ conueniunt in vnum, nisi per aliquam causam ea iungentem. propter quod secundum Philosophum præter, & extra formam, & materiam oportet quærere causam efficientem. Deus autem non habet causam. In omni etiam composito sunt actus, & potentia, & compositum est aliquid quod nulli suarum conuenit partium.

art. 8.

¶ Ex his excluditur triplex error. Vnus, dicẽtium Deum esse animam mundi, seu animam primi cęli: Alius, opinantium, ꝙ Deus sit formale esse vniuersorum: Tertius, Dauid de Dinanto, qui stultissimè dixit Deum esse primam materiam. Hæc in Summa. In Summa quoq; contra gentiles, libro 1. 18. capitulo hęc eadem continentur. ¶ Hinc sanctus ait Bernardus: Sola increata natura hanc sibi vendicat simplicitatem, vt non aliud, & aliud, non alibi, & alibi, non modo, & modo, inueniatur in ea. nõ partibus constat Deus, vt corpus, nec affectibus distat vt anima, non formis subsistat sicut, quod factum est. Vnde vt ait Boethius, In Deo sunt penitus idem, quod est, & quo: atq; secundum Auicennam, esse & essentia. Ideò dixit Mercurius: In super cœlesti est vnitas, in cœlesti alteritas in sup cœlesti pluralitas. Itaq; Deus nequaquã cõpositus est, nec cõponibilis, neq; misci bilis. Nã vt asserit Petrus, Compositũ dicit aliqd tripliciter. Primò, quia cõponitur ex alio, & alio, seu ex diuersis, vt totũ compositum. Secundò, quia ipsum componitur alteri quasi præexistenti, vt forma materiæ, & differentia generi, accidens q; subiecto. Tertiò, quia alterum componitur sibi quasi posteriori, vt materia primæ formæ, & ens actui essendi, subiectumq; accidenti. Et quicquid aliquo horum modorum est cõponibile, est aliquo mõ posibile, passiua potẽtia. Et qm̃ Deus nullo mõ ita posibilis est, ideò nullatenus componibilis fertur. Hæc Petrus.

deitriplex error. Thomas.

Bernard⁹.

Boethius.

Mercuri⁹.

Petrus. Triplex exc⁹ positum.

¶ Idem Richardus, & addit: Solus Deus est summè simplex, quoniam ois creatura, vel est composita ex alijs, vel componibilis alij, vel alia componibilis ei; & nullum tale est summè simplex. Siquidẽ eo ipso, quo alicui componibilis est, est in ea aliquis actualitatis defectus. Hinc punctus, & vnitas, quãuis essentialiter non sint compositi, tamen à summa simplicitate deficiunt; quia cum alijs componuntur: vt punctus cum linea, vnitas cum vnitate, seu numero. Tamen de vnitate, quæ est principium quantitatis discretæ, aliqui dicunt, ꝙ composita est, ac diuisibilis, cum numerus, qui est quantitas discreta, ex continui diuisione causetur. Hæc Richardus.

Richard⁹.

Punctus, & vnitas a simplicitate deficiũt

¶ Circa hęc refert Aegidius: Quidam sic probant esse Dei, non facere compositionem in Deo: quia dum aliquis effectus cõuenit pluribus causis, oportet illum uni causæ appropriari, sicut piper, & gingiber conueniunt in calefaciendo. Ideò calefacere reducitur in ignem, cui directè, & propriè competit. Sic enim omnes causæ conueniant in hoc, ꝙ dant esse, & diuersificantur in hoc, qm̃ quędam dant tale esse, aliæ aliud esse, oportet esse vnã causam, cui prius sit producere ipsum esse. Et hæc causa est Deus a quo oportet esse primum causatum, tanq; a prima causa, vtpotè ipsum esse. Propter quod fertur in libro de Causis. Esse est prima rerum creatarum.

Aegidius

¶ Hanc positionem dicit Aegidius in duobus deficere. Primò, in modo argumentandi: quia non sequitur; effectus talis reducitur in propriã causam, ergo, prout est in causa illa, non facit compositionẽ cum ea. Secundò, quia propositio illa libri de Causis, non suffragatur huic proposito, cũ liber ille extractus sit ex libr. Procli, q fuit Platonis discipulus.

Quis fuerit autor libri causarum.

¶ Circa hęc videtur dicendum, ꝙ positio illa, quæ est de mente Thomæ in prima parte Summæ, conueniens est, & uera, & bene concludit propositum. Sequitur enim, Esse omne est a prima causa, cuius prius effectus est esse, quod vocatur prima rerum creatarum. ergo esse Dei est sua essentia, nec facit compositionem cũ ea, alioquin, & ipsa prima causa haberet suum esse ab alia causa. Res nanq;, quæ non est suum esse, & cuius esse a sua essentia differt realiter, non pot sibi ipsi conferre esse, nec sibi esse causa essendi. Præterea q̃is liber de Causis ex libro Procli sit sumptus, tñ vt ait Thomas in suo Cõmẽto su-

Dionysius

per librum de Causis, autor libri de Causis Peripateticus fuit, nō Platonicus. ideò contenta in Proclo discordantia a peripateticorū doctrina, dimisit, vel suo proposito ea applicauit. Hæc bræuiter tetigisse, reor sufficere. ¶ At vero Scotus hic probat, qualiter Deus sit penitus simplex. Sed ea quæ circa hęc scribit, iam virtualiter, sententialiterq; prehabita sunt.

Scotus.

Soluūtur argumēta initio quę stionis adducta.

¶ Respondendum ergo ad primū, ꝙ materia prima vocatur simplex per exclusionem, & carentiam totius actualitatis: & hęc ē simplicitas, quæ spectat ad imperfectionem, & sequitur passiuam potentiā. Porro Deus dicitur simplex per exclusionem, carentiamq; totius potentialitatis, utpotè purus actus. & hęc est simplicitas pertinens ad perfectionem. Et ex hoc respondetur ad secundum, quòd simpliciora simplicitate potētialitatis & imperfectionis sunt imperfectiora compositis. Et hoc est in ordine corporalium rerū, quæ quanto plus a simplicitate illa materiæ elongantur, tanto plus perfectionis sortiūtur. In ordine autem intellectualium substantiarū, tanto vnaquæq; est perfectior, quanto actui primo, ac puro propinquior. ¶ Ad tertium, ꝙ quāmuis in diuinis sit distinctio multiplex, nihilominus ibi est summa simplicitas, puraq; vnitas: qm̄ totū est supersimplicissima deitas. Nec aliquid est in Deo, quod non sit ipsa, Vnde Henricus frequenter in suis asserit, quodlibetis, ꝙ omnia, quæ sunt in diuinis, sunt vna singularitas maxima, seu vnū singulare subsistēs purissimū esse. Neq; relatio, neq; proprietas, nec actio immanens aliquid reale superaddit essentiæ: nec aliquid simplicitati contrariū est in Deo, qm̄ nulla cōpositio est in eo. Distinctio vero ibi existens attestatur infinitæ perfectioni simplicitatis diuinæ, in qua cum incomprehensibili, ac eminentissima vnitate, & absoluta, seu essentiali identitate, omnis continetur perfectio, ex pura, & actuali infinitate diuini esse. De hoc dictum est plenius tertia distinctione, vbi & verba Henrici sunt diffusiùs inducta. ¶ Ad quartum, ꝙ diuinum esse non est determinatum, quasi aliqua differentia limitatum, neq; receptū, sed purū & in sua puritate immensa subsistens, seipso distinctum ab omnibus, atque ex sua excellentia infinita cunctis incommiscibile, incomponibile, improportionatum. Sicq; vocatur indeterminatum, qm̄ nulla differentia, nulla potentia, nulla materia pōt determinari, aut contrahi. Idcirco de nullo entium creatorum prædicatur. Quod uero ita indeterminatum est, ꝙ contrahi potest, & limitari, potest de pluribus prædicari. Sic ergo diuinum esse est sine additione, & contractione, quia de eius natura est, vt ei negat additio fieri, neq; contractio. Esse autem abstractū, seu generale, indifferens est additionem, & contractionem, siue ad suam indeterminationē. Ad quintum, ꝙ illa conueniunt Deo non ex additione, aut mutatione facta in ipso, nec ponunt in ipso relationem realē, sed in creaturis, vt dictū est sępe. Ad sextū, ꝙ Deus nō est alio, & aliò substantialiter differēti Deus, & pater, & iustus, ac sapiēs: nec aliquo supadditō, cōpetit ei quicq̄ in seipso: attū alio, & alio rōne aut relatione distincto competunt ei distincta.

Deo & materiæ primę nō vna ratione cōpetit simplicitas.

Distinctio in diuinis non obstitit simplicitati.

Diuinū esse est indeterminatū

QVAESTIO VI.

Arguit cōtra veritatem.

SExto quæritur, *An Deo conueniat ratio vniuersalis, seu generis, aut speciei, vel esse in aliquo prædicamento.* ¶ Videtur, ꝙ sic. Primò, qm̄ prædicatur de pluribus, & uerè distinctis. ¶ Secundò, qm̄ ipse est maximè res per se subsistens, cuius comparatione creata substantia est velut accidens, vtpotè increato enti innitens, vt fulciatur, & conseruet in esse: ergo potissimè competit ei esse in gñe, ac prędicamēto sub stantiæ. ¶ Tertiò, qm̄ ens diuiditur per ens finitū, & infinitum. Itemq; per ens creatum, & increātum, & rursus per ens perfectū, & imperfectum, quarū diuisionum altera pars, seu differentia cōpetit Deo, ergo est spēs, sicq; ens videt esse vniuocum ad Deum, & creaturas. ¶ Quartò, qm̄ actualitati, & simplicitate Dei nō videt rō vniuersalis, & prędicamenti, seu gñis, aut speciei derogare, aut repugnare. In eadem namq; natura fundatur rō oīum horū ſm varias cōsideraciones, & proprietates eiusdem. sicut in natura humana est aliquid inuenire, quo conuenit cum omni substantia: & aliqd, quo cū oī cōuenit corpore: aliqd quoq; , quo conuenit cū oī aiali: & aliqd, quo certa differentia differt a cæteris. Cum ergo in Deo sit pelagus prīus immensum vniuersæ pfectionis, possunt in ipso hmōi considerationes fundari, & aliquid cōe, & minus cōmune, ac magis cōe constituī. ¶ Quintò, qa rō substantiæ vniuoce competit Deo, & rebus creatis, videlicet qa est res p se subsistēs. ¶ Sextò, ſm Augustī. Boethiū, & Anselmū, i Deo sunt duo prędicamēta, puta substātia, atq; ad aliqd. ¶ Præterea Scotus sic arguit: Deus formaliter ē ens. Ens aūt dicit cōceptū dictū de Deo in qd, q cōcept⁹ nō est proprius Deo. sed cōis sibi, ac creaturis. ¶ Itē scia formaliter pdicat de Deo, & ſm eandē rōnem cōuenit nobis. ¶ Damascen⁹ quoq; 1. lib. Diuina, inquit, natura ē spēs psonarū. Et iterū, Deus & hō spē cię designāt cōem, hypostasis vero indiuidūū demōstrat. ¶ Amplius, ꝙ Deus nō cōcipiat cōceptu cōi, & analogico sibi, & creaturis, sed vniuoco, sic ꝙ ens, bonū, sapia, de Deo, & creaturis dicant vniuocè, oū dif primò sic: Oīs intellectus certus de vno conceptu, & dubius de duobus, habet aliquē conceptū de quo certus est, aliū ab vtroq; de quo dubius est: sed oīs intellectus viatoris habet conceptū certū de ente, & bono, dubitando ꝙ accidens de bono Dei, & bono creaturę, atque de ente Dei, & ente creaturæ. Philosophi. n. qui certi fuerunt de Deo, ꝙ esset ens, & bonū, dubitauerunt, quid esset Deus. Nā quidā dixerūt, ꝙ esset lis, aut amicitia: quidā, ꝙ cęlū aut motor ipsius: ergo ens, & bonū ſm se important cōceptū aliū a cōceptu boni, & entis i Deo, & creaturis. ¶ Itē qlibet experit in seipso, ꝙ pōt cōcipere ens, nō descēdendo ad ens participatū, vel imparticipatū. Et si descēdat ad vtrunq; conceptū, ſro anstet conceptus entis cōis. Si sic, hętur ꝓpositū. Si aūt indeterminatè importat quasi vnū conceptū, & qm̄ fit descēsus, sunt duo cōceptus, tūc impossibile esset, ꝑhare aliqd esse vniuocū, vt hominē respectu Socratis, & Platonis. Dicā, ꝙ hō importat duos cōceptus, sed tibi videt, ꝙ sit vnus, qa cōceptus illi sunt ꝓpinqui, sicut tu dicis de ente. ¶ Præterea, si cōceptus dictus de Deo, & creatura, sit analogicus, & realiter duo cōceptus, nihil cognoscemus de Deo, qa non possumus eū in vita ista cognoscere nisi p creaturas. Insuper theologi vident, vti cōceptu cōi Deo, & creaturę, qa accipiūt metaphysicales cōceptus, remouēdo id, qđ imꝑfectionis ē in creaturis, & Deo attribuendo, qđ est pfectionis. ¶ In contrariū est, qđ Magister in litera ex verbis Augustini inducit remouendo a Deo prædicamenta dialecticę artis. Et ad hoc rōnes in solutione qstionis ponent. ¶ Ad hæc Alexāder rn̄det. In Deo non est ponendum vniuersale, nec particulare, vel singulare: habet tamen esse diuinū de eis quod est perfectionis, & deest ei, quod est imperfectionis. Vniuersale enim est in multis, & dicitur de multis: quia non est totum, quod sunt singularia, sicut hō nō dicit totū, quod est Socrates, quia nō dicit

1
2
3
4
5
6
7
Scotus.
Damasce.
8
9
10
11
12
13
14
In oppositum.
Alexāder.

est quālitatem, qualitatē, & operationem, quæ sunt in Socrate. Sed cū dī Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus, dicitur esse diuinū in multis, sed nō dicit de multis. Cū enim dico Deus, dico totū esse patris, totumq; esse filij. Dici ergo de multis, imperfectionis est in esse vniuersalis: sed esse in multis, cōuenit esse diuino. quia hoc est virtutis, & nobilitatis in uniuersali. Similiter particulare vocatur, quod ē in vno solo, & hoc est imperfectionis. sed non dicit de multis, quod est perfectionis, quoniam dicit totum esse rei. Hinc esse diuinum non est tantū in vna persona, nec tamē multipliciter in personis, sed permanet vnū. Insuper aliquid dicitur particulare, vel a materia, vel ab accidentibus, vel a forma signata. cum ergo in Deo non sit materia, nec accidens, nec limitatio formæ, nullo horum modorum est in eo particulare. ¶ Sciendum uero, ꝙ prædicamentū dupliciter dicitur, s. propriè, & communiter. Propriè, appellatur coordinatio prædicabilium, quorū vnū est sub alio: & sic non est prædicamētum in diuinis, quia non est superius, & inferius, nec vniuersale, neque particulare. Communiter uero prædicamentū pōt dici, quicquid se habet per modū prædicaméti. Sicq; prædicamentum est in diuinis. Nam quædam ibi dicuntur per modū substātiæ, quædā per modū relationis item in summa trinitate repēritur similitudo ad prædicamentum. In omni nanq; prædicamento est vnum, quod est. i. prędicatur de alio, & nihil de ipso prædicatur vniuocè, vt generalissimum, & aliud, de quo aliud, & ipsum de nullo. Tertiū quoque, quod est de alio, & aliud de ipso. Similiter in trinitate est persona, de qua alia, & ipsa de nulla, vt pater: & quædam persona, quæ de alia, & de qua nulla, vt spiritussanctus: & etiam persona, quę de alia, & de qua alia, vt filius. Et ita qualis est ordo naturę, talis, & in personarum trinitate. In coordinatione etiam prædicamenti est similis ordo. In trinitate vero non est propriè prius, & posterius, vt infra magis patebit. Hæc Alexander.

Prædicamentū dupliciter dī

¶ Hinc Thomas: Deus non est in genere substantiæ, & huius quadruplex ratio assignatur. Prima ponitur in litera, & est ex parte nominis substātiæ sumpta. Nomen quippe substantiæ imponitur a substando. Secūda sumitur ex ratione eius, quod est esse in genere. Omne nanque huiusmodi addit aliquid supra genus, idcirco quod summè simplex est: non potest esse in genere. Tertia ratio subtilior est Auicennæ: quoniam omne quod est in genere, habet quidditatem differentem ab esse, vt homo: humanitati enim ex hoc, ꝙ humanitas est, nō debet esse in actu. Nam cogitari, seu apprehendi potest humanitas, & tamen ignorari an aliquis homo sit: qm̄ commune, quod prædicatur de his, quæ sunt in genere, prædicat quidditatem, cum genus, & species prædicētur in eo, quod quid. Porro quidditati illi non debetur esse, nisi ꝑ hoc, ꝙ suscepta est in illo, vel in illo: ideo quidditas generis, vel speciei non communicatur omnibus secundum vnum esse, sed solum secundū vnam rationem communem. Vnde constat, ꝙ esse suum non est quidditas eius. In Deo autem esse est quidditas sua, aliter accideret quiddi tati, & esset ei acquisitum ab alio, nec haberet esse per suam essentiam. Ideò Deus non potest esse in genere aliquo. Quarta ratio est ex perfectione diuini esse, quod colligit, & comprehendit in se nobilitates, & perfectiones oīum generum. Hinc ad nullum genus determinatur. Potest addi, & ratio quinta, quoniam genus prædicatur vniuocè de contentis in se. de Deo aūt, & creaturis nil prædicatur vniuocè, sed analogicè

Thomas. Quadruplex ratio cur Deus non sit in prædicamēto substantiæ.

Auicenna

tantum. ¶ Præterea ea, quæ in creaturis sunt, prædicantur de Deo per eminentiam quandam, omni imperfectione exclusa. In quolibet vero nouem prædicamentorō accidentis, duo considerātur: videlicet propria ratio accidentis, & ratio propria illius generis, videlicet quātitatis, aut qualitatis. ratio autē accidentis imperfectionem includit: quoniam esse accidentis, est inesse, ac dependere, cōpositionemq; facere cum subiecto. Hinc secundum rationem accidentis, nil conuenit Deo, nec prędicamenta illa prædicantur de Deo. Si vero cōsideremus propriā rationē cuiuslibet generis accidentis, adhuc quod libet eorum imperfectionem importat, præter ad aliquid. Nam quantitas dicit rationem mensuræ in comparatione ad subiectum, qualitas vero dispositionem. sicq; de alijs. Ideo eadem ratione remouentur a diuina prędicatione, qua remouebantur secūdum communem rationem generis accidentis. Si autē consideremus speties generum horum, sic aliquę secundum differētias suas completiuas important aliquid perfectionis, vt scientia, virtus &c. ideò prędicantur de Deo secūdum rationem speciei, nō gñis. Porro ad aliquid ſm rationem gñis sui, nō importat dependētiam ad subiectum, imò refertur ad aliud extra. Hinc etiā ſm rationem sui generis reperitur, & est in diuinis. Hinc remanent tantum duo modi pdicādi in diuinis, videlicet ſm substantiā, & ſm relationē. Non em̄ speciei contentę in gñe debetur certus, & specialis modus prędicandi, sed gñi.

Diluitur obiectio.

¶ Quod si obijciatur de prędicamento actionis, ꝙ propriè conueniat Deo, qui dicitur primū agens, & verè est generans: dicendum, ꝙ in Deo non differt actio ab agente. Hęc Thomas in Scripto.

art. 5.

¶ In prima vero parte Summę quęstione 3. Aliquid est in genere dupliciter. Primò simpliciter, ac propriè, vt species, & contenta sub eis. Secundò reductiuè, vt principia, & priuationes, quemadmodū punctus, & vnitas reducuntur ad prędicamentum quantitatis, tanquàm principia. cęcitas verò, & omnis priuatio reducitur ad genꝰ habitus sui. Neutro autem modo est Deus in genere. Quod enim esse nō possit alicuius generis species, tripliciter potest ostendi. Primò, quoniam species constituitur ex genere, & differentia, semperq; id, a quo sumitur differentia cōstituens speciem, habet se ad id vnde sumit genus, sicut actus ad potentiam, quemadmodū rationale sumitur a natura intellectiua, animalis a sensitiua, quæ se habet ad intellectiuā, sicut potētia ad actum. In Deo, aūt nihil est potentialitatis. secūdò, quia cum esse Dei sit eius essentia, si Deus esset in aliquo gñe, oporteret ꝙ ens esset genus ipsius. Genus nāque significat essentiā rei, cū prędicet in eo, ꝙ qd. Philosophus vero 4. metaphysicæ probat, ꝙ ens nō pōt esse genus alicuius. Omne siquidem genus hēt differentias, q̄ nō participant essentiā gñis; sed nulla valet differentia inueniri, q̄ sit extra ens, nec eius naturā participet, cū ens sit de oīum intellectu. No est ergo Deus in gñe. Tertiò, qm̄ oīa, quæ sunt in genere vno, communicant in essentia gñis, qđ prędicatur de eis, in eo, ꝙ quid, & differūt secundū esse. Nō enim est idē eē hois, & esse equi. Nec esse hois huiꝰ, & eē hois illius. sicq; oportet vt eorū, q̄ sunt in gñe, differat esse, & quidditas, quę in Deo sunt idē. Idcirco nō habet genus, nec differentiā, nec diffinitionē. quia diffinitio ex gñe, ac differētia constat: nec eius demōstratio, nisi per effectū. demōstrationis: etenim mediū ē diffinitio. At vero, ꝙ Deus nō sit in gñe ꝑ reductionē, hinc patet, ꝙ principiū, qđ reducit i aliqđ genus, nō se extendit vltra genus illud, sicut punctū

Aliquod est in genere dupliciter.

Deus non potest esse species alicuius generis.

Ens nullius est genus.

non est principium nisi quantitatis continuę, & vnitas quantitatis discretę. Deus autem est principium totius esse, non ergo continetur in aliquo genere sicut principium.

Obiectio. ¶ Si aũt obijciatur, ꝙ Deus est mẽsura oĩum substantiarũ ergo est in genere substãtiæ: rñdendum, ꝙ mẽsura proportionata est in eodẽ gñe cũ mensuratis ꝓ eũ: Deus aũt est superexcedens rerum mẽsura.

Dilutio. Thomas contra Gẽtiles. Hæc Thomas in Summa. In summa quoq; cõtra gẽtiles 1. lib. cap. 24. multipliciter probat, ꝙ esse diuinum non põt designari per additionẽ alicuius differentiæ substantialis. alias diuinum esse non esset in actu, nisi illo superaddito existente, ac aliquo superueniente, & ita non esset per sẽ necesse esse: haberet sẽ quoq; esse Dei ad differentiam illam, sicut potentia ad actum. Vnde sequẽti ibidem cap. multa indu. erit motiua ad hoc, ꝙ Deus nõ sit in aliquo genere.

Petrus. Richardꝰ. Bonauẽt. ¶ Concordat Petrus. Item Richardus, de cuius dictis in solutionibus argumentorum tangetur.

Bonauentura quoq; consonans pinductis: Deo, inquit, nõ cõuenit esse in aliquo gñe determinato: qm oẽ tale hẽt esse limitatũ, artatũ, compositũ. Nec cõuenit Deo in pluribꝰ esse gñibus, ꝙa hoc esset, vel ꝓp naturarũ diuersitatẽ, aut propter proprietatum multiformitatẽ, aut ꝓp gñalitatẽ, vt trãscendentia. Cum ergo Deus sit summe simplex, & purum esse, seipso distinctum ab oĩbus nullo horũ modorũ in pluribus consistit generibus. Hæc bonauentura.

Deus non est ī diuersis generibus.

Albertus. ¶ Idẽ affirmat Albertus, ꝙ præ cęteris expositionis textus intẽtus, verba Augustini allegata in litera prolixè, & benè exponit. Ait equidẽ Augustinus, ꝙ de Tri. Intelligamus quãtũ possumus Deũ sine qualitate bonũ, sine quãtitate magnum, sine indigentia creatorẽ, sine situ pręsidentẽ, sine habitu oĩa cõtinentẽ, sine loco vbiq; totũ, sine tpe sempiternũ, sine vlla sui mutatione mutabilia facientẽ, nihilq; patiẽtem. Quisquis Deũ sic cogitat, & si nondũ inuenire põt ꝙd sit, pie cauet de illo quicq; sentire, quod nõ sit. Quo circa scribit Albertus: Nouẽ gñalissima accidentis duo habent in se, s. ꝙ accidẽtia sunt, & differentiã, seu aliquid per modũ differẽtiæ, qua abinuicẽ distinguũtur. Quod n. quantitas est quãtitas, non hẽt ab eo, ꝙ est accidens, sed ab eo, ꝙ est dimẽsio, vel mẽsura substãtiæ intus, vel extra. similiter, ꝙ qualitas, est qualitas, nõ habet ab eo, ꝙ est accidẽs, sed ex hoc, ꝙ est dispositio substãtiæ naturalis, siue aduenies intus, vel extra. Ab eo aũt quòd accidentia sunt, oĩa ordinem ad substantiam dicunt: & sic, quo ad id, quod rõne gñis conuenit eis, puta inesse, remouentur a diuinis, cum hoc sit imperfectionis.

Nouẽ gña lissima accidentis duo habẽt.

Boethius. Pro cuius intellectu notãdum, quod ait Boethius: Prædicamentorũ quædã prædicãt aliquid inesse ei de quo prædicatur, quædã aũt extrinsecus assistũt, quædã vero ꝓdicant esse aliquo mõ se habere ad illud, quod extrinsecus adiacet, vt locus, & tẽpus. Vnde qualitas, quãtitas, agere, pati, situs, & habitus, aliquid ꝓdicant inesse: sed relatio extrinsecus assistere vt dexter, & sinister. Potest nanq; idẽ esse dexter, & sinister sine sua mutatione. Quando aũt, & Vbi, prædicant illud, quod ex adiacentia exterius mensurantis relinquitur. Illa ergo, quę prædicant inesse, remouentur (vt dictum est) a diuinis, sed gratia differentiæ prædicantur, dum differentia illa dicit actũ, aut ordinem ad finem, nõ ad subiectum: sicq; in specie prędicatur de Deo, pręsertim si spẽs illa cõstituitur differentia dignitatis, vt bonus, sapiẽs, iustus. Illa vero, q extrinsecus assistentia sunt ad alterũ, sunt gratia eius, quod ẽ in eis accidẽtis natura, nõ ꝓdicant: sed mutant in substantiã in diuinis. Verũ rõne eius quod gñalissimo addunt, non dicũt ordinẽ ad substantia: ideo in diuinis manẽt ſm propriam rõnem. Nonnulla vero, & imperfecta sunt rõne gñis accidẽtis, & etiã rõne eius, quod addunt, vt situs, q est corporalium rerum: & pati, quod est imperfectũ: & habitus, qui corporeorum est entium. ideo simpliciter remouentur, nisi per tranſlationẽ conueniant Deo.

Relationis duo in se.

Veruntn aduertendum, ꝙ relatio habet duo in se, vt potè, ꝙ est proprietas, & ita conuenit ei in esse soli personæ. & non solum assistere: imò sic est cõstitutiua personæ, & naturam accidẽtis amittit, quia nil superaddit essentiæ. Habet quoq; in se, ꝙ est ad alterum, cui opponitur relatiuè, & ex hoc habet extra de terminari. sicq; intelligẽdum est, quòd Boethius ait relationem assistere. Hæc Albertus.

Quõ relatio assistit.

¶ Qui etiã circa verba S. Hilarij scribit: Ait quippe 7 de Trinitate Hilarius: Non ex compositis Deus subsistit, qui vita est: neq; qui virtus est, ex infirmis cõtinetur: nec qui lux est, ex obscuris coaptatur: neque qui spiritus est, ex disparibus est formatus.

Multiplex rerum cõpositio.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Prima compositio rerum est ex Quod est, & Quo est, quæ est angeli, & aĩæ rõnalis, corporisq; cælestis, ſm eos, qui non ponunt in cęlo materiam. Secunda compositio est priorũ, quæ sunt ex materia, & forma, vt materiæ primæ ad elementum. Tertia compositio est ex cęlestis influẽtia corporis super inferiora, eo ꝙ ois mixtio, & generatio inferiorum ad motum cęli reducitur sicut ad causam. Corpus autem cęleste mouet per influentiam lucis super obscurum: præcipuè diuorum elementorũ, quæ sunt terra, & aqua. Illa namq; magis abundant in mixtorum corporibus, siccum enim terrestre, terminatiuum est humidi aquei, & humidum aqueum continuatiuum est siccitatis: fit mixtio mouẽte superiorum corporum lumine per præsentiam, vel aspectum, seu applicationem quandam ad stellam respicientem coniũctionem, vel oppositionem, aut alias proprietates, quæ in scientia de stellis sunt determinatæ. Ad hanc commixtionem sequitur compositio complexio natorum, & organicorum ad spiritualem naturã, quæ anima est. Et ista compositio quarta est: Primæ compositioni opponitur, seu repugãt vita in toto. i. vita pura. Id enim, in quo est Quod, & Quo, non viuit secundum se totum, nec est vita pura, ipsumq; viuere. Secundæ cõpositioni repugnat virtus perfecta, propter defectũ priuationis. Tertiæ opponitur lux in toto, id est, lux pura, propter opacum elementorum. Quartæ opponitur esse spiritum in toto, id est, totaliter spiritum esse, propter disparitatem grossi terreniq; corporis ad spiritalem naturam animæ, quæ corpori tali vnitur. Hæc ille.

Vdalricus. ¶ Denique de hac materia, cur scilicet Deus, nec genus, nec species sit, neq; ī genere, neq; in specie, scribit Vdalricus satis fundamẽtaliter iuxta Peripateticorum doctrinam, in Summa sua tertio libro, septimo, & octauo capitulis: Vniuersale, inquiens, videtur maximè obsistere æqualitati personarum in Deo. ideo eius naturam pleniùs notificabimus. Vniuersale propriè sumptum, duobus constituitur, vt potè natura, cui accidit vniuersalitas, seu generalitas: & respectu ad multa, qui complet rationem vniuersalis. Cum autem respectus ille non conueniat naturæ, nisi vt est secundum rationem separata, & communicabilis, tria tamen sunt considerandа in ipsa natura. Nam inquantum est separata, sic est vnum extra multa, puta particularia. sic enim in solo est intellectu. Inquantum verò habet respectum ad multa, quorum ipsa est esse substantiale, sic

Quæ sit natura vniuersalis.

ipsa

ipsa est vnum in multis, in quibus diuersificatur. Et tertio, inquantum ipsa ita non sumitur, vt substantia secundum se ens. i. essentia diuisa contra materiam, atque compositum, sed sumitur, vt totum esse substantiale, quod oportet in concreto significari cum implicatione eius, cuius est illud esse, sic prædicabilis est de toto, & est vnum de multis. Porro si vniuersale sumatur secundum actũ, videlicet prout actualiter est vnum communicatum multis, & prædicatum de eis, sic est solum in intellectu, videlicet quo ad intentionem vniuersalitatis: propter quod Peripatetici communiter, & Auicenna, Algazel, Auerrois, pluresq; alij dicunt vniuersale non esse nisi in intellectu: quoniam forma secundum, quod est in rebus diuisa, est per esse non vna. Vniuersale autem est simplex forma, & vna, a materia, & eius appendicijs separata, & hoc ei non confert nisi abstrahens intellectus. Hinc ait, & Damascenus, ꝙ in talibus consideratur commune ratione, non re. Hæc, & alia multa scribit Vdalricus de vniuersali in genera.

Damasce.

De natura generis.

li. ¶ Præterea de natura generis subdit: Genus proprijssimè dicitur, quod in diffinitione est primum, & prædicatur in quid, cui philosophus primo attribuit, quòd èst subiectum: quia inquantum genus accipitur, ut consistens in se, & in substantialibus suis, non indiget differentia ad esse suum inquantum genus. aliter enim omne genus etiam generalissimũ, indigeret differentia ad esse suum, & reciperetur diffetentia in eius diffinitione, quod falsum est: quoniam genus generalissimum diffinitionem non habet. Hinc genus non habet differentiam propriè dictam, suum esse constituentem, vel si habet, non est simpliciter genus, sed genus subalternum, quod est etiam species. sicq; inquantum species, constituitur differentia. Ad cuius intellectum aduertendum, ꝙ cum philosophus dicat, quòd potentia, & actus sunt principia generum, patet, ꝙ potentia simplex non est genus, sed potentia cõtracta per actum, qui actus est differentia, & si potẽtia illa fuerit intranea enti, ita ꝙ ei nil superaddit, sed addit, vel solam rationẽ negationis, vel aliquid, quod diminuit de ratione entis, & ex hoc, ꝙ est intra ens, non coartat. Vnde constitutum ex tali actu, & potentia, est generalissimum. Tales autem differentiæ habent similitudinem differentiarum verarum, sed non sunt differentiæ veræ. Si vero differentia sit extra genus quæ realiter addit supra potẽtiam generis, per hoc coartat in partem. Secundò, philosophus attribuit genus, quod est materia, seu materiæ similis. Nam sicut in materia ponitur formarum inchoatio, sic in genere sunt differentiæ potentialiter: & ab eo, quod se habet per modum potentiæ, sumitur ratio generis, homine ab eo, ꝙ est esse corpus aĩatũ sensibile. differentia autem est essentialis qualitas generis, ideo prędicatur in quale. Species vero vtrunq; cõplectitur. idcirco est quale quid. Genus aũt propriè dicit esse quid, qm̃ est subiectũ, cui accidit esse determinatum, vel non derminatum ad actum per differẽtias suas: q reducũt potentiã eius ad actum qui est esse specificum. Hinc certum est, ꝙ Deo, qui est purus, & simplicissimus actus, nõ competit esse genus nec esse in genere: nec esse eius determinatur, aut contahitur ad certum gradum perfectionis per differentiam, cũ sit ens illimitatũ simpliciter, vniuersaliterq; perfectũ. ideo nõ est spẽs, nec indiuiduũ speciei, sed extra, & supra omne, ac ordinẽ rerũ per eminentiã infinitã. Hæc in sententia Vdalricus, & ista est doctrina Auicennæ, & Algazelis, aliorumq; antiquorum: imò Augustini in textu, Boethij, Damasceni, Anselmi: & qui aliter vtuntur nominibus gñis speciei, & differentiæ, ponendo ea in Deo, abusiuè loquuntur, & prorsus impropriè, & indoctè.

Aegidius. ¶ His consonant scripta Aegidij, hic dicentis: Si volumus scire an Deus sit in gñe, oportet nos intueri an ea, quę sunt de gñis rõne, cõueniant ei. Itaq; genus comparatur ad spẽm tanq̃ ad contentũ sub se, cũ nihil sit in gñe quod non est in aliqua specierum vt in libro dr Topicorum. conparaf aũt ad spẽm tripliciter. Primò quia respectu speciei hẽt rõnem totius vniuersalis, qm̃ prædicatur de specie. secũdo habat rõnem potentialitatis, cum spẽs diffiniatur per genus, & differentiam, tanq̃ per actũ atq; potentiã. Tertiò habet rõnem continentis. nam virtualiter in se continet species, q̃ vniunt, & colligunt in eo tanq̃ in toto vniuersali, quemadmodũ mẽbra in toto cõposito, & diuersæ potẽtiæ in toto potestatiuo. Hinc 2. metadhysicæ asserit Cõmentator, ꝙ distinctio est inter genus, & materiã, quia materia dicit potentiã purã, genus aũt formã mediam inter actũ, & potentiam. Cõformiter genus ad differentiam comparat tripliciter, quia respectu differẽtiæ dicit totũ, cũ differentia cadat a latere, genus aũt ſm rectã lineã ordinetur. habet quoq; respectu differẽtiæ rõnem potentialis: quia differentia superaddita gñi cõtrahit ipsum, & cõstituit spẽm. Habet etiã rõnem continẽtis, cũ genus sit cõmunius differentia. Ad hoc ergo, ꝙ aliquid sit in genere, tria requiruntf. Primũ, ꝙ sit finitæ perfectionis. Nempe cũ genus dicat quid medium inter actum, & potentiam, & actus in potentia receptns, cõtrahatur ad perfectionẽ determinatam, constat ꝙ id nõ sit in gñe cui cõpetit perfectio infinita. Amplius, ex eo ꝙ genus dicit totum, quæ totalitas, quamuis sit ſm rationem, attamen quia his partibus rationis correspondent partes rei, nec propriè partes homini sumerentur nisi natura, a qua sumunt genus, & differẽtia aliquo modo partes haberet. Ideo Deus qui simplicissimã habet naturã, nullo mõ est in genere. Simili mõ quia genus potentialitatem includit, Deus qui purus est actus, in gñe non est. Vnde nec spẽs est, nec indiuiduũ speciei. Deniq: quatuor sunt gradus substantiarũ. Nam quædã per se non habent esse, sed sunt inquantum dant esse, vt substantiales partes cõpositi. Aliæ per se habent esse, tñ habent aliquid in se, quod non principaliter facit ad esse, sicut cõposita, in quibus habet materia. Aliæ per se habẽt esse, & nihil est in earũ natura, qđ non principaliter facit ad esse, vt intelligentiæ. Quę dã vero est substantia, quæ non solũ per se habet esse, sed etiã est suũ esse, vt Deus. ¶ Postremo hęc tria, ꝓp quæ ostensum est Deum non esse in gñe, Deo cõpetere diuinus, & S. Dionysius innuit 4. cap. de diuinis nominibus, dicens primã causam ſm oẽm intẽtionem super substãtialiter esse. Ex quo habeẽ, ꝙ nõ est essentia differens, aut distans ab esse, nec potẽtia litas in natura. Et subdit ibidem: Etenim nõ hoc qui dem est, hoc autem nõ est: nec alicubi quidem est, alicubi aũt non est, in quo innuitur non habere naturam cõpositam, quæ per conditiones materiæ determinatur ad aliquem locum. Et addit, Sed omnia est, vt oĩm causa, oĩa principia comprehendens, & præbens. Vnde concluditur, ꝙ nõ est materia neq; forma, nec ad aliqđ genꝰ terminatũ. Hæc Aegidius.

Genus cõparatur ad speciẽ tripliciter.

Materiæ, & gñis differentia.

Tria requisita ad rõnem gñis.

Substãtiarũ 4. sunt gradus.

Dionysius martyr.

¶ Circa hæc scribit Scotus: Hic sunt duæ opiniones extremæ. Vna negatiua, q̃ dicit, ꝙ cũ simplicitate Dei nõ stat, ꝙ sit aliquis cõceptus Deo, & creaturis communis. Alia tenet omnino oppositum. & ait ꝙ etiã Deus sit in genere. Teneo aũt opinionẽ mediam. s. ꝙ cum simplicitate Dei stat, ꝙ aliquis sit cõceptus

Scotus.

ceptus communis Deo, ac creaturis, non tamen, ut
genus. Prima pars probata est, secundam probo au-
Augustinus. toritate Augustini, 7. de Trinitate dicentis: Manifestum est Deum abusiuè dici substantiam, quia substantia dicitur a substando, eo q̃ accidentibus substet, quod Deo non conuenit. Non intendit autem Augustinus, q̃ ratio substantiæ, vt est genus, sit accidentibus substare: quia præmisit ibi, Absurdum est, vt substantia relatiuè dicatur, sed substantia, vt est genus, est limitata. omnis autem substantia limitata capax est accidentis: ergo quæcunque substantia est
Auicenna. in genere, potest substare alicui accidẽti. Idem probat, & tenet Auicenna, & probatur sic: Conceptus habens indifferentiam ad aliqua, ad quę non potest conceptus generis esse indifferens, non potest esse conceptus generis. sed quicquid communiter dicitur de Deo, & creaturis, est indifferens ad finitũ, & infinitum. Nullum vero genus potest ad finitum, & infinitum esse indifferens. genus enim accipitur ab aliqua realitate, quæ ſm se potentialis est ad realitatem, a qua differentia sumitur. In Deo autem cum sit infinitus formaliter, nihil est potentiale. Secundò
Auicenna. arguo ex ratione eius, quod est necesse esse, & est argumentum Auicennæ 8. metaphysicæ suæ: Si necesse esse habet genus, ergo intẽtio generis, vel erit ex se necesse, uel non. Si primo modo, tunc non cessabit quousque sit ibi differentia, ita q̃ genus differentiam tunc includet, quoniam sine illa non est in vltimo suo actu, sed necesse esse est in vltimo actu suo. Sin autem genus includit differentiam, non est genus. Si autem detur secundũ membrum, sequitur, q̃ necesse esse erit constitutum ab eo, quod nõ est necesse esse. Hinc dico, q̃ ens prius diuiditur in infinitum, & finitum, quàm in decem genera: qm̃ alterũ horum, videlicet ens finitũ, est commune ad decẽ prædicamenta: ergo quæcunque conueniunt enti, vt indifferens est ad finitum, & infinitum, vel vt proprium est enti infinito, cõueniunt sibi non vt determinẽt, sed vt est prius: & per consequens, vt est transcendens, & extra omne genus. quæcunque ergo sunt communia Deo, & creaturę, sunt talia. inquantum enim conueniunt Deo, sunt infinita. inquantum creaturæ, finita. ergo illa per prius conueniunt enti, quàm diuidatur per finitum. idcirco esse tale, transcendens est.

¶ Sed quæritur, quomodo sapientia ponat̃ transcendens, cũ non conueniat omnibus entibus, transcendentia vero videantur omnibus esse cõmunia. Respondetur, q̃ de ratione generis generalissimi non est habere species sub se, sed non habere superueniens genus: sicut quando, quia non habet superueniens genus, est generalissimum, quàmuis paucas, aut nullas habeat species, ita transcendens est, quod nullum habet genus sub quo continetur, sed quòd ipsum sit commune ad multa inferiora, hoc accidit ei. Hæc Scotus.

Dionysius ¶ Cuius vltimo dicto obijci potest, q̃ de ratione generis est prædicari de multis differentibus specie cumq; genus a generalitate impositum sit, ratio generis generi generalissimo potissimè conuenire videt. Demum, q̃ ait ens vniuocè prædicari de Deo,
Ens non ꝓdicatur vniuoce de Deo, ac creaturis. & creaturis, doctrinæ, & rationibus omnium prę legatorum solennium veterumque doctorum contrariatur: imò cum Deus ęternus, & glorioſus in infinitum magis excedat omnem creatam essentiam, & omne esse creatum, ac modum essendi eiusdem in omni dignitate, supereſſentialitate, & incomprehensibilitate, quàm quæcunque creata substantia accidens, aut vnum accidens aliud, si ens prædicaretur vniuocè de Deo, & creatura, multo plus ens finitum prædicaretur vniuocè de decem prædicamentis, ipsumq; accidens de nouem suis generibus, & videretur ens finitum esse genus ad decem generalissima: quo dato, illa non essent generalissima.

Scotus. ¶ Præterea scribit Scotus: Aliqui probant Deum non esse in genere, quoniam cõtinet in se perfectiones oĩum generum. sed argumentũ non valet, quia continens aliquid, continet illud per modũ sui &c.

Dyonisius ¶ Ad quod dico, q̃ argumentum illud a præfatis doctoribus introductum, extat idoneum. & quàmuis Deus incomprehensibilis, & excelsus contineat in se omnium rerum, ac generum perfectiones secũdum suum proprium modum, tamen continet eas vere, plenè, actualiter, illimitate, imò in infinitum excellentiùs, quàm sint, aut esse queant in rebus creatis, & taliter: nullum creatum continereue potest vniuersorum generum perfectiones. ¶ Ait etiã circa hæc Scotus: Si Deus sola indiuidua substantiarũ
Scotus. causaret, illa (puta creata substantia) haberet virtua-
Dionysius liter in se vnde causaret accidentia omnia. ¶ Cui assertioni obijcitur, q̃ nulla creata substantia habet in se virtutem causandi supernaturales habitus gratiæ, & theologicarum virtutum, atq; donorum. Re-
Scotus. prehendit insuper Scotus dictum Henrici, qui ait species generabilium, & corruptibilium non corrũpi per se, sed per accidens, vtpotè per hoc, q̃ indiuidua in quibus sunt, corrumpuntur. ¶ Quæ reprehẽsio non censetur idonea, cum dictum illud commu-
Dionysius ni assertioni philosophorum, & theologorum concordet. Et item, quia, vt ait philosophus, esse agere, pati, generari, corrumpi, directè conuenit suppositis, & ex consequenti, seu per accidens, aut ratione suppositorum, naturis specificis.

¶ Amplius argui potest, q̃ si ens de Deo, & creaturis vniuocè dr, & in quid, erit genus ad ea, eritq; De⁹ in gñe, quo dato, opinio illa implicare uidebit.

Durandus ¶ Durandus quoque fatetur, Deum non esse in genere reprobat tamẽ argumentum supra inductũ, quo id ita probatum est, quia in Deo cum purus sit actus, non potest fundari conceptus, seu ratio potentialitatis, a qua sumitur genus. Itaque scribit: Iste modus probandi non videtur verus, quoniam sicut de Deo concipimus, quòd est bonus, & sapiens, & hæc in Deo differunt ratione: ita concipimus de Deo, quòd est substantia, & quòd est intellectualis, & primus ille conceptus est indeterminatus respectu secundi, & aliquo modo determinatur per
Dionysius ipsum, quemadmodum potentia per actum.

¶ Sed ista obiectio est in ualida, atque ex dictis Aegidij plenè soluta. Genus etenim sumitur ab aliquo, quod ex sua natura aliquid habet potentialitatis, & non solum secundum modum apprehensionis humunæ. Substantia quoque prout conuenit Deo, non nisi puram, & perfectam notat essentiam, nec in supersimplicissima, & actualissima deitate est quippiam ex sua natura contrahibile, determinabile potentiale. Et quamuis Durandus prætactum reprobet argumentum, tamen in argumento suo, quo illud corrigit, fatetur quod argumenum illud prętendit. Sic etenim arguit: Minus est in genere, quod est illimitatum re, & ratione, quàm quod est limitatum re, quamuis non ratione, sed Deus est illimitatus re, & ratione. ens autem creatum in sua communitate acceptum, est limitatum ad minus re: & vt aliqui dicunt, etiam ratione: & tamen ipsum non est in genere. ergo a fortiori, nec Deus. Et causa est, quoniam genus includit limitationem, ita quòd perfectio contenta in vno

genere

genere, non conuenit rei alterius generis sine nonæ, rei additione. Hæc Durandus.

Scotus. ¶ Similiter Scotus reprobando argumentum qno ita arguitur, Deus continet in se perfectionem omnium generum, ergo non est in genere, Paulo post incidit, & affirmat, quod reprobauit. Siquidem dicit Deum non esse in genere ratione suæ absolutæ infinitatis, & tamen hoc nihil aliud est dicere, nisi quòd Deus non est in genere, quia continet in se omnium generum, & omnium rerum perfectionem omnimodè. Quocirca pensandum, quia (vt in quodlibetis suis frequenter, atque in Summa sua testatur Henricus) quamuis aliqua essentia citra summum Deum esset infinitæ perfectionis in certo genere, aut gradu, vel specie, puta in sapientia aut uirtute, non tamen esset absolutè perfecta, neque simpliciter infinita: imò adhuc esset in genere, & haberet, quo excederetur, & limitaretur. Idem in hac quæstione Scotus fatetur. Sed, & Gu-
Guli. par. lielmus Parrhisiensis in libro suo de Trinitate, euidenter testatur, & probat Deum non esse in genere nec aliquid prædicari de ipso, & creaturis uniuocè, sed analogicè tantum. Idem tenet Antisiodoren-
Antisiod. sis, qui tamen in Summa sua libro primo, quæstione qua quærit, vtrum persona dicatur uniuocè de personis increatis, & creatis, ponit uarios modos vniuocationis, prout suo loco poterit tangi. Postre-
Nota quo rũdam ab surdã opinionem. mo constat ex habitis, quàm inconueniens, & absurda sit quorundam opinio, dicentium, quòd ens non solum vniuocè de Deo, & creaturis dicatur, sed item, quòd Deus sit in prædicamento, ac genere, intantum vt quidam dixisse legatur, quòd Deus, seu diuina essentia inquantum quidditas, non est dignior, quàm quidditas asini: quod auribus verè religiosis detestabiliter sonat, & honorificentiæ superdignissimi Dei contrariatur, de quo cum omni reuerentia, & timore loqui debemus, quemadmodũ Alexander in suis obseruat, ac loquitur libris, in tantum, vt beatissimus Dionysius, & Damascenus affirment, non esse audendum aliquid de supereſſentiali dicere deitate pręter ea, quę scripturis traduntur. Itaque dico, quòd diuina essentia inquantum quidditas, secundum quod quidditas conuenit ei, non solum quidditate asini, sed etiam quidditate excellentissimi angeli in infinitum præstantior est. Nec in hoc simile est de Deo, & creaturis. Nã quamuis homo inquantum substantia sensitiua, non dicatur perfectior equo, sed inquantum rationalis, quia videlicet animal de homine, & equo prædicatur vniuocè, de Deo tamen maiestatis, & eccellentiæ penitus infinitæ loqui sic nefas est. ¶ Ad primum igitur
Soluuntur argumenta initio q̃stionis pro posita, respondendum, q̃ quamuis Deus prædicetur de pluribus suppositis, seu personis, illa tamen suppositа non sunt plura, absolutè, loquendo, nec multa: nec multiplicatur in eis natura, imò nec absolutè, sed relatiuè dicuntur. ideo Deo nõ competit ratio vniuersalis, nec descriptio generis, seu speciei, nec
ad 2. prædicatio illa esset propriè in quid. ¶ Ad secundũ, q̃ ratio non conuenit uniuocè Deo, & creaturis: nec propriè Deus appellatur substantia, cum substãtia a substando dicatur. imò cum infinita excellentia, & supereſſentiali, illimitataq; perfectione, conuenit ei per se esse: creaturis vero, cum aliquantula
ad 3. participatione subsistentiæ Dei. ¶ Ad tertium, q̃ illę & similes entis diuisiones non dantur per vniuocationem, sed analogiam, & una pars per supereminẽ-
ad 4. tiam conuenit Deo. ¶ Ad quartum responsum est. Attamen instantia illa conuincit, quòd aliquid simile rationi vniuersalis, & generis, ac speciei Deo con-

ueniat: & quòd quantum ad id, quod perfectionis est, conueniant creatori: non autem simpliciter, sicut ex verbis patuit Alexandri, & aliorum. Et quantum ad id, Damascenus, & alij quidam authentici, & antiqui, vsi sunt nomine speciei, aut generis in diuinis. Per quod patet solutio autoritatum ex illis allegatarum. ¶ Ad quintum iam patet responsio, quia ad 5.
substantiæ ratio non competit Deo, & creatis vniuocè. Vnde glorioſus Dionysius Deum toties su-
S. Dion. persubstantialem, & supereſſentialem appellat, & quod verius dicatur non esse substantia, quàm substantia, prout vltimo mysticæ theologiæ cap. potestatur. ¶ Ad sextum, quòd in Deo sunt duo prædica- ad 6.
menta, quantum ad modum prædicandi, non quantum ad ueram, & propriam rationem, aut proprietatem prędicamenti. Quædam enim dicuntur de Deo absolutè, & essentialiter, quędam relatiuè. ¶ Ad septimum, & ad alia Scoti obiecta dicendum, ad 7.
quòd Deus formalius est super ens, quàm ens, & quòd generalis ille conceptus entis communissimè sumpti, non conuenit Deo, & creatis vniuocè, sed analogicè tantum. Nec aliud instantiæ illæ concludunt. Estque tenendum, quòd conceptus, seu ratio illa entis, sit vnus vnitate quadam analogica, & communi, ac permanet in sua communitate, quousque descendatur. Cumque descenditur ad increatum, & creatum, seu infinitum, & finitum, diuersificatur in eis, & vnicuique competit suus conceptus, seu propria ratio. Nec est inconueniens, quòd aliquis habet verum conceptum de aliquo communi, & tamen ignoret qualiter ratio, seu conceptus huiusmodi conueniat contentis sub illo, seu minus communibus. Nec rursus sequitur ex his, quòd ex creaturis nil verè cognoscamus de creatore: quia vt paruit, ens & alia multa non prorsus æquiuocè, sed analogicè competunt Deo, & creaturis: quoniã res creatæ uerè participant, imitantur, ac repræsentant perfectiones, & attributa superglorioſissimi creatoris. Postremo dicendum, q̃ theologi vtuntur cõceptibus quibusdam communibus Deo, & creaturis, accipiendo metaphysicales conceptus, & remouẽdo ab eis, quod imperfectionis est, atq; quod perfectionis est ascribendo creatori non vniuocè, sed per eminentiam incomparabilem, & quandam analogiam, qua aliquid per prius dicitur de vno, & per posterius de alijs.

QVAESTIO VII.

Septimò quæritur, *An aliqua creatura sit simplex, & specialiter de simplicitate intellectualis naturæ, ac rationalis creaturæ, an scilicet angelus, & anima rationalis sit simplex, & immaterialis essentia.* ¶ Quòd autem, aliqua creatura sit simplex, probatum est supra de puncto, & vnitate. Quòd si dicantur in omni creatura esse, Quod est, & Quo est, inquiritur an, & ipsum. Quo, sit compoſitum ex Quod, & Quo. Si sic, quæretur vlterius, quousque stetur in aliquo penitus simplici, aut ibitur in infinitum. Iterum, eadem sunt principia compoſitionis, & resolutionis. Resolutio autem vltima stat in indiuiſibili, ac simplici, ergo est deuenire in creaturis ad aliquod penitus simplex, & irresolubile. Arguit 1. contra veritatem. 2.

¶ In contrarium est Augustinus in litera. Ista quę
In oppoſitum. stio pro magna parte soluta est paulo ante in determinatione quæstionis de simplicitate Dei, ac diuinæ essentiæ. Veruntamen quæstio ista multiplicem includit difficultatem, præsertim quantum ad in-

tellectuales substantias, de quibus quæstio potest moueri, an in eis materia aliqua sit, & item an in eis differant realiter esse, & essentia. De distinctione autem inter essentiam, potentiasq; earum, determinatum est supra.

Bonauct. ¶ Itaque circa hæc scribit Bonauentura: Simplicitas essentiæ priuat, seu excludit compositionem, & etiam differentiam essentialem, ac multiplicitatem, ita quòd tam simplex est, quòd nec habet partium compositionem, nec multiplicitatem formarum, nec actionum. porro in solo Deo est priuatio compositionis, ac differentiæ, seu multiplicitatis. hinc in solo Deo est simplicitas essentialiter, & perfectè, in alijs participatiuè. Quædam autem est compositio ex partibus essentialibus, & hæc est in omnibus creaturis entibus, seu existentibus per se. Alia est ex partibus integrantibus, & hæc est in cunctis corporibus, tertia ex partibus dissimilibus, & hæc est in omnibus animatis, & sensitiuis. Hinc in omni substantia per se ante, quæ propriè dicitur creatura, est compositio aliqua: quoniam omnis creatura, aut est corporalis, aut spiritualis, aut composita ex vtroque. Triplex quoque est differentia in rebus creatis. Prima est substantiæ, & virtutis, ac operationis, seu substantiæ, & accidentis. Secunda differentia est suppositi, ac naturæ. Tertia est differentia entis, ac esse. prima differentia est rei, inquantum est agens. secunda, prout est ens in genere. Tertia, prout est ens in se. Prima differentia est in omni subiecto, quoniam omne subiectum habet esse mixtum. idcirco non agit ex se toto, propter quod in eo Quo agit, & Quod agit, & actio, seu proprietas, & subiectum. Secunda differentia est in omni individuo, quoniam omnè individuum habet esse limitatum. Hinc in aliquo conuenit, atque in aliquo differt ab alio. Vnde in omni individuo differt suppositum, & natura multiplicatur enim essentia, seu natura in suppositis. Tertia est in omni creato, & concommunicato. Nempe cum omne creatum, siue sit principium, siue principiatum, aliunde accipit esse, ideo non est esse suum, sicut lux non est suum lucere. Si ergo dicatur simplicitas per priuationem compositionis, sic propria est Dei solius etiam ratione substantiæ, quoniam post Deum nulla substantia est, quæ non componatur ex possibili saltem, & actuali. Si autem simplicitas dicat priuationem differentiæ essentialis, ac dependentiæ, ita quòd in essentia nulla est diuersitas, nec dependentia, sic simplicitas est propria Deo ratione entis: quoniam nullum aliud ens est, in quo non cadat aliqua diuersitas, aut dependentia. Concedendum est ergo, quòd simplicitas est propria Deo, creaturæ autem compositæ sunt, nec simplices verè: quoniam habent esse mixtum ex actu, & potentia, quoniam habent esse limitatum, & ita in genere, & specie collocatum, & per additionem contractum: quia aliunde datum a Deo, a quo deficiunt in simplicitate, & ita cadunt in compositionem. Potest etiam dici, & breuius, quòd simplex dicitur per compositionis priuationem. Sed aliquid dicitur componi dupliciter. Primò, quia ex aliquibus ipsum componitur. Secundò, quia componitur alij. Si ergo simplicitas priuet compositionem ex alijs, sic competit quibusdam creatis, vt primis principijs. Si autem priuet compositionem cum alijs, & ex alijs, ita solius est Dei. Omnis namque creatura, aut est ens per se, & in se, sicque aliquo modo composita est ex alijs: Aut est ens cum alio, & in alio, & ita est composita alij. Rursus, omnè creatum, aut est principium, & ita est alteri componibile: aut principiatum, & sic ex alijs est compositum. Hæc ille.

Triplex creaturarum differentia.

Componi tur aliqd dupliciter

Thomas. ¶ Hinc Thomas: Omne, inquit, quod procedit a Deo in diuersitate essentiæ, deficit a simplicitate diuina. Porro creatura est duplex. Quædam habens esse completum, vt homo, leo, lapis: & talis sic deficit a Dei simplicitate, quòd incidit in compositionem: quia in omni creatura, tam spirituali, quàm corporali, est natura, & esse suum sibi a Deo communicatum. sicque componitur ex Quod est, & Quo est. Quædam vero creatura solum habet esse in alio, vt materia prima, & forma ac vniuersale. Et talis non sic deficit a simplicitate diuina, vt sit composita. Si enim dicatur composita ex natura, & habitudinibus, quibus refertur ad Deum siue ad id, cum quo componitur, quæritur de habitudinibus illis, an sint res, vel non: & si non, non faciunt compositionem: si sic, non referuntur alijs habitudinibus, sed seipsis. Relatio namque non refertur alia relatione, sicq; deuenitur ad aliquid, quod nō est compositum. Nihilominus deficit a diuina simplicitate dupliciter. Primò, quia est diuisibile in potentia: vel per accidens, sicut materia per quantitatem, & forma per receptaculum, vel quia est componibile alteri. Hæc Thomas.

Creaturæ duplex.

Dionysius ¶ Cuius positio non videtur a prefata Bonauenturæ responsione multum distare, quoniam Bonauentura vtitur nomine compositi magis extensè, quàm Thomas, ita vt illud quoque appelletur compositum, quod est componibile alteri. At uero in hoc, quòd omnem creaturam per se subsistentem, affirmat ex essentialibus compositam partibus, nec Thomæ, nec alijs multis concordare videtur, præsertim, si per partes essentiales materiam, & formam intelligat. Si vero per partes essentiales intelligat Quod est, & Quo est, stare posset. Si tamen per Quo est, intelligatur esse actualis existentiæ, hoc non videtur rectè pars essentialis vocari, præcipuè secundum istos, qui asserunt illud ab essentia realiter esse distinctum. Sed de his Paulo post magis tractabitur.

¶ Præterea qualiter in angelo, & anima sit compositio quædam ex Quod est, & Quo, & qualiter sint immateriales, sanctus doctor scribit multum diffusè in Summa contra gentiles libro secundo per diuersa capitula. In tractatu quoque suo de esse, & essentia, & super secundum Sententiarum, atque in prima parte Summæ suæ, prout suis locis poterit tangi.

Petrus. ¶ Petrus quoque hic ait: In creaturis multiplex compositio reperitur. Prima ex genere, & differentia, quæ est compositio naturæ communis. Secunda, ex eo quod est, & esse, seu ex quod est, & quo est, quæ non compositio entis cuiuslibet singularis. Tertia, ex natura, & naturalibus proprietatibus eius. Quarta, ex subiecto, & accidente. Quinta, ex materia, & forma, vt cœlum. Sexta, ex materia, & forma, ac priuatione, vel elementum. Septima, ex diuersitate materiæ, & formæ, vt mixtum ex elementis. Octaua, ex partibus quantitatiuis similibus, vt corpus homogeneum. Nona, ex partibus quantitatiuis dissimilibus, vt corpus heterogeneum. Decima, ex corpore heterogeneo, & anima vegetabili tantum, vt planta seu arbor. Vndecima, ex corpore heterogeneo, & anima vegetatiua simul, ac sensitiua, vt brutum. Duodecima, ex corpore tali, & anima

Multiplex cōpositio in creaturis.

anima rationali, vt homo, in quo stat vltima compositio naturæ. Hæc Petrus.

Albertus Multiplex est simplicitas. ¶ Insuper Albertus: Simplicitas, ait, secundum quid conuenit creaturis. & hæc multiplex est, cuius tangam aliquos modos. Est ergo, quædam simplicitas primorum principiorum componentium, puta ipsius, Quod est, & Quo est, & materiæ, ac formæ, quæ simplicitas non est compositi ex Quod, & Quo est in natura spirituali. Est quoque simplicitas quædam sine dependentia ad corporalem materiā, & conuenit angelo, estque maior, quàm simplicitas animæ rationalis: quæ quamuis careat quantitate, habet tamen dependentiam quandam ad corpus. Post hæc est simplicitas eorum, quæ sunt aliquo modo in quantitate, quorum quædam sunt principia quantitatis, quædam ipsæ quantitates: quarum vna est discreta, alia verò continua. Vnitas ergo, quæ non habet positionem in continuo, est principium quantitatis discretæ. Punctus verò, qui positionem habet in continuo, est principium quantitatis continuæ, scilicet lineæ. Deinde sequitur nunc, quod est principium temporis, quod tempus in sui ratione habet, & includit continuum, & discretum, cum dicitur: Tempus est numerus motus secundum, prius, & posterius. Deinceps dicuntur simplicia, quæ quantitatē habent sine contrarietate, sicut cœlestia corpora. post hæc, quæ quantitatem habent sine permixtione contrarium qualitatum, vt elementa, in quibus sunt simplices qualitates contrariorum. Dico etiam, quòd anima rationalis composita est ex principijs essentialibus, quæ sunt Quod est, & Quo est, non ex materia, & forma. quamuis hoc quidam dicere videantur: quod non apparet, quia secundum philosophum materia determinatur per potentiam ad motum in substantia aliquid variantem, vel ad motum localem. Cumque potentia huiusmodi non sit nisi in corporibus, non erit materia nisi in corporalibus rerum. Hæc Albertus.

Quæ sint animę partes essentiales. ¶ Quo circa quærendum, quo sensu dicat, Quod est, & Quo est essentiales animæ partes, cum essentiales partes substantiæ non videantur esse nisi forma substantialis, atque materia: nisi forsan essentiales partes appellet, quæ ad completam rei consistentiam primitus exiguntur, seu actum, & potentiam. Insuper in commento suo super librum de Causis, affirmat, quòd septem sunt substantiæ, simplices primæ, videlicet causa prima, intelligentia, anima nobilis, materia, forma, cœlum, & elementum. Et subdit de intelligentia: Intelligentia non simpliciter simplex est, sed est substantia indiuisibilis, quamuis multiplicitatem habeat, ex hoc, quòd est secunda substantia. Intelligentiæ namque aliud est esse, & aliud quod est: & aliud est, comparata ad primam causam: & aliud, secundum seipsam accepta: & aliud, comparata ad nihil, ex quo est: tamen per hoc non diuiditur substantia eius. Hæc ibi.

Septem substantiæ simplices.

Vdalric⁹. Intelligentiæ varia cōpositio. ¶ Hinc Vdalricus in quarto suæ Summæ libro differuit: Negantes intelligentiam ex materia, & forma componi, dicimus eam tamen multiplici compositione esse compositam. Est enim composita ex quod est, & esse, quia in ea aliud est quod est, & esse ipsius. est etiam in ipsa compositio totius potestatiui. Est itaque intelligentia hoc aliquid, compositum ex quod est, & quo est: quoniam omne causatum a prima causa, quod est ens ratum in natura, & per se subsistens, habet duo in sua natura, videlicet actum, inquantum est a prima causa, quæ est purus actus: & potentiam, inquantum per distantiam cadit a primo actu, secundum quod ipsum causatum est in seipso, eo quòd esse cuiuslibet causati, est actus ei influxus a primo. Idcirco oportet in ipso esse aliquid recipiens influentiam illam. Hinc ait philosophus tertiò de anima, duo hæc, vtpotè potentiam, qua est omnia fieri, & actum, seu actiuam potentiam, qua est omnia facere, esse in intellectuali natura sicut in alijs rebus. Et Auerrois in Commento dicit hæc duo intelligentijs esse. Veruntamen, quia in eis est actus, seu intellectus semper perfectus in actu, idcirco philosophi aliquando negant in intelligētijs esse intellectum possibile. Porrò hæc duo, quæ sunt possibilis intellectus, & intellectus qui est actus, vel qui est in actu, seu agens: vel dicunt duo principia intellectualis naturæ, videlicet secundum quod potentiæ naturales, & impotentiæ realiter sunt ipsa principia substantiæ, sub alio tamen & alio modo essendi sumpta: vel ducunt nos in ipsa diuersa principia, quemadmodum potentia, vel impotentia naturalis ducit in causam sui. Potentia autem intelligentię non est materialis, sed formalis: & actus eius est actus, saparatus, materiæ nulli immersus: & ipsa intelligentia est hoc aliquid, secundum quod suppositum per se subsistens, & *naturę communi substans, vocatur suppositum. Nam omne agens, & causans, est hoc aliquid. suppositum autem in vnoquoque, est hoc, quod ipsum est: & hæc intelligentia est illud, quod a prima causa productum est ad receptionem ipsius esse. idcirco est in potentia, & dependentia ad causam influentem ei esse, & est in priuatione, inquantum ex nihilo est, quia sic secundum se nihil est. Et quia suppositum hoc in his conditionibus assimilatur materiæ, ideo in libro de Causis vocatur hyliathin, quod dicitur ab hyle, quoniam, habet proprietatem primę materiæ. Esse autem vniuscuiusque, est propria sua natura, cui substat suum Quod est seu suum suppositum. Hinc dicitur in libro de Causis, quòd intelligentia est habens hyliathin, & formam. similiter anima, & natura, idest cœlum. & hæc duo, videlicet hyliathin, & forma, sunt potentia, & actus, ex quibus componi diximus intelligentiam. Hæc Vdalricus.

Aristotel.

Auerrois.

* materię.

Quid sit hyliachin.

¶ Ex quibus constat, qualiter secundum Albertum, & Vdalricum, & eorum sequaces, anima & angelus a summa primi principij simplicitate deficiant, & qualiter dicantur compositæ: & quid in eis vocetur Quod est & quo est, actus, & potentia, esse & essentia.

Aegidius. ¶ Præterea circa hæc scribit Aegidius: In omni creato, quod habet esse per se, oportet concedere cōpositionem ex Quod est, & Quo est idest ex esse & essentia, Cum enim creatum sit, habet esse ex alio & est in potentia ad esse, nec est ipsum esse. alioquin esset purus actus, nec alio indigeret. Nō est ergo aliquid citra Deum, in quo sit tātum esse, & in quo nō sit aliquid quod participet esse. Ex hoc tamen non sequitur, q̄ omne creatum sit compositum, quia ipsum esse non est compositum propriè. Ideo aduertendum, q̄ tria hæc, vnitas, simplicitas, & immutabilitas se consequuntur. Ex hoc quippe q̄ aliquid est magis simplex, est magis vnum, vtpotè magis indiuisibile, minusq; indigens: quia compositū indiget cōponentibus, & numerus vnitatibus. Vnum vero, & simplex non sic indiget alijs, vt ait Proclus. Rursus, quo aliquid est immutabiliùs, eo simpliciùs, secundum Augustinum sexto de trinitate. Hinc omnis pars habet aliquam potentialitatem, & per

conse-

consequens aliquam mutabilitatem: quoniam nihil admixtum potentiæ, est omnino immutabile: Verũ vt clariùs pateat, quæ sunt composita, & qualiter, attendendum, quòd triplex sit totalitas, ut propositione 67. loquitur Proclus: Totalitas triplex est, scilicet ex partibus, in parte, & ante partes. Totalitas ex partibus, est eius quod ex partibus constat, vtpotè res, quæ participat esse, quoniam constat ex quod est & esse. Ipsum autem esse participatum est totum in parte: quia non participatur neque recipitur in sua totalitate, sed iuxta recipientis capacitatem, & limitationem. ideo non est totum, vt totum, sed non totum ut pars. Totum verò ante partes, est esse diuinum, quoniam omne esse in se per eminentiam comprehendit, neque alicui admiscetur. Totum ergo in parte non est penitus simplex: quia componitur alteri, & in diuersis diuersimodè recipitur, ac dependet a sua causa, & ab eo, in quo est. Hinc quantò plus anima, & angelus recedunt a diuina simplicitate, actualitate, & bonitate: tanto plus accedunt, & cadunt ad quandam compositionem, potentialitatem, & mali admixtionem, quamuis quidam dicant contrarium. Vnde 14. Metaphysicæ dicit philosophus: Accidit omnia participare malum præter vnum. Anima ergo rationalis multiplicem habet compositionem: quia nõ solum habet, quod, & quo, sed est etiam totum in parte, videlicet substantialis pars hominis: & quoniam non est tota immersa corpori, nec à corpore habet esse, nec dependet ab eo, sed separata est, quo ad uires suas superiores: ideo est aliquo modo hoc aliquid, & per consequens totum ex partibus, estque compositior formis inferioribus, cum plures habeat vires, & actiones. Hæc in sententia Aegidius, qui ista prolixè prosequitur.

Totalitas triplex.

Aristotel.

Henricus.

¶ Veruntamen de hac re longè aliter sentit Henricus. Nam ipsum esse, seu actuale existere dicit non realiter ab essentia seu quidditate distingui. Itaque primo asserit quodlibeto quæstione 8. Circa hoc oportet primò excludere falsam imaginationẽ de participatione ipsius esse, quoniam prius, oportet dediscere falsa, quàm possint addisci vera, vt vult Augustinus de Academicis tertio libro. Hinc sciendum, quòd creaturam participare esse a Deo, intelligi potest dupliciter. Primò, creatam essentiam intelligendo, quasi aliquid substratum, & ipsum esse, quod participat, quasi receptum in illa, tanquam formam vel actum essendi qua dicitur esse, quemadmodum corpus dicitur album, recepta in se albedinis forma: quod sonare videntur Boethij verba, dicentis: In creaturis aliud est ipsa essentia creaturæ, aliud esse ipsius. Vnde aliqui dicunt, quòd creaturæ se habent ad Deum, sicut aer ad solem illuminantem, etiam si sol essentialiter esset lux sua, sicut Deus est ipsum esse, sicq; sicut aer est de se obscurus, nec particeps lucis nisi illustretur a sole, sic creatura de se, & ex sua natura non habet esse, imò est in tenebris non essendi, nisi a Deo recipiat, atque participet esse. Secundò, intelligitur ita, vt essentia creaturæ intelligatur, vt quid abstractum per intellectum, indifferens ad esse, & ad non esse, quod de se est non ens, habens tamen formalem ideam in Deo, per quam est in Deo ens, quoddam antequam fiat ens in propria natura, ac ipecie, quemadmodum quælibet res est ens in Deo, iuxta illud: Quod factum est in ipso, vita erat. Et tunc fit ens in actu, dum Deus eam producit ad similitudinem ideæ, quam habet de re illa in se: & quòd ex hoc dicitur participare esse, quod est illius ideæ expressa similitudo in effectu, ab illo puro esse emanans: quia essentia rei in quantum est effectus Dei, est quædam similitudo ipsius. Non autem est ipsa similitudo Dei impressa rei, qua esse participat creatura, aliquid præter essentiam creaturæ, realiter differens ab eadem, & sic ei impressa. Idcirco erroneus est primus ille modus intelligendi, esse participari a Deo: nec est intellectus, sed phantastica imaginatio. Non enim imaginari debet essentia creaturæ, sicut aer, indifferens ad obscuritatem, & luminositatem, sed ficut radius quidam in se natus subsistere, a sole productus non necessitate naturæ, sed libera voluntate, si sol esset lux sua, & ita posset producere. tunc enim radius de se esset non ens, atque indifferens ad esse, & non esse: & ex sole esset ens, & esse habens, essetque radiùs ille factus, & stans in se, ac lumen quoddam secundum suam essentiam, & similitudo lucis solaris, ac per hoc participans lucem solis, imò participatio lucis solaris per suam essentiam, & in sua essentia, non per aliquid superadditum sibi, receptum in se, & realiter distinctum a sua natura, sicut lumen differt ab aere. Conformiter intelligendum est de creata essentia, quo ad Deum, quòd scilicet creatura participet esse Dei per hoc, quòd in sua natura est quædam ¦diuini esse similitudo: sicut imago sigilli si esset in se subsistens extra ceram, in sua essentia esset, quædam similitudo sigilli, non per superadditum aliquid. Sic ergo in creaturis, esse non est aliud quid ab essentia additum ei, ut sit, imò ipsa sua essentia, quæ est id, quod est creatura, habet esse inquantum ipsa est effectus, ac similitudo diuini esse. Nec in hoc magis est dubitandum de esse, & entitate rei, quàm de bonitate, veritate, & vnitate ipsius: quæ sunt idem cum essentia rei, quoniam ab eodem habet res esse, & quòd sit bona, & vna, ac vera, videlicet inquantum in sua essentia est quædam similitudo bonitatis, veritatis, ac vnitatis diuinę. Vnde secundum philosophum 4. Metaphysicę: In nullo differt homo, & vnus homo, & homo ens. Ideo multum errauit Auicenna, æstimando, quòd ens, & unum significent dispositiones essentiæ additas, Mirum ergo, ꝙ hoc uidere nequeunt quidam theologi, quod uiderunt philosophi, præsertim cum ratio hoc conuincat. Primò, quia si nihil in creaturis haberet esse per suam essentiam, sed per rem essentiæ additum, i. per esse aliud ab essentia, nihil in creaturis esset ens per se. Secũdò, quia si esse illud est aliud ab essentia, vel est res increata, vel creata. Non increata, cum Deus non sit esse rerum creatarum, nisi causaliter, ergo est res creata. res autem creata non habet esse a se, ergo hoc esse habebit esse participatum, & acquisitum. Si igitur esse acquisitũ, & participatum est aliud ab eo cuius est, quæro de illo esse an sit aliud ab eo, cui acquiritur. & sic procedetur in infinitum, vel deuenietur ad aliquod esse, quod non sit aliud ab eo, cuius est. Et qua ratione statur in vna essentia eiusque esse, ita ꝙ idem sunt, eadem ratione in alijs. Tertiò, quoniã esse illud, aut est substantia, aut accidens. Non enim est ponere medium nisi creatorem, qui non est substantia, nec accidens prædicamenti alicuius. Et in libro Alphorabij de diuisione scientiarum asseritur, quòd omne quod est, aut est substantia, aut accidens, aut creator substantiæ, & accidentis. Si dicas, quòd esse illud sit accidens ergo substantia habet esse per accidens suũ, & ita non per se, & primò. sed accidens illud per quod habet esse, magis est ens per se, & primo, quã substan-

Auguſt.

Quo creatura acciſpiat eſſe a Deo.

Boethius.

Iohan. 1

Auicenna error.

Alphorabius.

tia, quæ est substantia: quod est contra omnem philosophiam, ac rationem. Et si est accidens, dic in quo prædicamento accidentis. Quod si velis ostendere, non tibi sufficient nouem genera accidentis. Si vero est substantia, ergo vel materia, vel forma, vel compositum & sic esset essentia, vel pars essentiæ: materia quoq; non est esse rei. & si est forma, vel est forma substantialis, vel accidentalis. & si substantialis, ergo uel p se subsistens, vt intelligentia, & sic illa esset suum esse: vel informans, vt anima, & sic esset pars essentiæ.

Quæſtio.

Auicenna.

Duplex eſſe creaturę.

¶ Sed quæri potest, an ista sit concedenda, Essentia creaturæ, seu creatura est suum esse, & certum est, ꝙ non sit esse purum in se subsistens, sed limitatum. Quo circa sciendum, quia (vt ait Auicenna in fine quinti Metaphysicæ suæ) duplex est esse creaturæ, videlicet esse essentiæ, quod est esse quidditatiuum, quod exprimit diffinitio rei, & conuenit ei ex propria ratione. & hoc non differt a creatura, & potest prædicari de ea. Aliud est esse actualis existentiæ. Primum esse habet essentia creaturæ essentialiter, attamen participatiuè, inquantum habet formale exemplar in Deo. atque per hoc cadit sub ente, quod est commune essentiale ad decem prædicamenta: quod a tali esse communiter sumpto imponitur, quod esse ante actuale existere non est nisi in mentis conceptu, de quo fertur, quòd diffinitio, est oratio indicans quid esse rei. Secundum esse habet creatura, inquantum est effectus voluntatis diuinæ, iuxta exemplar eius in Deo. Istud esse non habet creatura ex sua essentia, sed quadam extrinseca participatione. ideo habet modum accidentis, quasi superueniens essentiæ. Propter quod Commentator super quintum Metaphysicę exponens, differentiam vtriusque esse, dicit, quòd quæstio de esse, vno modo pertinet ad prædicamentum de genere substantiæ, alio modo ad prædicamentum de accidente. Hinc, quanquam istud esse existentiæ reducatur ad genus accidentis, eo quòd accidentis habeat modum: non tamen dicit rem accidentis, nec aduenit rei præexistenti, imò per ipsum res habet existere. sicque participatio huius esse non dicitur extrinseca per inhærentiam, quemadmodum participatio veri accidentis, sed per creationis impressionem. Et quamuis hoc esse non differat re ab essentia creaturæ, non tamen differt ab ea tantum ratione, sed etiam intentione: quoniam quantum ad tale esse, creatura potest esse, & non esse. Esse etenim, inquantum est effectus alterius: non esse vero, ex se: & cadit in illud, nisi conseruetur. Idcirco de tali esse concedi non potest, quòd creatura sit suum esse: quia esse essentiæ nunc existens in actu, potest esse non ens, seu non existens, sicut prius fuit non ens, solusque Deus ex hoc suum esse, qui in hoc excedit simplicitatem cuiuslibet creaturæ, imò, & in alijs multis. Propter quod non verendum est dicere, quòd in creaturis non differunt re esse, & essentia, ne creatura ad Dei simplicitatem videatur nimis attingere. Itaque quamuis esse existentiæ creaturæ, & eius essentia sint idem in re, vnum tamen non prædicatur de alio, cum sint diuersa intentione, quod patet clariùs in exemplis. Omnino enim idem sunt in re, & idem significant, currens, cursus, & currere: lux, lucens, & lucere: viuens, vita, viuere: quemadmodum ens, essentia, esse. Et tamen dici non potest, cursus est currere, lux est lucere. sic quoque dici non potest, ens est suum esse, quamuis sint idem in re: quia essentia inquantum est effectus creatoris, habet esse nullo reali superaddito ei. Nihilominus potest essentia separari ab esse, non sic, vt extrà actu existat, sit tamen in se essentia, quædam ab intellectu concepta, inquantum habet rationem exemplarem in creatore, per quam nata est fieri; qua essentia concepta, seu apprehensa, non est necesse simul cõcipere eius existentiam actualem. Hæc Henricus.

Nota de differẽtia inter esse & eſſentiã.

¶ Qui de hac ipsa materia multo diffusiùs scribit decimo quodlibeto, in quo pro vtraque parte fortia introducit motiua, & cuiusdam doctoris contra se arguentis inserit valida argumenta. Hæc quippe materia est multum difficilis, in qua magni doctores catholici, sicut, & olim excellentes gentiles philosophi, diuersimodè sentiunt. Nam & Albertus Magnus, & Vdalricus, sicut & iste Henricus cum suis sequacibus, dicunt esse, & essentiam non distingui realiter, intelligendo per esse, existentiam actualem. Siquidem de esse essentiæ omnes fatentur, quòd sit realiter cum essentia idem. Porro ut tactum est, Sanctus Thomas, Bonauentura, Aegidius, Gulielmus Parrhisiensis cum suis tenent contrarium. Mens ergo Alberti, Henrici, atque Vdalrici, est quòd esse, & essentia non differant re, sed ratione, intentione, habitudine, seu relatione, ita quòd esse, quod est actus essentiæ, relatum ad essentiam a qua fluit, vocatur esse essentiæ. Inquantum verò participatur ab eo, quod est, quod accipit esse secundum, quod tangitur causalitate, quadam causæ efficientis, vocatur esse actualis existentiæ. quod & alijs, verbis sic exprimi potest, ac solet: Inquantum esse refertur, ad primam causam consideratam sub ratione causæ formalis, & exemplaris, vocatur esse essentiæ. Relatum vero, & comparatum ad primam causam sub ratione efficientis, vocatur esse actualis existentiæ. Et hoc est quod decimo quodlibeto scribit doctor solennis: Essentia creata, inquantum per seipsam absque omni absoluto ei superaddito, est similitudo diuinæ essentiæ acceptæ secundum rationem causæ formalis exemplaris, habet quòd conuenit ei esse essentiæ. Inquantum verò sic sumpta, est effectus diuinæ essentiæ acceptæ sub ratione causæ efficientis, habet vt ei conueniat esse existentiæ,

De hac materia vide Dionyſium in 2. diſtinctione 3. ubi diffuſè diſputat de eſſe, & eſſentia.

¶ Præterea, quod Henricus præter distinctionem realem, & rationis, ponit distinctionem secundum intentionem, quibusdam non placet, cum inter distinctionem realem, & distinctionem rationis, non uideatur medium esse. Sed forsan sic loquitur, sicut, & alij inter illas ponunt distinctionem formalem se medio modo habere. Distinctionem, quoque secundum rationem, ponit Albertus, duplicem esse, vtpotè distinctionem rationis ratiocinantis, & distinctionem rationis rei rationabilis.

Dionyſius ſeipſum caſtigat.

¶ Postremò, quamuis in adolescentia dum eram in studio, & in via Thomæ instruerer, potius sensi, quòd esse, & essentia distinguerentur realiter, vnde, & tunc de illa materia, quendam tractatulum compilaui, quem vtinam nunc haberem, quia corrigerem: interim tamen diligentiùs considerando, non solum hac vice, sed, & ante frequenter veriùs, ac probabiliùs ratus sum, quòd non realiter abinuicem differant. Veruntamen pro nunc reor sufficere tantundem hinc tetigisse: quia si Deus sic ordinaret, de hac re tractatum componerem, cum perscrutatione diligenti motiuorum vtriusque positionis.

¶ Nunc breuiter, ut uitetur prolixitas, tangam vtrum anima sit tota in toto corpore suo, & tota in qualibet eius parte.

¶ Ad

Albertus Anima cõsideratur tripliciter

¶Ad quod respondet Albertus: Anima consideratur tripliciter. Primò, vt forma corporis. Secundò, secundum suam essentiam. Tertiò, ut motor, prout est efficiens omnium operum corporis animati. Sumpta itaque primo modo, est tota in toto, cum sit corporis forma substantialis. Sumpta, secundo modo, est indiuisibilis, & tota in toto, & adest cuilibet parti secundum totam essentiam suã. Et cum potentiæ animæ sint diuersę per corpus, ipsa essentialiter adest vnicuique potentiæ. Sumpta tertiò modo, non est efficiens causa operationum suarum, nisi per partes suas potestatiuas, seu vires. Ideo sic est tota in toto, quòd nõ est tota in aliqua parte. quia in vno membro, seu organo est secundum vnam potentiam, in alia secundum aliam.

Obiectio.

¶Si autem obijciatur, quòd secundum quosdam philosophos, spiritus est instrumentum animæ, per quod animæ operatur vitam, spiritus vero in corde est, vt Isaac ait, ergo in solo corde est anima.

Dilutio. Spũs qũo instrumẽtũ sit aĩæ.

¶Respondendum, quòd spiritus est instrumentum animæ, quo ad primas eius operationes, quæ sunt vitales, & naturales, ac animales. per spiritum namque vitalem influit corpori vitam, & pulsum: per naturalem, opera naturalia, vt nutrire, augere, generare: per animalem, operationes animales, vt sentire, mouere.

Diuisibile est aliquid dupliciter

¶Præterea, anima rationalis non est diuisibilis diuisione corporis: Dupliciter namque est aliquid diuisibile. Primò, diuisione materiæ, ita quòd in maiori parte materiæ maius est, & in minori minus. Sicque non diuiduntur nisi formæ habentes situm in corpore, vel per se, vt linea: vel per accidens, vt albedo. Secundò diuiditur aliquid diuisione corporis, quia secundum vnam rationem manet in qualibet diuisi corporis parte, sed non maius in maiori, nec minus in parte minori: sicque diuiditur forma substantialis homogeneorum, & propinquorum eisdem, vt forma lapidis, ligni. In planta quoque diuisa conualescit utraque pars per intercisionem, quod etiam est in quibusdam animalibus habentibus partes per totum quasi corpus cõsimiles. Anima autem rationalis nullo horum modorum diuiditur. quod conuenit sibi non inquantum est forma, neque inquantum est forma substãtialis, quia sic competeret cuilibet formæ substantiali: sed habet hoc, inquantum est substantia habens partes in operatione distantes, seu differentes, atque ob hoc requirẽs magnam organorum diuersitatem in corpore suo. Denique ab anima rationali inquantum est anima, fluunt potentiæ organis, affixæ: sed inquantum est rationalis, fluunt ab ea potentiæ organis non affixæ: & ab illis, puta a ratione,

Obiectio soluitur.

homo est homo. ¶Nec obstat illud philosophi, Intellectus nullius corporis est actus: quia intelligitur, quòd nullius partis corporis actus sit, cum nõ sit vis organica. Est ergo in homine duntaxat anima vna plures potentias habens. Vnde & 16. de animalibus contestatur philosophus, quòd sicut corpus est vnum, ita & anima una. Hæc Albertus. Concordat Vdalricus.

Thomas.

¶Thomas quoque: Aliqui, inquit, dixerunt animam posse considerari dupliciter. Primò, secundum suam essentiam. Secundò, ut est totum potentiale. Primò modo dixerunt eam non esse in toto corpore, sed in aliqua eius parte duntaxat, puta in corde, atque per cor totum corpus viuificare per spiritus vitales procedentes de corde. Secundò modo dixerunt animam esse in corpore, sed nõ in qualibet eius parte. Nam ut secundo de anima dicit philosophus, partes seu potentię animæ se habent ad corporis partes, quemadmodũ tota anima ad totum corpus: ita ꝙ si pupilla esset animal, visus esset anima eius. Huius autem opinionis erroneæ, duplex falsa imaginatio extitit causa. Vna, quia imaginati sunt animam esse in corpore sicut in loco, ac si tota esset motor, non forma, sicut est nauta in naui. Secundò, quia imaginati sunt animã esse simplicem instar pũcti, quasi sit quoddam indiuisibile habens indiuisibilem situm. quorum vtrumq; est stultum. Idcirco dicendum cum Augustino, ꝙ anima quo ad suam essentiam est tota in toto, & tota in qualibet parte. sed ſm totalitatem suarum potentiarum est tota in toto, non autem in qualibet parte. Nulli quippe substantiæ simplici debetur locus, nisi ſm relationem, quam habet ad corpus. anima autem comparatur ad corpus, ut substantialis forma ipsius, a qua totum corpus, & quelibet pars ipsius habet esse: potentias verò animæ non quælibet corporis partes participant, sed aliquæ has, aliquæ illas. imò quædam vires animæ sunt separatę: ideo anima ut motor per suas potentias est tota in toto, & in diuersis partibus corporis secundum vires diuersas. Porro cum anima dicitur esse tota in corpore toto, per totum intelligitur perfectio eius quo ad suam essentiam, non totalitas partium suæ essentiæ. Totum etenim, & perfectum sunt idem, ut dicitur tertio Physicorum. Quamuis autem anima det immediatè uitam corpori, & partibus eius, loquendo de vita prima, quæ in viuentibus dicitur esse, loquendo tamen de vita secunda, quæ est operatio vitalis, & defertur in corpus, per spiritus vitales: sic anima primò uiuificat cor, ex quo vita corporis totius dependet: ideo corde læso perit operatio animę in omnibus partibus corporis. Hæc Thomas in Scripto.

Aristotel.

Augustin.

Corde læso vita perit.

¶Qui in prima parte Summæ quæstione 76. de his pleniùs tractat. In summa quoque contra gentiles libro secundo cap. 71. ait: Oportet proprium actum in proprio perfectibili esse, anima vero est actus corporis organici, non vnius organi tantũ: totum quoque corpus, & quælibet eius partes, sortiuntur esse, speciemque ab anima. Propter quod ea ablata, nec totum, nec partes manent nisi æquiuocè. Præterea cum totum dicatur per relationem ad partes, oportet totum diuersimodè accipi, sicut diuersimodè accipiuntur partes. Duplex autem est pars, scilicet quantitatiua, & essentialis, prout materia, & forma sunt partes compositi. Conformiter totum dupliciter dicitur, scilicet secundum quantitatem, & secundum essentiæ perfectionem. Totum vero, & pars quantitatiua, non conueniunt formis nisi per accidens, inquantum diuiduntur diuisione subiecti, quantitatem habentis: totum autem, & pars secundum perfectionem essentiæ, conueniunt formis per se. De hac ergo totalitate loquendo, quælibet forma est tota in toto, & tota in qualibet eius parte: quia albedo secundum totam rationem albedinis, est in toto subiecto albo, & in qualibet eius parte. Secus de totalitate, quæ per accidens attribuitur formis. sic enim tota superficiei albedo non est in qualibet parte superficiei. Cumque animæ animalium perfectorum non diuidantur diuisione subiecti, non conuenit eis nisi totalitas per se. Ideo de eis absolutè dicendum, quòd sunt totę in toto, & totę in qualibet parte. Nec difficilè est hoc apprehendere ei, qui intelligit animam non esse indiuisibilem sicut punctum: nec incorporeum spiritum corporis sic coniũgi, sicut corpus corpori.

Totum & pars dicũtur dupliciter.

Aĩa quomodo dicatur esse in corde.

Quod

Quod ergo philosophus in libro de causa motus animalium, perhibet animam esse in corde, intelligendum est modo prætacto, inquantum est motor. Vis namque motiua principaliter est in corde, per quod anima motum, & operationes in totum corpus diffundit. Hęc ibi.

Aegidius.

¶Aegidius demum hic scribit: Non videtur faciliter intelligibile, quòd vnum, & idem creatum, certis circumscriptum limitibus, secũdum totalitatem suam existat in pluribus. Idcirco notandum, quòd forma tripliciter diuidi potest, quæ diuisio in commento septimæ propositionis libri de Causis, tangitur: quo habetur, Omne diuisibile diuiditur, aut multitudine, aut magnitudine, aut motu. Secũdum multitudinem, quando diuiditur secundum numerum: secundũ magnitudinem, quando habet extensionem: ſm motum, dum subiacet tempori. Cum ergo in vno homine non sit nisi anima vna, nec illa sit, diuisibilis diuisione subiecti, nec tempori sit subiecta, quia perpetua: constat ꝙ nullo modorum illorũ diuisibilis sit, idcirco est tota in toto &c. Veruntamen præter hæc, sunt alia quatuor genera diuisionum. Primum est, totius potestatiui in suas partes, seu vires: quæ diuisio etsi competat animæ, magis tamen competit ei vt est motor, quàm vt forma: quia per suam essentiam corpus informat, sed per potentiam mouet. Secundò diuiditur aliquid secundum rationem quidditatis, sicut forma generis in species suas. Tertiò, secundum attributionem, ut in his, quæ analogicè dicuntur, vt ens in decem prædicamenta. Quartò, ſm partes essentiæ, sicut compositum diuiditur in formam, atque materiam. Itaque anima non est propriè in pluribus, neq; in multis locis, cum sit in vno, ac toto corpore suo per se, & primo: in partibus, autem corporis, secundum quod ordinẽ habent ad totum. Hinc quælibet pars animalis nõ est animal; quoniam animatio, & informatio animæ cõcernit directè, immediatè, & per se totum corpus, & partes ex consequenti. Hæc Aegidius.

Formę triplex diuisio.

Diuisionũ ꝙ genera.

Petrus.

¶Idem Petrus. Qui etiam de compositione, & simplicitate animæ loquens: Duæ sunt, inquit, opiniones de anima. Quidã enim (ut patet in libro fontis vitæ) asserunt eã componi ex materia spirituali, & forma, quoniã potest recipere, & mutari, moueri & multipliciter alterari, quæ sunt ꝓprietates materiæ. Alij dicunt eã compositam ex Quod est & Quo est, seu ex quod est & esse, idest ex sua quidditate, & actuali existentia, quã habet a Deo, idcirco est in potentia respectu illius esse, & respectu eius a quo suscipit illud, & ipsum esse est actus, ac perfectio eius. sicq; est ibi compositio ex actu, atq; potentia. In rebus autem compositis. Quo est potest tripliciter accipi, vt portè forma partis, & forma totius, & actus essendi. In simplicibus verò, Quo est solum vocatur actus essendi. Porro in ipso, Quod est, duo ſm rationẽ considerantur, quę ratione, non re distinguntur. Vnum per modum generis, scilicet natura cõmunis: aliud per modum differentię, vtpotè limitatio naturæ ad certum gradum suæ perfectionis, ex quibus diffinitio integratur, in qua actus existendi ponendus non est: quoniã res eiusdem naturæ differunt per esse, quamuis conueniant in diffinitione, seu in genere, & specie. Veruntamen cum nullum terminatum sit terminus suus, videtur quòd duo prędicta differant re. sicque ipsum Quod est compositum erit in se. Hæc Petrus.

Quo ẽ rei cõpositæ tripliciter ſumitur.

Actus existendi nõ inferãt diffinitioni.

Dionysi.

¶Cuius verba consonant Thomæ, tamen hæc vltima clausula videtur ambigua, & obscura. Genus enim, & differentia ab eadẽ ſumuntur natura, iuxta sensum præhabitum.

Bonauen.

¶Insuper Bonauentura hic loquitur. Aliqui dicũt ꝙ anima secundum essentiam est in corde, secundũ potentiam verò per influętiam in toto sit corpore, sicut aranea in tela. Cor namq; est domicilium vitę, & eius inhabitator est anima. Ad quod ponendum mouit eos experimentum cum rationis defectu. Experimentum, quia visibiliter patet quòd corde læso anima separatur, & ex ipso fluit sensus, & motus, estq; nobile membrum, existens in medio corporis tanquam centrum ipsius. Defectus verò rationis in eis fuit, quoniam intelligere non valebant, quomodo aliquid limitatum sit vnum, & idem in pluribus membris, ac partibus: & quoniam fides non cogit sic credere, nec ratio intelligit, dicunt non esse ponendum, ꝙ anima sit ita in toto. Aliorum autẽ (ut Augustini) positio est, quòd anima sit tota in qualibet parte. Ad quod ponit experimentum, atque exemplum, ac rationabile argumentum. Experimẽtum, quoniam anima in partibus distantioribus, a corde, sentit tã cito sicut in propinquioribus: imò in ictu oculi sentit dolorem in distantibus partibus. & dum anima separatur a corpore, dolor & resolutio est in partibus singulis: Exemplum est, ſm Augustinum, quia videmus, quòd in animali perfectè sano, vna est in singulis partibus sanitas. Si ergo hoc ita est in forma corporali, quanto magis in spirituali? Argumentum est, quoniam anima est simplex, & indiuisibilis, ac motor sufficiens, cumq; sit forma totalitas corporis, in toto est corpore: & quoniam simplex, non est secundum partem, & partem: & quoniam motor sufficiens, non est in puncto. Denique triplex est forma. Vna, quæ perficit totum corpus suum, & extenditur, ac dependet. Et quoniam totum perficit, est in toto: quia verò extenditur, perfectionem totius communicat partibus: & quia dependet, operationem totius communicat partibus, ut patet in forma ignis. Nam quælibet pars ignis, est ignis, ac calefacit. Alia forma est, quæ perficit, ac dependet, non autem extenditur. Et quoniam totum perficit, est in toto, & qualibet eius parte: quia verò non extenditur, ideo perfectionem totius non attribuit partibus: & quia dependet, operationem totius communicat partibus. Et talis est anima vegetatiua, & sensitiua, quoniam nulla pars animalis, est animal, & tamen quælibet pars uiuit, & sentit. Tertia forma est, quæ perficit totum, nec tamen extenditur neque dependet, quantum ad operationem, & permanentiam: & talis perfectè est in toto, & partibus. Et quoniam non extenditur, perfectionem totius non communicat partibus, & quoniam non dependet, nec operationem communicat illis. & talis est anima rationalis. Nulla enim pars hominis est homo, & nulla pars hominis intelligit. Hæc Bonauentura.

Triplex forma.

Richard.

¶Concordat Richardus, dicendo: Est quædam simplicitas per negationem magnitudinis corporalis, ac spiritualis, sicut simplicitas puncti. alia est simplicitas, per priuationem magnitudinis utriusque, ut si esset aliqua substantia corporea, a suis dimensionibus separata. Tertia est simplicitas per negationem magnitudinis corporalis, potestatiua tamen magnitudinis spiritualis finitæ, vt est simplicitas angeli, & animæ rationalis, tamen in gradu diuerso. Quarta est simplicitas per negationem magnitudinis corporalis, tamen potestatiua magnitudinis spiritalis infinitæ, vt est simplicitas Dei. Cum ergo Deus ob suam magnitudinem, & simplicitatem spiritualem immensam, attingeret, & adimpleret

Simplicitas multiplex.

adimpleret infinita loca, si essent: ipseque Angelus attingat quamlibet partem loci finiti totus, in quo operatur, & hoc ob suam simplicitatem, & magnitudinem spiritualē: cernere possumus qualiter anima esse queat tota in corpore toto, & tota in qualibet eius parte, cum habeat simplicitatem, & magnitudinem spiritualem suo corpori proportionatam: quia per magnitudinem hanc, quamlibet sui corporis partem attingit. Cumque simplex existat, oportet, quòd secundum se totam attingat. Non est ergo imaginanda simplicitas animæ instar puncti: quod cum spiritali, ac corporali magnitudine careat, non potest nisi in uno indiuisibile esse. Et quia secundum Augustinum sexto de trinitate, in his quæ non mole magna sunt, idē est esse maius quod melius, & bonitas in perfectione consistat: illa essentia spirituali est magnitudine maior, quæ perfectione est plenior: illa quoque essentia est minima paruitate spirituali, quæ minimum habet de perfectione.

Aīę simplicitas non est instar puncti.

Obiectio.

Diluio.

¶Si autem his obijciatur, ꝙ secundum ea anima simul moueretur, atque quiesceret, pede moto, & manu immota: dicūt quidam non esse inconueniēs, aliquid simul quiescere, & moueri, vt patet de sedēti in naui in cathedra, qui motu nauis mouetur, & cathedræ quiete quiescit. Imò sic posset quis simul motibus moueri oppositis, ut si quis in naui currente deorsum, currat sursum. Alij dicunt, ꝙ nulla pars corporis diffinit animam, sed corpus totum: ideo anima non mouetur nisi per totius corporis motum. Hæc Richardus.

Quæstio.

¶Præterea quæri potest, quomodo anima, quæ non augetur, nec crescit, neque extenditur, per totum expanditur corpus, & quæ primo est in corpusculo infantili, post sine sua augmentatione est per totum corpus virilis quantitatis diffusa. Et respondendum, quòd animæ non conuenit esse in loco nisi diffinitiuè, ita quòd vbi operatur, ibi esse censetur, nec debetur ei locus punctalis, nec maior, aut minor, nisi inquantum id, quod informat, & in quo, seu circa quod operatur, est maius, aut minus.

Respōsio.

Durand.

¶Amplius circa hæc scribit Durandus: Dubitatio est, an totalitas quantitatiua insit, & competat animæ, & de hoc sunt quatuor opiniones. Prima est, quòd nulla forma substantialis est quanta, seu habens totalitatem, quātitatemve partium. Si enim esset aliquo extensa, seu quanta, hoc esset, vel ratione sui, vel ratione subiecti. Non ratione sui, cum hoc sit proprium quantitati: nec ratione sui subiecti, cum immediatum subiectum formæ substantialis sit materia prima, quæ de se non est quanta neque partibilis. Sed quicquid sit de veritate quęsiti, ratio hęc non valet: quia ad hoc, quòd forma substantialis sit quanta per accidens, non oportet quòd recipiatur in subiecto quanto: sed sufficit, quòd sit subiectum, aut pars subiecti quantitatem recipientis. Nam, & secundum omnes materia extenditur, & est quanta, non per se, nec quia sit in subiecto quanto: sed quia est subiectum, vel pars subiecti quantitatem habentis.

De animę totalitate 4. opinionū prima.

Quid sufficiat vt cēseatur forma quāta ꝑ accidēs.

2 ¶Secunda opinio, est præfatæ omnino contraria, dicens quòd omnis forma substantialis, etiam anima hominis, dum est in corpore, sit quanta per accidens: non quia recipiatur in subiecto quanto, cum subiectum eius sit sola materia, sed quoniam est subiectum, vel pars per se subiecti quantitatis. Omne enim subiectum de necessitate afficitur quātitate ipsum informante, sed omnis forma substantialis, etiam anima rationalis, subiectum est quantitatis, vel per se pars subiecti etiam magis, quàm materia: ergo omnis huiusmodi forma afficitur quantitate. Affici autem quantitate informante, non est nisi esse, aut fieri quantum: quemadmodum affici albedine inhærente, est esse album. Maior nota est. Minor probatur tripliciter. Primò sic, materia prima secundum se solam non potest esse subiectum quantitatis, quia tunc prius competeret ei esse alterius, scilicet esse quantum, quàm esse proprij generis, puta substantiæ, quod non habet absque forma substantiali. Subiectum igitur quantitatis, aut est materia mediante forma, sicut subiectum coloris, est corpus mediante superficie: sicque immediatum per se subiectum quantitatis, esset forma substantialis, & haberetur propositum, quòd scilicet forma illa esset quanta. Aut immediatum subiectum quantitatis est totum compositum, & sic rursus habetur propositum: quia vel totum est immediatum subiectum ratione alterius partis, quæ non potest esse materia, sicut ostensum est, ergo est forma: vel ratione totius, & sic totum est subiectum quantitatis, secundum quod totum: & ita secundum vtranque partem suam quantitati subijcitur, atque extenditur. Quod videtur sentire philosophus, primo asserens physicorum, quòd materia cum forma est omnium accidentium causa, vt mater, & in ratione subiecti. Secundò probatur sic, Corpus quod est in genere substantiæ, est subiectum corporis quod est in genere quantitatis: sed indiuiduum corporeum habet rationem corporis, quod est in genere substantiæ, magis ratione formæ substantialis, quàm materiæ, quemadmodum omnia prædicata in genere substantiæ magis conueniunt suppositis ratione formæ, quàm materiæ. cumque Socrates dicatur quantus ratione quātitatis, magis ei hoc conuenit ratione formę, quàm materiæ. Tertiò sic, Quantitas, & quodlibet accidens requirit subiectū in actu simpliciter ad hoc, quòd sit in potentia ad actum secundum quid: sed quodlibet suppositum in genere substantiæ magis, est tale per formam, quàm per materiam: ergo quodlibet compositum ex materia, & forma, magis est subiectum quantitatis ratione formę, quàm materiæ. cumque in homine non sit alia forma substantialis, quàm anima rationalis, homo secundum eam est, quantitatis subiectum, & extenditur, aut immediatè, aut principaliùs, quàm secundum materiam.

Aristotel.

¶Verum ad hanc positionē sequi videtur inconueniens unum præter prætacta, videlicet, quòd anima nequaquam intelligeret vniuersale, si per se, aut per accidens quanta est. Quod enim recipitur in quanto, recipitur situaliter, & non ducit nisi in cognitionem singularis situaliter existentis. Ad quod isti respondent: Data quòd anima esset quanta per accidens, non oporteret quantitatiuè ab ea recipi, quicquid in ipsa recipitur, nisi quantitas, esset ratio recipiendi, quemadmodum non oportet omne, quod in albo recipitur, effici album, si albedo non sit causa recipiendi. Nam calor recipitur in lacte albo, non tamen fit albus. Et quamuis anima esset per accidens quanta, non tamen oporteret potentiam intellectiuam, qua species intelligibiles recipiuntur, esse quantam. species quoque intelligibilis cum sit subiectiuè in intellectu, est quid singulare, & tamen repræsentat uniuersale. Ad auctoritatem verò Augustini respondent, quòd loquitur inquisitiuè, non determinatiuè: cum dicat in libro de quantitate animæ, quòd tanta

tanta est anima quātam eam esse corpus permittit. ¶Sed istis obijcitur, quia si aīa esset extensa, & quāta per accidēs, diuideretur corporis diuisione, vt pater in diuisione superficiei albæ: qua diuisa, albedo quoq; per accidens saltē diuidit: imò sic una aīa fieret duæ, cū diuisio terminetur ad plura, vt etiā in diuisione albi videmus, ꝙ albo diuiso, sunt duę in partibus diuisis albedines. ¶Tertia opinio est, ꝙ oēs formæ substantiales inanimatorū sunt quantæ per accidēs, & alia nulla. Quod probāt tripliciter: primo sic, Illa forma, quæ non respicit æqualiter totū, & partē, neq; æqualiter denominat totū, & partē, non est quanta per accidens, qm̄ forma quāta per accidēs, æqualiter denominat totū, & partē, vt patet de albedine, & calore. Anima aūt nō denominat totum, & partē. Non enim quælibet pars aīalis est animal, sicut quęlibet pars ignis est ignis. Secundò sic, Forma quanta per accidens nō requirit diuersitatē in partibus: quia conditio quāti, est habere partes eiusdem rōnis, aīa vero in corpore suo partiū diuersitatē requirit. Tertiò, Forma non habens easdē operationes in toto, & partibus, non est per accidens quāta, sed talis est anima. Et ex eisdem rationibus arguitur, ꝙ formæ inanimatorum, sunt quantæ per accidens.

3

Aristotel.

¶Huic opinioni obijcitur, quia ſm philosophum plantæ, & aīalia quædam viuunt decisa, atq; diuisa, tanq̄ anima in eis, existentē, q̄ anima est actu vna, sed plures potētia: ergo huiusmodi aīæ per accidēs quātę sunt, & extensæ, ac diuidunt, nec eis repugnat habere materias in partibus suis diuersimodè dispositas, atque in eis habere operationes distinctas.

4 ¶Quarta opinio est, ꝙ oēs formę, q̄ educunt̄ de potentia materiæ, extēduntur, & sunt quantę per accidens. Cuius causam quidam assignant, dicentes qm̄ forma, q̄ de potētia materię educitur, ita educitur, ꝙ pars educitur de parte, & totū de toto. Sed hæc ratio videtur peterē, ꝙ deberet probārē. Formare nāq; quæ ante generationem præexistit in potentia passiua materiæ, ita existit in potētia agentis actiua, non quòd ipsa tota, vel aliquid eius præexistat in agente, sed solū quia in virtute agentis est eā producere: ergo nec dicitur in materia, seu eius potentia passiua præesse, nec educi de eius potentia, quia forma, aut aliquid eius præexistat in materia, sed solum quia materia per agens naturale pōt ad ipsam trāsmutari, & ipsam recipere. Vnde sicut forma geniti non dī educi de forma generantis, & pars de parte: ita dicendū non est, ꝙ educatur tota de materia tota, & pars de parte præsertim, ꝙa materia non habet partē, & partē, nisi per quātitatem. Secunda causa, q̄ assignatur ad idē, est hæc: Vbicunq; forma ita dependet a materia, ꝙ esse non potest nisi in materia, ibi forma sequitur conditiones materiæ in extendi, & operari, ac cæteris: qm̄ esse est tanquam fundamētum, quod præsupponitur a posterioribus perfectionibus. Sed formæ, quæ educuntur de potentia materiæ, sic dependent ab ea, quòd naturaliter nequeunt esse nisi in ea. Hæc Durandus.

¶Qui etiam huic quartæ opinioni consentire videtur, addendo: Omnes formæ extenduntur quantūcunq; sint perfectæ, præter animā rōnalem, & diuiduntur toto diuiso. Veruntamen, q̄da m earū diu manent post diuisionem, sicut in plantis, & animalibus annulosis, aliquæ cū sua diuisione corrumpuntur, vel si manent, hoc est per morulam breuē. Causa verò istius diuersitatis est, quia quo forma perfectior est, eo in corpore suo requirit maiorem diuersitatem in organis. Propter quod in fine primi de anima, dicit philosophus: Si autem non permanent, nullum inconueniens. instrumenta enim non habent quibus saluent naturam.

Aristot.

¶Verum vt patuit, Thomas, Bonauentura, & alij magni aliter tenent.

Quæstio.

¶Postremò, si alicui mutilato, aut monstroso manus, aut brachium miraculosè addat̄, quæri pōt an additū illud informetur, & viuificetur per animā p̄existentē in eo, cui fit illa additio, an per aīam aliā.

Respōsio.

¶Ad quod respondet Durandus, ꝙ per animam præexistentē in corpore. nec sit hoc per motum localem, sed per vnionē, & concomitātiam partis ad totū. quod. n. ē in aliquo sicut forma in materia, pōt in alia esse materia sibi adiuncta absq; motu locali, quemadmodū anima vnitur de nouo materiæ nutrimenti per vnionem alimenti ad corpus aīatum.

De distinctione trium personarum. Distinctio IX. A

NVnc ad distinctionē trium personarum accedamus. Teneamus ergo (ut docet Augustinus in lib. de fide ad Petrum) patrē, & filiū, & spūm sanctū, unū esse Deū naturaliter: nec tamen ipsum patrē esse, qui filius est, nec filiū esse ipsū, qui pater est, nec spiritū sanctū esse ipsum, qui pater est, aut filius. Vna n. est essētia patris, & filij, & spūssancti, in qua nō est aliud pater, aliūd filius, aliud spiritussanctus: quāuis personaliter alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus.

Augustī. de fide ad Petrū. c. 3.

Hic de coæternitate filij cum patre. B

Genitus est enim a patre filius, & ideo alius: nec tamen ante fuit pater, quàm filius. Coæternæ enim sunt sibi tres personæ.

Argumentatio Arrianorum. C

Sed cōtra hoc, inquit, hæreticus, ut refert Ambrosius in li. primo de Tri. Omne qđ natū est, principium hēt: & ideo filius, quia natus est, principium habet, & esse cœpit. Quod hæreticorum ore sic dictum est. Nam ipse Arrius (vt meminit Augustinus in sexto libro de Trin.) dixisse fertur: Si filius est, natus est: si natus est, erat quando non erat filius.

Ambro in 1. li. de tri. cap. 6. Aug. 6. de trini. ca. 2.

Responsio Augustini catholica. D

Qui hoc dicit, non intelligit etiam natum esse, Deo sempiternum esse, vt sit coæternus patri filius: sicut splendor, qui gignitur ab igne, atque diffunditur, coæuus est illi: & esset coæternus, si ignis esset æternus.

Augustī. vbi supra.

Oppositio Augustini contra hæreticum. E

Item si Dei filius, inqt Augustinus, virtus, & sapīa Dei est, nec vnquā fuit Deus, sine virtute

Augustī. vbi supra.

1. Cor. 1. d tute,& sapĩa, coæternus ẽ ergo Deo pr̃i filius. Dicit aũt Apost. Chr̃m esse Dei virtutẽ, & Dei sapĩam. Aut ergo nõ fuit, qñ nõ fuit filius: aut aliqñ Deꝰ nõ habuit virtutẽ, & sapĩam, qđ demẽtis est dicere. Cõstat enim, qa semper habuit sapĩam, semper ergo habuit filiũ.

F

Responsio Ambrosii ad idem auctoritate sulta.

Ambro. in 1. li de side tri. cap. 5. Isa 43. b Eidem quoq; Arrianicę, q̃stioni Ambro. in hũc modũ rñdet: Ego inquã filiũ esset natũ confiteor. quod reliquũ est impietatis, horresco. Scriptũ est. n. in veteri testamento, vt vel vnũ ẽ pluribus dicã: Ante me nõ fuit alius Deus, & post me non erit. Quis ergo hoc dicit? pater, an filius? Si filius, ante me, inquit, non fuit alius Deus: si pater, post me, inquit, nõ erit. hic priorẽ, & ille posteriorẽ non habet. Inuicem. n. in se, & pater in filio, & filius, in patre cognoscitur. Cũ. n. patrem dixeris, eius etiã filiũ designasti: quia nemo pater est sibi ipsi: cum filium noĩas, etiam patrem fateris: quia nemo ipse sibi filius est. Itaque nec filius sine patre; nec pater potest esse sine filio. semper ergo pater, semper, & filius est.

G

Inuectio Ambrosii contra hæreticum.

Ambr. de fide Trin. li. 1. cap. 5. Item dic inquam mihi hæreticè: Fuit ne, quando omnipotens Deus pater non erat, & Deus erat? Nam si pater esse cœpit, Deus ergo primo erat, & postea pater factus est. Quo modo ergo immutabilis Deus est? Fuit enim ante Deus, postea pater fuit, utique generationis accessione mutatus est. sed absit a Deus hanc amentiam.

H

Ineffabile est, quando, vel quomodo filius sit, & non habeat patrem priorem, sicut modus generationis, intelligibilis, & ineffabilis est.

Ambr. ibi de vbi supra. Sed quæris a me, inqt, Ambrosius, quõ si filius sit, nõ priorẽ habeat patrem? Quæro itẽ abs te, qñ, vel quo filiũ putes esse generatũ? Mihi. n. impossibile ẽ gnationis scire secretũ. Mens deficit, vox silet, non mea tm̃, sed & angelorũ. supra ptates, & supra angelos, & supra cherubin, & supra seraphin, & supra oẽm sensum est, qa scriptũ est: Pax Chr̃i supra oẽm sensum est. Et si pax Christi supra oẽm sensum est, quõ non est supra oẽm sensum tãta generatio? Tu ergo ori manum admoue, scrutari non licèt superna mysteria. Licèt scire, q̃ natus sit, nõ licèt discutere quõ natus sit. Illud mihi negare nõ licèt, hoc quærere metus est. Ineffabilis enim est illa generatio. Vnde Isaias, gnationẽ eius qs enarrabit?

Phil. 4. b

Isa 53. e

I

Quidam præsumunt discutere generationis seriem.

Oppositio Hie super Ecclesiasten ca. 3. Isa. 56. c. Solutio. Quidã tamen de ingenio suo præsumẽtes, dicunt illã gnationẽ posse intelligi, & alia huiusmodi, inhærẽtes illi authoritati Hieronymi super Ecclesiasten: In sacris scripturis, qs sepissimè nõ pro impossibili, sed pro difficili ponitur: vt ibi, Generationẽ eius qs enarrabit? Sed hoc non dixit Hieronymus, id eo q̃ generatio filij æterna plenè intelligi, vel explicari possit a quoquam mortalium, sed quia de ea aliquid intelligi, vel dici potest. quidam tamen hoc accipiunt dictum de temporali Christi generatione.

K

Vtrum debeat dici, semper gignitur vel semper genitus est filius.

Greg. lib. 29. Mora. cap. 1. Hic quæri põt, cũ gnatio filij a pr̃e, nec principiũ habeat nec finẽ, qa æterna est, vtrum debeat dici, filius sp gignit, vel sp genitus est, vel sp gignet. De hoc Greg. sup Iob ait: Dñs Deus Iesus, in eo q̃ virtus, & sapĩa Dei est, de pr̃e ante tpa nat est: vel potius, quia nec cepit nasci, nec desijt, dicamus verius, sp natus: nõ aũt possumus dicere, sp nascit, ne imperfectus esse videat. At vero, vt æternus designari valeat, & p̃fectus, & sp, dicamus, & natus, quatenus, & natꝰ ad p̃fectionẽ ptineat, & sp ad æternitatẽ: quis per hoc ipm̃ q̃, p̃fectũ dicimus, multũ ab illius veritatis expressione deuiamus: qa qđ factũ nõ est, non põt dici p̃rie p̃fectũ. Sed balbutiendo ut possumus, excelsa Dei resonamus. Et dñs nr̃æ infimitatis verbis cõdescẽs: Estote, inquit, perfecti, sicut, & p̃r vr̃ cœlestis perfectus est. Super illũ locũ etiã Psal. Ego hodie genui te, hac generatione filij ita loquitur Aug. Quanq̃ per hoc, quòd dicit hodie, possit etiã intelligi dies illa quo Christus scdm hoĩem natus est, tamen quia hodie p̃sentiam significat, atque in æternitate neq; præteritũ, quicquam est quasi esse desierit, neq; futurum, quasi nondum sit, sed præsens tãtum: quia quicquid æternum est, semper est: *diuinus tamen accipitur de æterna generatione sapientiæ Dei. Ecce his verbis ostendit Aug. quòd generatio, filij semper est: nec præterijt, nec futura est, quia æterna est. Ideo dixit genui, ne nouum putaretur, scilicet ne uideretur ineœpisse: hodie dixit, ne præterita generatio uideretur. Ex his ergo verbis prophetæ (ut ait Iohannes Chrysostomus) nihil aliud manifestatur, nisi quia ex ipsa essentia patris semper genitus est filius. Augustin. in lib. 83. quæstio. de semper nato differens, ait: Melior est semper natus, quàm, qui semper nascitur, nondum est natus: & nunquam natus: aut natus erit, si semper nascitur. Aliud enim est nasci, aliud natum esse: ac per hoc nunquam filius est, si nunquã natus est. Filius autem est, quia natus est, & semper filius. Semper igitur est natus.

Matt. 5. g Psal. 2. b Aug. super psalm. 2.

*diuinitus

Chrysost

Origenes

Origenes videtur dicere contrarium: ait enim quod semper generatur filius à patre.

Origenes sup Ier̃e. Origenes verò super Ieremiã dicit, q̃ filius semper generatur à patre, his verbis: Saluator noster est sapĩa Dei: sapĩa verò est splendor æternæ lucis, saluator ergo noster splendor est claritatis. Splendor aũt non semel nascit, & desinit, sed quoties ortũ fuerit lumẽ, ex quo splendor oritur, toties oritur ẽt splendor charitatis. Sic ergo saluator nr̃ super nascit. Vnde ait in lib. Sapĩæ: Ante oẽs colles generat me. non, vt quidẽ male legunt, generauit. His verbis apertè ostendit Origenes, sanè dici posse, & debere, filius super nascitur. Quod vr̃ ꝰrium illi verbo Gregorij præmisso, s. non possumus dicere, semp nascitur.

Prou. 8.

Exponit præmissa verba Gregorij, ne putetur inter doctores esse contrarietas.

Sed ne tanti authores sibi contradicere in re tanta videanr̃, illa verba Gregorij benignè interpretemur. Dñs, inquit, Iesus ante tẽpora de patre natus est: vel potiùs quia nec desijt, dicamus veriùs, super natus. Sed qũo veriùs dicitur hoc, s. q̃ filius super natus est: q̃ illud, s. q̃ de patre ante tempora natus est? Illud enim syncera, & catholica fides tenet, ac prædicat, vt istud. Quare ergo ait, dicamus veriùs, cũ vtrunq; pariter sit verum, nisi quia volebat intelligi hoc ad maiorem euidentiam, & expressionẽ veritatis dici, quàm illud? His etenim verbis oĩs calumniandi versutis hæreticis obstruitur aditus, quibus Christi secundũ Deitatem generatio sine initio, & sine fine esse, ac perfecta mõstratur. Non aũt adeo apertè manifestatur veritas cum dr̃, filius ante tempora genitus est de patre, vel filius super nascitur de patre. Et ideo dicit Gregorius, quòd non possumus dicere, sup nascitur: non inquã ita conuenienter, non ita congruè ad explanationem veritatis. Potest tũ dici, si sanè intelligatur: super. n. nascitur filius de patre, vt ait Origenes, nõ quòd quotidie iteret illa generatio, sed qa sup est. sup ergo nascitur. i. natiuitas eius sempiterna est.

Quæstio ẽ ipsis ver bis Greg.

Quod filius semper generatur, confirmat dictum Hilarij.

Hilarius quoque dicit filium nasci ex patre, in lib. 7. de Trin. his verbis: Viuens Deus, & naturæ æternæ viuentis potestas est: & qđ cum occulto sacramento scientiæ suæ ex eo nascitur, non potuit aliud esse, quàm viuens. Nam cum ait, sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, docuit vitam in se per viuentem p̃rem inesse. Ecce hic habes quia filius nascitur ex patre. Item in eodẽ: Cum dicit Christus, Sicut pater habet vitam in semetipso, sic, & filio dedit vitam habere in semetipso, omnia viua sua ex viuente testatus. Quod autem ex viuo viuum natum est, habet natiuitatis perfectũ sine nouitate naturæ. Non enim nouum est, quod ex viuo generatur *in viuum, quia nec ex nihilo est: & vita, quæ natiuitatem sumit ex vita, necesse est per naturæ vnitatem, & perfectæ natiuitatis sacramentum, vt & in viuente viuat, & in se habeat vitam viuẽtem, Ecce & hic habes quia generat ex viuo viuens filius. Item in eodẽ: In Deo totum quod est, viuit: Deus enim vita est, & ex vita non potest quicquam esse nisi viuum: neque ex deriuatione, sed ex virtute * natiuitas est. Ac sic dum totum quod est, viuit: & dum totũ quod ex eo nascitur, virtus est: habet natiuitatem filius, non demutationem. Et hic dicit quia nascitur. Item in nono lib. de Trin. Donat pater filio tantum esse, quantum est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impertit, quem ex se in sua forma generat. Hic dicit, quia generat pater filium.

Hilari⁹ 7. de Trinit. Ioan. 6. Ioan. 5. c de Trinit. alij nõ habent * in *natiuitatis Hilarius lib. 7. de S. Trinitate. Attẽde, totum qđ in Deo est vi uit. Hilarius li. 9. de S. Trinitate.

Breuiter docet quid de hoc concedendum sit.

Dicamus ergo filium natum de patre ante secula, & tempora, & super nasci de patre, sed congruentius semper natum: & eundem fateamur ab æterno esse, & patri coæternũ, ideſt authori. Pater enim generatione author filij est, vt in sequenti ostendeẽ. Vt ergo pater est æternus, ita & filius æternus est: sed pater sine authore, filius verò non, quia pr̃ inna scibilis, filius natus. Et vt ait Hilarius in septimo libro de Trin. aliud est sine authore super esse æternum, aliud patri. i. auctori esse coæternum. Vbi aũt pater author est, ibi, & natiuitas est: quia sicut natiuitas ab authore est, ita & ab æterno authore æterna est natiuitas. Omne aũt quod super est, ẽt æternum est: sed tñ non omne quod æternum est, etiam innatum est: quia quod ab æterno nascitur, hẽt æternum esse, quod natũ est. Quod autẽ non natũ est, id cũ æternitate non natũ est. Quod verò ex æterno natũ est, id si nõ æternũ natũ est, iã non erit, & pater author æternus. Si quid ergo ei, qui ab æterno pr̃e natus est, ex æternitate defuerit, id ipsum nõ est authori ambiguũ defuisse: quia si gignenti est infinitum gignere, & nascẽti ẽt infinitum est nasci. Medium. n. quid inter natiuitatem Dei filij, & generationẽ Dei pr̃is, nec sensus admittit: quia, & in generatione natiuitas est, &

Hilari⁹ p.

in natiuitate generatio est, qa sine vtroq; neutrū est, vtrūnq; ergo sine interuallo sui est.

Argumentatio hæretici.

Respōsio Hilarij.

Sed, inquiet hæreticus, oē quod natū est, nō semper fuit: quia in id natū est vt esset. Nemo ambigit quin ea, quæ in rebus humanis nata sunt, aliqñ non fuerint. Sed aliud est, ex eo nasci qđ semper nō fuit: aliud, ex eo natū esse qđ semp est. Ibi nec semper fuit, qui pr̄ est, nec semper pr̄ est: & qui non semper pr̄ est, non semper genuit: vbi aūt semper pr̄ est, semper filius est. Qđ si semper Deo patri propriū est, qp semper est pr̄, necesse est filio suppropriū esse, qp semper est filius. Quo ergo cadet in intelligentiā nostrā, vt non fuerit semper, cui propriū est semp esse qđ natum est? Natū ergo vnigenitū Deū cōfitemur, sed natū ante tpa: nec ante esse, q̄ natum: nec ante esse natum, q̄ esse: quia nasci qđ erat, iā non nasci est, sed seipsum demutare nascēdo. Hoc aūt humanū sensum, & intelligentiā excedit mūdi. Non hoc capit ratio humanæ intelligētiæ, sed prudētiæ fidelis professio est.

Quid sit proprium patri, & filio.

Summa distin. 9.

PRæcedenti distinctione tractatū est de proprietatibus, & attributis, quę Deo conueniunt absolutè: hic agit de proprietatis personalibus relatiuis. Specialiter aūt in ista distinctione docet, qualiter generatio in diuinis sit æterna, ita qp pr̄ non est filio prior duratione. Et potest ista distinctio multipliciter diuidi, ſm diuersa, de quibus in ipsa fit mentio, quæ intuenti per se faciliter innotescunt. Primo quippe ex verbis Augustini veritatē pponit, videlicet tres supergloriosas personas esse vnum Deū, ac inuicem coæternas. Deinde quomodo hæretici Arriani vanissimi, contra filij æternitatem fatuè arguerunt, & qualiter viri sancti catholici sapientissimè, ac multipliciter responderunt, atq; audaciam præsumptuosam reprehenderunt hæreticorū. Post hæc inquirit Magister, ac docet, per quæ verba diuina, & ęterna generatio aptiùs designetur. & circa hoc procedit scholasticè arguendo, replicando, soluendo, & exponendo.

¶ Circa hæc multa quæri queunt, quorū solutio est præhabita, vtpotè quot sint emanationes adintra in Deo, qualiter filius pducatur à pre per intellectum, & per modū naturalis emanationis procedat à pre. Ostensum est itē, qualiter tres superbenedictæ, & supersublimes personę conueniant in idētitate naturæ, ac vnitate essentię, & psonaliter, imò, & realiter sint distinctæ. Realiter inquā, non re absoluta, sed relatiua, seu relatione reali, quod tamē infra clariùs ostendetur. Ex his patet solutio quęstionum, quas doctores præcipui mouent.

Bonauen.

¶ Bonauentura quippe hic scisitatur, vtrū generatio in diuinis sit ponenda, vtrum generatio personarum sit distinctiua, vtrum sit æterna. Ad quę tria responsio est inducta. Quærit, & quartò, an generatio diuina sit terminata. Ad quod quamuis responsum sit supra, tamen aliquid hic addetur.

¶ Thomas verò hic quærit, an filius sit alius à patre, an pater, & filius sint duo æterni, an pater sit aliquo modo prior filio.

Albertus.

¶ Albertus verò circa textum multa inquirit de æternitate, & alijs, de quibus præhabitū est. His ergo non expedit immorari, nec prædicta repetere.

QVAESTIO I.

Arguitur primo cōtra ueritatem. 1.

INc circa distinctionem istam moueo tantum hanc quæstionem, *An pater, & filius sint coæterni.* ¶ Videtur, qp non, quia si sunt coæterni, ergo æterni: quod non videtur, quia in symbolo legitur, Non tres æterni, sed vnus æternus: Aeternus ergo pater, & filius, nō sunt duo æterni. ¶ Secundò, persona quæ incessabiliter gignitur, non est coæterna genitori æterno: quia quod gignitur, nōdū perfectum esse sortitum est, cū generatio sit via ad esse, filius autē incessabiliter gignitur, vt in textu habetur. ¶ Tertiò, cum in Deo nō sit accidens, videtur in eo non posse distinctio esse nisi substantialis. 3. ¶ Quartò, quia principium videtur 4. priùs principiato, & priùs est esse, quàm agere, cum ergo generare sit agere, & pater sit principium filij, apparet, qp sit filio prior, nec ab æterno genuerit. ¶ Quintò, quia (vt in litera allegatur) generatio ilꝛ. la diuina incōprehensibilis prorsus, inenarrabilisq; consistit, non tantū hominibus viatoribus, sed summis quoq; Angelicis mentibus, ac beatis supernis spiritibus. Prę sumptuosum ergo videtur, loquí, tractare, disputare, ac diffinire de ipsa.

¶ In contrarium est sanctorū doctrina in litera.

In oppositum. Thomas.

¶ Circa hęc scribit Thomas: In diuinis sunt essentia, persona, proprietas, quibus aptantur tria genera. Essentię quippe, quia communis est, & indistincta, absolutèque dicta, aptatur neutrum genus qđ est informe, non importans sexus distinctionē. personę verò, quę est distincta, & significat, vt aliquis existens in diuina natura, aptatur genus masculinū, quod est genus distinctum, & non fœmininū, propter ipsius imperfectionem. Proprietati autem, quę significatur per modum formę, genus fœmininum aptatur, quod essentię quoque aptari potest, inquātum significatur, vt forma. Hinc propter vnitatem essentię non potest pater aliud à filio dici, sed propter distinctionem personę alius appellatur. Verūtamen istud videtur adaptatio quędam esse magis quàm expressio proprietatis locutionis. Hinc aliter est dicendum, videlicet, quòd istud contingit, quoniam neutrum genus substantiuatur, idcirco importat diuersitatem simpliciter, & absolutè, quę est diuersitas essentię. masculinum verò, & fœminum genus adiectiuè tenentur, vnde ponunt diuersitates seu distinctiones circa terminos personales, qui in locutione ponuntur, cum dicitur, filius est à patre. substantiuum enim habet significationem suam absolutè, sed adiectiuum ponit significationē suam circa substantiuum. Porrò cum aliquid dicitur substantiuè, absolutè intelligitur de eo qđ simpliciter est: sicut ens absolutè dictum, designat substantiam. Et quia alietas essentiæ est simpliciter alietas, neutrum genus substantiuarum importat alietatem essentiæ. Genus verò masculinum, quoniam adiectiuè tenetur, ponit alietatem suam circa substantiuum suum. Hinc si terminus est personalis, designat suum substantiuum distinctionem personarum. Ideo hæc est vera, Pater est alius à filio. Si autem sit terminus essentialis, designat diuersitatem substantiæ. Hinc ista est falsa, Pater est alius Deus à filio. Similiter neutrum adiectiuè positum

positum, quando adiungitur termino personali, importat alietatem personæ, vt cum dicitur: Pater est aliud suppositum à filio. sicque istud non accidit ex variatione significationis, sed ex hoc quòd alietas significata in masculino, & neutro, non refertur ad idem. Hæc Thomas in Scripto.

art. 2.

¶ Porrò in prima parte Summæ quæstione trigesimaprima, notabiliter ait: Ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis, vt testatur Hieronymus, ideo dum de summa loquimur Trinitate, cum cautela, & modestia est agendum. siquidem nullibi periculosiùs erratur, quàm ibi. In his verò, quæ de Trinitate asserimus, oportet duos cauere errores oppositos. Vnum impijssimi Arrij, qui cum Trinitate personarum, Trinitatem posuit substantiarum. Alium verò Sabellij, qui posuit in diuinis cum vnitate essentiæ, vnitatem personæ. Ad vitandum ergo hæresim reprobissimi Arrij, vitare debemus in diuinis nomen diuersitatis, & differentiæ, ne vnitas tollatur essentiæ. Possumus autem vti nomine distinctionis propter oppositionem relatiuam. Si ergo alicubi in scriptis Authenticis diuersitas, aut differentia personarum legatur, sumitur diuersitas, seu differentia, pro distinctione. Ne autem tollatur simplicitas diuinæ essentiæ, vitandum est nomen separationis, & diuisionis, quæ est totius in partes: & ne tollatur æqualitas, vitandum est nomen disparitatis: ne verò tollatur similitudo, vitandum est nomen alieni, & discrepantis. Dicit namque Ambrosius in libro de Trinitate, quòd in patre, & filio non est discrepans: atque vt ait Hilarius, In Trinitate nihil est separabile. Porrò ad vitandum errorem Sabelij, vitare debemus nomen singularitatis, ne tollatur communicabilitas diuinæ essentiæ. Vitandum est quoque, nomen vnici, ne tollatur numerus personarum. Vnde 7. de Trinitate ait Hilarius: Patrem & filium, singularem Deum prædicare, sacrilegium est. Et rursus, intelligentia singularis, & vnici, à Deo excluditur. Dicimus tamen vnicum filium, quia non sunt plures filij in diuinis. Non tamen dicimus vnicum Deum, quia natura diuinitatis, personis communis est. Vitandum est item nomen solitarij, ne consortium trium personarum tollatur. Hinc quarto de Trinitate Hilarius loquitur, Nec solitarius, nec diuersus est Deus. sed hoc nomen alius non importat nisi distinctionem personę. Hæc in Summa.

Ambrosius

Hilarius. Quibusvocabulis abstinēdum in diuinis propter Sabellium.

Hilarius.

Hilarius.

¶ Concordant Richardus, & Petrus.

Quomodo pater, & filius possint dici duo ęterni, Albertus.

¶ Quod autem pater, & filius dici possunt duo ęterni, sumendo æternum adiectiuè, affirmat Albertus: & causam assignat, quoniam adiectiuum trahit, & accipit substantiam, seu consistentiam, vnitatem, & numerum à substantiuo. Vnde per impossibile dato quòd in Socrate, & Platone esset eadem numero albedo, nihilominus Socrates, & Plato essent duo albi. Sic quamuis in tribus superbenedictis personis sit eadem numero æternitas, potentia, iustitia, sanctitas &c. tamen dicuntur tres æterni, tres omnipotentes, propter personarum distinctionem. & sumendo hæc nomina adiectiuè. Quæ si substantiuè sumantur, verum est quod sanctus Athanasius dixit: Non tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus, & vnus immensus. Similiter vnus omnipotens, vnus æternus, Et de hoc scribit Albertus prolixè, & quasi obscurè.

Thomas. Quo differunt adiectiuum à substantiuo.

¶ Thomas verò eundem sensum clariùs deprompsit, dicendo: Hæc est differentia inter substantiua, & adiectiua, quòd substantiua significāt rem suam absolutè, & per modum substantiæ. ideo substantiuum non prædicatur pluraliter, nisi forma sua numeretur. Adiectiua verò significāt per modum accidentis, cuius esse, & vnitas ex suo dependent subiecto. Hinc multiplicatur secundum multiplicationem subiecti, nec habet numerum pluralem, nisi ex parte suppositorum. Hinc substantiua essentialia in diuinis, non prædicantur pluraliter de personis, eo quòd forma designata per ea, puta diuina essentia, non diuidatur. Nomina verò significantia substantiam adiectiuè per modum inhærentis, aut assequentis substantiam, prædicantur in plurali de suppositis propter suppositorum pluralitatem. In talibus tamen terminis ordo est. Quædam enim significant substantiam, vt inhærenter, non significātes substantiam quantum ad modum significandi, quem grammatici considerant, dicentes nomen significare substantiam cum qualitate, vt verba, ac participia. & ista nullo modo prædicantur de personis in singulari. Hinc dicimus, Pater, & filius sciūt volunt, intelligunt, Item pater, & filius sunt scientes, volentes &c. quia significant per modū actus, qui non significatur nisi, vt inhærens. Quædam verò designant substantiam non per modum actus, sed formam, quæ est qualitas, designant, vt inhærentem. & talia magis queunt singulariter prædicari, possuntque substantiuari, sicut æternus. immensus. Veruntamen dum talibus adiectiuis additur per compositionem aliqua præpositio, denotās habitudinem personæ ad personam, magis trahuntur ad suppositum, & tunc de personis nunquam prædicari debent in singulari: quia nequaquam dicendum est, pater, & filius sunt coæternus, coæqualis, sed coæterni, coæquales &c. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Concordant Vdalricus, & alij multi. Quidam tamen antiqui partim aliter sensisse videntur. Sed istud verius rationabiliusque videtur.

¶ Ex quibus patent solutiones ad duas quæstiones, quas Thomas, Aegidius, & alij quidam hic mouent, videlicet an filius sit alius à patre, & an pater, ac filius sint duo æterni. Similis quoque solutio est, si quæratur, an spiritussanctus sit alius à filio, vel à patre, & vtrum filius, & spiritussanctus sint duo æterni.

Thomas Aegidius.

¶ Insuper ad id, quod in proposita quæstione specialiter quæritur, vtpotè an pater, & filius sint coæterni, quod est quærere, an pater prior sit filio, seu vtrū generatio illa diuina sit æterna: Albertus, Thomas, Vdalricus, Petrus, Richardus, Aegidius, Bonauentura, & doctor irrefragabilis concorditer dicunt, quòd pater non est prior filio neque duratione, seu tempore, nec loco, nec dignitate, neque natura, nec intellectu. Nihilominus pater est principium filij, & est in diuinis ordo naturæ ratione originis, sicut, & infra habebitur.

¶ Itaque Thomas in Scripto: In patre, inquit, & filio non possumus nisi duo considerare, videlicet id, quod est absolutum, & quod ad aliquid seu relatiuum. Absolutum, puta diuina essentia vtrique communis est, & vna in tribus personis. Ideo quo ad hoc, vna persona non habet prioritatem ad aliam. Porrò relatiua sunt simul natura, & tempore: quia secundum Philosophum, Posita se ponunt, & perempta se perimunt: & etiam intellectu, cum vnum sit de ratione, ac diffinitione alterius. Hinc vna persona diuina non est prior alia, neque secundum id, quod absolutum est, neque secundum id, quod relatiuum. Hæc in Scripto.

Thomas. Pater non est prior filio.

Aristotel.

¶ Porrò in prima parte Summæ, quæstione 33. ait:

art. 1. Pater principium est filij, non causa.

Nomen principij nil aliud significat quàm id, à quo aliquid procedit. cum ergo filius procedit à patre, constat, quòd pater sit principium filij. non tamen conceditur, quòd pater causa sit filij. quia causa est ad cuius esse sequitur aliud. Et quamuis pater dicatur principium filij, nõ tamen conceditur propriè, quòd filius sit principiatus, ne designetur quasi posterior. Græci tamen concedunt vtrunq; videlicet, quòd pater sit causa filij: & quòd filius sit principiatus à patre: quoniam minus strictè vtuntur istis nominibus. Et quamuis hoc nomen principium à prioritate sit sumptum, quantum ad id, à quo nomẽ imponitur, non tamen significat prioritatem, sed originem in diuinis. Non enim semper est idem id, à quo nomen ad significandum imponitur, & id quod designat. Hæc ibi.

art. 3. Principiũ multipliciter dicitur.

¶Denique in eadem Summa, quæstione 42. differuit: Ordo dicitur per comparationem ad aliquod principium. ideo sicut principium multipliciter dicitur, puta secundum situm, vt punctus: secundum intellectum, vt principium demonstrationis: atque secundum singulas causas, sic ordo in diuinis dicit principium secundum originem absq; prioritate. Augustin. Et hic ordo vocatur ordo naturæ secundum Augustinum, non quo alter prior sit altero, sed quo alter procedat ex altero. Dicitur quoque ordo naturæ, non quod diuina natura ordinetur, sed quod ordo in diuinis personis secundum originem naturalem attenditur. Vbicunque enim est pluralitas sine ordine, ibi cõfusio. Et quamuis in Deo sit idem essentia, & natura, magis tamen vocatur ordo naturę, quàm essentiæ: quia natura quodammodo importat rationem principij, quoniam dicitur à nascendo. Hæc Thomas in Summa.

Vdalric⁹. Qualis sit personarũ distinctio.

¶Hinc Vdalricus libro 3: Summæ suæ cap. 5. testatur: Sicut propter vnitatem essentiæ filius est in patre, & pater in filio, sic propter veritatem generationis filij⁹ est distinctus à patre, relatione originis eos personaliter distinguente, eo quòd omnis generatio, & actio est suppositi. ideo etiam distinctio, quã agit generatio, est personarum, non essentię. Et quia proprietas distinguens in diuinis, non est accidẽs, sed substantia: ideo personarum distinctio non est accidentalis, sed substantialis: qua filius est alius à patre, non quidem secundum substantiam, quæ est essentia: sed secundum hypostasim, quæ est persona. Quamuis enim distinctio personalis non sit distinctio secundum quid, quia illa est penes accidentia, non tamen est distinctio simpliciter, quoniam illa est penes essentiam, substantialemve formam, sed est distinctio media inter illas. Quamuis aũt filius sit à patre distinctus, non est tamen ab eo diuersus, differens, aut diuisus, quia diuersitas est secundum formam substantialem: quia diuersum dicitur quasi diuersimodè versum, seu quasi vnum versum in duo. Quid sit diuersũ. ideo sicut vnitas est secundum formam, ita diuersitas. Differre verò dicuntur, inter quæ cadit differentia absolutè, quę est differentia specifica. Indiuidua namque dicuntur diuisa magis, quàm differentia: quia in eis diuiditur vna forma per materiam. Porrò proprietas in diuinis distinguens, non est differentia specifica, quia hęc faceret diuersitatem essentię: sed est quasi media inter differentiam specificã, & proprietatem, aliquid habens de vtriusque natura. In hoc enim, quod non facit distinctionem accidentalem, habet aliquid simile cum differẽtia specifica: sed in hoc quod relinquit essentiam indistinctam, habet aliquid de ratione proprietatis. Diuisio autem omnis facit numerum, multitudinemq; simpliciter: quoniam numerus dicitur quasi nutus me moris, idest diuisionis. & hęc requirunt differentiã secundum aliquid absolutum, quæ in diuinis non est. Et quoniam quicquid est in Deo, ęternum est: ideo generatio illa diuina consistit ęterna: nec habet principium durationis, sed principium à quo est. Quemadmodum enim Damascenus concludit, cum generatio sit de substantia generantis, si non ab ęterno, sed de nouo pater generaret, ipse in sua substantia mutaretur. Vnde sicut quęlibet mensura durationis alicuius rei, mensurat etiam eius actiones naturales: sic generatio diuina, inquantum est operatio diuinæ naturę, mensuraꝫ æternitate. Hinc sicut non incipit, ita nec desinit, imò semper in actu est. Nec hoc dicit imperfectionem in genito, quoniam imperfectio talis non consequitur, nisi in generatione, quæ est quoddam fieri, procedens continuè de potẽtia in actum, & non illam, quę est actus simpliciter, quemadmodum Origenes ponit exemplum in splendore, qui non solum nascitur à corpore luminoso, & desinit: sed quandiu prędens est corpus illud, splendor sic natus, est ab eo, quod indesinenter nascitur ab eodem. Nec simile est de creatione. quamuis enim Deus de non creante factus sit creans sine sua mutatione, qa creatio est extra creãtis substantiam, tamen non posset fieri de non generante generans ob causam iam tactam. Quod si pater consideretur ſm rationem proprietatis personalis, per quam generanti conuenit generare, quę est paternitas: sic patri non conuenisset ab ęterno hęc sua proprietas, nisi ab ęterno genuisset, nec ei sine sui mutatione aduenire potuisset. Nã licet ſm Philosophum in ad aliquid non sit motus ſm se, ita quod per se sit terminus motus: tamen realis relatio non innascitur de nouo nisi per motum, & necessario consequitur motum, inquantum fundatur sup proprietatem in subiecto existentem. Si verò pater consideret ſm rationem relationis super hanc proprietatem, & generationem, sic pater sine filio nequit intelligi: quia ſm Philosophum, vnum relatiorum, nec esse nec intelligi sine alio potest. Vel pater consideratur ſm conditionem filij procedẽtis, sicque filius est verbum paterni intellectus: quod cum sit prolatio intellectus per sapientiam cognoscẽtis seipsum, & alia, vocatur ratio, & sapientia genita. Hinc sicut diuina natura ex naturali sua fœcunditate non permisit patrem sine germine esse, sic eadem natura inquantum intellectus, & sapientia, non permisit eum esse sine verbo, quod est sapientia genita. Nec sequitur, si filius natus est, erat quando non erat. Hoc quippe non sequitur, nisi in generatione, quę est de non esse, vbi materia, & dispositio eius precedunt plenum esse. Hęc Vdalri.

Numeri etymologia.

Damasce.

Semper generari nõ dicit imperfectionem in filio Dei. Origenes.

Aristotel.

Alexand.

¶Qualiter autem sit ordo in diuinis personis, Alexander pulchrè declarat. sed hoc infra in distinctione 20. locum habet.

Finita non sit filij generatio.

Arguitur contra veritatem.

1. Augustin.

2.

3.

¶Præterea quęri potest, an generatio filij sit finita, cõpleta seu terminata. Ad quod ita arguit: Filius est patri coæternus, ergo ab ęterno est natus, & esse perfectum habens, ac persona subsistẽs: & sic generatio eius ab ęterno fuit completa, finita seu terminata. ¶ Augustinus quoq; in li. 83. quęstionũ fatet: Qui semper nascitur, nunq; est natus, & per hoc nũquam est filius. ¶Insuper, sicut produci terminatur ad esse productũ, sic gigni ad esse generatũ. sed fili⁹ Dei natus est, iuxta illud in symbolo: Et ex patre natũ ante oĩa secula. ergo generatio ei⁹ est terminata.

In ppposi tum.

¶In contrariũ est authoritas Origenis in litera, & ea, quę verbis Vdalrici iã habita sunt. Generatio. n. ęterna

Damasce. ætèrna, nec incipit, nec desinit: nõ ergo finita est. Ad quod valet, quod primo lib. asserit Damascenus: Deus infinitè, & sine tpe ens, infinitè, & inquiescibi liter generat. ¶Amplius Deus æternaliter se eodem modo habet in se, ergo si ab æterno genuit, adhuc

Ambrosi⁹ gignit. ¶Rursus, secundum Ambrosium, in Deo nihil est finitum: imò quicquid in Deo est, vere est idẽ

Bonauen. cum eo, & penitus infinitum. ¶ Ad hanc quæstionẽ Bonauentura respondet: Quædam sunt, in quibus idem est esse, & factum esse, in quibus tamen differunt esse, & fieri, vt sunt permansiua. Alia sunt, in quibus differt esse, & factũ esse, idem tamen in eis est fieri, & esse, vt sunt successiua. Aliqua uero sunt in quibus idem est fieri, & esse, & factũ esse; vt sunt illa, quæ habent esse permanens, totaliterq; dependens a principio producente, existente in sua actualitate per eundem modum per quem in principio productionis, vt sunt influentiæ corporales, seu spirituales, Vnde Augustinus 6. super Genesim ad literam ait, quod lumen dum nascitur, semper nascitur: & aer dum illuminatus est, semper illuminatur.

Augusti. Cõformiter dicit de lumine spirituali, quod est gratia. Si ergo filius Dei habet esse permanentissimum, & coniunctissimum suo principio productiuo, vt in sua actualitate existenti, quoniam filius est purus actus, omnino idem in ipso est nasci, & natum esse: ideò semper nascitur, & semper natus est, nec vnq; cessat, aut desinit generari, sicut nec pater generare. Cum itaque quæritur, an generatio filij sit termi nata, est distinguẽdum: quoniam terminata, aut excludit imperfectionem, sicq; generatio filij est terminata, quia perfecta, cum simul sint, imò & idem, generari generatumq; esse: si vero excludit duratio nem, non est terminata, cum æternaliter duret: & ita est in terminata. quia non desinit. Nec sequitur, generatio illa iugiter durat, ergo aliquid de nouo ibi semper producitur: quia & radius oriturſemper a sole, nec tamen semper iteratur, sed a sua origine continuatur in esse. Hæc Bonauentura.

Petrus. Gñatio diuina est infinita negatiue. Vdalricus

¶Idẽ Petr⁹, & addit, qd̃ gñatio diuina ẽ infinita negatiuè, qm̃ nõ ẽ aptə nata hére finẽ, nõ aũtpriuatiuè

¶ Hinc ait Vdalricus in Summa 3. lib. Loquẽdo de terminatione durationis, generatio diuina non est terminata, cum sit æterna, & extra terminos durationis: sed loquendo de termino perfectionis, qui est ipsum genitum, sic est terminata ad filium, sic quoque finita est. non est autem finita, prout finitũ vocatur, quod per motum accipit complementum vel quod est conclusum infra terminos suæ essentiæ, per quos potest diffiniri vel intellectu comprehendi, vel quod in aliquo termino suæ durationis cessat. Hæc Vdalricus.

An generatio diuina sit in fieri an infacto esse. Alexãder Creatura dupliciter est in fieri & facto esse.

¶Ex his patet solutio quæstionis, qua quæritur, an generatio diuina sit in fieri, aut in facto esse.

¶Ad quam Alexander respondet: Aeterna gñtio nec est in fieri, nec in facto esse, sed in esse, imò in inuariabili esse. Fieri namq; & factũ esse, solum conueniunt creaturis: esse aũt semper vno mõ cõuenit diuinis. Veruntamen esse in fieri, dupliciter conuenit creaturis. In successiuis enim esse in fieri, est esse actu. in permanentibus vero esse in fieri, non est esse actu siue incomplemento. Vnde in successiuis sequitur, si fit, est: in permanentibus aũt, si fit, non est. Similiter esse in facto esse dupliciter dicitur. Nam in successiuis factum esse, non poniteſſe actu in prę senti, sed ponit fuisse in prędterito. In permanẽtibus aũt ponit esse actu in prędsenti. Cum ergo loquimur de generatione æterna, si loquimur de esse eius per modũ fieri, loquimur de ea ſm quod accipitur fieri in successiuis. & hoc solum ratione prędsentialitatis non rõne successionis: si loquimur de ea per modũ facti esse, loquimur de ea per modũ facti esse in permanentibus: & hoc ratione completionis, non prędteritionis. Hinc inspicientes ad prædsentialitatem, ætternitatis, dicimus de filio: Semper nascitur: Videntes verò ad completionem, & perfectionem, dicimus: Semper natus est. Idem Petrus.

Alexãder Præsens dupliciter dicitur.

¶Amplius, si q̃ratur quod istorũ verius, aptiusq; dicaꝫ, semper nascit̃, vel semper natus est: Alexãder rñdet. Prędsens dupliciter sumitur, primò tanq̃ aliqd partibile, cuius pars prædterijt, & pars futura est, & sic non cõuenit gñationi æternæ, nè imperfecta credatur: & quia in ea nihil prædteritũ, nihil futurũ. Secundò, prędsens, accipitur ipsum nunc impartibile, quod est finis prædteriti, principiũq; futuri. & sic rõne impartibilitatis, & prædsentialitatis conuenit cum nunc æternitatis: & sic rectè dicitur, semper nascit̃. Similiter cũ dicitur natus, cõsignificatio est prædteriti perfecti, & rõne prædteritionis nõ conuenit æternitati, seu æternæ generationi, sed rõne perfectionis.

Quæstio.

¶Prædterea quæri potest, an dici posſit per modũ futuri, Semper nascetur. Et videtur quod sic, quia nunquam deficiet. Respondetur, quod cum verbũ futuri temporis non consignificet actu ens, neq; perfectionem, non est talis modus loquendi cõuenies.

Responsio

Aegidius. Generationis diuinæ & creatæ, quadruplex differentia.

¶Hinc Aegidius: Gñatio, inqt diuina a gñatione gñabilium in quatuor differt. Primò, quia generatio diuina mensuraꝫ ætternitate, hæc tẽpore, sumendo eã pro mutatione disponente ad introductionẽ formę: vel nunc tẽporis, sumendo eã pro substantialis, formæ inductione. Ex hac differentia sequitur alia, quia cũ tempus sit mensura motus, ætternitas autem ipsius esſe, gñatio inferiorum est mutatio, aut termi nus mutationis, gñatio autẽ æterna est ipsum esſe. Tertia, quia quod in inferioribus generatur, nondũ est. in diuinis autẽ, quod gignitur, est perfectè. Quarta, quod in generabilibus inferioribus non posſint omnia tẽpora simul ponũciari, sed de Dei filio posſunt. Quod enim in inferioribus genitũ est, non gignitur: & quod gignitur, non gignetur. de filio autẽ Dei dici põt, ꝙ semper genitus est, semper gignitur & semper gignetur, quamuis sit ibi incõpactio. i. im proprietas, quãtũ ad modũ loquendi, quẽadmodũ in cæteris propositionibus affirmatiuis de Deo dictis. ¶Quod si quæratur, quid horũ magis propriè dicitur: respondendum, quod proprijssimè dicitur, sẽper genitus est. In generatione quippe diuina tria

Tria considerantur in generatione diuina. considerantur Primũ est indeficientia, seu elogatio à prædteritione. & quo ad hoc, aptiùs per verbum futurũ exprimitur, quia hoc tẽpus a prædteritione maximè distat. Secundũ est prædsentialitatis eius, & esſe, sicque aptius designatus, per tempus prædsens. Tertium est perfectio eius, & complementum, & sic tẽpus prædteritum magis aptè ipsam designat, non ratione prædteritionis, sed completionis. Et hæc tria includuntur dum dicitur, semper genitus est: quia per semper, intelligitur indeficientia: per genitus, perfectio: per est, prædsentialitas. Ideo asserit Augustinus: Melius dicitur, semper natus est: quàm, semper nascitur. Hæc Aegidius.

Dionysi. ¶Cuius verba partim disonare videntur a verbis Alexandri dicẽtis, quod verba futuri tpis prædicari nõ valeãt de generatione filij Dei. Ad qd̃ (ut apparet) poterit dici, qd̃ verba illa futuri tẽporis non debeãt prædicari seorsũ de filij gñatione, sed in eodẽ contextu sermonis forsitã posſint, ita dicẽdo: filius Dei ſp est natus, semper nascit̃, & ſp nasceꝫ, ad insinuandã æternã indeficientiam generationis illius.

Richard⁹. ¶Circa hoc scribit Richardus: filius Dei ab æterno genitus est, & semper generatur. sicq; simul generatur, & genitus est. Quod quidam nituntur ostendere ex hoc, quoniam filius Dei habet simplicitatē cum immensitate. Nam quia immensus, generatur sine fine: & quoniam simplex totus, semper genitus est. Sed hoc non videtur sufficienter declarare propositum: quia non solū semper genitus est sub ratione, qua simplex, sed etiam quia immensus. Nec tantum semper generatur sub ratione, qua immensus, sed item sub ratione quæ simplex. Alij ita declarant istud, nempe, q̄ in his, quæ fiunt per motum, nō valeat simul esse fieri, & factum esse. Hinc est quod motus est entis in potentia, vt tertio dicitur Physicorū, Aristotel. quoniam quod mouetur, est in potētia ad id, quod mouetur. Vnde, vt dicitur sexto Physicorum, nihil mouetur ad id, quod habet: & quia dum aliquid factum est, iam habet id, ad quod motus factionis ordinabatur, non potest contingere quod aliquid simul fiat, & factum sit, loquendo de factione propriè sumpta, quæ est per motum. Quamuis enim illud, quod fit per momentaneam mutationem, in eodem instanti fiat, & factum fit, attamen fieri transit, remanente facto esse, eo quòd tale fieri importet nunc primo accipere esse ab alio. Cumque generatio filij Dei sit sine mutatione, & motu, propter qđ locum in ea non habent fieri, & factum esse, videtur quòd in ea simul sint gigni, & genitum esse respectu eiusdem personæ. ¶Insuper, cum præsens æternitati conueniat secundum se, non autem præteritum: quia non dicimus de Deo, fuit, nisi inquātum aliqua pars durationis successiuæ ei coextitit, videtur quod loquendo simpliciter, atque ad naturam rei habendo respectum, conuenientiùs exprimatur generatio diuina per præsentis temporis verbum. Veruntamen habendo respectum ad excludendum errorem de cordibus hominum simplicium, ne putent generationem diuinam esse in fieri, congruentius exprimitur per verbum præteriti temporis. Sed quia generatio illa est semper perfecta, & genitus semper gignitur, hinc conuenientissimè declaratur per verbum præsentis temporis, & participiū præteriti, dicendo: Pater generat genitum ab æterno. Vel per verbum præteriti temporis aduerbiumque Psal. 2. præsentis, dicendo: Ego hodie genui te, sicut in psalmo. Sic namque significatur generatio, vt perfecta atque vt permanens: quia præteritum exprimit eam vt perfectam, & præsens, vt permanentem. Hæc Richardus.

Richard. Generatio diuina quo tēpore aptius exprimat. ¶Qui etiam concordans verbis Aegidij, quantū ad prædicationem verbi futuri temporis de generatione diuina, fatetur multo conuenientiùs dici, pater genuit quàm gignet: quia per verbum præteriti temporis, significatur generatio esse perfecta, quāuis nō esse in actu: quamdiu ex natura rei sequatur, Pater genuit, & ī diuinis generatio fuit, ergo adhuc est, & manet. Per verbum autem futuri tēporis non ostenditur generatio, neque perfecta, nec permanēs quia futurum caret actualitate, & perfectione. Tamen vtrunque dici potest, pater genuit, & pater gignet: quoniam sicut verbum præteriti tēporis prædicatur de Deo, inquantum aliqua pars durationis successiuæ sibi coextitit, sic & futuri temporis verbum, Isaię 66. inquantum futura duratio ei coexistet. Hinc quemadmodum verè dicitur, Deus fuit, Deus est, Deus erit: sic, & pater genuit, pater gignit, & pater gignet. Vnde in Isaia per verbum futuri tēporis diuina generatio designatur, cum dicitur: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse nō pariam dicit Dominus? Si ego qui cæteris generationem tribuo, sterilis permanebo? Hæc idem.

Quæstio. Quis sit diuinę generationis modus. ¶Præterea queritur, quis sit modus generationis diuinæ. Arrius quippe sceleratissimus hæresiarcha, ad probandum generationem non esse in Deo, posuit duodecim modos generationis, seu processionis in creaturis, quorum nullus conuenit Deo. Primus est iuxta fluxum lineæ à puncto, qui modus nō potest generationi diuinæ attribui, quoniam deest in eo æqualitas simplicitatis in puncto, & linea, sicut ponitur in patre, & filio. Secundus modus est iuxta emissionem radiorum à sole, qui non potest diuinę generationi adscribi, quia non est æqualitas naturæ inter solem, & radios solis. Tertius est iuxta characterem seu impressionem à sigillo, vbi deest cōsubstantialitas, & se habēt sicut causa, & effectus. Quartus est iuxta immissionem bonæ voluntatis à Deo, vbi etiam consubstantialitas deest. Quintus est iuxta exitum accidentis à substantia, in quo accidenti deest subsistentia. Sextus est iuxta abstractionem speciei à materia, sicut intellectus abstrahit speciē intelligibilem à re materiali, atque phantasmate, in quo deest simplicitatis æqualitas. Septimus est iuxta excitationem voluntatis à cogitatione, quæ excitatio est temporalis. Octauus iuxta transfigurationem sicut ex ære fit imago, quæ transfiguratio est materialis. Nonus iuxta productionem motus à mouente, quæ est productio effectus à causa. Decimus iuxta eductionem speciem à genere, in quo vnū prædicatur de alio, scilicet genus de specie, quod in generatione diuina non est. Vndecimus iuxta ideationem, vt arca exterior ab arca in mente, in quo est comparatio effectus ad causam. Duodecimus iuxta nascentia in natura, sicut homo generatur ab homine, in quo est prius, & posterius. sicq; nullus horū modorū conuenit generationi diuinę.

Duodecim generationis modi ab Arrio positi.

Nota Victorini responsionē aduersus Arrianū.

¶Ad hæc Victorinus arguenti contra se Arriano seu Arrio, rectè respondit, quod modi processionum non sunt ab hęretico sufficienter distincti. Aeterna quoque generatio est improportionalis omni generationi, & processioni creaturarum. Nec ob tenebratissimus ille Arrius tetigit processionem illam, quæ præcipuè repræsentat, & imitatur generationem diuinam, videlicet emanationem verbi ab intellectu.

Augustin.

Quatenꝰ generatio diuinam p creaturā repræsentetur. ¶Hinc Augustinus ī libro de verbis Domini ait: Nullus modus processionis creaturæ, per se plenè aut sufficienter repræsentat generationem diuinā. idcirco ex multis modis processionum creaturę oportet colligere modum generationis diuinæ, quatenus quod deest vni, suppleatur ex alio. Propterea in synodo dicitur Ephesina: Coexistere semper, & coæternum esse filium patri splendor tibi denūciet, impossibilitatem natiuitatis illius ostēdat verbum, consubstantialitatem nomen filij pandat. Inter omnia tamen expressiùs illam declarat processio verbi ab intellectu, quod non est posterius eo, à quo procedit, nisi sit talis intellectus, qui exeat de potētia in actum. Postremò infelix Arrius non expressit modum processionis, quo amor à voluntate emanat, qui modus potissimè conuenit processioni spiritussancti. Hinc ait, & Damascenus libro primo capite nono: Impossibile est inueniri in creatura imaginem intransmutabiliter ostendentem in se modū sanctæ Trinitatis. Creatum enim, compositum, fluxibile, vertibile, circunscriptibile, qualiter manifestè ostendet supersubstantialem diuinam substantiam oībus his infinitè, & incomparabiliter eminentem?

Damascē.

¶Præterea circa quæstionē illam, an pater prior sit

Durādus. sit filio, refert Durādus: Quidam distinguunt de relatione, q̄ potest cōsiderari dupliciter, s. vt relatio, & vt proprietas constitutiua personæ. si vt relatio, Relationis duplex cōsideratio. pater non est filio prior, quia relatiua sunt simul si vt proprietas, sic paternitas prior est filiatione, & pr̄ filio: proprietas namque personæ producentis, præintelligitur personæ productæ, & proprietati ipsam constituenti. Etenim qualem ordinem realem habēt inter se realiter differentia, talem ordinem rationis habent inter se, cum sola differūt ratione. Quemadmodū enim intellectus, & voluntas in nobis, in quibus realiter differunt, realem habent ordinem inter se, ita in Deo, in quo sola differunt ratione, ita quod intellectus naturaliter præcedit volūtatem: & intelligere, ipsum velle: & intellectus, & actus eius, secundum rationem præcedunt voluntatem, & actum ipsius. Constat autem, quod in his, quibus proprietas cōstitutiua differt realiter ab actione, & relatione, talis est ordo inter ea, q̄ proprietas, cōstituita suppositi, præcedit realiter saltē ordine naturæ actionē, eodemq; modo actio relationē: ergo in Deo, i quo ista non differunt, nisi ſm rationem, proprietas constitutiua præcedit ſm rationē ipsam generationē, & generatio relationē. Sicq; paternitas cōsiderata, vt proprietas pr̄is constitutiua, prior est filiatione, pr̄ quo que filio ſm rationem huiuscemodi cōsiderationis. Scotus. Sola diuina generatio est ętęrna. Hæc Durandus qui huic positioni cōsentire videt.

¶At verò Scotus circa hæc ait: Generatio in diuinis æterna est, nec vlla alia generatio pōt esse ęterna quia mutatio est, habens duos oppositos terminos, priuationem, & formam, qui esse nequeunt ab æterno. In generatione autem diuina non sunt hi termini oppositi, priuatio, & forma, nec ſm rem, neq; ſm rationē: ideo non repugnat ei æternitas. Deniq; oīs productio à causa naturaliter producente absque motu, nec dependēte ab aliquo, pōt esse coęua producenti: talis verò est generatio in diuinis. Quod. n. productio aliqua non est ęterna, cōtingit aliquo horum triū modorum, videlicet qa est cum motu, & mutatione à priuatione ad formā, & ecōtra: aut qa est à causa dependente ab alio in agendo, aut qa est ab agente voluntario. Pater autē in diuinis agit ad intra sine motu, & mutatione, nec dedēdet aliquo, & generat p modū actionis naturę. Sicq; tenet qđ 6. de Trinitate loquitur August. Si ignis esset ab ętero no splendor esset ei coæternus. Hæc Scotus.

Quæ productio neque vt esse æterna.

Solūtur argumenta initio quęstionis obiecta. ad 2. ad 3. ad 4. ¶Ad primum igitur in exordio q̄stionis obiectū iā patet solutio: quia ostensum est, qualiter duę, aut tres psonæ sunt vnus æternus, & plures æterni. ¶Secundum quoq; solutum est, similiter tertiū: quia p̄habitum est, q̄ in diuinis est distinctio personalis p relatiua, non p absoluta: quæ non est propriè substātialis, & nullatenus accidentalis. de hoc supra in tertia distinctione diffusiùs dictū est. ¶Quartū item solutum est, quia in Deo sunt penitus idē in re, esse & agere, substātia, & relatio, fundamentum, & pprietas. ¶Ad quintum dicendum, q̄ generatio illa diuina à nulla mente creata cōprehendi plenariè valet, sicut nec deitas ipsa. Conformiter inenarrabilis imperscrutabilisq; consistit. Nihilominus sicut sancti in patria Deū clarè, ac faciliter contemplantur, & quodammodo comprehensiuè, vnde, & comprehensores dicuntur, quia cognoscunt eum sicuti est, vtpotè clarè per speciem: sic, & emanationes æternæ ad intra, clarè conspiciuntur, & suo modo comprehenduntur ab eis, & enarrantur. Præsumptuosum ergo, & temerariū esset si quis ita vellet generationem illā scrutari, quasi putaret se eā plenè cōprehendere posse. Si aūt conetur eam vtcunq; comprehendere, quantū suæ mentis imbecillitati Deo præstante est possibile, sicq; in via cognitioni patrię propinquare, atq; cum humilitate, & reuerentia ordinatè procedat, ac timorate, inniteṅdo authoritati scripturæ nō suo ingenio, nō erit præsumptuosum, sed laudabile, piū, ac meritorium valde. Sic quippe Augustin. Hilarius. Ambros⁹ S. Dion. Psal. 118 Bernard⁹ Augustus. Hilarius, Ambro, & ante eos diuinꝰ Dionysius in lib. suis de Tri. egerunt, de qua ordinata scrutatione ait Psalmista: Mirabilia testimonia tua Dne, ideo scrutata est ea aīa mea. Hinc super Cātica S. ait Bernardus: Spiritus scrutatur non solū hoium corda, & renes, sed ēt profunda Dei, & siue ad ima, siue ad alta deduxerit, lecurus sequor eū quocunq; ierit tantū, vt custodiat corda nostra, & intelligētias nostras, ne fortè cū non affuerit, adesse eum putemus, & p ipso propriū sensum sequamur, ac deuiemus. Hinc suo sensu scrutātes scrutinia, & vi rationis volentes irrumpere potiùs in secreta, quàm per doctrinam spūs introduci, reprehenduntur, vt infideles, qui terminos articulorum fidei non obseruant.

Apoc 14 Philip. 4.

Albertus. ¶Circa hęc multa scribit Albert⁹ de Angelis, qualiter eis conueniat loqui, & suos cōceptus inuicem indicare, ac cōsimilibus, qua directè ad ſm pertinēt librum. idcirco pertranseo, hoc tm̄ commemorans quod inducit. Ad videndū, inquiēs, qualiter Angeli sibi loquantur, oportet præmittere simile quoddā. Ponamus duo lumina à se distantia, & ad hoc quod vnū illorū penetret aliud, tria tantūmodo exigunt. Primū est q̄ sibi junicē cōgruè opponant. Secm̄, qđ non sit mediū prohibens coniunctionē vnius ad aliud. tertium, qđ sit proportionata distantia. Si ergo ponamus qđ vnū illorū luminū sit cognitiuū alteri⁹ & ecōtra, habeantq; libertatē arbitrij, tūc sequit qđ si voluerint, se cognoscēt: & si noluerint, nō cognoscent. Dicit. n. Augustinus, qđ quāuis species intelligibiliū sint semper in aīa, non tū aīa semper intelligit, qa nō vult, vnde si voluntas claudat sibi ipsi intellectū, vt nō intelligat actu, multo magis potestatem hēt se claudendi ad alio. Et sic dico esse in Angelis, qui cū sint intellectualia lumina, vt B. Dionysius p̄testatur, non exigitur nisi voluntas cōiandi alteri, intelligentiā suam, & conuersio ad ipsum in ordine, atq; cōceptione suæ intelligentiæ per modū expressionis ad alterū. Intelligimus nanq; dū notitiā habemus: sed cogitamus, cū apud nos cōferimus: & ordinamus cōceptū ad expressionem, cū accipimus cogitatum nr̄m in aliquo, vt significationē ad alterū. nihilq; amplius iudicio meo adloqui exigitur Angelorum. hoc aūt signū nil aliud est, q̄ species intelligibilis cū ordine, seu ordinatione ad alterū, & voluntate communicandi, vt mihi videtur. Hæc albertus.

Qualiter scrutari licet Trinitatis mysterium.

Augustin.

Dionysiꝰ martyr.

Quomodo Angeli sibi mutuò loquātur.

A *Hic de ſpiritusancto agitur: & prius quod ſit amor patris, et filij, dicitur. Diſtinctio X.*

NVnc post filij æternitatem de spiritusancto, quantum Deo donante videre conceditur, disseramus. Spūssanctus amor est, siue charitas, siue dilectio pr̄is, & filij. Vnde Augustinus in decimoquinto lib. de Trinitate ait: Spiritussanctus, nec pr̄is est solius, nec filij est solius, sed amborū: & ideo communem,

quia inuicem se diligunt pater, & filius, nobis insinuat charitatem.

B *Quod spiritussanctus proprie dilectio dicatur, & tamen Trinitas sit dilectio,*

1. Ioã. 4. b Ioannes aũt in epistola canonica ait, Deus charitas est: non dixit, Spiritussanctus charitas est. Quod si dixisset, absolutior esset sermo, & non parua pars quæstionis decisa. Sed quia dixit, Deus charitas est, incertum est. Et ideo quærendum est, vtrum Deus pater sit charitas, an filius, an spiritussanctus, an Deus ipsa Trinitas: quia, & ipsa non tres dij, sed vnus est Deus. Ad quod Augustinus in eodem libro ita dicit: Nescio cur sicut sapientia, & pater dicitur, & filius, & spiritussanctus: & simul omnes non tres, sed vna sapientia: nõ ita, & charitas dicatur pater, & filius, & spiritussanctus, & simul omnes vna charitas. Nõ ideo tamen quisquam nos inconuenienter æstimet charitatem appellare spiritumsanctum, quia, & Deus pater, & Deus filius potest charitas nuncupari: sicut proprie verbum Dei etiam sapientia Dei dicitur, cum & pater, & spiritussanctus sit sapientia.

Aug. li. 15. de Trin. c. 17.

Respõ sio.

C *Sicut verbum Dei proprie dicitur sapientia, et tamen tota Trinitas dicitur sapientia: ita, & spiritussanctus proprie dicitur charitas, & tamen pater, & filius, & spiritussanctus dicitur charitas.*

Si ergo proprie aliquis horum trium charitas nuncupari debet, quis aptius quam spiritussanctus? vt scilicet in illa summa simplicitate natura non sit aliud substantia, & aliud charitas, sed substantia ipsa sit charitas, & charitas ipsa sit substantia, siue in patre, siue in filio, siue in spiritusancto: & tamen spiritussanctus proprie charitas nũcupatur. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus, quod in Trinitate charitas aliquando refertur ad substantiam: quæ communis est trium personarum, & tota in singulis: aliquando specialiter ad personam spiritussancti, sicut sapientia Dei, aliquando pro substantia diuina, aliquando pro filio proprie accipitur: & hoc in multis fieri reperitur.

Augu. vbi supra.

D *Exemplis firmat, eadem nomina, & proprie, & vniuersaliter accipi.*

Pluribus.n. exemplis doceri põt, multa rerum vocabula, & vniuersaliter poni, & proprie quibusdã rebus adhiberi: sicut legis noïe aliqñ simul oĩa veteris instrumenti signifi cantur eloquia, aliqñ aũt proprie vocatur lex, q̃ data est per Moysen. Multa alia suppe-

Aug. li. 15 de Trinit. ca. 17. tunt exẽpla, sed in re aperta vitãda est longitudo sermonis. Sicut ergo vnicũ Dei verbũ proprie vocamus noïe sapiẽtiæ, cũ sit vniuersalr, & spiritussanctus, & pr̃ ipsa sapiẽtia: ita spũssanctus proprio vocabulo charitas nũcupatur, cũ sit pr̃, & filius vniuersalr charitas.

E *Authoritatem ponit quod filius proprie dicitur sapientia.*

Sed Dei verbũ, i. vnigenitus Dei filius, apertè dictus est Dei sapientia ore Apostoli, dicentis Chr̃m Dei virtutem, & Dei sapientiã. Spiritus aũt sanctus vbi sit dictus charitas, inuenimus, si diligenter Ioannis Apostoli eloquiũ scrutemur: qui cũ dixisset, Diliganius inuicem, quia ex Deo est dilectio: adiũgit. Et oĩs qui diligit, ex Deo natus est: q̃a dilectio Deus est. Hic manifestauit se dixisse eã dilectionem esse Deũ, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Sed quia, & filius ex Deo pr̃e natus est, & spũssanctus ex Deo patre procedit, quẽ potius eorũ hic debeamus accipere dictũ esse dilectionem, meritò quæritur. Pater.n. solus ita Deus est, vt nõ sit ex Deo: & ideo dilectio q̃ ita Deus est, vt ex Deo sit, non ipse pr̃ est, sed aut filius, aũt spũssanctus. Sed in ꝓsequentibus cũ Dei dilectionem commemorasset Ioãnes, qua dilexit nos: & hinc hortatus esset, vt & nos inuicem diligamus, atq; ita Deus in nobis maneat: quia ytiq; dilectionẽ Deũ dixerat, statim volens de hac re apertiùs aliq̃d eloqui, inquit: In hoc cognouimus q̃a in ipso manemus, & ipse in nobis, q̃a de suo spũ dedit nobis. Spũs itaq; sctũs de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis: hoc aũt facit dilectio. Ipse ergo Deus est dilectio. Deus ergo spũs sctũs qui procedit ex Deo, significat vbi legitur: Deus dilectio est, & dilectio ex Deo est. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus spũmsanctum esse charitatem pr̃is, & filij, & intantum quoq; sermonẽ produxit, vt videatur dixisse spiritumsanctũ non solũ esse dilectionem patris, & filij, qua se inuicẽ, & nos diligunt, sed etiã dilectionem, qua diligimus Deum. Sed vtrum ipse sit charitas, qua nos diligimus Deũ, in sequenti explicabitur.

Augu. vbi supra. 1. Cor. 1 d De spiritu sancto testimoniũ quærit, & inuenit vbi dicatur esse charitas. 1. Ioã. 4. b 1. Ioan. 4.

F *Redit ostendere quod proposuerat, scilicet quod spiritussanctus sit amor quo pater a filio, & filius a patre diligitur.*

Nunc verò quod incepimus, ostendere curemus, scilicet spiritumsanctum dilectionẽ esse

esse siue amorem patris, & filij, quo scilicet pater diligit filiũ, & filius patrẽ. De hoc Hieronymus super 14. Psalmum ait: Spiritussanctus, nec pater est, nec filius, sed dilectio quã habet pater in filium, & filius in patrem. Augustinus quoque in sexto libro de Trinitate ait: In omnibus æqualis est patri filius, & est vnius, eiusdemq; substantiæ. Quapropter etiã spiritussanctus in eadem vnitate substantiæ, & æqualitate consistit.

Hierony. sup Ps. 14. Aug. li 6. de Trin. c 4. Aug. li. 6. de Trin. ca. 5.

Quid sit spiritussanctus, hic aperitur.

Siue enim sit vnitas amborum, siue sanctitas, siue charitas: manifestum est, q̃ non aliquis duorum est, quo vterq; coniungitur, quo genitus à gignẽte diligatur, genitoremq; suum diligat: sintque non participatione, sed essentia sua: neq; dono superioris alicuius, sed proprio suo seruãtes vnitatem spiritus in vinculo pacis. Ecce hic habes spiritumsanctũ esse, quo filius diligitur à patre, & pater à filio, & quo illi duo seruãt vnitatem pacis. Spiritus ergo sanctus (vt ait Augustinus in eodem) cõe est aliquid pr̃is, & filij, quicquid illud est. At ipsa communio consubstantialis, & coæterna est: quæ si amicitia conuenienter dici potest, dicatur: sed aptius dicit charitas: & hæc quoq; substantia, quia Deus substantia est, & Deus charitas est. Tria ergo sunt, & non amplius, vnus diligẽs eum, qui de illo est, & vnus diligens eum, de quo est, & ipsa dilectio. Quæ si nihil est, quomodo Deus dilectio est? Si non est substantia, quomodo Deus substantia est?

Ephe. 4.

Quod spiritussanctus sicut communis est patri, & filio, ita commune nomen habet proprium.

Hic notandum est, quòd sicut spiritussanctus in Trinitate specialiter dicitur charitas, quæ est, & patris, & filij vnio: ita, & nomẽ tenet proprie, quod patri, & filio communiter quodam modo congruit. Vnde Augustinus in decimoquinto libro de Trin. ait: Si charitas, qua pater diligit filium, & patrem diligit filius, ineffabilem communionem demõstrat amborum: quid conuenientius, quàm vt ille proprie dicatur charitas, qui spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur, & intelligitur, vt nõ solũ spiritussanctus charitas sit in illa Trinitate, sed non frustra proprie charitas nuncupetur, propter illa, quæ dicta sunt: sicut nõ solus spiritus in illa Trinitate, vel spiritus est, vel sanctus: quia, & pater spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus, & filius sanctus. & tamen ipse non frustra dicitur spiritussanctus. * Qui enim est cõis ambobus, id vocatur ipse proprie, q̃d ambo cõiter. Alioquin si in illa Trinitate solus spiritussanctus est charitas, profectò, & filius non solus pr̃is, sed etiam spiritussancti filius inuenitur. Ait.n. Apostolus de Deo patre: Transtulit nos in regnũ filij charitatis suę. Si ergo non est in illa Trinitate charitas Dei nisi spiritussanctus, filius est ẽt spiritussancti. Sed q̃a hoc absurdissimũ est, restat, vt non solus ibi sit charitas spiritussanctus: sed pp̃ ista, de quibus satis disserui, proprie sic vocatur.

Augu. de Trini. lib. 15. c. 19.

* Quia

Col. 1. b

Summa distin. 10.

DIstinctione præcedenti tractatum est de ẽterna vnigeniti filij Dei generatione, hic vero tractatur de ẽterna spiritussancti processione. Et primo per scripturam, deinde per authoritates sanctorum ostendit, q̃d spiritussanctus sit amor pr̃is, ac filij, & qualiter nomen hoc amor appropriatũ sit spirituisancto, cũ tñ sit tribꝰ superglorioſis pſonis cõe, quemadmodũ sapientia cũ toti Trinitati cõis sit, attñ filio Dei appropriatur.

QVAESTIO. I.

Arguitur 1. contra veritatẽ. 2. 1. Ioan 4. 3.

CIrca distinctionem hanc quæritur, *An spiritussanctus sit amor, & nexus, vnio, vinculum, & amplexus patris, ac filij.* ¶ Videtur, q̃ non, quia amor dr̃ absolutè in Deo, & de vnaquaque põt prædicari pſona, iuxta illud, Deus charitas est. ¶ Secundò, q̃n filius immediatè procedit à patre, ergo inter patrẽ, & filium nihil est mediũ. ¶ Tertiò, quia quemadmodum pater, & filius in essentia vnũ sunt, sic essentia est, quo vniuntur: sed spiritussanctus est tertia in Trinitate persona, non ergo media inter pr̃em, & filiũ.

In oppositum. Albertus.

¶ In contrarium sunt, quæ in litera asseruntur.

¶ Circa hæc ait Albertus: Spiritussanctus ꝓcedit à patre, & filio, vt amor, quo se inuicem diligunt: quia absurdum est, quòd pater, & filius in nullo cõueniant, inquantum distincti sunt. In essentia enim conueniunt, inquantum vnum sunt. Videmus autẽ q̃ in omni natura rationali, & non rationali oẽs iucunditates, atq; deliciæ, quas possunt habere in vita, inquantum sunt differentes personæ, sup mutuum fundantur amorẽ. Hinc quidam Philosophi amicitiam, & litẽ dixerunt esse principia oĩs creaturæ, tãquam alteram naturã ab ipso vniuersitatis in principio, vt diuinum quiddam reciperet, s. amicitiam, q̃d vnit, & cõgregat: alterum aũt haberet; videlicet litẽ, ex priuatione materiæ sibi concretam, Itaque pr̃, & filius in eo, quod personæ distinctæ sunt, conueniũt in hoc amore, qui procedit ab ipsis, quo se inuicem amant. Etenim spiritussanctus procedit in alium, & manet i seipso distinctus, nec ista opposita sunt. Inquantum .n. refertur ad patrem, & filium, vt ad vnũ sui principium, sic manet in seipso ab vtroq; distinctus per oppositionem relatiuã; sed inquantum procedit in ratione personalis amoris, nil prohibet q̃d procedat à patre in filium, & ecõtra à filio in pr̃em, præcipuè cum ista sit vera, pater, & filius diligunt se spiritusancto, & pater diligit filium spiritusancto, filius quoq; patrem spiritu sancto, vt infra magis patebit. In quibus omnibus accipitur quod processio nis est, & amoris, qui modum specificat procedẽdi. Si autem accipiatur processio in se, non agit nisi distinctionẽ procedẽtis ab his, à quibus procedit. Porrò si accipiatur modus, quo specificatur processio, sic personę procedenti conuenit esse nexum patris, ac filij in vinculo amoris, qui est ipsemet spiritussanctus.

Amicitiã & litẽ cur quodã asseruerint rerũ principia.

ctus. Hæc Albertus. ¶Hinc in Sũma sua lib. 3. scribit Vdalricus: Vtraq; processione, videlicet filij, ac spiritussancti, ineffabili existẽte, minus tñ a nobis cognoscit processio spiritussancti, q̃ filij: qm̃ minus habet similitudinis in creaturis, a quibus oĩs naturalis cognitio oritur. Ideo per hoc, quod magi Pharaonis defecerũt in tertio signo, dicẽtes, Digitus Dei est hoc, dicit Glossa Augustini significari, quod philosophi, qui cognouerunt patrẽ, & filiũ, defecerunt in cognitione spiritussancti, qui digitus Dei vocatur, iuxta illud: Si in digito Dei eijcio dæmonia. Modũ autẽ processionis spiritussancti, videlicet quod procedit ut amor, colligit Augustinus ex eo, quod ait Iohannes: Deus Charitas est. & rursus, dilectio, ex Deo est. ergo in diuinis est dilectio, quæ est Deus ex Deo, & illa necessariò est persona: quoniam in diuinis solum est distinctio originalis, seu ratione originis, quæ est distinctio personalis. deinde quod Iohannes apostolus attribuit dilectioni, quæ est Deus, ex Deo, attribuit spiritui sancto, dicens: In hoc cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Hoc enim prius attribuit charitati, dicendo: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. ¶Ratione quoq; idem probatur, sic: Pater, & filius non solum vt unum sunt, sed etiam inquantum sunt distinctæ personæ, necessariò sociantur aliquo amore: q̃a secũdum philosophum amicitia, aut est beatitudo, aut non est beatitudo sine ea, eo q̃ nullius boni possessio iucunda est sine socio, ut Seneca protestatur. Denique amor ille non est accidens, quia hoc non cadit in Deo, est ergo substantia: sed non est substãtia sub ratione essentiæ, quoniam illa est distinctorum, ut unum sunt, & non ut sunt distincti. est ergo suppositum a patre, filioq̃ ꝓcedens, sicut amor procedit ab amante. Cumq; dicitur, spiritussanctus procedit ut amor, ly ut, est expressiuũ veritatis rei. Nam, ita procedit, quod verè est amor. ideo non est expressiuum similitudinis huius processionis ad rationem amoris, quoniam amor secundum suã rationem dicit aliquid inhærens amanti, nec dicit aliquid per se subsistens: & dicitur procedere ab amãte, quia affectum amãtis facit tendere amatum. Cũ itaque amor actus sit voluntatis, patet quod spiritussanctus procedit per modum voluntatis, sicut filius procedit per modũ naturæ, & intellectus id est, sicut pater generat virtute naturę, ut natura est, prout natura dicitur vis insita rebus, ex similibus similia procreãs, sic patet, & filius virtute naturæ, ut voluntas est. spirant amorem personalẽ, qui est spiritussanctus. Et quamnis sint alij multi actus voluntatis, tamen iuter eos amor cõsistit perfectior, qui est diuinarum personarum. Hinc penes ipsum sumitur processio psonalis, & includit in se omne quod est voluntatis quemadmodum filius procedens, vt verbum intellectus, includit in se omnẽ intellectualem apprehensionem, siue sit veri, seu boni. Quemadmodum autẽ ratione processionis, inquantum huiusmodi, spirituscãctus est distincta persona a patre, & filio, ita ratione modi processionis: & inquantum hæc processio est per modum amoris, ipse spiritussanctus, est amor patris in filium, & filij in patrem. vt dicit Hieronymus, & habetur in litera: qm̃ omnis amor transit in amatum, vt in obiectum. Deniq; ratione huius modi procedendi, Augustinus 6. & 15. de trinitate multa attribuit spiritui sancto, uidelicet quod est amborum charitas, vnitas, sanctitas, nexus siue coniunctio, uinculũ pacis, & coniunctionis ambobus: & est propriè spiritussanctus, cui ilta magis

Vdalric.

Exod. 8. c. August.

Lucæ. 11. Modus ꝓcessiõis spiritussancti vnde possit colligi. August. in 1. Iohã. 4. Ibidem.

1. Iohã. 4.

1. Ioh. 4.

Aristotel.

Seneca.

Hierony.

Augustin. De varijs attributis spũsancti & eorũdẽ causis.

cõueniunt rõne modi ꝓcedendi: q̃a sm ipsam processionẽ magis est distincta psona a patre, & filio, q̃ quod sit eorũ nexus, aut vnio. Dicit ergo charitas amborum, tã causaliter, q̃ formaliter, largè sumendo nomẽ causę ꝓ principio. Est itaq; charitas amborum causaliter, q̃a procedit ab eis, formaliter quoq; quia se diligunt spiritussctõ iuxta sensum infra tangendum. Dicitur sanctitas vtriusq;, quia est spũs amborũ, cui illa sanctitas appropriatur, ita quod appellat spũssanctus. Ratio aũt appropriationis istius est multiplex. principalis vero ẽ rõ, qm̃ sanctitas magis conuenit cũ proprio spũssancti, qđ est passiua spiratio, a quo ipse propriè spũs nominatur. Sãctitas aũt sm Dionysiũ est mũditia, & illa est de rõne spiritualitatis. Quemadmodũ enim natura maculat ex contagione materiæ corporalis, sic oĩs natura ex spũalitate separata a materia, habet quandã puritatẽ. Alia rõ est, nam appropriat ei sm prędicationẽ causalẽ, eo, quod oẽs effectus quibus creatura sanctificat, sunt per appropriationẽ a spiritussancto, iuxta illud Apostoli: Hæc oĩa operat vnus, atq; idẽ spiritus. Tertia rõ est ad distinctionẽ huius spũs non solum a spiritibus malis, nec tñ a spiritibus bonis creatis, respectu quorum spũssanctus antonomaticè sanctus vocatur, sed etiã, vt distinguatur spũs iste secundũ sui noĩs rõnem, quod est amor a spiritu Dei, de quo dr in libro Geneseos: Non permanebit spiritus meus in homine. Ex rõne nanque amoris est ipsa bonitas appropriate in diuinis, quæ bonitas in qualibet intellectuali natura est sanctitas eius. ¶Vocat etiam nexus, qm̃ sicut nexus corporalis coniũgit diuersa, & amor humanus cõnectit per voluntatẽ diuersos secũdum naturã, sic amor ille diuinus cõnectit personas patris, filijq; distinctas, vt distinctæ sunt. Connectit autem eas non effectiuè, neq;, vt forma inhærens, sed vt forma ab utroq; procedens in alerum tendẽs. ¶Insuper dicitur vinculum pacis sm Augustinum, iuxta illud Apostoli: Soliciti seruare vnitatẽ spũs (i. voluntatis) in vinculo pacis, quod est charitates, q̃ est vinculũ perfectionis sm eũdem Apostolũ. Vnde inquantum pater, & filius concordãt in spiratione huius proprietatis personalis charitatis, sic spũssanctus est vinculum pacis. Cõmunio quoque amborũ vocatur non cõmunio essentiæ, q̃a illa est pater: nec cõmunio nationis, quæ ẽ actiua spiratio: sed est cõmunio formæ respectiuæ, quę nihil ponit in formato, sed potius est ab ipso. & hoc conuenit spiritui sctõ, inquantũ est amor, & amicitia vtriusq;. Amicitia quippe est communio amicorũ, sm philosophũ. sicq; vocat etiã cõis ambobus, q̃a est forma vniens ẽt alio mõ, q̃ dictũ est, vtpotè qm̃ pr̃, & filius sunt principiũ spiritussancti, propter quod est principiatum, seu germen vnũ amborũ. Hæc Vdalricus.

¶Hinc Thomas: Iu ꝓcessione creaturarũ a Deo duo considerant̃ ex parte creatoris, puta natura diuina, ex cuius plenitudine, & perfectione producũt & exemplatur omnis perfectio creaturę: & itẽ volũtas creantis, ex cuius liberalitate non necessitate naturæ, hæc oĩa creaturis donantur. Porro supposita processione diuinarũ personarũ ad intra, oportet illã esse rõnẽ, & causam emanationis ad extra. Hinc sicut ꝓcessionẽ creaturarũ imperfectè repræsentantium perfectionẽ diuinæ naturæ reducimus in pfectã imaginẽ plenissimè continentẽ perfectionẽ diuinã, puta in filiũ, tanq̃ in principiũ, & exẽplar, & rationẽ quasi naturalis ꝓcessionis creaturarũ a Deo, videlicet sm imitationẽ naturæ: ita oportet, qđ inquantũ ꝓcessio creaturã est ex liberalitate voluntatis diuinis, reducit in vnũ principiũ, qđ sit rõ totius

S. Diony.

1. Cor. 12.

Genesis. 6:

Thomas.

Augustin.

Ephe. 4.

1. Cor. 15.

Aristotel.

liberales

liberalis collationis. Hoc autem est amor, sub cuius ratione omnia à voluntate conferuntur. ideo oportet esse aliquam personam in diuinis procedentem per modum amoris. Vnde quidam Philosophi posuerunt amorem esse totius naturæ principium. ¶Si autem his obijciatur, quòd natura nunquam communicatur nisi per actum naturæ, amor autem non designat actum naturæ, sed potiùs voluntatis: cum ergo per processionem communicetur tota diuina natura spiritui sancto, non procedit per modum voluntatis neque amoris. ¶Preterea modus processionis diuinæ ad intra, est proprius personæ procedẽti. cum igitur creaturæ procedant à Deo per actum voluntatis, spiritussanctus non procedit à patre, & filio per actum voluntatis eorum. ¶Respõdetur ad primum, quod sicut in diuinis per primum processum naturæ, cum sit perfectus, communicatur filio tota diuina natura, ita per primum voluntatis processum, qui est ratio omnis volũtariæ emanationis à Deo, communicatur spiritui sancto tota volũtas: & quia in Deo est idem voluntas, atque natura, nec tota voluntas, quæ infinita est, posset esse nisi in natura infinita, & non nisi boni infiniti, tanquàm obiecti ęquantis infinitam voluntatem: ideo nec amor qui est ratio voluntatis, potest esse in Deo nisi quid infinitum: idcirco oportet in eo communicari naturam diuinam. Itaque quamuis amor inquantum, amor, non dicat communicationem diuinæ naturę dicit tamen inquãtum est Dei amor, & primus processus voluntatis diuinæ. ¶Ad aliud respondetur, q̃ spiritussanctus, & creaturæ non eodem modo procedunt à Deo per voluntatem: quoniam creaturæ procedunt à Deo per volũtatem tanquàm res operatæ à voluntate. Verum spiritussanctus procedit per voluntatem, sicut ratio cuiuslibet operis voluntatis: quemadmodum filius producitur per intellectum à patre, vt ars omnium, quæ per diuinum intellectum sunt condita. Denique imago creata, quę est in anima, repræsentat imaginem increatam: sed in creata imagine procedit aliquid per modum notitiæ, & aliquid per modum amoris. Cum ergo in Trinitate increata procedat filius per modum notię, alia persona, videlicet spiritussanctus, procedit per modum amoris. Insuper cognitio boni non est perfecta, nisi adiungatur voluntas: sed sicut se habet intellectus ad voluntatem, sic verbum ad amorem, ergo verbum non est perfectum sine amore. Cumq; verbũ Dei omnino perfectum sit, sociatur ei amor perfectus, qui est spiritussanctus. Sed obijci potest, quia idem non est appropriatum, & propriũ diuinis personis: quoniam appropriatum sumit iuxta rationem, & similitudinem proprij, propter qđ sapientia, quę filio appropriatur, nulli diuinæ personę est propria. amor autem (vt fertur in litera) appropriatur spiritui sancto, ergo nõ est proprius modus suæ processionis, vt procedat, vt amor. ¶Dicendum quod amor in diuinis tripliciter sumitur. Primò essentialiter, & sic non dicit aliquam processionem, nec relationem realem, sed rationis duntaxat, sicut de Deo dicimus, intelligens, & intellectum, eadem namque persona potest esse intelligens, & intellecta. Secundò personaliter, & sic importat processionem atque realem relationem, & significat procedentem per modum amoris personã. Tertiò notionaliter, sicq; designat rationem processionis personę. Nam amor non tantum est procedens, sed etiam dicit rationem, sub qua alia procedunt. Primò modo amor est communis tribus personis, sed appropriatur spiritui sancto, cui plùs competit ratio proprietasq; amoris. Secundò modo est proprium spiritui sancto., & sic dicitur, quod spiritussanctus procedit amor. Tertiò modo est, quædam relatio seu notio communis patri, & filio, quę etiã nuncupatur communis spiratio. Sicq; accipitur amor in verbo hoc, diligunt, cum dicitur: Pater, & filius diligunt se spiritui sancto. Itaque amor non eodem modo accipitur dum vocatur proprium, & appropriatum. Sapientia verò ita est appropriatum quod nunquàm est proprium. cuius ratio est, qm̃ sapientia non significat per modum exeuntis ab aliquo, sed per modum quiescentis in subiecto: ideo semper est essentialis. porrò amor significat per modum existentis ab aliquo. Nihilominus significat aliquid absolutum, sed exitus ille põt intelligi, ut realis. vel tantum sm rationem. idcirco ex parte qua significat aliquid absolutum, est essentiale. tuncq; relatio, vel exitus importatus erit rationis tantum, sicut cum dicitur: Idem eidem idem. Dum verò exitus ille significatur non tantũ, vt rationis, sed vt realis, sic amor est personale. Hęc Thomas in Scripto.

Obiectio prima.

2

Dilutio 1.

ad 2.

Spiritussãcꝰ, & creaturæ procedunt a voluntate diuina differiliter.

Obiectio.

Dilutio.

Amor sumitur ī diuinis tripliciter.

Sapientia nunquam est ꝓpriũ.

¶Denique in prima parte Summæ suæ, quæstio. 27. respondendo ad quæstionem, qua quæritur, An in diuinis sit alia processio à generatione verbi, affirmat: In diuinis non est processio, nisi sm actionẽ ad intra, & actio ista in intellectuali natura est actio intellectus, & voluntatis. processio itaque verbi attenditur sm actionem intellectualem, processio autem amoris sm actionem voluntatis, qua amor à voluntate emanat, sm quem amorem amatum est in amante. Hæc demum processio amoris non potest generatio appellari. Intellectus etenim fit in actu per hoc quod res intellecta per suam similitudinem est in intellectu. uoluntas verò in actu est non per hoc, quod similitudo voliti est in volẽte, sed ex hoc, q̃ voluntas inclinatur, & tendit in volitũ. Processio itaque intellectus est sm rationem similitudinis. ideo conuenit ei ratio generationis, qm̃ generans gignit simile sibi. processio vero voluntatis nõ est sm rationem similitudinis, sed potiùs impellentis, tendentis siue mouentis in aliquid. ideo qđ procedit in diuinis per modum amoris, & sm actũ uoluntatis, non procedit, vt filius, neque, vt genitum, sed magis, vt spiritus. quo nomine designatur quędam vitalis motio, atque impulsio, prout quis ex amore moueri dr̃, aut impelli ad aliquid faciendum.

art. 3.

¶De hac re scribit etiam in Summa contra gentiles lib. 4. cap. decimonono probans ibidem quod Deus sit non solum intelligens, sed & volens: & qđ ipse sit sua voluntas semper in actu, & quod primo, ac maximè vult seipsum: ideoque sit in sua voluntate, sicut uolitum, & amatum est in volẽte, & voluntate amante. Porrò amatum est in amante secũdum quod amatur. amare autem est quoddam velle, velleque Dei est eius esse. Esse ergo Dei in sua voluntate per modum amoris non est esse accidentale, sed essentiale. Vnde oportet quod Deus secundũ quod consideratur, vt in sua voluntate existens, sit verè, & substantialiter Deus. Quod autem aliquid sit in voluntate, sicut amatum in amante, ordinem quendam habet ad conceptionem, qua ab intellectu concipitur, atque ad rem, cuius intellectualis cõceptio dicitur verbum. non enim amaretur res, nisi aliquo modo cõciperetur. nec solum amati cognitio amatur, sed, & amatum, secundum quod in se bonum est. Necesse est ergo quod amor quo Deus est in voluntate diuina, sicut amatum in amante, tam à verbo Dei, quàm à Deo cuius est verbum, procedat. Cum autem ostensum sit, q̃ amatum in amante non

Thomas contra gẽtiles.

sit secundum similitudinem speciei, sicut intellectū in intelligente: & omne quod procedit ab alio secū dum similitudinē speciei, procedat, vt genitum: cōstat, quod processio rei ad hoc, quod sit in voluntate, sicut amatum est in amante, non sit per modum generationis, sicut processus rei ad hoc, quod sit in intellectu, generationis obtinet rationē. Hinc Deus procedens per modum amoris, non est generatus, nec filius: sed quia amatum in voluntate cōsistit, vt inclinans, & quasi impellens intrinsecus amantem in amatum. impulsus autem rei viuentis ab interiori ad spiritum pertinet, conuenit Deo per modum amoris procedenti, vt spiritus nuncupetur. Hinc Apostolus impulsum quendam attribuit spiritui, seu amori, dicendo: Quicunque spiritu Dei aguntur, &c. Roma. 8. 2. Cor. 5. Et rursus, Charitas Christi vrget nos. Et qm̄ omnis intellectualis motus à termino denominat, & præfato amore Deus ipse summè sanctus diligit, Deus per modum amoris procedens, conuenienter spiritussanctus vocatur. Nempe quæ Deo dicata sunt, sancta dici consueuerunt. Hæc Thomas.

Petrus. His Petrus concordans: Pater, inquit, & filius nō solum sunt vnum in natura, & naturali voluntate, imò, & in amicitia, voluntateq; liberali. Et hoc dupliciter, videlicet in consonantia spirandi amorem vnius in alterum, & in ipso amore spirato. Hinc amor triplex est in diuinis, videlicet essentialis, quo vnum sunt in se naturaliter diligendo. Notionalis, quo vnum sunt in spirando, qui est communis spiratio. Personalis, quo nectuntur in amore spirato. Primus intelligitur cū dicit, pater amat se, filius amat se, filius amat se: secundus cum dr̄, Pater, & filius diligunt se spiritussancto: tertius cum dr̄, Spiritussanctus amor est. Primus cōis est tribus, Secūdus est in pr̄e, & filio, Tertius proprius spiritui sancto. Simile huius pōt poni in amore sponsi ad spōsam. diligunt namq; se naturaliter, inquantū quilibet eorū est homo: diligunt quoq; se quasi notionali amore, inquā tū concordant in generando. diligunt item se quasi personali amore, inquantū concordant, & vniunt in genita prole. Ex hoc quippe plūs se solent diligere, quando cōem habent prolem, præsertim si proles amabilis sit: maximè verò, si esset amor. sic etenim proles est mutui amoris incitamentū, nexus, & vinculum vtriusq; paretis. ¶ Si aūt obijciatur quod charitas appropriat patri, iuxta illud Apostoli: Gratia Dñi nostri Iesu Chr̄i, & charitas Dei, vtpotè patris. Nam subdit, & cōicatio sancti spiritus. ergo nequaquàm appropriatur spiritui sancto. ¶ Respōdet, Charitas consideratur dupliciter. Primò in propria sua natura, & sic appropriatur spiritui sancto: quia plūs conuenit cū proprio eius, puta amore spirato secundo, in cōparatione ad aliàs virtutes, ficq; pōt patri appropriari. Charitas. n. est vniuersalis motor virtutum idcirco respectu earum hēt rationē principij, ficq; conuenit patri, cui ratio principij appropriatur, ac maximè cōpetit. Veruntamen qm̄ vnicuique maximè competit, qd̄ cōuenit ei ſm se, & plūs quàm qd̄ conuenit ei per cōparationem ad alterū: hinc charitas spiritui sancto appropriat potissimè. Hæc Petrus. Qui ēt distinctionem inter amorē, dilectionē, & charitatem cōpendiosè tangit, dicendo: Amor cōis est ad amorē naturalem, ac rationalem. dilectio propriè designat rationalē, quia includit electionē. Charitas verò superaddit appreciationem ideo propriè dicit amorem bonū gratuitum spiritalem. ¶ Præterea ei qd̄ dictum est, spiritum sanctū esse amorem p̄is in filiū, & ecōtra, sic obijcit Petrus: Nihil idem est principiū, & terminus respectu eiusdē. si ergo filius est terminus in quē amor à p̄re procedens tendit, non est principium à quo spiritussanctus procedit. ¶ Ad qd̄ respōdet, quāuis ita sit in motu recto, non tū in circulari: quia in circulari idem subiecto, diuersus ratione est terminus à quo, & ad quē. Amor autē ſm diuinum Dionysiū, est circulus quidā æternus. ficq; filius pōt esse amoris principiū à quo, & terminus ad quē, non ſm eandem rationē. Nam inquantū filius est vnū cū patre, est ipsius spiritussancti principiū à quo: inquantū verò est distincta psona à patre, est terminus in quē. Hæc Petrus.

Dilutio. Obiectio. 1. Cor. 16. Dilutio. Charitatis duplex cōfideratio. Amor dilectio, & charitas distinguuntur. Obiectio.

S. Diony. Richard. Duplex processus per modū amoris.

¶ Concordat Richardus: Quemadmodum, inquiens, per naturam, vt non ab alio habitam, est fœcunditas in persona diuina ad producendum personam per modum naturæ, & de natura, vt est patris: ita per voluntatem, vt non habitam per spirationem, est fœcunditas in persona ad producēdum personam per modum voluntatis de natura, vt est patris, & filij, non per modū naturæ. Ideo sicut in diuinis ponimus personam procedentē per modum naturæ, quæ persona est filius: sic ponimus ibi personam procedentē per modum voluntatis, quæ persona est spiritussanctus. Itaq; eadem natura Dei, quæ est de ratione intellectus, voluntatisq; eius, vt est de ratione intellectus, est ratio productionis filij, quæ pp̄ suam perfectionem æquat totā virtutē naturæ: ideo impossibile est aliquā personam emanare per modum voluntatis, vt naturaliter agētis, sed liberaliter tm̄. aliter eadem natura esset ratio actiua duarum productionum sub ratione, qua natura, quarū quælibet ob suam perfectionē æquaret totam ipsius naturæ virtutē. Nec ex hoc sequitur, quod persona sic emanans, possit nō produci, quāuis emanet per modū voluntatis liberaliter operantis: quia productio personę comprehenditur in perfectione existētiæ quam requirit diuina essentiā, quoniā pp̄ summam suā perfectionem nata est esse in tribus suppositis relatiuis, ita, q̄ perfectè in quolibet. Emanatio autem creaturę non comprehenditur intra perfectionem existentiæ diuinæ essentiæ. Procedit ergo spiritussanctus per modum voluntatis. Quod autē procedat per modum amoris, sic declaratur: Procedere per modum amoris dupliciter potest intelligi. Primò per hoc, quod est procedere sicut amor. Secundò per hoc, quod est procedere sicut ex amore productum. Primo modo amor nostrer procedit à nobis per nostram voluntatem. Secundo modo procedunt à nobis actus nostri, quos ex amore producimus. Primo modo procedit spiritussanctus per modum amoris, qm̄ spiritus sanctus est amor procedens. pōt quoque dici procedere per modū amoris quodammodo ſm similitudinem modi secundi, quia cum actus essentiales sint ratio actuū personaliū, & in diuinis sit amor essentialis tribus cōis, videtur qd̄ iste amor essentialis, vt est in patre, ac filio sit ratio actus spirandi, seu actiuæ spirationis: quo producitur amor personalis, qui est spiritussanctus.

¶ Insuper procedit, vt mutuus amor, cū sit amor procedens à patre in filiū. sicut in obiectum, non vt subiectū: & econtrario. Cum enim sit amor perfectus ī delectatione, vnione, & rectitudine, & amor perfectionem vnionis, delectationis, & rectitudinis habeat ex mutuitate, necessariò sequitur quod spiritussanctus procedat per mutui modum amoris. Etenim qui non amat amantem se, est valde ingratus. Cum igitur pater amet filium amore à se procedente in illum, constat qd̄, & filius diligat patrem amorē à se procedēte in ipsum. Nec tm̄ sunt duo amores sicut in creaturis, sed vnus idemq; amor, quia in patre

Quæstio. patre, & filio est vna volūtas, ex qua amor ille emanat. Et si quæratur an amor ille sit debitus, quo cessō videretur obligatorius, non liberalis: dicendum, quod ex parte filij debitus est, & rectus, non tamen considerat debitum: ideò quantumlibet debeat, dum tamen debitum non attendatur, ratio liberalitatis non minuitur, sed rectitudinis ratio demonstratur. Denique quoniam pater, & filius communicant in vno spiritu procedēte ab ipsis, qui est mutuus emor, concedendum est, quod spiritussanctus sit propriè nexus, & vinculum patris, & filij. Nexus uero quandoq; habet rationem medij respectu eorum, quos nectit, sicut duo lapides nectūtur cemento: quandoq; non, sicut duo ligna nectuntur in vna flamma, iuxta quam similitudinem pater, & filius nectuntur in spiritusancto. Hęc Richardus.

Respōsio. Quō spūs sanctus sit nexus patris, & filij. Dionys. Richard. de S. Victore.

¶ In cuius verbis sunt quędā obscura, vt quod ait mutuum illum amorem non attēdere debitum. Videtur enim Richardus de S. Victore velle, quod inquantum procedit a filio, attendat debitum: nec ita sit liberalis sicut inquantum procedit a patre, quod, & Alexander, ac alij quidam sentire videtur. Aliqui etiam dicunt, quòd quamuis spiritussanctus sit tertia in summa trinitate persona, quantum ad emanationem: tamen inquantum est nexus, & vinculum, seu ratione modi procedendi, habet se instar medij inter patrem, & filium.

Bonauēt. ¶ Circa hęc Bonauentura determinat, & declarat, q̄ spiritussanctus procedit per modum liberalitatis, quę dicitur donum, & ratio huius est perfectio dilectionis, perfectio emanationis, atque perfectio voluntatis, qua liberalissima, ac fœcundissima existente, non potest non produci persona in diuinis ad intra. & hęc est ratio propria emanationis istius. perfectior namque est dilectio mutua, quàm reflexa. & adhuc perfectior est dilectio mutua communicata, quàm non communicata: quia non communicata, videtur sapere amorem libidinosum. Cū ergo in Deo sit summa dilectio, & summa dilectio, ac beatitudo non est absque persona, quę mutuo ametur, & sine persona, cui amor mutuus recommunicetur, quę communicatio est per liberalitatē, palam est, quod in diuinis sit persona per modum liberalitatis, ac doni procedens. Nam, & isti sunt duo modi procedendi dignissimi per modum naturæ, vt proles a parente: & per modum liberalitatis, vt donum a datore. Deniq; vniuersæ creaturę proceduntur a Deo per cognitionem, & volūtatem. Quemadmodum ergo ante creaturarum productionem fuit in Deo ęterna generatio verbi, in quo pater omnia fienda disposuit: sic & æterna processio amoris, in quo pater omnia, quæ vellet, amaret, ac daret. Amor nanque est donum, in quo alia cuncta donantur, nec aliquid propriè datur nisi ex amore. Hæc Bonauentura.

Aegidius. Voluntatis duplex operatio.

¶ Porro Aegidius supra distinct. 7. aliqua scribit hic aduertenda. Voluntas, ait, vult aliqua de necessitate, videlicet finem in quem (vt tertiò Ethicorum innuitur) naturaliter ferimur. Alia vult nō de necessitate, vt media. Hinc voluntas comparatus ad finem, vt natura: ad media vero, sicut voluntas, inquantum secundum electionem fertur in ea. Deus itaque per modum voluntatis producit spiritumsanctum, inquantum vult finem, videlicet propriā bonitatem. Hinc emanatio spiritussancti immutabilis est, quoniam bonitatem suā Deus necessariò, & immutabiliter vult. Hinc emanationē spiritussancti concomitatur naturalis emanatio. imò appropriatè loquendo, intellectus vt natura est ratio productionis filij: atque per modum voluntatis, vt natura est, *emanet spiritussanctus: quia procedit per modum voluntatis concomitante natura, tamen per modum voluntatis. *emanat.

Dionysius ¶ Verū in hac distinctione refert Aegidius, quorundā positionē, vtpotè Thomæ, quæ pauloante ex Scripto eius hoc loco est recitata, quæ etiā est positio Alexandri, Bonauenturæ, & aliorū multorū. hāc positionem frater Aegidius dicit in duobus peccare. Primò, quia ex diuersitate in effectu arguunt distinctionem in causa. quod nō est verum, cum maior sit vnitas in causa, q̄ in effectu. Rursus falluntur, quia per emanationem creaturarum probant emanationem personarum. ¶ Verum reprobatio ista nil valet, & quædam falsa cōtinentur in ea. Nempè præfati doctores ex diuersitate creaturarum nō arguit diuersitatem esse in creatore, imò & ipsi dicunt, ex his, quæ in creaturis reperiuntur, non posse sufficiēter probari processionē in diuinis ad intra: sed illa ex fide suppositā, declarant ex processione creaturarum processionem diuinam, ac immanantē, quasi a posteriori, & quantum id fieri fas est. ¶ Præterea non est verum, q̄ semper & generaliter maior est, vnitas in causa, q̄ in eius effectu: imò maior diuersitas, atq; pluralitas est in homine, q̄ in motu ipsius. Et dato, q̄ maior sit vnitas in causa, q̄ in effectu, nihilominus ex diuersitate creaturarum ritè arguitur aliqua distinctio esse in Deo, vtpotè ideārū, & intellectus, ac voluntatis: quæ sic idem sunt re, q̄ differunt ratione. Ab vno quoq; omnino vniformiter se habente, non nisi vnum procedit, & vnumquodque causatum a propria ratione causali procedit.

Alexāder. ¶ De his, demum irrefragabilis doctor plenissimè scribit. imò, quod iam ex multis doctoribus est inductum, ipse penè totum solus in Scripto suo expressit, multaque alia, quæ aliorum nullus conscripsisse videtur. Et inter cætera ex Richardo de sancto Victore declarat, qualiter Deo patri cōueniat amor purè gratuitus, quia a nullo accipit, & se gratis cōmunicat: spiritui sancto, amor purè debitus respectu patris, ac filij, & quia ad intra non producit: filio aūtem, amor ex vtroque quasi permixtus: quia respectu patris debitum habet amorem, gtatuitum vero ad spiritūsanctū. Ostendit quoq; qualiter spirari conueniat spiritui sancto, dicens q̄ spiratio primo conuenit imperfectis, in quibus virtus pulsatilis mouet, ut in emissione aeris attracti ad cordis refrigerationem. ¶ Secundò spiratio sumitur, prout cōuenit rebus perfectis, in quibus vis rationalis, mouet, ad formationem sermonis, vt dum intellectus, generat verbum intelligentiæ, simul spirando spiritum, qui sit vehiculum verbi, sicut asserit Damascenus. Oportet verbum habet spiritum, nec est verbum Dei deficientius verbo nostro. Tertiò spiratio accipitur, prout conuenit motioni amoris, vt sicut ex mente generatur intelligentia, sic ex vtraque spiretur amor. ficque spiratio dicitur amoris processio, quoniam sicut spiratio illa exterior est motus, vitalis a virtute vitali naturali progrediēs, sic amor est motus vitalis interior à virtute vitali spirituali emanans. Spiratio quibus cōueniat. Damascē.

¶ Præterea spiratio dicit motū ab anima, similiter amor. Intelligētia vero dicit motū ad animā, vel in aīa. Hinc spirare conuenit nō intelligentiæ, sed amori: qa generatio filij est per modum emanationis intelligentiæ a mente: processio aūt spirituſſancti, per modū amoris ab vtraq;. ficq; spirari est proprium spiritussancti. Et q̄uis sapientia creata dicatur spirari, aut inspirari, iuxta illud ī Iob. Inspiratio omnipotentis Sapia creata quo spiratur.

Iob 32. tentis dat intelligentiam, non tamen id conuenit sapientiæ increatæ. sapientiam namque creatam spirari non est aliud, quàm ipsam spiritum dari. Vnde sapientiam creatam spirari, esset ipsam per modũ spirationis procedere. quod, vt tactum est, ei non conuenit. Itaque spirituisancto qui amor est, proprium est spirari, qui est nexus, vinculum, vnitas, atque cõmunio patris, ac filij, & hoc multiplici ratione. Primò, quia est amor procedens à patre, & filio communiter, vnoq; modo: amor autem nexus est, vinculum; amantium. Secundò, qm̃ exit à patre, & filio, in vnitate substantiæ cum patre, & filio: quod esse non posset, nisi in patre, & filio vna esset essentia. idcirco vnitatem substãtiæ patris, filijq; ostendit. Tertiò, qm̃ exit à patre, & filio per eandem habitudinẽ, relationem seu notionem, quę est communis spiratio. Quartò, quia est vnio siue communio, per quã Deo vnimur, & participamus bonitatem ipsius, ac dona, quia in ipso cuncta dona donantur. Itaq; spiritussanctus quatuor modis dicitur vnio, communio, nexusq; patris, ac filij. Primò effectiuè, qa attribuitur ei vnio, atq; communio Dei ad nos. Secũdò relatiuè, quia refertur ad patrẽ, & filium sub habitudine vna. Tertiò ostensiuè, quia ostẽdit eandem esse essentiam in patre, & filio. Quartò quasi formaliter, quoniam ipse est amor patris, ac filij. Deniq; vnitas amborum tripliciter dicitur. Primò intransitiuè, vt sit sensus, vnitas quæ est ambo. sicq; diuina essentia est vnitas vtriusq;. Secundò quasi inhæsiuè, vnitas amborum id est, vnitas, quæ est in ambobus: & hæc est notionalis communis spiratio. Tertiò productiuè, vnitas amborum, id est, quæ est ab vtroque, quæ est spiritussanctus. Hæc Alexander. Ex cuius solidissimis dictis plura inducerem, nisi in aliorum scriptis tacta iam essent, & allegata. ¶ Circa hęc loquitur Scotus: Spiritussanctus producitur per actum voluntatis. Volũtas namq; est perfectio simpliciter, & cõuenit Deo. aliter non esset voluntate perfectus. est quoque in Deo perfectio infinita consequens eius naturam. Tunc ita arguitur: Omne productiuũ imperfectum, reducitur in principium productiuum perfectum. sed voluntas in nobis est principium ꝓductiuum imperfectum, ergo reducitur in principium productiuum perfectum. quod est voluntas diuina. Similiter natura in rebus creatis est principium productiuum imperfectum, ergo in principium productiuum perfectum reducitur, quod est natura diuina, seu Deus, vt agens necessitate naturæ in generatione vnigeniti sui, non in rerum creatione. Tunc ita arguitur: Omne habens principium productiuum perfectum, potest illo producere: sed pater, & filius habent voluntatem, quæ est principium productiuum perfectum, videlicet voluntatem infinitã: ergo possunt per illud producere productum adæquatum, vtpotè infinitum quod est amor immensus, non inhærens, nec accidens, sed subsistens. ¶ Sed occurrit hic dubiũ, quomodo voluntas possit ꝓducere simile in natura, & communicare naturam, præsertim cum natura sic diffiniatur. Natura est vis insita rebus ex similibus similia procreans. Ad hoc quidam doctor respõdet, distinguens in primis naturam, & dicens quòd sumitur quatuor modis: Primo, pro essentia. Secundo, vt est principium ex se inclinatiuum ad agẽdum. Tertio, vt est naturæ proprietas. sicque voluntas potest vocari natura in comparatione ad subiectum. Quarto, vt est immutabilis necessitas. Vlteriùs dicit, ꝙ alio modo hæc est vera, Deus vult: alio modo ista, Deus amat se: & aliter ista, Deus spirat. Hæc enim necessaria est, Deus vult necessitate naturæ: sic, & hæc vera est, Deus intelligit se ex necessaria determinatione intelligibilis ad intellectum. Sed hæc, Deus amat se, necessaria est, non necessitate præueniente aut compellente, sed necesitate consequente libertatem. porrò hæc, Deus spirat, est necessaria ex necesitate assistente. Vnde aliqui dicunt, quod intellectus, & uoluntas, non inquãtum intellectus, & voluntas, communicant naturam. alioquin omnis intellectus, & voluntas communicarent naturam. sed intellectus, & voluntas in natura diuina communicant naturam, cum qua realiter idem sunt, diuersimodè tamen. Cum enim intellectus naturam cõmunicat in diuinis, tunc natura determinatur ab intellectu: ita quòd potiùs cõmunicatur ibi natura intellectualis, quàm naturalis intellectus, ita quòd natura tenet ibi gradum priorem: ideo priùs producitur ibi, vt filius, quàm, vt verbum: quoniam intellectus sequitur, & natura præcedit, sed ex parte voluntatis natura non concurrit cum voluntate, sicut cum intellectu: quia ibi natura nõ præcedit, nec voluntas est sequens, ita ꝙ natura sit impellens, atque præueniens, cum hoc non stet cum voluntatis libertate. Sed voluntas producit, & coexistit sibi vis quædam naturæ: qua, sibi coexistente naturam communicat, quam aliàs non communicaret. Alij verò declarant, quomodo voluntas necessariè cõmunicet, ac producat. Dicunt enim quod voluntas põt comparari ad finem, vt ad summum bonum appræhensum, prout elicit simplicem actum circa illud, & ꝙ sic voluntas necessariè vult summum bonum: & est ibi perfecta, & infinita libertas, & necesitas immutabilitatis duntaxat. Alio modo potest comparari voluntas ad incentiuum amorem, quem producit, sicq; est ibi duplex necesitas. Vna, quam habet voluntas ex se, scilicet necesitas immutabilitatis: & alia ex vi naturæ assistente, & non tantum necesitas ex libertate perfecta. Dicunt, & alij, quod actus voluntatis dupliciter consideratur. Primò, vt elicitur à potentia. Secundò, vt tendit in obiectum. Primo modo est actus liber, & liberè elicitus, secundo modo est necessarius: quemadmodum visio, vt elicitur à potentia imperio voluntatis, est actus liberè elicitus: qui tamen, vt tendit in obiectum, habet necesitatem. Hæc Scotus.

¶ Quo circa sciendum, quòd quamuis loquatur pluraliter, specialiter tamen notat Henricum, qui ea, quæ tacta sunt, scribit partim in Summa sua, & partim in quodlibetis, sicut, & supra tertia distinctione pleniùs est ostensum: & ea, quæ dicit, reuera coincidunt cum his, quæ iam ex verbis Thomæ, Aegidij, & Richardi sunt introducta, quamuis Hẽricus aliqualiter subtiliùs atque profundiùs ea exprimere videatur. Nihilominus Scotus more soliti ea impugnat, tamen inefficaciter. Sic etenim arguit: Quæro an vis coexistat voluntati, vt operans totale aut partiale. Nullum horum poterit dici, qa sic vis illam esset voluntatem præueniens, ac impellens &c. Ad quod dico, quod positio illa Henrici non est intelligenda, quasi vis illa sit quid distinctũ à voluntate, aut super addita voluntati, sed est ipsa voluntas, realiter idem cum vi diuinæ naturæ, seu cum diuina natura summè fœcunda, atque ad producendum suo modo efficacissima: quæ vis quantum ad actum spirandi, seu producendi spiritum sanctum, habet se concomitanter sicut voluntas ad actum gignendi.

¶ Præterea contra illud quod dictum est, quod in hac ꝓpositione, Deus vult se, est vna necesitas: in hac

Spirari ꝓprium est spirituisãcto.

Quatuor modis dicitur spiritussanctus vnio patris, ac filij.

vnitas amborum tripliciter dicitur.

Scotus.

Obiectio.

Dilutio.

Naturæ quadruplex acceptio.

Dionysius

Scotus.

Diony⁹.

Scotus.

hac verò, Deus spirat, est duplex necesitas: arguit sic: Ipsi dicunt quod actus personales fundantur super actus essentiales, sed nõ potest esse maior necesitas in eo, quod fundatur in aliquo, q̃ in illo super quod fundatur. Istud videt puerile, ac debile argumentum. Ei namq; quod fundatur in aliquo, aliqd conuenit inquantum fundatur in illo: & aliquid, inquantum est aliquid in se: & ex utroque potest quãdam necesitatem habere. sicut & rebus quibusdam creatis, inquantum innituntur Deo, vt conseruatori indefinenti conuenit incorruptibilitas aliqua, quibus nihilominus ex essentialibus suis principijs, aut ex propria natura, ac pròpria diffinitione, aut ratione competit incorruptibilitas quædam, ut de intellectualibus creaturis, atque cœlestibus corporibus elucescit.

¶ Insuper ait Scotus: Ad necessarium productionem amoris spirati in diuinis, duo concurrunt, videlicet infinita voluntas, & infinitum obiectũ, quorum vtrunque per se est principium necessariò producendi amorem. Infinita quippe voluntas non potest non esse recta, ergo non potest nolle summum amabile, quod est bonum immensum: nec potest velle non esse in actu volendi hoc bonum. Si autem deesset infinitas, vel voluntati, uel obiecto posset voluntas quãdoq; illud nõ velle: sed *potius vtriusque infinitate, necessariò sequitur productio infiniti amoris. Vnde intelligo sic, quòd in primo instanti naturæ, intellectus diuinus intelligit diuinam essentiam, & præsentat eam voluntati diuinæ, quæ quasi in secundo instanti habet actum producendi amorem adæquatum, qui verè est infinitus: sicut obiectum ipsius, quod est bonitas, seu essentia Dei, quod amator illud amore, quantum ex sua natura amabile est, vtpotè infinito. Ad argumentum autem prætactum dicendum, quòd quamuis spiritussanctus sit similis, in natura patri, ac filio, hoc tamen ex sua productione non habet directè: quia procedit ut amor, non ut filius, similitudo verò in spiritusancto concomitatur suam productionem. Hæc Scotus.

*posita.

Gul.Par.

¶ Hinc in libro de Trin. scribit Gulielmus Parrhisiensis. ca. 20. Monstrauimus supra, ꝙ pater, & filius necessariò sunt prima dualitas, per modum quo eis cõuenit esse duos: nunc mõstrare conabimur, ꝙ necessariò communicẽt tertio, qui neuter eorum est: & tamen cũ eis cõmunicet in essentia illa altissima, ita ꝙ prima illa dualitas non sit sola, sed necessariò, requirat tertiam vnitatem, quę cõis eorum societas sit, & hoc est quod nominant verè fidei professores primæ societatis beatissimum fœdus: & est primi, amoris primus fructus, & primus complexus, gaudium, atque suauitas, primæ pacis vinculum prima concordia, primum complacitum. usitata vero, & certa appellatione dicitur spiritussanctus, q̃ est primum, æternumque donum, thesaurus donorũ omnium, fons gratiarum, charitas, qua se complectuntur pater æternus, & unigenitus eius, de qua in vniuerso exhuberat ingens suauitatis hubertas, cuncta perfundẽs, qua hubertate vniuersos delectat ventes. Porrò quod primo, & summo amore, se inuicẽ, complectantur pater, & filius, ostẽdunt prima, & summa bonitas in vtroq; ac mutuæ cognitionis vltima, seu extrema, & maxima certitudo. Optimus equidẽ optimum clarissima cognitione notum, nõ amare non potest. Et si etiam pater filium non amaret, optimus tamen optimum non posset non amare. Summæ igitur diligens, summæ diligendum necessariò diliget, nec minus, quàm seipsũ, & inter ipsos est prima pax, & amicitia prima. Necessariè igitur primi se amantes, primo fœdere sibijnicem colligati sunt: & si nostræ consuetudinis intelligentiam ista præcedant necessariè, tamen vbi verè sunt duo, quorum uterque est optimus, & bonitas summa est, summa concordia, mutuusque summæ boniratis complexus. Quemadmodum enim primus pater fons est, atque principium omnium generationum, & sicut primum verbum, ac prima loquela, fons, principiumque consistit omnium verborum, ac loquelarum: sicut etiam vnigenito Dei appropriatum principium est sapientia omnium cognitionum, ac luminum quæ post sunt: sic omnium amicitiarum, atque concordiarum, seu societatum necesse est primam societatem esse principium. Quemadmodum item primogenitum lumen principium est luminis omnium cognitionum, sic omnis suauitas affectionis habet tanquam appropriatum principium effectiuamque causam, primam suauitatem, quæ per appropriationem est spiritussanctus. Hæc Gulielmus Parrhisiensis: qui de his plura conscribit, quæ infra tangentur.

Antisiod.

¶ Concordat dominus Antisiodorensis. qui in Summa primo libro: Quæritur, inquit, an spiritussanctus procedit ut amor: cum enim pater, & filius spirant spiritumsanctum tanquam amorem, qui nexus, & concordia est patris, & filij, propter quod asserit Augustinus, quod pater, & filius diligunt se spirituisancto. & uidetur, quòd hoc non sit ita, quia in diuinis diligere est esse: sed pater, & filius non sunt spirituisancto, ergo non diligunt se spirituisancto. Verum hæc quæstio infra locum habebit. Tamen in eius determinatione aliqua scribit hic doctor deseruientia huic proposito: Pater, inquiens, gignit filium, qui est sapientia summa, cuius radij sunt omnes, sapientiæ creatæ. propter, quod de ea ait scriptura, Omnis sapientia a domino Deo est. sic pater, & filius producunt spiritumsanctum, cuius uelut riuuli sunt omnes sanctæ affectiones, imò ex quo omnis amor profluxit. procedit namque a patre, & filio per modum benignitatis, & doni, imò & primi doni qui est amor, & procedit ut amor propter proprium terminum emanationis, seu spirationis, quæ terminatur ad istum increatum, & spiratum amorem. Denique in Deo sunt omnia, ergo in ipso est amor naturalis, & amor gratuitus. De amore naturali dicit Apostolus, Transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ. Vbi dilectio sumitur essentialiter, non personaliter pro spiritusancto. alioquin filius esset filius spirituissancti. Cum ergo dilectio Dei naturalis sit essentialis, oportet vt amor gratuitus sit personalis, quamuis in Deo realiter idem sint, quemadmodum essentia, & persona: attamen uno nominato, non nominatur alius. sicque amor gratuitus propriè dicitur spirituissanctus.

Augusti.

Ecclꝭ. 1.

Col. 1.

¶ Rursus, in anima rationali, quæ imago est Dei, est amor gratuitus, utpotè charitas, & amor naturalis. idcirco in Deo est dilectio correspondens utrique. Hæc Antisiodorensis.

Durand⁹.

¶ Sed præinductis, ac præallegatis doctoribus uidetur discordare hoc loco opinio Durandi de sancto Portiano, qui ait: Ad uidendum quomodo spirituissanctus procedit per modum uoluntatis, primo excluditur imaginatio quorundam non bona circa hoc. Quidam nanque imaginantur, quod filius producitur per actũ intelligendi. Vñ, & uerbũ appellat, q̃ est terminus operationis intellectualis

per

per ipsam productus: spirituſſanctus aũt per actum volendi propter quod amor vocatur. Sed istud nõ videtur bene dictum. Quod enim filius ꝓducatur per actum intellectus, & spirituſſanctus per modũ volendi, non potest intelligi nisi duobus modis. Primo, quod isti actus sint ipsæmet productiones personarũ. Alio modo, quod sint principia productionum, sicut calor manus dicitur produci ab igne per calorem, & per calefactionẽ, sed per calefacere, seu calefactionem tanquàm per productionem, & per calorem tanquàm per productionis principiũ. Primum dici non potest, videlicet ꝙ intelligere, & velle sint actiuæ productiones personarũ propter tria. Primum est, quia ſm omnes productiones personarum sunt actus notionales, & nõ essentiales, sed intelligere, & velle sunt actus essentiales. Secundũ est, quoniam actus isti cõpetunt vnicuiq; diuinæ personę, & sic cuilibet personæ in diuinis conueniret producere filium, ac spiritũ sanctum. Tertium, quia productiones personarum realiter differunt: sed actus isti sunt omnino idem realiter, cum absolutè dicantur. ¶ Insuper quod nõ sint principia productionũ, sic patet: Id cuius conditio est oppositа fœcunditati, non põt esse principium actus, quo aliquid producitur, quia omnis productio prouenit ex fœcunditate: sed conditio actuum intelligendi, atque volẽdi est oppositа fœcunditati, quia conditio actuum horum est, quod ex eis nil alterum, aut aliud constituitur vt 9. Metaphysicæ dicitur. ¶ Præterea excluso per intellectum à Deo intellectu, & voluntate cum omnibus actibus suis, adhuc esset in diuinis generatio filij, & spiratio spirituſſancti, ita ꝙ hæc sunt in diuinis ex fœcunditate naturæ radicaliter: quam fœcunditatem habet ex sua infinitate, & non ex hoc, ꝙ

Obiectio. est intelligens, & volens. ¶ Et si obijciatur, filius Dei est verbum, verbum autem non est intellectu excluso. similiter spirituſſanctus est amor, qui non est voluntate, & eius actu excluſus.

Dilutio. ¶ Respondeo, ꝙ filius Dei esset, sed verbum non diceretur: similiter spirituſſanctus esset, sed amor nõ diceretur. Istud potest sic persuaderi: Secundũ idem proportionabiliter cõuenit fœcunditas Deo, & creaturis, sed fęcunditas producendi aliquid cõuenit creaturis, non ex hoc, ꝙ sunt intelligentes, aut volentes, sed per aliquid aliud prius eis conueniens. hinc virtus generãdi inuenitur in rebus intellectu carentibus, animatis, & inanimatis. ergo similiter est in Deo, quod licet natura diuina sit intelligens, & volens, ex hoc tñ nulla fęcunditas ineſt ei ad producendũ quamcunq; personã: sed sicut calor ignis, si esset intelligens, atq; volens, causaret simile sibi calorẽ ex fœcunditate suæ naturæ sicut nũc facit, nec ad hoc aliquid cooperaretur intelligere suũ, aut velle: sic natura diuina quãuis sit intelligens, & volens, ex infinitate sua habet fœcunditatem, quod virtute sua persona sit à persona, ad quam nil agit intelligere aut velle. ¶ Præterea qualis est ordo rei inter differentia realiter, talis est ordo rei inter differentia secundum rationem: sed vbi natura, & intellectus, & voluntas differunt realiter, productio est vi naturæ, non intellectus, aut voluntatis: ergo sic est in Deo, in quo sola ratione distincta sunt. Hæc est prima pars opinionis huius Durandi. ¶ Deinde subiungit: In productione diuinarum personarum tria considerantur, videlicet habitudo virtutis productiuæ ad actum producendi, suppoſita producentia, & ordo productorum, ac producentium. Quo ad primum, nulla persona in diuinis procedit per modum intellectus, aut voluntatis, sed quælibet per modum naturæ. Quod enim producitur à virtute agente ex necesſitate immutabilitatis, & determinata ad vnum, producitur per modum naturę. sic autem producuntur filius, & spirituſſanctus, ergo per modum naturæ. In hoc namque differt modus naturę à modo voluntatis in eliciendo actum suum, ꝙ principium naturale agens naturaliter, nõ habet in potestate sua actum suum, vt eum posit non producere. pater autem necessariò generat filium suum, pater quoque, & filius necessariò producunt spiritumsanctum. Si autem consideremus suppoſita producẽtia, sic spirituſſanctus producitur per modum voluntatis, filius per modũ naturæ: quoniam modus naturæ in creaturis est, quod vnum sit ab vno tantum, & non à pluribus eiusdem gradus, atque originis, quorum quodlibet esse per se sufficiens ad totum perfectè agẽdum. Plures tamen concurrunt moderando per voluntatem suam virtutem, vt patet de pluribus trahentibus naue, vbi alter ſufficeret. Cum enim filius procedat ſolum ab vno, spirituſſanctus à patre, & filio, ita ꝙ tã perfectè producit vnus, vt ambo: ideo spirituſſanctus dicitur produci per modum voluntatis, filius per modũ naturæ. Si verò attẽdatur ordo productorum seu personarũ productarũ, & productionum, sic filius dicitur procedere per modũ intellectus, spirituſſanctus per modũ voluntatis: quoniam in imagine creata, quæ attenditur ſm potentias, & actus animæ intellectualis, prima emanatio est ſm intellectum, & alia ſequens, in qua terminatur emanatio immanens, est ſecundum voluntatem. Ex hoc ita arguitur: Illud quod in diuinis procedit prima emanatione ad intra, procedit per modum intellectus: & quod procedit ſecũda emanatione adintra, procedit per modum voluntatis: ſed filius procedit prima tali emanatione, spirituſſanctus ſecũda: ergo filius procedit per modum intellectus, spirituſſanctus per modum voluntatis. Et sic intelligenda sunt quæ dicuntur circa istam materiam de modo processionis diuinarum personarum, & verba doctorum, quæ insinuare videntur, ꝙ intelligere, & velle sint rationes diuinarum emanationum. Hæc enim dicuntur ſolum ſecundum quandam adaptationẽ ad ea, quæ inueniuntur in imagine creata. Hæc est ſecunda pars opinionis istius.

Dionyſi.

¶ Itaq; ſm Durandum istum (in hac opinione erronea, ac peruerſa durum Durandũ) filius, & spirituſſanctus dicunt produci per modum intellectus, & voluntatis, non ex natura rei, & propriè, ſed propter quandã ſimilitudinem, & adaptationem, quẽadmodũ in ſcripturis Deus naſci, & pœnitere asseritur, condolere quoq;, audire, & flecti. Hæc aũt opinio videtur non ſolũ valde periculoſa, ſed, & penitus imperita, & prorſus damnabilis, ac peſsimus error, imò errorũ congeries, nec vllam apparentiam, aut rationũ ſoliditatem ſortitur. In primis ergo cõuincitur esse cõtra ſcripturam canonicam Ioannis primo, quo legitur: In principio erat verbum. Vbi dicunt expoſitores catholici, ꝙ ad exprimendum modum, ac proprietatem generationis æternę, non poterat aptiùs nomen inueniri, aut exprimi, quàm hæc dictio, verbum. Si autem prędata opinio esset vera, verbum in diuinis non diceretur propriè, ſed metaphoricè, aut tranſumutiuè. quod quia Origenes ſcripſit ſuper Ioannem, Sanctus Thomas in prima parte Summæ ſuæ affirmat eum fuiſſe fontem Arrianæ perfidiæ. Quod verò istud ſequatur ex præfata ſtulta, & pręſumptuoſa opinione, facillimum est probare: quia ſm eam filius Dei non dicitur verbum, niſi per adaptationem quandã ad creatã imaginem

Nota Origenis errorem.

ginem, & per ſimilitudinem cum rebus creatis, cũ verbum ſit propriè emanatio intellectus ex ſua natura. Deinde reprobatur opinio, ſeu potius rudis, & fatua imaginatio illa, per omnia loca ſcripturæ, in quibus filius Dei ſapientia patris vocatur, quia videlicet vnigenitus filius Dei, est ſapientiæ patris plena expreſsio. Vnde & ſapientia, ars, exemplar, idea, veritas, & conſimilia ad intellectum pertinentia, filio Dei appropriãtur: quia per intellectum à patre procedit, prout omnes doctores authentici concorditer proteſtantur. Conſequenter ſtolida iſta opinio reprobatur, quia apertiſsimè contrariatur documẽtis antiquorum, atque ſanctorum doctorum, Auguſtini, diuini Dionyſij, Boethij Anſelmi, & aliorum. Siquidem ſacratiſsimus, & Theologiſsimus Dionyſius in lib. de diuinis characteribus docet, quòd vnigenitus patris ſit verè, & propriè verbum, ſapientia, & conceptus paterni intellectus. Fideliſsimus,

Auguſt. quoque Auguſt. 16. de Trin. fatetur: Tanquàm ſeipſum dicens pater genuit verbum ſibi æquale per omnia. Non enim ſeipſum integrè perfecteq; dixiſſet, ſi aliquid magis, aut minus eſſet eius verbo, q̃ in ipſo. Rurſus eodem aſſerit libro: Sciunt ſe inuicem pater, & filius, ſed pater gignendo, filius naſcendo. Item, pater omnia, quæ ſubſtantialiter habet, in coęterno ſibi ſuo verbo dixit. Septimò etiam de Trin. diſſeruit: Pater verbo ſibi æquali ſemper, & incommutabiliter dicit ſeipſum. Quæ omnia vera non eſſent, niſi pater intelligendo gigneret filiũ, & ipſum intelligere patris ad productionem filij aliquid ageret, quoniam dicere Dei patris, non eſt exterior prolatio, ſed interna expreſsio, & realiter ipſum intelligere eius. Hinc in proſologion ca. 23. ait Anſelmus:

Anſelmus Hoc bonum es tu Deus pater, hoc eſt verbum tuũ ideſt filius tuus. Etenim non poteſt aliud eſſe, quàm tu, aut aliquid maius, aut minus te eſſe in verbo tuo quo tu dicis te ipſum, quoniam verbum tuum ſic verum eſt, quomodo tu verax es. Inſuper reproba illa opinio eſt contra omnes doctores ſcholaſticos hucuſque præallegatos, ſicut ex introductis clariſsimè conſtat. Vnde in prima parte Summæ quæſtione 27. ſanctus doctor teſtatur. In diuinis non eſt proceſsio niſi ſecũdum actionem immanentẽ, huiuſmodi autem actio in intellectuali natura, eſt actio intellectus, & voluntatis: & proceſsio verbi eſt ſecundũ

Thomas. ar 3. action em intellectus: proceſsio ſpirituſſancti, ſecundum actionem voluntatis. Imò, quòd generare Dei patris ſit realiter intelligere eius, præſertim notionaliter ſumptum, conſtat ex eo quod ibidem aſſerit

ar. 1. ad 1. Thomas: Intelligere in nobis non eſt ipſa ſubſtantia intellectus. propter quod, verbum quod ſecundum intellectualem operationem procedit in nobis, nõ eſt eiuſdem naturæ cum eo, à quo procedit. ſed intelligere diuinum eſt ipſa ſubſtantia intelligentis. ideò verbum procedens ab intellectu, eſt eiuſdem

ar. 2. in corpore. naturæ. Et rurſus ibidem: Proceſsio verbi in diuinis habet rationem generationis. procedit enim per modum intellectualis actionis, quæ eſt operatio vitæ, & à principio coniuncto, atque ſecundum rationem ſimilitudinis: quia conceptio intellectus, eſt ſimilitudo rei intellectæ, & in eadẽ natura: quia in Deo idem eſt, intelligere, & eſſe.

Thomas contra gẽtiles. ¶ Denique in Summa contra gentiles lib. 4. capitul. 11. ait: Impoſsibile eſt diuinam generationem accipi, niſi ſecundum emanationem intellectualem, ex hoc, quod Deus intelligit ſeipſum. Et idem ibi proſequitur diffuſè. Poſtea quoque declarat idem de Spiritu ſancto, quod à voluntate verè procedat. In Scripto quoque, ſicut ſupra innotuit, proteſtatur, quòd productiones perſonarum in diuinis, nequeunt accipi niſi ſecundum actiones intellectus, & voluntatis. In qua doctrina, vt copioſè oſtenſum eſt, Alexander, Albertus, Bonauentura, Gulielmus Parrhiſienſis, dominus Antiſiodorenſis, Vdalricus, Petrus, Henricus, Scotus, Richardus, Aegidius, verè concordant: prout ſupra, præſertim in 6. quæſt. ſecundæ diſtinctionis oſtenſum eſt, qua quæſtione quæſitum eſt, vtrum in diuinis ſint tantum tres perſonæ, vbi commemorata ſunt verba Alexandri, dicentis: Communio boni non poteſt eſſe niſi duo- Alexãder.
bus modis, videlicet per modum naturæ, & per mo Duplex
dum voluntatis. Prima, in diuinis eſt generatio: ſe- boni com
cunda, proceſsio amoris ab amante. Eſt itaque in di munio.
uinis proceſsio per modum intellectus, ſeu rationis. ſed hęc nõ eſt alia à productione naturali. Deo nanque non conuenit productio cuiuſcunque naturæ, ſed dignioris, vtpotè intellectualis: nec dicitur ibi generatio ſecundum quemcunque modum, ſed ſecundum quod intelligentia a mente procedit, quæ eſt prima productio rationalis, & intellectualis naturæ. Propter quod aſſerit Auguſt. generationem filij per productionem intelligentiæ a mente eſſe intelligendam, productionemq; ſpirituſſancti per proceſsionem amoris a mente, & intelligentia. Idem oſtenſum eſt ibi ex verbis Alberti, Thomę, Richardi, & aliorum nunc nominatorum. Vnde, & Henricus 6. loquitur quodlibeto: Perſona in diui- Henricus.
nis non poteſt eſſe origo perſonę, niſi per actũ, quo illam producit, qui eſt immanens actus. immanens vero actus in Deo non eſt, nec eſſe poteſt, niſi actio intellectus, & voluntatis. Vnde & Scotus: In hoc, in Scotus.
quit, omnes conueniunt, quòd in diuinis ſunt tamẽ duæ productiones: vna ſecundum actionem intellectus, alia ſecundum actionem voluntatis.

Perſuaſiones Durãdi ſoluuntur. ¶ Nunc ergo ſoluendæ ſunt perſuaſiones Durandi, atque ad primam dicendum, ꝙ actus iſti intellectus, ac voluntatis iu diuinis, accipiuntur tripliciter, ſcilicet eſſentialiter, notionaliter, & perſonaliter. Primò mõ abſolutè ſumunt̃, & competunt vnicuiq; diuinæ perſonæ, & aliquo mõ agunt ad perſonarum productionẽ, ſm quod ſunt in perſonis producentibus, inquantum videlicet ſunt fundamentum, & radix perſonalium actuum, prout in prætacta oſtenſum eſt quæſtione ex Henrico, Richardo, & alijs. Porro inquantum ſumuntur notionaliter, ſunt principia, & rationes principiatiuę perſonarũ, pront etiã in iſta quæſtione eſt declaratũ. Si vero ſumantur perſonaliter, ſunt ipſæ relationes, atq; perſonæ. Et per hanc diſtinctionẽ veriſsimam deijcitur & exufflatur totum fundamentum Durandi. Quod vero conſequenter aſſumit, & ait ꝙ conditio actuũ intelligendi, & volendi eſt, quod ex eis nil aliud, ſeu alterum conſtituitur: ſi hoc verum eſſet eo mõ, quo ipſe id applicat, ac prætendit, apertiſsimè ſequeretur, ꝙ Deus excelſus, & glorioſus non eſſet creator, & cauſa rerum per intellectum, & volũtatem, & falſa eſſet ſcriptura quæ ait: Ipſe dixit, & facta ſũt, ipſe Pſal. 147.
mandauit, & creata ſunt. Et rurſus, Omnia in ſapien Pſal. 103.
tia feciſti. Itemq;, oĩa quæcunq; voluit dñs, fecit. Pſal. 134.
Deniq; in creaturis intellectus, & voluntas ſunt actua principia, & ſm peripateticos intelligentiæ per operationem intellectus mouent orbes, & per eos producunt inferiores effectus. imò ſecundum Auicennam, & Algazelem. Intelligentia ſuperior per Auicenna.
actum intellectus producit intelligentiam inferiorem, & aĩam nobilẽ, ac orbẽ. Quod quàmuis verũ non ſit, tñ ex hoc innoteſcit, quod ſm tantos philoſophos, intellectus eſt productiuus. Et nomine ſm Ariſtotel. Ariſtotelem

Aristotelem intellectus practicus ordinatur, ac tendit in opus? Imò secundum eundem, intellectus speculatiuus extensione sui fit practicus. Nihilominus ad saluandum, quod ex 9. Metaphysicæ allegat Durandus, sufficit dicere, quod cõditio intellectus purè speculatiui, & voluntatis eum sequẽtis, est vt per eos nil aliud, vel alterum constituatur ad extra, secũdum quod tales sunt, cum sic solum habeant actiones immanentes, non egredientes. Insup, quod ait Durandus, excluso per apprehẽsionem à Deo intellectu, ac voluntate cũ omnibus actibus suis, adhuc esset in diuinis generatio filij, atq; spiratio spiritussancti, ineptissimè dictum est. Quamuis enim cõueniat superdignissimo Deo fœcunditas summa, & plena ex sua natura, & ex sua infinitate, hoc tamen non est, inquantum sua natura est natura, loquẽdo in generali, & indeterminatè eam sumendo: sed inquantum est natura intellectualis, diuina, incircunscripta, absolutè perfecta: imò nec naturis creatis competit generare similia sibi in specie, nisi inquantum sunt tales, vel tales. Idem dicendum de infinitate, quòd ipsa vt solum infinitas non est origo, radix & ratio tantæ fœcunditatis: sed inquantum infinitas prima formalis perfectionalis totius potentialitatis penitus expers. Propter quod asserit Scotus, qui in istis modis appropriatè loquendi fuit satis acutus, & curiosus: Ad necessariam productionem amoris in diuinis, concurrunt infinita voluntas, & infinitum obiectum, quod est finis, imò & infinitum infinitæ perfectionis contentiuum. Et idem de intellectu respectu productionis verbi est accipiendum. ¶ Hinc sicut iam tactum est, irrefragabilis doctor, qui vbique cautissimè loquitur, ait: Deo non conuenit productio cuiuscunque naturæ, sed intellectualis, ac liberæ. Itaque dico, quòd secluso à Deo superaltissimo intellectu, & voluntate cum actibus suis, non conueniret ei generatio, neque spiratio, imò nec vita, nec ratio deitatis: quia secundum præallegatos doctores, generare propriè sumptum non conuenit nisi viuentibus: nec aliqua vita conuenit Deo adorando, & sancto, nisi purè ac perfectè intellectualis; atque de ratione Dei est, esse ens absolutè perfectum.

Scotus.

Alexãder.

¶ Amplius, contra illud quod ait Durãdus, quòd secluso à Deo, intellectu, & voluntate, adhuc esset in eo generatio, & genitum diceretur filius, sed nõ verbum: & item esset in Deo spiratio, tamen spiratum non diceretur spiritussanctus, potest sic argui; Filius Dei nunc secundum rei veritatem, & prout generatio realiter est in Deo, dicitur, & est verbum, quamuis non intellectu excluso. Similiter spiritussanctus nunc verè, & propriè dicitur amor, ergo generatio, & spiratio prout secundum veritatem, & existentiam actualem sunt in Deo, sunt per actum intelligendi, & uolendi, cum verbum non sit sine intellectu, imò sit emanatio eius, nec amor sine voluntate, sed processio sit ipsius. Deinde contra sequentem Durandi persuasionem, qua propositum suum sic uitiatur persuadere, Fœcunditas secundum idem proportionabiliter conuenit Deo, & creaturis, sed fœcunditas producendi aliquid conuenit creaturis non ex hoc, quod sunt intelligentes, & volentes, &c. Istud est infirmissimum argumentum, & multum debilius argumẽto Arrianorum, assignantium duodecim modos emanationum in creaturis, quorum nullus competit generationi filij Dei, ergo illa non est ponenda. Quod argumentum iam ante solutum est, quoniam creaturę non queunt repræsentare perfectè Deum, & emanationes diuinas ad intra, & vtique multo minus inferiores, & viliores creaturæ, in quibus trinitas relucet solum per modum vestigij, possunt repræsentare modum generationis diuinæ, & spirationis æternæ in Deo. Stultum est ergo ex hoc concludere, quod generatio conuenit Deo, non quia intelligens, quoniam creaturis inferioribus conuenit, non quia intelligentes &c. Imò vt sanctus Thomas in Summa contra Gentiles libro quarto ostendit, atque præhabitum est, generatio nequaquam potest Deo conuenire secundum modum, quo conuenit extensè loquendo elementis, neque vt conuenit mixtis inanimatis, neque vt conuenit plantis, aut vegetatiuis, nec sicut conuenit animalibus irrationalibus: sed potius per modum, quo conuenit intellectualibus, & rationalibus creaturis, in quibus est processio verbi ab intellectu, atque amoris à voluntate. sicq; naturæ intellectuali ex sua intellectualitate inest fœcunditas, & ex sua voluntate causalitas, & hubertas. At vero si (vt ait Durandus) vtraque emanatio diuina adintra esset per modum naturæ, non esset ratio distinguendi inter eas. Probatum est quoque, quòd naturæ (secundum quod natura est) non conuenit nisi vnus modus se communicandi. Ex quibus patet multiplex error, ac falsitas tam intolerandæ, & stultæ opinionis. Quomodo autem processio spiritussancti, tam necessaria sit, vt non possit non esse, non obstante, q̃ voluntaria, & liberalis existat, iam satis ostensum est in quæstione hac ipsa.

Thomas. contra gẽ

¶ Postremo, ex præinductis patent solutiones obiectionum in quæstionis huius exordio factæ. Ostẽsum est quippe, quemadmodum amor in Deo dicatur tripliciter, & quomodo approprietur, & qualiter proprius sit spirituisancto.

Vnde solnantur argumenta initio quæstionis ad ducta. ad 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inter patrem, & filium non est media persona secundum modum & ordinem emanationis.

¶ Ad tertium patet responsio ex verbis Alexandri, ac aliorum præhabitis.

ad 2.

ad 3.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *An tertia persona in diuinis, propriè appelletur spiritussanctus*. ¶ Videtur, q̃ non. primò, quoniam quælibet persona diuina est spiritus, iuxta illud Ioannis. Spiritus est Deus. quælibet etiam diuina persona est sancta, & spiritus essentialiter sanctus, ad quod insinuandum. Isaias fatetur se audisse Seraphim exclamantes; Sanctus sanctus sanctus dominus Deus omnipotens, ergo qualibet earum est spiritussanctus.

Arguit 1. contra vẽritatem. Ioh. 4.

Isai. 6.

¶ Secundò, cum quælibet earum sit spiritus, vel ergo est spiritussanctus, vel spiritus non sanctus. Si primum, habetur propositum. Secundum vero esset blasphemia,

2.

¶ Ad hoc Thomas respondet; Spiritus est nomen impositum ad significandum subtilitatem alicuius naturæ. Hinc dicitur tam de quibusdam corporalibus, quam de incorporeis rebus. Nam aer ob suam subtilitatem dicitur spiritus, & eius attractio uocatur inspiratio; eius vero expulsio, expiratio. Deinde ventus spiritus appellatur. sed & subtilissimi vapores, seu humores, per quos virtutes animæ diffunduntur in diuersas corporis partes, qui vapores vocantur spiritus animales, & cæte. Conformiter incorporalia, & immaterialia, vt Deus, angelus, anima, spiritus nuncupantur. Hinc quoque homines bene concordes, & mutuò amorosi, dicuntur vnius spiritus, ac conspirati, quemadmodum

Thpmas.

Spiritꝰ de corporeis ac incorporeis dicit.

Aristot.

2. Cor. 6.

modum, & vnum cor, vnamq; animã habere dicuntur. Vnde 9. dicitur Ethicorum: Amicorum est proprium, vnam aĩam in duobus corporibus esse. Nã, & Apost. dixit: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Porro subtilitas dicitur per remotionem à materia. Hinc quæ multum de materia habẽt, grossa vocant. ideò spiritualitas ſm rationẽ huius significationis, potissimè conuenit Deo. Itaq; spiritus prout nominat subtilitatem naturæ, conuenit tribus personis. Sed spiritussanctus duplici ratione à spiritualitate vocatur. Vna, atq; præcipua est, vt credo, quia per ipsum, & per dona ipsius diuinæ spiritualitatis participes efficimur, inquãtum à tẽporalinm affectu abstrahimur. propter quod tpalium contẽptores, vocant spirituales: & hoc conuenit ei, inquantũ procedit vt amor, qui est primũ donum, in quo cætera dona donantur. Alia rõ est, qm̃ ipse est amor patris, ac filij, quo se diligunt. amãtem autem, & amatũ vniri in spiritu perhibemus. Hæc Thomas in Scripto.

Spiritualitas conuenit spiritui sancto duplici ratione.

art. 1.

¶ In prima vero parte Summæ quęstione 36. Processio, inquit, in diuinis, quæ est per modũ amoris, non habet proprium nomen. relationes quoq;, quæ ſm eam accipiũtur, innominatæ sunt. hinc persona, hac processione procedens non habet propriũ nomen: sed sicut sunt accõmodata aliqua nomina ex vsu loquentiũ ad designandum prefatas relationes, vocando eas processionem, ac spirationem, quæ secundum proprietatem significationis magis videntur significare actus notionales, q̃ relationes: sic ad designandum personam per modum amoris procedentem, accommodatum est nomẽ hoc spiritussanctus. Et huius conuenientiæ ratio sumit̃ ex duobus. Primò, ex cõitate spiritussancti. qui est communis amor patris, ac filij, & ex vtroq; emanans: ideò nomẽ illud; quod ambobus posset esse commune, sibi est proprium, vt 15. de trinitate loquitur Augu. Secundò, quoniam spiritus in rebus corporeis impulsionem, & motionem quandam importat. propter quod ventum, & flatum, spiritum nominamus. Proprium vero amoris est, impellere, ac mouere voluntatem amantis in amatum. Cum igitur spiritussanctus procedat vt amor, quo Deus amatur, rectè vocatur spiritussanctus: qm̃ sanctitas illis attribuit̃ rebus, quia ordinant̃, aut tẽdunt in Deũ. Hæc in Sũma.

Augusti.

Thomas contragentiles.

¶ Porro in Summa cõtra gentiles libro 4. tractat de spiritusancto, & de eius effectibus per diuersa capitula multum diffuse.

Richardꝰ.

¶ Concordat his Petrus. Item Richardus, & addit: Spiritus dicitur, vel à spiritualitate, & sic conuenit tribus personis: vel à spiratione, sicq; conuenit propriè spirituisancto, qui procedit, vt amor.

Bonauent.

¶ Bonauentura quoq; hic scribit: Quamuis spiritus proprijssimè in Deo dicatur, quia in ipso potissimè spiritualitas, atq; spiratio sunt: ratio tamen cognoscendi, ac dicendi nominis huius, à corporalibus sumitur. In corporali autem substantia spiritus dupliciter dicitur. Primò à spiritualitate, sicq; diuiditur contra corpulentiam, & grossitiem. Secũdò, a spiratione, & sic ventus, seu flatus dicitur spiritus. Conformiter in spiritualibus aliquid dicitur spiritus. Primò a spiritualitate, sicq; anima, & angelus, spiritus appellantur. Secundò a spiratione, & ita affectus, seu amor dicitur spiritus. Cuius ratio est, quoniam actus spirationis in corpore est actus internus, actus continuus, actus viuificus, & habens originem à calore. Cum ergo egressus amoris ab intrinseco, & amor ipse fit actus viuificus, iuxta illud Hugonis, Scio ò anima, quòd vita tua dilectio est: amor etiã debet esse cõtinus, quoniam iugiter de-

Hugo.

Filius Dei cur nõ vocetur filiꝰ sanctus.

Spirare dupliciter dicitur.

Aegidius

¶ Circa hæc scribit Aegidius: Quamuis verbum in Deo personaliter solum sumatur, non tñ amor: quia in diuinis ex parte voluntatis non correspondent nomina distincta nominibus impositis ex parte intellectus. nempe ad actum intellectus quatuor ista concurrunt: intellectus, actus intelligendi, & quod ab actu intelligendi gignitur, quod in nobis est duplex, puta informe, & formatum. & cum habet esse informe, dicitur cogitatio: sed cum habet esse formatum. dicitur verbum. Illud autem verbum, seu cogitatio distinguitur semper à mẽte, à qua procedit. Consimiliter ex parte voluntatis quatuor accipiuntur, puta voluntas, velle, & quod à voluntate emanat, vel voluntati imprimitur. Dum enim volumus, actu resultat aliquid in voluntate: quod quidam vocant impressionem, quæ etiam distinguitur per esse informe, & esse formatum. Et quamuis res ex parte voluntatis correspondeant rebus ex parte intellectus, nomina tamen non correspondent nominibus, quantum ad omnia, sed quantum ad aliqua. Quemadmodum enim habemus nomen proprium designans intellectiuam potentia, vepotè nomen hoc intellectus, & item nomen proprium designens actum illius potentiæ, scilicet intelligere: sic voluntas est nomen potentiæ affectiuæ, & velle est nomen actus ipsius. Porro alia duo, quæ sunt ex parte intellectus, videlicet cogitatio, & verbũ, non habent corrñdentia sibi nomina ex parte voluntatis. Deficimus enim in vocabulis emanationis volũtatis, siue habeat esse informe, siue formatum. ideò exprimimus eam nominibus actus volũtatis, vocãdo eã amare, siue amorẽ. ideò amor seu amare est æquiuocum ad actũ uoluntatis, & ad id, quod in volũtate resultat, dũ actualiter uolumus. Veruntñ informe non habet locum in Deo. tamen tria considerẽtur in Deo, tam quãtum ad intellectũ, videlicet ipse intellectus, actus intelligẽdi, & verbũ, quod per actũ producitur, tã quantum ad voluntatem, utpotè uoluntas, & eius actus, qui est amare: atq; id quod à voluntate per actum procedit, quod quia non habet proprium nomen, dicitur amor, & nomine spiritussancti designatur. Hæc Aegidius.

Albertus.

¶ Hinc ait Albertus: Spũs dr̃ à spirãdo: spirare vero dicitur à spũ emittendo. Spũs nanq; est de interioribus affectus. Vnde emissio amoris, est emissio spũs: tum, quia calidũ facit spirare, & amor ẽ ignis diuinus, qui facit spirare affectũ: tum qm̃ hoĩes concordantes aspirant in oscũlo, in quo est coniunctio oris spirantis ad os spirans, ut notet coniunctio spirituum interiùs. Per hũc modũ cũ uerissima coniũctio sit patris, ac filij in spũ, coniunctio illa dicitur spũs. & additur sanctus, ad insinuandum synceritatem ad actũ spirandi. Sunt enim quædam nõa, qnæ

absolutè dicta,notant habitus generales, vt bonus, sanctus, iustus : coniuncta vero cum alijs ordinatis ad actum quendam,dicunt bonitatem ad actum illum, vt cum dicitur bonus citharœdus. ficq; dicitur spiritussanctus propter synceritatis munditiam, & immaterialitatem conspirandi amorem in patre, & filio:& quia procedit vt amor, conuenientiâ habet ad nomẽ, quod est spũssanctus. Hæc Albertus.

Vdalricus ¶ Vdalricus etiam scribit hic: Quòd spũssanctus nominatur propriè spiritussanctus,non est propter rationem sanctitatis, quæ communis est tribus personis, quàmuis spirituisancto appropriet, vt dictũ est,sed propter rationẽ huius nois spiritus. propter quod interdum vocatur spiritus Dei,spũs Dñi,spũs veritatis,spiritus charitatis, in quibus omnibus intelligitur persona spiritussancti. Hoc etenim nomẽ spũs,si sumatur ſm id,cui nomen imponit,quod est natura incorporea, dicit attributũ diuinæ essentiæ, & cõmune est tribus:si vero sumatur ſm rõnem spirationis, a qua sumptum est nomẽ hoc,iuxta illud: Iohan 3. Spiritus vbi vult,spirat: sic est proprium spiritussancti,quemadmodũ,& passiua spiratio. Hæc Vdalric.

Sol uũtur argumenta initio quæstionis adducta.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ si complexum hoc spiritussanctus, sumatur quasi vnum nomẽ: sic ex accommodatione, & vsu loquentium est proprium nomen spiritussancti, & relationem importat,sicut pater,& filius, quamuis eam apertè non dicat.Si autem sumatur, vt duæ dictiones, sic tam pater, quàm filius est spiritus sanctus, per quod patet ad secundum solutio.

A *Quod spiritussanctus procedit à patre, & filio.*

Distinctio XI.

Gala. 4. a Rom 8. b Ioh. 15. d Rom. 8. b Matt 10. c Ioh. 15. d

HIc dicendum est spiritumsanctum à patre esse, & filio, & procedere à patre, & filio:quod multi hæretici negauerunt. Quod autem de vtroq; procedat, multis diuinorum eloquiorum testimonijs cõprobatur. Dicit enim Apostolus:Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Ecce hic dicitur spiritus filij. Et alibi: Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipse etiam filius de spiritu sancto dicit in Euangelio: Quem ego mittam vobis à patre. Patris autem spiritus dictus est, vbi legitur: Si spiritus eius, qui suscitauit Christum à mortuis,habitat in vobis.Et ipse Christus dicit: Non enim vos estis,qui loquimini,sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et in alio loco: Quem mittet pater in nomine meo.Et alibi ipse filius de spiritusancto ait:De patre procedit.His & alijs authoritatibus pluribus ostenditur,q̃ spiritussanctus à patre,& filio procedit.

Quod græci non concedunt spiritumsanctum procedere a filio.

B

2. causa. Iohan. 15. 2. causa. 3. causa.

Græci tamen dicunt spiritumsanctum procedere tantũ à patre, & non à filio. Quod ideo dicunt, quia veritas in euangelio fidem integrã continente, de processione spũs loquens,solum patrem commemorat,dicens:Spũs qui a patre procedit. Et etiã ideo,q̃a in principalibus concilijs, quæ apud eos celebrata sunt, ita symbola eorum subiunctis anathematibus sancita sunt,vt nulli de trinitatis fide aliud docere, vel aliter prædicare, q̃ ibi cõtinetur, liceat: in q̃bus quidẽ symbolis cum spũssanctus cõmemoretur, p̃cedere a patre,& non à filio:Quicunq;,inquiũt,à filio eũ procedere addũt,anathema incurrũt. Vñ nos arguunt anathematis reos. Addunt etiam ad assertionem suæ opinionis,& in testimonium nfræ damnationis de symbolo fidei,q̃d secundũ traditionẽ prædictorũ conciliorũ Leo iij. Romæ trãscriptũ in tabula argentea post altare beati Pauli posita, posteris reliquit pro amore(vt ipse)& cautela fidei orthodoxæ.In quo q̃dem symbolo in processione spũs solus cõmemoratã pater his verbis:Et in spiritumsanctũ dñm, viuificatorẽ ex patre procedentẽ,cũ patre,& filio coadorandũ,& conglorificandũ &c. Illud est symbolum,q̃d in missa cantãt,editum in Niceno concilio,in fine cuius subiunctũ est: Qui aliud docuerit, vel aliter p̃dicauerit, anathema sit.Ideoq; Græci nos anathematizatos dicũt,q̃a dicimus spiritumsanctũ à filio procedere, quod ibi non continet. Quod enim secundũ nos ibi dr̃,Qui à patre,filioq; procedit,alterũ à latinis est additũ,scilicet,filioq;.

Responsio vbi determinantur prædicta.

C

Gal. 1. 1. Tho. 3. c

Nos autem illa verba ita determinamus:Qui aliud docuerit,vel aliter prædicauerit*, id est,contrarium docuerit,vel contrario modo prædicauerit,anathema sit.Aliud ergo posuit pro oppositio ,qualiter,& Apostolus in epistola ad Gal.Si quis aliud euangelizauerit,id est,contrarium,anathema sit.Non dicit,Si quis addiderit. Nam si illud diceret, sibijpsi(vt ait Augustinus) præiudicaret,qui cupiebat venire ad quosdam,quibus scribebat,sicut ad Thessalon.vt suppleret,quæ illorum fidei deerant.Sed qui supplet,quod minus erat,addit:non quod inerat,tollit. Qui autem prætergreditur fidei regulam, non incedit in via,sed recedit a via.Ad illud autem, quod de Euangelio opponunt, respondemus ita: quia cum dicat in eo veritas spiritumsanctum a patre procedere,non addit,solo:& ideò etiam a se procedere non negat: sed ideò patrem tantũ nominat,quia ad eum solet referre etiam,quod ipsius est,quia ab illo habet.

* vel

Quod

Quod græci in sensu nobiscum conueniunt, etsi verbis differant.

Sciendum est tamẽ,q̃ Græci confitentur spiritũsanctum esse filij, sicut, & patris:quia & Apostolus dicit,Spiritum filij. Et veritas in Euangelio, spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud spiritum sanctum esse patris, & filij, quàm esse à patre, & filio:etiam in hoc in eandem nobiscum fidei sententiam conuenire videntur,licet in verbis dissentiant. Gala.4.a. Ioh.15.d.

Authoritatibus græcorum ostendit, spiritumsanctum procedere etiam à filio.

Vnde etiam quidam eorum catholici doctores,intelligentes vnã eandemq; fore sententiam prædictorum verborum,quibus dicitur spiritussanctus procedere à filio, & esse filij, professi sunt spiritumsanctum etiam procedere à filio. Vnde Athanasius *in* symbolo fidei: Spiritussanctus à patre, & filio nõ factus,nec creatus,nec genitus, sed procedens. Athanas. Ecce spiritumsanctum apertè dixit procedere à patre, & filio. Didymus etiam eorum maximus doctor in libro de spiritu sancto,spiritum sanctum à filio procedere dixit. Saluator inquit,qui est veritas:Non enim loquetur à semetipso,hoc est non sine me,& sine meo, & patris arbitrio, quia inseparabilis est à me, & à patris voluntate: quia ex se non est,sed ex patre,& ex me est.Hoc enim ipsum,quod subsistit, & loquitur, à patre, & a me illi est.Item: Spiritussanctus,qui est spiritus veritatis,spiritusq; sapientiæ,non potest audire a filio loquente,quæ nescit, cum hoc ipsum sit,quod profertur a filio,id est,procedens Deus de Deo:spiritus veritatis,procedens a veritate:consolator manans ex consolatione. Nam Cyrillus episcopus in epistola Nestorio directa, ait: Spiritus intelligitur per se secundum quod spiritus est,& non filius: sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & profluit ab eo sicut ex Deo patre. Ioannes quoq; Chrysostomus in homilia quadam de expositione symboli, sic ait:Iste est spiritussanctus procedens de patre, & filio, qui diuidit dona propria prout vult. Idem in alia homilia: Credendum est, spiritum sanctum patris esse, & filij. Istum spiritum sanctum dicimus patri, & filio coæqualem,& procedentem de patre,& filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant bonos mores.Ecce a doctoribus Græcorum aperta habemus testimonia,quibus spiritussanctus a patre, & filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur spiritum sanctum procedere a patre, & filio.

Isaiæ. 11. Cyrillus. Iohan. 16. Chrisost. 1. Cor. 12. 1. Co. 15. o

SVMMA DISTINCTIONIS XI.

IN hac distinctione docetur, q̃ spiritussanctus a patre, & filio sit procedens, & potest diuidi distinctio ista secundum principalia puncta, quæ tanguntur in litera. Primò enim probatur p̃ scripturas canonicas, quòd non solum procedat a patre,sed a filio quoque. Secundò Magister recitat opinionem Græcorum circa hoc aliter sentientium, vtpotè q̃ a solo procedat patre,& ponit motiua eorũ. Tertiò soluit ea.Quartò affirmat,quod sensu nobiscũ conueniant, quãuis differant verbis. quod tamen non est intelligẽdum, quòd verè, atq; formaliter consentiãt nobis in hoc, quod protestamur spiritumsanctũ ab vtroque procedere, saltem pro tempore quo Magister hæc scripsit, sed quia concedunt ea, ex quibus verisimè sequitur,q̃ ab vtroque procedat,videlicet authoritates scripturæ,in quibus spiritussanctus vocatus spiritus filij.& spũs veritatis. Quintò probat p̃ authoritates Græcorum ab vtroque procedere spm̃sanctum.

QVAESTIO I.

Arguitur primo cõtra veritatem. Dio. mar.

CIrca hæc non occurrit directè nisi quæstio vna & ista, *an spiritussanctus procedat à patre, & filio.* Plura tamen iuxta hoc quæri possunt. Quòd nõ procedat ab vtroque, multipliciter põt probari. Primò sic,Diuinus Dionysius a sanctis apostolis,præsertim a beato Paulo edoctus,imò a spiritusancto copiosè illuminatus, in libro suo de trinitate, id est, in libro de diuinis characteribus,& in libro de diuinis nominibus secundò cap. nullibi scribit spiritumsanctum a filio procedere,imò potius insinuare videtur, q̃ a solo procedat patre, dicendo : Ex supersubstantiali immateriali,& impartibili bono,cordialia bonitatis exorta sunt lumina, & remanserunt irrecessibilia ab eo,& in seipsis coeternæ pullulationis. In quibus verbis per supersubstantiale illud bonum, intelligit Deum patrem:per lumina inde exorta, filium,ac spiritum sanctum, quæ coæternæ sunt pullulationis. i. emanationis a patre.Iterum:Filius,inquit,& spirituſ sanctus sunt quasi deinascentia, & tanquam flores, ac supereſſentialia lumina sumimus ea.Qualiter autem sint,nec intelligere,neque exprimere possumus. Ex quo concludunt Græci, q̃ filius, & spirituſsanctus sunt velut riui, ac flores emanantes ex patre solum,ac immediatè, ita quòd neuter eorum ex alio. Et si magnus ille Dionysius aliter sensisset, hoc (vt apparet)alicubi expressisset, sicut & cætera expressit mysteria fidei. ¶ Amplius, sanctus Gregorius Nazianzenus,appellatus Theologus,vir tãtæ auctorita tis in scripturis, quòd nullius fidelium vnquam ausus fuit contradicere ei,vt testatur Hieronymus, ait in sermone de spiritusancto : Quemadmodnm radij lucis solaris a sole procedentes, nec separantur a sole, nec abinuicem abscinduntur, & vsque ad nos luminis sui emicant claritatem, sic filiùs,& spirituſsanctus geminus patris radius, vsque ad nos lumen claritatis miserunt, & patri coniuncti sunt, in quibus verbis apertè asseritur, quòd vterque procedit a patre: & vt apparet, insinuatur, quòd neuter procedebat ab alio. ¶ Præterea ex Damasceno hoc ipsum euidentiùs cõprobari uidetur.Ait quippe primo lib. cap. decimo. Credimus, & in spm̃sanctũ ex patre procedentẽ,& in filio requiescentẽ.Et rursus: filius ex patre est generabiliter, spirituſsanctus aũt, & ipse ex patre est nõ generabiliter, sed processibiliter.& propter patrem,id est,a patre habent filius,& spirituſsanctus quæcunque habent. Eodem demum libro vndecimo scribit cap.Oportet scire quoniã pa

2 Greg. Nazianzenus.

Damasce. 3

P 3 trem

trem non dicimus ex aliquo. filium vero dicimus ex patre, & filium patris. Spiritumsanctum autem, & ex patre dicimus, & parris spiritum nominamus. Ex filio autem spiritum non dicimus, spiritum vero filij nominamus, atque per filium confitemur eum nobis manifestatum, ac traditum. Insufflauit enim, & dixit discipulis: Accipite spiritum sanctum. hęc Damascenus. ¶ Allegant quoque Græci pro se, quod in quatuor generalibus concilijs apud eos celebratis, non est expressum, quod spiritussanctus procedat a filio, immò in illis concilijs in fine subiungitur, Anathema sit, si quis aliud, aut aliter docere præsumpserit. ¶ Arguunt etiam ex hoc, quod in scripturis nusquam habetur spiritumsanctum ex filio procedere. Ideò quærunt vnde latini hoc habeant. si enim non habent ex scripturis, neque ex synodis, neque ex reuelatione, videntur præsumptuosè id dicere: si vero habent ex reuelatione, vnde id accidit, quòd Deus, qui omnes homines vult saluari, nulli eorum id manifestauit? imò cum in gestis Niceni concilij fuerit sub anathemate prohibitum, aliquid addere symbolo patrum edito ibi, in quo continebatur, Qui ex patre procedit, videntur anathematizari latini, qui addiderunt, & dicunt: Qui ex patre, filioque procedit.

Iohan. 10 4

1. Titr. 2.

¶ Ad idem adducunt plurima argumenta. Primum, quia procedere est ab vno in alterum ire. ergo spiritussanctus procedit ab vna persona in aliam hoc est, a pře in filium, nec ex vtroque emanat. Item. ex duobus suppositis non videtur idem numero immediate procedere. ¶ Et rursus, cum spiritussanctus plenè, ac perfectè procedat a patre, superfluum videtur asserere, quod procedat a filio. ¶ Postremò, in Legenda sancti Andreæ Apostoli legitur: Pax vobis, & vniuersis qui credunt in vnum Deum patrem, & in vnum filium eius Iesum Christum, & in vnum spiritumsanctum ex patre procedentem, & in filio permanentem. ¶ Ad idem pertinent quædam in textu adducta.

7 8 9

10 ¶ In contrarium est scriptura canonica, authoritasq; sanctorum, quæ tanguntur.

In oppositum. Alexãder.

¶ Ad hoc Alexander respondet: Procedere dupliciter dicitur. Primò in motu locali, vt motus ab aliquo in aliquid. Secundò in exitu causati a causa. Primò modo requirit duplicem terminum, scilicet a quo, & in quem. Secundo modo non requirit nisi terminum vnum, videlicet a quo. Et iuxta hos modos potest transsumi verbum procedendi ad processionem spiritussancti. Primò modo sumpserunt Græci, dicentes quod procederet a patre in filium, nec concesserunt, quòd procederet a filio: quia vt dicunt, ex hoc sequeretur, quod procederet a filio in patrem. sicque videretur pater aliquid habere a filio. sed concesserunt, quod procedat a patre in filium, in quo ostenditur, quod est amor patris in filium, & insinuatur, quòd filius habeat esse a patre. Latini vero transsumunt verbum procedendi ad processionem spiritussancti iuxta secundum modũ, dicentes quod procedere est ab aliquo exire, quamuis non aliquem, sicq; dicunt spiritumsanctum procedere ab vtroque, sicut procedit amor a mente, atque notitia. Hæc Alexander.

Bonauen.

Nota controuersiã latinorũ ac græcorum.

¶ Porro Bonauentura: Ad intelligentiam, inquit, contrauersiæ Grecorum, ac latinorum, & originem eius, notandum quod circa processionem spiritussancti a filio, est duo considerare, videlicet articuli cognitionem, & eiusdem articuli professionem. Cognitio huius articuli, fundamentum habet a scriptura: profectum, seu incrementum a ratione, sed conseruationem a reuelatione. In authoritate scripturę Græci conueniunt, & latini. nam dicunt concorditer spiritumsanctum esse spiritum filij, & mitti a filio sed in ratione, reuelationeq; differunt. In rõne quidem intelligendi. cum enim scriptura testatur spiritumsanctum procedere, Græci vsi sunt nomine processionis iuxta similitudinem processionis in motu locali ab vno in alium: Latini vero secundum modũ processionis vnius ex alio. Et in hoc melius dixerũt latini, qm̃ processionem illam æternam comparauerunt processioni magis spirituali. Similiter scriptura dicit spiritumsanctum per spirationem procedere. cumq; duplex existat spiratio, vtpotè flatus exterioris, & amoris interioris, Græci comparauerunt processionem spiritussancti spirationi flatus exterioris, Latini autem spirationi interioris amoris, quod melius est, qm̃ similitudini spiritualiori, & similiori aptauerunt. similiter, cum scriptura dicat spiritumsanctum procedere vt nexum, & communionem, & duplex sit nexus, videlicet medium iungens vnum alteri, & extremum in quo duo iunguntur, Græci cõparauerũt processionem spiritussancti cõmunioni, ac nexui primò mõ, Latini secundo mõ. ideò spiritualiori, & similiori, qm̃ uexus ille magis similitudinem habet psonæ. Et quia Latini spũaliùs cõuenientiùsq; comparauerunt, idcirco ratione sunt eleuati, & per hoc ad intelligentiam scripturæ dispositi, atq; manifesta reuelatione edocti de processione spiritussancti. Græci vero, quia similitudines differentes, & ineptiores aptauerunt, ideò rõne depressi sunt: & non valentes intelligere spiritum a verbo procedere, neque in alium procedere ab æterno, artauerunt scripturam ad intelligendum eam de temporali processione, ideò viam reuelationis sibi clauserũt. Hæc est ergo ratio diuersitatis in huius articuli cognitione.

Cur latini fateantur spiritũsanctum a filio procedere.

Controuersia vero venit ex huius articuli professione. Professio autem huius articuli, venit ab Ecclesia latinorum ex triplici causa, videlicet ex fidei veritate, ex periculi necessitate, & ex ecclesiæ authoritate. Fides quippe dictabat hoc. Periculi quoque necessitas imminebat, ne forte aliquis hoc negaret, in quod periculum Græci inciderunt, & ecclesiæ authoritatis aderat, ideò sine mora exprimi debuit. Negatio vero huius articuli venit ex triplici causa, puta ex ignorantia, ex superbia, & ex pertinacia. quia nec scripturam intellexerunt, nec habuerunt congruam rationem, nec apertam reuelationem. Ex superbia, quia cum reputarẽt se sciolos, & vocati non fuerũt, voluerunt profiteri, quod per eos inuentũ non fuit: ex pertinacia, ne cõuincerenẽ: & ne irrationabiliter viderentur moueri, inuenerunt per se rõnes contra veritatem, & ausi sunt suam defensare sententiã, atq; authoritati Romanæ Ecclesiæ obuiare, & ideò facti sunt hæretici, quoniam negauerunt fidei veritatem: atq; schismatici, qm̃ recesserunt ab ecclesiæ vnitate. & qm̃ hęreticorũ, & schismaticorum mos est, cum se nõ possunt rõnibus cõmunire, aduersam partẽ ac cusare, ideò nos accusant, & redarguũt tanquam curiosos, & tanq̃ exeõmunicatos, & schismaticos. Curiosos, quoniã sine huius professione articuli erat salus. Quare ergo se intromiserunt Latini perquire, quod non fuit necessarium ad salutem? sed ad hoc patet responsio, quia necessarium fuit ad vitandum periculum, in quod ipsi inciderunt. Similiter dicunt nos excommunicatos quia corrumpimus symbola, in quibus per sanctos patres sub excommunicationis pœna hoc fuit prohibitum. Ad quod patet responsio per prædicta, quia non corrumpimus, sed perfecimus symbola. Nec sentẽtia illa lata est cõtra perficientes,

Græcorũ error ex qua causa processerit.

Nota hęreticorũ indolem.

Anselmꝰ. Autoritas Romanęsedis.

perficientes, sed corrumpentes. Vel dici põt, sicut dicit Anselmus, ꝙ nouum fecimus: quod vtiq; facere potuimus, quia Romana Ecclesia plenitudinem potestatis a beatissimo Petro apostolorũ principe accepit, in qua nulla patrũ sententia, nec interdictum potuit ponere, nec artare, nec ei præiudicare, nec ligare eã ad aliquid. ¶ Similiter dicunt nos schismaticos, qa a nobis diuisio facta est. cũ enim voluimus istud asserere, noluimus eos vocare. Ad quod rñde ri põt pro latinis, ꝙ eos vocare nõ fuit opportunũ, qm̃ sine eis Ecclesia potuit istud, & quia propter locorum distantiam laboriosum fuit eos vocare. Fuit quoq; infructuosum, quia in Græcis non fuit iam sapientia tanta, vt ante: imò ad latinos tranferat. Erat nihilominus periculosum, qa periculũ fuit ducere in dubiũ, quod erat ꝙ certo hẽndũ. Et sic patet, ꝙ accusationes eorum sunt friuolæ. Hæc Bonauẽt.

Tho. aqui.

¶ Insuper Thomas: Simpliciter, ait, dicendum est, ꝙ spiritussanctus procedit a filio, aliàs non esset distinctio inter filium, & spiritũsanctum. Cum enim diuinæ personæ ſm nil absolutũ distinguãtur, oportet eas ſm originis relationes esse distinctas. ideò si vnus eorum non esset ab alio, non essent distinctæ personæ, nec posset dici, ꝙ distinguerentur per diuersum modũ procedendi a patre, vt quia filius procedit per modum naturæ, spiritussanctus per modum voluntatis. Ille enim modus diuersus, aut diceret distinctionem per oppositionem relationis, & sic rediret idem, quod prius: aut diuersitatem in absolutis, & ita non essent vna essentia filius, & spiritussanctus. Hęc Thomas in Scripto. ¶ Idem affirmat in prima parte Summæ quæstione 36. vbi hanc rationem prosequitur plenius, dicens: Solis relationibus personæ diuinæ distinguũtur ab inuicẽ, relationes uero nõ possunt personas distinguere, nisi ꝓut ipsæ relationes oppositæ sunt. Nã pater habet duas relationes, quarum vna refertur ad filium, alia ad spiritumsanctum: quę cum non sint oppositæ, non constituunt duas personas, sed tantum ad vnam patris spectant personam. Si ergo in filio, & spiritussancto non essent nisi duæ relationes, quibus referrent ad patrem, illæ relationes non essent adinuicem oppositæ, sicut nec duæ relationes, quibus pater refertur ad eos, ideò sicut persona patris est vna, sic sequeretur, ꝙ persona filij, ac spiritussancti consisteret vna, habes duas relationes oppositas duabus relationibus patris. Hoc autem hæreticum est, cum tollat fidem trinitatis. In diuinis vero non possunt esse oppositæ relationes nisi originis, q̃ accipiuntur ſm principiũ, & quod est a principio. Aut ergo spũs sanctus est a filio, sicut fatemur, aut filius a spũcto, qđ nullus credit. His cõsonat rõ processionis vtriusque, quia (vt dictũ est) filius procedit a patre ꝑ modum intellectus, ut verbum, spiritussanctus aũt per modum voluntatis vt amor. Amorẽ vero oportet a verbo procedere, cũ nihil ametur nisi, qđ mentis apprehensione concipitur. Idẽ docet ordo rerũ: qm̃ nusquã inuenit, quod plura procedãt ab vno absq; ordine, nisi in his solum, quæ materialiter differunt. In cæteris est alius ordo in multitudine productorum, in quo sapiẽtia Dei relucet. Si ergo ab vna persona diuina duæ procedunt personæ, oportet inter eas aliquem ordinẽ esse. nec aliùs põt assignari, nisi ordo naturæ, quo alius est ex alio. Impossibile ergo est, filiũ, & spiritumsanctũ sic esse a patre, ꝙ vnus eorum non procedat ab alio. Vñ & Græci processionẽ spiritussancti intelligunt ordinẽ quendã habere ad filiũ, quia concedunt esse eum ſpm̃ filij, & esse a patre per filium: & quidã eorũ dicunt concedere ꝙ

Thom. contra gentil.

Ioan. 16.

Cyrillus.

Didymus.

Augusti.

Per quod distinguãtur duę origines.

2. 2.

¶ Præterea in Summa cõtra gentiles. lib. 4. 24. ca. de his scribit diffusiùs: Manifestũ est, inquiẽs, ex scripturis, ꝙ spiritussanctus procedat a filio, quia vocatus spiritus filij, & mittitur ab eodẽ: quod nõ esset, nisi esset ad ipso. Sed, & apud Iohannẽ filius ait de spiritusancto: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. ¶ Cyrillus itẽ in epistola, quã Synodus Calchedonensis recepit, ait: Spiritus veritatis nominatur, & est spũs veritatis, & profluit ab ea sicut ex Deo patre. Sic; & Didymus testatur in lib. de spũsancto, neq; quid aliud est filius, exceptis his, quæ ei dãtur a patre: nec alia est spũsancti substãtia, præter id, qđ ei datur a filio. ¶ Rursus, in determinatione quinti concilij legitur: Sequimur ꝓ omnia sanctos patres, & doctores Ecclesiæ, Athanasiũ, Hilarium, Basiliũ, Gregoriũ theologũ, & Gregorium Nyssenũ, Ambrosium, Augustinũ, Theophilũ, Ioannẽ Constãtinopolitanũ, Cyrillum, Leonẽ: & susċipimus omnia, quæ de recta fide, & hęreticorum condemnatione exposuerunt. Manifestum est autẽ ex multis autoritatibus Augustini, præsertim in li. de Trinitate, & super Ioannem, ꝙ spiritussanctus sit a filio sicut a patre.

¶ Porro, si quis dicat spiritumsanctum distingui a filio, non quia est ab ipso, sed propter diuersam originem vtriusque a patre, reddit in idem. si enim spiritussanctus est alius a filio, oportet ꝙ alia sit origo, seu processio vtriusque. Duæ autem origines non possunt distingui, nisi per terminum, vel per principium, aut subiectum, sicut origo equi differt ab origine bouis, secundum quod terminant ur ad naturas specificè distinctas. Ex parte principij, vt si eiusdẽ speciei indiuidua dicantur generari, quædã ex sola influentia cęlesti, quędam ex actiua seminis virtute. Ex parte subiecti, sicut natura per diuisionem materiæ diuersis communicatur, quæ distinctio in immaterialibus, ac diuinis locum non habet. Similiter ex parte termini, vt sic liceat loqui, non potest esse processionum in diuinis distinctio, quia eandem naturam, quam accipit filius nascendo, accipit spiritussanctus procedendo. Vtriusque ergo distinctio esse non valet, nisi ex parte principij. Principium vero originis est pater duntaxat. Si ergo, & solus pater est principium processionis spiritussancti, non erit alia processio spiritussancti a generatione filij, nec spiritussanctus distinctus erit a filio. Si vero dicatur quod differunt istæ processiones ex parte principij, inquantum pater producit filium per modum intellectus vt verbum, & spiritumsanctum per modum voluntatis tanquam amorem, contra hoc est, quòd intellectus, & voluntas in patre non differunt nisi secundum rationem, ergo duæ processiones, & duo procedentes sola ratione distinguerentur, quod est Sabellianæ impietatis. Hæc ibi, quo multa scribuntur de hac ipla materia.

Sebelliana impietas.

¶ Circa hęc loquitur Petrus: Dicendum, ꝙ spiritussanctus procedit a patre, & filio quadruplici ratione. Primò, propter filij perfectionem. Non enim patri perfectè assimilaretur in omnibus his, exceptis per quæ fit eorum personalis distinctio, inter quæ non est spiratio. Secundò, propter modum processionis: quoniam spiritussanctus procedit per modum amicitiæ liberalis, & talis amor duorum est, non tantum vnius. Tertiò, propter distinctionem eius a filio: quia personas distinguit sola oppositio relationis secundum originem. nec potest dici, ꝙ

Petrus.

Spũsanctus cur procedat a filio.

distinguant eo, q̃ vnus procedit p̃ modũ naturę,& alius per modũ amoris,qm̃ modus iste cũ dicat relationẽ eorũ ad patrẽ,distinguit eos a patre,non ab inuicem. Quartò,propter totius trinitatis æqualitatẽ, seu æqualẽ germanitatẽ,vel dilectionẽ.Hæc Petrus.

Richard. ¶Idem Richardus,q̃ hæc eadẽ parũ diffusiùs exprimit. ¶Albertus quoq; penè oĩa, quæ Thomas in tribus præallegatis scribit locis,hoc loco digessit.

Albertus.

Vdalrici. ¶Sed,& Vdalricus in Sũma sua li. 3. cõtestatur: Principium processionis spũssancti,dixerunt quidã Græcorum non esse filiũ,sed patrem tantummodo eo q̃ in canone scripturæ non inuenitur expressum nisi q̃ a patre procedit. Vnde cum uniuersaliter nõ sit audendum nobis aliquid dicere de superlubstãtiali deitate,præter ea,quæ in sacris eloquijs sunt expressa, vt S. Dionysius ait, & probatur per illud ad Galatas: Licet nos,aut Angelus de Cœlo euangelizet uobis præter id,quod euangelizauimus,anathema sit, atq; p illud Apoc. Si quis apposuerit ad hęc, apponat Deus super illum plagas. Vnde,& in Deut. Moyses iussit; Non adijcietis ad uerbum,quod loquor uobis,nec auferetis ex eo. Hinc patres in symbolo Niceni concilij, quod cantatur in missa, dixerũt solum, Qui ex patre procedit,vbi nos dicimus, qui ex patre,filioq; procedit.& anathematizarũt eũ qui aliter, quàm ibi habet, docere psumpserit. Sed hoc est ita erroneum, quod.s.spũssanctus procedat solum a patre, q̃ sapiẽtes, præcipuiq; doctores Græcorum,Chrysostomus Didymus,Cyrillus,Athanasius,dicunt contrariumNã etsi hęc verba non habẽtur in scriptura canonica,tamen sunt ibi multa, quę sensum istum importãt.Nec dici põt,q̃ filius,& spiritussanctus distinguantur tantum in modo procedendi, videlicet q̃ filius procedat per modum naturæ, spũssanctus per modũ amoris. quia hi modi nõ habent inter se oppositionem realem , quæ est per relationes,sed tantum differunt rõne.Istud ergo expressum est in scripturis, quãtum ad sensum.& hoc beatus Dionysius dicit in sacris eloquijs traditũ.Vnde 4.ca.de diuinis ait nominibus: Irrationabile est, & prauum, non veritati intentionis intendere , sed dictionibus . ¶ Porro Christus solum dixit, Qui a patre procedit: quia in patrem , tanq̃ in autorem consueuit referre,quæ sua sunt , intantũ, q̃ interdũ quodammodo negat suum esse,quod certum est esse suum. Mea,inquiens,doctrina non est mea. multo fortiùs,quãdo spiritumsanctum sic dicit eẽ a patre,quod nõ negat eũ esse a se, imò per verba æquipollentia hoc affirmat,intelligendum est eum,ideò sic esse locutũ, quia hoc ipsum habet a patre,quod spiritussanctus procedit a se, Scriptura vero prohibens aliud doceri,aliud vocat alienum a fidei veritate,puta errorem,& falsitatem. Itaq; cum ait, Qui a patre procedit, intelligitur tam immediatè quàm per filium. Vnde Hilarius 12. de Trinitate, dicit spiritumsanctum esse ex patre per filium. Hæc Vdal.

Dio. mar.

Iohan 7.

Hilarius.

Aegidius. ¶At uero Aegidius ad quæstionẽ hanc rndendo, primò recitat prefatam Thomæ,& aliorum positionem , dicentium quod ad personalem distinctionẽ filij,ac spũssancti non sufficit inter uoluntatẽ, & intellectum distinctio sola sm rõnem. quia non oportet tantam esse vnitatem in principiatis,seu originatis,ut in principio.Omnis namq; sapientia creatarũ mentium,est a Deo, similiter ois pulchritudo creatarum ab increata pulchritudine . & in rebus creatis differunt pulchritudo, ac sapientia , non tamen in Deo.Veruntamen Aegidius postea tenet positionem præfatam, quã hic sic reprobare videtur.Dein de declarat, q̃ spũssanctus procedit a filio, & quod aliter nõ posset distingui ab eo: quia pater producit filiũ sibi in cunctis simillimum,demptis his per quæ ab inuicem personaliter distingnunt, inter quæ nõ est hoc , q̃ spũssanctus procedat solũ a patre . Istud prolixè,& obscurè exponit, idcirco pertranseo .

Reprobatur græcorũ error.

Chrysost. Cyrillus. Athanas. Didymus.

Scotus. Dria græcorum, ac latinorũ.

¶Præterea Scotus in hac asserit quæstione: Differũt Græci varijs modis a latinis.Nam aliqui Græcorum dixerunt, q̃ spũssanctus procedit a patre,& filio,sicut Magister refert in litera. Aliqui verò, q̃ tantum a patre. Nam , & Damascenus in epistola quadam de trishagio loquitur, Ex patre spiritussanctus est,filij autem spiritus est,sed non ex filio.Vnde Linconiensis in fine epistolæ Damasceni ponit hãc notulam:Si duo sapientes vnius veritatis.& non vnius dictionis amatores &c.dicit ibidem non esse credẽdum, q̃ sancti doctores Græci qui canonizati sunt, vt patet distin. 12. & 16. in dictis fuerunt hæretici. nec tantus doctor, vt est Damascenus,& alij quidã. Nec putandum,q̃ nos Christiani, qui tenemus spiritumsanctum ex vtroque procedere,simus hęretici. Hinc dñs Linconiensis exponit, bene posse dici, q̃ spiritussanctus sit spiritꝰ filij, & a filio: quàmuis Græci priores fuerũt quasi sub dubio , & ante statutum ecclesiæ fassi sunt spiritumsanctum esse spiritũ filij . Veruntñ posteriores Græci plus asseruerunt,videlicet, q̃ non sit a filio, qm̃ paruus error in principijs, fit magnus in fine. Quicquid igitur ipsi dicant,tenẽdum est mõ quasi pro articulo fidei, q̃ spũssanctus procedat a filio.Quod ita probatur ; Quodcunque suppositum habet principium productiuum sufficiens, põt principio illo producere, si supposito illi aliunde nõ repugnet producere: sed talis est persona filij ad productionem spũssancti . habet namque idem principium producẽdi spiritumsanctũ, quod pater,eandem videlicet uoluntatem: nec repugnat illi principio,vt est in filio, producere spiritumsanctum.Nulli namq; supposito habẽti principium productiuum, repugnat producere illo principio, nisi præintelligatur habere productionem adæquatam illi principio,sed voluntas vt est in filio,non præintelligitur habere productionem adæquatam suæ fęcunditati . quia productio per modum intellectus, qua producit filius, prior est productione per modum voluntatis . ergo filius vna cum patre põt per voluntatẽ producere spiritumsanctum. Ad autoritatẽ Damasceni dico, q̃ si dixisset spiritumsanctum non esse a filio; postq̃ sibi innotuit Ecclesiam determinasse oppositũ,expeditum mox esset, quia argueretur tanq̃ hęreticus . Si autẽ hoc dixit ante statutũ Ecclesiæ,excusaret. quemadmodũ mõ doctores cõtradicunt sibi in materia theologiæ , & tñ vna pars est necessariè vera, nec tñ hęreseos arguũtur,quandiu Ecclesia non determinat,quid sit tenẽdum.Qui vero post determinationem Ecclesiæ scienter contrarium diceret,esset hæreticus. Hęc Scotus.

Ad Damasceni auctoritatem.

Gul. par. ¶De his Gulielmus Parrhisiensis in li.suo de Trinitate. 22. atq; 23. capitibus, scribit: Quàm bonus est Deus pater,tã bonus est filius eius.idcirco æqualiter diligendi,& mutuò æquè dilecti,ideò ante omnem creaturam ab vtroque est vnus , & idẽ emor, quo se inuicem diligũt, quantũ diligendi cõsistunt. Deniq; omne vniens alios , necessariò magis vnum est,q̃ qui vniũtur in ipso, aut per ipsum , necessariò ergo prima amicitia,qua nectunt,& se inuicẽ amãt pater,& filius,magis una est in se,q̃ ipsi amãtes,ipsi autem essentialiter vnũ sunt.hæc ergo non solum sm essentiam vna est,sed etiam inquãtum amicitia. Est ergo vna amicitia vnnsque amor inter eos , & ab ipsis: imò sit essent duo, aut plures amores indigerent

gerent alio vinculo ad suam societatem,ac vnionẽ. Itẽ eadem est bonitas patris,ac filij,quã vterq; in altero diligit. ideo de eadem bonitate est alteri in alrum dilectio. Duobus aũt ex eodem se inuicem diligentibus , necessariò etit idem amor ab eodẽ sm idem emanas.Ad istud probandum multas argumẽtationes adducit hic doctor 23.præallegari libri ca.

Antisiod. Hæc Gulielmus. ¶Antisiodorensis quoq; in Summa sua li. i. tractatu de processione spiritussancti, compendiosæ , atque idoneè arguit contra Græcos sed in præinductis sensus verborum eius expressus est.

¶Ad obiecta igit̃ rndẽdo,dicendũ quod sicut diuinus Diony.& Gregorius Nazianzenus nõ asserũt spm̃sanctũ a filio procedere,ita nec negarũt,nec dixerunt contrariũ. Vnde Alex.respondet, q̃ ita locuti sunt ad innuendũ, q̃ in patre est rõ primæ originis ac primi principij,& duplex modus emanationis.Vnus, quo generat filiũ. alius, quo producit spiritũssanctũ : Thomas vero, rndet, q̃ locutiones istæ sanctorum Dionysij, atq; Gregorij sunt simbolicæ, idcirco ex eis argumentatio non procedit, ut idem beatus ait Diony.in epistola sua ad Titũ:Symbolica, inquiẽs, theologia nõ est argumentatiua,est enim similitudo q̃tum ad aliquid, non quo ad omnia. Atq; vt addit Petrus, Similitudo est, quo ad habitudinẽ, horũ ad vnum principium, non aũt horum adinuicẽ. ¶Ad autoritates Damasceni rndet Bonauent. q̃ non ei cõsentiendum est in hac parte , qm̃ fuit tunc quando orta est ista dissensio inter latinos, ac Græcos. Attamen vt addit Bonauẽ.Damascenus loquit, cautè, qa nõ dicit q̃ spiritussanctus nõ sit a filio,sed dicit:Nõ dicimus eũ a filio,quia Græci non confitebant̃,q̃ esset a filio.nec tñ negabat hoc,sed eorũ maledicta progenies addit ad paternã dementiã,& dicit q̃ non procedit a filio nisi tpaliter.Hęc Bonauẽ.

Alexan.

Tho.aquę

Dio.mar.

Petrus.

Bonauent.

Tho.aqui. ¶Eodẽ modo rndet Thomas : Damasceno, ingens , in isto non creditur, quia fertur fuisse tunc quando incepit hæc controuersia, tamen nõ negat quin spiritussanctus sit a filio,sed dicit se non cõcedere, q̃ sit ex filio, quia adhuc apud Græcos in dubium vertebatur. Verũ vt supra est allegatũ, Damasc.in quadã epistola dicit q̃ spiritussanctus nõ sit a filio. & hoc excusat Durandus dicendo, q̃ Damascenus scripsit hoc ante determinationem,ac promulgationẽ sententiæ de processione spiritussancti ab vtroq;. Cui excusationi obuiare videtur, q̃ in prima parte Summę q̃stione 36.asserit sanctus doctor:Spm̃sanctũ nõ procedere a filio,primo introductũ fuit a Nestorianis hæreticis, ut patet in quodã symbolo Nestorianorũ, dãnato in synodo Ephesina, quem errorẽ secutus est Theodoricus Nestorianus , & plures post eos,inter quos fuit,&Damascenus. ¶Ad istud quod inductũ est de concilio, Thom.respondet in Sũma: In quolibet cõcilio institutũ est symbolum aliquod propter errorem aliquem , qui in concilio dãnabatur. ideo sequens conciliũ non composuit symbolũ aliud, sed quod in primo continebatur cõcilio,per aliqua verba adiũcta exposuit cõtra hæreses insurgentes.Hinc in determinatione Chalcedonensis symbolũ legitur, q̃ illi, qui fuerũt congregati in Constãtinopolitano concilio,doctrinã de spũsctõ tradiderunt , non q̃ minus tradita esset a pcedentibus, qui apud Niceã fuerant congregati,sed intellectũ eorũ aduersus hæreticos declarabant . Qm̃ ergo tẽpore antiquorũ conciliorũ nondũ exortus fuit error dicentiũ spm̃sctm̃ non procedere a filio, non fuit necessariũ, q̃ hoc explicitè poneretur: postea vero insurgente errore quorũdam , in quoddã concilio in occidentalibus partibus cõgregato, expressum fuit autoritate Romani pontificis, cuius autoritate etiã antiqua concilia congregabantur, & firmabantur. Tamen in hoc ipso, quod spiritussanctus dicebatur a patre procedere,continebatur implicitè,quod,& a filio esset procedens.Hęc Thomas,qui hæc eadem scribit in Summa contra gentiles. li. 4. c. 25. ¶Bonauentura demum respondet, q̃ nec in cõcilijs patrũ oĩa continentur, quæ pertinẽt ad credẽda,& ad mores. Nam in Niceno concilio,nihil habet̃ de descensu Christi ad inferos. Distinctionem quoq; Alexandri in principio responsionis ad q̃stionẽ hanc positã, dicit Bonauentura nunc exufflandã,affirmantis, spiritũsanctum eodẽ modo procedere a patre,& filio,quemadmodũ a duobus lignis vna progreditur flamma. ¶Ad cætera patet ex præinductis respõsio . Nẽpe ad illud quod q̃ritur,vnde Latini hoc habeãt, q̃ spiritussanctus ex vtroq; spiritus ,pcedit:dicendũ q̃ ex scripturis multis ritè, & catholicè intellectis , imò ex protestatione multorũ sanctissimorũ, virorũ desuper illuminatorũ . Cur aũt ipsis Græcis non fit reuelatũ,iam patuit, q̃ multi sancti eorum doctores id cognouerunt, & conscripserũt,cæteri ex sua pertinacia priuati sunt illuminatione diuina. Porro q̃ anathematis nos arguunt, iam est solutũ: quia & Romanus pontifex sufficientis fuit autoritatis hoc addere.Nec intentio patrũ fuit,prohibere declarationem additionem ex rationali causa,sed additionẽ aliquid, contrarium sapientẽ. ¶Ad alia duo dicendũ, q̃ spiritussanctus procedit ex patre,& filio,tanq̃ ex vno principio, quemadmodũ creaturæ ex tribus personis sicut ex vno creatore,inquantũ tres personæ sunt Deus vnus, & eiusdem potentiæ. Postremò spiritussanctus in filio perhibetur quescere,non quasi non procedat a filio , cũ & filius dicatur in patre, quiescere,a quo verè ,pcedit. Scriptũ est enim. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Et idẽ filius protestatur , Ego in patre,& pater in me est. Nihilominus ait: Exiui a patre. Quiescit ergo spiritussanctus, in filio, quemadmodum amor amãtis in amato, seu tanquam in obiecto,nõ veluti in subiecto. Quiescit item in filio, sm naturam eius humanã,iuxta illud: Vidi spm̃ descendendem, & manentem super eum.

Bonauent.

Cõcilia nõ omnia credenda , & facienda continent.

Contra distinctionẽ Alexandri Vnde latini tueri, queat sanctã proecessionem a filio.

Spiritu sãctus, quo quiescat in filio.

Iohan. 1. Iohan. 14. Iohan. 16.

Iohan. 1.

QVAESTIO II.

Arguitur ,p parte negatiua.

SEcundò quæritur , *An spiritussanctus distingueretur a filio , si non procederet ab eo* . ¶Videtur quòd non, quia vt dictum est,sola oppositio relatiua penes originem sumpta , est ratio distinctionis , personalis in diuinis.

In oppositum.

¶In oppositum est, q̃ filius eo ipso,quo filius, & quo per intellectũ emanat a patre, vt verbũ,distinguitur a spũsancto, ,put ille procedit a patre per voluntatẽ,ut amor spiratus, & per modũ liberalis donationis,nec reuera est filius.¶In huius q̃stionis determinatione doctores magni diuersimodè sentiũt qa ut in præcedenti patuit quæstione, Thomas, Albertus,Petrus,Vdalricus,tenet,q̃ nõ. Idẽ tenent Aegidius,Durandus,& alij multi.Verũ Hęricus,quodlibeto 5. tenet oppositũ, & consentit ei,in hoc Scotus.Porro motiua Henrici, & Scoti infra tangẽtur.

Henricus.

¶Ait ergo doctor solennis : Hic oportet intelligere primo , cũ personarũ distinctio in Deo,nõ sumatur nisi penes emanationes adintra,q̃ipsę emanationes aliter respiciũt id,a quo emanant,& aliter id,ad qđ terminant.Nã ex parte eius,a quo emanant,sufficit, q̃ in ipso sunt distinctæ rationes, atq; principia secũdum, quæ dicuntur emanare. Ex parte vero eius ad quod terminantur , requiritur illarum, diuersitas, & distinctio in esse, ut sint emanationes distinctæ. Verbi gratia,generare hominem,& depingere imagi-

imaginẽ, suã, sunt emanationes diuersæ, quæ ab eodẽ suppositο ꝓcedunt penes diuersas rõnes, & principia in ipso: quæ sunt natura, & ars. ad idem tamen terminari nõ queũt, sed necessariò ad diuersa. Trãsferendo ergo ea, quæ in creaturis uidemus, q̃tum possibile ẽ, ad diuina, cũ generatio verbi, & processio spiritus ãcti sint emanationes penitus diuersæ in Deo, q̃uis ambæ procedant ab eadẽ persona, videlicet Deo patre ſm distinctas rõnes, in ipso personaliter indistinctas, quæ sunt natura, & volũtas: tamen necessariò, requirũt verã distinctionẽ terminorum in esse per fecto emanantiũ, q̃ sunt filius, & spũssanctus. Talis aũt distinctio non põt esse nisi ſm rem aliquã in Deo, q̃ non est nisi personalis. oportet ergo, ut spũssanctus personaliter distingueretur a filio, q̃uis nõ ꝓcederet ab eo, cũ emanationes istæ nequaq̃ ad eandẽ valeant terminari personã. Sicq; oportet fateri spũmsanctũ distingui a filio, inquantũ ambo diuersimodè procedũt a patre, etiam si a filio nõ procederet. Quamuis enim ex parte principij nõ exigatur personarũ distinctio, requiritur tamẽ ex parte termini: qm̃ terminos emanationũ oportet esse perfectos in esse subsistentiæ, nõ aũt principia, sed sufficit, ꝙ sint in eodem perfecto, vt distinctæ rationes agendi. Ideo, q̃uis spiritussanctus, nõ emanaret a filio, adhuc tamen per comparationẽ ad filium distingueretur ab ipso. Si enim sic nõ distinguitur a filio, hoc est, vel quia sunt vnũ in substantia, aut tm̃ vnus in persona. non primo modo, qm̃ sic nec à patre distingueret, ergo quia essent vnus in persona. Quod sic reprobatur: Solum per id habet res essentialiter, personaliterq; distingui a quolibet alio, per quod essentialiter, & personaliter constituitur in esse. sed pater cõstituit in esse personalitatis proprietate paternitatis, & nõ alia, qm̃ cõis spiratio actiua nullius est personæ constitutiua, cum quasi sequatur personas in esse personali iam constitutas. ergo pater sola paternitate a quolibet alio distinguitur, imò & a spiritusancto distingueretur, quamuis a patre nõ procederet ipse spiritussanctus, dum tamen esset procedens a filio: sic, & spiritussanctus, quamuis non procederet, a filio, filius tamen proprietate suæ filiationis ab ipso esset distinctus. Hæc Henricus.

Scotus. Auguſt. ¶Cui cõcordans Scotus, sic arguit: Auguſt. 5. de Trinitate. Ex hoc, inquit, apparet ꝙ filius nõ sit spiritussanctus, qm̃ filius non exit a patre qũo datus, sed vt natus: spũssanctus vero exit nõ ut natus, sed vt datus. ¶Præterea, vnũquodq; eodẽ formaliter cõstituitur in esse, & distinguitur ab omni alio: quia eodẽ, quo in se est ens, est diuisum ab alijs, filius aũt non actiua spiratione, sed filiatione in esse constituit personali. ergo per illam differt ab alio omni, sed dato ꝙ spiritussanctus ab ipso nõ procederet, adhuc stat, & manet in eo, formale illud principiũ suæ distinctionis ab alijs, & sic per illud ꝑsonaliter distingueretur a spiritusancto. Itẽ, si pater per impossibile nõ spiraret, adhuc distingueret a spiritusancto: ergo, & filius. ¶Præterea emanationes per modũ naturæ, & volũtatis sunt ita distinctæ, ꝙ impossibile, & incompossibile est vnã esse aliã. si aũt emanationes sunt in cõpossibiles, nõ possunt eundẽ habere terminũ, seu ad vnũ terminari suppositũ. Et quamuis spũssanctus nõ procederet a filio, nihilominus alia esset emanatio, qua filius per modũ naturæ procedit a patre, & spiritussanctus per modũ uoluntatis ab eodẽ. Ergo, & termini processionũ istarũ, videlicet filius, & spiritussanctus, personaliter distinguerentur, quamuis vnus eorũ, non esset ab alio. ¶Amplius, si filio, non spirãte spiritumsanctum, uis generatiua in patre, & vis spiratiua in eo, non sufficerent ad agendũ realẽ distinctionẽ in emanationibus illis, ergo nec modo vis spiratiua in patre, & filio, & vis generatiua in patre, ad hoc sufficerẽt. qm̃ tãtum differt uis generatiua in patre a ui spiratiua in ipso, quantũ aui spiratiua in ipso patre, ac filio, cũ eadem sit vis spiratiua in ambobus. Ideo dico, ꝙ non sequitur formaliter, Si spiritus non est a filio, non distinguitur ab eo, quãuis hoc sequatur cõcomitanter. filius enim habet eãdem uoluntatẽ, non infœcundatã ad spirandũ, quã habet pater. ideo si filius nõ spiraret, nec pater. sicq; concomitanter sequitur, si spiritussanctus non procedit a filio, ergo non differt ab eo. quia nec esset, cũ nec a filio, neque a patre procederet. Hæc Scotus.

Durandus cõtra Henricum & Scotum. Anſelmꝰ. ¶Circa hæc multa scribit Durandus, fortiter tenens ꝙ spiritussanctus nõ posset distingui a filio nisi procederet ab eo, qa ſm Anselmũ in li. de processione ſpũssancti, In diuinis est vnitas, vbi nõ obuiat aliqua relationis oppositio. sed si spũssanctus nõ procederet a filio, nulla oppositio relationis esset inter eos. Itẽ Aug. 6. de Trinitate 2. ca. dicit, ꝙ pater non distinguitur a filio, nisi qa refert ad ipsum. ergo similiter ſpũssanctus non distingueretur, a filio, nisi referetur ad ipsum: non autẽ referretur ad filiũ, nisi ab ipso procederet, cũ in diuinis non sunt relationes reales nisi originis. Opinio quoq; aliorũ stare non valet, qm̃ diuersi modi emanandi non sufficiũt ad personalẽ productorum distinctionem: sed sicut pater est vna persona, habens duas proprietates per quas est gignens, & spirãs, sic esset tantum vna persona emanans a patre, q̃ duas haberet proprietates, & dicerelur genita, ac spirata. Vbicunq; namq; est causa formalis, atq; sufficiẽs distinctionis. ibi oportet esse distinctionem. sed plures relationes disparatæ sunt in patre, nec distinguunt ipsum in plures personas, ergo relationes disparatæ non sunt ratio sufficiens distinctionis personarũ: Si autem spiritussanctus non procederet a filio inter eos non essent relationes nisi disparatæ. ergo personaliter differre non possent, sed solũ sicut vna persona differt, a se ipsa ſm proprietates diuersas. Verũ ad hoc dicunt non oportere tantã esse distinctionem in principijs, vt in principiatis. ideo relationes disparatæ sufficiunt ad distinguendũ personas productas, & nõ ad distinguẽdũ personam producentem in duas. Hæc Durãdus, qui contra solutionem istam disceptat, & positionem suã prosequitur. ¶Richardus verò tãgit vtriusque opinionis motiua, & manet neutralis. Porro ad argumenta Henrici, & Scoti cun dicunt, Si spiritus procederet tantum a filio, nõ a patre adhuc distingueretur a patre, & rursus dato, ꝙ solum procederet a filio, adhuc manet distinctus a patre, & filio ꝓprietate personali. reſpondent. Durandus, & alij q̃dam, ꝙ suppositio illa non solum est posſibilis, sed etiam incompossibilis, & cõtradictionem includẽs. ideo mirum non esſe, si falſa, & impossibilia ex ea, sequãtur. Cum enim de ratione filij sit, esſe a patre, impossibile est aliquid procedere a filio, quod non procedat a patre saltem mediante. Conformiter cũ dicitur, dato quòd non procedat a filio &c. dicunt quòd ſuppositio ista tollit rationẽ distinctionis spiritussancti a filio, veluti si dicatur, quòd si homo nõ sit rationalis, adhuc differt a bruto. Sed contra hoc arguit Scotus: Iſta reſponsio peccat primo, eo ꝙ quædam sunt consequentiæ naturales, in quibus consequens est per ſe de intellectu antecedentis. & quædam sunt consequentiæ accidentales, quæ tenent per loca extrinseca, in quibus antecedens non poteſt esſe uerum, ſine conſequente: conſequens tamen nõ est per ſe, de intellectu antecedentis, vt quandocũq; antecedens causa est consequentis, sicut ſubiectum causa est paſsionis, & per locum à simili. Poſitio ergo poteſt includere oppoſita cõſequentia naturali, & ita nil ponit si verò ponit siue includit vnum oppoſitũ conſequentia naturali, & aliud conſequentia accidẽtali, sic aliquid ponit: & ea permiſſa concedendũ est, quod naturali cõſequẽtia ſequitur: atq; negandũ quod ſequitur conſequẽtia accidentali, cũ nõ sit per ſe de intellectu antecedentis, imò repugnat ei, vt si ponat ꝙ hõ non sit riſibilis, & arguatur. Si Socrates est hõ, est riſibilis: neganda est cõſequentia, quia deſtruit per hoc, quod conſequẽs, non includit in antecedente. Sic aũt est in ꝓpoſito. Nã ſpirituſſanctus, non est incluſus in filio, qa filius non habet ſpirationem actiuã ſimul, ita ꝙ filius, & ſpũſſanctus nõ distinguantur per relationes oppoſitas. Iſtud ꝓbat prolixè, & efficaciter, vt apparet. ¶Cũ ergo in iſta quæſtione sit tãta magnorũ doctorum diſſenſio, tantaq; difficultas, aduertẽdũ diligenter, quid de hac re ſenſit Anſelmus vir illuminatus, ſubtilis, & ſanctus. Itaq; in li. ſuo de processione ſpirituſſancti, inter cætera proteſtat: Quãuis græci negent ſpm̃ſctm̃ a filio procedere, credũt tm̃, & confitentur Deũ de Deo esſe naſcendo, vtpotè filiũ a patre, & Deũ esſe de Deo procedendo, videlicet ſpm̃ſctm̃ a patre. ſed cũ dr̃, filius est de patre, & ſpirituſſanctus est de pr̃e, inſinuatur ꝙ id, ꝙuod est filius, & quod est ſpũſſctũs, habent de pr̃e: ſed alio mõ intelligit̃ filius esſe de pr̃e, & aliter ſpũſſanctus. Filius enim est de patre ſuo, qa est pr̃ eius. Spirituſſanctus aũt nõ est de Deo pr̃e ſuo, ſed tm̃ est de Deo q̃ est pater. Ergo filius ſm quod est de Deo, dr̃ filius eius: & ille de quo est, dr̃ pater eius. ſpirituſſanctus vero nõ ſm quod est de Deo, ẽ filius eius: nec is de quo est, pater eius. Hæc itaq; ſola cauſa pluralitatis est in Deo, qm̃ his duobus modis est Deus de Deo, quod totum põt dici relatio. Nã qm̃ filius exiſtit de Deo naſcẽdo, & ſpirituſſanctus ꝓcedendo, ipſa diuerſitate natiuitatis, & proceſſionis referũtur adinuicẽ, vt diuerſi, atq; abinuicẽ alij. Filius ergo, vt interim aliã cauſam taceam, qm̃ nondũ conſtat ꝙ ſpirituſſanctus, de illo ſit, ac procedat, ideo non est ſpiri tuſſanctus, nec ſpirituſſanctus est filius: qa filius naſcendo habet esſe de patre, ſpũſſanctus verò nõ naſcendo, ſed procedendo. Supradicta itaq; relationis oppoſitio ex hoc naſcens, prædictis duobus modis, prohibet patrẽ, & filiũ, & ſpm̃ſctm̃ de ſe inuicem dici, & propria ſingulorũ alijs tribui. Quamobrẽ ſpirituſſanctus, q̃ est de patre procedendo, non est ille, q̃ est de patre naſcendo. ¶Rurſus, Anſelmus in eodẽ apertiſsimè ſcribit tractatu: Habent vtiq; a patre esſe filius, & ſpirituſſanctus, ſed mõ diuerſo: qm̃ alter naſcendo, alter procedendo, ut alij ſint per hoc adinuicem, ut est dictum. Idcirco cum naſcit̃ unus, nõ poteſt cum eo naſci ille, qui per hoc est alius ab eo: quia non ſimiliter naſcitur, ſed procedit. Nã etſi per aliud non eſſent plures filius, & ſpirituſſanctus. per hoc ſolum eſſent diuerſi, quia alter natiuitate, alter proceſſione est de patre. Hæc Anſelmus, cuius poſitio rationabilis esſe videtur. Vnde in hac parte poſitio Henrici, & Scoti plus placet. Potiſsimum verò argumentum alterius opinionis, videlicet quod in diuinis non est diſtinctio, niſi per relationis originem, Scotus ſoluit, dicẽdo: De facto relationes multiplicant trinitatem. & ſi ponatur quod ſpirituſſanctus nõ est filio, diſtinguerentur nõ per relationes, oppoſitas, ſed diſparatas. Vnde dico ꝙ ſicut hæc repletio, inquantũ hæc relatio, & non per ſuppoſitum aut fundamentum ſuum, diſtinguitur a relatione oppoſita, ita diſtinguitur ab omni relatione diſparata, per rationem ſuam formalem, ſicut albedo diſtinguitur a dulcedine, & ſapore.

Richard. ¶Hinc ait Richardus: Non est Anſelmi intentio, qui ad perſonalem diſtinctionem ſufficeret relatio nũ diſparatio, quæ eſſet inter filium, & ſpiritumſanctũ, etiam ſi ſpirituſſanctus non eſſet procedens a filio. quod ſatis expreſsè videtur ſentire Anſelmus in lib. de proceſsione ſpirituſſancti. Hæc Richardus. Dionyſi. ¶Et poteſt his ratio addi. Cum enim ſpirituſſanctus non procedat a patre, & filio, inquãtum ſunt duo, ſeu diſtincti, ſed inquantum ſunt vnum, & ſub eadẽ rõne, ſeu ſm eundem modum proceſsionis non minus diſtinguitur ſpirituſanctus a filio per hoc quod procedit a patre & filio, quàm ſi a ſolo procederet, patre, quãuis multiplicior ſit ratio diſtinctionis ſpirituſſancti a filio per hoc, quod procedit ab eo. Itaque dico cum Scoto, verum esſe ꝙ perſonarum diſtinctio in diuinis non est niſi per oppoſitas relationes originis, & hoc de facto: quia videlicet reuera sic est, ꝙ ſpirituſſanctus a patre, filioq; procedit. nihilominus, quod iam dictum est, veritatem fortitur.

Henricus. Boethius. ¶Hinc Henricus: Dictum, inquit, illud Boethij, ꝙ omnia in diuinis ſunt idẽ vbi non obuiat relationis oppoſitio, dupliciter poteſt intelligi. Primo, ꝙ illæ relationes ſibi inuicem obuiant per contrarietatẽ, ſicut paternitas, & filiatio. Secundò, illæ relationes, obuiant vnitati ſubſtantiæ non per contrarietatem ad illam, aut inuicem, ſed ſic, ut nõ ſit unitas ſola in eorum ſubſtantia, quorum ſunt illæ relationes, imò ſit in illis perſonalis diſtinctio. Primo modo obuiatio relationis, non eſt niſi ſecundum relationes contrarias, ſed ſecundo modo bene eſſet per relationes diſparatas. Hæc Henricus.

QVAESTIO. III.

Arguitur pro parte negatiua. TErtiò quæritur, *An ſpirituſſanctus procedat a patre, & filio, inquantum ſunt vnum.* ¶Videtur ꝙ non, qm̃ actio est ſuppoſiti, ergo actus ſpirandi, non cõuenit patri, ac filio, niſi vt ſunt ꝑſonæ. ſic aũt ſunt duo. Secundò, qa ſpũſſctũs procedit a pr̃e, ac filio vt nexus, & vnio, cõisq;, & mutuus amor amborũ: ſed non conuenit eis vniri, & inuicem ſe amare, niſi ut ſunt duo: ergo ſic conuenit eis ſpirare. ¶Tertiò, ſpiratio est actus perſonalis, actus vero perſonales perſonis cõuenit ſm earũ eſſe perſonale, ergo ſm eſſe diſtinctum. ¶Quartò, quia ut in litera intro ducit̃ auctoritas Aug. ſpirituſſanctus principaliùs, procedit a patre, ergo nõ ab vtroq;, ut unum ſunt.

2 3 4 Auguſt.

In oppoſitum. ¶In oppoſitũ ẽ authoritas Aug. 5. de Tri. quo docet, ꝙ pater, & filius ſunt unũ principiũ ſpũſſcti. Deniq; cũ agere ſit ꝑſonæ, vnus actus ſpirãdi nõ egreditur a duobus ſuppoſitis, niſi inquantũ ſunt unum. Rurſus, patri, & filio, cõuenit ſpirare, inquantũ eandẽ habẽt voluntatẽ, & vim ſpiratiuã, ſeu cõem notionem. ¶Ad hoc Thomas rñdet: Oĩs actus originaliter refertur ad duo, videlicet ad agẽtẽ, & ad actionis principiũ. Porrò agens est ipsũ ſuppoſitũ, principiũ verò actionis, ſeu rõ agẽdi, est aliqua forma in ipso ſubſtãtialis, vel accidẽtalis. Dico ergo qd̃ ly inquantũ põt notare conditionẽ agẽtis, vel principiũ actionis. Si dicat conditionẽ agẽtis, ſic ſpũſſctũs ꝓcedit a pr̃e, & filio, inquãtũ ſunt plures, ac diſtinctæ ꝑſonę, quia ab eis pluribꝰ, ac diſtinctis ꝓcedit. Si verò dicat cõditionẽ principij actionis, ſic ꝓcedit ab eis inquãtũ ſunt vnũ. Cũ. n. vna opatio nõ ſit niſi ab vno principio, optet esſe aliq̃ vnũ ĩ pr̃e, & filio qd̃ ſit principiũ huius actus, q̃ est ſpirare, q̃ est unus, & ſimplex: quo vna, & ſimplex perſona, videlicet ſpiri

Thomas. Omnis actus refertur ad duo.

Diony. Scotus.

tuſſanctus,

tusſctūs, ꝓducīt, ac ꝓcedit. Hęc Thomas in Scripto.

¶Prēterea in prima parte Sūmæ, qſtione 36 ar. 4. ſcribit: Pater & filius in oībus unum ſunt, in quibus inter eos relationis oppoſitio non diſtinguit. Cūq; in hoc, quod eſt eſſe principiū, ſpūſſancti, non oppo nantur relatiuè, ſequit̄, ꝙ pater, & filius ſunt unum principiū ſpirituſſancti. Et q̄uis principiū deſignet proprietatē potius, q̄ perſonā, tamen ſignificat eam per modū ſubſtātiæ; quemadmodū noīa iſta pater, filius, ēt in rebus creatis. ideo numerū accipit a forma ſignificata, ſicut, & alia ſubſtantiua. Quemadmodū ergo pater, & filius ſunt unus Deus propter vnitatē formæ, ſeu eſſentiæ ſignificatæ hoc noīe Deus, ita ſunt vnū principiū ſpirituſſancti propter ꝓprietatis vnitatē ſignificatæ noīe iſto, principiū Itaq; ſi attendat̄ virtus ſpiratiua, ſpūſſanctus procedit a patre, ac filio, inquātum ſunt unum in virtute hac ſpiratiua, quæ quodammodo deſignat diuinā naturā: nec inconueniens eſt vnam, atque eandē proprietatē in duobus eſſe ſuppoſitis, quorū eſt una natura. Iterum ſi cōſiderentur ſuppoſita ſpirationis, ſic ſpituſſanctus procedit a patre, & filio vt ſunt plures, q̄a procedit ab eis, ut amor vnitiuus amborū. Hæc in Summa. Idem in Summa li. 4 contra gentiles.

Petrus. ¶Cōcordat Petrus: Actus, inquiens, ſpirādi egreditur a patre, & filio vt ſunt vnū in potentia ſpiratiua, in qua unitate intelligitur vnitas eſſentiæ, in hoc quod dicitur potentia. & vnitas notionis, in hoc qđ dicitur ſpiratiua. In inferioribus, autē in quibus realiter differunt forma ſubſtantialis, & accidentalis, & forma communis, ac propria, unus actus cōmunis, aliquorum ſuppoſitorum eſſentialis eſt ab una forma eſſentiali communi, ut in hominibus viuere, ab anima. Actus verò cōmunis accidentalis ab una cōmuni forma accidentali, ut ſcire a ſcientia, ad quem tamē præexigitur communis forma ſubſtantialis, ui delicet una anima in ſpecie, ſeu anima rationalis, & vna potentia eius, videlicet intellectus. Porro actus proprius eſt a propria forma, ad quem præexigitur communis forma ſubſtantialis, non accidentalis. In diuinis autem eſt forma ſubſtātialis, & accidentalis, ſed eſſentialis, ac relatiua. Eſt quoq; ibi huiuſmodi forma communis, ac propria. Forma verò eſſentialis, ac relatiua differunt ibi ratione duntaxat. Forma autem relatiua communis, & propria, differunt etiā re, ſed non eſſentia. Deniq; in diuinis eſt forma eſſentialis communis tribus, ut diuina eſſentia. forma q̄ue relatiua communis duobus, ſicut vis ſpiratiua: forma etiam relatiua propria vni, atq; ad utramque præſupponitur forma eſſentialis. Et iuxta differentiā harum formarum ſunt in diuinis actus differentes. Eſt enim ibi actus eſſentialis cōmunis tribus, vt intelligere, velle. Eſt & alius actus ibi perſonalis, cōmunis duobus, ſicut ſpirare. Eſt itē ibi actus ꝓprius perſonalis, ut generare, qui ſm rationem, & modū intelligendi egreditur a paternitate. Sicq; in potentia ſpiratiua vna communi, & in potentia generatiua vna propria, cointelligitur una cōis diuina potentia, ſeu eſſentia. Vnde potentia ſpiratiua dicit eſſentiam, & notionē. & ita dicit partim quid abſolutum, & partim, quid reſpectiuum, aut relatiuum, vt dictum eſt ſupra 7. diſtin. de potentia generatiua. Quemadmodū enim potētia generatiua dicit duo, videlicet potentia, quæ eſt eſſentialis, & actum, qui eſt notionalis, vnde dicit quid eſſentiale tractum, ad ſignificationem perſonalem, ita potentia ſpiratiua. Hæc Petrus. Veruntamen de hoc arbitror ſentiendum, prout ſupra 7. ſcripſi diſtinctione.

Dio. Car. Richard. ¶Circa hæc ait Richar. Spūſſanctus ꝓcedit a pr̄e & filio, inquātū plures ſunt in perſonis, & vnum in potētia ſpiratiua, q̄a potētia ſpiratiua q̄tum ad modū eſſendi, neceſſariū ad hoc, ut per eā ſit actus ſpirandi, de neceſſitate præſupponit, quo ad modum intelligendi, cōceptionē verbi a patre. Hinc talis diſtinctio de neceſſitate requiritur ad actū ſpirandi. Rurſus, cū ſpūſſanctus procedat a patre, & filio vna ſpiratione, & unā operationē eſſe oporteat ab una potētia, oportet ut in patre, & filio ſit una potentia ſpiratiua, per quā ſint unū principiū ſpūſſancti, non duo principia. Hinc Gregorius 10. extra de Summa Trinitate, & fide catholica: Fatemur, ꝙ ſpūſſanctus, æternaliter ex patre, & filio non tanq̄, ex duobus principijs, ſed tanq̄ ex uno principio, non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit. Porrò qui dicunt ꝙ pater poſſet ſpirare, q̄uis non generaret, q̄uis concedant ꝙ ſpirituſſanctus procedit a patre, & filio, qui plures ſunt in perſona, & unū in potentia ſpiratiua: attamē negant, ꝙ ſpūſſanctus procedit a patre, & filio, inquantū ſunt plures in perſonis & in ſpiratiua potentia vnū. Quicquid verò ſit de hoc, cōſtat ꝙ formaliùs (ut ſic loquar) procedat ab eis, ut ſunt unum in potētia ſpiratiua, q̄ inquantum ſunt plures in perſona. Præterea ſi quæratur, an potentia ſpiratiua dicat quid vel ad aliquid, reſpōdendum, quod ſicut potentia generatiua dicit diuinam naturam cū modo habendi eā non ab alio, & ita cū proprietate innaſcibilitatis, in qua includitur primitas ad actum gignendi, ſi potētia ſpiratiua dicit uoluntatem diuinam, cum modo habendi eā non ab alio per ſpirirationem, & ita cum ratione inſpirabilitatis, in qua includitur primitas ad actū ſpirationis. Sicq; potentia ſpiratiua dicit quid, & ad aliquid ſimul, fòrmaliùs tamen ad aliquid, quia forma liùs nominare uidetur modū habendi uoluntatem diuinam, quàm ipſam uoluntatem. Hæc Richardus.

Bonauent. ¶Bonauētura, quoq; his cōſonas, ait: Spirituſſanctus procedit a patre, & filio, inquantū ſunt unū in fœcunditate uoluntatis. Vna quippe eſt in patre, filioq; fœcunditas voluntatis, ſicut & una uoluntas, cū ſint vnū ſubſtātia. Et iſta fœcundiias cōuenit eis, q̄a vterq; eſt improceſſibilis. Innaceſſibilitas enim, q̄ idē eſt in patre, quod primitas, & primū, & principiū, idē ſunt: & rō primitatis, eſt rō principiandi ſiue fœcunditatis. Qm̄ ergo pater prior eſt omni emanatione, ſ. proceſſione, & generatione, q̄a nō generat̄, neq; procedit: idcirco vtroq; mō principiū eſt. Et qm̄ filius prior eſt emanatione proceſsionis, non gnationis, idcirco principiū eſt ſpirādi, non generādi. Quia verò ſpūſſctūs neutro mō ſe habet, neutro mō principiū eſt. Hinc q̄uis ſpūſſanctus à duobus ꝓcedit, q̄a tn̄ procedit ab eis nō ut ſunt differētes, ſed vt in eis, eſt fœcunditas voluntatis, procedit ab eis, vt unū ſunt. Pr̄ nanq;, & filius nō ſpirāt inquantū pr̄ & filius, ſed ſm, quod uoluntatis fœcunditas eſt in eis. Cū ergo inquiritur, ſi procedit ab eis inquantū vnū ſunt, aut ergo inquātū unū ſunt in ſubſtātia, aut in notione, aut in perſona. Dicēdū, ꝙ inquantū unū ſunt in fœcūditate uoluntatis, ꝓut illa volūtas tracta eſt ad notionē per fœcunditatē, q̄ fœcūditas cū rōne primitatis ſignificat̄ ꝓ hoc quod eſt improceſſibilis. Et hoc eſt quod in li. de proceſsione ſpūſſancti dicit Anſelmus, ꝙ pater, & filius ſpirant, ſm quod uterq; eſt idem Deus, nō ſm quod Deus ſimpliciter. ſed ſecundum quod deitas in utroque, hoc eſt cōſiderare uoluntatem in perſonis. Si igitur quæras, an ſpirant inquantum unum in ſubſtātia, aut notione, aut perſona, reſponderi poteſt dupliciter, ſm duas opiniones. Nam aliqui dicunt quod potentia generandi

Solutio q̄ſtionis quæritur. quid ſit ſpiratiua potētia, & an ſit abſolutum an reſpectiuū.

Gregorius.

Potentia ſpiratiua quid dicat

Anſelm.

rādi nō differt a generatione, ſeu paternitate, niſi in mō loquendi, & ita dicit notionē, uidelicet perſona lē proprietatē, vt gñatio licēt alio mō. Similiter iſti dicūt quod fœcūditas voluntatis, ſeu vis ſpiratiua dicit eādē notionē, quā ſpiratio. q̄uis alio mō: quia vis ſpiratiua in rōne aptitudinis, ſpiratio in ratione actus. Et ita ſm hos pater, & filius ſpirant, inquantū ſunt unū notione. Alij dicunt ꝙ ſicut potentia generandi, dicit naturā in perſona, & ita eſſentiā perſonaliter, ſic vis ſpiratiua dicit voluntatē, ut voluntas, in perſonis quibuſdam fœcunda eſt. Sicq; pater, & filius ſpirant, inquantū unum in eſſentia, ſeu natura aut voluntate, vt dicatur magis propriè voluntate conſiderata in perſonis. Quælibet harum poſitionū ſatis probabilis mihi videtur. Hæc Bonauent.

Albertus. ¶Albertus, quoq; hic proteſtat̄, ꝙ pater, & filius, ſpirāt ſpūſctm̄, inquātum ſunt vnū in virtute ſpirali ſeu ſpiratiua, q̄ virtus ſm eū eſt media. i. medio mō ſe hēt inter eſſentiā purè (.i. penitus) abſolutè acceptam, & inter perſonā purè relatiuè ſumptam, prout ſupra 7. diſtinc. dixit, potentiā generatiuā dicere aliquid abſolutū, & aliquid relatiuuū. Atque ut addit, uis generatiua, & ſpiratiua differunt ſm compa rationem ad actus, quia ſic differunt, quemadmodū ſpirare, & generare. Si autem accipiantur in ſua radice, non differunt re, ſed ratione: qnoniā generatiua radicatur in radice. i. in eſſentia, vt eſt natura: ſpiratiua vero fundatur in ea ſm quod eſt voluntas nō quidem comparata ad extra, vt ad creatum, ſed vt voluntas amoris communicandi tantum bonū, quantum eſt ipſe communicans. Hæc Albertus.

Vdalric. Aegidius. ¶Vdalricus, demū, his q̄ a Thoma, & Alberto dicta ſunt, prorſus cōcordat. ¶Aegidius tn̄ circa hoc cauillationē inducit, affirmās autores poſitionis p̄tactæ, qua dictū eſt, patrē, & filiū eſſe principiū ſpūſſcti, inquātū vnū, ſunt in virtute ſpiratiua, non autē in perſona, ignorare vim verbi: quia vt ait: Aegidius, reduplicatio ſolum eſt conditio prædicati.

Dion contra Aegidium. ¶Quę cauillatio eſt infirma, quia reduplicatio cadere poteſt ſuper ſubiectum, ꝓut reſpicit prædicatum, vt triangulus habet tres angulos, inquantum triangulus, imò cadere poteſt ſuper ſubiectum ſecundum ſe, vt cum dicitur, homo viator, inquantum talis, & beatitudinis rationis ve particeps.

Quæ natura reduplicationis.

Pater, & filius, quadrupliciter vniuntur.

¶Inſuper ſcribit Aegidius: Ex hoc quod pater, & filius ſpirāt ſpūſanctum, ſequit̄ eos quadrupliciter eſſe vnitos. Primo, in amore ſpiratio, q̄ eſt amor vnitiuus amborū. Secundò, in actu ſpirādi, qm̄ ſimplex ille amor ſpiratus vnico actu ſpiratiuo producitur. Tertiò in cōmuni notione, quēadmodū enim pater rōne generationis refertur ad filiū relatione paternitatis, ſic pater & filius rōne ſpirationis referūtur ad ſpūſanctum relatione, q̄ vocatur cōmunis ſpiratio, ac notio; Quartò, in vna & eadem ſpiratiua, & in hac conuenire, communicare, & unū eſſe ferūtur, inquātum producunt ſpiritūſanctū. ¶Cōſequēter Aegidius ſoluendo quæſtionē, qua quæritur, an virtus ſpiratiua dicat, quid vel ad aliquid reprehendit prædictā reſponſionem Thomę, Alberti, Vdalrici, Petri, Richardi, aſſerens inter abſolutum, & reſpectiuū nil medium eſſe, & ipſam potētiam ſpiratiuā quemadmodū, & potentiam generatiuā, eſſe quid purè abſolutum. Quo conceſſo, ſequeretur, potentiā generatiuam eſſe in filio, ac ſpirituſancto, cuius contrarium ſupra diſt. 7. eſt probatū. Veruntamen ſicut ibidem, tanquam probabiliùs tenui, potentiam generatiuam eſſe ſimpliciter quid relatiuum, eo quòd complexum hoc potentia generatiua, accipiatur pro nomine uno, & incomplexo, ita & de potentia ſpiratiua arbitror ſentiendum.

Dio. Ric.

¶Inſuper circa hęc loquitur Alexāder, ꝙ pater & filius ſpirant ſpūſanctum, nec ſolum ex hoc ꝙ ſunt vnū, nec ſolum ex eo ꝙ ſunt differentes, ſed ex hoc, ꝙ differentes, ſunt vnū. Ex eo enim (vt dicit Auguſtinus) quod vnus eſt, diligens eum, qui de ipſo eſt, & vnus eſt diligens, eū a quo eſt, & etiā quia vterque eſt Deus, neceſſe eſt ponere tertiū, vtpotè amorē ex vtroq; procedentē. Deinde Alexander ex verbis Richardi de ſancto Victore in li. ſuo de Trinitate declarat, ꝙ ſummus, & pfectiſsimus amor in diuinis, fuerit cauſa, ſeu ratio tā generationis æternæ, q̄ ſpirationis internæ. quia amor huiuſmodi plenisſimā, cōicationem requirit, exigitq; dilectum, & condilectum. Sed iſtud tactū eſt ſupra, nec amor eſt formalis rō productionis filij, qui naturaliter, intellectuali terq; procedit a patre. Amor vero eſt velut inclinatiuum principiū communicationis ad intra, imò, & ad extra, iuxta quod diuinus Diony. faſſus eſt, quod amor Dei, non reliquit Deum ſine germine eſſe.

Alexand. Auguſt. Dio. Ric.

¶Circa hæc Scotus declarat tria. Primū, quod pater & filius ſunt vnū principiū ſpirandi ſpiritumſctm̄. Secundū, vtrum vnitas principij ſit immediatior rō in productione ſpirituſſancti, q̄ diſtinctio aliqua. Tertiū, an cōcedendum ſit cū reduplicatione, ꝙ pater, & filius inquantum vnum ſpirāt ſpūſanctum. In declaratione primi, ac tertij ſatis concordat præhabitis, ſiquidē ad quæſtionem, qua quæritur an volūtas in diuinis ut voluntas ſit ſufficiens principiū ſpirādi ſpūſanctum, rñdet: Si potentia dicatur forma ſuperquam fundatur relatio potētiæ, ſic verū eſt, ꝙ voluntas eſt potentia ſpirādi ſpirituſſanctum. Si verò loquimur de potētia proxima ſpirationis, ſic voluntas abſolutè non eſt potentia ſpirandi ſpirituſſanctum: ſed ſicut in creaturis potentia proxima dicitur, quando impedimentū excluditur, eſtq; approximatio apta paſſi, ſic volūtas diuina ut eſt cum cōuenientia agentis ſuppoſiti, eſt proximum ſpirationis principiū. De ſecundo refert: Dicunt aliqui primò intelliguntur in diuinis duo ſuppoſita: ſecūdò, voluntas in eis: tertiò, ut volūtas habet concordiā duorū concordātium in voluntate. Concordia autē requirit diſtinctionē. Idcirco concordia hæc neceſſariò exigitur ad ſpirādum ſpūſctm̄. ſicq; eſt ibi diſtinctio aliqua, ut voluntas ſpiret ſpūſanctum, quia fœcunda concordia. Sic autē non eſt de ſapiētia, quia ſapiētia perfectè poteſt intelligi in vno ſuppoſito: ſed voluntas perfectè fœcunda, & concors nō eſt, niſi in duobus ſuppoſitis: quod probant per Richardū, in libro ſuo de Trin. dicentē: Plenitudo ſapientię eſt in vna perſona, non autē plenitudo voluntatis, ſeu concordiæ. Et rurſus: Amor non eſt iucūdiſsimus, niſi tranſeat ab uno in aliū. Et multa dicuntur ibi à Richardo, pro iſta opinione, ut ꝙ ſummè diligenti, non ſufficit niſi ſummè dilectus redili gens. Cū ergo ſpiratio cōſiſtat in mutuo amore, ſequitur, ꝙ ſpirēt vt diſtincta non ſolū ſuppoſita, ſed etiā quia uoluntas nō eſt fœcunda niſi ut concors, & ibi connotat̄ diſtinctio in ui concordandi. Hæc Scotus. Qui q̄uis pluraliter recitet, ſpecialiter tamē notat doctorē ſolēnē, cuius eſt prefacta poſitio, cōtra quā multipliciter Scotus arguit, inter cætera dicens: Aug. dicit, ꝙ pater, & filius ſunt unū principiū ſpirandi ſpūſanctū; cuius dictū authenticū eſt, qm̄ ponitur in decre, uidelicet de fide catholica c. firmiter credimus. Similiter in concilio Lugdunenſi. ¶Prætērea ſi amore mutuo, quo pater, & filius ſe diligūt, ꝓduceretur ſpūſſanctus, tunc ſpūſſanctus nō eſſet ſpūſſanctus, quod ita probatur: Quandocunq; in aliquo

Scotus cōtra Henricum. Aug. Richard.

in aliquo supposito, aut suppositis, est perfectũ principiũ producendi cõueniens actioni, in illo instanti possunt producere per illud principiũ: sed in eo instanti, in quo pater, & filius habent voluntatẽ, & diuinã essentiam huic voluntati præsentẽ, tũc est principiũ perfectũ producendi amorẽ infinitum, etiam in suppositis cõuenientibus actioni: Tunc enim habent principiũ sufficiens, ad producendũ amorem adæquatũ essentiæ: ergo in eo signo, in quo habent voluntatẽ, cui per intellectũ repræsentat diuina essentia, habẽt totũ quod requiritur ad productionẽ spiritussancti, q̃ est amor infinitus: sed in isto signo, adhuc non intelligitur filius amare patrẽ, nec econtrario, sed tantũ diuinam essentiã voluntati præsentatã. ergo si spiritussanctus produceretur actu amoris, quo mutuo se diligũt spũssanctus, esset ante spiritũsanctum. Et confirmat hæc rõ: Ante repræsentationẽ talis mutui amoris, est essentia repræsentans, vt obiectum, indifferens ad tres: & sicut essentia est diuino intellectui ratio, atq; principiũ intelligendi omnia, sic est obiectum voluntatis, & rõ amãdi omne amabile. In isto instãti seu signo, qm̃ amant antequam amatur, vt in patre, aut filio, quia relationes formaliter non dicunt perfectiones, non sunt ratio amandi. Ex quo ergo ibi est actus amandi infinitus, & à principio infinito, actus quoq; perfectissimus, producetur amor adæquatus, qui ẽ spiritussanctus, nõ ergo per mutuum illum amorem, aut per repræsentationem amoris producitur spiritussanctus.

Dio. Ric. ¶Multa huiusmodi Scotus inducit. verũ in hac materia de superbeatissima Trinitate, & mõ emanationis ad intra, nimiũ velle profundare cõsideratione, videtur incautũ, & periculosum, cũ dicat scriptura: Qui scrutator est maiestatis, opprimet à gloria. Et, Si bestia tetigerit montẽ, lapidabitur. Veruntamen dictũ illud Henrici videtur subtile & verax, nec tantum Richardo, sed irrefragabili quoq; doctori, ac alijs magnis doctoribus consonũ, imò & specialiter viro desuper vncto, q̃uis idiotæ, & illiterato, sed diuinitus erudito, Iohanni Ruysbroech, qui in libris suis frequenter loquitur iuxta modum illũ Henrici. Porro argumenta hæc Scoti, q̃tumcapio, debilia sunt, & inconsiderato fundamento, ac medio innituntur. Sic quippe assumit: Quandocunque est principiũ perfectũ producendi &c. Quo circa videtur dicendũ, q̃ sicut pater æternus producit vnigenitum filium suũ intelligendo, seipsum, propriamq; essentiam, non tantũ nec nudè, vt est essentia sua seu ipsemet Deus pater intelligens, sed etiã vt est exemplar, idea seu rõ omnium creabilium, & creatorũ, omniumq; verorum, & entiũ, propter q̃d vnigenitus Dei verbũ æternum per appropriationẽ quandam appellatur mundus archetypus, ars rõnibus plena, exemplar, species, ratio, & idea vniuersorũ, vtpotè in quo cũcta relucent. Sic pater æternus, & vnigenitus filius eius producunt spm̃sanctum, amando diuinam essentiam non nudè nec tantũ ut est diuina essentia, sed etiam vt est ipse pater amans, & filius ipse amatus, & ratio amandi quodcunque, amabile. ideo adorandus, & supergloriosus spũssanctus e amor fontalis, origo, causa, & rõ omnis amoris, sicq; pater, & filius spirant spm̃sctm, non solum vt amantes amore essentiali, primo aut simplici, sed item ut mutuo se amantes, atq; concordi voluntate spirantes. Deniq;, quantumcunq; imbecillitas humani ingenij diuina, & supere essentialia in sua simplicitate, puritate, & æternitate capere nõ valentis, imaginet in Deo, ac superalissima Trinitate diuersa signa sine instantia prioritatis, & posterioritatis, vbi reuera, & ex natura rei nihil prius aut posterius sed superpura, ac infinita simplicitas, ac superperfecta æternitas, idcirco ex infirma imaginatione humana, nõ sequit̃ in Deo supersubstãtiali vno, ac trino, aliquid esse prius siue posterius. Hinc una, & eadẽ indiuisibili, & inuariabili, repñtatione æterna, re præsentat̃ diuina essentia voluntati patris, ac filij, & vt diuina essentia, & vt realiter ipse p̃, & vt realiter filius, & vt causa, aut rõ oĩs amabilis, ac amabilitatis. sicq; pater, & filius, nolunt, ac diligũt eã, & ipsa volitione quomodolibet, omniformiterq; perfecta producunt spm̃sanctum, intuendo, volendo, complacentialiterq;, & mutuo diligendo seipsos, & omne quod diligunt. Relationes in diuinis sunt ratio diligẽdi. ¶Præterea quod Scotus ait, q̃ relationes in diuinis non sunt rõ diligendi, quia nõ dicunt perfectiones: & q̃ essentia in diuinis non amatur vt in patre, & filio propter relationem subintellectã, nonne facillimè exuflatur? Nonne Deus pater diligit filium suũ, quia filius eius est? filius quoq; patrem, quoniam pater suus est? Nonne relationes ipsæ sunt subsistẽtes personæ, imò & ipsa diuina essentia, quæ est perfectio infinita? Nonne infinitæ dignitatis, & gloriæ est, esse vnigenitum patris æterni, & patri esse æqualem? itemq; habere filium Deũ infinitæ perfectum, ac supersapientem? Nonne similitudo causa, aut ratio est amoris, quæ tamẽ relatio perhibetur? Hęc intantum tetigisse sufficiat, quæ tamen copiosè, ac euidenter queunt probari ex dictis in decima distinctione, vbi allegata sunt verba sancti Hieronymi asserentis: Spiritussanctus est amor Hiero ny. patris in filiũ, & filij in patrem. verba quoq; Augustini, dicentis: Spũsctũs charitas est, amborũ nexus, vnio, vinculũ pacis patris, ac filij, ex q̃bus habetur propositũ. Sed & multa similia ibi sunt, sicut illud quod ait Petrus: Pater & filius non solum sunt vnũ in natura, & naturali voluntate, sed etiam in amicitia, voluntateq; liberali &c. & hoc dupliciter, vtpotè amore vnius in alterum, & ipso amore spirato. Petrus.

¶Amplius circa hæc dicit Durandus: Omnis vera reduplicatio dicit causam inhærentiæ prædicati, cum subiecto, ut cum dicitur: Ignis inquantũ calidus, calefacit. & inquantũ leuis, ascendit. ideo verũ, est q̃ pater, & filius spirant, inquantum sunt unum in virtute spiratiua. quia principiũ, quo agens agit, est ei ratio cur actio conuenit sibi. hoc autẽ principium est vis spiratiua in patre, ac filio. Si verò reduplicatio notet cõditionem agentis suppositi, sic pater, & filius spirant, inquantum sunt plures propter realem suppositorum pluralitatem, s̃m quosdam, vt dictũ supra est. Hæc Durandus: Qui positionem suam benè declarat, ex qua etiã patet veritas eorũ, quæ in hac quæstione contra Aegidium sunt inducta. Argumentorum quoq; solutio patet ex dictis. Durand⁹. Vnde soluuntur argumenta.

QVAESTIO IIII.

QVartò quæritur, *An pater, & filius sit vnus spirator spiritussancti.* Videtur q̃ sic, q̃a sunt unus creator rerum, ergo, & vnus spirator. Secundò, sunt vnum principiũ spiritussancti, ergo & vnus ipsius spirator. ¶Tertiò, quia uno actu spirandi, & vna uis spiratiua producunt spm̃sanctum, ut in præcedenti patuit quæstione. ergo sunt vnus spirator. Arguitur prim opro parte affirmatiua. ¶In contrarium arguitur, quia eadem ratione essent vnus spirans quod non conceditur. In oppositum.

¶Ad hoc rñdet Vdalricus in Sũma sua li. 3. Qm̃ actus spirãdi distinctorẽ est suppositorũ, iõ q̃tũcunq; significet p̃ modũ actus, siue hoc sit p̃ verbũ, siue p̃ participiũ, siue per nomẽ verbale. sp̃ dẽt dici de eis in plurali: qm̃ actus, sicut & oẽ accidẽs, numerũ, accidit à suppositis, ẽt si act⁹ ille i se vnus sit. Ait enim Vdalri.

saluator: Ego & pater vnum sumus. Idcirco dicendum est, pater & filius spirant, non spirat. Itemque, Pater, & filius sunt spirantes, & spiratores, non spirans neque spirator. Hæc Vdalricus; Iohan. 10.

Albertus. ¶Idẽ videtur sentire Albertus, dicens in solutione argumenti cniusdã: Pater & filius non sunt vnus spirans, q̃a ad pluralitatem suppositorũ sequitur pluralitas actuũ etiã in diuinis, saltẽ, quo ad modũ exprimendi. Propter quod nõ dicitur, Ego & pater vnum sum: sed, vnũ sumus. Attamen vnum sunt in spirando, qm̃ spirãs actum dicit suppositorũ: & nõ dicit ita principaliter cõparationẽ ad spiratum, vel ad vim spiratiuã in patre, & filio, sunt tamen vnum principiũ spũssancti, quia principium nominat notionem secundum cõparationem ad personam spiratã, & in comparatione ad spiratiuam virtutem. Dico quoq; q̃ pater, & filius non sunt vnus, qui sit principium spiritussancti, nec vnus spirans, quia ly vnus adiectiuũ esset, aut substantiuum, & in vtroq; sensu falsa esset locutio: quia sic vnus semper diceret vnitatem personæ spirantis. Hæc Albertus.

Tho. aq. ¶Idem videtur sentire Thomas, in Scripto, dicẽs: Actus recipit numerũ à suppositis. Vnde & verbũ significans substantiã per modũ actus, dr̃ de pluribus personis pluraliter, quãuis sit una essentia. Porrò actus significatur tã in verbo, q̃ in participio, ac noĩe verbali, quãuis participiũ plus accedat ad substantiam q̃ verbũ, & nomẽ verbale plus, quã participiũ. Idcirco nõ possumus dicere, Pater & filius spirat, vel sunt spirans, siue q̃ sint spirator, sed quod spirant, sintq; spirantes, ac spiratores. Quãuis ergo actus spirandi sit vnus, tamen dũ significat̃ vt actus à pluribus personis egrediens, oportet vt significeẽ pluraliter, qm̃ à suppositis numerum trahit. Denique creatio est actus trium personarum, non secundũ quod distinctæ sunt, sed prout in essentia vniuntur, qm̃ etiam per intellectum remota distinctione personarũ, adhuc manet creatio, ideo dicimus, q̃ pater & filius, & spiritussanctus sunt vnus creator, quamuis non dicamus, quod sunt vnus creans, q̃a nomen verbale plus, q̃ participium recedit ab actu id est, à significatione per modũ actus. Spiratio autem est actus conueniens pluribus personis aliquo modo, prout distinguuntur s̃m sensum præhabitũ. ideo etiam in nomine verbali oportet, quòd actus pluraliter designetur. Hæc Thomas in Scripto, ex quibus habetur ad argumenta solutio.

Dio Car. ¶Veruntamẽ idem doctor in prima parte Sũmæ suæ quæstione 36. ar. 4. ad 7. ar. in solutione argũmẽti ultimi loquit̃: Quidã dicunt, q̃ pater, & filius, quãuis sint vnum principiũ spũssancti, sunt tñ duo spiratores propter suppositorũ distinctionem, sicut sunt duo spirantes: non tamen sunt duo creatores, quia spũssanctus procedit à patre, & filio, prout aliquo mõ sunt distinctæ personæ, nõ autẽ creaturæ p̃cedũt à tribus personis, p̃ut sunt distinctæ, sed prout sunt in essentia vnũ. Veruntamẽ meliùs dicendũ videtur, q̃ quia spirãs adiectiuũ est, & spirator substãtiuũ, possumus dicere, q̃ pater, & filius sunt duo spirantes, propter pluralitatẽ suppositorũ, non autẽ duo spiratores, propter vnã spirationẽ. Adiectiua etenim nomina sortiuntur numerum secundũ suppositа: substantiua verò à seipsis secundum formã signatam. Et si obijciatur illud Hilarij. 2. de Trinitate, Spiritussanctus a patre, & filio auctoribus confitendus est; dicendum quòd ponit substantiuũ pro adiectiuo, ¶Porrò dum pater, & filius dicuntur vnum principium spiritussancti, principium non supponit pro vna persona tantum, sed indistinctè pro duabus. Hæc Thomas in Summa. Adiectiua & substan non ab eo dẽ numerum sortiuntur.

¶Huic rñsioni concordat Scotus, dicendo: Pater, & filius sunt vnus spirator, quia nomen verbale videtur significare agẽdi principiũ sub ratione, qua concernit suppositum, vt lector: participium verò, vt legens, designãt in fieri. Lectio autem actionem illam significat. Vnde nomẽ verbale significat principium agendi per modum quietis, prout natũ est denominare suppositum; & quoniã vna est vis spiratiua in duobus suppositis, vt nata est dici de illis. ideo dicuntur vnus spirator, quia spirator importat vim spiratiuam, vt in supposito per modũ quietis. Hæc Scotus. ¶Richardus recitat vtramq; opinionem cum suis motiuis, nec declinat ad aliquã; magis tamen approbare videtur quòd pater, & filius dicantur vnus spirator. Ad quod allegat quod dicitur in commento super 24. propositionem de maximis theologiæ: Non est concedendum, patrem, & filium esse principia spiritussancti, sed principium. nec spiratores spiritussancti, sed potius spirantes spiritumsanctum. Scotus. Nota da noĩe verbali ac participio. Richard.

¶Aegidius verò tenet, q̃ pater, & filius dici debeãt spiratores, non spirator spirituss̃anc ti, & ait: Sicut tres personæ creant non in eo, quod plures, sed in eo, quod vniũtur in aliquo absolutè, puta in deitate: sic pater & filius spirant nõ in eo, quod plures, sed in eo, quod in absoluto aliquo vniunt; quod est deitas ipsa, diuersimodè tamẽ. deitas namq; in qua vniuntur, creat, nõ spirat: ideo dici non possunt tres creatores, cum vna sit deitas creans, sed pater & filius dici queunt duo spiratores, quoniam deitas ipsa non spirat, sed personæ. Hæc Aegidius. Aegidius.

¶In cuius opinione ineptè dictũ videt̃, quod p̃, & filius spirãt̃ secũdũ quod vniunt̃, seu vnum sunt in aliquo absoluto, puta in deitate, cum iã secundũ omnes prællegatos doctores inductũ sit, q̃ spirant secundũ, quod unũ sunt in vi spiratiua: quod & ipse Aegidius in alia q̃stione fatet, sicut in q̃stione claruit præcedẽti. Deniq; si patri, & filio, cõpetit spirare, inquãtũ sunt vnũ in deitate, cõueniret, & spũsancto, cũ & in ipso sit deitas vera. Nec Anselmus vult dicere, q̃ deitas sit formalis, & proxima rõ spirationis. Cum ergo, & iste Aegidius alibi dicat, q̃ pater, & filius spirãt in eo, q̃ vnum sunt in vi spiratiua, fit cõsequens ex verbis eius, q̃ pater, & filius sint vnus spirator, præsertim cũ, & vis spiratiua spiret saltem tãquam principiũ, quo spirandi, seu formalis ratio spirationis, & vna permaneat. Vnde & verius reor, q̃ pater, & filius sint vnus spirator spiritussancti. Dio Ric.

A *Vtrum Spiritussanctus priùs, vel pleniùs procedat à patre, quàm à filio. Distinctio XII.*

Argumentatio hæretici. ITem quæritur, cũ spũssanctus à patre procedat, & à filio, vtrũ prius vel magis processerit à parre, q̃ à filio: quod nititur hæreticus oñdere, ita dicens; Si processit spũssanctus a patre, processit vtiq;, aut nato iã filio, aut non nato iam filio. Si verò iam nato filio processit, ante natus est filius, q̃ processit spiritussanctus. præcesit ergo natiuitas filii processionem spiritussancti. Si autem

tem processit à patre non genito filio, ante processit, quàm filius genitus fuerit.

B *Responsio Augustini ad id quod primò quærebatur, scilicet an prius à patre, quam à filio processerit.*

Auguſt. cap. 26. 8. His, & huiusmodi q̃stionibus magis, laboriosis, q̃ fructuosis, respondet Augustinus in decimoquinto libro de Trinitate, dicẽs: In illa summa Trinitate, q̃ Deus est, interualla temporũ nulla sunt, per quæ possit ostẽdi, aut saltem requiri: utrum prius de patre natus sit filius, & postea de ambobus processerit spiritussanctus. Nunquid ergo possumus quærere, vtrum iam processerat de patre spiritussanctus, quando natus est filius: an nondum processerat, & illo nato de utroque processit? Non possunt prorsus ibi ista quæri, ubi nihil ex tempore inchoatur, ut * ex consequenti perficiatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempore generationem filij de patre, intelligat sine tempore processionem spiritussancti de utroque. Ecce his verbis absoluta est quæstio illa, qua quærebatur, vtrum prius processerit spiritussanctus à patre, quàm à filio.

alij nõ habent, ex

C *Hic agitur de eo, quod secundo quærebatur, scilicet an plenius, vel magis processerit à patre, quàm à filio.*

Nunc tractandum est quod secundo quęrebatur, scilicet an pleniùs, aut magis procedat spiritussanctus à patre, quàm à filio. Ad quod dicimus, quia sicut non ante procedit à patre, q̃ à filio, ita non pleniùs uel magis procedit à patre, q̃ à filio. Augustinus tamen in decimoquinto libro de Trinitate, dicit q̃ spiritussanctus principaliter procedit, de patre. Non frustra, inquit, in hac Trinitate non dicitur verbum Dei nisi filius, nec donum Dei nisi spiritussanctus: nec de quo genitum est verbum, & de quo procedit spiritussanctus principaliter, nisi Deus pater. Ecce, audistis, quia spiritussanctus principaliter procedit à patre. Sed ne te hoc turbaret, ipse cõtinuo ex quo sensu hoc dixerit, aperit, subdẽs: Ideo addidi principaliter, ga & de filio spiritussanctus procedere reperitur: sed hoc quoque illi pater dedit non iam existenti, & nondum habenti, sed quicquid vnigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, vt etiam de illo donum commune procederet, & spiritussanctus spiritus esset amborum. Ecce, exposuit ipsemet, quomodo spiritus principaliter procedat à patre: non quia priùs vel magis procedat à patre, quàm à filio, sed quia cum procedat à filio, hoc ipsum habet filius à patre.

Quod Auguſt. dicit ſpũſctũ procedere à patre.

Ex quo ſenſu dixerit principaliter ꝓcedere à patre.

D *Ex eodem sensu etiam dicitur Spiritussanctus propriè procedere à patre.*

Hierony. Ex eodẽ sensu etiã dicitur spiritussanctus procedere propriè de patre. Vnde Hieronymus in expositione catholicæ fidei, Niceniq; symboli ait: Credimus in spũmsanctũ, qui de patre procedit propriè. Item spiritumsanctum verũ Deum inuenimus in scriptura, & de patre esse propriè. Et item de patre filius, & spiritussanctus propriè, & verè de patre procedit. Ecce apertè dicit spiritumsanctum propriè esse de patre, & propriè procedere à patre. Quod non est ita intelligendum, tanquam priùs, vel pleniùs à patre procedat, q̃ à filio. sed quia hoc habet pater à se, nõ ab alio, vt de ipso sit, & procedat spiritussanctus. Filius autem non à se, sed à patre hoc habet, ut de ipso sit, & procedat spiritussanctus.

E *Ex eodem sensu dicitur Spiritussanctus esse, & mitti à patre per filium.*

Hilarius. Fortè etiam iuxta hanc intelligẽtiam dicitur spiritussanctus mitti per filium, & a patre esse per filium. Vnde Hilarius ad Deum patrem de spiritusancto, & filio loquens, in duodecimo libro de Trinitate ait: In spiritusancto tuo ex te profecto, & per eum misso. Item, ante tempora unigenitus tuus ex te natus manet, ita quòd ex te per eum *spiritus sanctus tuus est: quod etsi sensu non percipiam, tamen teneo in conscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Item in eodem, Conserua hanc oro fidei meæ religionem, ut quod in regenerationis meæ symbolo professus sum, semper obtineam: te patrem scilicet, & filium tuum, unà tecum adorem, spiritum sanctum tuum, qui ex te, per unigenitum tuum est, promerear. Ecce apertè dicit spiritumsanctum à patre per filium, & mitti, & esse. Quod non est intelligendum, quasi à patre per filium minorem mittatur uel sit, sed quia ex patre, & filio est, & mittitur ab utroque: sed hoc ipsum habet filius à patre, ut ab ipso, & sit, & mittatur spiritussanctus. Hoc ergo uoluit significare Hilarius, distinctionem faciens in locutione, ut ostenderet in patre esse auctoritatem. Inde est etiã, ꝙ ueritas ostendens patrem esse auctorem processionis, qua procedit spiritus à filio, dixit in euangelio: De patre procedit, cum & de patre & filio procedat spiritussanctus. Vnde Augustinus in decimoquinto libro de Trinitate quærit: Si de patre, & filio procedit spiritussanctus, cur filius dixit, De patre procedit? Cur putas, nisi, quia solet ad eum referre etiam, quod ipsius est, sicut & de quo & ipse est, sicut ait: Mea doctrina

*ſpiritus tuus ſanctus eſt.

Ioh. 15. d.

Aug. c. 17. Quæſtio.

ctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Si ergo hic intelligitur eius doctrina, quam tamen non dixit suam, sed patris: quanto magis illic intelligendus est spiritussanctus de ipso procedere, vbi sic ait, De patre procedit: vt non diceret, De me non procedit? A quo aũt habet filius, vt sit Deus, est enim Deus de Deo, ab illo vtiq; habet, vt ẽt de illo procedat spiritussanctus. Et ideo spiritussanctus, vt etiam de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Quapropter qui potest intelligere in eo, quod ait filius, Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit, & filio vitam habere in seipso, non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedisse, sed ita eum sine tempore genuisse, vt vita, quã pater filio gignendo dedit, coæterna sit vitæ patris, qui dedit: intelligat etiam, Sicut habet pater in seipso, vt de illo procedat spiritussanctus, sic dedisse filio, vt etiam de illo procedat idem spiritussanctus, & vtrumq; sine tempore. Ita ergo dictum est spiritumsanctum de patre procedere, vt intelligatur, quòd etiam procedit de filio, de patre esse, & filio. Si enim quicquid habet, de patre habet filius: de patre vtique vt * & de illo procedat spiritussanctus. sed nulla ibi tempora cogitentur, quæ habeant priùs, & posteriùs, quia ibi omnino nulla sunt.

Ioan. 7. b

Ioan. 15. d

Ioan. 5. d

*etiam

Summa diſtin. 12.

POstquam precedenti distinctione ostensum est, spiritumsanctum à patre filioque procedere: hic quęritur, qualiter sit procedens. Potestq; litera in quatuor diuidi partes, secundum quatuor, quę quęruntur, & determinantur in textu. Primũ est, an spiritussanctus procedat priùs à patre, quàm à filio. Secũdò, an pleniùs à patre procedat, & qualiter dicatur principaliter emanare à patre. Tertiò, an propriè procedat à patre. Quartò, an procedat per filium. Difficultates aũtem, quę circa literam esse possunt, in quęstionum solutionibus elucescent.

QVAESTIO I.

Arguitur primo pro parte affirmatiua. QVeritur ergo primo, *An Spiritussanctus prius procedat à patre.* ¶ Videtur quòd sic, per argumentum Arrianorum in litera positum: Aut enim processit spiritussanctus à patre, nato iam filio, aut non nato. si iam nato, ergo generatio filij prior est processione spiritussancti: si non nato, ergo priùs processit à patre, quàm filio.

¶ Secundò, priùs est esse, quàm agere. vnde actus primus dicitur actum præcedere, ergo filius priùs fuit, quàm spirauit.

¶ Tertiò, pater ordine quodã gignit, & spirat: ergo productio, qua primò, & immediatè genuit filiũ, est prior processione spiritussancti, sicque priùs videtur à patre, quàm filio profluxisse.

In oppoſitum. ¶ In oppositum est auctoritas Augustini in litera.

Albertus. ¶ Ad hoc respondet Albertus: Spiritussanctus ęquè immediatè procedit ab vtroque, quamuis aliqui aliter dicant, sed eorum opinio modo abolita est, eo quòd sancti cocorditer dicant, quòd ab vtroque procedat in eo, quòd vnum sunt, seu prout ambo sunt vnum. Ordo autem, qui est in diuinis, non ponit ibi priùs, aut posteriùs, nec mediatum, & immediatum, eo, quòd ordo naturę non est ordo simpliciter, sed ordo secundum quid, vtpotè quo alter est ex altero, non alter altero prior, neque secundũ intellectum, neque secundum rem, sicut declaratũ est supra. Hęc Albertus.

Ordo ſ diuinis priùs aut poſteriùs nõ admittit.

Vdalri. ¶ De hoc diffusiùs scribit Vdalricus in Summa sua tertio lib. soluens simũl omnia quatuor iam pręacta. Generatio, inquit, filij nullo modo prior est processione spiritussancti, quia vtraque processio est ęterna. aliter Deus aduentu noui amoris mutatus esset, nec ordine naturę. Quamuis enim secundum hominum rationem, & significationem, generatio filij, & emanatio spiritussancti dicant emanationes passiuas, tamen realiter sunt relationes. filius quoque, & spiritussanctus sunt relatiua. relatiua autem sunt simul natura, nec vna est prior alia ordine dignitatis, cum vtraque terminetur in eandem naturam, & à termino ad quem sumitur dignitas, seu nobilitas omnis processionis. Veruntamen secundum Augustinum XV. de Trinitate, Spiritussanctus principaliter procedit à patre. propter quod in expositione Niceni symboli protestatur, quòd spiritussanctus verè, ac propriè procedit à patre. Quę dicta non sunt intelligenda, quasi spiritussanctus procedat à patre magis, aut pleniùs, seu perfectiùs, vel priùs, quàm à filio. quoniam magis procedit aliquid ab illo, quod maiori virtute producit ipsum: pleniùs verò, à quo plura maiora ve accipit: perfectiùs, à quo nobiliori operatione emanat: priùs, quando principia productiua in principiando se habent adinuicem, vt priùs, & posteriùs. Cum ergo spiritussanctus procedat à patre, & filio vna, & eadem vi spiratiua, & vnica spiratione, atque secundum eandem rationem, eandem etiam plenitudinem deitatis ab vtroque accipiat, patet propositum. Attamen dicitur spiritussanctus principaliter à patre procedere, tanquàm à principio totius spirationis, non solum existentis à se, sed itè à filio, qui vim spiratiuam, & spirationem actiuam habet à patre, à quo habet quicquid habet. Sicque hęc dictio principaliter, non dicitur hic à prioritate, quia sic spiritussanctus procederet secundario à filio. sic namque in genere principij innuit gradũ virtutis, sed dicitur tantum ab eo, quod est principium, prout denotat ordinem originis tantum, quo vnum est ab alio. Insuper spiritussanctus propriè dicitur esse à patre, idest propria eius auctoritate, vt hoc, quod dico propriè, non excludat alia à participatione, seu communione prędicati. quia tunc sequeretur, quod spiritussanctus non esset à filio, vel non tam propriè esset ab eo: sed excludit alia à subiecto sumpto secundum modum, seu auctoritatem principiandi. quia pater producit auctoritate sibi non communicata ab alio, filius verò auctoritate sibi à patre donata. Hinc venit, quod ait Richardus de sancto Victore, quod filij generatio est a patre immediatè: processus verò spiritussancti, est ab eo quodammodo mediatè, & quodammodo immediatè. quia processio spiritussancti, vel refertur ad suum principium absolutè, sicq; cum pater, & filius sint vnum principium spiritussancti, procedit ab eis ęquè, immediatè, vel refertur ad rationem principiandi secundum ordinem naturę, quo ratio illa communicatur filio à patre. sicq; processio ista est a parte immediatè, inquãtũ pater per

Auguſt. Quomodo ſpiritusſãctus procedat à patre princi paliter.

Quomodo aliquã procedit ab aliquo magis pleniꝰ priùs, & perfectiꝰ.

Richard.

se est eius principium. & etiã mediatè, inquantũ pater est principium eius in filio. Atq; hac ultima consideratione dicit Hilarius 12. de Trinitate, ꝙ spiritussanctus est à patre per filium: quia hæc præpositio, per, notat medium, sed non eo modo, quo medium sumitur in creaturis. quoniam ibi notat gradum maioris, & minoris, quæ in diuinis locum nõ hent. Hæc Vdalricus. Ex quibus habetur ad quatuor illa quæsita solutio, ad quæ tamen ex aliis quoque doctoribus iam respondebitur pleniùs.

Hilarius.

Prepõ per denotat mediũ aliter in Deo atq; creaturis.

¶Deniq; Bonauẽtura ostẽdens, quòd spũssanctus nõ sit priùs à patre, q̃ à filio: Prius, inqt, multipliciter dr, videlicet priùs tpe, priùs causalitate, prius origine, & priùs auctoritate, Prius durationeseu tẽpore esse in Deo, repugnat æternitati: priùs causalitate, repugnat essentiæ vnitati: sed est ibi priùs origine, quo alter ex altero, & hoc respectu producentis, & producti: est etiã ibi priùs auctoritate, cum vnus profluit à duobus, tunc.n. non est ibi priùs origine, cũ ambo sint unum originale principiũ: tamẽ est ibi priùs auctoritate, cũ vnus virtutẽ producendi ab alio habeat. Spiritussanctus ergo nõ procedit priùs à patre, q̃ filio, prioritate durationis, nec causalitatis, neq; originis, sed auctoritatis: ut idem sit priùs, quod principaliùs. Veruntñ spũssanctus non procedit pleniùs à patre, neq; perfectiùs: quoniam pleniùs, seu perfectiùs ab aliquo emanare, includit gradũ perfectionis, & compositionẽ aliquã in producto. Quamuis aũt filius habeat à patre, essentiã, & virtutem, ex hoc tamẽ non sequit gradus perfectionis in diuinis: qm̃ omnis imperfectio à diuina ꝓcessione adintra, excluditur. Porrò ad id, quod q̃ritur, an spũssanctus procedat à patre, mediante filio: rñdendum, ꝙ (sm Richardum) productio spũssancti est mediata simul, & immediata: mediata, inquantũ est à filio, q̃ est à patre: & immediata, inquãtũ spũssanctus immediatè à patre ꝓcedit. Cuius rei exemplum ponitur in exitu Abel ex Adã: qm̃ Abel immediatè processit ex Adam, inquantũ Adam ex lumbis, & semine suo genuit ipsum Abel. Nihilominus dicitur mediatè generatus ex Adam, inquantũ genitus est ex Eua, quę fuit formata, & producta ex Adam: Hunc aũt modũ geminum procedẽdi oportuit esse in Deo, propter seruandã summam germanitatem in eo. Si enim processio spũssancti esset solummodo mediata à patre, ita ꝙ esset tantũ à filio, nõ esset summa germanitas spiritussancti cũ patre. Similiter si omnino immediata esset a patre tantũ, non esset summa germanitas spiritussancti cũ filio.

Richard⁹. Duplex spũssancti ꝓductio. Gene. 4.

Gene. 2.

Tho. aqu.

¶Thomas quoq; circa hæc contestatur: Spũssanctus nec priùs, nec pleniùs, nec magis procedit à patre, q̃ filio. Cuius ratio tota est, ꝙ pater, & filius sunt vnũ principium spũssancti: & ubi est unitas non est distinctio plenitudinis dr tamen spũssanctus principaliter, & propriè esse à patre, quia in patre est spirationis auctoritas, præsertim, qa hæc præpositio à, apud Græcos notat relationẽ ad primã originem. Vnde non dicunt, ꝙ lacus sit à riuo, sed à fonte. Et inde est, ꝙ non concedunt spm̃sanctum esse à filio, sed à patre, quod tamen est concedendũ, cum pater & filius sint unũ principiũ spiritussancti. Riuus aũt, & fons non sunt unum principiũ laci. Quæstionem, demum, qua q̃ritur, an spiritussanctus procedat à patre mediante filio, Thomas sic soluit: Omne medium aliquo modo distinguitur ab his, inter quæ medium dicitur. Cumq; in spiratione pater, & filius sint duo spirantes, inquãtum sunt unum in potentia spiratiua, possumus loqui de actu spirationis, quantum ad ipsos spirantes: uel quo ad principium spirãdi, cuius virtute spiratio est, quod est vis spiratiua, in qua nõ est distinctio patris, & filij in spirando: ideò quantum ad principiũ istud non est spiratio a patre mediante filio: sed quantum ad personas spirãtes, est ibi mediatio quædam sm, quod est ibi ordo naturę: qm̃ filius est ex patre, spũssanctus ex patre, & filio. sicq; processio spũssancti est immediata per respectum ad vim spiratiuam, & etiã quo ad patris personam, à qua immediatè procedit: est etiam mediata, inquantum filius spirans est a patre.

Cur spũssanctus dicatur procedere à patre principaliter.

Quõ spũssancti processio sit mediata, vel immediata.

Obiectio.

¶Si vero quis instet, quia immediatum principium est principalius, q̃ mediatum: cum ergo spũssanctus principalius procedat a patre, videtur, ꝙ omnino immediatiùs procedat ab ipso, q̃ a filio: Respondendum, ꝙ quando sunt multæ causæ agentes ordinatæ, possunt dupliciter considerari, secundum quod duo inueniuntur in agente, videlicet ipsum agens, & virtus, qua operatur. Si ergo considerentur causę agentes ordinatæ secundum rationem agẽtis, cuius est agere: sic quanto agens est posterius, tanto plus est proximũ ad actionẽ, & ad operatum. Si autẽ considerentur quantũ ad virtutem actiuam, sic quanto causa est prior, tanto est immediatior: quoniã agẽs secundum non operatur nisi, vt motum a primo, atque secũdum quod virtus primi in ipso est. Hinc oportet v t semper resoluatur virtus vltimi agentis in virtutem agentis primi, sicut ꝙ plãta generat plãtam, habet virtute solis: & quòd sol mouet ad plantæ generationem, habet a suo motore. Ideò Deus, seu prima causa immediatiùs se habet sua virtute ad qnamlibet operationem naturæ, quàm aliquod agens naturale. Hinc quoque præpositio per, quæ denotat causam mediam, interdum notat actoritatem in recto, vt cum dicitur, Rex fecit hoc per baliuum: aliquando in obliquo, vt cum dicitur, baliuus hoc agit per regem. Hoc etenim modo considerat mediatio quantum ad virtutem. Nam virtus superioris, est quasi medium, per quod agit inferior. sed in præcedenti modo, quo rex dicitur agere per baliuum, attenditur mediatio quo ad ipsos agentes. Porro in patre, & filio, quantum ad productionem spiritussancti, non est distinctio quo ad principium spirationis, quod est vis spiratiua, cum sit eadem in vtroque, sed solum quo ad personas agẽtes. cumq; in patre sit auctoritas, dicitur aliquis operari per filium, filius vero nequaquàm per patrem. Vnde, & filius est aliquo modo mediũ in operatione patris, pater vero nullatenus in filij operatione. Hæc Thomas in Scripto.

Dilutio.

Agẽtiũ ordinatorũ duplex cõsideratio.

Prepõ per denota talĩquod dupliciter.

art. 3. Prepõ per notat causam in casali.

¶In prima vero parte Sũmæ, quæstione 36. quæstionem hanc soluens: In omnibus, inquit, locutionibus in quibus dicitur operari per alium, prepositio per notat in causali aliquam causam siue principium actus illius. cumq; actio inter agẽtem, & rem actam sit media, casuale illud interdum est causa actionis, secundum quod exit ab agente: & tunc est causa agenti vt agat, siue sit causa finalis, vt si dicatur, artifex operatur per cupiditatem lucri: siue formalis, vt artifex operatur per suam artem: seu effectiua, aut motiua, quemadmodum artifex agit per suæ voluntatis imperium. Aliquando autem casuale illud est causa actionis, secundum quod terminatur ad factum, quemadmodum artifex operari dicitur per martellum. Cum ergo filius habeat a patre, quòd ab ipso filio procedit spiritussanctus, dici potest, quòd pater per filium spirat spiritumsanctum: atque quòd spiritussanctus procedit a patre per filium, quod est idem.

Obiect. 2.

¶Si autẽ his obijciatur, quòd sicut causa prima plus

plùs influit, quàm causa secunda: sic primus productor, q̃ aliquis sequens. cũq; pater sit primus, & principalis productor spiritussancti, apparet, ꝙ spiritussanctus ab ipso magis perfectiusq; procedat. ¶Rursus, sm Philosophum, ꝓp quod vnumquodq; tale, & illud magis, cum ergo filius à patre habeat vim spirandi, videtur, ꝙ ꝓp patrem spirat, ergo pater est magis spirans. Et respondendum, ꝙ pater, & filius sunt vnum principium productiuum spiritussancti seu vnus productor, sicut, & vnus spirator: filius quoque eandem numero virtutem spirandi quam habet pater, accepit à patre, nec vna persona diuina est propriè causa alterius.

Aristot.

Dilutio 1.

¶Authoritas autem illa Philosophi veritatẽ sortitur in causis, in quibus illud, quod conuenit alicui propter aliquid aliud est in vtroque diuersum. Hæc Thomas in Summa.

Petrus.

¶Cõcordat Petrus, & ait, ꝙ auctoritas illa Philosophi vera est, vbi est ratio causalitatis, & causa vniuoca. Tunc enim eadẽ specie virtus, seu qualitas est in causa, & causato, perfectiusq; in causa, sicut caliditas in igne, & calefactis ab igne. In diuinis aũt nulla est causalitas, sed eadẽ numero est vis spiratiua, & actiua spiratio in patre, ac filio. Amplius, aliquæ causę includunt ordinem, distinctionẽ, & separationẽ, vt dũ manus proijcit lapidem, & lapis impulsus impellit aliũ, & ille tertium. Aliæ includunt ordinẽ, ac distinctionẽ, non separationem: vt dum creator mouet creaturam, respectu cuius ipse est primus, & summus motor, & diuersus ab ea: non autem separatus, qm̃ ipse intimè operatur in omnibus. Aliæ dicunt ordinem tm̃, & sic pater, & filius spirando spiritumsanctũ, non habent distinctionem quo ad vim spiratiuam, quia spirant vt vnum: nec separationẽ, sed ordinem tm̃, inquantum vnus ab alio. Hæc Petrus. ¶Ea verò, quæ de his scribunt Alexander, Richardus, Aegidius, consonant præinductis.

Soluuntur argumẽta

¶Ad primum igitur respondendũ, ꝙ Augustinus, illud soluit in litera, quod tm̃, & aliter solui potest. Cũ enim superglorioſæ, & adorandæ personæ sint coæternę, nec in filio priùs est nasci à patre, q̃ simul cum patre spiritumsanctũ producere, nec in spiritu sancto posteriùs est à patre, filioq; spirari, q̃ eadem deitatem cũ ipsis æternaliter, inseparabiliterq; habere. Itaq; in eodẽ momento, & nunc æternitatis, filius à patre natus est, & spiritussanctus ab vtroq; processit, nec est ibi priùs, neq; posteriùs. Vdalricus tñ, Petrus, & alij circa huius solutionem argumẽti multa conscribunt. sed non videtur difficultas in argumẽto, seu potiùs cauillatione illa hæretica Arrianorũ, qui ex his, quæ in creaturis inuenerunt, præsumpserunt immoderanter, & ruditer iudicare de Deo, & emanatione æterna ad intra. ¶Ad sm dicendum, ꝙ in diuinis idem oĩno sunt esse, & agere, cũ Deus sit purus actus: ideo esse nõ præcedit agere, præsertim ad intra. Solutio tertij patebit in quæstione sequẽti.

Vdalric. Petrus.

ad 2.

ad 3. Scotus. Actus tripliciter cõsideratur.

¶Postremò modicè tangam quid circa hæc scripserit Scotus. Actus, inquit, considerari põt tripliciter: primò in se: secundò, inquantũ est terminus: tertiò, prout cõparatur ad suppositа agentia. Primis duobus modis est omnimoda vniformitas, vel potiùs vnitas in actu spirãdi, quo pater, & filius spirãt spiritumsanctum: quia verissimè vna est actio, & vnus terminus productus. Verum loquendo tertio modo, nõ est omnimoda vniformitas quoniam sicut vis spiratiua cõicatur filio à patre, ita, ꝙ filius spirat, habet à patre, sicq; pater spirat à se, filius non à se. sed obijci potest sic: Pater priùs spirat spiritum sanctum, quàm filius. pater enim spirat in primo signo orginis, in quo habet pater à se esse, & spirare, & tunc filius non spiraret: quia si spiritussanctus intelligeretur priùs habere esse à patre, quàm à filio, tunc filius non produceret spiritumsanctum iã existentẽ. Responsio de istis ordinibus, seu originibus atq; de multis ordinibus prioritatis, & posterioritatis, aliàs dicetur: sed quantũ ad istud, non est intelligendũ, ꝙ pater spiraret antequã filius, quemadmodum pr priùs ordine generet, q̃ spiret: quia sic filius non spiraret, sicut nec spiritussanctus potest generare filium præintellectũ iam generari. Sed iste est ordo, ꝙ in patre est primò vtraq; fœcunditas, vtpotè generatiua, & spiratiua à se. Secundò est in patre actus primæ fœcunditatis, & tunc in filio est secũda fœcunditas, s. spiratiua, quam per generationem accepit à patre. Tertiò actus secundæ fœcunditatis simul est à patre, & filio, habentibus tunc istam fęcũditatem, tñ cum aliquo ordine: qm̃ ille actus est patris à se, filij aũt non à se, sed à patre: sicut nec in secundo signo est ista fęcunditas filij à se, sed patris à se. Non est ergo ordo originis inter spirationem patris, ac filij, quasi pater spiret in aliquo signo originis, in quo filius nõ spiret: imò in eodem signo originis simul spirant. Est tamen ibi ordo spirantiũ in spirando, qm̃ pater in primo signo originis spirat à se, filius non à se. Veruntamen asserit quidã doctor, ꝙ pater spirat principaliter, & principaliùs: principaliter inquam, qm̃ propria auctoritate: & principaliùs filio, qui auctoritatem spirandi habet à patre. filius verò tm̃ principaliter spirat, quia respectu spiritussancti habet auctoritatẽ. Alius doctor cõtradicit, & dicit, ꝙ non est ibi aliqua cõparatio propriè dicta in aliqua forma, sed tm̃ in voce: quemadmodũ Michael dicitur sanctior dæmone, vbi est tm̃ cõparatio sm vocem, & non sm aliquã formã cõem in vtroq; extremo existentẽ: imò hæc forma videlicet sanctitas, est tm̃ in Michaele. ita principalitas ista sit tm̃ in patre, vt idem sit patrem principaliùs spirare, & principaliter spirare. Hæc Scotus.

Dilutio.

QVAESTIO II.

Arguitur primo pro parte affirmatiua.

SEcundò quæritur, *An in diuinis generatio aliquo modo prior sit processione.* Videt, ꝙ sic, quia filius oritur à patre per modũ naturę, spiritussanctus procedit per modum voluntatis. Actio aũt naturæ prior est actione voluntatis. ¶Secundò, videmus in omni creatura intellectuali, ꝙ intellectiua potẽtia, & operatio eius naturali ordine sunt priores voluntate, operationeq; eius. voluntas quippe in sua actione ꝓsupponit intelligentiæ actum, seu apprænhensionẽ. ¶Tertiò, Aug. in toto lib. de Trinitate ex consideratione creatæ imaginis in aĩa relucentis, procedit ad summæ, & superpręstantissimæ Trinitatis cognitionem: sed in aĩa cernimus, ꝙ ortus verbi, seu cognitionis ex mente, egressum præcedit amoris ex volũtate: ergo in supereſſentiali Trinitate sic esse videt. Hinc Alexander sic arguit: Secundũ Augustinũ generatio filij a patre est, sicut generatio intelligentiæ à mente: processio verò spiritussancti à pre, & filio est, sicut processio amoris ab intelligẽtia, & mente: sed intelligentiæ generationẽ à mente, consequitur ordinæ naturę amoris processio ab vtroq;. Ordine ergo naturæ processio spiritussancti à patre, ac filio consequitur generationem filij Dei à patre. ¶Quartò, spiritussanctus iuxta præhabita non à patre tantum, sed filio quoq; ꝓcedit: ergo spiritussancti processione naturali ordine prior est natiuitas filij.

2.

3.

Alexãder.

4.

¶Quintò, sm ordinem intelligẽdi generatio filij

5.

est quasi via, & motus ad filium: sed filius processionem spiritussancti præcedit tanquã principiũ eius, ergo plus generatio prolis. ¶ Sextò, ſm Damascenum, voluntarium est cuius principiũ est in ipso cognoscente, voluntas ergo est principium cognoscitiuum, & per hoc differt à principio, quod est natura, quæ suũ actum non præcognoscit: ergo velle seu volitio præsupponit cognitionem, cũ nihil sit volitum nisi cognitum, præsertim cũ voluntátis obiectũ sit bonũ intellectũ. i. intellectualiter appræhensum. Nil igitur est amatum nisi præcognitũ, amoré ergo, & eius productionẽ præcedit notitia. Processionẽ igitur spiritussancti, qui amor est, præcedit generatio verbi ordine naturali. Vnde ad Orosium loquitur Augustinus. Sapientiam præire non potest voluntas, ímò econtra, ergo processio voluntatis partum sapientiæ, generationem ve verbi nõ præit, sed sequit. Ad hæc Scotus, & Præciscus de Maronis, varia introducunt motiua, q̃ scilicet intellectus ex sua natura ómni actu rationis seclúso distinguatur à voluntate et in diuinis, & prior sit volũtate in se, & actu suo.

¶ In oppositum est auctoritas Augustini in litera, asserentis, quòd filius nõ est priùs à patre, quàm spiritussanctus. Rursus, filius est immediatè à patre sicut spiritussanctus, & econtrario tam immediatè est spiritussanctus à patre, vt filius, non ergo est ibi præcessio.

¶ Ad hoc probandum Alexander, & Bonau. multas rationes adducunt. Nam pr̃ non est prior filio, quãuis sit eius principium, & origo. minus ergo generatio filij prior est emanatione spiritussancti, potissimè cũ in supergloriosissima Trinitate non sint priùs, & posteriùs. Insuper experientia docet, q̃ homo actũ sentiendi, seu intelligendi non aduertit, nisi actu voluntatis concurrente, & applicante. Experimur quoq; , q̃ ex desiderio sciendi, procedimus ad inquisitionem, studiumq; scientiæ. sicq; videt actus volũtatis actum præcedere intellectus. Vnde in lib. de Trinitate differuit Augustinus. Partum mentis, puta verbi conceptum præcedit appetitus.

¶ Ad istud Alexander respondet: Voluntas seu appetitus rationalis, est duplex. Est namq; voluntas, vt natura, & est voluntas, vt voluntas, quas Damascenus exprimit græcis verbis. Porrò voluntas, vt natura, est appetitus generalis, & indeterminatus: voluntas verò, vt volũtas, est specialis, ac definita. Etenim voluntas, vt natura, inserta est cuilibet potentię animæ respectu sui obiecti, & actus, ad quæ naturaliter inclinatur, quemadmodum vis irascibilis ad bonũ arduum, concupiscibilis ad bonum delectabile, rationalis ad verum: voluntas verò, vt voluntas, inserta est solum virtuti motiuæ rationali, quæ mouetur ex arbitrio, atq; iudicio liberè. Voluntas illa primo modo sumpta, notitiam, intelligentiamq; præcedit: quoniã appetitus ille est in ipsa vi cognitiua respectu motiuæ naturaliter insertus potentiæ cognitiuę quo rei inhiat cognoscendæ. Et de hoc appetitu intelligitur auctoritas Augustini iã tacta. Porrò volũtas, vt voluntas, ordine naturæ notitiã sequitur. Nõ enim possumus aliquid velle neq; diligere nisi aliqualiter notum. Iuxta hunc modũ ponitur in diuinis voluntas dupliciter, vtpotè essentialiter, & personaliter. Voluntas essentialiter dicta, sumitur à voluntate, vt natura: & hæc voluntas quasi indeterminata est, & generalis in diuinis cum sit eadem tribus personis, cum sit ipsa diuina essentia. Hæc autem voluntas ſm ordinem intelligendi præcedit generationem verbi æterni: & ante ipsam præintelligitur, sicut essentia ante filij generationem. Porrò voluntas dicta notionaliter, seu personaliter, accipitur à voluntate, vt voluntas: quæ appropriatur spiritussancto. Et sicut voluntas, vt voluntas ordine naturę dicitur consequi notitiam: sic ista voluntas dicta personaliter pro spiritussancto ſm rationem intelligendi consequitur in diuinis generationem intelligentiæ, sicq; processio spiritussancti consequitur generationem filij, non tamen consequitur re, aut tempore. Verum voluntas primo modo dicta antecedit, cum sit diuina essentia, dicens cum hoc rationẽ ad productionem filij per generationem, & spiritussancti per processionem. Ordine ergo naturæ prior est generatio, quàm processio. Hæc Alexander.

¶ Concordat Bonauentura, dicendo: Quicquid sit de ordine reali, de quo infra dicetur, tamen ſm ordinem intelligẽdi prior est emanatio verbi. tum, qñ verbum principium est spiritussancti: tum, quia verbum procedit per modum naturæ.

¶ Hoc idem Thomas clariùs exprimens: In diuinis, inquit, non potest considerari nisi quod absolutum est, quod est vnum, & indiuisibile, in quo prioritas, & posterioritas non inuenitur, vel quod relatiuum. Relatiuorũ verò natura est, vt simul sint tẽpore, natura, & intellectu: ideo generatio nõ est prior processione aliquo modo, qui possit ad diuina referri: sed tantum ſm modum intelligendi, qui est in intellectu nostro tãtum, accipiente generationem, & processionem in diuinis ſm similitudines repertas in creaturis: quæ valde deficientes sunt ad repræsentandum generationem, & processionem, prout in diuinis consistunt. Hæc Tho. in Scripto.

¶ Porrò Petrus q̃rit, an filius sit naturaliter prior spiritussancto, & respondet: In persona filij tria considerantur, substãtia, notio personalis, qua refertur ad patrem, & notio personæ, qua refertur ad spiritumsanctum. Ratione naturæ non potest dici prior spiritussancto, quia eiusdem naturæ sunt: nec ratione spirationis, quia secundum hanc dicitur correlatiuè ad spiritumsanctum: nec ratione filiationis, duplici ratione: vna, quoniam filiatio dicit habitudinem eius ad patrem, non ad spiritumsanctum: altera, quia spiratio est de perfectione filiationis, nec separatur ab ea. Eo etenim dicitur filius, & imago, quia cum patre conuenit in natura, & modo naturæ, alterum de sese spirando. Hinc patet, q̃ nec actu, neq; potentia, nec natura pater prior sit filio, aut vterq; spiritussancto, cum simul sint, paternitas, filiatio, atque processio, atq; per has proprietates constituantur personæ in esse personali distincto. Hæc Petrus.

¶ Veruntamen hæc non præiudicant verbis dicentium, quòd secundùm ordinem intelligendi, generatio prior sit processione: imò, & prioritate productiuitatis, atq; originis, dicitur pater filio prior. Hinc Richardus verbis Bonauenturę specialiter cõsonans: Generatio, inquit, secundum ordinem intelligendi prior est, quàm spiratio, quia generatio est per modum naturæ &c. vt supra. imò secundum nostram rationem intelligẽdi priùs occurrit nobis diuina natura, quàm eius voluntas.

¶ Præterea intellectualiter dicere, priùs est secundum rationem intelligendi, quàm spirare, quia intellectualiter dicere, est actio intellectus. spirare, voluntatis: cuius actio, præsupponit ipsius intellectus actionem. vnde, & nostræ appræhensioni priùs occurrit intelligere Dei, quàm velle ipsius. Cum ergo dicere in diuinis non videatur priùs, quàm generare, quoniam intellectus non est prior secundum rationem intelligendi, quàm natura, sequitur, quòd secundum rationem intelligẽdi priùs sit

Damasce.

Auguſt.

Voluntas duplex. Damasc.

Quid volũtas, vt natura.

Quomodo voluntaté præuertat intellectꝰ, & ecõtra.

Voluntas ponitur in diuinis dupliciter.

Alex. Bonauent.

In oppoſitum.

Scotus. Franciſc. de Maro.

Th. aquę.

Bonauenc.

Petrus.

In perſona tria conſiderantur.

Dio. Car.

Richardꝰ.

Dicere priꝰ ẽ quàm ſpirare.

Deus sit genrare, quàm spirare. ¶ Amplius, secundũ rationem, & ordinẽ intelligendi, generare est prius quàm filius: sed filius ſm rõnem intelligendi prius est, q̃ spiret. quod aũt prius est priore, est prius posteriore. ¶ Si aũt obijciatur, q̃ generatio, & spiratio sunt æquè immediatè a patre, ergo vna nõ est prior q̃ alia. Rñdendum, q̃ pater spirat non solum immediatè, sed & mediatè per filiũ, sicq; ſm hoc spiratio præsupponit generationẽ ſm rõnem, & ordinem intelligendi. imò dato per impossibile, q̃ spũssanctus non procederet à filio, ipseq; pater tantũ generaret atq; spiraret, adhuc ſm nostrũ modũ apprehendi generatio esset prior spiratione, quèadmodum natura, & intellectus voluntate. Et quamuis vis spiratiua non præsupponat simpliciter generationem, attamen vt est in filio, præsupponit eam ſm nostræ intellectionis modum, ac ordinem. Hęc Richardus.

¶ At uero Aegidius circa hæc refert præinductã Thomæ positionem, non tamen (vt apparet) syncerè. sic equidem narrat: Quidã dicũt, q̃ relatiua sunt simul natura, & in hmõi nõ est prioritas. ergo in diuinis secundum relationẽ non erit prioritas, nisi secundum modũ intelligendi, inquãtum volumus loqui de diuinis secũdũ ea, quæ in creaturis videmus.

¶ Quæ responsio sibi contradicere videtur: quia si in diuinis quãtum ad relationem loqui volumus secundum ea, quæ in creaturis videmus, in creaturis autem relatiua sunt simul etiam quãtum ad modum intelligendi: ergo ibi, scilicet in diuinis, priùs & posteriùs esse non queunt. Hæc recitatio non est vera. Non enim vult S. doctor asserere, q̃ in diuinis sit prius, & posterius, loquendo de diuinis iuxta modum quem habent relatiua creata, cum & relata creata dicant esse simul natura, sed hoc intendit, quod in diuinis inter emanationes generationis, & processionis, sit priùs, & posteriùs tantum secundum nostrum modum intelligendi, inquantum loquimur de emanationibus illis secundum, quod ex emanationibus ad intra intellectualium creaturarum, procedimus ad diuinarum emanationum notitiam. In mentibus, namque creatis emanatio intellectus realiter, atque fontaliter, imò, & aliquo modo causaliter, prior est emanatione, actioneque voluntatis. ¶ Denique subiungit Aegidius: Cum dicitur, quòd relatiua sunt simul natura, intelligendum est de relatiuis oppositis, quorum vnum sine aliò non potest intelligi, non de relatiuis disparatis. Hinc si generatio haberet oppositionem ad spirationem, valeret ratio illa, videlicet, quòd relatiua sunt simul natura. ideoq; ex parte relationis nõ posset assignari priùs, & posterius in diuinis, sed relationes illæ sint disparatæ. ¶ Ad istud dicẽdum, quòd Thomas aliiq; doctores non dicunt generationem, & spirationem esse relationes oppositas, nec patrẽ dicunt referri ad spiritumsanctum paternitate, nec filium ad spiritumsanctum filiatione: sed vtrumq;, videlicet patrem, & filium referri dicunt ad spiritumsanctum cõmuni spiratione actiua, quæ ad spirationem passiuam spiritussancti se habet per modum relationis oppositæ. In diuinis quoq; relationes disparatæ sunt coæternæ. Et istud ex verbis Petri præhabitis innotescit. Qui etiam ait, q̃ spiratio sit de perfectione filationis, nec separatur ab ea. Denique de relatiuis generaliter protestatur, q̃ sunt simul natura. idcirco hoc generaliter verum est de omnibus verè, & secundum esse relatiuis, per respectum ad suum correlatiuum secundum esse.

¶ Circa hanc q̃stionem Durãdus scribit prolixè, inter cætera dicens: Dum quæritur de prioritate generationis filij respectu prioritatis spiritussãcti, aut quæritur de prioritate secundum rem, aut de prioritate secundum intelligẽdi rationem. Si primo modo, sic aliqui dicunt, q̃ inter generationem filij, & processionẽ spiritussancti est per se ordo originis, quo vnum est ex altero, non tamen conditio prioris, & posterioris. Spiratum namq; (vt dicunt) est p̃ se à genito, ergo spirari est à generari. ¶ Hæc, & cõsimilia Durandus prolixè prosequitur, quæ infructuosa videntur, cum clarum sit, non esse simpliciter verum, q̃ spiratus sit per se à genito, cũ spiritussanctus, quem constat esse spiratum, sit à patre, qui non est genitus, imò nec pater producit spiritũsanctum, inquantum pater, aut generans: nec filius, inquantum filius, aut genitus: sed vterque, vt vnum principium, in eadem vi spiratiua communicans. Quãuis ergo spiritussanctus procedat à filio, nõ tamen congruè sonat, q̃ spirari sit à generari, quia filius non spirat, vt filius. Ideo aptiùs sonat, quod aliqui dicunt, q̃ spirari non est à generari per se, atque directè, sed quasi concomitanter, inquantum filius habet à patre per generationem æternam non solũ diuinam essentiam, sed vim etiam spiratiuam: nõ, q̃ vis spiratiua sit terminus generationis, sed quia per generationem simul communicatur. Pater quippe communicat filio essentiam spiratiuè foecundam. Itaq; non apparet dicendum, q̃ generatio in diuinis sit prior processione, loquendo de prioritate secundum rem. Si enim illa est prior realiter, alia videbitur esse posterior secundum rem, cum tamen in summa Trinitate nihil sit prius, aut posterius: & iuxta Augustinum, solum est ibi ordo naturę, quo vnus ab alio, non quo vnus post alium, vt vera, & perfecta requirit æternitas, cum, & omnis imperfectio à diuina, & æterna emanatione sit penitus excludenda. Idcirco quod aliqui ponunt in personis emanationibusque ad intra, ordinem naturalis præsuppositionis, non videtur quibusdam satis idoneè dictũ, cum in huiusmodi præsuppositione videatur ordo prioris, ac posterioris includi.

¶ Addit quoq; Durandus: Si quæstio intelligatur de ordine generationis, & processionis ſm modũ, & ordinem intelligendi, dicẽdum, q̃ ordo prioris, & posterioris est in diuinis nõ solum inter origines seu emanationes præfatas, sed etiam inter absoluta ſm se, & inter essentiã, & relationes oppositas, itẽq; inter essentiam, & relationes disparatas, & inter p̃sonas constitutas. In diuinis namq; intellectũ præintelligimus voluntati, essentiam relationi, patrem filio, & vtrunque spiritui sancto, paternitatem quoque spirationi, & filiationem seu generationem processioni. Consurgit autem hic ordo intelligendi, vel ex his, quæ in creaturis videmus, sicut est de ordine inter intellectum, & voluntatem: aut ex naturali habitudine rerum. vt inter correlatiua. Hæc Durãdus. ¶ Præterea quæstio ista videtur mihi profundiorem continere difficultatem, videlicet an ex natura rei priùs conueniat Deo gignere, quàm spirare. Et videtur, q̃ imò, quia intellectus naturali ordine voluntatem præcedit, & filius spiritumsanctum, seu generatio processionem. Hinc Scotus ait: Pater nõ spirat antequàm filius, sicut priùs ordine gignit quàm spirat. Deniq; omni actu, & consideratu mentis creatæ seclusо, ita se habent ex natura rei in Deo generatio, atque spiratio, quòd terminus generationis, videlicet filius, est reuera fons, principium, & origo spiritussancti: ergo ordine naturæ, & ex ipsa origine prior est spiritussancto, & ipsa generatio processione: ficque ex natura rei per priùs conuenit

Deus.

Obiectio.

Dilutio.

Aegidius.

Aegidius poſitionẽ Tho. corruptèscitat

Dio. Car. obiectionem.

Aegidij refellit.

Durãdus.

Dio. Car. Spũs non eſt per ſe a genito.

Quomodo ſpirari ſit a generari.

Augu.

Durandꝰ.

Vnde conſurgat ordo vnum alteri præintelligẽdi in diuinis.

Dio. Car.

Scotus.

uenit Deo gignere, quàm spirare. ¶Sed huius oppositũ rursus probatur, eo ꝙ Deus sit in sua natura purissimum, ac supersimplicissimum esse, in quo ex natura rei nõ est aliqua formalis distinctio, nec prius neq; posterius, nec ante voluntatem intellectus. ergo nec emanatio vnius ante emanationẽ alterius, prout istud supra 2. dist. plenius est ostensum. ¶Ad hęc dicendum videtur, quòd in simplicissimo Deo, qui est purissimus actus, penitus ex natura rei idem sunt esse, posse, & agere: seu essentia, virtus, & actio: ita, ꝙ nec intellectus differt à voluntate, nec econuerso, nisi ſm rationem creatã considerantem: nec generatio actiua differt à patre gignẽte, nec cõis spiratio differt à patre, filioq; spirante, nisi ſm rationẽ, ideo ex natura rei non videtur ibi prioritas. Nihilo minus sicut inter patrẽ, & filiũ est ordo naturę, quo vnus ab alio, non quo vnus prior sit alio, ſm Augu. sic inter filium, & spiritumsanctũ. De hac re erit infrà tractatus. Ideo iam tantundẽ tetigisse sufficiat.

Soluũtur argumenta.

¶Et ex his patet responsio ad obiecta. In diuinis .n. penitus idẽ sunt, natura, intellectus, voluntas: sed ex parte nostrę considerationis, est inter ea distinctio, ordo, prioritas. Non tũ negatur quin ex natura rei inter personas diuinas, & inter emanationes personis, seu relationibus sumptas, sit ordo naturæ, & prioritas originis, ordini naturæ correspondẽs, vt dictum est. Ad omnia alia est vna responsio, quia nõ aliud probant, neq; conuincunt, nisi, ꝙ quantum ad ordinem intelligẽdi sit prioritas in diuinis inter generationem, & processionem, quia in creaturis sic inuenimus. creaturæ verò à plena representatione diuinę, & increatę simplicitatis deficiunt infinitè. creator verò (cuius nec sapientiæ, nec omnipotẽtię finis est) ita instituit ordinem vniuersi, ꝙ rationales & intellectuales creaturæ ab intellectuali perfectione speciem sortiũtur. idcirco in ipsis intellectus voluntatem prędecedit, & intellectiua potentia propinquius habet se ad naturam specificam. In Deo autẽ non est huiusmodi habitudo.

Cur ĩ creaturis volũtatẽ præeat intellectus.

¶Iuxta præhabita sunt intelligẽda verba nonnulla Gulielmi Parrhisiensis in libro suo de Trin. in quibus insinuare videtur, ꝙ generatio spirationẽ prędecedat, vt dum 15. libri illius ait capitulo: Omnis virtus, & potentia spiritualis non agit, nisi per modum intellectus, ac voluntatis: hoc est, per modũ sapientiæ, & amoris, nec grauida est intra se, nisi sapiẽtiæ in effectu seu in actu, & amoris inde fluentis, quẽad modũ intellectus humanus cũ acquisierit alicuius habitũ artis, grauidus est, & fœcundus artis in effectus: hoc est, meditationum, atq; verborum, quę verba sunt rerũ, de quibus est ipsa ars. Qm̃ ergo prima operationũ, & actionũ spiritualiũ intelligere est: vel le nãq; sequit̃ intelligere, necessario primus author est intellectus, primaq; oĩum potẽtiarũ est generatiua. quare eiꝰ actus oĩum primus est itelligẽtia. Hęc Gulielmus, ꝙ in li. ꝓcto multa his cõsimilia scribit.

Quomodo intelligẽda sint verba Guli. Parrhisien.

Quare spiritussanctus cum sit de substantia patris, non dicatur genitus, vel filius, sed tantum procedens: Distinctio XIII.

Aug. c.26.

POst hæc cõsiderandũ est, quantũ a talibus quales nos sumus, intelligi põt: cũ spiritussanctus procedat de pre, & sit de substãtia patris, cur nõ dicatur esse natus, sed potiùs procedere, & cur nõ dicatur filius. quare aũt spiritussãctus, non dicatur, vel sit natus, & ideo nõ sit filius, Augustinus ostẽdit in 15. lib. de Trin. ita dicẽs: Si spũssanctus filius diceretur, amborũ vtiq; filiꝰ diceretur. qđ absurdissimũ est. Filius qppe nullus est duorũ, nisi patris, & matris. Absit aũt, vt inter Deũ patrẽ, & Deum filiũ, tale aliqd suspicemur. Absurdissimè ergo filius diceretur amborũ, idest, patris, & filij. Amborũ .n. filius diceretur, si eũ ambo genuissent: qđ abhorret oĩum* sanorũ sensus. Non ergo ab vtroq; est genitus, sed procedit ab vtroq; amborũ spũs. His verbis ostenditur, cur spũssanctus cũ sit de patre, non tñ dicatur genitus, vel filius.

*sanctorũ

Cum spiritussanctus non dicatur genitus, cur filius dicatur procedere.

Quæstio. Ioan. 16. f

Cum aũt spiritussanctus non dicatur genitus, sed tantũ procedens: q̃ri solet, cur filius non dr̃ tantũ genitus, sed & procedens, sicut ipse in Euãgelio Ioãnis ait: Ego ex Deo processi, vel exiui, & veni in mundũ. Non ergo tantũ spiritussanctus procedit à patre, sed ẽt filius. Ad quod dicimus, ꝙ cum vterq; procedat à patre, dissimiliter tamẽ. Nam spiritussanctus (vt ait Aug. in 5. lib. de Tri.) procedit à pre, non qũo natus, sed qũo datus, vel donum, filius aũt processit nascendo, exijt, vt genitus. Ac ꝓ hoc illud eluceſcit, vt potest, ſ. cur spiritussanctus ẽt non sit filius, cũ, & ipse a patre exeat. Ideo spũs nõ dr̃ filius, quia neque natꝰ est sicut vnigenitus, neq; factus, vt ꝓ Dei grãm in adoptionẽ nasceret sicut nos.

Respõsio. Aug. c.14.

Quod non potest distingui à nobis inter generationem filij, & processionem spiritussancti.

Quæstio Maximini Respõsio Aug. li. 3. cõtra Maxi. ca. 14.

Inter generationẽ vero filij, & processionẽ spiritussancti, dũ hic viuimus, distinguere non sufficimus. Vnde Augustinus Maximino præmissam quæstionẽ refricanti, ſ. quæreti cur spiritussanctus non diceret filius, cum de pris esset substantia: respõdẽs, sic ait: Quęris à me, si de substantia pris est filius, de substantia pris est ẽt spiritussanctus, cur vnus filius sit, & alius nõ sit filius.* Ecce respõdeo, siue capias, siue non capias. De patre est filius de patre est spiritussanctus: sed ille genitus est, iste procedẽs. Ideo ille filius est pris, de quo est genitus. Iste aũt spiritus est vtriusq;, quoniã de vtroq; procedit. Sed ideo cũ de illo loqueretur,

* Ego

queretur, ait: De patre procedit. quoniam pater processionis eius auctor est, qui talem filium genuit, & gignendo ei dedit, vt etiam de ipso procederet spiritussanctus. Nam nisi procederet etiam de ipso, non diceret discipulis: Accipite spiritum sanctum. eumq; insufflando daret, vt à se quoque procedere significans, apertè ostenderet flando, quod spirando dabat occultè. Quia ergo si nasceretur, non tantum de patre, nec tantum de filio, sed de ambobus vtique nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc quia filius amborum nullo modo esset, non oportuit nasci eum de ambobus. Amborũ est ergo spiritussanctus, procedendo de ambobus.

Ioan. 16. f

Ioan. 20. c

Hic dicit quod non valet inter illa duo distinguere. D

Quid autem inter nasci, & procedere intersit, de illa excellentissima natura loquens, explicare quis potest? Non omne, quod procedit, nascitur, quamuis omne procedat, qđ nascitur. Sicut non omne, quod bipes est, homo est, quamuis bipes sit omnis, qui homo est. Hoc scio. distinguere autem inter illam generationem, & hãc processionem nescio, non valeo, non sufficio. Ac per hoc, quia, & illa, & ista est ineffabilis, sicut Propheta de filio loquens, ait: Generationem eius quis enarrabit? Ita de spiritusancto verissimè dicitur, Processionem eius, quis enarrabit? Satis sit ergo nobis, quia non est à seipso filius, sed ab illo, de quo natus est: non est à seipso spiritussanctus, sed ab illo, de quo procedit: & qa de vtroque procedit, sicut iam ostendimus. De spiritusancto quomodo ipse Deus sit de Deo, nec tamen ipse filius sit, quoniam procedendo, non naseendo legitur esse de Deo: iam superiùs quantum visum est, disputauimus.

Aug. li. 3. contra Maximinum c. 14.

Isa 53.

An spiritussanctus debeat dici ingenitus. E

Nunc considerandum est, cum spiritussanctus non sit genitus, vtrum debeat dici ingenitus. Ad quod dicimus, spiritumsanctum, nec genitum, nec ingenitum debere dici. Vnde Augustinus ad Orosium ait: Spiritum sanctum, nec genitum, nec ingenitum fides certa declarat: quia si dixerimus ingenitum, duos patres videbimur affirmare: si autẽ genitum, duos credere filios culpamur. Sicut enim solus filius dicitur genitus, ita, & solus pater dicitur ingenitus, eo, quòd ab alio non sit. Vnde Augustinus in decimoquinto libro de Trinitate: Pater, inquit, solus non est de alio. Ideo solus appellatur ingenitus, nõ quidem in scripturis, sed in consuetudine disputantium, & de re tanta sermonem qualem valuerint proferentium. Filius autem de patre natus est, & spiritussanctus de patre principaliter, & communiter de vtroq; procedit. Ideoq; cum spiritumsanctum genitũ non dicamus, dicere tamen ingenitum non audemus: ne in hoc vocabulo, vel duos patres in illa Trinitate, vel duos, qui non sunt de aliquo, qnispiam suspicetur. Ecce his verbis apertè ostendit, spiritumsanctum, nec genitum, nec ingenitum debere dici.

Aug. ad q̃stiones Orosij respõsio 2. Augu. de Trin. li. 15. c. 26.

Quod Hieronymus dicit spiritumsanctum ingenitum, quod videtur prædictis aduersari. F

Hieronymus tamen in regulis definitionum contra hæreticos, dicit spiritumsanctũ ingenitum esse, his verbis. Spiritussanctus pater non est, sed ingenitus, atque infectus. Pater non est, quia patris est, & in patre est: processionem habet ex patre, & non natiuitatẽ. Filius autem non est, quia genitus non est. Ecce his verbis dicitur spiritussanctus esse ingenitus, quod videtur aduersari præmissis verbis Augustini.

Hieron.

Determinatio, secundum diuersas acceptiones dicit eos locutos. G

Sed, vt istam, quæ videtur, repugnantiam de medio abigamus: dicimus, quòd Hieronymus aliter accepit nomen ingeniti, & aliter Augustinus. Accepit enim Augu. ingenitum, qui, vel quod de alio non est, & secundum hoc de solo patre dicitur. Hieronymus verò ingenitum dicit, non genitum: & secundum hoc de spiritusancto potest dici, cum spiritussanctus non sit genitus.

Hieron. Aug. li 15. de Trinit. ca. 16. Hieron.

Ex verbis Hieronymi ostenditur, ex quo sensu dixit spiritumsanctum ingenitum. H

Quod aũt Hierony. ita acceperit, ostenditur ex verbis suis, quibus in eodẽ tractatu vtitur, faciens talẽ diuisionem: Omne, qđ est, aut ingenitũ est, aut genitum, aut factũ. Est ergo, qđ nec natũ est, nec factum: & est qđ natum est, & factum nõ est: & est qđ, nec natum est, nec factũ est: & est qđ factum est, & natũ non est: & est qđ factum est, & natũ est, & renatũ est: & est quod factũ est, & natum est, & renatũ non est. Nunc prępositorum singulis rebus subsistentiã destinemus. Quod ergo, nec natum, nec factũ est, pater est, nõ enim ab

Diuisio hæc notãda est diligenter.

alio aliquo est. Quod aũt natum est, & factum non est, filius est: qui à patre genitus est, nõ factus. Quod iterũ, nec factum, nec natũ est, spiritussanctus est, qui à pre procedit. Quod ẽt factum est, & natũ non est, cœlũ, & terra, cæteraq; insensibilia sunt. Quod aũt factum, & natum, & renatum est, homo est. Qđ verò factum, & natũ est, & renatũ non est, aialia sunt. Ecce his verbis ostendit Hieronymus, se ingenitũ accipere non genitum. Aliter n. non esset præmissa diuisio vera, Omne quod est, aut ingenitũ est, aut genitũ, aut factum. Atq; in diuisionis huius prosecutione, in assignatione ingeniti, vbiq; ponit non natum.

Summa distin. 13.

IN hac distinctione docetur, quantum mentis humanæ imbecillitati est possibile, qualiter processio spiritussancti à generatione verbi æterni distinguitur, & vtrũ spiritussanctus possit dici ingenitus. Cur etiam nomen processionis commune sit emanationi filij, ac spiritussancti, cum nomen proprium emanationis verbi, puta natiuitas, seu generatio illa ad intra, nõ conueniat emanationi spiritussancti.

QVAESTIO I.

HIc quæritur; *Qualiter processio spiritussancti à generatione æterna distincta sit, & qualiter nomine ista, processio, & ingenitus, in diuinis sumantur.*

Arguitur 1. contra veritatẽ.

¶Et videtur, q̃ processio spiritussancti sit generatio nuncupanda. primò, quia descriptio generationis diuinæ competit ei: quam descriptionem li. 1. ponit Damascenus, & supra expositа est. Cum etenim generare sit de substantia sua similẽ sibi in natura producere, apparet, q̃ spiritussanctus, qui de substantia patris spiratur, & ei in veritate diuinæ essentiæ assimilatur, ita, q̃ eius productio ad substantiam termi natur diuinã, debeat dici natus, ac filius. ¶Secundò, quædã intellectuales creaturæ vocantur in scripturis filij Dei, propter similitudinem naturæ, vel gratiæ, seu gloriæ, quam habent cum Deo: sed spiritussanctus incomparabiliter similior est Deo patri, q̃ huiusmodi creaturæ, cum veram habeat deitatem. ergo competit ei esse filiũ Dei. ¶Tertiò, generatio est, per quã alicui esse substantiale cõmunicatur. sed per processionẽ cõmunicatur spirituisancto esse diuinum, & increatum, ac deitatis natura. ergo processio illa, generatio est censenda. ¶Quartò, emanationes, quæ ad naturã terminant eandem, videtur esse rationis eiusdem, cum oĩs effluxio, sicut, & motus, nomen, & rationẽ sortiatur à termino ad quẽ. sed sicut generatio verbi est ad diuinã naturam, ita processio spiritussancti: qua igitur ratione vna emanationum istarum generatio appellatur, ẽt altera.

Pſal. 81. Ioan. 10.

In oppositum.

¶In oppositum est veritas fidei, & Augustini in litera. ¶Præterea supra ostensum est, q̃ duæ emanationes ad intra, conueniunt Deo: Vna per modum naturæ, & intellectus, alia per modum voluntatis, & liberalitatis, ac doni, atq; amoris.

Albertus. Generationis, & processionis septẽ differẽtiq.

¶Ad hoc respondet Albertus: Inter generationẽ & processionẽ septem differentiæ colliguntur. Prima est ex parte principij à quo, qm̃ vna est à potentia generandi in patre, alia à potentia spiratiua. Secunda, q̃ filius est ab vno, spiritussanctus à duobus non quasi à pre, & matre, sed, vt spirantibus vna, & eadẽ potentia spiratiua. Tertia, q̃ processio spiritussancti est ex cõione consensus prius, ac filij distinctorũ, filius aũt penes cõicationem naturæ. Quarta est penès procedentes, q̃ filius procedit, vt distinctus in esse, spiritussanctus aũt per modũ benè esse distinctorũ: quod tñ à spiritussancto nõ tollit naturæ perfectionem, qm̃ in diuinis quicquid est ſm benè esse vel esse, totum perfectũ in substantia, atq; hypostasi est. Hinc asserit Augustinus, q̃ spiritussanctus est iuAuguſt.

cunditas, delectatioq; amborum, sicq; ad bene esse pertinere videt. Quinta, qm̃ filius dicit rationẽ accipientis naturam, spiritussanctus denotat rationẽ accipientis, & nectentis eos adinuicũ, à quibus procedit. Sexta sumitur penès aptitudinẽ procedentium: qm̃ filius per hoc quòd filius est, dicit relationẽ ad patrem: idcirco non includit aptitudinẽ ad hoc qđ donetur. Porrò spiritussanctus per hoc, qđ ꝓcedit vt amor ex liberalitate patris, ponit aptitudinẽ ad hoc, quod ipse donetur. Ideo loquitur Augustinus, Auguſt. q̃ ab æterno processit tanquã donabilis, Donum. n. est patris, ac filij, quod sibinuicem gratuito impendunt amore. est quoq; donabilis nobis, quãuis nũquam daretur. Septima est, quam tangit Aug. 14. de Auguſt. Trinitate, q̃ amor est in mente non, vt natus, sed, vt spiratus: qm̃ appetitus eius tenuis quidẽ est in mẽte, ẽt antequam gignat notitiam suã: qui tñ appetitus fit amor notitiæ iam natæ. ideo ipse potiùs est vnio parentis, ac prolis, q̃ natus. Et ista differentia Augustini fundatur super hoc, qđ vniens aliqua duo, necessariò distinguitur ab vtroq;. idcirco nec nomen nec ratio patris, aut filij cõuenit ei. Hæc Alber.

¶Cuius verbum, quod ait spiritumsanctum esse Dio. Car. donũ, quod pater, & filius sibinuicẽ gratuito amore impendunt, videtur quibusdam obscurum: quia ſm Richardum de S. Victore, amor filij ad prem est Richard. debitus: qm̃ quicquid filius habet, à patre accepit. & rursus nõ videtur pater aliquid accepisse à filio. Hæc eadem in summa sua lib. 3. scribit Vdalricus, & Vldaric. aliqua addit: Ad huius, inquiens, ineffabilis processionis aliqualem intellectũ, dicimus, q̃ realiter differunt istæ duæ processiones per hoc, quod generatio filij est à solo patre, & processio spiritussancti est à patre, & filio. ideo oppositio secũdum relationes originis, est inter generationẽ filij, & processionẽ spiritussancti eadem, quæ est inter filium, & spiritũsanctum, quia vterq; eorum est sua processio. Hęc autem oppositio realẽ distinctionem in diuinis inducit. Nec differunt hæ duæ processiones seipsis, quemadmodum proprietates personales, sed per differentias assignatas. Denique cum in omni natura nobili nõ solum fit communicatio, qua quilibet eorum, qui sunt in illa natura, dat alij de suo ꝓprio: Naturæ nobilis duplex cõicatio. sed etiã cõicatio in societate vitę, in amore, & amicitia, cuius principium est voluntas, vtraque cõio, est etiam in diuinis: & generatio est cõicatio, cuius principium est natura. Processio autem est cõicatio consensus patris, ac filij, cuius principium est volũtas. Nec huic differentiæ obest, q̃ natura, & voluntas in Deo sunt idem: qm̃ vnumquodq; ibidẽm suã seruat proprietatem, ideo personæ illæ realiter distinguuntur, quarum ipsa natura, & voluntas consistunt principia non vt vnum, sed secundum proprietatem rationum suarum. Itaq; generatio est ꝓcesio, ex cuius propria ratione cõicatur natura: q̃ generatio ex substantia generantis produci secundum substantiam, vt Damascenus affirmat. Processio autem hoc ex sui natura non habet, quia sic haberet hoc in omni natura: sed habet hoc ex perfectione diuinæ naturæ in qua est, quemadmodum de

de perfectione generationis est, quòd communicetur alicui eadem natura: quia cum generans intendat sui conseruationem, potius vellet se conseruare in propria persona, quã in simili ſm speciem. Hinc talis cõmunicatio est in generatione diuina, quia in Deo est omne, quod perfectum est. Ita quo que de perfecta communicatione amoris est communicatio naturę in amore. Vnde & in hominibus dum amãs cõmunicat, & impendit alicui intimum suum affectum, libenter vellet, quòd in affectu illo substantia sua in illum procederet, quem diligit sicut seipsum, ita ꝓ in suo amore esset sua substantia. Ideo ista perfectio est in processu diuini amoris in Deo, nõ ut amor est, sed inquantum amor habet rationem nexus. Hinc descriptio generationis præta cta, non conuenit processioni spiritussancti. Nempè cum ait, generatio est opus naturæ, intelligitur sub ratione naturæ, ita quòd per propriam rationem eius communicetur natura. Hæc Vdalricus.

Qui fiat vt per processionem cõseruatur natura.

Tho. aqu.

¶Verũ in his aliter pro parte videtur sentire Thomas: Quidã, inquiens, dicunt, quod istæ duę processiones, videlicet generatio, & ꝓcesio seu spiratio, realiter distinguũtur. nec oportet q̃rere quo distingnant, quia sunt prima distinguẽtia ipsas personas, sicut nõ quærimus, quo distinguãtur rationale, & irrationale. Sed hoc nõ videtur conueniens, quia generatio, & processio nullã habent oppositionem ad inuicem. Omnis autẽ distinctio formalis est ſm aliquam oppositionẽ. Præterea, processio, & generatio significantur per modũ operationum. non autẽ conuenit, vt per operationem, aut motũ distinguãtur operantia, vel operata, sed potius econtrario: qm̃ actiones differunt specie secũdum formas agẽtium, vt calefacere, & infrigidare: motus verò, secundum terminos. Hinc alij dicunt quod differentia processionum istarũ sumitur ex hoc, ꝓ generatio est processio naturæ, spiratio autem processio, voluntatis. Sed hoc quoque non competit, qm̃ natura, & voluntas in Deo solo differunt rõne. vnde ex illa non potest in Deo esse realis distinctio, quia principium non est debiliùs principiato. Præterea, ſm hoc processio intellectus, secundum quam dicitur verbum, esset alia à processione naturæ, secundum quam dicitur filius. Idcirco dicẽdum, ꝓ in diuinis nõ potest esse realis distinctio, atq; pluralitas, nisi ſm relationem originis: idcirco secundum hoc oportet nos inuestigare pluralitatem procedentiũ, & processionum. Ideo ſm hoc dico, quòd in diuinis, est quædã processio, secundum quam vna persona procedit ab vna. & hæc est generationis processio, secundum quam filius est à patre. ideo dicitur esse per modum naturæ, & intellectus procedit namq; vt filius, & vt verbum: qm̃ in vtroq; modo processionũ istarũ, puta naturæ, & intellectus, est processio vnius ab vno. Itẽ est quædam processio in diuinis, quæ simul est à duobus, videlicet ab eo, qui procedit, & ab eo, à quo procedit. Et ista à prima distinguitur ſm originem, quia processio hæc est à procedente, qui procedit per modum naturę. Hinc secunda ista processio dicitur esse per modũ voluntatis: quia per consensum à duobus uolentibus, potest vnus amor procedere. Atq; secundum hos diuersos modos originis, producuntur in diuinis duæ distinctæ personæ relatione originis distinctę, videlicet filius, qui est à patre, & spiritussanctus ab utroque. Nec possunt ibi esse plures processiones, q̃ hæ: hoc est, vnius ab uno non procedente, & item unius à procedente, ac non procedente. Itaque distinguuntur processiones illæ diuinæ, & penes principium, & penes terminum. Quãuis. n diuina natura sit principium generationis in patre, nõ tamen absolutè sub ratione naturæ, sed sub ratione paternitatis. Similiter à natura, quæ per generationem accipitur in filio, non habet filius, ꝓ sit filius, inquantum natura, sed secundum quod in filio est ipsa filiatio. sicq; relationes se habent aliquo modo vt principiũ, & aliquo mõ, vt terminus ad ipsas processiones. Dicendum ergo, ꝓ cum secũdum processiones distinguantur personæ realiter plures, non potest dici, quod processiones non differant re, sed ratione duntaxat. Nulla quippe distinctio maior est loquendo fotmaliter, quàm ea, quæ est causa, seu ratio sua. Verum quemadmodum proprietates personales, secundum quod comparantur ad essentiam, sunt idem re, quia sunt diuina essentia: ſm autem, quod ad aliquid dicuntur, sunt secundum rem plures: ita est etiam de processionibus ipsis dicendum, quia secundum quod comparantur ad naturam tã quam ad principium, aut terminum, non distinguũtur nisi ratione, secundum quod in Deo natura, & voluntas ratione sola distingui dicuntur. Sed quoniam comparantur etiam ad proprietates relatiuas sicut ad principium, vel terminum, idcirco ex hoc differentiam habent realem. ¶Cum ergo obijcitur, Obiectio. ꝓ ipsæ relationes consequuntur processiones. Nam eo filius est, quia à patre procedit. sicq; diuersæ processiones causare videntur diuersitatem relationũ magis, quàm econtrario, vel ad minus erit circulatio ibi. Dicendum, ꝓ relatio in diuinis, non solum habet, ꝓ sit relatio, sed etiam, ꝓ sit personalis, ideſt distinguens personam, & ex hoc habet quasi actum differentiæ constitutiuæ, ac propriæ formæ ipsius personæ, cuius operatio est generatio, aut spiratio. ideò non est inconueniens, ꝓ secundum rationem relationis, ipsę relationes consequantur ipsas processiones, atq; ab eis differentiam sumant: secundũ autẽ quod sunt formæ propriæ personarum, causent differentiã processionum. Hæc Tho. in Scripto. Dilutio.

¶Porro in prima parte Sũmę, quæstione 27. primo declarat, quòd prꝫter productionem verbi, quę generatio appellatur, sit in Deo productio alia, quę amoris processio, atq; spiratio nuncupatur. Deinde ostendit ibidem, quòd spiratio illa non sit generatio nominanda: Hæc, inquiens, est differentia inter intellectum, & voluntatem, quod intellectus est in actu, per hoc, quod res intellecta cõsistit in intellectu secundum similitudinem suam: voluntas autem est in actu non per hoc, quòd aliqua similitudo voliti est in volente: sed ex hoc, quòd voluntas habet inclinationem quandam, tendentiamq; in volitum, ac vnionem cum illo. Hinc processio, quę est secundum intellectum, est secundum rationem similitudinis. vnde, & cõuenit ei ratio generationis, qm̃ omne generans gignit simile sibi: processio vero secundum actionem voluntatis, non ita attenditur secundum rationem similitudinis, sed magis secundum rationem impellentis, mouentis, seu tendentis in aliquid. Ideò quod procedit in Deo per modũ amoris, non procedit vt genitum, neque vt filius, sed magis vt spiritus: quo nomine quędam vitalis motio, atque impulsio designatur, prout quis ex amore fertur impelli, inclinari, aut moueri ad aliquid faciendum. ¶Prꝫterea si quis instet, quòd sicut de ratione verbi, ita de ratione amoris sit simili tudo, iuxta illud Ecclesiastici, Omne animal diligit simile sibi: si ergo ratione similitudinis uerbo conuenit gnãri, eadem ratione spũi, seu amori. Dicẽdũ, ꝓ diuersimodè similitudo ꝓtinet ad horũ vtrunq;. ar. 4. Drña volũtatis, & intellectꝰ. Quid nomine spũs signetur. vt supra ad 2. Eccle. 19. Similitudo aliter ꝓtinet ad verbũ, & amorem.

pertinet

pertinet namq; ad verbum, inquantum ipsummet verbum est similitudo rei intellectæ, quemadmodũ genitũ similitudo est generantis: sed ad amorẽ spectat, non, q̃ ipse amor sit similitudo amati, aut volíti, sed inquantum similitudo principium est amãdi tanq̃ incitatio ad amandum. Vnde non sequitur, q̃ amor sit genitus, sed qđ genitus principium sit amoris. Hęc in Sũma, & eadẽ scribit in Sũma contra gentiles lib. 4. vt allegatum est supra. ¶ Atuero Petrus ꝑ horum concordantia scribit: Cõcordando primã, & tertiam opinionem, q̃m vtraq; vera est, quamuis prima sit diminuta, dicendum qđ illæ processiones differunt seipsis formaliter, non originaliter, sed penès suppositа, & formas à quibus hi actus egrediũtur: videlicet penès paternitatẽ, & spirationẽ cõem, quas oportet differre seipsis, differunt vtroq; modo vtpotè formaliter, & originaliter. Hæc Petrus.

Tho. contra gentil. Petrus.

Bonauen.

¶ Insuper Bonauentura: Generatio, inquit, & spiratio actiua differunt non solum ſm rationem dicẽdi, sed & ſm differentiam originis, & habitudinis. talis autem differentiam vni essentię non repugnat. Quòd si quæratur ratio differentiæ emanationum istarum, dicendũ, q̃ prima ratio differendi non põt assignari ex parte terminorũ, quia earum termini sunt personæ: quæ nõ important rationem differendi actiuè, sed passiuè. si ergo personæ differunt, quęritur quibus: & necesse est ad emanationes, & relationes redire, quæ sunt generatio, & processio. sicq; in hac assignatione circulus erit, similiter ex parte principiorum. Si namq; dicantur emanationes illæ differre ſm duplicem fœcunditatem naturę, & voluntatis, quæritur quomodo differat fœcunditas à fœcunditate. Si dicas, q̃ fœcunditas naturæ in solo sit patre, fœcunditas verò voluntatis in patre, & filio, quæritur vltra vnde veniat differentia ista: & oportet ad hoc venire, q̃ fœcũditas naturæ est in vno, quia imago procedens per illam: nata est esse solum ab vno, fœcunditas verò volũtatis in duobus. Nexus namq;, seu processio per modum nexus in duobus cõsistit: sicq; differentia redit in principiũ, & est ibi ratio circularis. Hinc sequitur, q̃ prima harum emanationũ differentia, non est sumẽda ex parte terminorũ, neq; principij. Sed pensandum, q̃ contingit loqui de emanationibus istis quantum ad esse, & quantum ad distingui. Si quantũ ad esse, sic habent rationem essendi à suis perfectis principijs, & fœcundis. cum enim in Deo perfectissima sit natura, ideo perfecta fęcunditas naturæ in hypostasi habente rationẽ principij. vnde verã, & propriã habẽt emanationẽ, quæ generatio appellatur. similiter intelligendum de spiratione quantũ ad voluntatem. Hinc ratio, quare hę emanationes sunt in Deo, est fœcunditas naturæ, & voluntatis. Si autẽ loquimur de eis quantum ad differre, dicendũ, q̃ differunt seipsis, q̃m omnis distinctio in diuinis, venit à modis originis, & relationis: & sicut distinctiones differentiarũ innotescunt nobis per alias differentias, quæ oriunt̃ ab illis, ita, & in diuinis. Nam q̃m generatio, & spiratio distinguuntur seipsis, ad eas consequunt̃ ſm rationem intelligendi aliæ differentiæ duæ. Prima, q̃ generatio est ab vno, spiratio à duobus. Cum enim generatio sit emanatio per modũ perfectæ assimilationis, ideo ad vnum principium respicit: qa verò spiratio est emanatio per modũ connexionis, ideo est à duobus. Alia est differentia quo ad nos. Cum etenim spiritussanctus procedat, vt nectẽs, & ita, vt in alterum tendens, ideo procedit, vt donabilis. filius verò generatur, generatio aũt non respicit tertiũ. Per has differentias patet concomitãtia emanationum istarũ, quia spiratio dat præintelligere generationẽ. non enim nectunt̃ nisi distincti, ac similes. Similiter generatio dat cõsequenter intelligere spirationem, quia necesse est distinctas oino consimiles, delicioso amore coniungi. Hęc Bonauent.

Emanatiõ duplex considera tio.

Generatiõ, & spirationem duę sequũtur differentiæ.

Richard.

¶ Porrò Richardus circa hęc scribit diffusè: Hęc, dicens, quæstio, vtrum spiratio sit idem quod generatio, dupliciter potest intelligi. Primò, an spiratio spiritussancti sola ratione differat à generatione filij. ad quod dico, q̃ realiter distinguantur. quod innotescit nobis per terminos earundem, qui sunt, filius, & spiritussanctus, realiter distincti ab inuicem. Distinguũtur̃q; duæ illæ emanationes seipsis formaliter, extendendo nomen formæ ad notionem. Distinguũtur etiam inter se per aliquid originaliter, ſ. per potentiam generatiuã, ac spiratiuam. potentia namq; generatiua non solũ dicit diuinam naturã, sed & innascibilitatis proprietatẽ, quæ primitatem includit ad actum generãdi. Potentia quoq; spiratiua non solum dicit voluntatem diuinam, sed etiam inspirabilitatem, quæ includit primitatem respectu actus spirandi. & talis differentia in potentijs sufficit secundum quosdam ad emanationũ distinctionem. Clariùs tamẽ assignatur eorum distinctio per hoc, quòd nõ generatio, sed spiratio est à filio. ¶ Secũdò potest intelligi quęstio, an ratio generationis cõpetat spirationi spiritussancti. & dico, quòd non: quoniam generatio est productio rei similis in natura per modum naturæ. Quamuis autem pater, & filius spirando producant sibi similẽ in natura: hoc tamen non est per modum naturæ, sed voluntatis: ideo spiratio non habet in se generationis rationẽ, veluti si voluntas mea esset tam potens, q̃ solo imperio voluntatis possem de mea substãtia facere hominem, illa factio non esset generatio: quia non esset à me per modum naturæ, sed voluntatis.

Obiectio.

¶ Si verò quis arguat, quòd vnius naturæ non est nisi vnus modus communicandi, propter quod 8. physicorum asserit Commẽtator: Si esset possibile, q̃ homo generaretur nõ ex semine, ille sic procreatus, diceretur homo æquiuocè, vnde cõtra Auicennam dicentem esse possibile hominem generari ex terra, sed conuenientiùs in matrice, subiũgit, quòd iste sermo ab homine, qui se dat Philosophiæ, est fatuus valde. aitque ibi, quòd mures generati ex putrefactione non sunt ejusdem speciei cum muribus ex semine natis. ergo diuina natura nõ nisi vno modo potest communicari. ¶ Dicendum, quòd verbũ istud Commentatoris (secundum quosdam) nõ est vniuersaliter verum: quia, vt lib. de Trinitate asserit Augu. multa animalia pariunt alia coeundo, cum ipsa nullis parentibus coeuntibus orta sint. Nihilominus in multis naturis verum est, quòd non conuenit eis per virtutem creatam, & naturalem, nisi vnus modus communicandi se: diuinæ verò naturæ ob suam infinitam virtutem, & perfectionẽ conuenit communicare se per modum naturæ, & volũtatis. Hæc Richardus.

Commentator.

Auicẽna.

Dilutio.

Augu.

Aegidius.

Denique Aegidius circa hæc scribit prolixè: Quidam, inquiens, dicunt, q̃ in diuinis sunt plures processiones pp pluralitatem modorum procedendi per modum naturæ, & voluntatis. quod stare nõ valet, quia natura, & voluntas sola ratione differunt in diuinis. Propter hoc quidam dixerunt, q̃ processiones in diuinis distinguuntur eo, q̃ vna, scilicet generatio sit ab vno, alia à duobus. Sed contra hoc est, q̃ spiritussanctus nõ procedit à patre, & filio in eo, quod plures: sed in eo, quod vnũ sunt. hinc quidã dixerunt processiones istas distingui pp ordinẽ voluntatis ad intellectum, q̃m intellectus voluntatem præcedit. Sed hoc stare non potest, cũ in Deo, sint idem voluntas, & intellectus. Ideo quidã dixerunt, q̃ processiones istæ, cum per modũ motus se habeant, distinguantur penes terminos suos. Sed ne que hoc sufficit. Terminus enim in processionibus dupliciter potest sumi, vno modo persona procedens, alio modo natura per processionem cõicata. motus autem nõ diuersificantur penes terminos q̃ sunt ipsa suppositа, sed qui sunt natura seu forma. cumque per oẽm processionem in diuinis cõicetur natura, non esset nisi vna processio in diuinis ſm hunc modũ. Ideo aduertẽdum, q̃ cũ tota distinctio in diuinis per relationes sumat̃, processiones illæ realiter distinctæ esse non poterũt, nisi quia, vel relationes sunt, vel prout ſm nostrum modum intelligẽdi ad origines, vel relationes ordinantur, in q̃bus vtroque modo distinctionem ponere possumus. In diuinis aũt suppositа ꝑ relationes oppositas realiter distinguuntur, relationes verò seipsis abinuicem sunt distinctæ. Sed qualiter origines in diuinis ẽt, vt relationes sunt, habeant esse distinctũ, est dubium, cũ disparatas videantur importare relationes. Idcirco sciendum, q̃ nisi ea, in quibus tales relationes sunt, realiter differrent, ipsæ relationes realiter distinctę nõ essent. Relatio aũt in aliquo dupliciter põt intelligi. Primò, vt in radice, ac fundamento. secundò tãquàm in supposito, aut subiecto. Primo modo similitudo est in albedine, secũdo modo in albo, aut simili. Si ergo relationes disparatę realiter differre debent, oportet suppositа in quibus sunt, differre realiter, vel radice, in quibus radicantur. Porrò diuinę personæ non distinguuntur ſm modum suppositorum in creaturis, in quibus est diuersum esse. sed magis ſm modũ vnius suppositi, cui cõpetit esse, q̃m diuinarum personarũ est vnum esse, eademq; natura. veruntamen ista distinctio in deo, & creaturis, est modo oppositо, q̃m in eodem creato supposito est vnitas ſm hypostasim, pluralitas ſm naturã substãtiæ, & accidentium. pp quod in eodẽ supposito possunt esse plures relationes disparatę, ita, vt ratione magnitudinis dicatur æquale: ratione qualitatis, simile. In Deo aũt est suppositorũ pluralitas, vnitasq; naturæ. Ideo in pluribus suppositis diuinis possunt esse plures relationes disimiles siue oppositæ, propter pluralitatem suppositorum, quemadmodũ in vno supposito humano possunt esse plures disparatæ relationes, pp pluralitatem naturarũ, extendẽdo nomen naturę ad oẽm formam siue essentiã. similes aũt, neq; in pluribus personis diuinis, neque in vno creato supposito possunt esse plures, pp vnitatẽ in esse. Et quia suppositа diuina sunt realiter distincta, quãuis sit in eis vna natura, plures processiones ibi esse queunt nõ similes, sed disparatæ, pp realem differentiam suppositorum. Et quamuis processiones diuinę in se oppositionem non habeant directè, tamen cum sint in suppositis realiter distinctis pp relationes oppositas, possunt differre realiter. Sicque pater qualiter processiones in diuinis realiter pluri ficantur secundum quod relationem importãt: sed prout ad relationes ordinantur iuxta modum intelligendi, sic distinguuntur secundum quod ipsę relationes. Quemadmodum enim differt filiatio, quę est proprietas relatiua filij à proprietate relatiua spiritussancti, quam habet ex eo, quod per modum spirationis procedit, sic processio filij differt à processione spiritussancti. Hęc Aegidius.

Terminus processionũ dupliciter sumitur.

Relatio est in aliquo dupliciter.

Dio. Car.

¶ Circa cuius dicta occurrũt multa dicenda. Primus. n. modus distinguendi inter processiones diuinas penes pluralitatẽ modorum producẽdi ꝑ modũ naturæ, & voluntatis, est euidenter Anselmi, ut distinctione patuit ꝑcedenti. & ibi oñsum est, q̃ verus, rõnabilisq; consistat. Vnde Henricus, & Scotus approbãt ipm. Secundus quoq; modus dicẽdi quẽ Aegidius reprobat, probabiliter põt teneri. Et Aegidius insufficienter improbat illũ. Quãuis enim spiritussanctus procedat à patre, & filio, prout aliquo mõ sunt unũ, vtpotè in vna voluntate, ac vi spiratiua cõicantes, tamẽ etiam procedit ab eis, prout aliquo mõ distinctæ sunt, ac duæ personæ, iuxta sensũ in præcedẽti distinctione expresũ. Præterea tertius modus dicendi põt probabiliter obseruari, nec Aegidius sufficienter improbat eũ. Quãuis enim in alterationibus, & motibus directè tẽdẽtibus ad formas accidẽtales, termini ad quẽ, sint nõ suppositа, sed potiùs formæ huiusmodi: in gñationibus tamẽ propriè dictis, q̃ nõ nisi substãtijs, imò substãtijs animatis conueniũt, termini ad quẽ, non sunt propriè formę substãtiales, sed ipsa cõposita, atq; suppositа, vt manifestè docet philosophus. Ideo in diuinis generatio, q̃ est substantialis, imò potius iuxta diuinũ Diony. supersubstãtialis, & spiratio, q̃ nequaq̃ est accidentalis, sed ad verã, & supersubstantialẽ terminaẽ personã, possunt vno, ac suo mõ distingui penes terminos ad quẽ. Nec verum est, q̃ diuina essentia sit terminus ad quẽ diuinæ generationis, atque spirationis, quasi ipsa generet siue spiret, q̃uis per gñationẽ, & spirationem cõicetur. Qualiter autem esse terminũ ad quẽ in diuinis, diuersimodè conueniat essentiæ, & personis, ante est declaratum. Hinc Albertus, & Vdalricus oẽs prætactos modos dicendi, & distinguendi inter generationẽ, & spirationẽ diuinam, & etiam alios quosdã, conflant in vnũ. atque eis collectis, inter ꝑcessiones illas distinguũt. Modus quoq; distinguẽdi quẽ ponit Acgidius, parum patet calũniæ, sed breuitati studẽs pertranseo.

Generatiõis terminus est suppositũ nõ forma.

S. Dion.

Scotus.

¶ Insuper Scotus hic scribit: In hoc omnes doctores conueniunt, q̃ generatio, & spiratio sunt distinctæ productiones, sed à quo accipiatur earum distinctio, sunt variæ opiniones. Aliqui nãq; dicunt q̃ distinguũtur per terminos, alij per principia, sua intellectum, & voluntatem, quę tãtum distinguunt ſm rationem, & q̃ earũ distinctio causatur per operationẽ intellectus Dei. Contra, q̃us maior distinctio, atq; pluralitas habeant reduci ad minorẽ, ac vnitatẽ, nunquã cñ realis distinctio reducit̃ ad distinctionẽ ſm rõnem, ita q̃ aliqua ſm rationem tantum distincta, sint causa distinctorum realiter, & q̃ idẽ sub diuersis rõnibus sit causa distinctionis realis, quia ens rationis non necessariò præexigitur distinctioni reali. ¶ Præterea, si essentia sub rõne aliqua sit causa, seu principiũ alicuius productionis. aut ergo totum aggregatum ex essentia, & ratione, aut illa ratio tantum, aut essentia tãtum. Non totũ illud aggregatum, cum sit ens per accidens, quod nõ potest esse principium productionis in diuinis, cum illa sit prima, ac simplicissima, propter quod simplicissimum habet principium. Nec ratio tantum, cum ratio illa sit causata per operationem intellectus negociantis circa rem: nec est formaliter infinita, ergo essentia tantum. Est ergo opinio tertia, quæ ponit emanationes distingui ab vno principio, omnino indistincto re, & ratione, quod est diuina essentia, quæ (ut dicunt) sine omni distinctione rei, & rationis, est principium proximum diuersarum emanationum, & hoc est ex eius infinitate. Quemadmodum enim si harum emanationũ essent duo principia realiter distincta, ita diuina essen-

Variæ opiniones de differentia generationis, & spirationis.

essentia ex sua infinitate continẽs ista principia fundamentaliter, licèt non formaliter, est principium emanationum istarum. Istud quoq; confirmant per hoc, quod si ponant in diuina essentia diuersæ perfectiones, vt intellectus, voluntas, sapientia, oportet tamen, quòd ibi sint ordine quodam, principium quippe est esse, quod est quasi pelagus infinitæ substantiæ, ſm Damascenum. & deinde alia ordine suo. Damasc. ergo si huiusmodi actus primi possunt causari ab essentia, ita, q̃ diuina essentia sit immediatum principium, quo istæ perfectiones quodam ordine oriuntur, multòmagis potest esse immediatum proximumq; principium actuum secundorum, vt diuersarum emanationum. ¶ Contra, secundum istã opinionem non esset ratio, cur vna emanatio diuina esset naturalis, & alia libera. Hæc Scotus.

¶ Et contra opinionem eandem valent, quæ præcedenti distinctione inducta sunt contra Durandũ, cuius imaginatio cum opinione illa coincidit.

¶ Deinde Scotus tenet, q̃ generatio, atque spiratio in diuinis, distinguuntur penes sua principia, videlicet intellectum, & voluntatem, iuxta modum præhabita distinctione digestum, & prout secundũ ipsum intellectus, & voluntas in Deo non solum differunt ratione, sed formaliter quoque ex natura rei iuxta opinionem suam, quæ supra 3. distin. recitata est, & reprobata. ¶ Denique argumẽtatio Scoti, qua Dio Rich. probat emanationes illas diuinas ad intra nõ distingui ex parte intellectus, & voluntatis, prout sola differunt ratione, conuincitur esse inualida: quia sic arguit, Quãuis maior distinctio reduci habeat ad minorem, nunquàm tamen realis distinctio reducitur ad distinctionem secundum rationem, cuius assumpti error hinc innotescit, q̃ omnis ordo, distinctio, multitudo ideatorum, rerumve creatarum, reducitur ad diuinæ mentis ideas, imò ad vnam, ac simplicissimam sapientiam Dei, quæ est causa ordinis totius vniuersi. ¶ Verum ad hæc Scotus nititur respon- Auguſt. dere, dicendo, q̃ Deus non producit mediãte idea, sicut mediante principio productiuo. Quod est manifestè contra Aug. in lib. 83. quæstionum, dicẽtem quòd idea est mentis diuinæ exemplar, principium factiuum, non factum. quod cum neque oriatur neque intereat, tamen secũdum ipsum sit omne quod oritur, & interit, prout hoc infra suo loco planiùs ostendetur. ¶ Porrò quod arguit, si diuina essentia sub aliqua ratione est principium productionis, aut ergo totum aggregatum &c. dico, q̃ istud est infirmissimum argumentum ex erroneo intellectu procedens. Nempè dum dicimus, quòd diuina essentia sub ratione intellectus, vt est in patre, est principiũ productiuum verbi, generatiuumque filij, iuxta ſeh sum frequentet præhabitum, & ipsa sub ratione voluntatis, vt est in patre, ac filio, est principium productionis ſpiritusſancti, & origo ſpirandi, non sumitur ratio pro actu seu consideratione mẽtis humanæ neque Angelicæ, sed pro ipsa proprietate, perfectione, virtute seu attributo diuinæ essentiæ, prout in ea fundabilis est, aut fundatur consideratio mentis, vel creatæ, vel increatæ, secundum quod Sactus restatur Bernardus, quòd Deus inquantum sapientia, regit, ac prouidet inquantum potentia, creat &c. Bernard. Vel si ratio accipiatur pro consideratione mentis humanæ, intelligendum est, quòd diuina essentia sub ratione intellectus est principium prolationis verbi, quatum ad manifestationem, seu innotescentiam, quo nobis id innotescit, quia aliter ea pere non valemus qualiter essentia Dei sit principiũ sic gignendi, nisi considerando eam, vt intellectum seu intellectualem, vel intelligentem. Ratio autem in modo loquendi doctorum, valde multipliciter sumitur, hinc imperitum est, & rude ita arguere: Si essentia sub ratione illa aut illa, est principium productionis, aut ergo totum aggregatum ex essentia, & ratione &c. Dico enim, q̃ diuina essentia nulli rei componibilis est, neque miscibilis, nec diuina perfectio, proprietas, virtus, attributum, aliquid superaddit diuinæ essentiæ, vt inde quid aggregatum resultet, neque ex creatæ mentis considerationẽ quicquam adiungitur diuinæ essentiæ. Idcirco sola essentia sub tali, aut tali perfectione, proprietate, virtute, seu attributo, vel ratione, est pductionis principium eo modo, quo solet ascribi naturæ, cum vtique actio aliter essentiæ, seu naturæ, aliterque personæ conueniat. ¶ Postremò, dum Scotus assumit, q̃ totum illud aggregatum est ens per accidẽs, atque ens rationis, dico (sicut nunc tactum est) quòd diuina essentia vna cum sua perfectione attributali, proprietate, seu virtute, non est aliquid compositum, nec aggregatum, nec ens per accidens, sed primum simplicissimumque principium. nec est ens rationis nisi forsitan obiectiuè, quia considerãtur à ratione, propriè verò ens rationis vocatur, quod fabricat, & dependet ab ea; neque in se habet esse positiuum extra animam, & reale. Quid ſit ens rationis.

¶ Nunc tangenda sunt dicta Durandi, hic asseren- Durand. tis: Processio in diuinis, non est quid mẽdium inter personam producentem, & procedentem, sed solũ dicit respectum, vt, quòd dest ab alio, cui correspondet respectus oppositus, vt à quo est alius, qui respectus constituunt, & distinguunt diuinas personas. Hinc passiua generatio est filiatio: spiratio autem, siue actiuè, siue passiuè sumatur, est idem cum relationibus correspondentibus sibi. Nisi enim velimus gratis contendere, non est aliud quærere de diuersitate processionum istarum secundum rem, quàm quærere de diuersitate relationum, quamuis aliam habeant intelligendi rationem hæ, & illæ, quia relationes significãtur per modum actionis, aut passionis. Possumus ergo cõparare generare ad generari, & spirare ad spirari, sicq; manifesta est horum realis diuersitas, cũ includant oppositionem formalẽ, sicut, & manifesta est realis differentia inter paternitatem, & filationẽ, & inter relationem spirationis actiuæ, ac relationẽ spirationis passiuæ, quę directè inuicem opponuntur. Possumus quoq; comparare generare ad spirare, & generari ad spirari. sicq; difficillius est assignare qualiter distinguantur, cùm nõ opponãtur formaliter. quemadmodum difficile est exponere, quomodo differant paternitas, & cõis spiratio actiua, siue passiua. Dicuntq; aliqui, q̃ generare, & spirare non differunt realiter, generari verò, & spirari dicunt differre realiter. primò, quia quæ sunt in diuinis, in eodem supposito non distinguuntur secundum rem, generare verò, & spirare sunt in patre. Secundò, quia in diuinis non est realis distinctio nisi per relationes oppositas, generare autem, & spirare non dicunt relationes huiusmodi, cũ sint in eadem patris persona, quod relationibus oppositis non cõpetit in diuinis. Denique confirmatio, ac declaratio primæ rationis est, q̃ quicqd est in Deo, est realiter idem cum eo, nec potest esse inhærens, ideo est persona subsistẽs. si ergo generare, & spirare realiter differunt, vtrunque est subsistens persona. cùmq; vtrunque sit in Deo patre, essent in patre duæ personæ, quarum nulla esset filius, aut spiritusſanctus. Et quoniã quicquid est in patre, est pater, sequeretur, q̃ pater esset duæ personę. ¶ Præterea, qđ in

in diuinis cõmune est pluribus personis, non ponit in numerũ realem cũ his quibus cõe est, vt patet de diuina essentia, & personis: sed actiua spiratio cõis est patri, ac filio ergo nõ ponit in numerũ cũ eisdẽ, neq; cum aliquo, quod est in aliquo ipsorũ. Eodem mõ probat, q̃ generari, & spirari non differunt realiter, quia vtrunq; inest, & cõuenit filio. Insuper, quę non habent inter se oppositionẽ relationũ originis, non distinguuntur realiter in diuinis: sed inter gnãre, & spirare, similiter inter gnãri, & spirari non est oppositio originis, cum vnũ horum non oriat ex alio. Verũ inter generari, & spirari ponit opinio ista realem distinctionẽ, quia spiratus est à genito. ¶ Huic opinioni obijcit primo sic: Ea, q̃ non ppsſunt conuenire eidẽ respectu eiusdẽ, non sunt idẽ realiter, saltẽ re relatiua: quia relationis esse, est ad aliud, vel aliũ esse; generare aũt, & spirare nõ cõueniunt alicui diuinæ personæ respectu eiusdẽ, similiter nec generari nec spirari. Generari nanq; patri cõpetit respectu filij, spirare vero respectu spũssancti, non filij. ¶ Amplius, duabus relationibus disparatis specie, vel quasi specie differentibus, correspondent duæ relationes specie, vel quasi specie differentes: qm̃ vna ſm speciem relatio, non opponit pluribus relationibus specie distinctis. sed generari, & spirari sunt duæ relationes specie differentes: ergo relationes eis correspondentes, videlicet gnerare, & spirare, differunt specie, aut quasi specie: & ita distinguuntur realiter, cum sint relationes rei, non rõnis. ¶ Rursus, quæcunque vni, & eidẽ sunt eadem, sunt eadem inter se, saltem eo mõ, quo eadẽ sunt in tertio illo. (Nam huius oppositum implicat) si ergo ſm prętactã opinionẽ, generare, & generari idem sunt cum spirare non solum re absoluta, sed etiam relatiua: sequitur, q̃ generare, & generari idem sunt inter se, etiam relatiua. quo dato, paternitas, & filiatio non erunt realiter distinctæ ab inuicẽ, imò nec pater, & filius. ¶ Adhuc duæ passiones nõ videntur immediate oriri ab vna actione. Cũ ergo generari, & spirari sunt duæ emanationes passiuæ non sunt ab vna patris actione: sed sicut generari est à generare, ita spirari à spirare. Idem aũt iudiciũ est de emanationibus, & relationibus in diuinis.

Est ergo dicendum, q̃ generare, & spirare realiter differant. similiter generare, & spirari. Et ratio distinctionis hmõi sumenda est ex natura oppositionis: qm̃ licet oĩa opposita sint distincta, non tamen omnia distincta sunt opposita, neq; in absolutis, neque in relationibus: quia distingui est cõis, q̃ opponi. Cum ergo relationes ſm propriam rationẽ maneant in diuinis, poterit in eis inueniri distinctio, non proueniens ex aliqua oppositione, vt inter paternitatem, & cõem spirationẽ, vel inter generare atque spirare. Et si quęratur ratio distinctionis illorũ, dicendum, q̃ distinguuntur seipsis, cum sint quædã prima, & simplicia. Verumtamen in his est quædam varietas: qm̃ omnes relationes seipsis differunt realiter, quædam vero differunt specialiter ſm suppositum. & inter has oppositio est directa, vt inter generare, & generari, & inter spirare, & spirari, seu inter quas est oppositio indirectè, & cõcomitanter, quẽadmodum inter generare, & generari ex vna parte, & spirari ex alia: in quibus est oppositio non ratione realis distinctionis simpliciter, sed tantum ratione illius distinctionis, quæ est secũdum suppositum specialiter propter incompossibilitatem oppositorum in eodem supposito. Hæc Durandus.

Dionyſius ¶ Hæc demũ Durãdi positio dictis Richardi concors videt, quantũ ad principalẽ cõclusionẽ: attñ in tantum

decisione huius q̃sti, atq; in argumentorũ solutione, multa affirmat, quç aliena videnť à veritate, inter cętera scribens, q̃ subsistere, & inhęrere solis cõueniunt absolutis: & itẽ q̃ relatio non subsistit per se, nec fundamento suo inhæret. Itemq; q̃ diuina essentia ponit in numerũ realem cũ relationibus. Quorũ videtur oppositũ, qm̃ in diuinis personę nõ absolutè, sed relatiuè dicuntur, & sunt, & tamẽ verè subsistunt. In creaturis quoq; relatio tã verè inhæret subiecto, q̃ verè est accidens. Insuper ex dictis doctorũ frequenter præhabitũ est, q̃ in diuinis relationes sunt subsistẽtes: qa nec aliquid superaddunt essentiæ, nec realiter differunt à personis. Essentia quoq; diuina nõ videtur in numerũ realẽ ponere cũ relationibus, cum realiter idẽ sit quod ipsę relationes, & q̃ omnes simul, & q̃ vnaquæq; earũ, quemadmodnm ipsa essentia idẽ est quod trinitas adoranda, & q̃ quælibet increata, superbenedicta, & superglorioſa persona. porro ea ponunt in numerũ realem, quæ abinuicem realiter distinguũtur.

Subſiſtere & inhærе non tantũ conuenit abſolutis. Eſſentia diuina nõ ponit ĩ numerum cũ relationibus.

¶ Ad primum igitur respondendũ, & primũ iam euidenter solutũ est. Quamuis enim spiritusſanctus procedendo verè accipiat diuinã naturam, non tamen ſm rationẽ similitudinis, neq; per modum naturæ procedit, sed per modũ voluntatis, & liberalitatis, ac doni: idcirco non filius, sed amor spiratus ritè vocatur. ¶ Ad secundũ, quod vtiq; spiritusſanctus patri, ac filio consubstantialis, incomparabiliter eis similior est. q̃ creata: nõ tamen dicendus est filius Dei, quia nec naturalis filius Dei potest vocari ob causam prætactã, nec filius adoptiuus, cum essentialiter felix sit, & Deo cõsimilis in natura perfectè, & plenè, non participatiuè neq; per gratiam. Et dato, q̃ ob similitudinẽ in natura posset aliquo modo Dei filius appellari, nisi aliunde esset impedimentũ, tamen nequaq̃ nuncupandus est filius Dei, ne in superadoranda, & superordinatiſsima trinitate videatur esse quędam confusio, duabus personis nomen filij Dei habentibus. Vnde ſm Augustinum & Bernardum, non decuit patrem, nec spiritumsanctum incarnari, ne in diuinis duo filij nominarentur. ¶ Ad tertium Thomas respondet, q̃ processio amoris inquantum huiusmodi, non habet, q̃ per ipsam natura amantis communicetur: sed hoc habet ſm quod est in diuinis, vbi non potest esse aliquid imperfectum. Ideo spiritusſanctus ſm rationẽ processionis cõmuniter loquendo non habet, quod ei communicetur natura, propter quod talis ,pcesio non põt generatio noiari ſm suam propriam rationẽ. ¶ Huic solutioni obijci põt, qa si processio amoris inquantũ est, seu ſm quod est in diuinis, habet quod præcedenti cõicetur natura, apparet q̃ ,pcesio illa diuina, generatio sit vocanda, cũ ei inquantum diuinæ, conueniat q̃ cõicetur diuina essentia. ¶ Et rñdendum q̃ argumentum procederet, si ei cõ ueniret hoc ipsum ſm rationem, similitudinem, & proprietatẽ, ac modum naturæ. Itaq; ad rationem generationis diuinæ non sufficit, q̃ sit emanatio, per quam cõicatur esse substãtiale, atq; natura, sed oportet ut hoc sit ſm rationem, & proprietatem similitudinis, ac naturæ. ¶ Ad vltimum, q̃ non eodẽ modo, nec eadẽ rõne utraq; illa emanatio terminatur ad diuinam naturã: idcirco vtraq; nõ potest generatio appellari. ¶ Postremò rñdendum iam esset ad argumenta, quibus in his, quæ ex Durando sunt introducta, probatum est, q̃ generare, & spirare nõ distinguuntur realiter. Ad quod ex his, quæ infra dicentur de relationibus, & notionibus, oppositionibusq; earum, patebit responſio. Nunc verò intan-

Auguſt. Bernard. Cur patrẽ incarnari, nõ decuit, ad 3.

Obiectio.

Diluuio.

Ad vltimũ

Soluũtur argumẽta adducta ex Durando.

tum tangẽdum, ꝙ ſpiratio illa actiua atq; cõmunis patri, ac filio, & generatio actiua patris, ſunt emanationes diſtinctæ abinuicem, & à paternitate: ſimiliter ſpiratio actiua, & generatio paſsiua filij, diſtinguuntur ſicut ſpiratio paſsiua, & filiatio. Veruntamen ſicut generatio actiua eſt realiter pater gignẽs ſic actiua ſpiratio patris eſt pater ſpirans: qui tamẽ non eſt ſpirãs inquantũ pater, ſed ſm rationem prę tactam. ſimiliter actiua ſpiratio filij, eſt filius ſpirãs: ſicut, & actiua illa cõis ſpiratio videtur idẽ eſſe qđ pater, & filius ſpirantes cõiter, ſeu, vt vnum ſpiratium principiũ, ac vnus ſpirator, iuxta ſenſum præhabitum: quemadmodũ diuina eſſentia eſt Trinitas & tres perſonæ, ac quælibet diuina perſona: ipſaq; Trinitas eſt vna res ſumma, puta diuina eſſentia, & vnus Deus. Non tñ pater eſt duæ perſonæ, nec filius eſt duæ perſonæ, nec pater, & filius ſunt vna perſona, prout in diuinis perſona propriè ſumit relatiuè: quia cõis ſpiratio non eſt proprietas, relatiua, & pſonalis, ſeu conſtitutiua perſonæ. ſed iuxta modum quo cõcipere valemus diuina, eſt quaſi proprietas, relatio, aũt notio adueniens pri, & filio, iã cõſtitutis in eſſe pſonali per paternitatẽ, & filiationẽ. Atq; ſm doctores, quantũ ad hoc, cõis ſpiratio hẽt ſe quaſi p modũ formæ accidentalis, quãuis nequaquàm ſit accidens. Et per hæc videntur poſſe ſolui oĩa argumenta ibi inducta. Hæc tñ infra clariùs exponẽtur.

QVAESTIO II.

Vdalric. Proceſsionis duplex conſideratio.

SEcundò quæritur, *Qualiter proceſsio locum habeat in diuinis, hoc eſt ſecundum quam ſignificationem conueniat emanationi diuinæ adintra.* ¶ Ad quod breuiter reſpondet ſine argumẽtis Vdalricus in Sũma ſua 3. li. Si hoc nomen proceſsio, ſumatur ſm id, cui nomẽ imponitur, ſic primò, & proprijſsimè eſt in Deo: quia proceſsio perſonarũ in Deo, eſt exemplar, & cauſa proceſsionis creaturarum. ideo nomẽ conueniens cauſæ, & cauſatis, perfectius conuenit cauſæ. ſi verò ſumatur proceſsio ſm id, à quo nomẽ impouitur, ſic ex creaturis trãſumptum eſt ad diuina. Sic enim dr proceſsio quaſi porrò vel procul ceſsio vnius ab alio. Sicq; importat diſtantiã vnius ab alio, ſiue ſm naturã, vt in pceſsione cauſali, qua effectus procedit à cauſa, ſiue ſm locum, aut ſpatiũ, vt in proceſsione, & motione locali. Hæc aũt diſtantia propriè eſt in rebus creatis, non in perſonis diuinis, ſed ſm ſimilitudinem quandã: & proceſsio illa diuina ſm aliquid conuenit cũ vtraq; proceſsione creaturarũ: cum proceſsione quippe cauſali; cõuenit in ratione principiandi: & cũ proceſsione locali, in diſtinctione, & perfectione. Deniq; cauſalis pceſsio duplex eſt. Vna à cauſa ſeparata, alia à cauſa, vel principio quodammodo conſubſtantiali, ſicut fluit linea à puncto, & tẽpus à nunc tpis: atq; cum hac proceſsione potiſsimè cõuenit diuina proceſsio, omni imperfectione ſublata. Cumq; proceſsio ex ſua ratione nil dicat in Deo niſi principiationẽ, cõis eſt generationi, atq; ſpirationi: quæ cõitas quãuis ſm rationẽ nominũ ſit cõitas vniuocationis, cũ ſit cõitas generis ad ſpecies, tñ, put nomina iſta ſumuntur in Deo, in quo non eſt ratio ſuperioris, & inferioris, ſeu cõis, ac ſpecialis, eſt cõitas proportionis: attamen prædicatio, quæ proceſsio prædicatur de generatione, & ſpiratione diuina, cõis eſt per oĩmodã identitatẽ prædicati cũ ſubiecto, ſic tñ, ꝙ prędicatũ in modo ſignificãdi differt à ſubiecto: q modus eſt intentio cõitatis proportionis ad vtriuſque proceſsionis. Illa nãque proportionis ratio vna eſt, quæ admodũ tribus perſonis cõe eſt hoc nomẽ perſona. Nihilominus proceſsio appropriatur ſpiratio ni ſpirituſſancti, pp quod in ñotificatione perſonæ ſpirituſſancti ait Saluator: Spũm veritatis, qui à pre procedit. Notificatio autẽ fieri dẽt per propria, vel appropriata. Põt quoque auctoritas illa intelligi, ꝙ ſpirituſſanctus propriè procedit à pre, ita, ꝙ procedere ei ſit propriũ eo modo, quo ſancti appropriata conſueuerunt propria appellare. Vnde 15. de Trini. Aug. ait filiũ Dei propriè ſapientiã dici. Ratio verò appropriationis non eſt analogica, qm illa nõ eſt in diuinis pp perſonarũ æqualitatem, nec ẽt conuenientia cũ proprio ſpirituſſancti: quia ſm noſtrum ſignificationẽ magis appropriaretur proceſsioni ſm actũ naturę, quę prima eſt, & realis, & ſimpliciter dicta proceſsio, pceſsioni amoris, in qua non niſi ſm quid, & per ſimilitudinẽ eſt proceſſus affectionis in amatum: qm nomen potius conuenit ei, de quo ſm pliciter dr, q ei, de quo dr ſm qd ſed ratio eſt, quia ſm rationẽ proceſsio naturalis addit ſupra rationẽ proceſsionis, determinationẽ perfectionis; ex qua ſpeciale nomen ſortit, & vocatur generatio. Proceſsio aũt amoris nil addit perfectionis, ſed potiùs de ratione pfectionis diminuit: idcirco cõe retinet nomen, & vocatur proceſsio: tñ inquantũ per modũ ſuũ diſtinguitur cõtra generationẽ, ſortitur ſpeciale nomen qđ eſt ſpiratio, & ſic filius nõ pcedit. Hęc Vdal. ¶ Hinc ait Durandus: Nomẽ proceſsionis primò vr fuiſſe impoſitum ad ſignificãdum motũ pro greſsiuũ animaliũ, quo mouent ſeipſa: & ſic dicetur proceſsio quaſi propria virtute inceſsio. Inde tranſlatum eſt ad ſignificandũ oẽm motum ẽ localem, & vltra ad oẽm motũ, & mutationẽ, quę eſt ex quodam in quoddã, & poſtremo oẽm emanationẽ, ſm quã aliquid eſt ab aliquo, vt à ſuo principio. Et ita ſolũ cõuenit in diuinis, & hoc excluſis imperfectionibus, quæ ſunt in emanationibus creaturarũ, quæ ſunt ex parte motus ſeu mutationis, aut diuerſitatis eſſentiæ, quibus excluſis, de ratione proceſsionis ſolũ eſt, ꝙ ſit procedens ab alio. Excluſis. n. omni motu, mutatione, & innouatione ab actione, remanẽt ſoli reſpectus, à quo aliqd, & quod ab aliquo. Hæc aũt in diuinis reperiunt. Hinc cõſtat, ꝙ proceſsio in diuinis ſolũ dr de emanatione paſsiua, qm illi ſoli cõuenit procedere, cui cõuenit ab alio eſſe, qđ non cõuenit niſi pducto. Proceſsio tñ appropriat emanationi ſpirituſſancti. Emanatio, n. filij, propriũ hẽt nomẽ. Ratio aũt appropriationis eſt triplex. Prima eſt, penuria noĩum in his, quę pertinẽt ad ſpiritũſancti: ideo emanatio eius retinet ſibi nomen cõe, cũ deficiat propriũ. Sc̃da eſt cõuenientia noĩs proceſſionis. ſignificat. n. primo voluntariũ motũ, accipiẽdo voluntatẽ pro appetitu ſequẽte cognitionẽ. ſpirituſſanctus aũt p modũ volũtatis procedit. ideo appropriatur ei hoc nomen. Tertia, qm ſpirituſsãctus procedit à nõ procedẽte, & pcedẽte: hoc eſt, à pre, & filio. ſicq; proceſsio amplius ei conuenire videt. Hæc Duran. ¶ Porrò Thomas in Scripto addit aliàs duas rationes appropriationis iſtius: Cũ, inquiens, proceſsio dicatur dupliciter, puta ſm motũ localẽ, & ſm exitum cauſati à cauſa, vterq; modus aliquo modo cõpetit origini ſpirituſſancti. Inquantum. n. procedit, vt perſona diſtincta, ſic ſua proceſsio ſimilitudinem hẽt ad exitũ cauſati à cauſa: inquantũ verò procedit, vt amor qui tendit in alterũ nõ ſicut in recipiens, ſed ſicut in obiectum, habet ſimilitudinẽ cũ proceſsione locali, quæ eſt ex aliquo in aliqd. Pr nãq; amat filiũ amore, q eſt ſpũſanctus. Alia rõ (vt credo) eſt melior, qa in rebus creatis inuenimus aliquid ſe ſubſiſtẽs, procedere p modũ naturæ, qđ dicimur generari: ſicq; potuimus pceſsionẽ filij pprio nomine

Ioan. 15.

Durand. Proceſsio vnde ſit impoſita.

Proceſsio cur appropriatur ſpirituſãcto.

Thomas.

nomine deſignare. non autem inuenimus in creaturis aliquid ſubſiſtens procedere per modum amoris, ideo proceſsionem ſpirituſſancti per modum amoris procedentem, nõ potuimus ſignificare pro prio nomine, ſed communi. Hæc Thomas.

Richard. ¶ Concordat Richardus inter cætera ſcribẽs: procedere vno modo idem eſt, quod ab alio eſſe, & ita ſecundum rationem commune eſt filio, atque ſpirituiſancto. Alio modo ſumitur procedere pro eſſe ab vno in alium, vt in obiectum, quemadmodum amor eſt ab amante in amatũ: ſicq; proprium eſt ſpirituiſancto. Et quãuis procedere primo modo ſit commune filio, atq; ſpirituiſancto: tamẽ ſpirituiſancto appropriatur, qm à duobus procedit. Vnde expreſsiùs conuenit ei proceſsio, quemadmodum nomen accidentis, quod commune eſt accidenti communi, ac proprio, appropriatur accidenti cõmuni, quia plùs habet de ratione accidentalitatis. Veruntamen ſicut eſt nomen ſpecialiter ſignificãs emanationem fili, quod eſt generatio: ita eſt nomen ſpecialiter ſignificans emanationem ſpirituſſancti, quod eſt ſpiratio. Hæc Richardus.

Petrus. ¶ Petrus quoque: Quamuis, ait, in diuinis non ſit genus, & ſpecies, ſeu vniuerſale, & particulare, attamen ibi eſt proprium, & commune: commune verò dupliciter, ſcilicet ſecundum rem, ſicut eſſentia eſt communis tribus perſonis: aut ſm rationem, vt proceſsio generationi, & ſpirationi. Verum inquãtum proceſsio diuiditur contra generationem, generatio non eſt proceſsio: qm̃ generatio eſt per modum naturæ, quæ importat vnum principium: emanatio autem ſpirituſſancti, eſt per modum voluntatis, & amicitiæ, amicitia verò eſt plurium, quorum quilibet eſt principium eius. Hæc Petrus.

Cõmune dupliciter dicitur.

Aegidius. ¶ Aegidius autem dicit præfatam expoſitionem ſignificationis nominis huius proceſsio, non rectè procedere: quia nos, inquit, non quærimus de tranſlatione nominum, ſed dubitamus an ibi, ſcilicet in diuinis, ſit proceſsio perſonarum.

Dionyſi. ¶ Ad quod dico, ꝙ reprehenſio iſta inepta eſt, qa adintelligendum qualiter proceſsio ſit in Deo, multum confert illa diſtinctio. ¶ Addit demũ Aegidius: Proceſsio in diuinis, ſecundum Boetium naturalis eſt, vel ſubſtantialis: qm̃ per vtranq; proceſsionem communicatur diuina ſubſtantia, ſeu natura. Vtranque etiam intelligere meliùs nõ valemus, quàm per ea, quæ ſunt in mẽte noſtra, videlicet per emanationem verbi ab intelligente, & amoris à diligente. Veruntamen in emanationibus iſtis in Deo, & mente creata, quantum ad diſtinctionem eſt modus cõtrarius. verbum namq; creatum ab intelligente diſtinctum eſt ſm naturam, non ſm hypoſtaſim: qm̃ alia eſt natura verbi, alia intelligentis, ſicut alia eſt natura ſubſtantiæ, & accidentis, non tamen eſt hypoſtaſis alia: qm̃ verbum creatũ non eſt ſubſiſtens, ſed inhæret hypoſtaſi ſeu perſonæ intelligẽtis: ſed in Deo eadem eſt natura verbi, ac patris dicentis, diſtincta verò hypoſtaſis. Hanc differentiam ponit Damaſcenus lib. 1. ca. 6. Idem dicendum eſt de amore creato, & ſpirituſancto. Hæc Aegidius.

Aegidius.

Damaſce.

QVAESTIO III.

Thomas. In diuinis nihil dicitur priuatiuè.

TErtiò quæritur ſine argumentis, *An ſpirituſſanctus poſsit dici ingenitus.* ¶ Ad qđ Thomas: In diuinis, inquit, nihil ꝓpriè dr priuatiuè: quia de ratione priuationis eſt, ꝙ ſit aliquid aptum habere quod non habet, quod Deo non cõpetit. idcirco ingenitus, in diuinis tantũ ſumitur negatiuè. Sed quędã negatio negat in genere determinato, & hæc hẽt aliquid ſimile priuationi, inquantum ponitur aliqđ genus determinatum. Eſt ẽt quædam negatio extra genus, & hæc negatio eſt abſoluta, quæ nullum genus determinat. Si ergo ingenitus dicat negationẽ extra genus, ſic conuenit omni ei, quod eſt, & non eſt per generationẽ ab alio, ſiue ſit ab alio, ſiue non: & ſiue ſit increatum, ſiue creatum. Sicq; eſſe ingenitum conuenit patri, & ſpirituiſancto, ac diuinæ naturæ, primis quoq; creaturis, quæ nõ exierunt in eſſe per generationem. Porrò, ſi ſit negatio in genere, hoc poteſt eſſe dupliciter, ſm quod in diuinis accipitur primò in genere diuinæ naturæ. & ſic adhuc conuenit patri, & ſpirituiſancto, ac diuinæ eſſentię. vel in genere principij in diuina natura. ſicque non conuenit niſi patri, & eſt notio patris. Principium quippe innoteſcere poteſt aut ſecundum quod aliquid eſt ab illo, ſicq; pater innoteſcit per generationem, & ſpirationem actiuam: aut ſecundum quod non eſt ab alio, & ſic ingenitus eſt notio patris.

Multiplex negatio.

Albertus eadẽ ar. 7. Damaſce.

¶ Idem Albertus, & concordat Vdalricus: Addit tamen Albertus ſm Damaſcenum li. 1. ca. 9. Ingenitum per vnum n ſcriptum, eſt idem quod non genitum. ingenitum verò per duo n ſcriptum, oſtendit quod nõ generatum. Atque in primo ſenſu genitũ, & non genitum, ſeu ingenitum, diſtinguũt inter naturam creatam, & increatam: quia diuina natura eſt ingenita, id eſt increata, ſecundum quod genitũ dicitur à Geneſi, ideſt creatione. Ingenitũ verò in ſecunda ſignificatione, cõuenit naturæ creatæ, & increatæ: quia aliquis in natura diuina eſt ingenitus, vt ſolus pater: & aliqua in natura creata ingenita ſunt, vt omnium animalium primæ hypoſtaſes, quę non nata, ſed à conditore ſunt facta, vt duo primi Aſini, duo primi Leones, duo primi homines, ſicq; de alijs. Veruntamen ſm proprietatem linguæ Latinæ, diſtinctio iſta non habet locum: qm̃ ingenitum per duo n, non eſt in vſu Latinorum. Hæc Albertus.

Ingẽnitũ per n duplex. Latinitas non recipit. Aegidius.

¶ Vnde conſtat qualiter Hieronymus dicat ſpiritum ſanctum eſſe ingenitum. ¶ Aegidius tamen affirmat, quòd ſecundum dicta ſanctorum oporter nos dicere, ꝙ ſolus pater ſit ingenitus, cum tamen Magiſter in textu allegat ſanctum Hieron. proteſtantem, ꝙ ſpirituſſanctus conſiſtat ingenitus.

Richard. ¶ Ideo aptiùs ait Richardus, ꝙ ſi ingenitus tantũ valeat ſicut non genitus, ſic ſpirituſſanctus ingenitus eſt. Nam, & in cõi modo loquendi nomina compoſita ex præpoſitione hac, in, ſic intelliguntur, qđ ly in exponit negatiuè, vt cum dicimus, indoctus, incertus, infirmus. At verò ſm alios quoſdam, Ingenitum ſumi põt dupliciter, ſcilicet priuatiuè, & negatiuè. Priuatiuè, dupliciter. primò, vt priuet actũ, non potentiã, vt iniuſtum dictum de peccatore, ſecundò, vt priuet actum, atq; potentiam, vt iniuſtum, dictum de lapide. tñ hęc acceptio eſt prorſus impropria, cũ priuationis ſit relinquere aptitudinem, ſeu potentiã in ſubiecto. Negatiuè quoq; ingenitũ dupliciter dr. Primò, vt neget in genere aliquo determinato, & relinquit aliqd, vt potè eſſe ab alio, & ſolũ tollit eſſe ab alio per generationẽ. & ſic conuenit ſpirituiſancto. Sc̃dò, vt neget ſimpliciter, ſeu extra genus. ſicq; nihil reliqt niſi eſſe, & tollit eſſe ab alio. & hoc dupliciter, qa vel eſt negatio pura, & ſic cõuenit diuinæ eſſentię: vel eſt negatio fundata in ſuo cõtrario, puta in hoc, ꝙ eſt omnia eſſe ab illo, & ſic cõuenit patri. Sed priuatiuè nequaquã conuenit in diuinis, qa priuatio oĩs dicit indigentiã non habiti, poſsibilis tñ haberi. De hac re infra ſcribunt doctores, vbi de notionibus tractãt. ideo hic iſta ſuffi ciãt.

Quod

A

Quod gemina est processio Spiritussancti. Distinctio XIIII.

PRæterea diligenter annotandum est,quòd gemina est processio spiritussancti:æterna videlicet,quæ ineffabilis est;quæ à patre,& filio æternaliter, & sine tempore processit: & temporalis,qua à patre, & filio ad sanctificandam creaturam procedit.Et sicut ab æterno communiter,ac simul procedit à patre,& filio,ita,& in tempore communiter,& simul ab vtroque procedit ad creaturam, non diuisim à patre in filium,& à filio ad creaturam. Vnde Augustinus in decimoquinto lib.de Trin.ait:Spiritussanctus non de patre procedit in filium,& de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de vtroque procedit,quamuis hoc filio pater dederit,vt sicut de se,ita etiam de illo procedat.

Augu.de Tri.l. 15. ca.17.

B

De temporali processione Spiritussancti specialiter agitur.

De temporali autem processione Beda in homilia Dominicæ primæ post Ascensionem ita loquitur:Cum gratia spiritussancti datur hominibus,profectò mittitur spiritus à patre,mittitur,& à filio:procedit à patre,procedit,& à filio:quia,& eius missio,est ipsa processio. His verbis apertè ostendit,donationem gratiæ spiritussancti dici processionẽ, vel missionem eiusdem. Sed cum donatio,vel datio non sit nisi temporalis,constat ga, & hæc processio siue missio temporalis est.Hanc quoque temporalem spiritussancti processionem August. decimoquinto lib. de Trinit.insinuat, dicens spiritumsanctum processisse à Christo quando post resurrectionem insufflauit in discipulos, his verbis: Cum resurrexisset Christus à mortuis, & apparuisset discipulis, insufflauit,& ait, Accipite spiritumsanctum:vt etiam eum de se procedere ostenderet. Et ipse est virtus,quæ de illo exibat (vt legitur in Euangelio) & sanabat omnes. Et vt ostenderet hanc processionem spiritussancti non esse aliud, quàm donationem, vel dationem ipsius spiritussancti, addidit: Post resurrectionem Dominus Iesus bis dedit spiritumsanctum, semel in terra propter dilectionem proximi,& iterum de cœlo propter dilectionem Dei:quia per ipsum donum diffunditur charitas, in cordibus nostris, qua diligimus Deum, & proximum.

Beda ī Homilia.

Aug c.26.

Ioan.20.c Lucæ 6 c Aug.li.15. de S. Trin. cap.26 Actuum 2. Roma.5.

C

Quod aliqui dicunt Spiritumsanctum non dari, sed dona eius.

Sunt autem aliqui,qui dicunt spiritumsanctum ipsum Deum nõ dari,sed dona eius, quæ non sunt ipse spiritus:& (vt aiunt) spiritussanctus dicitur dari,cum gratia eius, quæ tamen non est ipse,datur hominibus.Et hoc dicunt Bedam sensisse in superioribus verbis, quibus dicit spiritumsanctum procedere, cum ipsius gratia datur hominibus: tanquàm non ipsemet detur, sed gratia eius. Sed quòd ipse spiritussanctus, qui Deus est, & tertia in Trinitate persona, detur, apertè dicit August.decimoquinto lib. de Trinit.ita dicens Eundem spiritumsanctum datum cum insufflasset Iesus,de quo mox ait: Ite,baptizate omnes gentes in nomine patris,& filij,& spiritussancti:ambigere non debemus. Ipse est ergo,qui etiam de cœlo datus est die Pentecostes.Quomodo ergo Deus non est, qui dat spiritumsanctum? imò quantus est Deus,qui dat Deũ? Ecce his verbis apertè dicit spiritumsanctum,ipsum scilicet Deum dari hominibus à patre,& à filio. Et quòd ipse spiritussanctus,qui Deus est,ac tertia in Trinitate persona,nobis detur,nostrisq; infundatur,atque illabatur mentibus, apertè ostendit Ambrosius,in primo lib. de Spiritusancto, dicens. Licet multi dicantur spiritus,quia legitur, Qui facit Angelos suos spiritus, vnus est tamen Dei spiritus. Ipsum ergo vnum spiritum, & Apostoli, & Prophetæ sunt consecuti, sicut etiam vas electionis dicit:quia vnum spiritum putauimus: quasi eũ,qui nõ queat scindi,sed infundatur animis,& sensibus illabatur, vt secularis sitis * restringat ardorem.qui spiritussanctus non est de substantia rerum corporalium,nec de substantia inuisibilium creaturarum.His verbis apertè dicit spiritumsanctum ipsum (qui creatura non est) infundi mentibus nostris.Item in eodem: Omnis creatura mutabilis est,sed nõ mutabilis spiritussanctus. Quid autem dicere dubitem,quia datus est,& spiritussanctus, cum scriptum sit: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis? Qui cum sit inaccessibilis natura,receptibilis tamen propter bonitatem suam nobis est,complens virtute omnia,sed qui solis participetur iustis:simplex substãtia,opulens virtutibus,vnicuique præsens,diuidens de suo singulis,& vbique totus.Incircunscriptus ergo, & infinitus est spiritussanctus, qui discipulorum sensus separatorum infudit, quem nihil potest fallere. Angeli ad paucos mittebantur: spiritussanctus autem * populis infundebatur. Quis ergo dubitet quin diuinum sit, quod infunditur simul pluribus,nec videtur? Vnus est ergo spiritussanctus, qui datus est omnibus,licet separatis Apostolis.Et hic apertè dicit Ambrosius,quòd spiritussanctus, qui est substantia simplex

Aug.li.15. de Tri.c.26 Matt.28.

Aug li.15. de Trin.c. 26. Ambr. li.1.de spiritusancto ca. 4.

Psal. 103. 1. Cor.12.

*restringuat.

Rom.5.a 1.Tim.6.

Roma. 12.

*pluribus

simplex,cum sit vnus,datur pluribus. Alia quoque auctoritate hoc idem astruitur,scilicet,quòd spiritussanctus, qui est æqualis filio,hominibus detur.Ait enim Augustinus de uerbis domini sic:Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo,qui dedit dona hominibus. Quæ dona?Spiritumsanctum, qui tale donum dat, qualis est ipse. Magna est misericordia eius,donum dat sibi æquale, quia donum eius spiritussanctus est. Præmissis his, & alijs pluribus auctoritatibus apertè monstratur, quòd spiritussanctus æqualis patri, & filio nobis datur: nec ideo tamen minor est patre, & filio. Vnde Augustinus in quarto libro de Trinitate: Non ideo, inquit, minorem spiritumsanctum, quia & eum pater misit, & filius, arbitrandum est.

Augu. Rom.5 a

Psal.69 Ephes.4.

Auguſt de Trin lib.4 cap. 21.

D

An viri sancti, & ecclesiæ prælati dent, vel dare possint spiritumsanctum. & quòd non dent, hic ostenditur.

Hic quæritur,utrum,& uiri sancti dent,vel possunt dare alijs spiritumsanctum.Quẽ si alijs dant, cum eius donatio supra sit dicta processio,uidetur ab eis procedere spiritussanctus, uel mitti: sed creator a creatura non mittitur, uel procedit. Restat ergo, ut spiritumsanctum ipsi non dent, nec possint dare. Vnde Augustinus in decimoquinto libro de Trinitate:Non aliquis discipulorum Christi dedit spiritumsanctum.Orabant quippe,ut venirent in eos,quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia.Denique & Simon magus offerẽs apostolis pecuniam, non ait: Date mihi,& hanc potestatem,ut dem spiritumsanctum: sed,Cuicunque,inquit,imposuero manus,accipiat spiritumsanctum: nec scriptura superiùs dixerat,Videns autem Simon,quia apostoli darent spiritumsanctum: sed dixerat,Videns autem Simon,quia per impositionem manuum apostolorum daretur spiritussanctus. Ecce,his uerbis ostendit Augustinus,nec apostolos,nec alios ecclesiæ prælatos dedisse,vel dare spiritumsanctum.

Auguſt.de Trin. li.15 cap.26. Actuũ 8.c

Ibidem. d

E

Quòd non possunt dare Spiritumsanctum, hic docet.

Et quod plus est, non posse etiam dare dicit, in eodem libro subdens: De Christo scriptum est, quòd acceperit a patre promissionem spiritussancti, & effuderit, in quo vtraque natura monstrata est, humana scilicet, & diuina: accepit quippe, ut homo, effudit,ut Deus. Nos autem accipere,quidem hoc donum possumus pro modulo nostro,effundere uerò super alios non utique possumus:sed ut hoc fiat, Deum super eos a quo id efficitur,inuocamus. His uerbis expresse dicit nos spiritumsanctum non posse super alios effundere,id est,alijs dare.

Augu. ubi supra. Ioan. 1. Ioel.3.

F

Quòd videtur contrarium.

Sed huic uidetur contrarium, quòd Apostulus ad Galatas de se loquens, ait: Qui tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis. Ecce euidenter dicit se tribuisse spiritum. Sed intelligendum est hoc dixisse Apostolum, non quia haberet potestatem, & auctoritatem dandi spiritumsanctum, sed quia minister habuerit,in quo dabatur à Deo spiritussanctus. Vt enim ait Augustinus super eundem locum,exponens illud Apostoli uerbum: Ab Apostolo prædicata est ei fides, in qua prædicatione aduentum, & præsentiam spiritussancti senserant, sicut illo tempore in nouitate inuitationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis præsentia spiritussancti apparebat, ut in Actibus apostolorum legitur. Apertè hic ostendit, quomodo illum spiritumsanctum Apostolus tribuerit. Non utique ipsum mittendo in eos, sed prædicando eis fidem Christi: quam illis recipientibus, quòd spiritussanctus in eis esset, aliquibus signis visibilibus monstrabatur. Non ergo homines quantumcunque sancti dare possunt spiritumsanctum.

Gala.3. Determinatio. Aug.super epistolam ad Galat. cap.3. Actuũ 2.. 8.10.

Summa di finct. 24.

HAbita determinatione de æterna processione spiritussancti, hic de temporali eius processione tractatur. Et circa hoc auctor quatuor facit in ista distinctione. Primò docet, quòd sit duplex, seu gemina processio spiritussancti. Secundò, quòd in temporali ꝓcessione, seu missione spiritussancti ipsemet spiritussanctus detur his, ad quos procedit, seu quibus mittitur. Tertiò excludit errorem aliter opinantium. Quartò mouet hanc quæstionem, an spiritussanctus detur a sanctis hominibus, aut prælatis, & soluit eandem una cũ obiectione,q̃ contra suam solutionem fieri posset.Et litera plana est.

QVAESTIO I.

PRo cuius clariori intellectu quæritur primo, *quid sit temporalis processio spiritussancti, & an realiter differat ab æterna*. Et primò arguitur, quòd spiritussancto non conueniat temporaliter procedere. ¶Primo, quoniam Deo patri non cõuenit tẽporalis processio, ergo nec spiritussancto,

Arguitur 1. contra veritatẽ.

qui æqualis est patri in omni perfectione, & dignitate, ita ꝙ omne tpale, tam elongatum est à spiritu sancto, sicut à patre. Si dicatur, ꝙ etiam patri non conuenit æterna processio, hoc non vī sufficere: quia æternum non derogat excellentiæ Dei, quem admodum tempus, ac temporale.

2 Secundò, quia filio, cui conuenit æterna processio non conuenit processio temporalis, saltem ſm eius diuinam naturam, ergo nec spirituisancto.

3 Tertiò, processio quæcunq; spiritusſancti est realiter ipsemet spiritusſanctus procedens, sed spūſſanctus nequaquā est tpalis, ergo nec eius processio.

4 ¶Quartò, ordini rerum derogare vī, ꝙ processio, aut operatio ueri Dei sit tpalis, cum in lib. de Causis dicatur: Inter rem cuius substantia, & operatio est in tpe, & inter rem cuius substantia, & operatio est in momento æternitatis, est res media, cuius substantia est in ęternitate, & operatio in tpe. rē aūt cuius substantia, & operatio est in æternitate, vocat potiſsimè Deū. Cū ergo processio spirituſsancti sit operatio Dei, vī non esse in tempore.

5 ¶Quintò, processio spiritusſancti dī tpalis rōne effectus gratuiti, quem causat in creatura rōnali, sed dona gratuita sunt spiritalia perpetua, & diuina, non materialia, nec tpalia, ergo ꝓp hmōi dona

6 non est processio illa temporalis vocanda.

¶Insup, ꝙ utraq; ꝓcessio illa nō sit realiter eadē,

7 hinc apparet, ꝙ unū, & idē nō est æternū, ac tpale.

¶Rursus, si esset vna, non diceretur bina, seu gemina, sed in textu gemina nominatur.

In oppoſitum. Bonauēt. ¶In oppositum sunt, quæ in litera asseruntur.

¶Ad hæc Bonauentura respondet: Processio, ꝓut conuenit spirituisancto, est processio ab uno in alium. Sed processio talis dupliciter pōt intelligi. Primò, sicut in obiectum, in quod tanquam in amatum progreditur. Secundò, sicut in ſuſceptiuum, aut in ſubiectum, in quo recipitur. Primus modus conuenit processioni æternæ, ut dictum ſæpe. Secundus aūt modus in illa esse non ualet, quamuis sic intellexerint Græci, quod ſ. spiritusſanctus a patre producitur, ac procedit, & in filio recipitur, ac quieſcit. Quod stare non potest, cum receptio spirituſsancti in aliquo sit per influentiam doni gratuiti, quod ex tempore est, & penes quod attendit tpalis processio: ſm quam spiritusſanctus procedere dī ab aliquo in aliquem non tm̄ tanquā in obiectum, sed & ut in habitaculum. Sicq; processio spiritusſancti perhibetur tpalis, non rōne eius, à quò, sed rōne eius in quem procedit. Hinc nec generatio filij ſm naturam diuiuam, nec etiam spiratio spirituſsancti dī temporalis: quia generatio, & spiratio non ita dicunt respectum ad terminum, in quē tendit processio. Præterea aduertendum, ꝙ aliqd

Temporale triplicizer dicitur dī tpale tripliciter. Primò, quia habet initium, uariationem, & actum in tpe, ut gubernabilia, & corruptibilia. Secundò, quod habet initium in tpe, sed non desitionem, ut aīa. Tertiò, quod habet initium essendi in tpe, sed actum eleuatum extra, & supra tempus, ut dona gratiæ gratumfaciētis. Vnde 4. de Trinit. loquitur Aug. Inquantum aliquid æternum mente capimus, non ſumus in hoc mundo. Et per

Auguſt. hoc patet ſolutio quinti. Hæc Bonauentura.

¶Qui etiam in ſuo breuiloquio conteſtat: Quāuis primum principium sit immenſum, & incomprehenſibile, reddit tm̄ se hominibus aliquo modo manifeſtum, & notum generaliter per vniuerſitatem ſuorum effectuum, in quibus dī esse per essentiam, præſentiam, atq; potentiam, eo ꝙ se extendit ad cuncta creata. Reddit se quoq; ſpecialiter notum per quoſdam effectus, qui in ipſum ſpecialiter ducunt; rōne quorum dī inhabitare, apparere, descendere, mitti, & mittere. Habitare quippe notat ſpiritualem affectum cum acceptatione, ut est effectus gr̄æ gratumfacientis, quæ est habitus Deiformis, reducens in Deum, faciens nos Deū habere, & Deū haberi à nobis, ac per hoc ipſum ēt habitare in nobis Et qm̄ gratia est effectus cōis tribus perſonis, ideo una perſona non inhabitat rōnalem creaturam ſine alia, imò ſimul Trinitas tota. Hæc ibi.

Quid ſit Deum habitare in homine.

Albertus. ¶Circa hæc ſcribit Alberrus: Tpaliter procedere non conuenit niſi ſpirituiſancto, & filio, imò ꝓpriè conuenit spirituiſancto, ſi accipiatur procedere, prout diuiditur contra generari. ſicq; tpalis processio dī manifeſtatio æternæ ꝓcesionis ſpirituſſancti, in collatione doni gratumfacientis ad ſanctificandum creaturam rōnalem. Itaq; tpalis ꝓcesio aliquid ſuper addit processioni ęternę, non ꝙ Deo æterno, aut ſpirituiſancto, qui uerus est Deus, aliqd ſubſtantialiter, uel accidentaliter queat addi: ſed quia aliquid creatū nunc aliter ſe habet ad ipſum, q̄ ante. Et ita tpalis ꝓcesio includit ꝓcesioue æternam, & addit reſpectum, qui cauſatur ex hoc, ꝙ rōnalis creatura ex dono Dei aliter ſe habet ad ipſum in gratia, q̄ ſe habuit ante. Hæc Albertus.

Vdalricus. ¶Concordat Vdalricus in Summa ſua lib. 3. ſcribens: Temporalem esse quandam processionem diuinæ perſonæ Chriſtus oſtendit, dicendo: Ego ex Deo proceſsi, & ueni in mundum. Et rurſus: Si ego abiero, mittam eum (videlicet ſpiritum ſanctū) ad uos. Vbi aſſerit Beda: Eius miſsio est temporalis processio. Hanc quoq; Chriſtus oſtendit viſibili ſigno, cum inſufflando dixit apoſtolis: Accipite ſpiritum ſanctum. Est autem duplex diuina processio temporalis, vna cōmunis est toti Trinitati, qua Deus per cauſalitatis ſuę influxum procedit ad omnia, immobilis permanens in ſeipſo, de qua in lib. Sapientiæ dī: Attingit à fine uſque in finem fortiter. de qua 2. ca. de diuinis nominibus S. Dionyſius loquitur, de qua non est nunc ſermo. Alia est temporalis processio ꝓpriè dicta, qñ non ſolum ſimilitudo, & communis influentia Dei datur, ſed & ipſa diuina perſona mittitur, & donatur. Quemadmodum aūt iuxta præhabita, processio æterna uno modo accipitur, ita quod communis est generationi, atq; ſpirationi, alio autem modo prout appropriatur ſpirationi: & ſic temporalis processio dupliciter ſumitur. Nam prout includit processionem æternam primo modo acceptam, cōis est filio, & ſpirituiſancto: ſed prout includit processionem æternam ſumotam ſecundo modo, ſic ſanctoſpirituī propria est. Denique temporalem processionem hanc esse, probatur ſic: Quicquid ab æterno exit ab uno, ut per ſe exiſtens, & tamen de nouo accipitur ab aliquo, hoc ſicut procedit æterna processione in esse, ita tēporaliter procedit in aliquid: ſed tam filius, quàm ſpirituſſanctus æternaliter exit a patre in esse perſonale, atque de nouo accipitur à creatura rationali, quam inhabitat gratioſe: ergo conuenit utrique temporaliter procedere. Hæc autem temporalis processio, est receptio perſonæ ęternaliter procedentis in creatura, ſecundum ſpecialem modum habendi illam per gratiam. Hinc processio iſta non ponit mutationem in Deo, ſed in creatura. Hæc tamen processio appropriat ſpirituiſancto, qm̄ magis cōuenit proprio eius, quod est esse donum amoris: & iſta processio ponit in Deo relationem rationis ad creaturā, in creatura vero relationem realem ad Deum. Hęc Vdalricus.

¶Hinc

Ioan. 16. Ibidem. Beda. Ioan. 20. Sap. 8. S. Dion.

Thomas. ¶Hinc Thomas: Processio, inquit spirituſſancti ex modo ſuæ emanationis, inquantum ſpirituſſanctus procedit vt amor, habet quòd tendit in alium, vt in obiectum. Et quia æternæ perſonarum proceſsiones, sunt cauſa, & ratio productionis creaturarum, oportet, quòd ſicut generatio filij est cauſa totius productiōnis creaturæ, ſecundum quod pater dicitnr omnia feciſſe in filio: ſic æmor patris tendens in filium, vt in obiectum, est ratio iñ qua Deus omnem effectum amoris tribuit creaturis. Hinc ſpirituſſanctus, qui est amor, quo pater diligit filium, est etiam amor quo diligit creaturam, impartiendo ei ſuam perfectionem. Potest ergo proceſsio huius amoris conſiderari dupliciter. primò ſecundum, quod tendit in obiectum æternum, ſicq; vocatur æterna processio. Secundò, prout procedit, vt amor in obiectum creatum, inquantum per illum amorem in creatum, aliquid confertur creaturæ à Deo: ſicq; vocatur temporalis proceſsio, quia ex nouitate effectus conſurgit noua relatio creaturæ ad Deum, ratione cuius oportet Deum ſignificari ſub noua habitudine ad creatum, ſicut in omnibus quæ de Deo dicuntur ex tempore. Hæc Thomas in Scripto.

art. 2. ¶Porro in prima parte Summæ quæſtione 43. In his, ait, quæ important diuinarum originem perſonarum, est quædam differentia attendenda, quædam namque in ſui ſignificatione important ſolam habitudinem ad principium, vt proceſsio, & exitus. quædam vero cum habitudine ad principium, determinat proceſsionis terminum, quorum quędam determinant terminum æternum, quemadmodum generatio: ſpiratio quoq; paſsiuè accepta, proceſsionem importat ſubſiſtentis amoris. Quædam vero cum habitudine ad principium, important terminum temporalem, vt miſsio, & datio. Mittitur enim aliquid ad hoc, vt in aliquo ſit: & datur ad hoc, vt habeatur. Perſonam autem diuinam haberi ab aliqua creatura, aut nouo modo esse in ea, est temporale, Hinc miſsio, & datio in diuinis dicuntur tēporaliter tantum. generatio autem, & ſpiratio ſolummodo ab æterno, proceſsio verò, & exitus vtroque modo. Hæc in Summa.

Thomas. ¶In Summa etiam cōtra gentiles libro 4. ſcribit diffusè de effectibus attributis ſpirituiſancto in ſcripturis, reſpectu totius creaturæ: deinde, de effectibus, qui ei ſpecialiter attribuuntur reſpectu rationalis creaturæ per chariſmata gratiarum: conſequēter, de effectibus attributis ſpirituiſancto ſecūdum, quod mouet creaturam in Deum.

Petrus. ¶Concordat Petrus: Proceſsio, inquiens, temporalis ſm Magiſtrum in litera, est proceſsio, qua ſpiritusſanctus procedit à patre, & filio ad ſanctificandum creaturam. Hæc quippe temporalis proceſsio tria importat, puta reſpectum ad id, quo procedit, atq; ad id, quod procedit, & ad effectum, quem facit, & connotat. Quamuis autem ſanctificatiō rationalis creaturæ ſit effectus toti trinitati communis, tamen appropriatur ſpirituiſancto ratione amoris, qui est principium totius ſanctificationis. Exemplū vero huius temporalis proceſsionis est, ſi aliquod dolium ab æterno flueret, ſed in aliquo vaſe eius fluxus, & emanatio temporaliter reciperetur, diceret in illud temporaliter fluere. Vñ nō est concedendū ſimpliciter, ꝙ proceſsio ſpūſſancti ſit tēporalis: ſed ꝙ proceſsio eius in creaturā, ſit tpalis. Hæc Petrus.

Quid ſit ꝓceſsio ſpūſſancti. Spūſſancti tpalis proceſsio tria importat. Creaturæ ſanctificatio cur ſpirituiſāctō appropriet.

Richard. ¶Amplius Richardus prætactam veritatem duplicis proceſsionis parum aliter exprimit, dicēs: In proceſsione ſpirituſſancti cum procedat vt in aliū, duplex importatur habitudo. vna ad principium à quo, & iſta æterna est. Alia ad terminum ad quē, ſeu in quē procedit, & ſm hanc æterna est, & tpalis: qa ſm quod proceſsio ſpūſſancti dicit habitudinē ad terminū in quē, vel ad quem procedit, ſicut in obiectum tm̄, ſic cū talis habitudo æterna ſit, ſm eā proceſsio illa æterna ē: ſi aūt importet habitudo ad terminū in quē, nō tm̄ ſicut in obiectum, ſed etiā ſicut ad illud in quo de nouo incipit esse, vel alio mō esse q̄ ante fuit, cū talis habitudo ſit ex tpe, ꝓceſsio ſpūſſancti ſecundum eā est temporalis. Hæc Richardus.

Aegidius. ¶Inſuper Aegidius circa hæc refert quorūdam poſitionem, quam dicit inſufficientē, & ait: Ex amore principaliter aſsignare nouitatem proceſsionis, non est congruū: qm̄ Deus non diligit nos propter bonitatem noſtram, ſed propter bonitatem ſuam. idcirco in tali amore ſemper est obiectum æternū, prout dligit ſe, & prout diligit creaturam, loquendo de principali obiecto, ex quo actus fortitur ſpeciem. Nō ergo ex diuerſitate obiectorum debet proceſsio gemina aſsignari. Hæc Aegidius.

Diony. ¶Quocirca ſciendum, ꝙ poſitio quā recitat, est ſancti doctoris, in qua etiam Albertus, Bonauentura, Petrus, Richardus, & Vdalricus concordant: nec Aegidius idoneè recitat, nec efficaciter re ꝓbat eā. Nempe (vt patuit) Thomas dicit proceſsionem ſpirituſſancti esse temporalem, ſm quod tēdit in obiectum creatū: inquantum per creatum amorem cōfertur à Deo aliquid creaturæ, ex quo conſurgit noua relatio creaturæ ad Deum. Et iſta obiectorum diſtinctio, est ſufficiens rō diſtinguendi, atq; ponendi geminā proceſsionem ſpirituſſancti. Nec ābſolutè verum est verbum illud Aegidij, ꝙ Deus nō diligit nos propter noſtrā bonitatem, cum in Euāngelio Chriſtus teſtet: Ipſe pr̄amat uos: quia uos me amaſtis. Nec dubium quin ſm præſentem iuſtitiā Deus diligat iuſtos propter eorū iuſtitias, quemadmodū ſcriptū est: Qm̄ iuſtus dñs, & iuſtitias dilexit. Atq; vt ait ſcriptura, ſicut odio ſunt Deo impius, & impietas eius, ſic amor est Deo iuſtus, & iuſtitia eius. Verūtamē amor Dei præuenit nos, & amor eius cauſa est noſtræ bonitatis. Hinc propter ſeipſum, & ꝓp ſuam bonitatem principaliter, & finaliter amat nos cum ipſe omnia referat ad ſeipſum, & ſibipſi ſit finis, ſeu quaſi finis. Nihilominus interdum attenditur diſtinctio actuum penes obiectū primariū, & ſecundarium, ſeu penes obiectum generale, & proprium, & itē penes obiectū primum, & proximum.

Quō nos diligat Deus ob noſtram bonitatem. Iohan. 16. Pſal. 10. Sapien. 14

Sit ne proceſsio tpalis, & æterna realiter vna.

¶Iam declarādū est, an proceſsio ſpūſſancti æterna, & temporalis, ſit realiter una, & eadem. Et videt quod non, quia vnum, & idem non est æternum, & temporale. ¶Iterū dictum est, ꝙ temporalis proceſsio ſpūſſancti, est receptio eius in creatura rōnali: q̄ receptio est, quod creatū, non emanatio æternalis.

Auguſtin. ¶Rurſus ſm Auguſtinum in libro de Trinitate, temporalis proceſsio ſpirituſſancti, est ſignum ſuæ proceſsionis æternæ. Signum autem differt realiter à ſignato, nec est idem realiter cū æterno. ¶In contrarium est doctrina doctorum. ¶Ad hoc Thomas rīdet: Cum proceſsio ſemper dicat reſpectum procedentis ad eū à quo procedit, & ſpirituſſanctus non referatur ad patrem niſi relatione ęterna, nulla proceſsio ſpirituſſancti poteſt esse realiter, aut eſſentialiter alia ab æterna: ſed poteſt ei aduenire aliquis reſpectus alius ex parte eius, in quem est, ſicut in amatum, à quo recipitur per gratiam, ratione cuius dicitur temporalis. Dicēdum ergo, quòd est vna proceſsio eſſentialiter propter vnum reſpectum procedentis ad producentem, quē reſpectū principaliter

In oppoſitum Thomas.

importat processio. Est tamen duplex, seu gemina ratione duorum respectuum in duo obiecta, videlicet in æternum, ac temporale. quorum respectuũ unus, puta æternus, est realiter in ipso procedente. alius verò est in ipso secundum rationem duntaxat. realiter autem in eo in quem procedit, puta in creatura Horum tamen respectuum primus includitur in secundò, sicut causa, & ratio eius. Vnde se cũdus se habet ex additione ad primum. Itaq; processio spiritussancti non dicitur temporalis secundum id, quod est, sed ratione temporalis respectus ad creaturam. Temporalis quoque processio dicitur signum æternæ quantum ad effectum, ex quo consurgit, & oritur temporalis ille respectus, ſm quem processio dicitur temporalis. Effectus quippe temporalis processionis, est amor gratuitus, & infusus, qui est similitudo increati amoris, qui est spiritussanctus, & per consequens signum eius. Hæc Thomas.

Temporalis processio cur dicatur signum æternæ.

Responsio ad obiectiones.

¶ Ex quibus patet solutio ad obiecta, tamen ad primum dicendum, q̃ temporalis processio spiritussancti, vocatur eius receptio in creatura per prędicationem causalem: quia est causa gratiosæ suę inhabitationis, atque præsentiæ: vel est prædicatio per effectum, sicut dies dicitur latio solis super nostrum horizontem. Si autem obijciatur, qm̃ ea, quę non sunt eiusdem rationis, non connumerantur adinuicem. Quæ enim connumerantur, in aliquo conueniunt, sed æternum, & temporale nõ sunt rationes eiusdem, ergo non potest dici, q̃ sint duæ processiones æterna, & temporalis. Ad hoc Thomas respondet: Processio æterna, & temporalis, p respectum ad principium, à quo sunt, sunt penitus idem, & rationis eiusdem. Nec ex hac parte numerantur, sed per respectum ad id, in quo sunt, distinguuntur: nec sunt eiusdem rationis secundum vsi uocationem, sed analogicè, quoniam vnum est ratio, & causa alterius. sicque possunt connumerari, quemadmodum, & Deum, & Angelum dicimus duas res. Hæc Thomas.

Thomas.

¶ Hinc Petrus: Sicut ex parte solis differt lucere, & illuminare, ita ex parte spiritussancti æternaliter, temporaliterque procedere, ideo sicut lucere, & illuminare non differunt essentialiter in sole, ita procedere æternaliter, & temporaliter non differunt realiter in spiritussancto.

Petrus.

Petrus. Richard. Processio quatuor modis geminatur.

¶ Circa hæc Petrus, & Richardus concorditer scribunt: Processio alicuius ab aliquo, potest distinctionem habere seu geminari quatuor modis. Primò, geminatione principiorum, à quibus procedit quemadmodum filius carnalis procedit à patre, & matre. Secundò, geminatione modorũ, quibus procedit, vt processio notitiæ, & amoris à mente. Tertiò, geminatione, seu distinctione ipsorũ procedentium, vt procreatio duorum geminorum ab eisdẽ parentibus. Quartò, geminatione terminorum, sicut geminatur charitas Dei, & proximi. Quod contingit dupliciter, vtpotè terminorum non coordinatorũ, ut actus dilectionis, quo homo diligit proximum, & seipsum: aut terminorum coordinatorum, vt actus dilectionis, qua diligit Deum propter seipsum, & proximum propter Deum. His verbis addit Richardus: Secundum primum modum nõ distinguuntur æterna processio spiritussancti, & tẽporalis, quia sunt à patre, & filio, inquãtum vnum sunt: neque secundò modo, quia vtraque processione procedit spiritussanctus per modum voluntatis, quamuis sit aliter per modum voluntatis æterna processio, aliter temporalis: quia æterna de necessitate, tẽporalis non. Nec tertio modo, quoniam in vtraque processione est eadẽ persona procedens. Nec quarto modo. quoniam termini illi habent coordinationem, quia æterna processio respicit pro termino (ideſt obiecto) personam diuinam, temporalis creaturam: qui termini sunt coordinati, prout inter creatorem, & creaturam potest coordinatio poni. Nam creatura ad creatorẽ realiter ordinatur, creator ad creaturam secundum rationem refertur. Nempe per hoc, quòd spiritussanctus procedit à patre in filium, vt in obiectum, & econuerso, procedit ab vtroque simul ad creaturam sanctificandam. Vnde decimoquinto de Trinitate asserit Augustinus: Spiritussanctus nõ de patre procedit in filium, & de filio ad creaturæ sanctificationem, sed simul de utroq; ad illam. Restat ergo, quòd prædictæ processiones quinto modo distinguantur, videlicet per distinctionem terminorum coordinatorum. Etenim termini processionũ istarum realiter, vt patuit, distinguuntur. In essentia uerò processionum harum, differentia esse non potest nisi secundum rationem. Creatura namque ad quam sanctificandam procedit spiritussanctus, & sanctificationis effectus, atque realis relatio, quæ per illum effectum est in creatura ad spiritumsanctum, non sunt de essentia, seu realitate processionis temporalis spiritussancti. Itaque una est processio secundum rem, duæ secundum rationis distinctionem. Nec duæ istæ processiones habent inter se ordinem realem, nisi ratione effectus connotati, non ratione principalis significati. Hæc Richardus.

Augustin.

Petrus.

¶ Porrò Petrus præhabitis suis verbis addit: Quę isto, scilicet vltimo modo geminantur, & distinguuntur, non oportet differre essentialiter. sicque geminatur processio spiritussancti ęterna, qua procedit à patre in filium, & econtra. ut in obiectum: & temporalis, qua ab vtroque procedit in creaturam, ut in subiectum largè accipiendo subiectum pro eo, in quo recipitur aliquid, prout domus dicetur subiectum habitationis. Quemadmodum enim sub actum habet aliquem actum per formam suam, sicut album per albedinem disgregat visum: sic anima dicitur subiectum spiritussancti, quia p eius aduentum, & habitationem in anima, efficitur in ea aliquid, & ipsa aliquid facit per ipsum. Non ergo differunt istæ processiones penès id, qđ procedit, nec penès principium à quo procedit, sed penès terminum, propter effectum, qui ex illo consequitur, & respectum ex effectu causatum. Non tamen intelligas, quòd spiritussanctus sit in homine, ut accidens in subiecto, sed secundum dona ipsius: ipse autem per se est ibi, ut motor in moto. Hæc Petrus.

Quomodo spiritus sanctus recipiatur in homine.

Albertus, Vdalricus.

¶ Concordant Albertus, & Vdalricus, qui in Sũma sua libro 3. addit. Quamuis æterna processio spiritussancti habeat obiecta æterna, inquantum spiritussanctus est amor patris in filium, & econtra filij in patrem: ex hoc tamen non distinguitur, quia distinctio in diuinis non est nisi per relationes originis. Sed cum iuxta Philosophum 2. de anima, denominatio debeat fieri à digniori, cur processio spiritussancti in creaturam sanctificandam temporalis vocatur, cum in ea æterna processio includatur? Dicendum quòd aliud est nominatio, aliud denominatio. Cum enim nomen dicatur quasi notamen, vbi fuerit diuersorum coniunctio, totum illum exprimendum est nomine: aliter totum illud non notificaretur, sed pars eius. Veruntamen

Aristotel.

Nominatio, & denominatio differunt.

si vnum

si vnum eorum est principaliùs altero, ponendum est substantiuè, & alterũ debet poni vt determinatio eius. Porro denominatio dicitur quasi nomination de aliquo ipsi⁹ rei, & nõ nominatio totius. Ideò denominatio fieri debet à digniori, qm̃ illud ẽ formale, & completiuum, reddẽs ei speciem, & rõnem & nomen. Hic aũt processionem hanc spiritussancti volumus nominare magis, q̃ denominare: idcirco vtrunq; ad ipsum spectans exprimimus cum dicimus, processio temporalis: ita tamen, q̃ principale ponitur vt subiectum, seu substãtiuum, cum dicitur processio: & secundarium ponitur, vt determinatio eius, cum dicitur temporalis. Hæc Vdalricus.

Denominatio fieri debet a digniori.

Durand.

¶ Deniq; circa hæc Durãdus scribit: Omnis processio spiritussancti est à patre, & filio, & illa esse nõ põt nisi vna, & vnica: temporalis autem processio appellatur processio personæ à persona, ad sanctificandum creaturam per aliquid in ipsa creatũ. Hinc ſm Augustinum in litera, Spiritussanctus temporaliter procedit, dum creaturam sanctificat. Ex quo quidã sumpserunt occasionem dicendi, q̃ sicut processio æterna est processio personæ à persona, sic processio temporalis est processio alicuius doni creati, vt gratiæ, seu charitatis à persona diuina in animam: quod non est verum, prout nunc de processione loquimur temporali. Loquimur nanq; de processione qua ipse spiritussanctus procedit, qui non fertur procedere ex eo, quod aliquod donum eius procedit. Itaque temporalis processio ista, est qua spiritussanctus procedit à patre, & filio in creaturam, non vt in subiectum, sed vt in obiectũ amatum, & cognitum, & modo aliquo habitum: quod fit in tempore, mediante aliquo dono gratuito collato creaturæ, per quod consurgit in cognitionem, & dilectionem meritoriam Dei: & habet Deum nouo modo non subiectiuè, sed obiectiuè: & præterhoc habet ipsum, vt spiritualem rectorem, ac protectorem. Hinc tẽporalis processio vltra exitum personæ à persona, importat spiritumsanctum sic esse in creatura, vt est specialis rector, prouisor, & director ipsius: quæ duo includit temporalis processio spiritussancti, sicut totũ includit suas partes. Idcirco processio ista spiritussancti, nõ est processio doni creati: quamuis non sit sine eo: quia diuina persona nõ habet se nouo modo ad creaturam, nisi quia creatura se habet nouo modo ipsam, per aliquid sibi, à Deo de nouo infusum, siue ob aliam mutationem in creatura, ita q̃ tota nouitas, atque mutatio est in creatura realiter, & subiectiuè, in Deo autem secundum rationem, & obiectiuè. Igitur processio ista dicitur temporalis, ſquia vna pars eius est talis.

Obiectio.

¶ Sed contra hoc arguitur primo sic: Totum nõ potest dici æternum, nisi quælibet pars eius æterna sit: ergo non potest dici temporale, nisi quælibet pars eius sit temporalis. ¶ Secundò, de vno cæco alioq; vidente, non potest dici, quòd ambo sint cęci, neque, quòd ambo sint videntes: ergo de processione temporali spiritussancti, quæ includit aliquid æternum, & aliquid temporale, dici non potest, quòd temporalis consistat.

Dilutio.

¶ Respondendum ad primum, quòd ad esse totius requiritur natura cuiuslibet partis, sed ad non esse totius, sufficit alterã partem deesse. Aeternum autem est, quod semper fuit, & est. idcirco ad esse æterni oportet quamlibet eius partem semper fuisse, esse ac fore. sed temporale est, quod priùs non fuit. Hinc non oportet, & quamlibet eius partem

Ad p.

existere temporalem: imò ad non fuisse talis totius, sufficit alteram eius partem aliquando non fuisse. ¶ Ad secundum dicendum, q̃ refert loqui de pluribus pluraliter contentis, & de vno continente plura. de pluribus enim pluraliter contentis, verum est quod assumitur, non autem de vno plura continẽte. Si etenim quæreretur, utrum hæc duo processio personæ à persona, & existentia personæ diuinę nouo modo in creatura, sicut æterna, vel temporalia, nullum esset dicendum, sed quod vnum sit æternale, aliud temporale. Si verò quæratur, utrum hoc totum, processio personæ à persona in creaturam, sit æternum vel temporale: respõdendum est quòd sit temporale, quia non semper fuit, eo quòd altera pars eius videlicet esse in creatura, non fuerit semper.

¶ Præterea si quæratur, An processio temporalis ponat in numerum cum æterna. Dicendum q̃ si tẽporalis processio spiritussancti esset solum processio doni creati, vt multi imaginantur, poneret in numerum: quia realiter essent duæ processiones, sicut & duo procedẽtia: sed quia processio ista esset spiritussancti, dicendum quòd sunt vna processio: nec vna ponit cum alia in numerum processionũ, neque in numerum rerum extra animam, cum vna nil reale addat intrinsecè supra aliam, sed tantum relationẽ rationis. sed in numerum rei rationis ponit, imò & in numerum rei, quo ad hoc, q̃ temporalis processio connotat extrinsecè quid reale, utpotè donum gratuitum in creatura rationali, causãtum in ea à spiritussancto. Hæc Durandus.

An processio temporalis ponat in numerum cum æterna.

Aegidius.

¶ Postremò Aegidius de isto scribit prolixè, Et q̃uis conclusione cum prędallegatis concordet doctoribus, quorundam tamen narrat, & reprobat positionem, specialiter verò videtur sanctum Thomam notare. Sed superfluum reor in his immorari verbis Aegidij, qui nil idoneum contra Thomam induxit, imò tandem incidit eius determinationem. Aliqua quoque hic scribit de analogia, quæ reprobata sunt supra. Vnum verò ponit notabile: Aliqua, inquiens, dicuntur vniuocè, aliqua æquiuocè, aliqua analogicè. In æquiuocis solus modus plurificatur, non res: quia æquiuoca non conueniunt in re, sed in voce. Ideo tale dicendum est duplex non duo. Nam canis cælestis, & canis latrabilis, non sunt duo canes, sed canis dupliciter dictus. Porrò vniuoca conueniunt in nomine, & re, ac ratione: ideo quãmuis in eis plurificetur res, non tamen modus. Ideo de homine qui est Socrates, & de homine qui est Plato, non est dicendum, q̃ sit homo dupliciter dictus, sed q̃ sunt duo homines. Analoga verò conueniunt in nomine & re, sed differunt ratione: & quia conueniunt in re, multiplicatur res vna in eis: verũ qm̃ rem illam non æqualiter participant, plurificatur ratio in eisdem Ideo talia dici possunt duo, propter rem vnam plurificatam in eis: & duplex, seu duplicia, propter modi diuersitatem. hinc subſtantia, & accidentia possunt dici duo entia, & ens dupliciter dictum. Hæc Aegidius.

Nota de uniuocis æquiuocis & analogis.

Ad primum igitur in principio quæstionis obiectum, dicendum, q̃ quamuis tres super benedictæ personę sint in omni dignitate æquales, tamen ex distinctione originis, & relationis aliqua conueniunt vni, quæ non conueniunt alteri. temporaliter autem procedere non conuenit nisi personæ, cui & æternaliter procedere conuenit. ¶ Ad secundum patet ex dictis solutio: quia ostensum est, qualiter filio, quoque secundum diuinam naturam procedere competat.

Soluuntur argumẽta initio quæstionis mota.

Ad scãm.

¶ Ad tertium, q̃ quamuis spũssanctus non sit temporalis, est tamen tẽporaliter operans, ac procedẽs.

Ad tertiũ.

estq; alia ratio spiritussancti, alia ratio processionis spiritussancti, quemadmodum alia est ratio emanationis, alia personæ. Ad quartum, quòd operatio Dei, quæ est in ipso, est realiter sua essentia, & æternitate mensuratur. Nihilominus quidam effectus Dei sunt tẽporales. ratione quorum operatio Dei, temporalitatis cuiusdam denominationem sortitur sine ipsius Dei mutatione. Ad reliqua responsiones præhabitæ sunt.

Ad 4.

QVAESTIO II.

Arguitur 1. pro parte negatiua.

SEcundò principaliter quæritur, *An ipsemet spiritussanctus procedat ac detur* ¶ Videtur, q̃ non, quia spiritussanctus immobilis, & incircunscriptibilis est. quòd autem procedit, non videtur esse ibi, quò procedit, & ipsa processio videtur motio, quę dam. ¶ Itẽ quod datur, est eius possessio, cui datur, & ad eius ius pertinet. sicq; videtur esse hæreditas eius. & ita ipse, cui facta est datio, fit possessor, & Dñs boni sibi collati, sed nulla creatura est Dñs spiritussancti. ¶ Præterea dare alicui bonum, ex amore procedit: & quanto quis largitur alicui maius, atq; præstantius donum, tanto plùs diligit illũ. cum ergo spiritussanctus sit bonum, & donũ prorsus immẽsum, verè æquale essentiali amoris patris, ac filij, si pater, aut filius dat creaturæ ipsummet spiritumsanctũ, sequeretur, q̃ diligeret eam infinitè, & tantum sicut seipsum, quod non est concedendũ.

2.

3.

In oppositum. Rom. 5. Thomas.

¶ In oppositum est illud Apostoli, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctũ, qui datus est nobis.

¶ Ad hoc Thomas respõdet: Ipsemet spiritussanctus procedit temporali processione, & datur, & non solum dona ipsius. In acceptione namq; donorum spiritussancti, relatio nostra nõ terminatur solũ ad munera ipsa, vt ipsa solummodo habeamus, sed etiam ad ipsum spiritum, quia aliter ipsum habemus, quàm ante. Hæc Thomas.

Bonauen. qd sit habere aliquod.

¶ Porrò Bonauẽtura: Dare, inquit, est ad aliquid habendum, aut possidẽdum. habere autem aliquid seu possidere est, cum aliquid est in facultate habẽtis, vel possidentis. esse autem in facultate habẽtis, vel possidentis, est præsto esse ad vtendũ, aut fruendum. Porrò perfecta possessio est, cũ homo habet id, quo possit vti, & quo valeat frui. sed non est rectè frui nisi Deo, quo non est vtendum: nec possumus eo frui, nisi per gratiam gratum facientem. ergo perfecta possessio est, in qua Deus habetur, & gratia eius. sed perfectum donum est ad perfectam possessionem, ergo non est datum optimum, nec donum perfectum, nisi detur donum increatum, quod est spiritussanctus: & donum creatum, quod est gratia. Concedendum est ergo vtrunque dari. Nam, & spiritussanctus est purus, & primus amor. amor autem huiusmodi est primũ donum, in quo omnia dona donãtur. ¶ Iterum membra corporis mystici Christi vniuntur, & viuificantur spiritu eius, hoc est, spiritusancto, quem oportet eundem esse in omnibus: & cum spiritussanctus sit primum donum, sine ipso non dantur dona sequentia. Veruntamen aduertendum, q̃ aliquid dicitur alicui multipliciter dari. Primò, vt fruendi obiectum, vt præmium. Secundò ad perficiendum, vt charismata gratiarum. Tertiò ad subseruiendum, & quod sic datur, est in potestate, atq; dominio eius, cui cõfertur. Nec ita datur spiritussanctus, sed primo modo, & etiam aliqualiter secundò modo: qa illi sunt duo modi habendi, in quibus habens habetur ab eo, quod habet. vnde homo virtuosus habet à gratia, & à Deo quo fruitur. Hæc Bonauentura.

Jacob 1.

Datur aliqd multipliciter.

Petrus. Duo requisita ad fruitionẽ.

¶ Concordat Petrus: Ad fruitionem, inquiens, requiritur præsentia fruibilis, vtpotè spiritussanctus, vt apprehendatur, & habeatur in ratione fruibilis, scilicet summi boni: bona quoq; dispositio fruentis, videlicet charitas, qua Deo, vt summo bono puro, ac finaliter inhæretur. ¶ Præterea ex his patet responsio quæstionis qua quæritur, Secundum quæ dona spiritussanctus dari dicatur, & eius processio temporalis pensetur: videlicet penès dona gratiæ gratum facientis, potissimè charitatis.

Secnndũ quæ dona spiritussãcti processio ẽstimetur.

Creatura circulariter exit à Deo.

¶ Hinc Thomas: In exitu, ait, creaturarum à primo principio, attenditur circulatio, & regyratio quædam: quoniam omnia reuertuntur in ipsum tãquam in finẽ, à quo originaliter profluxerunt. Hinc per eadem attenditur reditus rerum in vltimũ finem, per quæ earum exitus à primo principio consideratur. Quemadmodum ergo processio personarũ ad intra, est causa, & ratio productionis creaturarum, sic eadem processio est causa, & ratio reditionis creaturarum in vltimum finem. Nã sicut per filium, & spiritumsanctum conditi sumus, ita per eos vltimo fini coniungimur. Secũdum hoc ergo processio diuinarum personarum in creaturas potest considerari dupliciter: Primò, inquãtum est ratio exeundi à primo principio sicq; talis processio attenditur secundum naturalia dona in quibus subsistimus, de qua processione modo non loquimur. Secundò, inquantum est ratio redeundi in finem. sicq; attenditur processio, & datio spiritussancti secundum dona gratificantia, quæ proximè cõiungunt nos vltimo fini, vt sunt gratia gratum faciens, & gloria. Sicut enim in generatione natu ali genitum non vnitur gignenti in similitudine speciei, nisi in termino generationis: ita in participationibus bonitatis diuinæ non est immediata ad Deum cõiunctio per primos effectus, quibus in esse subsistimus, nisi per vltimos, quibus fini supremo adhæremus. Personæ autem diuinæ non potest haberi à nobis, nisi ad fruendum ea, vel perfectè, qd̃ fit per dona gloriæ: vel imperfectè in vita hac, quod fit per donum gratiæ gratum facientis: vel potiùs sicut per id, per quod fruibili cõiungimur, inquantum diuinæ personæ quadam sui sigillatione in animabus nostris relinquũt aliqua dona, quibus formaliter fruimur Deo, vt sapientia, & amore, propter quod secundum Apostolũ, Spiritussanctus est pignus hæreditatis nostræ. Nec enim quali scunque cognitio sufficit ad rationem missionis, dationis, aut temporalis processionis: sed illa, quæ accipitur ex aliquo dono appropriato personæ diuinæ, per quod efficitur in nobis coniunctio ad Deum, secundum modum propriæ illius personæ, videlicet per amorem, quo spiritussanctus datur. Hinc ista cognitio est quasi experimentalis, formata, approbatiq; boni, non informis, & simplex. Hæc Thomas.

Processio nis diuinarum personarum in creaturas duplex consideratio.

Rom 8.

Persona diuina habetur ab hoĩe dupliciter.

Richard. Spiritussãctus im, p. priè datur sine charitate.

¶ Concordat Richardus, dicendo: Spiritussanctus sine charitate dicitur dari impropriè, & secũdum quid, vt ad aliquem actum gratiæ gratis datę, sicut ad prophetandum, seu ad faciendum miracula: & propriè, & simpliciter non datur nisi cũ charitate, quoniam sine charitate non habemus facultatem fruendi spiritusancto. Vnde quod Augustinus testatur 4. de Trinitate: Sicut spiritusancto donum Dei esse est à patre procedere, ita mitti est cognosci, quòd ab illo procedat: hoc, inquàm, intelligendum est de cognitione formata. ¶ Et si obijciatur

Auguſt.

Obiectio.

Obiectio

Dilutio.

ciatur, q̃ dona posteriora non dantur sine dono primo, quod est spiritussanctus, ergo nec dona gratiæ gratis datæ dantur sine spiritusancto, & temporali missione, seu processione ipsius: dicendum, q̃ verum est, nihil dari sine dono priore efficiente, aut mouente, attamen bene datur donum posteriùs absque hoc, quòd detur donum priùs donatione simpliciter, qua ordinatur ad habere, & frui. Non enim spiritussanctus est ratio donandi quodlibet aliud donum, inquãtum datus, sed inquantum procedens, vt efficiens, & exemplar aliorum donorum. Hæc Richardus.

Petrus.

¶ Idem Petrus, inter cætera scribens: Bonorum quędam sunt a spiritusancto, & possunt esse sine spiritusancto, idest sine gratiosa præsentia eius, vt gratis data, quia non vnit fini. in his non dicitur simpliciter dari. Quædam vero sunt a spiritusancto, & semper sunt cum illo, vt dona gratiæ gratum faciẽtis, qua fini coniungunt. & per hæc datur, quia per ea incipit esse in nobis, vt finis, quo fruimur. Quemadmodum enim processio æterna filij, ac spiritussancti est principium exitus nostri a Deo creante, & hoc secundum dona naturæ, ita est principium reditus nostri in Deũ per dona gratuita. Hæc Petrus:

Quę dona haberi possint sine spiritusancto, & quę non

Durand.

Durandus quoque hic scribit: Aliquid datur dupliciter: Primò, vt forma iuherens, quemadmodum charitas, sc̃do sicut obiectum, vel vt amicus, & motor, sicut quis datur puero in tutorem. sicq; datur spũssanctus hominibus, & nõ solum dona ipsius. Deus namq; est quorundam obiectum cognitum, & amatum; quorum ipse est specialis tutor, atq; director. Itaque datur soli rationali creaturę cum donis naturæ, sed hoc penitus imperfectè. perfectiùs vero datur cum donis gratiæ, perfectissimè autem cũ donis glorię. imò absolutè loquendo, nõ dat̃ per naturalia dona. Cumq; sola intellectualis, ac rõnalis creatura posset tẽdere, ac moueri in Deũ, vt in obiectum cognitũ, & amatum, cõstat q̃ ei duntaxat det̃ spũssanctus, qui & taliũ creaturarũ est specialis prouisor, ac director, specialior quoq; ꝓuisor ẽ electorum, & specialissimus beatorum. Hæc Durandus.

Datur aliquod dupliciter.

Soli rõnali creaturæ datur spũssanctus.

Albertus. Vdalricus

Concordat Albertus, & itẽ Vdalricus, qui in tertio libro suæ Sũmæ faret: Huic dationi, qua spũssanctus tẽporaliter dat̃, cõuenit valde descriptio philosophi, asserentis, q̃ donum est datio irredibilis. quæ descriptio magis conuenit huic dationi, q̃ alicui dationi in creaturis. In alijs em̃ donis ẽ irreddibilitas tantum ex rõne doni, de cuius rõne est, q̃ ex liberalitate p̃stetur. ideò dationẽ non cõsequit obligatio iustitiæ, ad quã propriè spectat redditio, quia iustitia est reddere vnicuiq;, quod suum est: cõsequitur tamen obligatio gratitudinis. Irredibilitas autem dationis istius, est insuper ex parte eius, quod datur quod est spiritussanctus. Quod vero ex liberalitate detur hoc donum, patet: quia ex gratia datur, quæ si ex meritis esset, & non ex gratuita liberalitate, iam non esset gratia. Multa de his scribit Vdalricus, quæ sententialiter modo præhabita sunt.

Quid sit bonum.

Roma. 11.

Aegidius.

¶ Porro Aegidius solito sibi more aliorum positionem nunc introductam insufficientiæ arguit, dicens: Quidam sic dicunt, q̃ nõ solum dantur dona spiritussancti, sed & ipse spiritussanctus: quia nõ solum terminatur relatio ad dona ipsius, sed etiam ad ipsum spiritumsanctum, prout paulo ante in recitatione responsionis sancti Thomæ expressum est, cõtra quam ita obijcit Aegidius: Istud non sufficit. Cũ enim in quolibet dono secundum modum intelligendi sit noua relatio spiritussancti ad creaturam, in quolibet dono spiritussanctus daretur.

Sed ista obiectio uana est, cum certũ sit Thomã loqui de relatione reali doni gratuiti nõ de quacũque relatione doni creati, aut de relatione s̃m dici. Vanũ autem & uile est, non recitare positionẽ doctorum s̃m mentem ipsorum. sicq; contra ipsos impertinenter arguere. Deniq; circa id, quod dictum est, spũsanctum propriè solum dari in donis gratuitis gratiæ gratum facientis, refert Aegidius responsionẽ Thomę quasi in forma, & contra eam facit ca uillationes inutiles, eo quod sanctus doctor affirmet rationalẽ creaturã per naturalia dona non ordinari, neq; referri in ultimum finem, sed per dona gratuita charitatis, & gratiæ. In qua responsione oĩa verba Thomæ concordant dictis Alberti, Alexandri, Bonauẽturæ, Petri, Vdalrici, Richardi: & tamen Aegidius reprobat ea, quia (ut dicit) etiam per naturalia dona ordinamur ad Deũ, præsertim cum s̃m philosophum duodecimo metaphysicæ, totum uniuersum ordinetur ad Deum, sicut exercitus ad principem suum. ¶ Quæ obiectio ad soluendũ est facillima. Si quidẽ præfati doctores, & sanctus Thomas loquuntur de ordinatione unitiua, & efficaci, qua creatura rationalis coniungitur Deo, atque ad eius beatificam, & supernaturalẽ fruitionem perducitur, de qua reductione, & ordinatione loquuntur scriptura, & schola theologorum, quod & Thomas in suis exprimit verbis, ex quibus apertissimè patet, quæ sit eius intentio. Sed Aegidius recitat ea truncate, & sic ea impugnat. Postremò, verum est, quòd non solum homo, sed omnis etiam irrationalis creatura aliquo modo ordinatur ad Deum, & ad sui creatoris gloriam, & honorem: quia ut Salomon fatus est, Omnia propter seipsum operatus est dominus: atque ut in Ecclesiastico legitur, gloria domini plenum est opus eius.

Dionysi.

Aristotel.

Dionysii

Quo etiã irrationalis creatura ordinetur in Deũ

Prouc. 16.

Eccl 42.

Ad primum ergo in principio quæstionis inductum est respondendũ, q̃ benè probat spiritumsanctum non procedere motu locali, nec aliqua mutatione, nec ita ut incipiat esse ubi non fuit: sed ut aliter sit in rationali creatura, quàm antea, & hoc nõ ex uariatione ipsius, sed creaturæ. Quod si contra hoc obijcitur, qa (ut diuinus Dionysius loquitur) Deus ad omnia se habet vno, & eodem modo, quãuis alia ad ipsum non habeant se modo eodem, vnde & in libro de Causis habetur, quòd causa prima existit in omnibus secundum vnam dispositionem. Dicendum quòd Deus vniformiter, inuariabiliterque habet se ad creata, non quasi ordo, & distinctio rerum non sint à Deo: sed quia ipse nequaquam mutatur ex habitudine sua ad res, neq; ex habitudine rerum ad ipsum. ¶ Ad secundum solutio data est. ¶ Ad tertium respondendum, quòd Deus utiq; ex sua dilectione seipsum dat nobis, & spiritumsanctum nobis largitur, non ut domini simus spiritussancti, sed ut ipso fruamur nõ fruitione adæquata fruibilitati, bonitati, atque, dulcedini spiritussancti, id est, fruitione tali, ac tanta, quali, & quãta ipse ex se extat fruibilis. Sic nẽpe solus Deus fruitur se, & quælibet persona seipsa ac alijs. sed ut fruamur Deo iuxta capacitatem, dispositionem, seu meritum nostrum, & iuxta mensuram, & gradum quo ipse in sua prædestinatione præordinauit nos ad fruitionem deitatis perducere.

Obiectio.

Soluuntur argumenta initio q̃stionis allata.

QVAESTIVNCVLARVM QVArundam minorum breuis expeditio.

COnsequenter sine multa argumentatione expedienda sunt dubia quædam minora.

Num spiritussanctus detur à prælatis eccle siæ.

¶ Quæritur ergo, *An spiritussanctus detur à prælatis, & ministris ecclesiæ, atque à sanctis hominibus.*

Arguitur 1. pro parte affirmatiua.

¶Videtur, ꝙ sic, quia in sacramentis Euangelicę legis gratia continet, quæ sine spiritusancto nō infunditur. qui ergo impendūt fidelibus sacramēta, impendunt eis gratiarū charismata. ergo, & spiritumsanctū. ¶Secundò, vnusquisq; pōt cōicare proximis suis donū spiritale sibi collatū à Deo, sed spiritussanctus datus est virtuosis, ergo possunt illum vltra cōferre. ¶Tertiò, quia in Actibus fertur Apostolorum, quòd per impositionē manus Apostolo rum spiritussanctus dabatur credentibus.

2.

3. Actuū. 8.

In oppositum. Albertus Spiritum sanctū viri sācti non cōferunt.

In contrarium est Augustinus in litera.

Ad istud Albertus compendiosè respondet: Viri sancti, & ministri Ecclesiæ non dāt spiritumsanctū, quia dans spiritumsanctū, habet auctoritatē, & influētiam ad minùs super effectū, in quo datur spiritussanctus, qui effectus est gra gratumfaciens, quæ nō est nisi à solo Deo efficienter, & auctoritatiuè. Chris aūt dedit suis vicarijs ministris ministeriū ad sacramentorū dispensationē, in quibus est gra, non autē auctoritatem, & efficientiam. Hæc Albertus.

Richard.

Concordat Richardus, qui addit: Dare spiritūsanctum per modū imperationis, & ministerij, seu dispositiuè, conuenit sanctis orando: prælatis verò, siue sint sancti, siue non, sacramenta ministrando: sed dare spiritumsanctum per modum auctoritatis, soli competit Deo, qui solus potest in nobis charitatem efficere, cum qua, vel per quam datur spiritussanctus. Hæc Richardus.

Petrus.

Dare tripliciter dicitur.

In idem redit quod scribit Petrus, dicēdo: Dare aliquid tripliciter dr. Primò, per modum auctoritatis. & ita dat Dns rei, sicq; solus Deus dat spiritūsanctū, & hoc rōne æterni respectus spiritussancti ad eū, à quo datur, & ratione effectus, videlicet gratiæ, quæ non pōt educi de materia, & nō nisi p creationē in funditur. Secundò, per modū impetrationis, & sic sancti dant spiritumsanctum, tā viatores, quàm cōprehensores. Tertiò per modū ministerij. sic dant ministri sacramentorū sancti, & nō sancti. Huius exēplum est in Dño patrefamiliàs eleemosynā dante, & in eius vxore ad dandum solicitāte, at que in seruo eleemosynam deferente. Hæc Petrus.

Thomas.

Thomas quoq; hic loquitur: Cum in processione temporali sint duo respectus, vnus æternus, quo spiritussanctus exit à patre, & filio, & alius tēporalis: ex hoc, ꝙ creatura nouo modo se habet ad spiritumsanctum per donum susceptum, neutro modo spiritussanctus à creatura temporaliter procedit, aut datur, quia à creatura æternaliter non procedit, nec effectus ille supernaturalis gratuitus, potest esse à creatura, nec actus meritorij naturali pos sunt virtute produci. Hæc Thomas.

Bonauen. Aegidius.

In idem redit, qđ scribit Bonauētura. Aegidius etiam de hac re scribit prolixè, concordat tñ prędictis. Et inter cętera ponit, ꝙ dare spiritumsanctum,

Amor datur dupliciter.

est dare amorē diuinum, & increatū. Sed dare amorem pōt intelligi directè, & indirectè. Directè, tripliciter: primo, voluntatē inclinando, immutādo, seu vertendo ad placitum. sicque Deus hēt Dñium super oēm uoluntatem creatā, & amorē ab illa manentē pōt alteri dare. Secundò, proprium amorem cōicando. sicq; ipse amans quicunq; pōt amorem suū impendere alteri. Tertiò, ipsemet amor posset se dare, si esset per se subsistens. Et qm nemo potest voluntatē Dei immutare, nemo pōt primo modo spiritumsanctū dare: nec etiā secundo modo, quia amor ille increatus nō procedit à voluntate humana. Porrò spiritussanctus, cum sit amor in se subsistens, pōt dare seipsum. similiter dari potest à patre & filio, quia procedit ab eis. Indirectè uerò pōt spirituſsanctus dari à creaturis quatuor modis. Primò, sacramenta ministrando. Secundò, orādo. Tertiò, instruendo. Quartò, interiùs operando, vtpotè confortando lumen naturale: sicque Angeli sancti dant hominibus aliquo modo spiritū, mentes hominum purgādo, illuminādo, perficiēdo. Hæc Aegidius. Et modis istis ab eo tactis, possent, & alij addi. Nā aliqui exēplariter conuersando, aliqui bonę famæ odore, aliqui meritis supererogationis, aliqui sustinēdo aduersa, aliqui faciendo miracula, aliqui solo apparatu deuoto, maturo, ac fulgido proximos cōpungunt, conuertunt, immutāt: sicq; dispositiuè charitatē, & spiritumsanctum ipsis procurāt.

4. modis datur spiritussanctus a creaturis.

Dionys. ꝑdictis modis alios adijcit.

¶Ad primum igitur respondendo, dicendū, ꝙ ipsum modo solutū est. Ad ām dicendum, ꝙ spiritussanctus non datur electis ita, ꝙ res sit eis subiecta, qua vti possint ad libitum. idcirco, nec directè possunt eū conferre, sed sicut datur eis ad fruendū, sic gratiā sibi cōicatam possunt alijs cōicare, & sic spiritumsanctū indirectè, ac ministerialiter dare, quēadmodū beatissimus princeps hortatur Apostolorū: Vnusquisq; sicut accepit gram, in alterutrū illā administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Ad tertiū dat in litera respōsio optima ex Augustino. Non.n. ait scriptura, qđ Apostoli per impositionē manū suarū dederunt spiritussanctū, sed ꝙ p impositionē illā dabat spiritussanctus.

Soluitur argumēta initio ꝓposita.

Ad ām.

1. Petri. 4.

Ad tertiū.

Actuū 8.

Quæritur consequenter, *Quid detur prius, spiritussanctus, an dona ipsius.*

Prius ne detur spiritussanctus, q̄ dona.

Ad hoc Thomas respondet: Ordo aliquorū ām naturā pōt dupliciter considerari. primo ex parte recipientis, atq; materię, sicq; dispositio prior est, q̄ id, ad quod disponit. sicque dona spiritussancti priùs dantur, & recipiunt, per quę rationalis creatura Deo assimilatur, & ad eius plenam, & beatificam participationē aptatur. Secundò, ex parte agētis, & finis. & ita quòd propinquiùs est agenti, ac fini, dicitur esse priùs. sicq; per priùs recipimus spiritumsanctū, quàm dona eius, qm pater, & filius per suum increatum amorem alia nobis communicāt, & hoc est simpliciter esse priùs. Hæc Thomas.

Thomas.

Aegidius.

Circa hoc inter cætera scribit Aegidi⁹: Quatuor modos prioritatis assignat Augustinus: Dicitur enim aliquid priùs æternitate, vt Deus ante creata: tpe, vt flos ante fructum: dignitate, & electione, vt fructus prior est flore: origine seu natura, vt sonus ante cantū. Certum est autē, ꝙ tēporalis missio, seu datio spiritussancti, & collatio suorū donorum, simul sunt tpe, & itē, ꝙ processio spiritussancti prior sit donis suis dignitate, & electione: Quid verò sit inter ea priùs natura, seu naturali intelligentia, vel ām modū, ac ordinē intelligendi, quæstio est. Quo circa sciendū, ꝙ aliqua possunt seinuicē esse priora, & posteriora naturali intelligētia, ām diuersum modū causalitatis, aut habitudinis suę, quemadmodū potio est causa sanitatis in genere causæ efficiētis, & ita prior est illa: sanitas verò causa est potionis in genere causæ finalis, & ita prior est potione. Cōformiter spiritussanctus aliquo modo dat priùs q̄ dona eius, & aliquo modo ecōtrario. Possumus enim dona spiritussancti cōparare ad dantē, & itē ad recipientē: atq; respectu dātis, priùs datur spiritussanctus: respectu aūt recipiētis, est ecōtrario: velut si qs infigeret clauū ligno, & clauū illū infigendo, excuteret alium clauū, respectu infigētis prior est infixio clauī, sed ex parte ligni prior est clauī ex cussio. Et hoc est, quod aliqui dicunt, & bene, ꝙ ex parte materiæ prior est datio numerū spiritussancti: quia dispositio prior est, quàm id ad, qđ disponit.

Prioritatis 4. sunt modi.

quadruplex missio temporalis spiritussancti.

Matth. 3. Lucæ 3. Iohan. 1. Actum. 2.

nit. ex parte tamen agentis & finis, datio spiritussancti est prior. Hæc Aegidius.

Richard.

¶Quæritur demum, *quot modis fiat temporalis processio spiritussancti.*

¶Ad hoc respōdet Albertus: Temporalis processio, & missio spiritussancti, materialiter fit plurimis modis, quos non est possibile ad artificialem redigi numerū, cum fiat ad renouandā, & sanctificandam rationalē creaturā, quod in diuersis diuersimodè, imò innumerabilibus modis contingit. Modi verò formales non vltra quatuor extenduntur: Quia aut sit interiùs ad intellectū, aut ad effectum. primū est per dona intellectus, secundū per charitatem, & ei annexa, aut fit exteriùs ad sensum, loquēdo de sensu exteriori ordinato ad intellectū, sicq; fit per creaturā assumptā sensibilem: & hoc dupliciter, qa aut per creaturā in vnitate personæ vnitam, & sic filius Dei missus est in carne: aut per creaturam ad repræsentandum assumptam, sicq; missus est spiritussanctus in columba insigne, & linguis. Hæc Albertus.

¶Insuper quæritur, *qualiter differant, temporalis processio, missio, datio, & apparitio spiritussancti.*

Richard.

¶Respondet Richardus: Aliqui dicunt, ꝙ nō differant realiter, sed secundum rationem duntaxat: qm̄ temporalis processio principaliùs importat respectū ad terminum ad quem, missio ad principiū à quo, donatio verò ad effectum. Alij maiorem inter hæc differentiam assignare conantur, dicentes, ꝙ temporalis, processio de significato principali designat processionē æternam cum quodam respectu ām rationem, & secundum dici ad creaturam, & actu connotat nouum effectum in creatura, ac nouā in ea relationem ad spiritumsanctum. Donatio autē de suo principali significato, non dicit aliquam emanationē, loquendo de emanatione reali, qua emanat persona: sed dicit emanationem doni appropriati personæ, in quo donò ipsamet persona verè datur recipienti huiusmodi donū. Vnde & tota Trinitas dat seipsam. Missio verò dicit repræsentationē personæ emanātis per emanationem alicuius rei visibilis, aut inuisibilis appropriatę illi personæ: & ita de principali significato missionis, non est emanatio personæ, sed est de cointellectu significati missionis, quemadmodum nasus non est de principali significato simitatis, quamuis simitas nasum includat de cointellectu. Hęc Richardus.

Petrus.

¶Petrus verò hic loquitur: Tēporalis processio, missio, datio, & apparitio, sunt idem in re, sed differunt ratione. Missio namq; principaliter dicit respectum à quo, temporalis processio ad terminum ad quem. donatio autem dicit respectum ad effectū, vel modum. apparitio verò est signum sensibile, in quo manifestatur processio. Itaq; tria prima conueniunt processioni visibili, & inuisibili, apparitio autem processioni visibili tantum. Hæc Petrus.

Albertus.

¶Verum Albertus circa hæc aliter sentire videtur, dicendo: Ista abinuicem differunt, quoniam apparitio: prout de ea nunc loquimur, non fit nisi per creaturā subiectam, sine qua missio fieri pōt. Apparitio quoq; fit benè per angelos, sicut Abraæ apparuerunt tres angeli. Missio autem nunquam fit nisi immediatè per personas diuinas. Hæc Albertus.

Quid horum sit verius, magis patebit infra in determinationibus quæstionum de istis materijs mouendarum.

Quō spūſ. sanctus dicat potus. Albertus. Bonauen.

Insuper, qm̄ Augustinus affirmat, & in litera tāgitur, quod spiritussanctus est potus, quo sumus potati, quęritur, *quomodo Spiritussanctus dicitur potus.* Rñdent Albertus, & Bonauentura, ꝙ tropicè, seu metaphoricè spūſanctus dicitur potus, quia restringit mundanæ sitis ardorem. Dicitur quoque panis, inquantum confortat per gratiam. Porro spiritusancto potari, est donis eius infundi, & recreari.

Obiectio Prouer. 9. Eccl. 15.

Et si obijciatur, ꝙ istud magis cōueniat filio, qui in prouerbijs ait, Bibite vinū, quod miscui uobis, & de quo in Eccō legitur, Cibabit illū pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illū: Rñdet Albertus, Esse potū, pōt cōuenire attributo filij, & etiam attributo spūſanctī diuersis cōsiderationibus. Si.n. consideret effectus, qui est restrictio sitis mundanæ, nō fit nisi ꝑ gustū spūs de quo ait Gregorius: Gustato spū, despicit oīs caro: Si vero cōsidretur humor potus, cuius actus est ferre nutrimētum ad mēbra, cōuenit hoc sapientiæ, atq; prudentiæ attributis filij, quæ habent moderari in actibus donorum, quantū cuilibet sit dādum, vel indulgendum.

Dilutio.

Gregori⁹.

An immissio dilectionis sit missio spiritussancti Arguit. 1. pro parte negatiua. 2.

Quærit item, *An immissio dilectionis sit missio spiritussancti.* Videt, ꝙ non. Nam dato per impossibile, ꝙ nō sit spūſanctus, nihilominus Deus diligeret creaturam rationalē, & ei infunderet suam dilectionē.

Præterea ponamus non esse in Deo personarū distinctionē, nec aliquā esse personā diuinam eo mō, quo ām fidem distinguunt personæ, qro, an adhuc conueniet mitti. Apparet, ꝙ sic, quia adhuc Deus re nouaret, & sanctificaret creaturam vt modo.

Albertus.

Ad hęc rñdet Albertus: Si ponamus spūſanctum non esse, haberemus dicere, ꝙ in Deo nō esset dilectio nisi essentialis, & illa cordibus infunderet, sed hoc nō esset missio alicuius personæ. & si non esset in diuinis distinctio personarū, nō esset, ꝑpriè missio Dei. nihilomin⁹ Deus adhuc posset se in effectu gratiæ dare fidelib⁹. Hæc Albertus. Circa hæc quærit in Sūma sua 1. lib. Antisiodorensis: An pr, & filius, seu ēt spūſanctus, sint vnus panis, inquantū danī, an multi panes ex parte sua. Quod sint unus panis, probat sic: Vnica est bonitas, & dulcedo, qua reficiūt nos. Sed contra, filius reficit, & delectat nō solū inquantū Deus, sed etiā ām quod hō: pr quoq; nos reficit non solū inquantū Deus sed etiā inquantum gnat filium sibi æqualē: ergo ex parte personarum, multæ sunt origines delectationis, refectionisq; nræ. Item beatitudo nra cōsistit in dilectione Dei, nō solū inquātum est unus. sed etiā inquantū est trinus. Dicēdum, ꝙ trinitas ex parte sua nō est nisi unus panis, sed quantū ad nos, multiplex est, utpotè multis modis reficiens: estq; una origo delectationis, & refectionis, uidelicet bonitas, & suauitas Dei. Quod aūt filius Dei delectat inquantū hō, habet a deitate: qua sublata, nō delectaret. Similiter, ꝙ pater inquantum gnans, delectat, & reficit nos, habet a sua deitate, & bonitate, q̄ est gnationis origo. Hæc Antisiodorensis. Vnde patet, ꝙ trinitas sit unus panis in essentia, multiplex est in effectu. ¶Postremo quærit de hoc, quod in litera legit, ipse videlicet spūſanctus ē uirtus &c. Virtus.n. appropriat filio, dicēte Apostolo, Prædicamus Chrm Dei uirtutē, & Dei sapiētiam.

Antisiod. Sint neutres personæ vnus panis ꝑ uc dantur.

Num spiritussanctus sit virtus.

1. Cor. 1.

¶Ad hoc Bonauētura rñdet, ꝙ spiritussancto propriatur non uirtus simpliciter, sed uirtus sanatiua: quia gratia sanitatum est donū, & opus spūſancti, cuius gratia est etiam animæ medicina. Filio autem appropriatur uirtùs operandi, quia omnia per ipsum facta sunt. Aliter potest dici, ꝙ uirtus habet comparationem ad id, quod est, sicq; tenet rationē principij: habet quoque cōparationem ad id, cuius est, & sic rationem habet complementi. vel ad utrū que, sicq; tenet rationem medij. Quemadmodum patri appropriatur esse ipso, & filio per ipsum, spiritussancto autem in ipso esse, sic uirtus inquantum habet

Bonauen.

Iohan. 1.

habet rationē principij,appropriatur patri: inquātum verò hēt rationem medij, filio: inquantum rationē cōpletionis, spirituisancto : quia cōpletio est in bonitate,& dilectione spirituſſancti, cui etiā rectè conuenit infundi,atq; diffundi.Charitas nāque comparatur humori, qm̄ sicut arbor fomentum,vitamq; vegetatiuam, & viriditatē suscipit ab humore,sic tota spiritualis machina ab amore diuina: q amor infundit,inquantū intus recipit. diffunditur aūt,inquantū ex intimis ꝓcedens, dilatat affectum ad multorū dilectionem,mouetq; vniuersas aīæ vires ad virtuosas operationes. Hæc Bonauentura.

Charitas cōparatur humori.

¶Porrò quod dictum est de appropriatione virtutis,Richardus clariùs exprimit, dicens:Virtus appropriatur patri, inquantum ipsa virtus est vltimū potentiæ,quoniam patri appropriatur potentia:filio autem, prout intelligitur quasi media inter substantiam, & operationem. filius namque est media in Trinitate persona:appropriatur autem spirituisancto, inquantum est principium operis boni, q̄a spirituisancto appropriat affluentia bonitatis.Hæc Richardus, Idem Thomas. ¶ Atque in idem redit, quod obscuriùs scribit Albertus, affirmās patri appropriari virtutem naturalis potentiæ, quoniā pater est principiū,non de principio. Filio autem virtutem ad esse, quia per eum creata sunt omnia spirituisancto uerò,uirtutem ad bene esse,quia bonitas,& sanctitas appropriantur spirituisancto.

Richard.

Thomas. Albertus.

A *Vtrum spirituſſanctus à ſeipſo detur. Diſtinctio XV.*

Hic considerādum est,cum spirituſſanctus detur hominibus à patre, & filio, quod est ipsum temporaliter procedere ab vtroque, vel mitti, vtrū etiam à seipso detur.Si datur à se,& procedit,uel mittitur à se.Ad quod dicimus, quia spirituſſanctus, & Deus est, & donū siue datum : & ideo dat,& datur. Dat quidem,inquantum Deus:& datur,inquantum donum siue datū. Cū autem donatio siue spirituſſancti sit operatio Dei, & cōmunis sit, & indiuisa operatio trium personarū,donatur itaq; spirituſſanctus non tantum à pr̄e,& filio,sed etiam à seipso.Vnde Aug.in 15.lib.de Trin.dicit:quòd seipsum dat. Sicut;inquit,corporibus carnis nihil est aliud,quàm caro,sic donum spirituſſancti nihil est aliud,quàm spirituſſanctus.Intantum ergo donum Dei est,inquantum datur eis,quibus datur.Apud se autem Deus est,& si nemini datur:quia Deus erat patri,& filio coeternus,antequàm cuiquàm daretur.Nec quia illi dant,& ipse datur,ideo minor est illis.Ita enim datur sicut Dei donum,vt etiam seipsum det sicut Deus.Non enim dici potest non esse suæ potestatis, de quo dictum est:Spiritus vbi vult spirat. Ecce apertè dicit,quòd spirituſſanctus seipsum dat.Si enim spirituſſanctus seipsum dare non potest, & eum pater dare potest, & filius: potest itaque pater dare aliquid,& filius,quod non potest spirituſſanctus.Item,Si pater, & filius dant spiritumsanctum,nec ipse dat aliquid: ergo pater operatur,& filius,quod non operatur spirituſſanctus.Dat ergo spirituſſanctus seipsum. Si autem seipsum dat, tunc à se ipso procedit,& mittitur: quod vtique verum est. Nam processio temporalis spirituſſancti,vel missio,ipsius est donatio,& ipsa Dei operatio.Procedit ergo spirituſſanctus temporaliter à se,& mittitur à se,quia datur à se.

Aug. c. 19

Ioan.3.b

B *Non eſt mirum ſi ſpirituſſanctus dicatur mitti,vel procedere à ſe, cum etiam filius dicatur mitti à ſe.*

Ne autem mireris,quòd spirituſſanctus dicitur mitti vel procedere à se. Nā,& de filio dicit Aug.in 2.lib.de Trin.quod non tm̄ à patre missus est,sed etiam à seipso,& à spirituſancto:quærens quomodo filius,vel spirituſſanctus sit missus,cum vterq; sit vbique tāquàm Deus.Nam vterq;(inquit Aug.)legitur missus. De spirituſancto enim legitur: Quem mittet pater in nomine meo.Et iterum: Si abiero,mittam eū ad vos.Et filius de se dicit:Exiui à patre,& veni in mundum.Et Apostolus dicit:Misit Deus filium suū.In Propheta autem scriptum est ex persona Dei:Cœlum,& terram ego impleo. Itaque si vbique Deus est,vbique ergo est filius,vbique etiam est spirituſſanctus. Illuc ergo missus est filius, & spirituſſanctus vbi erant.

Aug. c.5.

Ioan.14.d
Ioan.16.b
Ibidem f
Gala. 4.a
Iere.23.e

C *Quomodo intelligenda ſit miſſio vtriuſque,ſcilicet filij,& ſpirituſſancti.*

Quocirca quærendum est,quomodo intelligatur missio filij,vel spirituſſancti.Pater enim solus(vt inquit Aug.in eodē)nusquàm legitur missus,sed filius,& spirituſſanctus. Et de filio primo videamus,quomodo missum eum Apostolus dicat:Misit Deus filium suum factum ex muliere. vbi satis ostendit,eo ipso missum filium, quo factum ex muliere.Proinde mitti à patre sine spirituſancto non potuit,quia pater intelligitur misisse eum cum fecit ex fœmina,quod vtique non fecit sine spirituſancto. Ecce hic dicit filium missum à patre, & spirituſancto.

Aug. 2. de Trin.c.5.
Gala.4.a

D *Quo à ſpirituſancto filius ſit miſſus, auctoritatibus confirmatur.*

Et quòd à spirituſancto filius sit missus,vt ait Aug.in eodē,auctoritatibus confirmat: Ipse Christus dicit per Isaiā:Nunc misit me Dns, & Spiritus eius. De hoc Amb.in lib.3. de

Aug. li. 2. de Tri.c.5.
Isaiæ 48. c.
Amb. li. 3.

dē spirituſancto ita ait:Quis est,q̄ dicit,Me misit Dns, & spiritus eius, nisi qui venit à patre,vt saluos faceret peccatores.i.Christus:ergo,& pater filium misit, & spirituſſanctus. Idem in eodē:Datus est à patre,vt Isaias dicit,Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.Datus est(audeo dicere)& à spiritu, q̄a & à spiritusāncto missus est.Dicit.n.filius Dei: Spiritus Domini super me, pp quod vnxit me,Euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionē &c.Quod cū de libro Isaiæ legeret,ait in Euangelio: Hodie completa est hæc scriptura in auribus vestris,vt de se dictū esse signaret. Bene aūt dixit, Super me:quia quasi filius hominis,& vnctus est,& missus ad prædicandū. Nam ſm diuinitatem non super Christum est spiritus,sed in Christo. Ecce his verbis ostendit Ambrosius filium esse missum, & datum nobis non tantū à patre, sed etiā à spirituisancto.

de spiritu sācto. c 1.

Isaiæ 9 a
Isaiæ 61.a

Lucæ 4.

E *Quòd filius ſit datus etiam à ſeipſo.*

Deinde ostendit esse datum etiam à seipso,ita dicens in eodem libro:Cum non desinitum fuerit per Prophetam,à quo datus sit filius:ostenditur datus gratia Trinitatis, vt etiam ipse filius se dederit. Ecce hic dicit, quòd filius se dedit,quia Trinitas eum dedit. Si autem filius à se datus est,à se ergo missus est,& à se processit.Et hoc vtiq; verum est, & concedi oportet, cum eius missio sit diuina operatio.

Amb li.3. de spiritu sācto. c.1.

F *Quòd filius ſit miſſus à ſe.*

Quòd aūt à se mittatur,Augustinus astruit in li.2.de Trin.dicēs: Fortè aliqs cogat,vt dicamus ēt à seipso missum esse filium: q̄a,& Mariæ conceptus,& partus,operatio Trinitatis est. Sed inquit aliquis,quō pr̄ eum misit,si ipse se misit? Cui respondeo,quęrens; vt dicat quō eum pr̄ sanctificauit,si & ipse se sanctificauit? vtrunq; enim Dns ait. Quē pr̄,inquit,sanctificauit,& misit in hunc mundum.Et alibi:Ego pro eis sanctifico meipsum.Item quæro,quō pater eum tradidit,si ipse se tradidit?Vtrunq; enim legit. Credo, quòd respondebit,si probè sapit,q̄a vna voluntas est pr̄is,& filij,& inseparabilis operatio.Sic igit intelligat illā incarnationē,& ex virgine natiuitatem, in qua filius intelligitur missus:vna,eademq; operatione pr̄is,& filij inseparabiliter esse factā,non inde separato spirituſancto.Ergo à pr̄e,& filio missus est idem filius,q̄a à pr̄e,& *verbo eius factū est,vt mitteret.i. incarnatus hoībus appareret. Non.n.missus est mutando locum,q̄a in mundo erat.Quapropter,& pr̄ inuisibilis vnà cū filio secum inuisibili,eundem filiū visibilem faciendo misisse eū dictus est:q̄ si ita visibilis fieret,vt cum pr̄e inuisibilis esse desisteret,idest substātia inuisibilis verbi in creaturā visibilem mutata, & trāsiens vertere tur:ita missus à pr̄e intelligeretur filius, vt tm̄ missus,non etiā mittens cū pr̄e inueniretur.Cum verò sic est accepta forma serui,vt maneret incommutabilis forma Dei:manifestum est,quòd à patre,& filio non apparentibus factum sit,quod appareret in filio, idest ab inuisibili patre cum in visibili filio, idest ipse filius visibilis mitteretur.

Aug. li. 2. de Trinit. cap. 5. Ioan. 1.

G *Summam colligit, quæ ex prædictis aſtruuntur.*

Ex prædictis apertè monstratur, quòd filius missus est à patre, & à spirituſancto, & à seipso:& quæ sit ipsa missio,scilicet incarnatio,idest,quòd factus est homo, per qd̄ visibilis apparuit, quod est opus commune patris, & filij,& spirituſancti.

H *Quæſtio cur dicit, A meipſo non veni.*

Sed ad hoc opponit, si filius à seipso missus est,cur ergo ait, A meipso non veni? Ad hoc Augu.respondet in lib.de Trin.dicens hoc dictū esse ſm formam serui, ſm quam non fecit, vt mitteretur, idest non est operatus incarnationem, sed ſm formam Dei.

Ioan.8. e
Aug. li. 2. de Tri.c.5

I *Vtrum ſemel tantum miſſus ſit filius, an ſæpè.*

Hic quæritur,vtrum semel tm̄ missus sit filius,an sæpè mittatur.Si enim missio filij ipsius tantum incarnatio est,cum semel tantum incarnatus sit, & semel tm̄ videtur missus.At si sæpè mittitur,est,& alia eius missio,quàm incarnatio.Sed quæ est illa? Nunqd æterna genitura missio eius dicenda est: an etiam alia missio quærenda est.

Quæſtio.

K *Quòd duobus modis dicitur filius mitti.*

Ad qd̄ dicimus,quòd duobus modis dr̄ filius mitti ꝓter illam ęternā geniturā,q̄ infabilis est:ſm quam etiam missus posset dici,vt vr̄ quibusdā,sed meliùs,ac veriùs ſm eā dicit genitus.Præter eā ergo duobus modis dicit mitti. ſ.vel cū visibiliter mundo apparuit carne indutus,vel cū se in aīas pias sic transfert,vt ab eis percipiatur,ac cognoscatur.Hos duos missionis modos apertè Augustinus.distinguit in 4.lib.de Trini.dicens: Non eo ipso,quòd de patre natus est,missus dicit filius : sed vel eo, quòd apparuit huic mūdo verbū caro factū.Vnde dicit:A patre exiui,& veni in mundum:vel eo,quòd ex tpe cuiusquam mente percipitur,sicut dictum est de sapientia: Emitte illam de cœlis sanctis tuis,

Responsio.

Sapien. 7. Aug li.4. de Tri.c 20
Ioan. 1. b
Ioan. 16 f
Sapiē. 9. b

tuis,& a sede magnitudinis tuæ,vt mecũ sit,& mecum laboret.i.doceat me laborare.Et tunc vnicuiq; mittit̃,cum à quoquã cognoscitur,atq; percipit̃,quantũ cognosci,& percipi põt,pro captu, vel proficientis in Deũ,vel perfectæ in Deo animæ rationalis.

L *Quòd secundum alterum semel,secundum alterum sæpè sit missus,& secundum alterum,vt sit homo,& secundum alterum,vt sit cum hoïe.*

Ecce distincti sunt duo modi missionis filij, & ſm alterum semel tantum missus est, vt fit Dei filius,& ſm alterum sæpè missus est,& mittitur quotidie.Nam ſm alterũ missus,vt sit homo,qđ semel tantũ factum est.ſm alterũ verò mittitur, vt sit cũ homine, qũo quotidie mittitur ad sanctos,& missus est ẽt ante incarnationem,& ad oẽs sanctos qui ante fuerunt,& etiã ad Angelos.Vnde Aug.de filio.i.de sapientia pr̃is loquens in 4. li.de Trin.ait: Aliter mittitur sapientia,vt sit cum hoïe,aliter missa est,vt sit homo. In animas enim sanctas se transfert,& amicos Dei,& Prophetas constituit,ſicut implet etiam sanctos Angelos. Sed cũ venit plenitudo temporis,missa est non, vt impleret Angelos, nec,vt esset Angelus: nec,vt esset cum hominibus,vel in hominibus,vt antea in patribus erat,& in Prophetis, sed vt ipsum verbum fieret caro, ideſt,homo.

Aug. li 4. de Trini. c 20.
Sapien. 7.
Gala. 4. a
Ioan. 1. b

M *Quòd secundum alterum modum dicitur missus in mundum, secundum alterum non.*

Præterea notandum est,quòd cum his duobus modis mittitur filius: ſm alterum dicitur missus in mundum, secundum alterum verò non. Eo enim modo missus dicitur in mundum,quo visibilis mundo apparuit. Vnde Aug.in eodem lib.ait: Cum ex tempore cuiusquã mente percipitur,mitti quidem dicitur, sed non in hunc mũdum. Non enim sensibiliter apparet,ideſt corporeis sensibus præstò est.Nam,& nos secundum qđ mente aliquid æternum capimus,non in hoc mundo sumus.Et omnium iustorum spiritus,etiam in carne viuentium,inquãtum diuina sapiunt,non sunt in hoc mundo. Ex prædictis liquet,quòd præter ineffabilem genituram duobus modis mittitur filius, scilicet cum visibiliter apparuit,vel inuisibiliter percipitur mente.

Aug. li 4. De Trin. cã 20.

N *Cur pater non dicitur missus cum ab aliquo cognoscitur, vt filius.*

Hic quæritur,cur pater non dicitur missus,cum ex tempore à quoquam cognoscitur sicut filius.Ad quod dicimus, quia in eo est principij auctoritas,quæ non habet de quo sit:à quo filius est,& spiritussanctus. Pater enim est (vt ait Augustinus in eodem libro) principium totius diuinitatis,vel (ſi meliùs dicitur) deitatis:quia principium est filij,& spiritussancti.Nam,vt ait Augustinus in eodem,Si voluisset,etiam Deus pater subiectã creaturam visibiliter appareret:absurdissimè tamen,aut à filio,quem genuit, aut à spiritusancto,qui de illo procedit,missus diceretur.Congruenter autem ille missus dicit̃, qui in carne apparuit:mississe autem illẽ,qui in ea non apparuit.

Aug.u bi supra.
Aug. li 4. de Trini. cap. 21. d

O *Putauerunt quidam filium,& spiritumsanctum minores fuisse patre, quia missi dicuntur.*

Ideoq; putauerunt quidã hæretici,cum pr̃ non sit missus,sed filius,& spiritussanctus: pr̃em esse maiorem,ac filiũ minorem esse,& spiritumsanctũ:atq; pr̃em quaſi maiorem mississe vtrunq; quaſi minorem.Quod Aug.improbat in 4.lib.de Trin.illis ꝓdicens: Non ideo,inquit,arbitrãdum est minorem esse filium,quòd missus est à patre: nec ideo minorem spiritũsanctum,quòd & pr̃ eum misit,& filius.Siue enim pp visibilem creaturã,siue potiùs pp principij auctoritatem,vel cõmendationem,non pp inæqualitatẽ, vel imparilitatẽ, vel dissimilitudinem substãtiæ in scripturis hæc posita intelliguntur. Non ergo ideo dr̃ pr̃ mississe filiũ,vel spiritumsanctũ,quòd ille esset maior, & illi minores.sed maximè pp auctoritatem principij commendandam, & qa in visibili creatura non sicut ille apparuit. Ecce ostensum est,quæ sit missio filij,& quibus modis mittatur.

Augu. ca. 21. d

Suma distin. 15.

DEclarato in præcedenti distinctione, qđ spiritussanctus temporaliter procedat, mittatur,ac detur à patre,& filio,iã quærit Magister,an etiam à seipso ita procedat,mittatur,& detur.Et auctoritatibus,ac rationibus probat,ꝙ imò,deinde probat hoc à simili, qa, & filius misit seipsum. Quocirca tractat de duplici filij missione,& qualiter ſm vnam missus est semel tm̃,ſm aliam sæpè. Postremò docet, ꝙ pater nõ sit missus ab aliquo. quocirca excludit errorẽ opinantiũ filiũ,aut spiritumsanctũ esse pr̃e minorẽ, qa missi sunt,& nõ pr̃.Deniq; prima rationum . qua ꝓbat spiritumsanctũ dari,& mitti à se ipso,est ista: Quicqđ põt pr̃,& filius,põt & spiritussanctus : sed pr̃,& filius possunt dare spiritũsanctũ,ergo,& ipse spiritussanctus hoc põt. ¶ Secũda est,Quicqđ operatur pr̃,& filius,operat̃,& spiritussanctus: sed datio,seu missio spiritussancti est operatio patris,& filij, ergo,& spũssancti,cũ opera sunmę Trinitatis sint indiuisa. Ista est ſumma ſentẽtiæ distinctionis istius.

QVAE-

QVAESTIO I.

Arguitur primo cõtra veritatem.

CIrca quam inquiritur primo, *An missio,& data conueniãt diuinis personis,& specialiter quibus conueniãt missio,& datio actiua,atq; passiua* ¶Videtur aũt,ꝙ diuinis ꝑsonis nõ conueniat mitti,qm̃ mitti vr̃ esse inferioris . vnde, & Angeli superiores non dicunt̃ mitti,sed assistere inferiores verò mittunt̃.¶Secũdò,qa missio est ad id,in quo missus ante missionẽ non fuit,cũ missio sit quædã tendentia ad aliquẽ terminũ : sed spiritussanctus cũ sit verus Deus,incircũscriptus est,& præsens vbiq;,ergo nõ mittit̃. Si dicat̃,ꝙ filio,& spiritui sctõ cõuenit mitti qa procedunt,& non pr̃i,qa à nullo est : probat̃,ꝙ & pr̃i conueniant mitti eadẽ ratione, qua ꝓbatur in textu,ꝙ spiritussanctus mittit,& dat se.Nã qcqd potest spiritussanctus,põt, & pr̃:sed spiritussanctus
3 potest se mittere,vt habetur in litera,ergo,& pater seipsum mittere potest, ergo mittit̃ à se . ¶Insuper dictum est in præcedenti distinctione, ꝙ realiter
4 idem sint missio , & datio in diuinis : sed pater dat se, vt patebit, & in textu habetur, ego mittit se.

In oppositum. Tria considerãda in missione materiali.

¶In ꝓrium est Augustinus,& Magister in litera.

¶Ad hæc Alexãder respõdet: In missione materiali tria cõsiderant̃,auctoritas in mittẽte,loci mutatio circa missum,& alicuius effectus ꝓductio circa terminũ.Primum est de perfectione mittẽtis,tertiũ de perfectione missi, ſm de missi imperfectione: qa non põt simul esse cũ mittente, & cũ termino. Qm̃ ergo,qđ perfectionis est, transferẽdum est ad diuina:& qđ imperfectionis est,relinquendum: ideo in diuinis est missio quantũ ad primũ , & tertiũ,non quantum ad loci mutationẽ. Nec tn̄ est ibi separatio,aut recessus missi à mittente,ſicut in his, in quibus mittẽs , & missus substantialiter differũt. Missio quoq; in diuinis non ponit gradũ,aut maioritatem,sed ordinẽ naturæ,& auctoritatẽ in mittẽte.Vnde patet qualiter missio sit in diuinis . Porrò de hoc,an missio actiuè dicta,cõueniat toti supergloriosissimæ Trinitati respectu filij, & spiritussancti sunt opiniones diuersæ. Nã quidã dicunt, ꝙ sic. & sicut concedũt,ꝙ tota Trinitas dat filiũ, & ẽt spiritumsanctũ rationalibus creaturis, ita concedũt , ꝙ tota Trinitas mittat filium, & similiter spiritũsanctũ.Alij negant vtrunq;.Cæteri istã concedunt, Tota Trinitas dat filiũ,seu spiritumsanctũ. sed negant qđ Trinitas mittit,vel filiũ, vel spiritumsanctũ. Idcirco notandũ, ꝙ missio actiuè dicta, põt dupliciter determinari.Nã vno modo dicit diuinam essentiã,& consignificat distinctionẽ,seu notionẽ: ſicq; dr̃ missio manifestatio productionis alicuius ꝑsonæ æternę per aliquẽ effectũ in creatura.Et qa ꝑ nomen missionis ſignificatur diuina essentia principaliter, & in recto,à qua essentia est missionis effectus. notio aũt secundariò in obliquo,qua manifestat̃ in illo effectu,ideo cõcedunt,ꝙ missio dicta toti conuenit Trinitati. Vnde ſicut cõcedunt istã,tota Trinitas manifestat̃ processionẽ filij , ac spiritussancti,ita concedunt,ꝙ tota Trinitas mittit filium ac spiritũsanctũ.¶Sed istis obijcit̃,pr̃ est persona,q̃ à nulla, ſed à qua alia : filius verò est persona,q̃ ab alia, & à qua alia: Spiritussanctus est ꝑsona,q̃ ab alia, & à qua nulla ꝑsona diuina , ſed pr̃ dr̃ mittere, quia ab ipso est alia ꝑsona : mitti vero non dr̃,quia nõ est ab aliqua ꝑsona.Filius aũt dr̃ mittere,& mitti,qa ab alia est, & alius est ab ipso:ergo spiritussanctus dicetur missus,qa ab alio:sed nõ mittens,quia
2 nullus ab ipso.ergo mittere nõ cõuenit toti Trinitati,ſicut nec mitti. ¶Præterea, ſi tota Trinitas ratione effectus cõnotati mitteret spiritumsanctũ,cũ ſimiliter connotet̃ affectus in filij missione,tota Trinitas mitteret filiũ.ſicq; filius mitteret̃ à spiritusancto,qđ non inuenitur de filio, nisi ſm humanã natura. 3 ¶Insuper,mittere filiũ,est aliquid operari per filiũ in creatura rationali: sed operari ꝑ filium non cõuenit toti Trinitati,ergo nec mittere filiũ toti cõuenit Trinitati, ergo ſimiliter,nec mittere spiritum sanctũ,ergo missio dicta actiuè,nõ cõuenit toti Trinitati.¶Ad primũ horũ respõdent, ꝙ non sit ſimile: qa in verbis his, mitti,& mittere,cõsignificat̃ habitudo principij ad id,qđ est de ipso . esse aũt ab alio ſiue à principio,vniuersaliter remouet̃ à pr̃e,ita, ꝙ nullo modo põt dici esse à principio.sed esse à principio,nõ negatur vniuersaliter à spiritusctõ.Cũ aũt spiritussanctus ſit principiũ creaturæ, ideo ſicut cõceditur, ꝙ spiritussanctus facit se esse in creatura ꝑ gr̃am , & Trinitas facit spiritumsanctũ esse ꝑ gr̃am in creatura rationali , ita concedit̃, ꝙ tota Trinitas mittit spiritumsanctũ. ¶Ad ſm respõdent,ꝙ ſm rationẽ hanc missionis ſit concedendũ,ꝙ ſicut Trinitas mittit filiũ,ita & spiritussanctus filiũ mittit:quia facit ipsum cognosci,ꝙ æternaliter procedit à pr̃e per effectũ ab ipso tẽporaliter procedentẽ. ¶Ad tertiũ dicunt,ꝙ non sit idẽ, operari ꝑ filiũ, & mittere filiũ,sed potiùs manifestare illã operationẽ esse per filiũ. Vnde cõcedũt istã,spiritussanctus mittit filiũ, & Trinitas mittit filiũ:non qa Trinitas, vel spiritussanctus operetur per filiũ,sed qa Trinitas,vel spiritussanctus per aliquẽ effectũ filio appropriatũ, manifestat pr̃em operari per filiũ,& hoc benè cõuenit Trinitati.¶Porrò ſm alios aliter determinat̃, ac sũmit̃ missio spiritussancti, vt s. primò , ac principaliter significet notionẽ, ſecundariò aũt actionẽ, seu manifestationẽ, qua notio illa manifestat̃ ꝑ aliquẽ effectũ. Sicq; missio actiua vocat̃ ꝓductio alicuius diuinæ ꝑsonæ,manifestata ꝑ aliquẽ effectũ in creatura.Et ita noïe missionis duo ſignantur, videlicet notio principaliter ibi ſignificata , & manifestatio notionis ꝑ effectũ ibi cõsignificata. Cumq; principaliter ſignificatũ noïe missionis nõ cõueniat Trinitati,nõ cõcedunt, ꝙ missio actiuè dicta cõueniat Trinitati.Propter qđ dicũt,ꝙ propriè loquẽdo ista sit falſa, Tota Trinitas mittit filiũ,aut spiritũsanctũ : quãuis actio ibi secũdario designata, à qua est effectus in creatura,toti cõueniat Trinitati. Hæc Alex.

an tota trinitas mittat spũsanctum.

Missio actiua duplici ter determinatur.

Obiectio prima contra ꝓdicta.

Bonauen.

Quomodo sit missio in diuinis.

¶Circa hęc quantũ ad primũ,videlicet,ꝙ missio sit in diuinis,ſcribit Bonauẽtura . Missio ,ꝓut in his inferioribus cõsiderat̃,hẽt respectũ ad tria. primò ad principium,ſecundò ad terminũ, tertiò ad missum Ad principiũ aũt ſeu ad mittentem ſub triplici põt habitudine cõparari. Primò, tanq̃ ad dãtem esse, & ſic mittit̃ radius à ſole . ſecundò, tanquã ad dantẽ virtutẽ, ſicq; mittitur iaculũ à proiectore, & ſagitta à ſagittãte.tertiò, vt ad dantẽ auctoritatem, ſeu iurisdictionẽ, & ſic mittitur nũcius à præcepto re. Et ſm oẽm hanc comparationẽ est missio in diuinis,qm̃ spiritussanctus mittit̃ à pr̃e, & filio , ſicut verè habens esse,& virtutẽ,& auctoritatẽ in operãdo ab eis.Vnde missio iuxta respectũ hunc est completissimè in diuinis.Diuina qppe persona ab eadẽ persona diuina accipit esse,& virtutẽ,atq; auctoritatem.Ad terminũ quoq; cõparatur missio ſub triplici habitudine.primò,vt in eo quietet̃,ſicut lapis mittit̃ deorsum.Secũdò, vt ab illo habeat̃,ſicut mittitur donũ ad recipientem, tertiò,vt circa illũ vide licet terminũ aliquid operet̃, ſicut Angelus ad hominẽ quem custodit. Secundũ hanc quoq; triplicẽ comparationẽ est missio in diuinis.Mittitur namq; filius,& ẽt spiritussanctus ad quoſdã ad inhabitandum,

dũ,ad quosdam,vt possideaẽ ab eis, vt donum,ad quosdam ad conferendũ effectũ. Sicq; missio per comparationẽ ad terminũ,plenissimè in diuinis cõsistit,multò plùs,q̃ in creaturis.Si aũt loquamur de missione in cõparatione ad missum, sic in inferioribus ponit triplicẽ conditionẽ imperfectionis, videlicet separationẽ,subiectionẽ,& mutationem, quæ non sunt in diuinis, in quibus tñ est aliquid correspondens his tribus. In inferioribus enim separaẽ missus à mittente, ꝑp distantiam termini à mittente,vt dum aliquẽ mitto Romã, à quo disto : ideo si missus à me peruenier Romã,oportet,ꝙ separetur à me. In diuinis verò, qñ Deus mittens vbiq; est, nõ est ibi distantia mittentis à termino missionis. ideo missus non separatur, nec elongaẽ à mittẽte. Similiter in inferioribus est missi subiectio, ꝑp differentiã mittẽtis à misso. Quia enim missus recipit à mittẽte esse,aut virtutẽ,vel operationẽ,& substãtialiter differt ab eo,necesse est, ꝙ aliam virtutẽ ab eo recipiat,& aliã iurisdictionem illa inferiorẽ. sed in diuinis nõ est differentia substantialis, ideo omnia ibi sunt æqualis nobilitatis in mittente, & misso;attamẽ loco huius est ibi subauctoritatis emanatio. In inferioribus quoq; est in misso quædam mutatio ꝑp distantiam missi à termino. In diuinis aũt missus nulli loco abest.ideo non oportet,ꝙ locum accedat, mutetur, aut moueatur, tñ loco huius est ibi alicuius noui effectus ꝓductio. Hæc Bonauent.

Quibus personis cõueniat mitti, ac mittere Bonauen. Missio super duo includit.

¶At verò de alia parte propositæ quæstionis, videlicet quibus personis diuinis cõueniat mittere, & mitti,scribit Bonauentura:Missio(vt patet ex ratione Augustini,& infra patebit)semper duo includit, videlicet emanationem,& manifestationẽ missi per effectum. Et qñ missio dicta passiuè, semper importat emanationẽ, nullatenus conuenit patri, quia à nullo emanat. idcirco si alicubi legeret pater missus, esset tanq̃ impropriè dictum exponendũ. ¶Si aũt his obijciatur, ꝙ ſm Aug.4. de Trinitate,mittitur filius,cũ ex tẽpore in mente cuiusquàm percipitur:sed pr̃,imò, & Trinitas tota ex tempore percipiẽ mente, in qua gratioseẽ, ac dulciter aduenit,ac morat:ergo tam pr̃,quàm Trinitas mittitur. ¶Præterea, mitti est personã diuinã de nouo venire ad habitandum in corde: sed hoc toti conuenit Trinitati,ac patri,sicut ait Saluator: Ad eum veniemus,& mansionẽ apud eũ faciemus. ¶Insuper, missio connotat effectum in creatura sed regula est, ꝙ oẽ connotans effectũ, est essentiale,ergo toti competit Trinitati.¶Iterum tres personæ inseparabiles sunt,non ergo vna sine alia mittitur. ¶Dicendum ad primũ,& ſm, ꝙ nec perceptio in mente, nec venire,& mentẽ inhabitare,ad rationẽ sufficit missionis,quãuis sufficiant ex parte termini ad quẽ: idcirco exigitur etiã emanatio ex parte termini à quo. Propter qđ loquitur Augustinus,ꝙ pr̃ absurdissimè dr̃ missus. ¶Ad tertiũ respondendum,ꝙ nomẽ connotans effectũ,aut solũ dicit respectum ad effectũ, & sic est purè essentiale, vt creare: aut dicit cũ hoc respectũ ad personam diuinam, sicq; põt esse notionale,vt creare per filium,qđ soli conuenit patri. Et tale est mitti,quod includit respectum etiam ad terminũ a quo.¶Ad quartũ dicendũ,ꝙ illa,quę substantialiter, aut personaliter differunt, possunt seorsum mitti, quamuis in natura, & subsistentia inseparabiles sint, secundum quod missio sumitur in diuinis,vbi non inuenitur per loci mutationem, sed secundum descriptionem præhabitam.

Obiect. 1. Augustini.

Ioan. 14. 3.

Respõsio ad 1. & 2.

Augustini. Ad 3.

Ad 4.

Quibus personis cõueniat mittere

¶Consequenter Doctor deuotus ostẽdit,quibus personis in diuinis cõuenit missio actiua seu mittere.Magister,inquiẽs,expresè dicit,nititurq; probare ratione,& auctoritate, quod ſpiritusſanctus mittit ſe,& dat ſe.Nec ſm ipſum oportet,ꝙ inter mittentem, & missum cadat personalis distinctio,sed solum quantũ ad rationem intelligendi:vt idem ipse sit mittens,in quantũ Deus:& missus,inquantum donum. Aliorũ aũt antiquorum magistrorum fuit opinio, ꝙ mittere,& mitti de ratione nominis sui, importãt auctoritatẽ, & subauctoritatem, atq; distinctionem. ideoq; nequaquã sit concedẽdum, ꝙ aliqua ꝑsona diuina se mittat, aut mittatur à se. Et positionem suã confirmant per Augustinum, dicẽtem, ꝙ pr̃ nullatenus mittitur. Cuius ratio esse vr̃, quia à nullo est, seu qñ missus subauctoritatẽ importat, & mittere auctoritatem. nulla aũt persona habet ſuper ſe auctoritatem.Rationibus quoq; Magistri respõdent, ꝙ non est simile de dare,& mittere:qñ dare vno modo est ex liberalitate, seu amore,ſicq; omnino essentiale est,nec connotat distinctionẽ. idcirco conceditur,ꝙ tota Trinitas dat ſe, ſimiliter pr̃. alio modo dare est alicui donũ cõmunicare,non tñ ex liberalitate,ſed ẽt ex auctoritate. sic dare dicit notionẽ,notionaliterq; tenet. Idcirco hoc modo nõ valent huiusmodi rationes,ſi pater dat ſpiritumſanctũ, & ſpirituſſanctus nõ dat ſe, ergo pr̃ facit aliquid qđ non facit ſpirituſſanctus: qñ dare dicit notionẽ,atq; in hoc ſenſu equipollet ei,qđ est mittere: & paſsiua donatio ei, qđ est procedere.Ad ſimile quoq; qđ adducit Magiſter de filij miſsione, dicunt,ꝙ non eſt ſimile : qa in filio eſt duplex natura,& ſm naturam ſuã humanam nõ ſolum ſubauctoritas,ſed,& ſeruitus cõuenit ei. Hinc quantũ ad diuinã ſuam naturã,à ſolo mittitur pr̃e, quia ab ipſo producitur.Cumq; ſpirituſſanctus ,ꝓducatur à pr̃e, & fil o, ab ipſis tantũmodo mittiẽ. Hinc rationes Magiſtri non valent,qñ oẽs auctoritates,quę dicũt filiũ mitti à ſpirituſancto,vel à ſeipſo,intelliguntur ſm naturam humanã. Sed quãuis poſitio iſta rationabilis videatur, & ad ſuſtinendũ facilior:attamen qñ nõ debemus auctoritates ſanctorũ ad noſtrã trahere rationẽ, ſed potiũs noſtrã rationẽ ipſis ſubijcere,vbi non cõtinent expreſſam abſurditatẽ: cumq; ſancti dicant, & maximè Auguſtinus, ac Magiſter in litera filiũ mitti à ſpirituſancto, & ẽt à ſe, qđ non poſſet exponi ſm humanam naturã, idcirco poſitio alia ob reuerentiam tã ſanctorum,q̃ Magiſtri,magis videtur eſſe tenenda. Nẽ pe,quod ait Auguſtinus, filius Dei miſſus eſt in carnẽ à ſpirituſancto , nequaquam põt ſm humanam naturam intelligi,vt videtur: qa hæc miſsio fuit ad humanitatis, ſeu carnis aſſumptionem:ergo ſm rationem intelligendi præcedit naturã humanã, non vtiã vnitã : ergo ſi filius hoc modo dicitur miſſus, oportet,ꝙ attribuatur diuinæ naturæ.ſicq; ratione diuinæ naturę miſſus eſt à ſpirituſancto, multoq; plùs à ſeipſo, & per hoc ẽt ſpirituſſanctus põt dici mitti a ſe. ¶Sed his obijci põt. Primò, qñ datum dicitur relatiuè ad dantem, ſm Auguſt. 15. de Trinit. ergo ſpirituſſanctus non datur niſi ab his,à quibus procedit,& ad quos dr̃ relatiuè, puta à patre, & filio,non à ſeipſo. Item vbicunq; eſt miſsio paſsiua, ibi eſt ſubauctoritas i miſſo reſpectu alicuius principij, quemadmodũ ſm Auguſtinũ, & Magiſtrum vbi actiua eſt miſsio, ibi deſignat auctoritas ratione ꝑſonæ mittẽtis:ſed in ſpirituſancto nõ eſt ſubauctoritas reſpectu ſuijpſius,ergo nõ mittit ſe. Et idẽ de filio.¶Rurſus, inter mittentẽ,& miſſum vr̃ realis diſtinctio.¶Pro harũ ſolutione aduertendũ, qa (vt tactũ eſt)miſsio duo importat, videlicet emanatio

Cõtra magiſtri opinionem.

Auguſt.

Bonauen. pro magiſtri opinione.

Obiect. 1.

nem

nem,& manifeſtationem:principaliter tamen manifeſtationem,quia ſm Aug.4. de Trin.mitti eſt cognoſci eſſe ab alio.& qñ principaliter importat manifeſtationem,& connotat in miſso emanationem,ideo manifeſtatio ſignificatur tã per mittere, q̃ per mitti uniformiter.ꝓp quod, ſenſus eſt, Pater mittit filium.i.manifeſtat filium emanate à ſe.& cũ dr̃,Filius,ſeu ſpirituſſanctus mittitur,ſenſus eſt : Filius, ſeu ſpirituſſanctus manifeſtatur ab alio emanare.Et qñ ablatiuus reſpectu uerbi paſsiui, & noſtiuus reſpectu uerbi actiui importat rationẽ principij,atq; ſignificatio horum uerborum mittere, & mitti,eſt manifeſtatio,& emanatio,hinc illa ,ꝓpoſitio eſſe proprijſsima,in qua ablatiuus,& nominatiuus importat habitudinẽ principij reſpectu utriuſque, ſicut cũ dr̃:Pater mittit filium,& filius mittiẽ à patre:qñ filius emanat a patre,& manifeſtatur a patre.Quia uero principale ſignificatum uerborũ iſtorum,eſt manifeſtatio, nõ emanatio:ideo qñ ablatiuus, aut nominatiuus eſt principium manifeſtationis,quamuis non emanationis,propoſitio ,ꝓpria eſt, minus tñ q̃ prædicta:idcirco in hoc ſenſu concedũtur iſtæ,filius mittit ſe, ſpirituſſanctus mittit ſe. Verum quia tam mittere, q̃ mitti,important emanationẽ circa miſſum,& pater non emanat ab aliquo neq; trinitas,hinc pater non legitur miſſus nec trinitas.¶Ex his patet ad obiecta ſolutio,primum ſolutum eſt ex eo,quod dictum eſt quemadmodum dare dupliciter ſumitur ¶Porro ad ſecundũ dicendum,quod q̃uis tã mittere q̃ mitti important emanationem,ut exꝓtactis iam eorum expoſitionibus conſtat,non tñ emanatio hæc importatur ſemper reſpectu perſonæ mittentis: quia ab aliquo poteſt eſſe manifeſtatio preſonæ,a quo non eſt emanatio eius.Propterea qnamuis in perſona miſſa ſit ſubauctoritas,non tamen ſemper reſpectu mittentis, ut cum mittit ſeipſam:ſed reſpectu perſonæ ,ꝓducentis,a qua procedit.¶Ad tertium habetur ſolutio ex præinducta acceptione multiplici miſsionis : quia interdum deſignat in mittente ſuperioritatem,atq; imperium,ut cum Deus dicitur mittere angelum: interdum ſolum auctoritatem, ut cũ pater dicitur mittere unigenitum ſuum:& tunc nota perſonalẽ, uel realem diſtinctionem.Quandoq; importat diſtinctionem ſm rationem duntaxat, ut cum dicit, uoluntas mouet ſeipſam,ſicq; ſpirituſſanctus ſe mittit.quia inquantum Deus, mittit:inquantum donũ, mittitur.Hæc Bonauentura.

Reſponſio ad primã obiectionem.

Ad 2.

Ad 3.

Thomas.

¶Ampliùs Thomas,quantum ad primum horũ, qualiter.ſ.miſsio ſit in diuinis , conſonat præinductis,inter cætera loquens:Miſsio ex ſua ſignificatione dicit exitum alicuius ut miſsi ab aliquo , ſicut a mittente,atq; ad aliquem terminum . Miſsio autem in diuinis omni imperfectione excluſa , intelligitur ſm exitum originis ab aliquo,ut a principio,& ſm nouitatem aduenientem ei,ad quem ſit miſsio : ut perſona miſſa,nouo modo in eo eſſe dicatur . Hinc miſsio ex ſua ratione differt a proceſsione, & datione . Proceſsio namque inquantum proceſsio, dicit realem diſtinctionem,imò,& reſpectum ad principium, a quo procedit,& nõ ad aliquem terminum. Datum autem non importat diſtinctionem dati a principio,a quo datur,qñ idem poteſt dare ſeipſũ, ſed tantum ab eo,cui datur.Miſsio autem ponit diſtinctionem in miſſo,& ad principium,atq; ad terminum.idcirco cum ſpirituſſanctus dicitur mittit, includitur in ſignificationem miſsionis uterq; reſpectus,puta æternus,prout a patre,filioq; procedit:ac temporalis,prout ſignificantur in habitudine ad creaturã,quę nouo modo ſe habet ad ipſum.

Thomas.

¶Porro de alia parte quæſtionis aſſerit Thomas: In omni miſsione oportet, quòd ponatur aliqua auctoritas alicuius ad miſſum:In diuinis autẽ perſonis non eſt auctoritas niſi ſecundum originem. ideo nulli perſonę diuinę cõuenit mitti, niſi ei, quę eſt ab alio, reſpectu cuius poteſt in aliquo deſignari auctoritas. Ideo filius, & ſpirituſſanctus dicuntur mitti, non pater nec trinitas.Hæc Thomas in Scripto.

Art. 1.

¶Porro in prima parte Summæ, quæſtione 43. In ratione,inquit,miſsionis duo important, quorũ unũ eſt habitudo miſsi ad eum,à quo mittit: aliud, habitudo miſsi ad terminum ad quem. Per hoc autem,quod aliquis mittitur, oſtenditur proceſsio quędam miſsi à mittente,uel ſecundum imperium, ſicut dominus mittit ſeruum:uel ſecundum conſilium,ut ſi conſiliarius dicatur mittere regem ad præliandum:uel ſecundum originem,ut flos ab arbore.Oſtenditur quoque habitudo termini ad quẽ, ut ibi aliquo modo eſſe incipiat,uel quia priùs ibi non erat,uel non eo modo,quo incipit ibi eſſe.Miſsio ergo diuinę perſonę poteſt competere,ſecundũ quod ex una parte importãt proceſsionem originis a mittente:& item prout ex alia parte importat nouum modum exiſtendi in aliquo . Hæc Thomas in Summa.

Mitti multipliciter dicitur.

Thomas.

¶Inſuper ad quæſtionem hanc,an aliqua diuina perſona det,uel mittat ſeipſam,idem doctor reſpodet in Scripto:Secundum differentiam donationis, miſsionis,& proceſsionis prętactam,oportet in hac materia diuerſimodè loqui. Nẽpè de ratione dationis non uidetur plus eſſe, niſi quod datum a dante liberè habeatur.quod poteſt dupliciter eſſe. Primò ſicut aliquis liberè habet ſe uel aliquid, quod in ipſo eſt.Secundò, ſicut aliquis liberè habet ſuam poſſeſsionem,uel id reſpectu cuius habet dñium, ,put habere dr̃ multis modis.Hinc de rõne dationis non eſt auctoritas in dante reſpectu dati. põt enim aliquis etiam ſeipſum alicui ex amore dare in amicum,niſi ſpecificetur datio ſm ſpecialem modum habendi,ut qui eſt ſm dominium,&c.Qualis datio nulla eſt in diuinis.Hinc datio non exigit rationem principij reſpectu dati.Vnde dare poteſt conuenire diuinæ eſſentiæ,quia hanc pater dat filio : & etiam patri, qui dat ſeipſũ:ſimiliter filio,ac ſpiritui ſancto. Nec eſt diſtinctio dantis ad datum,niſi fortè ſm rationem, ſicut intelligentis ad intellectum.Concedimus ergo ſimpliciter, quod pater dat ſe,& datur a ſe,& idem dicendum de filio, ac ſpiritui ſancto. Sed circa miſsionem maior eſt difficultas, quod opinionum atteſtatur diuerſitas . Quidam enim dicunt, quòd omnes tales ſunt falſæ,filius mittit ſe,ſpirituſ ſanctus mittit ſe.Et dicunt rationes Magiſtri non ualere: quia cum miſsio includat in ſe notionem, non oportet,quòd in potentia,aut operatione miſſionis conueniant tres perſonæ, quemadmodum nec in potentia generandi.Et dicunt non eſſe ſimile de miſsione filij in carnem, ſecundum quam filius dicitur mittere ſeipſum:quia in illa miſsione natura creata aſſumpta eſt in unitatem diuinæ perſonæ,quod in alijs miſsionibus non contingit.Et ſi in aliqua inuenitur auctoritate quòd ſpirituſſanctus mittit ſe, gloſſant ſic:quòd à ſpirituſſancto eſt effectus,in quo,& per quem cognoſcitur ipſe ſpirituſſanctus ab alio eſſe.¶Verum quoniam ſancti, præcipuè Aguſtinus, & Magiſter, utuntur locutionibus illis:ideo alij dixerunt,quòd miſsio aliquando ſumitur propriè, aliqñ impropriè, & cũ propriè

Thomas.

ſumitur

sumitur, importat distinctionem missi à mittente. sicq; dici non valet, ꝙ spiritussanctus se mittat. Cõmuniter autem impropriè sumitur missio pro influentia, vel datione, sicq; dicunt spiritumsanctum mittere se, quia dat se. & hæc est opinio Præpositiui & Antisiod. Sed quoniam opinio ista parum recedit à prima, alij dicunt, ꝙ propriè spiritus dicitur se mittere. quibus consentiendum est, si virtus nominis attendatur. Missio quippe (vt dictum est) duo importat, videlicet missum esse ab alio ratione auctoritatis, quam designat: atque nouum effectum, secundum quem in creatura spiritussanctus dicitur esse. Vnde sensus ē, spiritussanctus mittitur, idest est ab aliquo, & fit nouo modo in aliquo. Denique diuersimodè verificatur locutio, quando aliquid coniunctum prædicatur de aliquo secundum esse, & quando secundum fieri. Quando enim prædicatur secundum esse, oportet, ꝙ vtrunque illorum in esse dicatur: vt si dicatur, Socrates est homo albus, oportet, ꝙ sit homo, & ꝙ sit albus, nisi albus, nisi vnum diminuat rationem alterius, vt cum dicitur, homo mortuus: sed secundum fieri sufficit, ꝙ alterum in fieri prædicetur, vt si dicam, Socrates est nũc factus homo albus, sufficit ad veritatẽm, ꝙ sit nunc factus albus, quamuis non sit nunc factus homo. Notandum quoque, ꝙ quando aliquid prædicatur de aliquo secundum fieri, diuersimodè se habet in faciente, & in facto: quia ex parte facti oportet, ꝙ prædicetur vtrunque secundum esse, etsi nõ vtrunque secundum fieri: vt si dicam, iste est factus homo albus, oportet eum esse hominem, & esse albũ. nisi alterum sit diminuens: non autem oportet, ꝙ fiat homo, sed ꝙ fiat albus. Ex parte vero facientis, quia faciens non refertur ad factum, nisi secũdum id, quod fit in ipso, sufficit, ꝙ faciens dicatur facere alterum tantum: vt si dicam, pictor facit parietem album, non oportet, quòd faciat parietem, & faciat eum album, sed sufficit, ꝙ faciat eum album. Dico ergo, ꝙ missio, quoniam ponit missum esse in aliquo eo modo, quo prius non fuit, sicq; fieri in illo, secundum hoc importat quandam factionem non realem, sed rationis tantum, quę terminatur ad rationis relationem, quemadmodum Deus dicitur factus refugium nostrum. Est igitur sensus, spiritussanctus est missus à se, id est, spiritussanctus existens ab aliquo, factus est ens in aliquo, à se per gratiam. Si autem accipiamus ex parte mittentis, tunc mittere spiritumsanctum nil aliud est, quàm facere spiritumsanctum existentem ab aliquo, esse in aliquo secundum habitudinem nouam. Ideò cuicunque personæ conuenit facere alterum horum, videlicet, ꝙ sit in aliquo secundum habitudinem nouam, dicetur mittere spiritumsanctum, quamuis non sit principium spiritussancti. Et quoniam tota trinitas facit spiritumsanctum esse in aliquo, nouo modo per donum gratiæ, à superbenedicta trinitate collatum hinc tota trinitas dicitur mittere spiritumsanctum, & ipse se mittit, & mittitur à se. Si autem loquamur de processione, minus propriè dicetur procedere à se, quàm mitti à se. Attamen, quia processio temporalis ponit nouam habitudinem ad creaturam in quam procedit, omnisq; nouitas ad aliquam pertinet factionem. ideò etiam secundum processionem temporalem spiritussanctus ens ab aliquo, factus est existens nouo modo in creatura. Et sic sub eodem sensu concedetur, quòd spiritussanctus procedit temporaliter à se. Hæc Thomas in Scripto.

Spũssãus propriè se ipsum mittit.

Psal. 9. 17. 30. 31. 45. 58. &cęt.

Ar. 3.

¶ Porro in Sũma loco prælegato ad istud breuiter respondit, dicendo: Secundum quosdam diuina persona non mittitur nisi ab ea, à qua est. & filius non est missus à spiritusancto, nisi secundum humanam naturam ad prædicandum. Augustinus verò 2. de Trinitate, perhibet filium missum à se, & à spiritusancto, ut mitti in diuinis solum conueniat personis procedentibus, mittere verò cuilibet personæ diuinæ. Vtrunque autem habet aliquo modo veritatem: quia cum dicitur aliqua persona mitti, importatur & ipsa persona ab aliquo existens, & effectus secundum quem missio diuinæ personæ, attenditur. Si ergo mittens designetur, ut principium personæ, quæ mittitur, sic non quælibet diuina persona mittit, sed solum illa, cui conuenit esse principium personæ, quæ mittitur. sicque filius mittitur tantum à patre, spiritussanctus verò à patre, & filio. Si verò persona mittens intelligatur esse principium effectus, secundum quem attenditur missio, sic tota Trinitas mittit personam missam. Hæc Thomas in Summa.

Auguſt.

¶ Concordat Petrus inter cætera asserens: Missio in diuinis accipitur non propriè, sed similitudinariè. à creaturis autem ad diuina fit translatio secundum ea duntaxat, quæ sunt perfectionis. In misione quidem creaturæ propriè dicta, quatuor attenduntur. unum ex parte mittentis, videlicet auctoritas: alterum ex parte missi, ut separatio siue diuersitas à mittente: tertium ex parte termini à quo, puta loci mutatio: quartum ex parte termini ad quem, scilicet quidam effectus. Primum, & quartum sunt perfectionis, idcirco conueniunt missioni diuinæ. In cæteris positio ista Petri, etiam in verbis coincidit cum prælabita responsione Bonauenturæ.

Petrus.

¶ Insuper ad id, quod quæritur, an aliqua diuina persona mittat, aut det seipsam, ponit Petrus Thomæ responsionem compendiosè sub aliquibus alijs verbis, & inter cætera addit: Secundum, quosdam missio multipliciter sumitur. Primò, prout importat missi à mittente distinctionem essentialem, personalem, atque localem, ut cum creatura una mittitur ab alia. Secundò importat distinctionem essentialem, & personalem, non localem, ut cum creatura mittitur à creatore, ubiquæ præsente. Tertiò notat distinctionem non essentialem, neque localem, sed tantummodo personalem, ut cum una diuina persona dicitur mittere alteram. Quartò nullam istarum, sed tantum intellectualem, ut cum diuina persona seipsam mittere perhibetur. Præterea dare tripliciter dicitur. Nam primo designat solam communicationem, sicque amicus dat amico seipsum. sic quoque quælibet diuina persona dat se. Secũdò dicit communicationem, & emanationem, ut cum amicus dicitur amico communicare suum amorem. sic una persona diuina dat aliam, utpotè procedentem à se, ut pater filium, pater & filius spiritumsanctum. Tertiò importat cõmunicationem, emanationem, & translationem, quemadmodum amicus dat amico exteriùs donum: & sic quælibet persona diuina dat donum creatum. Hæc Petrus.

Dare tripliciter dicitur.

¶ Qui etiã quærit, An filius in diuinis potest dici procedere temporaliter. Et respondet, Procedere in diuinis inuenitur dupliciter accipi. Primò cõmuniter, sm quod importat respectum termini à quo tãtum. Secundò strictè, prout importat respectum termini, à quo, & etiam termini ad quem. Primò modo habet similitudinem cum sola processione causali, secundo modo cum causali, & locali. Qm ergo

An filius in diuinis procedat temporaliter.

ergo filius ab æterno procedit, non ut tendens in alterum, ideo spiritui sancto appropriatur processio: & quia in processione temporali includitur ratio processionis æternæ, & propriæ, ideo missio filij Dei non dicitur propriè processio temporalis, communiter tamen posset dici. Hæc Petrus.

Vdlaricus

¶ Deniq; præinductis ex Thoma cõcordant scripta Alberti, imò in his Thomas magistrum suum Albertum secutus est. ¶ Consonant item his dicta Vdalrici, qui in Summa sua lib. 3. ait: Illud verè, & propriè datur, ad quod creatura acquirit habitudinem nouam relationis, sicut habentis ad rem habitam, & quod acquirit nouam relationem rationis ad habentem. Et hæc res non est gratia, sed ipsa diuina persona per effectum gratiæ. In omnibus igitur rebus est Deus, & tamen aliquibus datur: quoniam datum habetur, & possidetur, ut proprietas ab eo, cui datur. Id autem possidetur, qđ ad nutum habetur, secundum quod possessio dicitur quasi pedis positio, iuxta illud Deuteronomij: Omnis locus quẽ calcauerit pes uester, uester erit. Hinc illis tantum datus est Deus, qui habent eum ad nutum suæ uoluntatis, ut proprietatem, cuius fructus participant fruendo ipsomet Deo. Et hæc est ratio differentiæ inter esse Deum in re, & habere ipsum à re, seu habitare ipsum in creatura. Quia igitur Deus, qui est in omnibus rebus communiter, sic uenit ad creaturam, ut creatura ius hæreditarium in ipso acquirat per gratiam adoptionis, fruaturq; ipso in speculo per charitatem uiæ, uel secundum speciem per charitatem perfectam patriæ: ideo Deus non habetur, nec datur nisi illis, qui capaces sunt gratiæ, & charitatis, ac gloriæ, & in illos quoque procedit diuina persona. Hæc Vdalricus.

Possessionis etymologia.

Deut. 11.

1. Cor. 13.

¶ Qui de istis materijs scribit diffusè, sed sententialiter præhabita sunt, quæ conscribit. ¶ Insuper patet ex dictis, An filius mittatur a spiritusancto. Qui enim dicunt in mittente esse auctoritatem respectu missi, affirmant, ꝙ filius non mittatur nisi in patre, a spiritusancto autem non nisi secundum naturam assumptam, & ad opera eius, præsertim ad prædicandum. Alij aliter dicunt, ut patuit.

Dionysius

¶ Aegidius demum quantum ad principale intentum, concordat prælabitis, quod scilicet filius mittat seipsum, similiter spiritussanctus. Verum tamen declarationem, qua Thomas ostendit hoc, reprobat. ¶ Verum, ut patuit, declaratio illa etiam est Alberti, Vdalrici, Petri, ac aliorũ: nec Aegidius efficaciter improbat eam. quod, breuitati studens, prosequi nunc omitto.

Aegidius.

Dionysius

¶ Scotus uero circa ea, quæ dicta sunt de misione, an scilicet persona mittat seipsam, & an filius mittatur à spiritussancto, non solum ad prædicandum, refert utramq; opinionem, & tangit modum defendendi utramq;: magis tamen consentire videtur dicentibus, ꝙ persona diuina non mittatur nisi ab ea, a qua procedit.

Scotus.

¶ Postremo dominus Antisiodorensis in Summa sua primo libro asserit, & defendit, quòd ista sit falsa, spiritussanctus mittit se: similiter ista, spiritussanctus mittit filium non nisi ad prædicandum. Hanc dicit etiam falsam, Filius misit se, nisi referatur ad naturam assumptam: quia (ut ait) in mittente debet esse auctoritas quo ad missum.

Antisiod.

¶ Hæc autem controuersia doctorum, uidetur pro magna parte in usu terminorum consistere, ut etiam cõstat ex his, quæ induxi ex Thoma in prima parte Sũmæ suæ qõne quadragesimatertia.

Dionysius

Solutio demum argumentorum in principio quæstionis motorum, ex prælabitis elucescit.

QVAESTIO II.

SEcundo principaliter quæritur, *An missio in diuinis dicatur essentialiter, vel notionaliter, an sit, quid creatum, vel increatum, temporale, vel aeternum.* Prima pars quæstionis istius inquirit, an mittere, & mitti significent essentiam diuinam, an notionem. Videtur, quòd notionem, quia iam dictum est, quòd missio in diuinis dicit duo, uidelicet emanationem, & manifestationem: sed emanatio est, quid notionale, seu relatiuum, non essentiale, aut absolutum. Secundò, quoniam Beda ait in homilia, Spiritussancti missio est eius processio. Processio autem notionaliter dicitur. Tertiò, quia quod essentialiter dicitur, tribus supersanctis personis commune est: sed missio non conuenit Deo patri, loquendo de missione passiua. Missio uero actiua non uidetur conuenire spirituisancto, quia secundum Augustinum libro de Trinitate in persona mittente insinuatur esse auctoritas, quæ non est in spiritussancto, à quo nulla diuina, & increata procedit persona. Quartò, missio importat originis exitum, non ergo est essentiale.

Arguitur 1. ad unã partem affirmatiuè.

2

Beda.

3

Auguſt.

4

In oppoſitum.

¶ In contrarium est, quia ut diuinus Dionysius contestatur, Omne nomen dictum Deo, connotans effectum in creatura, pertinet ad communitatem essentiæ: quod est, quia indiuisa sunt opera Trinitatis. sed missio prædicatur de Deo, & in creatura connotat quendam effectum, ut patuit, ergo est nomen essentiale.

S. Dion.

¶ Præterea notio propria est uni personæ, in cuius perducit notitiam, propter quod notio appellatur. Missio autem passiua communis est filio, ac spirituisancto, similiter missio actiua ad minus communis est patri, & filio, nulla ergo missio notionaliter conuenit Deo.

¶ Rursus secundo de Trinitate asserit Augustinus: Mitti à patre filius sine spiritusancto non potuit, quoniam pater intelligitur filium tunc misisse, quando hunc fecit ex virgine.

Auguſt.

Alexand.

¶ Ad istud Alexander respondet: Verba hæc, mittere, & mitti, in diuinis de intellectu suo dicunt tam essentiam, quàm notionem. Dicunt nãque respectum personæ ad personam, & item respectum personæ ad creaturam, ratione cuius dicuntur essentialiter. sicque essentialiter designant personam. Quædam enim sunt nomina, quæ significant essentiam essentialiter, sicut hoc nomen essentia: quædam uero significant essentiam personaliter, ut hoc nomen Deus. Et ea, quæ significant essentiam in suppositis per additionem nominum personalium, uel notionalium, trahuntur ad supponendum pro aliqua, aliquibusq; personis, ut cum dicitur, Deus generat, Deus spirat. Sunt quoque nomina aliqua, quæ significant personam personaliter, quemadmodum nomina ista, pater, filius, spiritussanctus. Sunt & alia nomina, quæ significant personam essentialiter, ut hoc nomen persona. similiter uerba hęc, mittere, & mitti. vnde in his uerbis attribuitur aliquid per sonę rationę essentię. Hinc essentia non mittit nec mittitur, sed persona ratione essentię, seu essentia in persona. Verum tunc quęritur, cum in intellectu eius quod est mittere, & mitti, sit essentia, & persona, quid per priùs significetur ibi, essentia, vel

Quæſtio.

Responsio

persona. Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ uerba hæc mittere & mitti, primo significant diuinam essentiam, sed consignificant distinctionem personæ à persona: & ꝙ significant essentiam in rectitudine, & personam in obliquitate. Propterea dicunt, ꝙ missio est manifestatio processionis personæ per aliquem effectū in creatura. ſicq; , quia manifestatio dicitur in rectitudine, & processio in obliquitate, affirmāt ꝙ missio designat essentiam, & cōsignificat distinctionē, sicut hęc noīa æquale, & simlie. Et iuxta hoc

Obiectio.

missio non est processio manifestata, sed potiùs ipsa manifestatio processionis. ¶ Quo contra objcit, ꝙ manifestatio processionis est effectus toti superdignissimæ Trinitati conueniens, ergo missio filij, & spiritussancti toti conuenit Trinitati. Respōdet, quòd quamuis manifestatio processionis illius Trinitati conueniat, tamen missionis nomine designatur, quòd manifestationem illam habeat persona una ab alio, quod Trinitati non conuenit. Hinc sicut operari toti commune est Trinitati, tamen operari p spiritumsanctum, solū patri, ac filio: similiter est in

Missionis in diuinis significatio duplex

uerbis his, mitti, ac mittere. Porro alijs apparet, ꝙ uerba hæc mitti, ac mittere, primo designant personam, seu respectum personæ ad personam, qui attribuitur personæ, uel duabus personis indistinctè, & hoc ratione personæ. Secundò verò consignificant actum, qui est respectu creaturæ, qui attribuitur personæ, uel personis ratione essentiæ. Vnde dicunt, ꝙ missio passiua est processio personæ, manifestata per effectum in creatura. missio uero actiuè dicta est productio personæ per effectum in creatura manifestatum. & ita hæc uerba mitti, & mittere, designant personam essentialiter. ſicq; de

Téporalis processionis in diuinis rō duplex.

missione notio prædicatur in recto. nempe cum idem sit missio, quod tpalis processio, temporalis uerò processio primò significet notionem personæ, atq; secundò actum conuenientem personæ ratione essentię, similiter missio. Hæc Alexand.

Alexāder Missio in diuinis sē per quid increatū.

¶ Ex quibus habetur solutio ad secundam quæstionis istius partem. Ad quam Alexander respondet: Missio, siue dicatur actiuè de patre respectu filij, siue de patre, & filio respectu spiritussancti, siue dicatur passiuè de filio, aut de spiritusancto, est quid increatum, & Deus mittens, aut missus: quemadmodum processio spiritussancti, est ipse spiritussanctus procedens: & sanctificatio spiritussancti, qua creaturam sanctificat, est ipsemet spiritussanctus sanctificans. Missio autem spiritussancti, est eius processio a patre, ac filio ad sanctificādum creaturam. ſicq; vtrunq; horum est, quid increatum, quod est spiritussanctus. Deniq; nihil creatū prædicatur de Deo in recto. Nil etenim prædicatur de Deo, quod non sit ipse. sed verba hæc, mittere, & mitti, prædicantur de Deo in recto, cum dicitur:

Diluitur obiectio.

Deus mittitur. ergo dicunt, quid increatum. ¶ Si autem objciatur, quòd nullum increatum est temporale, missio autem est temporalis, ergo non est æterna. Dicendum, quòd in missione sunt duo, uidelicet principale significatum, quod est increatum: & connotantum, quod est temporalis effectus, ratione cuius dicitur missio temporalis. nec illud

Obiectio

prædicatur de missione, nisi in obliquo. ¶ Sed nūc rursus objci potest, quia si missio est increatum, ergo est, quid æternum. sed quod æternum est, fuit ab æterno: ergo missio personę diuinæ æterna est, fuitq; ab æterno. cuius contrarium habetur in litera. ¶ Respondetur, ꝙ missio dicitur de

Diluctio.

Deo ex tempore non ab æterno. Nullum enim nomen connotans effectum in creatura, dicitur de Deo ab æterno. processio quoq; temporalis distinguitur ab æterna. sed processio temporalis est missio, non est ergo æterna. Cum autem æternum coniungitur temporali in eodem termino, propriè loquendo, iudicandum est temporale: quemadmodum dum necessarium coniungitur contingenti, totum iudicatur contingens. Idcirco fallacia accidentis in isto est argumento, Missio est Deus, & est æternus, ergo missio est æterna: quia æternitas, quæ est in principali significato missionis, infertur de connotato. Hoc namq; nomen ęternus, cum sit adiectiuum, determinat terminum, & ponit rem suam ratione totalis significati. ¶ Quòd si rursus in

Obiectio. Auguſt. Filiū mitti quid. Diluitur.

stetur, quia (ſm Augustinum) filium mitti, est cognosci, ꝙ a patre sit, quod cognosci est, quid creatum, non increatum: respondetur, ꝙ descriptio illa datur non per essentiam, sed per consequētem effectum: quia cognitio processionis est effectus missionis. Hæc Alexander.

¶ Ex quibus patet solutio quæstionis istius, an missio dicatur de Deo ex tpe, uel ab æterno, an modo utroq;. & patet ꝙ non, nisi ex tempore.

Thomas. Diuinorū nominum diuersitas.

¶ Circa hæc Thomas scribit: Quædam sunt nomina in diuinis, quæ significant tm̄ personam, quędam uerò tm̄ essentiam, quædam vtrunq;, quemadmodum dictum est de potentia generatiua, ac spiratiua: & ita missio est essentiale, & notionale ſm diuersa, quia ſm respectum quem importat missio ad suū principium, est notionale: sed ſm respectum, quem importat ad creaturam, est essentiale.

¶ Præterea circa hoc est duplex opinio. Aliqui enim dicunt, ꝙ principaliter significet notionem, & ex consequenti essentiam, quo ad effectum connotatum. alij dicunt contra, quod veriùs mihi videtur, considerata uirtute uocabuli. Missio namq;

Missionis in diuinis ratio.

ſm nominis sui rationem, non dicit exitum ab aliquo tanquam à principio, ſicut à quo missus habeat esse: sed solum in ordine ad missionis effectū ponitur auctoritas alicuius ad missum seruus quippe, qui mittitur a dño suo, non exit ab ipso ſm esse suum, sed ſicut à principio mouente ipsum per imperium ad hunc actum. Quia vero in diuinis personis non potest esse auctoritas respectu principij, nisi secundum originem essendi, ideo ex consequē ti importatur relatio originis in missione, secundum quam est notionale. Vel principaliter importatur ordo ad missionis effectum, secundum quem est essentiale. In processione autem temporali est econtrario: quia processio secundum suam rationem, prout sumitur in diuinis, dicit exitum à principio originante, & non dicit ordinem ad effectum nisi ex consequenti, uidelicet quantum ad modum processionis: ideo processio temporalis uidetur principaliter notionale, & ex consequente significare essentiam ratione connotati effectus. Datio uero adhuc plus accedit ad essentiam, quàm missio. Hæc Thomas.

¶ Concordatq; Petrus, qui causam huius positionis assignat, quoniam nomen missionis ab effectu temporali magis impositum est, q̄ ab emanatione æterna.

Petrus.

¶ Insuper Thomas in determinando, ꝙ missio diuinæ personę non possit esse æterna, consonat præinductis ex Alexandro. Verum in prima parte Summæ, quæstione 43. de hoc pleniùs scribit, dicens: In his, q̄ important diuinarum originem personarum, differentia quædam est attendenda. quędam enim in sua significatione important solam habitu-

Thomas 1p. q 43. artic. 2.

habitudinē ad principium, vt processio, & exitus. quædam vero cum habitudine ad principium, determinant processionis terminum, quorum quædam determinant terminū æternum, vt generatio: spiratio quoq; passiua importat processionē subsistentis amoris: quædā vero cū habitudine ad principium, designant terminum temporalem, vt missio, & datio. Mittitur enim aliquid ad hoc, vt in alio sit, & datur vt habeatur. personam autem diuinam haberi ab aliqua creatura, vel esse nouo modo existendi in ea, est temporale. Hinc missio, & datio in diuinis, dicuntur temporaliter tantum, generatio, atque spiratio solum ab æterno, processio, & exitus modo vtroque. Nam filius ab æterno processit, vt sit Deus: temporaliter vero, vt sic homo: secū dum missionem visibilem, vel vt sit in homine, ſm inuisibilem missionem. Hæc Thomas in Summa.

Richard.

¶ Concordat Richardus per omnia. sed & scripta Thomæ in his concordant scriptis Alberti.

Vdalric.

¶ Vdalricus quoque in Summa sua li. 3. consonā ter his scribit: Omnia ista, videlicet processio temporalis, donatio, missio, sunt media inter nomina purè essentialia, & purè notionalia, seu personalia: quoniam ratione effectus dicunt essentiam, sed ratione proprietaris, cum qua effectus conuenit, propter quam conuenientiam illè effectus plus appropriatur vni personę, quàm alteri, dicunt notionem. Specialiter autem loquendo de missione, dicimus quòd nomen hoc principaliter dicit essentiam, & secundariò notionem. Cum enim importet respectum ad mittentem, & item ad eum, cui mittitur, inter respectus hos secundus est principalis, & ratione illius designat essentiam propter effectum, super quem respectus ille fundatur. Primus autem respectus est secundarius, quoniam quantum est de ratione ipsius, ipse ordinatur ad secundum istum respectum tanquam ad finem, & ratione illius primi respectus importat hoc nomen relationem originis: ideò secundariò hoc designat. Hæc Vdalricus.

Durand.

¶ Præterea, vt hæc clarius innotescant, aduertenda sunt verba Durandi, scribentis: Videndum quid

Notionale quidſit.

dicatur hic notionale, & quid essentiale. Itaque notionale est, quod includit proprium alicuius vnius personę, aut duarum, ita quòd non conuenit omnibus diuinis personis, Et vocatur notionale, quia notitiam facit de persona, quantum ad aliquid pertinens ad personarum distinctionem. Essentiale autem, quod conuenit omnibus personis ratione essentiæ absolutæ, vel alicuius attributi, vt est bonus, sapiens iustus. Missio autem includit notionale, &

Eſſentiale quidſit.

essentiale. Hæc Durandus.

Aegidius.

¶ Porro Aegidius, quamuis concedat, quòd missio sit partim essentiale, partim notionale: redarguit tamen declarationem, qua Thomas declarat, quod missio principaliter dicit essentiam, atque ex consequēti notionem, prout narratū est pauloāte. Contra quod Aegidius objcit: Quamuis processio communiter sumpta, importet solum exitum à principio: processio tamen temporalis de qua hic loquimur, importat effectum. Nam si processio talem originem principaliter importaret, non concederetur, quòd aliqua persona à seipsa procedat.

Dionyſi.

¶ Ad quod dicendum, quòd ista reprobatio nullius consistit uigoris: quia nec simpliciter concedendum est, quòd aliqua persona diuina procedat à seipsa, vt patet per præinducta. In diuinis nanque personam, à persona. procedere, est personam à persona produci. nulla autem ratio concedi permittit, quod aliqua persona seipsam producat, vt Augustinus, & Anselmus fatentur. Veruntamen aliquo modo, quamuis impropriè conceditur, quòd spiritussanctus procedit à se temporaliter, prout ex doctoribus est ostensum.

Soluſtur argumēta inicio quæſtionis adducta.

¶ Ad obiecta demum in principio mota, patet ex dictis responsio. Ad id tamen, quod tangit, qualiter missio sit notio, patebit infra magis solutio.

Quæſtio Petrus. Mitti in diuinis qđſit

¶ Circa hæc quærit Petrus, Quid est mitti in diuinis, & ait: Augustinus quarto de Trinitate, sicut filio natum esse, est de patre esse, ita mitti est cognosci, ꝙ ab alio est: & sicut spirituisancto donum Dei esse, est à patre procedere, ita ei mitti, est cognosci, quòd ab alio procedat.

¶ Sed contra hoc sic primo arguitur: In iustificatione infantuli in baptismo, mittitur spiritussanctus, non tamen cognoscit hoc infans.

2 ¶ Secundò, si mitti est cognosci. ergo magis cognosci est magis mitti. sed vitiosus theologus meliùs cognoscit filium esse, quàm vetula sancta, ergo magis mittitur ad illum. ¶ Tertiò, per commune non fit cognitio propria. effectus autem missionis toti est trinitati communis, non ergo per ipsum habetur determinata, & propria personæ alicuius cognitio.

3

¶ Quartò, præcipuus missionis effectus est charitas, & tamē eius infusio, atque præsentia latent, iuxta illud Iob, Si uenerit ad me, non uidebo eum: & si recesserit à me, non intelligam.

4 Iob. 9.

Responſio

¶ Solutio, descriptio illa missionis non est per essentiam, sed per causam: vt si dicatur, dies est sol lucens mitti namque personæ, est ipsam ab aliquo dari alicui cum effectu aliquo sibi appropriato, ac simili, in quo, vel actu, vel aptitudine manifestetur suscipienti, vt causa in effectu sibi appropriato.

ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cognosci multipliciter dicitur, scilicet actu, habitu, aptitudine, & aptitudine conuenit paruulo.

ad 2.

¶ Ad secundum, quòd descriptio illa intelligitur de cognitione experimentali, & formata, non simplici, ac informi.

ad 3.

¶ Ad tertium, quòd quamuis per commune, vt commune, non cognoscatur proprium, tamen per commune, vt appropriatum, potest. licet autem effectus missionis communis sit trinitati, quo ad suam productionem, est tamen appropriabilis personæ alicui per assimiliationem cum proprio personæ illius.

¶ Ad quartum, quòd quamuis charitas præsentia non noscatur certitudinaliter, tamen probabiliter scitur. Hæc Petrus.

Richard.

¶ Circa hoc scribit Richardus: Missio est personæ diuinæ emanantis, vel emanationis personæ per aliquid sibi appropriatum actu, vel habitu manifestatio, per quod ipsa simpliciter, vel secūdum quid habetur, aut magis, quàm ante habetur, seu haberi ostenditur actu, vel habitu. Quæ descripto omni conuenit missioni diuinæ, tam visibili, quàm inuisibili, & tam missioni simpliciter, quàm missioni secundum quid. Hæc autem manifestatio rectè vocatur missio, quoniam sicut in creaturis missum à mittente aliquando accipit esse, vt radius à sole: interdum virtutem, vt iaculum à proiectore: aliquando auctoritatem, vt nuncius à præceptore: ita uersona emanans, à persona producente accipit esse, & virtutem, atque auctoritatem. Itaque in manifestatione personæ emanantis quandoque intelligun tur hæc omnia, videlicet effectus creatus, per quem persona manifestatur, relatio quoque effectus ad illam personam, & persona, quæ manifestatur,

& spiritusancto, non mitti. Dicunt igitur quidam, quòd filius potest uenire, ac mitti sine spiritusancto & contrario: quia secundum eos dicitur mitti, atq; venire, etiam sine dono gratiæ gratum facientis. Quæ opinio iam ante est reprobata. Alij dicunt, quòd vnus sine alio potest mitti: quoniam mitti dicitur ille, qui manifestatur in aliquo effectu sibi appropriato: non autem potest venire vnus sine alio, quemadmodum, nec vterque sine patre, quia non veniunt nisi ad manendum, & inhabitandum, quod sine gratia esse non valet. hæc opinio potest sustineri. Tertij dicunt, quòd neuter sine altero potest venire, aut mitti. Cum enim non veniant nisi missi, eorum aduentus est missio. & loquor de inuisibili missione eorum. hæc opinio verior esse videtur.

¶ Sustinendo secundam opinionem, qui vellet, posset respondere ad primum, quòd appropriatio effectus non sufficit, quòd persona mitti dicatur, sed exigitur manifestatio illius personæ principaliter. ¶ Ad secundum quoque responderetur, quòd sapientia non datur sine spiritusancto: tamen in illa est principaliter manifestatio filij tantum, ac spiritussancti secundariò, in charitate autem est econuerso. Ille vero, qui principaliter manifestatur, dicitur mitti, non alius: sicut solus legatus mitti asseritur, quamuis multi veniant secum. ¶ At vero tertiam, & veriorem sustinendo opinionem, dicendum ad argumentum in contrarium factum, quòd non sit simile: quoniam non est tanta connexio in formis exterioribus, in quibus fit visibilis missio, sicut in formis interioribus, in quibus fit missio inuisibilis. Hæc Petrus.

Alexand. ¶ At vero Alexander consentire videtur opinioni secundæ, dicendo: Aliquando mittitur filius, quando non mittitur spiritussanctus: quia non mittitur filius in quocunque effectu, sed in effectu ei appropriato, & quia manifestatur in illo. Si autem in eodem effectu spiritussanctus mitteretur, oporteret, quòd in eo manifestaretur, & ita effectus ille non esset filio appropriatus. Denique missio passiuè dicta, est processio personæ manifestata in effectu ei appropriato, vel manifestatio processionis. Cum ergo processio filij non sit processio spiritussancti, nec idem effectus, in quo manifestatur, vtraque processio, ratione cuius dicitur mitti filius, aut spiritussanctus, & unus effectus possit esse sine alio, vtpotè non dependens ab illo, & manifestatio unius processionis, siue manifestatione alteriùs processionis, ideò vna missio sine alia esse potest.

¶ Quo circa uidetur, ꝙ vnus effectus sine alio esse nequit: quia nec formata cognitio secundum quam mittitur, filius est sine amoris effectu, secundum quem mittitur spiritussanctus, nec conuerso: dependet quoque vnus effectus ab alio, cum ex cognitione oriatur dilectio.

Richard. Missio qd sit. ¶ Circa hæc quærit Richardus, an secundum ea dem dona sit missio filij, ac spiritussancti. Et respondet: Missio est emanantis personæ per appropriatum sibi effectum: manifestatio per effectum inquã, qui secundum id, quod est, specialiter appropriatur personæ, Cumq; quædam dona sint filio specialiter appropriata, vt dona illuminatiua: & quædam spiritusancto, vt dona inflammatiua: idcirco secundum aliqua dona mittitur filius, secundum quæ non mittitur spiritussanctus, & econtrario. Porro si aliquod donum secundum vnam rationem appropriatur personæ alicui, & secundum id, quod est, approprietur alteri: secundum illud donum non dicitur propriè mitti, nisi persona, cui donum illud secundum quod est appropriatur, nisi multum extendendo nomen hoc missionis. Quod si fuerit aliquod donum, quod secundum id, quod est, non magis appropriatur personæ vni, quàm alij, quamuis secundum vnam rationem posset vni appropriari, tunc forsan secundum donum illud non diceretur aliqua persona mitti distinctè. Hæc Richardus. Richard.

Personę si mul mittũ tur, propriè.

¶ Qui etiam ad quæstionem, qua quæritur, an vna persona sine alia mittatur, respondet: Quamuis in missione secundum quid, atque impropriè dicta quæ est secundum aliquod donum gratiæ gratis datæ, non gratum facientis, missus est aliquando in uisibiliter spiritussanctus, non filius, & econtrario: tamen loquendo de missione propriè dicta, per quam verè, atque simpliciter datur persona, quæ mittitur, cum missio talis esse non ualeat sine charitate, & cum habitu charitatis semper infundat, ali quis habitus illuminatiuus, aut eius augmentum, qui habitus appropriatur filio, quemadmodũ charitas spirituisancto, nunquam mittitur filius, quin mittatur, & spiritussanctus, ac econtrario: nec unus eorum sine alio potest cognosci cognitione formata, & habituali. Hæc Richardus. Albertus.

¶ Præterea circa hæc ait Albertus: Quemadmodum ordinantur apertè, seu uisibiles missiones filij, ac spiritussancti, sic ordinantur, & missiones eorum occultæ: & semper sunt ambæ ad finem eundem, quamuis nó semper ad eundem actum: quia ut sanctus testatur Bernardus, primo uenit filius, & docuit fidem: post ea plenius docuit spiritussanctus, ac cenditq; ad amorem. Hinc secundum intẽtionem sanctorum, nec filius, nec spiritussanctus mittitur, nisi in gratia gratum faciente. Non enim spiritussanctus est donum, quod sibijnnicem dant pater, & filius, sed quia nobis dant eum. filius quoque dicitur datus, non quia sit donum aliquod creatum; quod sine ipso habeatur, sed quia ipse datur in dato, sicut dicitur à Iacobo: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur ei: hinc missiones istæ non distiugunntur in fine, sed in proximo actu. quoniã filius per appropriationem illuminat intellectum, & spiritussanctus accendit effectum. Porro finis missionis est sanctificatio, atque reductio, quod non est opus spiritussancti tantum: quia reductio includit uiæ ostensionem: & quo ad hoc, est filij: adeptio nemq; boni, & quantum ad hoc, est spiritussancti si mul namque mittuntur. Nec tamen unus est imperfectus, aut alter su perfluus: quia sic congruit propter duplicem partem potestatiuam animæ nostræ, uidelicet intellectum, & uoluntatem, atque vt personarum distinctio ostendatur esse in Deo. Albertus. Bernard. Iacobi. 1. Obiectio.

¶ Si uero obijciatur, ꝙ omnium gratiarum collatio per appropriationem attribuitur spirituisancto, ergo in earum infusione solus mittitur spiritussanctus. Dilutio.

¶ Dicendum, quòd quamuis gratia in genere, uel quo ad actum, qui est gratum facere, sit attributum, & ostensiua spiritussancti, tamen gratia ista, uel illa, est aut esse potest filij attributum. idcirco cum missio sit etiam in collatione gratiæ particularis ad intellectum, siue affectum, in ea etiam mittitur filius. Vnde amicos Dei, & prophetas constituere, ascribitur filio, seu sapientiæ increatæ. Ad constituendum nanque amicos Dei, & prophetas, duo exiguuntur. Primum est notitia amicitiæ, & amici, eorum quoque, per quæ amicitia contrahitur, & conseruatur, quod est filij. Secundum est amor amici, & fundamentum amoris, quod est bonum honestũ, & partes honesti, ut ait philosophus. Sapien. 7.

& quo

& quo ad hoc, mittitur spiritussanctus. Ad prophetiam etiã, quantum ad congruitatem, requiritur illuminatio, & aptificatio mentis per virtutes, qua sit digna illuminatione diuina. Denique distributio omnium spiritualium charismatum, seu donorum pertinet ad spiritumsanctum, quantum ad illam proprietatem spiritus, quòd vnit, atque viuificat mysticum corpus: quia in hac ratione spiritussanctus vniens ecclesiam diuidit dona prout vult, sicut, & spiritus noster diuidit singulis membris proportionabilia sibi. Insuper cognitio requiritur ad

1. Cor. 12.

Triplex cognitio requritur ad missionẽ.

missionem non omnis, sed triplex. Vna, quæ est ex parte cogniti, vt scilicet sentiat homo in se donum, in quo tanquam in signo cognoscibilis est persona missa: quod signum habet actum gratiæ gratum facientis, & appropriabile est filio, vel spirituisancto. Secunda est cognitio habitualis. Tertia coniectura lis ex signis, vt si videam me posse de facili, quod alter non habens gratiam non potest, aut cum grandi difficultate: & si experiar spiritum meum liberum esse à vana spe, vano amore, vanoq; gaudio, & caduca tristitia, & à timore mundano, consimili busq; peccatis. Quam triplicem cognitionem puto sufficere secundum habitum ad missionem, nec oportere adesse cognitionem secundum actum.

Charitatis inexistẽtia certo sciri non potest

Non autem potest certudinalis haberi cognitio de inexistentia charitatis, & gratiæ absque reuelatione: quoniã actus spiritus simillimi sunt actibus naturæ, & cordis, vt patet in dilectione. Possum enim scire, quòd diligo Deum propter se, & super omnia, tamen non scio an hoc ex charitate procedat,

Philosop.

cum & philosophus protestetur, virum verè fortem gratia boni, & propter bonum virtutis contemnere vitam, quod tamen non necessario procedit

2. Cor. 13.

ex charitate. Similiter Apostolus loquitur: Si tradidero corpus meum ita, vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ergo pro fide & propter Deum potest homo se igni exponere, & tamen non esse in charitate. Hæc Albertus. Idem Vdalricus.

Aegidius. ¶ Præterea secundum Aegidium, quamuis missiones filij, & spiritusancti sunt inseparabiles, sunt tamen distinctæ, & differentes: quoniam non est missio in diuinis, nisi quia vna persona per aliam operatur. operari autem vnam personam per aliam non dicimus, nisi ex eo, ꝙ vna procedit ab alia, sic ꝙ radicalis causa in missionibus ex processionibus oritur. nunquam autem mitti spiritum sanctum sine missione filij, concordat verbis canonis Sapientiæ 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, Hæc Aegidius.

Sapien. 1.

¶ Ex quibus sequi videtur, quòd diuina persona non mittitur nisi ab ea, à qua procedit, cuius oppositum habetur in textu ex Augustino. Sciẽdum quoque, ꝙ liber sapientiæ non est in canone, vt in prologo galeato sanctus testatur Hieronymus. Quidam demum doctores, vt Thomas de Argentina,

Diony.

Thomas Argentin.

affirmant, quòd eadem in essentia sit inuisibilis missio filij, & missio spiritussancti. sed dicitur filij, quãdo mens illuminatur per gratiam ad Deum cognoscendum: & dicitur spiritussancti, quando cor accenditur ad amandum. Sed huius rei veritas ex distinctione, & responsione sancti Thomæ præhabita, elucescit.

Gulielm. ¶ Circa hæc quærit Antisiodorensis in Summa sua lib. 1. Cur docere approprietur spirituisancto, cum iuxta præhabita ea, quæ pertinent ad illuminationem intellectus, approprientur filio. Quòd autem docere approprietur spirituisancto, constat ex eo, quod in Euangelio legitur: Paracletus spiritus sanctus docebit uos omnem veritatem. Et rursus, Suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Itemq;, Cum autem uenerit spiritus ille veritatis, docebit uos omnem ueritatem. Ad hoc doctor ille respondet: Quoniam spiritussanctus est propriè amor, & donum, ideò appropriantur ei dona posteriora, qua ex amore procedunt, ad insinuandum, quòd ex puro Dei amore nobis donantur. Ad idem etiam patet responsio plenior ex inductis Alberti aliorumq; verbis. Iohan. 16. Iohan. 14. Iohan. 16.

¶ Postremò, ad omnia argumenta in quæstionis principio mota, patet ex dictis solutio, nisi ad duo prima, quæ & vna solutione soluuntur. Itaque respondendum, quòd quamuis diuina in materialia, & æterna nobis primo, & originaliter per sensibilia innotescant, quia intellectiua nostra cognitio à sensitiua sumit exordium: nihilominus cum iam per rationem, fidem atque scripturas fuerimus eruditi, possumus desuper illustrari, ac edoceri per operationem, vnctionem, allocutionem, degustationem, inflammationem internam, secretam, angelicam, & diuinam, anagogica eleuatione, prout sanctus Dionysius fassus est, & electissimus Dauid rex sibi concessum, ac contigisse fatetur, dicendo: Sicut lux auroræ fine nubibus rutilat. &c. Itemq; in Psalmo, Audiam quid loquatur in me dominus Deus. &c. Iohannes quoque Apostolus: Vnctio, inquit, eius docet vos de omnibus. Solu ũtur argumẽta initio quæstio. adducta. Cognoscitur aliqñ anagogica eleuatione absque sensu 2. Reg. 25. Psal. 84.

¶ Aduertendum præterea circa præhabita, quia (vt scribit Bonauentura) de donis gratuitis possumus loqui tripliciter. Primò, quantum ad radicem: secundò, quantum ad habitum: tertiò, quantum ad actum consequentem. loquendo secundum primũ modum, cum una sit gratia gratum faciens, per quam filius, & spiritussanctus mentem inhabitant, quæ gratia radix est omnium gratuitorum donorum, sic filius, & spiritussanctus mittuntur eodem dono, seu quantum ad idem donum: loquendo autem secundum habitum, est distinguendum. nam quidam habitus sunt purè affectiui, quidam purè cognitiui, quidam medij. in purè affectiuis datur, ac mittitur spiritussanctus, quoniam ei approprian tur. In habitibus pure cognitiuis, nec filius, nec spiritussanctus, quia per habitus tales non efficimur Deo accepti. In habitibus medijs mittitur filius, inquantum sunt cognitiui, & cognitionem ministrant: in quantum vero sunt affectiui, & accendunt spiritussanctus. Si demum loquamur de eis quantum ad actus eorum, qui sunt illuminatio intellectus, & inflammatio voluntatis, sic in alijs donis mittitur filius, ac spiritussanctus. Sed quoniam ista coniuncta sunt, ideò inuisibiles missiones filij, ac spirituissancti sunt indiuisæ. Hæc Bonauentura. 2. Iohan. 2. Bonauen.

¶ Amplius circa hæc idem interrogat doctor, Vtrum missio filij, ac spiritussancti sit secundum eadem dona gratiæ augmentata. Videtur quòd sic, quia in die Pentecostes missus est spiritussanctus non visibiliter tantum, sed inuisibiliter quoque per diuinorum infusionem charismatum, & tamen ante illam missionem habebant charitatem, & gratiam. Quæstio.

¶ Secundò, quia vt Rabanus contestatur, In baptismo datur spiritussanctus ad habitationem Deo consecrandam: in confirmatione vero, cum plenitudine sanctitatis. Rabanus.

¶ Ad hoc nñdent nonnulli, ꝙ gratia augetur dupliciter. Primò perceptibiliter, & in tali augmento Responsio.

filius, ac spirituſſanctus datur, ac mittitur. Secundò in imperceptibiliter, & ita non mittitur. Aliter potest dici, quòd augmentum gratiæ contingit dupliciter. Primò, ſecundum profectum in gratia priùs habita, vſuq; eius. Secundò, per collationem noui vſus, aut doni gratuiti. Primo modo non dicitur mitti ſpirituſſanctus, ſed ſecundo modo per collationem noui doni, vt in apoſtolis in die pentecoſtes: vel noui vſus, ſicut in confirmatione, quia ſic aliquo modo eſt ibi de nouo. Hæc Bonauentura.

¶ Alij dicunt, quòd, & in primo profectu mittantur filius, & ſpirituſſanctus. Non enim pœnitentes, & proficientes inaniter clamant: Veni creator ſpiritus, mentes tuorum viſita. & rurſus, Mentibus noſtris domine ſpiritum ſanctum infunde, mitte, concede. In textu, quoque allegantur verba Auguſtini, dicentis, quòd ſpirituſſanctus ad ſanctos quotidie mittitur: quod non videtur verificari, niſi per profectum in charitatis feruore, & quantum ad gradus diuerſos perfectionis. Iterum aſſerit Auguſtinus, quòd filius, ſeu ſpirituſſanctus inuiſibiliter mittitur cum mente percipitur, quod etiam in primo profectu contingit, & iuxta inducta non requiritur perceptio, ſeu cognitio certitudinalis, & actualis. Hinc iſtud veriùs æſtimatur.

Auguſt.

¶ Porro ſanctus Thomas tangitur vtranque poſitionem, & quamuis primam ſequi plus videatur, aliam tamen dicit poſſe facile ſuſtineri. Sic etenim ait: Augmentum gratiæ poteſt eſſe dupliciter. primò ſecundum intenſionem eiuſdem virtutis tantum, ſeu in eadem ſpecie: & ratione huius augmenti non dicitur miſſio noua, ſecundò, prout per augmentum proficit homo in nouum vſum actumve gratiæ, puta alteriùs ſpeciei: ſicq; eſt noua miſſio filij, & ſpirituſſancti. verbi gratia. Notitia de Deo ex qua procedit actualis dilectio, ſufficit ad rationem miſſionis filij. ſed quando notitia per inſpirationem eleuatur ad cognoſcendum diuina myſteria, ſeu ſecreta, atque futura, ſic datur, & mittitur in dono prophetiæ. Similiter eſt de ſpiritu ſancto, quoniam quicunque amor charitatis ad miſſionem ſufficit ſpirituſſancti: ſed dum virtus amoris ita excreſcit, vt ratione amoris detur homini aliquis aliùs vſus gratiæ, vt miracula operari, ſeu tentationibus faciliter prævalere, tunc dicitur noua miſſio ſpirituſſancti. Veruntamen quidam dicunt, quòd in omni augmento gratiæ gratum facientis, ſit miſſio diuinæ perſonæ. quod & ſuſtineri faciliter poteſt. Hæc Thomas.

Thomas.

¶ Richardus vero concedit, q̃ in omni charitatis augmento mittitur ſpirituſſanctus.

Richard.

QVAESTIO IIII.

QVartò principaliter quæritur, *ad quos fiat inuiſibilis miſſio ſpirituſſancti, an ſcilicet ad irrationales creaturas.* ¶ Videtur, quòd ſic, quia huiuſmodi, vt templum, calix, & conſimilia, dicuntur ſanctificari. ¶ Secundò quæritur, vtrum ad exiſtentes in charitate, & gratia. ſed ad hoc modo reſponſum eſt. ¶ Tertiò, an ad Chriſtum ſecundum naturam aſſumptam. Videtur, quòd non, quia à primo incarnationis inſtanti fuit perfectus in omni virtute, & gratia: ¶ Quartò, an ad angelos ſanctos, alioſq; beatos. Videtur, q̃ non, quia iam conſiſtunt in termino, & nec gratia, nec gloria augetur in ipſis. ¶ Dicendum ad primum, q̃ miſſio non eſt niſi ad creaturas charitatis, & gratiæ ſuſceptiuas, quod irrationalibus non conuenit creaturis. ¶ Ad tertium reſpondetur ſecũdum quoſdam, quòd ad Chriſtum ſecundum aſſumptam humanitatem nulla inuiſibilis miſſio facta ſit, obrationem prætactam: viſibilis vero miſſio ad ipſum eſt facto, ad manifeſtationẽ gratiæ interioris. vt in deſcenſu columbæ. Alij dicunt, quòd ad animam Chriſti facta eſt inuiſibilis miſſio in collatione gratiæ, & gloriæ, quas in conceptionis ſuæ accepit initio: poſtea vero nulla ad eum facta eſt miſſio, quoniam nulla facta eſt innouatio circa gratiam eius:

Arguit. 1. cõtra veritatem.

Matth. 3.

¶ Ad quartum dicendum, quod ſimiliter in beatis facta eſt miſſio inuiſibilis, dum eis infuſæ ſunt gratia, & gloria: & quamuis non proficiunt in præmio eſſentiali, aut charitate: per hoc tamen non tollitur quin aliquæ nouæ reuelationes fiant eis, ſecundum quas conſurgunt ad Dei amorem, non vt magis, aut intenſiùs amẽt, ſed vt ſub alia ratione amor eorum dirigatur in Deum. Hæc Thomas.

Beatis quo modo fiat miſſio inuiſibilis.

¶ Denique in prima parte Summæ ſuæ quæſtione 43. ait: Miſſio de ſui ratione importat, quòd ille, qui mittitur, incipiat eſſe vbi priùs non fuit, ſicut in rebus creatis, quæ mitti dicuntur, contingit: vel vt incipiat eſſe, vbi priùs fuit, quodam uouo modo: ſicq; aſſcribitur miſſio diuinis perſonis. hinc in eo ad quem fit miſſio, duo conſiderare oportet, videlicet gratiæ inhabitationem, & quandam circa gratiam ipſam innouationem. idcirco ad omnes fit miſſio, in quibus inueniuntur hæc duo. Vnde, & ad ſanctos veteris teſtamenti, ac legis naturæ, facta eſt inuiſibilis miſſio ſpirituſſancti, imò & filij. Nec obſtat illud Iohannis: Spiritus nondum erat datus, quia Ieſus nondum fuit glorificatus: quia hoc dictum eſt de datione ſpirituſſancti cum ſigno viſibili, quæ facta eſt in die pentecoſtes: vel de plenitudine dationis, qua datus eſt in euangelica lege. Hinc quoque ſecundum profectum virtutis, augmentumq; gratiæ fit inuiſibilis miſſio. Vnde quarto de trinitate loquitur Auguſtinus: Tunc cuique mittitur filius, cum à quoquam cognoſcitur ſi uè percipitur, quantum cognoſci, & percipi poteſt pro captu, aut profectu in Deum, vel perfectione animæ rationalis in Deum. Hæc Thomas.

ar 6.

Iohan. 7.

Auguſt.

Diony.

¶ Verum contra id; quod ait ſpiritum ſanctum non eſſe miſſum ad Chriſtum, ſeu ad animam eius, niſi in collatione gratiæ, & gloriæ in ſua conceptione, obijci poteſt, quod iuxta præhabita ponitur triplex miſſio filij Dei, puta in mentem, in carnem, & ad prædicandum: & quantum ad tertiam illam, miſſus eſt à ſpirituſancto, ſicut ait in Iſaia: Et nunc dominus miſit me, & ſpiritus eius. Itemq;, euangelizare pauperibus miſit me. Rurſus in euangelio fertur; Ductus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertum. & ſicut exponit Gregorius, ductio illa fuit à ſpirituſancto, fuitq; miſſio quædam.

Filij Dei triplex miſſio.

Iſaiæ. 48.

Iſaiæ. 60.
Lucæ. 4.
Matth. 4.

¶ Præterea his, quæ ex Thoma dicta de inuiſibili miſſione ſpirituſancti ad creaturas irrationales, & ad homines bonos, atque ad angelos, & de miſſione eius in augmento gratiæ, ac profectu uirtutis, Alexander cõcordat: ſed de miſſione quo ad Chriſtum, aliter ſentire uidetur. Eſt, inquiens, miſſio exterior corporalis, & eſt miſſio interior ſpiritualis. Prima eſt manifeſtatio facta exteriùs in ſpecie corporali, ſecunda eſt manifeſtatio facta interiùs in effectu ſpirituali. Prima miſſione miſſus eſt ſpũſanctus ad Chriſtum, nec fiebat propter Chriſtum, ſed vt alijs innoteſceret ipſum habere plenisſimè ſpirituſanctũ. Secunda miſſione nõ eſt miſſus ad ipſum quia nullus effectus fiebat in ipſo, q̃ priùs nõ erat, nec

Alexand.

Obiectio.

nec alio modo habitauit ſpirituſanctus in eo, q̃ prius. ¶ Et ſi obijciatur, qm̃ ſpirituſanctum dari nihil aliud eſt, q̃ ipſum mitti quantum ad aliquem effectũ, in quo cognoſcatur ipſum eſſe in aliquo, ſed

Iohan. 3.

ſpirituſſanctus datus eſt Chriſto ſecundum naturã aſſumptam, non ſolum quantum ad quoſdam, ſed & ad omnes effectus: quia non ad menſuram datus eſt ei, ergo miſſio ſpirituſanctus facta eſt ei. ¶ Dicendum, q̃ non ſequitur. nam aliquid importatur in verbo hoc mitti, quod non in verbo hoc dari. mitti namq; ponit alium modum exiſtendi ſpiritumſanctum, q̃ fuit priùs: uel quantum ad alium effectum, quàm prius, quod nõ importat hoc, quod dico dari. Dari enim non ponit aliud, quàm aliquid alicui communicari. Vnde non ponit nouum modum exiſtẽdi nec nouum effectum. Mitti quippe dicit actũ, vt eſt in fieri: dari verò, prout eſt in facto eſſe. Hęc Albertus.

Dilutio.

¶ Qui nihilominus conſequenter tãgit aliam poſitionem nunc tactam, dicẽs: Dici poteſt, quòd vtro que modo miſſus eſt ſpirituſanctus ad Chriſtum, ſed non ſimul: ſed primò ſpiritualiter, & inuiſibiliter miſſus eſt, quando in primo inſtanti conceptionis ſuæ datus eſt ei ſpiritus non ad menſuram, quia tunc primo inhabitauit eum per plenitudinem gratiæ, deinde miſſus eſt ei uiſibiliter in baptiſmo. In conceptione etenim Chriſti tria conſiderantur in anima eius, puta creatio, unio, & gratiæ collatio: quæ quamuis ſimul fuerint tempore: tamen in eis fuit ordo naturæ ſecundum rationem intelligentiæ, ſecũdum prior fuit creatio animæ: deinde vnio eius cum diuina natura, tertio collatio plenitudinis gratiæ. Iuxta hoc diuina natura dicitur eſſe in Chriſto homine, triplici modo exiſtendi. primo, modo communi, quo eſt in omnibus creaturis per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. Secundo modo ſpeciali, quo dicitur eſſe in ſanctis per gratiam. Tertio modo ſingulari per hypoſtaticam vnionẽ. Hæc Alexander.

Albertus.

¶ His concordat Albertus, qui & inter cętera loqtur: Miſsio fit in perceptione gratiæ, & in augmẽto ipſius, quia in illo aliter ſentitur adeſſe ſpirituſanctus, quàm ante: idcirco ad angelus quoque eſt miſſus & mittitur, quo ad nouas reuelationes: quãuis non augmentetur in eis gratia, quæ ſubſtantialis eſt. Nam & angeli à ſpirituſancto ſunt ſanctificati. Sanctificatio quippe tripliciter dicitur. Primo, ſimul facere ſubiectum, & gratiam eius, ut in anima Chriſti. Secundò, facere naturam, & addere gratiam, ſicut in homine primo, & angelo bono. Tertiò, facere de non ſancto ſanctum, ut de impio iuſtum. Hæc Albertus.

Sanctificatio tripliciter dicitur

Vdaric.

¶ Chriſtus quoque ut homo, ſanctificatus eſt, id eſt de non ſancto negatiuè, factus ſanctus: non aũt de non ſancto priuatiuè, ſecundum Alexandrum.

¶ Circa hæc ſcribit Vdalricus: Cum miſſio fiat ad id, in quo eſt Deus tanquam in templo uiuo ſuę habitationis, requitur, q̃ miſſio fiat non ſolum ad animas noſtras, ſed etiam ad corpora noſtra, cum

2. Cor. 3.

ſcriptum ſit: Neſcitis, quia membra veſtra templũ ſunt ſpirituſſancti? nec tamen ſunt duæ miſſiones, ſed vna: quia ad corpus nõ fit miſſio, nec Deus inhabitat illud niſi propter animam. nam gratia ab anima redundat in corpus, cum anima ſit motrix, uita, gubernatrixq́ corporis uirtute illa, qua ipſa agitur, & mouetur à ſpirituſancto. Hinc corpora ſanctorum, atque reliquias, veneramur, ſecundum Damaſcenum lib. 4. quod Deus oſtendit ſibi eſſe acceptum per diuerſa miracula, dum deuote tangen-

Reliquiæ ſanctorũ cur venerandæ.

tibus, ac honorantibus illas, beneficia multa largitur. Mittitur quoque perſona diuina non ſolum in prima gratiæ infuſione, ſed item in eius augmento. nam & ſanctificatio non ſolum eſt è contrario ſanctificati, ſed etiam ab imperfecta ſanctitate, ſicut in naturalibus motus non eſt ſemper à contrario, ſed quandoque à medio. Sic & in angelis ponitur purgatio. Vnde & in Apocalypſi legitur: Sanctus ſanctificetur adhuc. Hinc dubitatio illa, an ſpirituſanctus mittatur in profectu eiuſdem gratiæ, ac virtutis, terminata eſt in Actis apoſtolorum, quo fertur: Cum oraſſent, motus eſt locus in quo erant, & repleti ſunt ſpirituſancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia. Vbi innuitur, q̃ dicuntur repleti ſpirituſancto ex augmento fiduciæ loquendi verbum Dei, cuius actionis gratiam iam ante recepe-

Apoc. 22.

Actuũ 4.

rant in igneis linguis. Nec ſolum in uia, ſed item in patria fit inuiſibilis miſſio: primo in beatificatione, deinde in donis gratię gratis datæ, quę ſunt, purgatio, illuminatio, perfectio. Porrò quòd etiam ad humanam Chriſti naturam facta ſit miſſio, quamuis plures negent, tamen apertè inſinuatur in pſalmo: Quid eſt homo, quod memor es eius? &cæt. quod ad Hebræos Apoſtolus Chriſto adaptat ſecũdum naturam humanam, ad quam facta eſt quadruplex miſſio: una ad totam ipſam naturam, videlicet corpus, & animam ſimul per gratiam vnionis, cum verbum caro factum eſt. ſic namque habitat in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Secunda fuit miſſio inuiſibilis ſpirituſancti per gratiam habitualem in ipſa conceptione. Tertia fuit viſibilis in baptiſmo. Quarta inuiſibilis in clara, & beatifica cognitione verbi, & omnium aliorum. Hæc Vdalricus.

Actuũ 2.

Pſalm. 8. Hebræ. 2.

Iohan. 1. Col. 2.

Aegidius

¶ Cõcordat Aegidius, qui de modo miſſionis ſpirituſancti ad beatos, inter cætera ait: Sicut non eſt inconueniens aliquem in cognitione alicuius non poſſe augeri intenſiuè, ſed extenſiuè, vtpotè aliquis propoſitionem quamcunque cognoſcens per demonſtrationem à priori, ſeu per cauſam, ſi rurſum eandem cognoſcat per effectum ſeu ſignum, magis eam cognoſcit, quàm priùs, non certiùs, cum cognitio per ſignum, non addat quantum ad certitudinem, ſuper cognitionem per cauſam, tamen pluribus modis eam cognoſcit: ita beati per reuelationes, quas contiuuè à Deo recipiunt. Etſi in amore Dei non magis proficiunt: pluribus tamen modis cognoſcunt bonitatem diuinam eſſe ſuper omnia diligendam, eamq́ extenſiuè plus diligunt. Hæc Aegidius.

Mittitur ſpirituſanctus ad beatos.

Soluuntur argumẽta in initio quæſtionis adducta

¶ Ad primum igitur reſpondendum, quòd ſanctificari tripliciter dicitur. Primò, ſecundum quod ſanctum dicitur mundum. ſicq́ue ſanctificatio dicitur emundatio à peccato per gratiam. Secundò, prout ſanctum vocatur firmum, & ſic ſanctificatio eſt confirmatio in bono per gratiam, aut gloriam. & his modis, ſolis competit rationalibus creaturis. Tertiò, ſanctificatio appellatur deputatio, ſeu accommodatio alicuius ad cultum Dei, ſicq; templum, altare, uaſa, & veſtes ſanctificari, & conſecrari feruntur: & ita eſt æquiuocatio, uel analogia ſanctitatis, quemadmodum ſanitas de quibuſdam dicitur ut de ſigno, de aliquibus ut de cauſa, de rationali creatura, & animali ut de ſubiecto. ¶ Ad ſecundum, q̃ in ſacramentis non eſt gratia ſecundum eſſe completum, nec ut in ſubiecto, ſed tanq̃ in inſtrumento, quemadmodum ars dicitur eſſe in terebello, ſecuri & dolabro. ¶ Ad alia patet ex dictis reſponſio, quia ad miſſionem ſpirituſancti, &

ad 2.

ſancti-

sanctificationem rationalis creaturæ, non exigitur, quòd subiectum tempore priùs sit gratiæ, aut gloriæ infusione.

QVAESTIO V.

QVæritur quintò, *an plenius missus sit Spiritus sanctus post incarnationem filij Dei, quam ante, & vtrum electi per susceptionem spiritussancti, ac gratia eius fiunt extra hunc mundum.* ¶Videtur Arguit. 1. ad partem negatiuã. ꝙ non plenius missus sit post incarnationem, qm̃ quidam patriarchæ, ac prophetæ videntur fuisse tã sancti, ut sancti euangelicæ legis eis præferendi nõ Hierony. videantur. vnde super Ieremiam scribit Hieronymus: Certè nullum puto sanctiorem fuisse Ieremia. Deut. 34. Atque de Moyse scriptum est in Deute. Non surrexit vltra propheta sicut Moyses. De Elia quoq; ait Matt. 17. Saluator: Quia cum venerit, restituet omnia. Itẽq;, Si vultis scire, Iohannes ipse est Elias. sicq; videatur æqualis fuisse Iohanni, quo inter natos mulierum Auguſt. non extitit maior. Auguſt. etiam in lib. de bono coniugali, cœlibatum beatissimi Iohannis baptistæ nõ præfert coniugio Abraæ.

In oppoſitum. ¶In contrarium est, quòd tempus euangelicæ legis vocatur antonomaticè tempus gratiæ. ¶Secundò, videtur, ꝙ sancti per missionem, & dona spiritussancti non sint extra mundum. quia realiter manent in loco suo, & accidens manet in suo subiecto. imò de filio Dei incarnato ait scriptura, quòd in hoc mundo erat.

Iohan. 1. In oppoſitum. Philip. 3. ¶In oppositum est auctoris Augustini in textu, & quod ait Apostolus: Nostra conuersatio in cœlis est. Atq; quod asserit Augustinus, verius est anima ubi amat, q̃ ubi animat. imò & Christus: Vbi, inq̃t, Matth. 6. est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Thesaurus autem iustorum in cælo est, ergo & ipsi sunt ibi.

Albertus. ¶Ad primam partem huius quæsiti respondit Albertus: Secũdum Augustinum primo de Trinitate: Iohan. 7. quod ait Euangelista, Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum fuit glorificatus, quomodo intelligitur, nisi ꝙ post Christi glorificationem tanta fuit datio, ac missio spiritussancti futura, qualis nũquam antea fuit? Neque enim antea nulla erat, sed talis non fuerat. Oportebat quidem aduentum spiritussancti sensibilibus signis monstrare, ut ostenderetur totum orbem terrarum, omnesq; gẽtes in linguis varijs constitutas, in Christum per spiritussancti gratiam crediturας, ut impleretur illud psalmi: Psalm. 18 In omnem terram exiuit sonus eorum. Itaq; distinguendum, ꝙ quædam est missio spiritussancti in cõmunicatione gratię personalis. alia est missio in gratia generali, ordinata ad conuersionem orbis terrarum. est etiam visibilis, & inuisibilis missio. Missio inuisibilis, & personalis ante incarnationem, & postea, habent se sicut excedentia & excessa: quia quibusdam personis plus gratiæ infundebatur in veteri testamento, quibusdam in nouo. Visibilis autem Auguſt. missio talis fuit in euangelica lege, qualis nunquam ante. Hinc secundum Augustinum quædam personæ veteris legis pertinebant ad nouam, qui scilicet sub lege illa euangelicam perfectionem seruarunt, & econtra quidam noui testamenti spectant ad vetus. Hæc Albertus.

Vdalric⁹. ¶Hinc plenius scribit Vdalricus 3. li. suę Summę: Abundantior, inquiens, est missio in nouo testamẽto, quantum est ex parte Dei mittẽtis, quoniam pluribus, atque facilius in nouo patet testamento hæc Psal. 75. gratia. Nam prius paucis notificabatur, cum tantum in Iudæa notus esset Deus, & hi quibus notificabatur, nequibant eam recipere nisi per opera Psal. 18. sua dispositi. Nunc autem in omnem terram exiuit sonus eorum. & credentibus non solum per opus operãs proprium, sed etiam per opus operatum ipsorum sacramentorum confertur hæc gratia. Et sic quantum est ex parte gratiæ Christi, de plenitudine Iohan. 1. eius accepimus. Idcirco nunc omnibus in Isaia dicitur: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Dixi autem quantum ad sufficientiam ex parte Dei, quoniam quantum ad efficaciam ex parte nostri, est distinguendum. Nam quantum ad extensiuam quãtitatem diffusionis gratiæ in homines iustos, excedit noui gratia testamenti: quoniam pluribus data est, sicut plures sunt filij noui testamenti, Aug ubi. q̃ veteris. & plures filios ecclesia habet, quàm synagoga: sed quantum ad intensionem, habent se sicut excedentia & excessa: quoniam aliqui tunc plus habuerunt de Deo, quàm multi modo, & econtrario. Si autem quæratur causa diuersitatis istius in gratia ſm temporum interualla, dicendum, ꝙ tempus secundum se non est ratio huius, quia non cadunt Eccles. 7. sub causa aliqua temporali. Vnde & in Ecclesiaste scriptum est: Ne dicas, quid causæ est, quod priora tempora fuerunt meliora, quàm ista? stulta enim est huiusmodi interrogatio. Causam verò istius ponit Iohan. 7. Iohannes, dicẽs: Spiritus nondum erat datus, quia Iesus, nõdum erat glorificatus, id est, gloria suæ victorioſisſimæ passionis, resurrectionis, & ascensionis .. nondum nobis meruerat, nec pro nobis patrẽ interpellando obtinuerat, ut alium paraclitum daret nobis. Hæc Vdalricus.

Tho. aqu. ¶Hinc Thomas adhuc clariùs loquẽs: De missione, inquit, spiritussancti possumus loqui dupliciter. Iacobi. 2. primò ex parte Dei mittentis, & sic apud ipsum nulla est transmutatio, sed æqualis omni fit tẽpore missio, nisi fortè ſm prædeterminationem sapientiæ, ac præscientiæ suæ, ſm quod sine sua mutatione præordinauit ſm uarias temporum cõgruitates aliquid facere tempore uno, non alio. Secundò loqui possumus de missione ex parte eorum, ad quos fit missio, & sic qui magis se præparant ad gratiam, eã plenius consequuntur. Sed quia per Christi aduentum, ac passionem remotum est antiquæ damnationis obstaculum, hinc totum humanum genus magis paratum ad gratiæ susceptionem est factum: tũ propter solutionem precij, & superationem diaboli, tum propter Christi doctrinam, per quã clariùs nobis innotescunt diuina, tum propter ecclesiastica sacramenta gratiæ contentiua. Idcirco loquendo communiter, plenior facta est missio spiritussancti post incarnationem, quàm ante, quia de plenitudine eius omnes accepimus. sed quãtum ad aliquas speciales personas, facta est in veteri testamẽto pleniſsimè missio spiritussancti ſm perfectionem virtutis: qui tamen de Christi plenitudine acceperũt, inquantum in fide mediatoris saluati sunt. Denique sancti veteris testamenti dupliciter attenduntur: primò, quantum ad gratiam personalem, sicq; per fidem mediatoris consecuti sunt gratiam æquè plenam his, qui in nouo sunt testamento, imò multis plus, & multis minus. Secundo penes statum naturæ illius temporis, sicque cum adhuc tenerentur obnoxij diuinæ sententiæ, pro peccato originali præcio nondum soluto, erat in eis aliquid impedimentum, ut non tam plena ad eos fieret missio sicut in nouo fit testamento, etiam per traductionem in gloriam, in qua tota naturæ imperfectio amouetur. Hæc Thomas.

¶Concordat Bonauen. & alij, imò & Alexander.

Albertus. Porrò ad secundam quæsiti partem respõdet Albertus: Anima ſm id quod est, & per essentiam suã quandiu

quandiu viuit homo, non est nisi in corpore suo. In re autem, de qua cogitat, seu ad quam vehementer afficitur, est sicut in obiecto, ad cuius locum anima in sua essentia nec per se, neque per accidens refertur. Item quo ad modum uiuendi, & cognoscendi, fit homo quodammodo extra mundum contemplando diuina, quia à materialibus, & mundanis 1. Cor. 13. abstrahitur. siquidem modus cognoscendi in hoc mundo, est per speculum in ænigmate.

Thomas. ¶Concordat Thomas, dicendo: Anima cõparatur ad duo, videlicet ad corpus, cui dat esse substantiale: & ad obiectũ, à quo recipit accidentalem perfectionẽ. Ideo anima essentialiter in suo est corpore. Vbi verò obiectũ est, non est essentialiter, sed per quandam conformitatem, seu adhæsionem, prout dicitur, ꝙ scientia est assimilatio scientis ad rem scitam, quod de amore amplius dici potest. Sicq; intel Auguſti. ligitur, ꝙ asserit Augustinus: Secundum quod aliquod æternum mente percipimus, non in hoc mũdo sumus: quia uidelicet intellectus, & affectus noster non conformantur rebus mundanis, & caducis, sed cælestibus, ac æternis, iuxta quem sensum Philip. 3. ait Apostolus: Nostra conuersatio in cælis est. quia sanctorum exercitia actibus beatorum suo modo assimilantur. Hæc Thomas.

Bonauen. ¶Circa hoc ait Bonauen. literam exponendo: Loco conueniunt duo, videlicet cõtinere, & quietare. Itaq; inquãtum contemplamur diuina, non sumus in mundo per quietationem: quia effectus noster non figitur, nec quiescit in rebus corporalibus, at mundanis, sed inspiritalibus, ac diuinis. sicq; anima veriùs est ubi amat, q̃ vbi animat: realiter tamen manet, & continetur in corpore, quousque separatur post mortem. Hæc Bonauentura.

Aegidius. ¶Præterea Aegidius præinductam Thomæ respõsionem narrat, & reprobat, dicens: Si propter hoc, quod aliquid cõformatur alicui, diceretur esse in illo, oculus videns parietẽ, diceretur in pariete esse.

Diony. ¶Hæc autem reprobatio vana est, quoniam sanctus doctor exponendo verba beati Augustini, loquitur ad propositum de cognitione diuinorũ formata, & amorosa, & de conformitate ex cognitione, & amore sequente. quæ conformatio est unio, quędam ac transmutatio cognoscentis, ac diligentis in cognitum, & amatum. sed & vnio illa est quædam adhęsio. Vnumquodq; equidem in illud quodammodo transformatur, cuius actibus magis assimilatur, & cui magis adæret. Hinc homo carnalis efficitur bestialis, & rebus viliſsimis perhibetur immergi. sic homo virtuosus, & contemplatiuus dicitur absorberi in Deum. Deniq; cum asserat Auguſt. Auguſt. Vbi amor, ibi oculus: etiam dico, ꝙ oculus intuentis aliquid multũ intentè, & feruidè, potest dici esse in illo. sicq; oculus fornicarij est in fornicaria, & veraciter ait scriptura: Oculi sapiẽtis in capite eius, Eccl. 2. oculi autem stultorũ in finibus terrę. quia videlicet undiq; euagantur. Ex his patet ad argumenta solutio. ¶Si aũt quæratur, an absolutè loquendo maior gratia data sit sanctis veteris testamenti, q̃ nouis: dicendum, quòd indubitanter animæ Christi data est incomparabilis plenitudo gratiæ, ac virtutum, donorũ, & fructuũ, & omnium diuinorum charismarum excellentia maxima, deinde beatissimæ virgini. De apostolis verò ait in prologo sanctus Hieronymus. Apostolos omnibus illis, puta prophetis securè prędfero. Si ergo sancti noui testamẽti dicantur omnes, qui ad primitiuam pertinuerint ecclesiam, atque ex Iudaismo ad euangelicam legem conuersi sunt, ac perfectè vixerunt in ea vnà cum Christo legislatore, & capite suo, cæteri quoque electi, & sancti, qui in euangelica lege vixerunt: non est dubiũ, quin absolutè loquendo, ineffabiliter maior gratia data sit sanctis euangelicæ, quàm Mosaicæ legis, & exhuberantior copia donorum tam gratiæ gratum facientis, quàm gratiæ gratis datæ. Etenim postquam Deus verus ex sacratissima, atque mundissima virgine assumpsit naturam humanam, decuit eum præ solito diuina communicare hominibus. sicque tam intensiuè, quàm extensiuè, inenarrabiliter, & quasi incomparabiliter pleniùs missus est spiritussanctus hominibus post incarnationem, quàm ante.

A *De missione spiritussancti, quæ fit duobus modis, visibiliter, & inuisibiliter. Distinctio XVI.*

NVnc de spiritusancto videndum est, præter illam ineffabilẽ, & æternam processionem, qua procedit à patre, & filio, & non à seipso: quæ sit eius tẽporalis processio, quæ dicitur missio siue datio. Ad quod dicimus: quia sicut filius duobus modis dicitur mitti: vno, quo, visibiliter apparuit: altero, quo inuisibiliter à castis mẽtibus percipitur: ita & spiritussanctus à patre, & filio ac à seipso duobus modis procedere, siue mitti siue dari dicitur: vno visibiliter, altero inuisibiliter. Datus est enim uisibilis creaturæ demonstratione, sicut in die pentecostes Actuũ 2. a alijsq; vicibus: & datur quotidie, inuisibiliter illabendo mentibus fidelium.

B *Prius de illo modo missionis, qui fit visibiliter, agit.*

Et primo agamus de illo missionis modo, qui fit visibili specie. De hoc Aug. in 2. lib. Auguſt. de tri. li. 2. cap. 5. de Trinitate, ita ait: In promptu est intelligere de spiritusancto, cur missus, & ipse dicatur: Facta est enim quædam creaturæ species ex tempore, in qua uisibiliter ostenderetur spiritussanctus: siue cum in ipsum dominum corporali specie columbæ descendit, siue cum in die pentecostes factus est subito de cælo sonus, quasi ferretur flatus vehemens: Matt. 3. d & visæ sunt illis linguæ diuisæ sicut ignis, qui & insedit super vnumquenq; eorum. Hæc Actuũ 2. a operatio uisibiliter expressa, & oculis oblata mortalibus, missio spiritussancti dicta est: non ut appareret eis ipsa substantia, qua & ipse inuisibilis, & incommutabilis est, sicut pater & filius: sed ut exterioribus uisis corda hominum commota, à temporali manifestatione venientis, ad occultam æternitatem semper pſentis cõuerterentur. Ecce, his verbis aperit Augustinus illum modum missionis, q̃ uisibiliter exhibetur, cum tamen

ipse

ipse spiritus in sua natura non videatur: qui nec in illis creaturis magis erat, q̃ in alijs, sed ad aliud. In illis enim erat, vt per eas ad homines veniens, ostenderetur esse in illis, ad quos illæ creaturæ veniebant. Non enim spiritussanctus temporali motu tunc venit uel in homines descendit, sed per temporalem motum creaturæ significata est spiritualis, & inuisibilis spirituſsancti infusio. Et (vt apertiùs dicam) per illum modum missionis spirituſsancti corporaliter exhibitum, monstrata est spiritalis, & interior missio sancti spiritus siue donatio, de qua agendum est.

C *Cum filius sit minor patre secundum formam creatam, in qua apparuit, cur non & spirituſsanctus similiter.*

Sed priùs quærendũ est, cum filius dicatur minor patre ſm missionem, qua in forma creata apparuit, cur & spirituſsanctus non dicatur similiter minor patre, cum in forma creata apparuit. Nam de filio, quòd minor sit patre ſm formam, qua missus apparuit, Filius minor patre. Auguſt. cap 19. b Gala 4. apertè ostendit Aug. in quarto li. de Tri. dicens: Misit Deus filium suum factum ex muliere, factũ sub lege, vsq; adeo paruum, ut factũ: eo itaq; missum, quo factum. Fateamur ergo factum minorẽ, & intantum minorem, inquantum factum: & intantum factum, inquantum missum. Ecce, habes quia filius, inquantum est missus. i. factus, minor est patre. Cur ergo spiritussanctus non dicatur patre minor, cum & ipse creaturam assumpserit, in qua apparuit? Quia aliter spiritus assumpsit creaturã, in qua apparuit, aliter filius. Respõsio ad quæsitum. Nam filius accepit per vnionem personæ, spiritus verò non. Filius enim accepit hominem ita, vt fieret homo. Spiritus verò sanctus non ita accepit columbã vt fieret columba. De hoc Aug. in li. ij. de Trin. ita ait: Ideo nusquam scriptum est, quòd Deus pater maior sit spirituſancto, vel spirituſsanctus minor patre: quia non sic est assumpta creatura, Auguſt. c 6. in qua appareret spirituſsanctus, sicut assumptus est filius hominis, in qua forma ipsius Dei verbi persona præsentaretur: non ut haberet verbum Dei sicut alij sancti sapiẽtes, sed quòd ipsum verbum erat. Aliud est enim verbũ in carne, aliud verbum caro. i. aliud Iohan. 1. b est verbum in homine, aliud verbum homo. Caro enim pro homine posita est in eo, quod ait, Verbum caro factum est. Non ergo sic assumpta est creatura, in qua apparuit spirituſsanctus, sicut assumpta est caro illa, & humana forma ex virgine Maria. Neque enim columbam, vel illum ignem flatum, vel illum beatificauit, sibique in vnitatem personæ coniunxit in æternum. Ex prędictis apertè ostensum est, secundum quid filius dicatur minor patre: & quare filius dicatur minor patre, & non spirituſsanctus.

D *Quòd filius secundum quod homo factus est, non modo patre, sed spirituſancto, & etiam seipso minor est.*

Notandum aũt quòd filius ſm quod homo factus est, non tm̃ patre, sed spirituſancto & etiam seipso minor dr̃. Et quòd etiam seipso minor dicatur ſm formam serui, Aug. Aug. ca. 7. ostendit in primo libro de Trin. dicens: Errauerunt hoĩes, ea, quæ de Christo secundum hominem dicta sunt, ad eius substantiam, quæ sempiterna est, transferentes: sicut illud Ioh. 14. d quod ipse dominus ait, Pater maior me est, quod propter formam serui veritas, dicit secundum quem modum etiam seipso minor est filius. Quomodo enim non etiam seipso minor factus est, qui seipsum exinaniuit formam serui accipiens? Non. n. sic accepit Phili. 2. a formam serui, ut amitteret formam Dei, in qua erat æqualis patri. In forma ergo Dei, vnigenitus patris æqualis est patri: in forma serui, etiã seipso minor est. Non ergo immeritò scriptura dicit vtrumq;, scilicet & æqualem patri filium, & patrem maiorem filio. Illud enim propter Dei formam, hoc autem propter formam serui intelligitur. De Aug. c. 1. hoc eodem ij. lib. de Trin. Augu. ait: Dei filius est æqualis patri secundum Dei formam, in qua est, & minor patre secundum formam serui, quam accepit: in qua non modo patre, sed etiam spiritu sancto: nec hoc tantum, sed etiam seipso minor inuentus est. Aug. li. 3. cõtra Maximinum capite. 18. Propter quod idem in libro contra Maximinum ait: Non tantum patre, sed etiam seipso, & spirituſsancto minor factus est, & etiam minoratus paulominus ab angelis. Est ergo Dei filius, ut ipse ait in l. li. de Tri. Deo patri in natura æqualis, habitu minor, id est, Psalm. 8 a in forma serui, quam accepit. His auctoritatibus ostenditur apertè filius secundum formam serui minor patre, & seipso, & spirituſsancto. Idẽ c. 7. b

E *Hilarius aliter dicit, s. quòd pater sit maior, nec filius tamen minor.*

Hilarius autem dicere videtur, quòd pater maior sit filio, nec tamen filius minor patre. Pater enim dicitur maior propter auctoritatem, quia in eo est auctoritas generationis, secundum quam dicit, Pater maior me est. Et Apostо. Donauit ei nomen quod est Hilarius li. 9. de tri. super omne nomẽ. Cum ergo ait, Pater maior me est: hoc est ac si diceret, Donauit mihi nomen. Si ergo inquit Hilarius in li. ix. de Tri. donantis auctoritate pater maior est, Ioh. 14. d Phil. 2. d nun-

nunquid per doni confessionem filius minor est? Maior itaque donans est, sed minor iam non est cui vnum esse donatur. Ait enim: Ego & pater vnum sumus. Si non hoc donatur Iesu, vt confitendus sit in gloria Dei patris, minor patre est. Si autem in ea gloria Dei donatur esse, qua pater est, habes & in donantis auctoritate, quia maior est: & in donantis confessione, quia vnum sunt. Maior itaque pater filio est, & planè maior, cui tantum donat esse, quantus est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impartit, quem ex se in forma sua generat. Audisti lector, quid super hoc dicat Hilarius, cuius verba ubicunque occurrerint, diligenter nota, pieq; intellige. Iohã. 10.

Summa di stinct. 16. IN hac distinctione tractatur de visibili missione spũsancti, & qualiter filius, ac spiritussanctus non uniformiter missi sunt visibili missione, propter quod filius ratione suæ visibilitatis missionis minor vocatur patre, imo seipso, ſm quod Deus est: sed spũsanctus, nequaq̃ ob suam visibilem missionem dicitur minor patre, aut filio, neq; seipso. Et circa hæc inducuntur sancti Hilarij verba, dicẽtes, q̃p pater est maior filio ratione auctoritatis, non tamen filius minor est. Hæc est summa sententiæ distinctionis istius.

QVAESTIO I.

Bonauen. CIrca quam quæritur primò, *quid sit visibilis missio Spirituſsancti, & de vilitate ipsius. cur s. facta sit.* De primo scribit Bonauent. Missio visibilis præsupponit missionẽ tanq̃ genus siue superiùs, & superaddit differentiã istam, visibilis. Porrò missio, vt distinctione patuit præcedenti, præsupponit missi emanationem. & addit personę emanãtis manifestationem per appropriatum sibi effectum, qui est donum, aut actus gratiæ gratificantis: & quoniã manifestatio emanationis, ſm quam attenditur missio, non fit nisi super eum, quem spirituſsanctus inhabitat per gratiam talem, hinc missio de sua generali ratione dicit manifestationem emanationis, & inhabitationis. Verũ differentia ista, visibilis contrahit missionẽ, quo ad principale eius significatum, quod est manifestatio: ideo dicit manifestationem, cum apparitione, siue per apparitionem manifestãtem emanantis inhabitationem, vel inhabitãtis personæ emanationem. Hinc visibilis missio est apparitio. Hoc tamẽ nõ est tota ratio eius, sed apparitio in qua manifestatur diuina persona non tm̃ ut operans, sed ut etiã inhabitãs: nec solum ut inhabitans, sed etiam, ut emanans. Sicq; per primum, excludit apparitionẽ Dei, qua apparet in qualibet creatura, in qua apparitione non repræsentatur Deus sub ratione personæ: per secundum, excludit apparitionem factã in veteri testamento, in quo personæ uisibili apparitione apparuerunt, non tm̃ tunc visibiliter missæ sunt: per tertium, excludit apparitionem patris, qui q̃uis apparuerit, non tm̃ missus est, quia non apparuit vt emanans. Filius quoq; seu spirituſsanctus in veteri testamento nõ apparuit tanq̃ inhabitans, nec ut se inhabitaturũ demonstrans. Hinc Auguſt. tertio de Trinitate loquitur Aug. Constat firmitate auctoritatis, & probabilitate rationis, dũ antiquis, patribus dicitur Deus apparuisse, voces illas ab angelis esse factas. Nec tamen dico, q̃p ista sit ratio cur persona aliqua dicitur non missa, quia apparitio fiebat ministerio angelorum, præsertim cum ſm Augstinũ 4. de Tri. probabile sit, q̃p columba illa, in qua spirituſsanctus apparuit, ministerio angeli mouebatur. Sic ergo non qualibet apparitio est misſio. Et causa quare persona aliqua non dicitur missa, est, quia ab alio non est. Dicitur autẽ Deus apparuisse, nõ in seaut in sua essentia, sed in creatura subiecta, & hoc dupliciter: Primò, sicut causa in effectu, & sic apparet in qualibet creatura, Secundo, sicut signatum in signo, sicque apparet in missione visibili. Hæc Bonauentura.

¶ Qui & in breuiloquio pauperis cõtestatur: Apparere dicit effectũ sensibilem cum expressa significatione, sicut spũsanctus apparuit in columba. Et qm̃ sicut personæ diuinæ distinctę sunt, sic distinctę significari possunt signis, atq; nominibus; ideo quælibet diuina persona põt per se apparere, potestq̃ apparitio omnibus eis competere tam simul, q̃ cuilibet personę per se. Vnde quòd spirituſsanctus dicitur in linguis igneis, & columba apparuisse, non est propter nouum miraculũ, vel spiritualem effectũ, sed propter vnionẽ, quæ est inter signatum, & signũ, ei speciali deputatã modo, atq; origine. Hæc idem. ¶ Hæc scribit Thomas: Quemadmodũ processio tẽporalis non est essentialiter alia, q̃ æterna pro Thomas. cessio, sed addit respectũ ad temporalem effectum; sic visibilis missio non est essentialiter alia ab inuisibili missione spũsancti, sed addit solam rationem manifestationis per signũ visibile siue sensibile. Ad rõnem ergo visibilis missionis spũsancti tria concurrunt, videlicet, q̃p sit missus ab aliquo, & q̃p sit in aliquo ſm modum specialem, & q̃p vtrunq; horum per signum visibile ostẽdatur, rõne cuius tota missio visibilis dr̃. ¶ Verum. his obijci põt. Primò, quia Obiecti 1. in omni creatura apparet, & repræsentatur Deus sicut in signo, vel per modum imaginis siue vestigij. ergo in qualibet creatura, visibiliter mittitur spirituſsanctus. ¶ Secundò, ratio sacramenti est, q̃p in ipso est Deus sicut in signo visibili: si ergo p̃ hoc spirituſsanctus visibiliter mittitur, quia in rebus visibilibus est sicut in signis, res illę essent sacramenta, atq; 2 in oĩbus sacramentis missio esset visibilis. ¶ Tertiò, 3 ſm Aug. ex hoc verisimiliter spirituſsanctus dicitur missus, quia facta est quędã species repræsentans ex tẽpore, in qua visibiliter, conſideretur. sed in apparitionibus veteris testamẽti in creaturis visibilibus ostendebantur diuinæ personæ, vt Abraæ in tribus angelis, sicq; missio visibilis non esset aliud, q̃ apparitio, conueniretque patri sicut, & apparitio ipsa. ¶ Dicendũ ad primum, q̃p quamuis omnis creatura Dilutio 1. designet Deum, & eius bonitatem non tamen significat ipsum per gratiã esse in alio, nisi ad hoc specialiter instituatur, & assumatur. ¶ Ad secũdum, quod Ad 2. per sacramenta significatur præsentia diuinæ inhabitationis, sicut in signis institutis non ad tempus, sed semper. Veruntamen creaturæ illę visibiles non fuerunt institutæ, vt significarent gratiã diuinæ inhabitationis semper, sed solum in tẽpore determinato. Vel aliter dicendum, & melius, q̃p sacramenta veteris legis significabant quidẽ gratiam affuturã, non præsentem, quia in eis gratia non cõtinebatur, nec conferebatur: sacramenta verò nouæ legis non solum sunt signa, sed etiam causæ, quodãmedo gratiæ: ideo non significant gratiam tanquã iam habitam, sed vt per sacramenta inducendam. Verũ species illę, in quibus fit visibilis missio, tantum sunt signa præsentis gratię, & non causæ: quemadmodum patet, q̃p circa Christum, ad quem visibilis missio

facta

facta est, nihil gratiæ inuisibilis tempore misionis visibilis est effectum. Vnde & omnes, ad quos visibilis misio fit, gratiam habent: non autē quibus sacramenta conferuntur, suscipiunt gratiam: quia sacramentorū causalitatis aliquādo impeditur, significant enim gratiam, non ut inexistentē, sed ut quo dammodo per ea causandā. Ad tertium, ꝙ misio inuisibilis includit in se apparitionem, & superaddit rationem misionis, quæ in duobus consistit, ut dictum est. De ratione quippe apparitionis non est, nisi ad aliquid in signo diuino manifestetur sensibili: non autem, ꝙ manifestetur ordo, aut emanatio vnius personæ ab alia, nec inhabitatio per gratiā secundum specialem modum essendi in eo, cui fit apparitio: nel alio, ut patet in apparitione Abraæ facta. Quāuis enim apparuerint tres angeli ad manifestandum diuinarum numerum personarum, ordo tamen, seu origo unius personæ secundum quod est ab alia, in illo signo visibili non manifestabatur. Hæc Thomas in Scripto. Gene. 18.

¶Concordat Petrus: Sicut, inquiens, misio inuisibilis est idem cum processione æterna, & addit inuisibilem manifestationem ad intellectum solum, sic misio visibilis est idem cum inuisibili, addens visibilem manifestationē ad sensum. Sicq; tria includit, videlicet personæ emanationem æternā, & eius inhabitationem internam, atq; utriusq; in signo sensibili manifestationem. Itaq; triplicē importat respectum, unū æternum personæ ad suum principium, aliū temporalem causę ad effectum, tertium signati ad signum. Exemplum huius poni potest processus verbi nostri interioris, primo in mente, deinde in imaginatione, tertio in voce. Hæc Petrus. Petrus.

¶Qui denuo ait: Duo sunt sensus disciplinabiles, scilicet uisus, & auditus. idcirco ſm eos procedit, & fit omnis cognitio disciplinabilis per signa. Porrò in signis ſm Augustinum libro de doctrina Christiana, primum locum obtinent verba. idcirco cognitio per verba plus habet expresionis. & quoniam tempus veteris testamenti, fuit tempus gratiæ nondum reuelatæ sicut in nouo, ideo pater apparuit tūc in specie uisibili, sicut in apparitione Abraæ facta, in nouo autem testamento in specie audibili, vt in Christi baptismo, & transfiguratione. De hoc infra magis tractabitur. Hæc Petrus. Augusti. Matth. 3. & 17. Lu. 3. & 9. Iohan. 1.

¶Per hoc soluit q̄stio, cur pater in forma visibili non apparuerit in nouo testamento sicut in veteri. Richard.

¶Hinc Richardus: Visibiliter, inqt, missus est spiritusanctus etiam pluries: qm̄ eius visibilis misio, ē manifestatio eius actu, vel habitu in aliquo signo sensibili sibi appropriato, quo inhabitare, vel dari ostenditur in persona, seu personæ, ad quam mittitur. sicq; frequēter manifestatus est spiritusanctus, quia aliquando in specie ignis, quandoque in specie columbæ, interdum in flatu. Hæc Richardus. Actuſ. 2. Lucæ. 3. Iohan 20. Dionyſi⁹. Matt. 17.

¶Quandoque in nube, ut in Christi transfiguratione, & super apostolos in forma linguarum.

¶Aegidius quoque inter cætera scribit hic: Secūdum Augu. 2. de Trin inter rem, quæ spiritussancti misionem præsentat, & inter res, quę ad significandum alia assumuntur, hoc interest, quia cum res illę priùs haberent esse, postea assumuntur ad alia designanda, ut lapis, quem ad caput suum posuit Iacob, postea ab eodem erectus est ad significandum Dei domum seu templum. similiter res sacramentales, ut aqua baptismi, quæ gratiam designant, ac continent. Res uerò acceptæ ad designandum misionem spiritussancti, ante non erant, & solum formatę sunt ad designandum huiusmodi misionem; quo facto, esse desierunt, ut patet in colūba, & igne, in quibus missus est spiritusanctus. Deniq; diuinam personam esse in aliquo tanq̄ in signo, quinq; modis cōtingere pōt. Primò velut in signo naturali, & ita in omni relucet creatura. Secundo sicut in signo illuminatiuo, sicq; factæ sunt apparitionis veteris testamenti. nā hi, quibus illæ misiones, & apparitiones fiebant, per eas mediātibus angelis in cognitionē alicuius diuini ducebātur misterij. Tertiò sicut in signo gratuito, quod contingit tripliciter: qa aliquando est signum tm̄, ut sacramenta Mosaicæ legis: aliquando signū & causa, ut legis euangelicæ sacramenta, quæ tm̄ non sunt signa gratiæ præexistentis. & iste est quartus modus. Interdū, videlicet quinto modo, est signū gratiæ præexistentis, sicut in omnibus signis visibilis misionis spiritussancti: quia nunq̄ ad aliquem fit misio illa, nisi ad existentē in gratia. Hæc Aegidius. Albertus.

¶Amplius, sicut docet Albertus, visibilis misio spūssancti non ordinatur ad demonstrandū, quamcunq; inuisibilem misionē, sed superabundantem, uidelicet eā, quę est redundans in alios, seu fundans, & plantās ecclesiam. Nō .n. visibilis misio inuisibilem semper præcedit etiā in nouo testamento, sed præcesit ut significaret abundās copia gratię spūssancti consistere apud illos, quibus visibilis misio facta est, quatenus ex illorū exhuberantia redundaret in fundationem, & plantationē ecclesiæ. Præterea si quæratur cur non per intellectuales creaturas, præsertim per angelos, hoc est, in eorū specie, facta est visibilis misio sicut in specie irrationaliū creaturarum, cum tamen illæ intellectuales creaturæ maiorem cum spiritusancto conuenientiā habeant: respondendū, ꝙ intellectualis creatura meliùs ostendit unitatem essentiæ in tribus personis, sed effectum gratiæ, vel modum processionis personæ à persona nō ita ostendit: quia de sua natura non ita exprimit proprietates processionis, ac gratiæ. non enim angelus procedit ab angelo, quemadmodum flatus à flante: nec angelo conuenit aptitudo immolandi pro redemptione sicut columbæ. Hæc Albertus. Quæstio. Respōsio. Misio visibilis qd fit.

¶Insuper in Sūma sua. li. 3. ait Vdalricus: Apparere dr̄, quod subito, seu repente monstrat, ut in secūdò li. de incarnatione asserit Casianus. Subitū verò est, quod p̄ter spē ex non apparente in manifestum deducit, ut diuinus Diony. scribit ad Caiū. Atq; ut li. p̄tacto Casianus testat. Apparere dicitur, quod in insolita claritate refulget, propter quod super illud Actorum. Per dies quadraginta apparens illis, loquitur Glossa: Apparere dr̄, quod insolitum est. Ex qbus colligi potest descriptio apparitionis, prout congruit in diuinis, videlicet, ꝙ apparitio Dei est monstratio Dei prę̄ter spem prę̄ter eductionem ex nō apparente in manifestum per signum sensibile cum effectu insolitæ claritatis. Et quod dr̄ prę̄ter spem, intelligitur de spe naturæ. & dicitur ex nō apparente, propter Dei inuisibilitatem. Claritas quoque intelligenda est, siue corporalis, sicut in stella apparuit Christus: siue spiritualis, quæ consistit ad minus in illuminatione intellectus, propter quam fit demonstratio illa sensibilis. Porrò visibilis misio est æterna processio à mittente per effectum gratiæ terminata ex tempore in creatura rationali, cū manifestatione horum in signo corporali. Modus autem huiusmodi misionis, competit diuinis personis, inquantū Deus nostræ infirmitati condescendit, intellectū nostrum quodammodo materialem manuducēdo in diuinorū notitia p̄ sensibilia signa, ſm modum ei connaturalem. Et quoniam modus Vdalric⁹. Dionyſi⁹. Caſſian⁹. Actuū. 1. Matth 2.

huius

huius uisibilis misionis perfectus est, perficiens hominem cognitione diuina ſm sensum, & intellectum idcirco per ipsum ostenditur perfecta inuisibilis misio, q̄ est ſm gratiā redundantē. Hæc Vdalr. Bonauēt.

¶Circa secundam quæstionis propositę partem, puta de utilitate uisibilis misionis, scribit Bonauentura: Visibilis misio spiritussancti, utilis est: & fit ad manifestandum emanationem æternā, inhabitationemq̄, temporalem non qualemcunq;, sed redundantem. Duplex namq; est gratia sanctificationis. una sufficientiæ, alia exhuberantiæ, prima intus in uisibiliter latet, secunda patet foris in secus. idcirco signo uisibili debuit declarari. Similiter duplex est genus credentium, unum imperfectorum signa q̄rentium, aliud perfectorum, qui intelligentiam q̄runt. Qui aūt quærunt signa, manuducuntur per ea ad intelligibilia. ideo p̄p eos utilis est uisibilis misio, ad manifestādam inhabitationem gratiæ exhuberātis. ¶Et si obijciatur, ꝙ nemo scit an sit dignus odio, vel amore. Dicendum, ꝙ verum est, nisi Deus dignetur ostendere. tuncq; ostendebat, quādo hoc utile fuit ad fidem roborandam, & excitandam devotionem. Deniq; sicut miracula ostendunt diuinā potentiam, sic signa diuinam præsentiam. ¶Si autem quæratur, cur non sunt factæ uisibiles misiones ad declarandum inhabitationem filij, sicut ad manifestandum inhabitationem spiritussancti, cū filius quoq; inhabitet sicut, & spiritussanctus. ¶Respondendum, quòd filius dupliciter inhabitat, utpote per gratiam vnionis, atq; per gratiam sanctificationis. ad manifestandum primam inhabitationem, non fuit necessaria uisibilis misio, quoniam filius plenissimè fuit in homine sibi unito. i. assumpta humanitate, in quo operabatur opera uisibilia miraculosa, in quibus manifestabatur, nec oportuit signa alia adhiberi. Nec etiam ad manifestandam aliam inhabitationem facta est uisibilis misio filij in signo, quia sanctificatio appropriatur spiritui sancto. hinc suffecit esse visibilem misionem ad manifestandum spiritussancti inhabitationem, cui sanctificatio appropriatur. Rursus, cum inhabitatio filij, ac spiritussancti sint indiuisæ, manifestato, ꝙ in homine habitet spiritussanctus, sufficienter ostenditur, ꝙ & filius. Hæc Bonauent. Diliuitur obiectio. Eccens 9. Quæstio. Rūsio. Tho. aqu.

¶Insup. de hac congruitate, & utilitate visibilis misionis spiritussancti, ait Thomas in prima parte Summæ quæstione. 43. Deus prouidet oibus ſm uniuscuiusq; naturam, capacitatem, & modum. connaturale autem est homini, per uisibilia ad inuisibilia eleuari. Quemadmodum ergo Deus seipsum, & processiones personarum æternas cunctis hominibus aliquo modo demonstrauit per creaturas uisibiles secundum quædam indicia, ita conueniens fuit, ut etiam inuisibiles diuinarum personarum misiones per aliquas uisibiles ostēderet creaturas. Aliter tamen filius, & aliter spiritussanctus: quia spiritui sancto inquantum procedit, ut amor, competit esse sanctificationis donum: filio autem, inquantum est spiritussancti principium, competit esse sanctificationis huius auctorem. Ideo filius uisibiliter missus est tanquam auctor salutis, & saluator in natura assumpta: spiritussanctus autem specie corporali non ita unita tanquam sanctificationis indicium. Hæc Thomas. Richard.

Idem Richardus, & addit: Misio inuisibilis fit homini p̄p seipsum, misio uisibilis p̄p alios. Vnde misio inuisibilis fit ad dandum, seu demonstrandum plenitudinē sufficientiæ in illo, ad quē fit misio illa: sed uisibilis misio fit ad ostendū plenitudinē redundantiæ in alios. Hæc Richardus.

¶Hinc Petrus: Misio, inquit, uisibilis fit ad manifestationem plenitudinis in alios redundantis. q̄ redundatio est duplex in Chro: una locutionis in prædicatione, in cuius signum facta est uox patris in transfiguratione, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Alia est redūdatio operationis, seu gratiæ factæ in baptismo, ad quam tria requirebant in redēptore. Primum est natura debens, puta natura humana pœnæ obnoxia, & hæc ostensa fuit in ipsa persona filij Dei per carnem assumptam. Secundum fuit natura potens, videlicet natura diuina, quam pater sua uoce monstrauit esse in filio suo, qui cum esset filius naturalis, pōt alios facere Dei filios adoptionis. Tertium fuit influentia media naturæ potentis super naturam debentem, quā influetiā oīdit columbam, quę signauit p̄manātiā gr̄æ super hoīem Christum. hinc Christo, atq; apostolis facta est apparitio, seu misio duplex. in apostolis quippe redūdātiā locutionis, signabāt ignee linguę: redūdātiā vero operationis, flatus q̄ a Chro capite uenit in eos, ad designandum descensionem potestatis a Christo in ipsos. Hæc Petrus. Petrus. Gratia Chro duplex.

QVAESTIO II.

SEcundo quæritur, *quando, & ad quos facta sit visibilis missio*. Et sicut habetur in litera, non est facta tpe ueteris testaméti, nec sanctis legis Mosaicæ, nec modo cōiter fit. Sed obijci pōt: qa ut dictū est, uisibilis misio fit ad demōstrādū exhuberantiā gratiæ, q̄ dat in inuisibili misione. sed oēs uiri heroici utriusq; testamenti habent plenitudinē gr̄æ, abundātiamq; uirtutū, ergo oībus illis cōgruebat uisibiliter mitti spūsctm̄. Et circa hoc q̄rit, an beatissimæ uirgini facta sit misio illa. Deinde cū uisibilis misio multipliciter utilis sit, sicut nūc patuit, vr̄ ꝙ ab initio debuerit fieri, & nunc meritò fieret. Obiectio.

¶Ad hæc respondet Albertus: Misio uisibilis spiritussancti in ueteri testamento non potuit. (i. de cōgruitate non debuit) fieri, quia hæc misio est ad copiā gr̄æ demonstrandum, & ad p̄pagationē spiritalem pandendā, q̄ non fuit, priori tabernaculo, ac testō adhuc statum habente. Debuit aūt hęc misio fieri præcipue in exordio nascentis fidei, ac primitiuæ ecclesiæ, cuius primi prælati, ac prædicatores fuerunt quasi semen, ex quo crescceret, & multiplicaretur seges, & fructus fidei, atque fidelium. Iā autem tempus est colligendi, quod seminarum est, magis, quàm seminandi. Cuius exemplū dat in operibus rusticorum, qui multa adhibent fométa nouellæ plātulæ, q̄ non adhibent arbori roboratæ: ergo, & fieri cōgruebat in plantatione ecclesiæ. Deniq; aliter cōualescit fides, & aliter habet meritum: quia plantat̄, & cōualescit ex auditu argumentorū suorū, & usu miraculorū. ex illis tm̄ nō habet meritum, sed magis, inquantū recedit a rōne, ac usu, & tota innitit̄ primæ veritati. Cum ergo visibilis misio fit ad fidei conualescentiam, exhiberi non debuit postquam fides conualuit. Misiones quoque spūssancti correspōdent misionibus filij. in misio ne aūt filij primo exhibitum est corporale. i. corporales eius p̄tia, ut dū uisibiliter Deum cognoscimus, p̄ hūc inuisibiliū amore rapiamur. postea expediebat apostolis, ut subtraheret illa præsētia corporalis, quatenus sic oīno trāsiret affectus ad amorem inuisibilis deitatis: ergo similiter fieri cōuenie bat in misione spūssancti, ut in principio ecclesiæ exhiberet uisibilis spēs, p̄ quā sciretur inhabitatio Albertus. Misio spiritussancti uisibilis cur primitiuæ ecclesiæ reseruata.

spiri-

spiritussancti, & postea subtraheretur, vt in inuisibili substantia spiritussancti requiescamus. ¶ Si autem
Obiectio. obijciatur, ꝙ adhuc, imò, & semper é tempus alios conuertendi, & infideles trahendi ad fidem, ergo
Dilutio. incessabiliter visibilis missio ista duraret. ¶ Dicendum, ꝙ quamuis omnis homo debeat alium vocare pro posse ad fidem, & morum conuersionem, non tamen oportet, vt per miracula vocet: quia iã tanta fidelium multiplicatio testis est veritatis fidei & monstratrix miraculorum, per quæ fides inducta est, ita ꝙ in fidei diffusione tanquam in suo effectu satis relucent, ficq; sufficit ad veritatem fidei ostendendam in vno tempore miracula, ac visibilia signa monstrasse: quia sicut per hæc fides semel probata est, sic in æternum probata erit. Idcirco, quæ tunc facta sunt, iam sunt alijs referenda, non necessariò iterum exhibenda: quanquam Deus omnipotens ex superabundanti frequenter interim iterauerit ea. Hæc Albertus.

Vdalricus ¶ Concordat Vdalricus in Summa sua li. 3. scribens Visibilis missio spiritussancti, dilata est vsq; ad Christi baptismum, quoniam redundantia gratiæ à Christo in mysticum corpus ecclesiæ, facta est p baptismum: cuius aqua tactu mundissimæ carnis Christi consecrata est abluendum peccata. Nec ante incarnationem decuit fieri visibilem misionem, quia missio inquantum est missio, habere debet cõuenientiam cum mittente. quod fuit, quando Deus Dei filius per incarnationem factus inuisibilis, misit donum suum, videlicet spiritumsanctum, visibili misione. porro inquantum aliquid speciale superaddit mis sioni simpliciter dictæ, designat inuisibilem misionem factam in collatione gratię singularis, qua non conuenit nisi tempori euangelicæ legis, quo est plenitudo temporis. vnde qui ante hoc
Gala. 4. tempus huiusmodi gratiam habuerunt, hoc fuit, in quantum per fidem ad ecclesiam pertinebant. Inquantum etiam in mis sibili est euidens manifestatio diuinæ personæ, ac gratiæ eius, sic conuenit statui, ac tẽpori euangelicæ legis, quo iustitiæ sol exortus illuminauit sedentes in tenebris. Inquantum vero est ibi nõ solum notificatio personæ missæ ei, cui mittitur, sicut in inuisibili misione, sed & omnibus sensibile illud signum cernentibus, sic designat excellentiam gratiæ, non in personali perfectionem gratiæ eiusdem in alios per actus spirituales, idest
1. Cor. 13. per sacramenta, atq; doctrinam. Cumq; secundum Apostolũ priùs sit, quod animale, deinde quod spiritale, modus iste propagationis fidei, ac gratiæ per spirituales actus in omnes gentes, conuenit tempori spiritali euangelicæ legis: quemadmodũ propagatio fidei cum propagatione carnis cõuenit prio ri statui animali legis Mosaicæ. Cũ ergo ante incarnationem non debuit esse visibilis missio, & potest incarnationem esset circumponere filio visibilem speciem, qui in natura assumpta visibilis factus est, ideò filio non est missus visibili misione nisi in carne vnde ſm naturam assumptam minor est patre, imò, & seipso ſm, quod Deus, quia vere factus est
Iohan. 14. hõ: sed spiritussanctus propter visibilem misionẽ non est minor patre, quia non assumpsit formã in qua apparuit in vnitatem personæ Hæc Vdalricus.
Tho. aqu. ¶ His consonant scripta Thomæ, dicentis: Primum Christo, deinde apostolis facta ẽ visibilis missio: qa per eos pluries, & in plures gra est diffusa, ſm quod per eos ecclesia est plãtata. Et q̃uis aliqui patres veteris testamenti gratiã valde plenã sortiti sunt pso nalẽ, tñ qm̃ nondũ extitit tẽpus gratiæ propter impedimentum originalis peccati, à quo natura humana nec dũ à Christo acceperat remedium idcirco non debuit tunc signari plenitudo gratię, ut p̃sens, sed tm̃ vt futura, signari inquam in apparitionibus, atq; legalibus sacramentis. Ex alia quoq; parte nõ erat tunc tẽpus spiritualis propagationis, per quam spirituali modo diuersæ gentes in Dei cognitione regenerantur, sed carnali propagatione cultus diuinus à patribus in filios procedebat: idcirco non debuit tunc signari gratia per visibilem missionem, quæ designat gratiam tendentem in alios. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Qui & in prima parte Sũmæ quæstione 43. ait: Visibilis missio spiritussancti nõ attenditur ſm imaginariam visionẽ, quæ est prophetica visio: qa (ut dicit Augu. 2. de Trinitate) prophetica uisio cõiter nõ est exhibita corporalibus oculis per formas corporeas, sed in spũ per imaginarias, spiritualesve speMatth. 3. cies. columbã verò illam super Christũ, & ignem suLucæ. 3. per apostolos oculis viderunt q̃cunq; viderũt. Nec Actuũ. 2. rursus ita se habuit spũs, ad huiusmodi species, quẽ admodũ filius, ad petrã, de qua legitur, Petra erat
1. Cor. 10. Christus. Illa. n. petra iam actualiter erat, & per similitudinẽ actionis nuncupata est noie Christi quẽ
Exod. 3. designabat, sed columba illa, & ignis tantũ ad significandum aliquid subito extiterunt. Hinc videntur
Exodi. 13. similia flãmæ, quæ in rubo apparuit Moysi, atq; co-& 14. lumnæ, quã populus sequebatur in eremo, fulgu-Exodi. 19. ribus, quoq; & tonitruis, quæ fiebant dũ lex dabatur & 32. in monte: quia ad hoc rerũ illarum corporalis extitit species, vt aliquid designaret, ac præteriret. Itaq; missio visibilis, neq; attẽditur ſm visiones propheticas imaginarias, neq; secundum sacramentalia signa noui, aut veteris testamenti, in quibus quædam res præexistentes assumptæ sunt ad aliquid de signãdum: sed spiritussanctus uisibiliter dicitur missus in creaturis quibusdam, tanquam in signis ad hoc speRichard. cialiter factis. Hæc Thomas in Summa. Concordat quoque Richardus: Quamuis, inquiens, aliqui sancti in veteri testamento habuerunt plenitudinẽ gratiæ ad sufficientiam, ac redundantiam, non tamen tunc erat status plenitudinis in se nec redundationis in alios. cumq; visibilis missio spiritussancti non tantum ostendat plenitudinem redundantiæ in persona, ad quam fit, sed etiam tempus plenitudinis, gratiæ ad redundantiam: ideo patribus veteris testamenti visibilis, missio spiritussancti, aut filij facta non est. Hæc Richardus.

¶ Verum his obijci potest, quia spiritussanctus in Obiectio. Christi transfiguratione in nube apparuit, missusq; Matt. 17. dicitur. cum ergo in libris Numerorum, ac Deute-Nu. 9. 10. ronomij legatur nubes interdum descendisse, & ap-12. & 16. paruisse super Moysen, & Aaron, ac Iosue, videtur Deute. 31. spiritussanctus visibiliter missus ad eos. ¶ Et respon-Dilutio. dendum, ꝙ nubes illa descendit super illos, ad designandum, quòd desuper protegerentur, seu quòd ad officium præsidentiæ essent electi.

¶ Nunc respondendum, an sacratissimæ, & incomparabili virgini facta sit visibilis, missio spiritussancti.

¶ Ad quod Thomas in Scripto: In cæteros, quibus in Dei pentecostes missus est spiritussanctus, Actuũ. 2. etiam visibilis missio beatissimæ virgini facta est. Et quamuis ipsa singularem gratiæ plenitudinem fuerit consecuta, non tamen facta est ad eam missio visibilis specialis, quoniam sua gratia non ordinabatur ad plantationem ecclesiæ per modum doctrinæ, & administrationem sacramentorum. Vnde Apostolus. Mulierem in ecclesia loqui non per-1. Tim. 2. mitto. Hæc Thomas.

¶ De

Vldaricus. ¶ De hoc demum in Summa sua li. 3. scribit Vdalric. Visibilis missio facta est ad gloriosam Dei matrem, non vt per nouam plenitudinem superinfunderet se illi, in quam iam superuenerant per totius suæ capacitatis repletionem, sed ut id, quod præcesserat, demonstraret, sicut de Christo iam diximus. Hæc Vldaricus.

Dionysius. ¶ Verum circa hæc dubitationes occurrũt. Quẽadmodum enim in tractatu de laudibus excellentissimæ uirginis Mariæ multipliciter comprobaui, ipsa diuinissima uirgo non solum habuit sapientiam, & scientiam, prout sunt dona gratiæ gratis datæ ſm habitum, sed etiam ſm actum earum, ipsaq; docuit multas utriusq; sexus personas per uerba, & scripta. i. epistolas, sicut & sanctum Ignatiũ, imò & beatum Lucam euangelistam de multis secretis, & incarnationis mysterijs, quæ ipse præ cæteris descripsit euãgelistis, creditur instruxisse. Quotidie quoq;, seu tpe opportuno edocuit fẽliciſsimũ illud collegium centum uiginti uirginum, eius obsequio, atq; regimini deputatarum, quamquam Albertus in tractatu suo de laudibus deiferæ, ac præstantissimę virginis, Thomas quoq; in 3. parte Summæ suę aliter uideantur sensisse, quorum scriptis in prætacto libello respondi. In quo item opusculo ex scripturis fide dignis retuli, & probaui, quòd diuinus Dionysius quadam uice terram sanctam intrauit, & Ioannem accesit apostolum, rogans, ut eum ad sanctissimæ uirginis Christiferę præsentiã, & conspectum introducere dignaretur. quo facto, illustrissima, ac honestissima uirgo in tanto splendore, sublimitate, & gloria ostensa fuit magno Dionysio, ꝙ præ stupore ruens in terram, defecit: & reuersus ad se, dixit: Nisi ex ratione, & fide agnoscerem inuisibilem Deum, non aliam putarem dietatem, q̃ uirginem hanc sublimem. An uero apparitio, ac manifestatio illa, quæ utiq; facta fuit ad declarationẽ eximiæ sanctitatis, dignitatis, & gratiæ præclarissimę virginis, debeat dici uisibilis missio spiritussancti, disputantibus desero. Mihi tñ uideꝰ, ꝙ imò, & forsan (ut piæ credendũ censeꝰ) frequenter ita ostensa est, atq; circundata lumine copiosissimo improuisè inuenta, præsertim cũ & aliæ quædam utriusq; sexus personæ sic circundatæ luce superna uisibili interdũ inuentæ, ac visæ legantur.

¶ Præteta circa verba Vdalrici dicendum reor, quòd præelectissima virgo quandiu vixit in corpore adhuc mortali, fuit uiatrix, quamuis certissimè
2. Cor. 12. credatur interdum rapta in diuitias gloriæ Dei,
Exodi 34. vsq; ad summæ trinitatis uisionem per speciẽ, multo utiq; clariùs. & (ut puto) multo frequentiùs, ac diuturniùs, q̃ Paulus, aut Moyses, reducta tamẽ ab huiuscemodi contemplatu, ambulabat per fidem, & fuit uiatrix, atq; promeruit, & profecit in exercitijs, actibusq; virtutum, & sic creuit in gratia: &
Hierony. ut in sermone de assumptione sanctus fatetur Hieronymus, nouis quotidie cremabatur ardoribus, ad filij quoque sui clarissimum, ac indesinentem intuitum affectuo sissimè suspirauit. Non ergo sic fuit tota eius repleta capacitas, quin uerè his modis profecit, nec quisquam apostolorum in die pẽtecostes tantum supernorum sumpsit incrementũ charismatum, ut gloriosissima uirgo. In Christo autem tota rationalis animæ capacitas fuit repleta dono gratiæ, ac lumine gloriæ ab incarnationis exordio. Quemadmodum autem anima Saluatoris, & anima benedictissimæ suæ matris sunt speciei unius, ita eiusdem naturalis capacitatis. gratia autem uirginis matris a gratia filij Dei ineffabiliter minor est. quomodo ergo fuit tota capacitas eius impleta?

Aegidius. Præterea circa hæc refert Aegidius sancti Thomæ positionem iam scriptam, quam dicit insufficientem: quia ex ea (ut asserit) sequeretur, quòd etiam modo fierent uisibiles missiones spiritussancti, cum sit tempus plenitudinis, & reperiantur aliqui gratia pleni, qui sunt in statu docentis, & sacramenta administrantis. Hinc Aegidius tertium superaddit, affirmans ad uisibilem illam missionem requiri fidei inchoationem, ut scilicet hi propter quorum edificationem fit visibilis missio, sunt manuducendi, seu in uia manuductionis ad fidem, non manuducti.

Dionysius. ¶ Verum si positio Thomę integrè inspiciatur, ipse quoque hoc tertium exprimit, inquantum exigitur. Ait quippe in soluti one tertij argumenti propositæ quæstionis: Duplici ratione nõ oportet modo fieri uisibilem missionem, ut tunc. primo, quia fide nunc innotescente, & publicata, sufficit cognitio in inuisibilibus signis, quæ sunt charismata gratiarum. secundo, quoniam signa illa, & uisiones fuerunt quasi argumenta fidei, ideo non oportet eam rursus probari per illa. Et quamuis Thomas in corpore solutionis non exprimit nisi duo, tamen tertium non excludit, & sicut iam patuit, paulo post satis exprimit illud, & multo cautiùs loquitur, quàm Aegidius. imo in responsione sua multa ponit Aegidius, quæ non sonant. siquidem inter cætera fatur: Exteriora signa sunt via manuducendi populum ad intellectualem cognitionem. sed cum homines sunt manuducti, Miraculo-signa cessare debent, eo quòd postmodum non rum utili-iuuent: Istud ineptè prolatum probatur. Miracu-tas. la namque, & signa ualent non solum ad infidelium conuersionem ad fidem, sed item ad fidelium confirmationem in fide, in admirationem omnipotentiæ Dei, & ad prouocandum compunctionem credentium, quod totum ad experientiam patet. Hinc enim beatissimi viri, Seruatius, Martinus, Bernardus, Franciscus, & alij pene innu-Seruatius. Martian⁹. merabiles, maximam habuerunt audientiam reuc Bernard. rentiamque in populo, & discordes concordauerunt, plurimos conuerterunt, religiones, & clau Francis. stra instituerunt: quoniam instar apostolorum abũ dauerunt miraculis. Si autem (ut scribit Aegidius) Aegidius. debuerunt signa, atque prodigia nunc cessare hominibus introductis ad fidem, sequi uidebitur, quòd Deus per præfatos, & alios euangelicę legis sanctos, superfluè, & infructuosè fecit signa, mirabilia & portenta, quod nullus sani cordis admittet. ¶ Deinde ait Aegidius: Nunc signis & miraculis non indigemus, imo impedimenta præstarent: quia dum quis exterioribus signis uacat, ab intellectu interiori retrahitur. Contra hoc facile esset multa inducere, etiam ex uerbis sanctis doctoris Theodori. qui conscribit quemadmodum homines etiam fideles auiditate uidendi miracula, undique confluunt, & à remotis concurrunt. Vnde & de Iudæis Apostolus dixit: Signa quærunt. sed & sancti uiri Gedeon, Iezechias, ac alij quidam si-1. Cor. 1. gna perierunt sibi ostendi. Denique fideles quam-Iudicũ 6. uis uirtuosi, tñ ex exterioribus, & sensibilibus ad 4 Reg. 19. interiora, & diuina eriguntur, ac sursum ducũtur. Isaiæ 38. & aspiciendo signa, portẽta, miracula, ualidè inflãmantur, ac demum in suis collaudãt effectibus, præsertim supernaturalibus, sanctosq; viros miraculis coruscantes, mente & corpore assequuntur. Vnde & sancto Bernardo apostolico uiro interdum

T per

per septem miliaria obuiasse leguntur. Nec verum est, quod exteriora miracula ab intellectu spiritualium retrahunt, imo ad ea contemplanda inducũt. Vnde & in euangelio de credẽtibus fertur Iudęis, quòd omnis plebs, ut uidit, dedit laudem Deo.

Lucæ 18.

¶Verum, vt docet Alexãder, exteriora signa dupliciter possunt considerari: primo, ut sunt quidã effectus in se: secundo, ut sunt supernorum signa charismatum, & supernaturalia opera. Quamuis ergo primo modo pensata, à diuinorum impediãt contemplatu, tamen secundo modo considerata, ad omnipotentiæ Dei admirationem, atque ad suę bonitatis inducunt recentem, feruidumq; amorem: imò nec uiri heroici, & perfecti queunt inde sidenter diuinorum, & immaterialium contemplationibus immorari. Insuper addit Aegidius, quòd hi quibus sit uisibilis missio, non debent iam esse manuducti ad fidem: propter quod facta nõ fuit beatæ uirgini, cuius dicti error iam patuit. Ad minus enim cum sanctis apostolis incomparabili matri verbi æterni facta est missio in die celeberrimo pentecostes. Sed & Petrus diaconus vidit ad aures beati Gregorij columbam pulcherrimam, qua significabatur, quòd ex inspiratione spiritussanctus inhabitantis gratiosè mentem Gregorij, idem uir sanctus scripsit. Sic & super sanctum Fabianum in præsentia populi descendit columba, ostendens eum per merita vitæ summo dignum pontificatu. Consimilia alijs sanctis contigisse noscuntur etiam infra breue tempus, & qui multis tempore isto fulserunt miraculis, & refulgent. Vnde quod ait Aegidius, Cum quis exterioribus sensibus vacat, ab interiori retrahitur intellectu: uerum est, nisi sensus, & sensibilia ad intellectum, ac intelligibilia referat; aliter falsum esset, cum & Isaias sanctus hortetur: Leuate in excelsum oculos uestros, & uidere quis creauit hæc. Solutio autem obiectorum, ex præinductis iam plana est. Durandus quoque in ductis secundum Thomam, Albertum & eorum sequaces, concordat.

Alexãder.

Exemplũ.

Aliud.

Isaiæ. 51.

QVAESTIO III.

TErtio quæritur, *in quibus speciebus apparuit, ac missus est spiritussanctus, & a quo formatæ sunt species illæ, an etiam habebant veritatem naturæ rerum, quarum sunt species.* ¶Quemadmodum autẽ textu habetur, uisibiliter missus est spiritussanctus in specie columbæ & nubis, ac flatus. Videtur autem, quòd in tã vilibus speciebus mitti non debuit, & cum filio minor non sit, non debuit mitti in specie viliori, quàm in qua missus est filius, q̃ in rationalis missus est creatura, puta in humanitate assumpta. ¶In hac quæstione tria tanguntur. Primum, quæ sunt corporales formę, in quibus est missus. Secundum, à quo formæ illæ formatæ sunt, & an habuerunt uerè naturam rerum, quas præferebant.

Cõtra ueritatẽ obiectio.

Thomas.

¶Ad primum Thomas respondet: Visibilis missio fit ad significandum plenitudinem gratiæ redũdantis in multos. gratia autem, redundat in alios dupliciter, scilicet, per instructionem, & operationem, secundum quod ille, in quo est gratiæ plenitudo, habet se aliquo modo efficienter ad gratiam. Vterque autem modus redundantiæ fuit in Christo: quoniam ipse nos per suam doctrinam ad Dei cognitionem adduxit: ipse quoque inquantum Deus, dedit gratiam effectiuè: & inquantum homo, per modum meriti, hinc ad designandum gratiam redundantiæ eius in nos per modum operationis, facta est missio uisibilis in baptismo: quia tunc ipse à baptismo nihil accipiens, tactu suæ mũdissimæ carnis vim regenerationem contulit aquis efficienter, vt Deus meritoriè, ut homo. Hinc in specie columbæ facta est ad eum missio spiritussancti, ad spiritualam suam fœcunditatem significandam: quia columba est fœcundissimum animal, p̃pter quod & pater tunc apparuit in sono uocis naturalis, filiationem ipsius protestans, ac dicens: Hic est filius meus dilectus, ad cuius filiationis similitudinem per gratiam baptismalem in filios adoptionis regeneramur, ut dicitur ad Romanos: Quos præscíuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Porro ad insinuandum redundantiam gratiæ eius in alios per modum doctrinæ, apparuit spiritussanctus super ipsum in lucida nube: cuius est lumen spargere. in quo designatum effusio doctrinæ per prædicationem. Idcirco cum uox patris super ipsum intonuisset, Hic est filius meus dilect⁹, adiecit, Ipsum audite. Nõ ergo oportuit uisibilem missionem fieri super Christum in sua conceptione: sed tunc, quando gratia eius cœpit præfatis modis in alios redundare. Apostolis quoque bis facta est uisibilis missio. primo ad insinuandum redundantiam gratiæ ex eis per operationem in administratione sacramentorum, quæ missio facta est in specie flatus, ut fertur apud Ioannem. Vnde subiungitur ibi, Quorum remiseritis peccata &c. ut ostenderetur, quòd talis auctoritas non deuenit in eos nisi ex influxu capitis, utpote Christi, in quem deuenit immediatè à patre. hinc in Christo significabatur auctoritas ista per uolatum columbæ desuper uenientis, in apostolis vero per speciem flatus à Christo procedentis. Secundo facta est ad eos missio uisibilis, ad denotandum redundantiam gratiæ per modum doctrirnæ in die pentecostes: idcirco apparuit super eos in igneis linguis, vt essent verbis profluí, charitateq; feruidi, proximorum salutem zelantes. Siquidem species illæ in quibus spiritussanctus apparuit signabant effectus spiritussancti, secundum quos spiritussanctus dicitur multiplex, quamuis in sua essentia vnus sit. idcirco in pluribus apparuit speciebus, ac pluries. Vnde & in irrationalium creaturarum apparuit, ac missus est formis, quæ spiritussancti effectus magis designant. Quod ideo quoque effectum est, quia ut quinto de diuinis nominibus cap. Dionysius protestatur, Inferiores creaturæ eo ipso quo magis distant à participatione perfecta diuinorum, congruentiùs manifestant diuina: quia non potest ex hoc oriri propter euidentem distantiam talium à diuinis, qui error faciliùs posset accidere, si per nobiles creaturas signarentur diuina: ut si appareret persona diuina in stella, uel nobiliori natura, posset quis æstimare diuinum, quid esse in illis. Hæc Thomas in Scripto.

Matth. 3. & 17.

Rom. 8.

Actuũ 2.

¶Circa hæc quærit Petrus: Cur filius apparuit in sola creatura rationali, pater in sola audibili, puta in uoce, saltem in nouo testamento, spiritussanctus in creatura uisibili irrationali. Et respõdet: Pater apparuit ad demonstrandum filium, quod non potuit expressiùs fieri, quàm uoce, item propter auctoritatem principij commendandam, quoniam pater intra se loquendo genuit filium qui est uerbum: filius uero apparuit, ut medium Dei, & hominum tantum, nõ irrationaliũ creaturarum. taliter autem mediare non conuenit uerbo æterno, nisi in rationali natura. Spiritussanctus

Petrus.

Ioan. 1.

Matth. 3.

Lucæ 3.
Marci 1.
Ioan. 1.
1. Tim. 2.

sanctus aũt missus est, atq; apparuit in creatura sibi suppositа aliter non vnita, ideo magis competebat ei in creatura apparere irrationali, quæ plùs cõueniebat significationi institutiuæ. In toto quoque aiali, videlicet in columba, apparuit super Christũ, ad significandum in ipso uniuersitatem gratiæ, ac virtutum, plenitudinemq; spiritualium sensuum. Per columbam vero significabat in Christo innocentia naturæ, fœcunditas gratiæ, sacrificium redẽptionis humanæ. Est namq; colũba aial innocens, fœcundũ, & immolatitiũ. Sup apostolos aũt in quibus fuit gratia particularis, apparuit spiritussanctus in parte aialis puta in linguis. Hæc Petrus.

Actuũ 2.

Richard.

¶Hic quærit Richardus, an qualibet specierũ, in quibus missus est spiritussanctus, fuit res verè corporalis. Ad quod respondet q̃ imo, ita q̃ exteriori sensu potuit apprehendi, quemadmodum columna nubis filios Israel ducens, & ignis rubi, de quibus 2. de Trinitate loquitur August. Species illæ corporales ad demonstrandum quod opus fuit, subito apparuerunt: & peractis suis ministerijs, esse desiterunt. Hæc Richardus.

Quæstio Exodi 13. 14. & 16. Exodi 3. August.

Durãdus.

¶Concordat quoque Durandus iam dictis.

Albertus.

¶Præterea circa hæc quærit Albertus, quare tantum in his tribus speciebus manifestatus est spiritussanctus, uidelicet in specie columbæ, in linguarum specie ignearum, & in specie flatus. Ad quod respondet: In spiritussancto tria accipiuntur, uidelicet persona, processio, & ratio doni. Si attendat ratio suæ personalitatis, sic charitas est, & conuenientiam habet cum igne. effectus autem istius diuini ignis, fuit conuersio mundi ad fidem, & Dei amorem. idcirco apparuit in igneis linguis, quæ super discipulos illos sedebant, quatenus sessio signi ficaret permanentiam spiritussancti in ecclesia. Si vero attendatur spiritussanctus in donis suis, sic significatur in columba, quæ fœcunda & simplex est, gemens, & sine felle, atque malitia. & talia fiunt corda humana per spiritussancti dona. Si attendatur modus processionis spiritussancti, significat̃ p flatum: quia procedit à patre ac filio, vt spiritus vitæ ac sanctitatis, conferens in ecclesiæ sensus spirituales ac motum. Hæc Alber.

Quæstio.

Dionysius

¶Qui de his plurima scribit, sed sententialiter extant præhabita. Veruntamen ei, quod ait Albertus, spiritumsanctnm in his tribus speciebus tantũ manifestatum, objici potest, quod secundum expositores in Christi transfiguratione apparuit in nube: quia & proprietates, ac actus spiritussancti per nubem lucidam congruè designantur. nubes quippe refrigerat, ardorem Solis contemperat, terram cõpluit, & fœcundat, ac lucem dispergit: quæ omnia spiritaliter conueniunt spiritussancto.

Proprietas nubis

Bonauẽt.

¶Porro Bonauent. hic scribit: Finis imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem. ideo modus apparitionis spiritussancti sumendus est iuxta finem apparitionis. Apparuit autem filius in carne, vt esset mediator, spiritussanctus uero, ut doctor, iuxta illud: Docebit vos omnem ueritatem. Ad meditationem aũt requiritur extremorum sepatatorum, quædam coniunctio, ideo filius Dei rationali creaturæ, per vnionem hypostaticam se uniuit. ad eruditionem aũt ignorantium opus est signo: ideo spiritussanctus apparuit in creatura, ut signatum in signo. Cumq; nihil sit Deo hypostaticè vnibile nisi beatificabile, & hoc solum est subsstãtia rationalis. ideo filius in subsstantia rationali solum apparuit. Quoniam vero vsui significationis purè conuenit creatura irrationabilis magis, quàm rationalis, ne forsan credatur vnita, & non tantum significãs: ideo spiritussanctus apparuit in creatura irrationali, quæ aliquo mõ significaret, sicut flatus designat spirationem, ignis dilectionem. Rursus, qm̃ ad perfectam mediationem requiritur, quòd mediator sit vnus, & vnio inseparabilis, ideo apparitio filij fuit singularis, & indiuisibilis. Econtra cum spiritussanctus non queat perfectè significari in vno signo, oportuit eum per plura significari. propter quod in diuersis speciebus est missus, atque apparuit, filius vero in sola humanitate assumpta. Illis vero speciebus spiritussanctus fuit vnitus non secundũ veritatem, sed intentionem, vtpote non in vnitate personæ, sed vt signo. ¶Quod si quæratur vnde p̃ueniebat vnio talis. Dicendum, q̃ dispositiuè à proprietatibus creaturæ, quę per suas p̃prietates aptа fuit spiritussancti declarare personam, ut flatus spiritum, ignis amorem, columba spiritalem fœcundi tatem. Completiuè autẽ uenit ex ordinatione diuina, quæ ordinauit creaturas illas ad hoc, nõ factas instituendo, sed simul formando, atq; instituendo: quia ad hoc solum eas formauit, vt significarent: ideo columba, & ignis cum apparitione cœperũt, ac desierunt. ¶Præterea, si quæratur quare tot modis apparuit spiritussanctus Dicendum, q̃ iuxta præhabita apparitio spiritussancti fuit ad manifestandum plenitudinem redundantiæ gratiæ. Et quoniam redundantia illa est triplex, ideo tribus modis apparuit. Est enim plenitudo gratiæ per redemptionem, & hæc fuit in Christo, estque gratia ista perfecta: idcirco in Christo manifestata est p̃ columbam, quæ fuit precium redemptionis primo genitorum, & erat animal integrum, ac perfectum. Et etiam plenitudo gratiæ per influentiam vitę, quãtum ad sensum, & motum: & hoc est per sacramenta ecclesiæ, quæ plenitudo sacerdotibus inest. ideo primis illis sacerdotibus, puta apostolis, datus est spiritussanctus in specie flatus. Nam vt ait Iohannes: Insufflauit in eos, dicens: Accipite spiritumsanctum. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Tertia est, plenitudo per cognitionis administrationem, siue doctrinam, quæ plenitudo excellẽter fuit in primis illis prædicatoribus, puta apostolis. Hinc spiritussanctus apparuit eis in igneis linguis. Hæc Bonauent.

I

Lucæ 3.
Lenit. 14.

2

Ioan. 20.

3

Actuũ 2.

¶Insuper ad secundam huius quæsiti partem, videlicet cuius ministerio, aut causalitate formatæ sunt species illæ, respondet hic Thomas: De hoc est duplex opinio. vna dicentium, quòd in hoc differunt apparitiones noui testamenti ab apparitionibus ueteris, quòd apparitiones veteris testamenti sunt factæ per angelos, ut sancti communiter dicunt, apparitiones vero noui testamenti per ipsas diuinas personas: idcirco in istis apparitionibus ipsæ diuinæ personæ dicuntur missæ, non angeli: in illis autem apparitionibus angeli missi sunt, non diuinæ personæ. Alij dicunt, quòd utræque apparitiones ministerio factæ sint angelorum. Videntur uero utrique quantum ad aliquid dicere uerum. Nam & in apparitione veteris testamenti, & in missione uisibili noui testamenti, duo considerantur: videlicet id, quod extra apparet, & item id, quod intus efficitur seu factum significatur: diuersimode tamen, quia in apparitione veteris testamenti illud extra apparens, non refertur, ut signum ad id, quod interiùs est: sed ad aliquid aliud, vt ut ad significandum Trinitatem aut aliquid tale. hinc id, quod interiùs est, nil aliud est, quàm ipsa cognitio, aut illuminatio aĩæ

Tho. aqu.

§. Dion. de rebus, quę per exteriora signa signantur. Et qa secundum beatum Dionysium, illuminationes diuinæ per angelos sanctos descendunt in nos, ideo ministerio angelorum in illis apparitionibus utrũque est factũ, uidelicet & id, quod exteriùs fuit, & quod interiùs. Ideoq; nullo modo fuit ibi missio diuinę personæ, quæ tantũ attenditur ſm immediatum effectum personæ diuinæ. In missione quippe uisibili id, quod extra apparet, est signum eius quod interiùs factum est, uel tunc, uel ante. unde interiùs punitur non tantum cognitio aliqua, sed effectus aliquis gratiæ gratumfacientis, qui est immediatè à diuina persona: quæ & ratione illius effectus mitti asseritur: quantum vero ad id, quod exteriùs est, angeli ministerium habent. Vnde in moralibus loquens Gregorius, de uoce, qua pater respondit filio, Et clarificaui, & iterum clarificabo, ait: Pater de cælestibus loquens, uerba sua, quę ab hominibus audiri uoluit, administrante rationali creatura, utpote angelo, formauit. Et eadem est de alijs ratio. ¶Si autem obijciatur, quoniam angelus ut motor, unitur corpori, quod ab ipso formatur: si ergo species illę, in quibus spirituſsanctus uisibiliter missus est ab angelo sunt formatę, tũc sunt corpora assumpta ab angelis. ficq; dicetur in eis mitti angelus non diuina persona. ¶Secundò, quia si res illæ corporeæ, in quibus uisibiliter missus est spirituſsanctus, ab angelis sunt formatæ: apparet quòd & corpus humanum, in quo uisibiliter missus est filius, sit formatum ab angelis. ¶Respondendum ad primum, quòd quamuis angelus formet speciẽ exteriorem, non tamen interiorem producit gratiæ gratumfacientis effectum, ob quem mitti persona perhibetur diuina: nec est inconueniens ut persona diuina & angelus simul mittantur. ¶Ad secundum, quòd corpus à filio in unitate personæ assumptũ, nõ decuit ob suã dignitatẽ formari, nisi immediatè à Deo. Hec Thomas in Scripto. ¶Porro in Summæ suæ prima parte, quæstione 43. Illæ, inquit, creaturæ uisibiles formatæ sunt ministerio angelorum, non tamen ad personam angeli designandum, sed spirituſsancti. Cumq; spirituſsanctus fuerit in illis creaturis sicut signatũ in signis, idcirco secundum eas spirituſsanctus est missus, non angelus. Propter quod tertio de Trinitate loquitur Auguſt. Quæ uisibiliter fiunt diuinitus, dispensantur per angelos.

Gregorius

Obiectio.

Dilutio 1.

ad 2.

Richard. ¶Circa hoc scribit Richardus: Videtur mihi q̃ species illæ, in quibus missus est uisibiliter spirituſsanctus, formatæ sint à Deo, mediante angelico ministerio: quamuis Deus per se immediatè eas facere potuisset: sed ad ostendendã suæ affluentiam bonitatis, voluit eas formare per causas secundas. Vnde & quarto capitulo de diuinis nominibus sanctus Diony. contestatur: Docet & hoc sapienter scriptura, per angelos eam ad nos legem prouenire, ac secunda reduci in Deum per prima. Hinc

§. Dion.

Auguſt. 3. de Trinitate Auguſt. fatetur: Omnia quæ patribus uisa sunt, cum Deus illis secundum suam dispẽsationem temporibus congruam præsentaretur, per creaturam facta manifestum est, etiam etsi nos latet qualiter angelis ministris fecerit ea. Quartò quoque de Trinitate disseruit Auguſtinus: Si quæritur qualiter facta sit uox patris, qua manifestatus est filius, uel species corporalis, qua ostensus est spirituſsanctus, per creaturam hæc facta non dubito. Nec obstat, quod rursus 3 de Trinitate fassus est Auguſtinus: Sermo, inquiens, noui testamenti non per angelos, sed per filium factus est. Hoc equidem dixit Auguſtinus de verbis euangelicæ legis, quæ filius Dei proprio ore inter homines conuersando deprompsit. In illis autem formis & creaturis angeli apparuerunt & locuti sunt, ut serui, atq; uicarij Dei, Deum repræsentantes, nec quasi in propria persona loquẽtes. Ideo actio & locutio attribuũtur Deo, non angelo. Rursus, quãuis apparitiones factæ sint per angelos in ueteri lege: nobiliores tamen sunt apparitiones factæ in euangelica lege, etiam illæ in quibus missus est visibiliter spirituſsanctus in irrationalibus creaturis: quia expreſsiùs, nobilioriq; modo & magis de propinquo repræsentabant Hæc Richardus.

Idem.

Idem.

Vldaricus. ¶Concordat Vdalricus in Summa sua scribens lib. 3. De speciebus sensibilibus, in quibus Deus apparuit, dico quòd ministerio angelorum sint factę. & si fuerunt uerè corporales naturę, sicut de apparitionibus uisibilium diximus missionum, tũc peracto suo officio disparuerunt, ne naturaliter & nõ miraculosè ad solum prædictum officium crederẽtur factæ, si manerent, ut redactæ fuerunt in materiam, ex qua erant formatæ. Non enim consueuit Deus in miraculis suis nouas creare materias, sed factas, ut uoluerit transformare, ut patet in conuersione aquę in uinum, multiplicationeq; panum. Eadem ratione cum disparere facit formatum ex materia, non redegit in nihil, sed in materiam de qua fuit formatum. Hæc Vldaricus.

Ioan. 2.

Ioan. 6.

Dio. Car. ¶Cuius ultima verba, quòd scilicet Deus in suis miraculis non consueuit materias nouas creare, re citatiuè commemoro: quia & aquam copio sam toti multitudini filiorum Israel, ac iumentis eius sufficientem videtur non sine creatione nouæ materiæ produxisse de petra. Sed hoc suo loco discutiendũ seruetur. ¶ His autem quæ dicta sunt de formatione corporalium rerum, in quibus fit uisibilis missio per ministerium angelorum, concordat Aegidius, alijq; doctores communiter.

Num. 29.

¶Nunc respondendum ad tertium huius quæsiti, an scilicet res, & species illæ, in quibus usus est, & apparuit spirituſsanctus, fuerunt verè tales, quales esse uidebantur, an scilicet, fuit uera, & viua columba, verusque ignis, & linguæ, de quibus quę sitis opiniones sunt uariæ, nec uidetur inde certitudo haberi.

Albertus. ¶Ait quippe hoc loco Albertus: Columba illa species fuit columbæ, non uerum, naturaleque animal. sancti namq; affirmant, quod peracto suo obsequio in pristinam materiam sit reuersa. Si demũ quæratur, à quo illa mouebatur columba: dicendum, q̃ illud, quod mouetur à motore intrinseco, & unito, motuq; processiuo, est animal. sed ita nõ mouebatur illa columba, imo mouebatur à motore non unito, qui motor fuit uoluntas Dei, cui cuncta obediunt. Hæc Albertus.

Vldaricus ¶Verum in hac re discipulus, & imitator eius Vdalricus aliter sensisse videtur. Ait nanq; in Summa sua tertio lib. Apparitiones & missiones noui testamenti, sunt factæ in rebus habentibus ueritatem suæ naturæ, ita quòd uoces, in quibus se pater ostendit, veræ voces fuerunt: & flatus, & colũba, & ignis, in quibus spirituſsanctus est missus atque apparuit, veritatem suorum naturaliũ habuerunt. Aliter quippe nõ habuissent proprietates illas consequentes rerum illarum naturas, per quas prorierates designabatur, & mõstrabatur spirituſsanctus, & effectus ei appropriatus. Cumque ratione significationis illius hæc persona diuina magis, q̃ alia dicatur in his creaturis esse, signari, mitti & apparere

apparere sine hoc. i. sine ueritate rerũ & naturarũ illarum, non posset apparitio uel missio hæc dici huius personę, quamuis his plurimi contradicant. de filio autem non est dubium quin in ueritate humanę naturæ sit missus. Hæc Vldaricus.

Tho. aqu. ¶Atuero Thomas de hac re in diuersis locis diuersimode inuenitur sensisse. Nempe hoc loco & in prima parte Summæ tenet quòd non fuit uera columba, nec uerus ignis, sed in 3. parte Summæ suæ tenet oppositum. Scribit ergo hoc loco: Colũba illa non fuit anima uerum, sed tantum similitudo columbæ uisibiliter ostensa in aliqua materia ad hoc appropriata. nec fuit fictio ibi (aut) iudicatio aliqua: quoniam similitudo illa columbæ non ostendebat aliquam veritatem in ipsa columba, sed ad manifestandas proprietates inuisibilis missionis. ideo non fuit ibi falsitas signi, quia signatũ correspondebat signo & res similitudini: quemadmodum aliquis loquẽs per metaphoricas locutiones, non mentitur. non enim sua locutione audientes intendit ducere, in res quæ per nomina designantur, sed potius in illas res, quarum res illæ significatæ per nomina similitudinem habent Cõformiter dicendum de igne. Hæc Thomas in Scripto.

¶In prima uero parte Summæ suæ quæstione 43. consonanter his loquitur. ¶Verum in 3. parte Summæ tenet contrarium. Nam & Auguſt. in lib. de agone christiano tenet quòd columba illa fuit vera & uiua columba.

Durãdus. ¶Hinc scribit Durandus, Vtrum species illa fuerunt ueræ res an non, non potest omnino certitudinaliter sciri, cum quæstio sit de facto. si enim esset de possibilitate, esset facile respondere. Potuit namque spirituſsanctus apparere in uera columba, & item in sola specie seu similitudine columbæ, sicq; de alijs. Sed quoniam quæritur quid de facto fuerit, sufficit ad hoc dare persuasionem probabilem. Est ergo notandum, quòd aliquid potest dici non vera res, dupliciter. vno modo, quia nõ est aliquid in re extra, sed tãtum in imaginatione: alio modo, quia licet sit aliquid in re extra, non tamen est tale quale apparet Si quæstio intelligatur primo modo, dicendum quòd res illæ fuerunt veræ res extra, vt columba, & flatus. De igneis autem linguis

Auguſt. mouet 2. de Trinitate Auguſtinus dubitationem,

Actuũ 2. an solum fuerint in apparitione imaginaria, quia scriptura dicit, Apparuerunt illis dispartitæ linguæ. nec tamen determinat ibi quid sit inde tenendum, quoniam apparitio in scripturis interdum vocatur imaginaria uisio, interdum uisio rei exterius existentis. Probabiliùs tamen tenetur quòd illæ linguæ fuerunt veræ ad extra, quoniam iuxta præhabita ex hoc dicitur uisibilis missio, quoniam sit sub signo uisibili exteriori & corporali: nec imaginaria uisio sufficit ad rationem uisibilis missionis. Si autem quæstio intelligatur secundo modo, an scilicet res illæ tales fuerunt vt videbantur, an scilicet erant vera columba & uerus ignis: dicendum quòd probabiliter quibusdam uidetur, quòd erant tantum similitudines rerum extra ostensæ in materia aliqua. Missio namque uisibilis fit ad hoc, ut credatur ei cui fit missio illa, tanquam habenti ministerium doctrinæ, ac prædicationis. sed magis creditur ei ex hoc, quòd signum uisibile est similitudo quædam ostensa in materia aliqua, quàm si esset res vera qualis apparet uerbi gratia, si fuisset uera columba, quæ apparuit super Christum, quæ peracto officio auolasset, creditum fuisset, quòd forsan a casu aduenisset. Ex hoc autem quod apparuit subito, atque peracto suo officio repẽte disparuit, magis patuit esse miraculum. ideo magis decuit tales apparitiones fieri per rerũ similitudines, q̃ per res ipsas: sicut & apparitiones angelorũ sanctorum fiunt in corporibus, quę videntur esse humana, & tñ non sunt. Clarum est etiam q̃ nubes lucida non fuit talis quales cæteræ nubes, videlicet causata ex uaporibus eleuatis ex aquis, sed erat qua si quædam subita condensatio aeris cum refulgentia radiosa: sicut nec vox tunc audita fuit uox uera, utpote rei animatæ, quamuis fuerit verus sonus similis voci humanæ, ex determinata aeris percussione formatus. Ignis quoq; q̃ apparuit super apostolos, non videtur fuisse verus ignis. non enim cõbusit, nec sancti dñt eũ miraculosè impeditũ à cõbustione, sed flatus ī quo datus est spirituſsanctus, uerus extitit flatus. Porro alijs apparet q̃ columba illa fuit uera colũba, quod expreſsè tenet Auguſt. in lib. de agone christiano, & etiã frater Thomas in 3. parte 39. qõ. quamuis in Scripto primi teneat id quod dictum est priùs. Hæc Durandus.

Lucæ 3.

Actuũ 2.

Aegidius. ¶Demum Aegidius. Secundum diuersas, inquit, spirituſsancti missiones diuersimodè est loquendũ de speciebus in quibus apparuit spirituſsanctus, an fuerint corporales an imaginariæ tantum. Siquidẽ de columba planũ est, q̃ corporali apparuit specie: quoniam scriptum est columbam illam descẽdisse corporali specie. Sed prout apparuit in linguis igneis dispartitis, magis consonum textui videtur, uisionem illam factam secundum imaginarias species: quia non legitur, quòd uiderunt huiusmodi linguas, sed q̃ apparuerunt eis, uel secundum aliam translationem uisæ sunt illis linguæ, sic namq; consueuimus loqui, cum secundum imaginationem aliqua uidimus. Sicq; esset dicẽdum, linguas illas fuisse solum in imaginatione secundum phantasticum organum. Hæc Aegidius.

Dionysius ¶Verum ut modo probatum est, veriùs est censendum quòd linguæ illæ verè corporaliter forinsecus videbantur. & hoc credi necessarium reor, si ritè pensetur scriptura, quę ait verisimè, q̃ sedit su

Actuũ 2. pra singulos eorum. i. ipse spirituſsanctus in illis linguis sedet super discipulos, & cæteros inibi cõgregatos, vt per ipsam exteriorem sesionem ostenderetur in eorundem quieſcere cordibus, quemadmodum in Euangelio recitatur spirituſsanctus corporali specie sicut columba descendisse super

Lucæ 3. Christum, atq; mãsisse sup ipsum. Dictum est quoq; q̃ missio visibilis fit ad ostendendum alijs exhubẽrem gratiã esse in his, ad quos sit missio ipsa. hoc aũt exteriori sensibili signo aptiùs demonstratur. Sed & Gregorius ait in homilia, quod foris apparentibus igneis linguis, intus facta sunt corda flam

Grægori⁹. mantia. Itẽ Hieronymus super Matthæum affirmat

Hieron. simpliciter ignem super credentes sedisse.

Richard. ¶Hinc Richardus: Quælibet, ait, species in qua refert scriptura spiritum sanctum esse missum, verè fuit res corporalis, quæ sensu particulari potuit apprehendi. Hæc Ricardus. Qui tamen tenet, q̃ colũba illa & ignis, non erant veram & specificam columbæ ac ignis naturam habentes.

Dionysius ¶Præterea ómnibus his pro posse attentis, veriùs reor quòd erant uerè, atque vniuocè columlumba & ignis, flatus, ac nubes: tum propter auctoritatem Auguſtini id apertè in sinuantis, tum propter rationes, quas ad hoc Auguſtinus inducit, & quas Thomas in 3. parte Summæ tangit, ac sequitur, sicut nunc pandam: tum, quia per ueram columbam, uerum q; ignẽ proprietate, virtutes &

actiones adorandi spiritussancti, multo conueniẽtiùs ac uerius designantur, q̃ similitudines eorundem, quemadmodum proprietates Christi fideliũ multo aptiùs ueriùsq; notantur ꝓ ueras oues & agnos, q̃ per solas ipsorum similitudines seu picturas. Imo similitudines rerum directè & immediatè non designant nisi res ipsas. quarum sunt similitudines. Cum ergo in illis speciebus & rebus missus sit spiritussanctus, quæ ꝓprietates, virtutes & actus ipsius euidentiùs signant, patet ni fallor, quod uera & uiua fuit illa columba supernaturaliter facta. Ad cuius corpus formandum ministerium exhibuit angelus, animam uero uero eius non vī in instanti potuisse educere, neq; creare. an vero in tempore perbreui per applicationem actiuorum & passiuorum, disputantibus derelinquo. Verum diuina omnipotente uirtute celerrimè fieri quit, qđ ꝓ naturales causas fit successiuè.

¶Argumentorum hinc inde factorum solutio patet ex dictis. Atq; ad primum in principio motum, dicendum, quòd dignitas rerum creatarum nil facit ad hoc, ut in ea diuina persona mittatur, sed aptitudo designandi proprietates, uirtutes, & actus personæ quę mittitur: ideo quamuis spiritussanctus filio sit prorsus æqualis, non tamen derogat excellentiæ eius, ꝙ in vilioribus apparuit, ac missus est creaturis, quàm filius.

Tho. aqu. ¶Nunc ponenda sunt verba Thomæ in 3. parte Summæ suæ conscripta, quo ait: Non decebat ut filius dei qui est veritas patris, aliqua deceptione aut erroris occasione uteretur. propter quod non Ioan. 16. phantasticum, sed uerum corpus assumpsit. & quia spiritussanctus dicitur spiritus ueritatis, etiam ipse ueram columbam formauit, in qua appareret, quãuis non assumpserit eam in unitatem personæ. Vn- August. de in lib. de agone christiano asserit Augustinus: Neque hoc ita dicimus, ut dominum nostrum Iesum Christum dicamus solum uerum corpus habuisse, spiritumsanctum uero fallaciter apparuisse oculis hominũ, sed ambo corpora illa credimus esse uera. Quibus uerbis subiungit: Sicut non oportebat ut homines falleret filius Dei, sic ét non oportebat ut eos falleret spiritussanctus: sed omnipoten ti Deo qui naturã vniuersam fabricauit, nõ fuit difficilè ex nihilo verũ corpus colũbæ sine aliarũ misterio colũbarũ figurare: sicut nec fuit ei difficile, uerũ corpus in utero Marię sine semine formare cũ creatura corporea & in uisceribus virginis ad formandũ hoiem, atq; in mũdo ad formãdũ colũbã imperio, ac uolũtati Dei seruiret. Hæc Thomas.

Richard. ¶Præterea circa hæc querit Richardus: An Christus secundum statum passibilem fuit angelis minor. Et respondet, quòd quantum ad gratiam & gloriam, fuit maior: quantum uero ad animam, non fuit ſm quosdam angelis minor: quia secundum glossam ad Hebræos secundo, Minor fuit angelis corpore & non mente. Veruntamen quia natura angelica simpliciter nobilior est quàm humana, ut sancti testantur, ideo alijs uidetur, quòd quãtum ad naturalia, fuit anima Christi inferior angelis & minor natura angelica: porro quo ad gratiã unionis, fuit simpliciter maior: sed quo ad naturam passibilis corporis, fuit angelis minor, quemadmodum scriptum est: Minuisti enim paulo minus ab Psalm. 8. angelis. Et recte ait, paulominus: quoniam status passibilitatis in statum glorię & immortalitatis fuit paulo post conuertendus. Hæc Richardus. ¶Bona- Bonauẽt. uent. uero ait, ꝙ Chr̃us quãtum ad naturam mentis non fuit saltem minor angelis. Quod accipi potest de mente animæ Christi non secundum pura naturalia sed per ordinem ad gratuita & ad finem. Dionysius. Aegidius. Ideo ait Aegidius: Anima Christi considerata secũdum suam naturam absq; superadditis gratiæ donis, fuit inferior quolibet angelo. ¶Petrus uero breuiter ait quòd Christus inquantũ viator, fuit quodammodo & secundum quid angelis minor: maior uero eisdem, ut comprehensor. Petrus. Aegidius.

¶Circa hæc querit Aegidius, Vtrum spiritussanctus ratione suæ uisibilis missionis sit minor patre. Ad quod respondet: Hanc quæstionem diligenter pertractat Augu. primo de Trinitate ostendens spiritumsanctum non esse dicendum minorem patre ratione uisibilis missionis aut apparitionis, secundum quod filius dicitur minor. Quo circa sciẽdum ꝙ nunquam fit communicatio idiomatum nisi rõne unitatis suppositi, quoniam nisi musica, & ars ædificatoria in eodem essent suppositi, ea, quæ competunt homini ratione musicæ, non conuenirent ædificatori: non tũ cum reduplicatione fit cõmunicatio illa. non. n. musicus edificat inquantum musicus, nec ædificator canit inquãtum ędificator. Ita æqualitas ad patrem competit filio, atq; spiritui sancto ratione increatæ naturæ, veræq; deitatis, minoritas uero competit filio rõne naturæ assumptæ: ideo nisi in eodem suppositi esseht natura creata & increata, non posset eadem persona dici maior & minor patre. Quoniam ergo spiritussanctus nequaquam in unitatem personæ uniuit sibi columbam, aut aliam quamcunque speciem, in qua missus est & apparuit, idcirco secundum nullam illarum est minor patre, nec aliqua specierum illarum propriè prædicatur de eo. ¶Et si obijciatur quòd ait Remigius, quidam dicunt stellam, quæ Christo nato apparuit, fuisse spiritumsanctum: dicendum Remigius. Matth. 2. quòd duplex est prædicatio, puta formalis seu ꝓ identitatem, & causalis: sicut odor dicitur fumalis euaporatio seu repræsentatiua, quemadmodum statua Herculis dicitur Hercules. sicq; spiritussanctus vocatur columba seu stella, quæ est effectus & signum spiritussancti. Hæc Aegidius.

¶Quæritur an uerum sit, quod ait Hilarius, Pater est maior filio ratione autoritatis, nec tamen filius minor est patre Videtur ꝙ non, quia maior & minor relatiuè dicuntur adinuicem. Quæstio. Hilarius.

¶Ad hoc Thomas respondet: Dans & recipiẽs, comparantur adinuicem dupliciter. Primo, quantum ad datum. & sic pater non est filio maior, nec filius patre minor. quia totam suam essentiam pater communicat filio. Secundo, quantum ad rationem dandi seu donationis sicq; dans inquantum det, quandam habet dignitatem: recipiens uero nullam habet imperfectionem ex eo, quod recipit, nisi imperfectè accipiat. sicq; patri conuenit dignitas quędam, non tamen minoratio, indignitas aut minoritas filio: quia non imperfectè, sed perfectissimè accipit quicquid est patris. Sicq; quod dicitur maior, potius sonat dignitatis perfectionem, q̃ magnitudinis comparationem. Quamuis ergo sancti attribuant patri auctoritatem, non tamen propriè attribuitur subautoritas filio, sed per abusum loquentium est præsumptum. Et hoc sonant verba Hilarij sancti, dicentis: Maior est donans, sed non est minor, cui unũ & idem esse donatur. Hæc Thomas. Concordat Albertus. Pater qũo dicit filio maior.

¶Porro Bonauentura hic addit: Nihil impedit quare filius nõ dicat minor patre rõe subauctoritatis, sicut pater maior filio rõne auctoritatis, nisi qm̃ noĩa indignitatis nõ debẽt in diuinis trahi ad vsũ: Bonauẽt.

vel

vel quoniam S. Doctores quantum valent, elongant se ab hæreticorum fallacia. ideo cum dixisset Hilarius patrem maiorem, noluit, quòd filius diceretur minor, ne videretur illa maioritas non tantum auctoritatis, sed etiam inæqualitatis. Et quamuis Hilarius posuit in patre auctoritatem, non tamen legitur in filio posuisse subauctoritatem, sed verbũ illud à magistris est additum. Hæc Bonauẽt. Hilarius. Hæretico rũ ne verbis quidẽ vtendum. Arrianorũ perfidia.

Aegidius. ¶Aegidius verò prætactã Thomæ respõsionem nititur improbare, sed ineptè. Tamen qđ assignat Aegidius pro causa, cur pater dicatur filio maior, non tamen filius patre minor, non videtur irrationabiliter dictum. siquidẽ dicit patrem esse maiorẽ, qm̃ competit ei esse totius deitatis principium. qđ qualiter intelligendũ sit, infra habebitur: Filium vero non esse pr̃e minorem, quia non esse totius deitatis principium, non est in filio indignitas, sed ꝓprietas, quia à patre. Veruntamen absolutè loquẽdo, verba illa Hilarij non videntur bene sonare: qa cum hæreticis non debemus communicare in verbis, quantum poterit euitari. Arriani autem reprobi, ac perfidi dixerunt patrem filio esse maiorem. Ideo rectè ait Richardus: Hilarius sumit maioritatem impropriè. ideo sermo ille non est extendendus, nec proferendus, nisi cum sana determinatione. sumit nãq; maioritatem, non prout notat inæqualitatem, sed prout dicit relationẽ principij ad id cuius est principium. Richard.

De missione spiritussancti, qua inuisibiliter mittitur. Distinctio XVII.

IAm nunc accedamus ad signandam missionem spiritussancti, qua inuisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse spiritussanctus, qui Deus est, ac tertia in Trinitate persona, vt supra ostensum est, à patre, & filio, ac seipso temporaliter procedit, ideſt, mittitur, ac donatur fidelibus: sed quæ sit ista missio, siue donatio, vel quomodo fiat, considerandum est.

Præmittitur quiddam ad hanc ostensionem necessarium, scilicet, quòd spiritussanctus est charitas, qua diligimus Deum, & proximum.

Hoc autem, vt intelligibilius doceri, ac plenius perspici valeat, præmittendum est quiddam ad hoc valde necessarium. Dictum quidem est supra, & sacris auctoritatibus ostensum, quòd spiritussanctus amor est patris, & filij, quo scinuicem amant, & nos. His autem addẽdum est * quòd ipse idem spiritussanctus est amor siue charitas, qua nos diligimus Deum, & proximum: quæ charitas cum ita est in nobis, vt nos faciat diligere Deum, & proximum, tunc spiritussanctus dicitur mitti, vel dari nobis: & qui diligit ipsam dilectionem, qua diligit proximum, in eo ipso Deũ diligit: quia ipsa dilectio Deus est, ideſt spiritussanctus. Hic magister nõ tenetur cõiter. 1. Ioan. 4 b

Auctoritatibus ita esse confirmat.

Ne autem in re tãta aliquid de nostro influere videamur, sacris auctoritatibus, quod dictum est, corroboremus. De hoc Aug. in octauo lib. de Trin. ait: Qui proximum diligit, consequens est, vt ipsam præcipuè dilectionem diligat. Deus autẽ dilectio est: consequens ergo est, vt præcipuè Deum diligat. Item in eodem: Deus dilectio est, vt ait Iohannes Apostolus. Vt quid ergo imus, & currimus in sublimia cœlorum, & ima terrarum, quærentes eũ, qui est apud nos, si nos apud eum esse velimus; Nemo dicat, non noui quid diligam: diligat fratrem, & diligat eandem dilectionem. Magis. n. nouit dilectionem, qua diligit, q̃ fratrem, quem diligit. Ecce iã potes notiorem Deum habere, q̃ fratrem. Planè notiorem, qa præsentiorem, quia interiorem, qa certiorem. Amplectere dilectionem * Dei, & dilectione amplectere Deum. Ipsa est dilectio, quæ omnes bonos Angelos, & omnes Dei seruos consociat vinculo sanctitatis. Quanto ergo * sanctiores sumus à tumore superbiæ, tãto sumus dilectione pleniores. Et quo nisi Deo plenus est, q̃ plenus est dilectione. His verbis satis ostendit Aug. quòd dilectio ipsa, qua diligimus Deũ, vel proximũ, Deus est. Sed adhuc apertiùs in eodem lib. subdit, dicens: Dilectionem, quã commendat Iohannes Apostolus, attendamus. Qui diligit, inq̃t, fratrem, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Manifestũ est, quòd iustitiæ perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nã in quo scandalum non est, vtiq; pfectus est. Et tamen videtur dilectionem Dei tacuisse: qđ nunquàm faceret, nisi, quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum. Apertissimè. n. in eadem Epistola paulò post ait: Ita dilectissimi diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo est: & omnis, qui diligit, ex Deo natus est: & cognouit Deum. Qui non diligit, non cognouit Deum: quia Deus dilectio est. Ista contextio satis apertè declarat, eandem ipsam fraternam dilectionẽ (nã fraterna dilectio est, qua diligimus inuicem) non solum ex Deo, sed ẽt Deum esse, tanta auctoritate prædicari, s. Iohãnis. Cũ ergo ex dilectione diligimus fratrẽ, de Deo diligimus fratrem. Nec fieri põt, vt eandem dilectionẽ non præcipuè diligamus, qua fratrẽ diligimus, qm̃ Deus dilectio est. Item q̃ non diligit fratrẽ, non est in dilectione: & q̃ non est in dilectione, non est in Deo, qa Deus dilectio est. Ecce apertè dicit fraternã dilectionẽ Deũ esse. Aug. c. 7. b. Aug. li. 8. de Tri. c. 8. * Deum. * Saniores & inaniores Augu. vbi supra. Idẽ vbi supra. 1. Ioã. 2. b. 1. Ioan. 4 b.

D

Quòd fraterna dilectio cum sit Deus, non est pater, vel filius, sed Spiritussanctus.

Cum autem fraterna dilectio sit Deus, nec pater est, nec filius, sed tantum spiritussanctus: qui propriè in Trinitate dilectio, vel charitas dicitur. Vnde Augu. in decimoquinto lib. de Trin. Si in donis Dei nihil est maius charitate, & nullum est maius donum, Dei, quàm spiritussanctus, quid consequentiùs est, quàm, vt ipse sit charitas, quæ dicitur, & Deus, & ex Deo? Ita enim ait Iohan. Dilectio ex Deo est. Et paulò post, Deus dilectio est. Vbi manifestat eam se dilectionem dixisse Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Item in eodē: Iohannes volens de hac re apertiùs loqui, In hoc, inquit, cognouimus, quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaq; sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis. Hoc autem facit dilectio. Ipse est ergo Deus dilectio. Ipse igitur significatur vbi legitur, Deus dilectio est. Ex his ergo apparet, quòd spiritussanctus charitas est.

Aug. c. 18.
1. Ioā. 4. b
Ibidem c
Aug. c. 17.
1. Ioā. 4. c.

E

Quòd non est dictum per causam illud, Deus charitas est: sicut illud, tu es patientia mea, & spes mea.

Sed ne fortè aliquis dicat illud esse dictū per expressionem causæ, Deus charitas est, scilicet, quòd charitas sit ex Deo, & non sit ipse Deus: sicut dr̄, Deus nostra patiētia est, & spes, nō quòd ipse sit ista, sed, quia ista ex eo sunt: occurrit Augustinus, ostendens hoc non esse dictum per causam sicut illa, in decimoquinto libro de Trin. ita dicens: Non dicturi sumus charitatem non propterea esse dictam Deum, quòd ipsa charitas sit vlla substantia, quæ Dei digna sit nomine, sed quòd donum sit Dei, sicut dictum est de Deo, Tu es patientia mea. Non vtique ideo dictum est, Tu es patientia mea: quòd Dei substantia est nostra patientia, sed, quia ab ipso nobis est. Vnde alibi: Ab ipso est patientia mea. Hunc enim sensum facilè refellit scripturarum ipsa locutio. Tale enim est, Tu es patientia mea: quale est, Domine spes mea: &, Deus meus misericordia mea, & multa similia. Non est autē dictum, Domine charitas mea: aut, Tu es charitas mea: aut, Deus charitas mea: sed ita dictū est, Deus charitas est: sicut dictum est, Deus spiritus est. Hoc, qui non discernit, intellectum à Domino, non expositionē quærat à nobis. Non enim apertiùs quicquàm possumus dicere. Deus ergo charitas est. Ex prędictis clarescit, quòd spiritussanctus charitas est, qua diligimus Deum, & proximum. vnde faciliùs est nobis ostendere, quomodo spiritussanctus mittatur siue detur nobis.

1. Ioan. 4.
Psal. 70.
Aug. c. 17. c
Psal. 70. a
Psal. 61. b
Psal. 70.
Psal. 90.
Psal. 58.
1. Ioā. 4. b
Ioan. 4. d

F

Quomodo spiritussanctus mittatur, vel detur nobis.

Tunc enim mitti, vel dari dicitur, cum ita in nobis est, vt faciat nos diligere Deum, & proximum: per quod manemus in Deo, & Deus in nobis. vnde Augu. hunc missionis modum insinuans in decimoquinto libro de Trin. ait: Deus spiritussanctus, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum, & proximum, & ipse dilectio est]. Non enim habet homo vnde diligat Deum, nisi ex Deo. Ecce quomodo datur, vel mittitur nobis spiritussanctus, secundum quòd dicitur, datum siue donum. Quod donum commendat Augu. explanans apertiùs quomodo detur, in eodem libro: Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris (vt ait Apostolus) per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nullum est isto dono Dei excellētius. Solum est, quòd diuidit inter filios regni, & filios perditionis. Dantur, & alia per spiritum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impartiatur cuiq; spiritussanctus, vt eum Dei, & proximum faciat amatorem, à sinistra non transfertur ad dexteram. Ne que spiritussanctus propriè dicitur donum, nisi propter dilectionem: quam qui non habuerit: & si loquatur omnibus linguis, & habuerit Prophetiam, & omnem sciētiam, & omnem fidem, & distribuerit omnem substantiam suam, & tradiderit corpus suū ita, vt ardeat, non ei prodest. Quantum ergo bonum est, sine quo ad æternam vitam neminem tanta bona perducunt? Ipsa verò dilectio, vel charitas (nam vnius rei nomen est vtrunq;) perducit ad regnum. Dilectio ergo, quæ Deus est, & propriè ex Deo est, spiritussanctus est: per quem diffunditur in cordibus nostris Deus charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas. Quocirca rectissimè spiritussanctus cum sit Deus, vocaē etiam donum Dei. Quod donum propriè quid nisi charitas intelligendum est, quæ perducit ad Deum, & sine qua quodlibet aliud Dei donum non perducit ad Deum? Ecce hic aperitur, quòd supra dictum erat, scilicet quòd charitas sit spiritussanctus, & donū excellentiùs: & quomodo hoc donum. i. spiritussanctus, detur nobis, s. cum ita impartitur alicui, ideſt ita habet esse in aliquo, vt cum faciat Dei, & proximi amatorem. Quod cum facit tunc dari dicitur, siue mitti alicui, & tunc ille dicitur propriè habere spiritumsanctum.

Aug c 7. f

Ibidē vbi supr. c. 17. & 18 Roma 5.
Quomodo spiritussāctus detur
1. Cor. 13. a

Prædictæ auctoritatis quædā sūmaria.

Virum

G

Vtrum concedendum sit, quòd spiritussanctus augeatur in homine, vel magis, vel minùs habeatur, vel detur.

Hic quæritur, si charitas spiritussanctus est, cum ipsa augeatur, & minuatur in homine, & magis, & minùs per diuersa tempora habeatur: vtrum concedendum sit, quòd spiritussanctus augeatur, vel minuatur in homine, & magis, & minùs habeatur. Si enim in homine augetur, & magis, vel minùs datur, & habetur: mutabilis esse videtur, Deus autem omnino immutabilis est. Videtur ergo, quòd vel spiritussanctus non sit charitas, vel charitas non augeatur, vel minuatur in homine. Item charitas, & non habenti datur, vt habeat: & habenti, vt pleniùs habeat. Si ergo spiritussanctus charitas est, & non habenti datur, vt habeat, & habēti, vt pleniùs habeat. Sed quomodo datur non habenti, cum ipse, vt Deus, sit vbiq;, & in omnibus creaturis totus? & quomodo pleniùs datur, vel habetur sine sui mutatione?

H

Responsio ad primam quæstionem.

His itaque respondemus, dicentes, quòd spiritussanctus siue charitas penitùs immutabilis est, nec in se augetur, vel minuitur, nec in se recipit magis, vel minùs: sed in homine, vel potiùs homini augetur, & minuitur, & magis, vel minùs datur, vel habetur: sicut Deus dicitur magnificari, & exaltari in nobis, qui tamen in se, nec magnificatur, nec exaltatur. Vnde Propheta: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Super quem locum ait auctoritas: Deus non in se, sed in corde hominis grandescit. Sic ergo spiritussanctus homini datur, & datus ampliùs datur, ideſt, augetur, & magis, & minùs habetur, & tamen immutabilis existit.

Dubij resolutio.
Psal. 63.

I

Responsio ad secundum.

Cumq; vbique sit, & in omni creatura totus, sunt tamen multi, qui eum non habēt. Non enim omnes spiritumsanctum habent, in quibus est: alioquin, & irrationales creaturæ haberent spiritumsanctum, quòd fidei pietas non admittit.

K

Auctoritate confirmat vtranque responsionem.

Vt aūt certiùs fiat, quòd diximus, auctoritate cōfirmamus. Quod spiritussanctus magis, ac minùs percipiatur, & homini augeatur, & non habenti detur, & habenti, vt plùs habeatur, Augustinus ostendit, super Iohan. dicens: Sine spiritusancto constat nos Christum non diligere, & eius mandata seruare non posse: & id nos posse, atque agere tanto minùs, quanto illum percipimus minùs: tanto verò ampliùs, quanto illum percipimus ampliùs. Ideoq; non solū non habenti, verumetiā habenti non incassum promittitur. Non habenti quidē, vt habeatur: habenti aūt, vt ampliùs habeatur. Nā si ab alio minùs, & ab alio ampliùs non haberetur, S. Eliseus S. Eliæ non diceret: Spiritus, qui est in te, duplo sit in me. Christo autem, qui est Dei filius, non ad mensuram datus est spiritus. Neq; enim sine gratia spiritussancti est mediator Dei, & hominū homo Christus. Qđ enim est vnigenitus Dei filius, æqualis patri: non est gratiæ, sed naturæ. Quod autem in vnitatem personæ vnigeniti assumptus est homo, gratiæ est, non naturæ. Cæteris autem ad mensuram datur, & datus additur, donec vnicuiq; pro modo suæ perfectionis propria mensura compleatur. Ecce, expresè habes, quòd spiritussanctus magis, & minùs datur, vel accipitur, & homini datus augetur, & habenti, & non habenti datur: quia spiritussanctus est charitas, quæ non habenti datur, & in habente augetur, & proficit. Imò, vt veriùs, & magis propriè loquar, homo in ea proficit, & deficit aliquando: & tunc ipsa dicitur proficere, vel deficere, quæ tamen, nec proficit, nec deficit in se, quia Deus est. Vnde Augustinus in homilia 9. super Epistolam Iohannis ait: Probet se quisq; quātum in illo profecerit charitas, vel potiùs quantum ipse in charitate profecerit. Nam si charitas Deus est, nec deficit, nec proficit. Sic ergo in te proficere dicitur charitas, quia tu in ea proficis. Ecce quomodo intelligendum sit, cum dicitur spiritussanctus augeri in nobis, quia nos in eo, scilicet proficimus. sic, & alia huiusmodi.

Conclusio prædictorum.
Aug. trac. 74.
4. Reg. 2.
Ioan. 3. d
1. Tim. 2.
Aug. tract. 9. in Epistolam Iohannis.

L

Quòd aliqui dicunt spiritumsanctum non esse charitatem, qua diligimus Deum, & proximum.

Supra dictum est, quòd spiritussanctus charitas est pr̄is, & filij, qua se inuicē diligunt, & nos: & ipse idem est charitas, quæ diffunditur in cordibus nostris, ad diligendū Deū, & proximū. Horum alterū omnes Catholici concedūt, s. quòd spiritussanctus sit charitas pr̄is, & filij. Quod aūt ipse idem sit charitas, qua diligimus Deū, & proximum, à plerisq; negatur. Dicūt enim: Si spiritussanctus charitas est pr̄is, & filij, & nostra, eadem ergo

Rom. 5. a

go charitas est,qua Deus diligit nos,& qua nos diligimus eum.Hoc aũt sanctorũ auctoritates negare videntur.Dicit enim Aug.in lib.de spiritu,& litera:Vnde est dilectio,nisi vnde,& ipsa fides,idest à spiritusancto? Non esset enim in nobis,nisi diffunderet in cordibus nostris per spiritum . Charitas aũt Dei dicta est diffundi in cordibus * nostris,non qua nos ipse diligit,sed qua nos facit dilectores suos . Sicut iustitia Dei dicitur,qua nos iusti eius munere efficimur:& Domini salus,qua nos saluat : & fides Christi, qua nos fideles facit.His verbis videtur monstrari distinctio inter charitatem,qua nos Deus diligit,& qua nos diligimus . Et sicut iustitia nostra dicitur Dei,non quòd ipse sit ea iustus, sed quia ea nos iustos facit,similiter,& fides, & salus:sic videtur dicta Dei charitas, quæ est in nobis,non quòd ipse ea diligat,sed qa ea nos diligere facit.De hoc etiã idem Augustin.in 15. de Trin.ait:Cum Iohannes commemorasset Dei dilectionem, non qua nos eum,sed qua ipse dilexit nos,& misit filium suũ liberatorem pro peccatis nostris.Ecce, & hic videt manifestè diuidere dilectionem , qua nos diligimus Deum , ab ea, qua ipse diligit nos.Si ergo,inquiunt,spiritussanctus dilectio est,qua Deus nos diligit,& qua nos diligimus: duplex dilectio est,imò duo diuersa est,quod absurdum,& à veritate longè est. Non est ergo dilectio, qua diligimus,sed qua Deus tantum diligit nos.

Augu. ca. 32 c Roma.5.

* nostris p spiritum sanctum,

Augustin. c. 17. f 1. Ioan. 4.

M

Responsio ad prædicta,determinans auctoritates.

His respondemus,prædictarum auctoritatum verba determinantes hoc modo: Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris,non qua ipse nos diligit,sed qua nos diligere facit &c.His verbis non diuidit,nec * diuisa ostenditur charitas,qua Deus nos diligit,ab ea,qua nos diligimus:sed potiùs,cum sit vna,& eadem charitas,& dicat ipsa Dei charitas, & diuersis de causis, & rationibus Dei charitas appellari in scriptura ostendit. Dicitur.n.Dei charitas,vel,quia Deus ea diligit nos,vel quia nos ea sui dilectores facit.

Rom.5.

* diuersa

N

Determinatio primæ auctoritatis.

Cum ergo ab Apostolo dicitur charitas Dei diffundi in cordibus nostris, non est dicta charitas Dei,qua diligit nos,sed qua facit nos diligere:idest,non ibi appellatur charitas Dei eo, quòd Deus nos ea diligit,sed eo, quòd nos ea sui dilectores facit . Et quòd ea ratione possit dici charitas Dei,quia nos ea diligere facit,ex simili genere locutionis ostendit: sicut dicitur iustitia Dei,qua nos iustificat : & Domini salus,qua nos saluat: & fides Christi, qua nos fideles facit.

Rom.5.a

O

Determinatio secundæ.

Similiter,& aliam exponimus auctoritatem,vbi ait dilectionem Dei commemorari:non qua nos eũ,sed qua ipse dilexit nos:ac si diceret,commemorat dilectionem Dei non secundum quod ea nos diligimus Deum, sed secundum, quod ipse ea diligit nos.

P

Aliud obijciunt.

Sed aliud est,inquiunt, quod magis vrget. Dixit enim supra Augu. quòd dilectio est à spiritusancto,à quo fides.Sicut ergo fides non est spiritussanctus,à quo est,ita nec charitas.Quomodo ergo spiritussanctus est,si ab ipso est? Nam si ab ipso est,& ipse est,ergo spiritussanctus à seipso est . Ad quòd dicimus: Spiritussanctus quidem à seipso non est, sed tamen à seipso datur nobis,vt supra dictum est.Dat enim seipsum nobis spiritussanctus.Et ex hoc sensu dictum est,quòd charitas ab ipso est in nobis,& tamen ipsa spiritussanctus est.Fides autem est à spiritusancto,& non est spiritussanctus:quia donum,vel datum solummodo est,non Deus dans.

Obiectio. Augustt de spiritu, & litera c.32

Respõsio.

Quòd alias inducunt rationes, & auctoritates adidem probandum.

Q Alias quoque inducunt rationes ad idem ostendendum, scilicet, quòd charitas non sit spiritussanctus: qa charitas affectio mentis est, & motus animi, spiritussanctus verò non est affectio animi,vel motus mentis: quia spiritussanctus immutabilis est,& increatus,non est ergo charitas .

Quòd charitas est motus, vel affectio animi.

R Quòd autem charitas sit affectio animi,& motus mentis,auctoritatibus confirmãt. Dicit enim Augustinus in tertio libro de doctrina Christiana : Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se, ac proximo propter Deum . Idem in libro de moribus Ecclesiæ Catholicæ, tractans illud verbum Apostoli , Nec mors, nec vita poterit nos separare à charitate Dei: Charitas Dei,inquit,dicta est virtus,quæ animi nostri rectissima affectio est, quæ coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur, quòd charitas est affectio, & motus animi, ac per hoc non videtur esse spiritussanctus.

Aug.c.16.

Roma.8.g Aug.c.11.

Respon-

S

Responsio determinans auctoritates.

Ad quod dicimus,hoc ita dictum esse,sicut dicitur , Deus est spes nostra & patientia nostra,quia facit nos sperare & pati : ita charitas dicitur esse motus siue affectio animi, quia per eam mouetur & afficitur animus ad diligendũ Deũ. Nõ autem mireris, si charitas cum sit spũssanctus,dicatur motus mentis,cũ etiã in lib.Sapientiæ dicatur de spiritu sapientiæ:Qui attingit a fine vsq; ad finem,qui est actus mobilis,certus,incoinquinatus.Quod non ideo dr, quòd sapientia sit mobile aliqd uel actus aliqs;sed qa sui immobilitate oĩa attingit,non locali motu,sed vbiq; semper sit,& nusquã inclusa teneatur.Sic ergo charitas dr motus animi , non quòd ipsa sit motus uel affectio vel virtus animi:sed qa p eã quasi esset virtus,afficitur mens & mouetur . Sed si charitas spũssanctus est,q opatur in singulis put vult , cum p eum mens hominis afficiatur & moueatur ad credendum,vel sperandum,& huiusmodi,sicut ad diligendum:quare non sic dr charitas motus affectio mentis ad credendum vel sperãdum,sicut ad diligendum? Ad quod sane dici potest,qa alios actus,atq; motus virtutũ operatur charitas, id est , spiritussanctus mediantibus virtutibus,quarũ actus sunt : utpote actum fieri.i.credere fide media,& actum spei.i.sperare,media spe.Per fidem.n.& spem prędictos operatur actus. Diligendi vero actum per se tm̃,sine alicuius virtutis medio operatur.i.diligere.Aliter ergo hunc actũ opatur,q̃ alios virtutũ actus. Ideoq; differenter de hoc & de alijs loqtur scriptura,quæ istum spãliter charitati tribuit.Est ergo charitas verè spũssanctus. Vnde Aug præmissum uerbum Apostoli tractans in eod.lib.charitatẽ dicit esse bonum quo nil melius:& per hoc ipsam esse Deũ significat,dicens:Si nulla res ab eius charitate nos separat,qd esse non solum melius,sed etiã certius hoc bono potest? Ecce dicit,qa charitate nihil melius est. Charitas ergo spiritussanctus est,qui Deus, & donum Dei siue datum:qui diuidit singulis fidelibus dona,nec ipse diuiditur sed indiuisus singulis datur . Vnde Augustt.ubi Ioannes dicit non ad mensuram Christo dari spiritum , ait : Cæteris vero diuiditur,non quidem ipse spiritus,sed dona eius.

Sap 8 a

Sap 7.c

Obiectio.

Rñsio.

Rom 8 g Augustt de moribus eccleſiæ. cap.11. 1.Cor 12.a Ioan.3.

T

An concedendum sit,quòd per donum dentur dona.

Hic quæritur,cum spiritussanctus,per quem diuiduntur dona,ipse sit donum:vtrum concedendum sit,quòd per donum diuidantur,ac dentur dona. Ad quod dicimus,qa per donum,quod est spiritussanctus , singulis propria diuiduntur , & ipsum communiter omnes boni habent.Vnde Aug.in decimoquinto lib.de Tri.ait:Per donum , quod est spiritussanctus,in commune omnibus membris Christi multa dona , quæ sunt quibusq; propria,diuiduntur. Non enim singuli quique habent omnia,sed hi illa,alij alia: quãuis ipsum donum,a quo cuiq; propria diuiduntur, omnes habeant.i.spiritumsanctum. Ecce apertè dicit per donum dona donari .

1.Cor.12.

Aug.c 19.

Philip. 1.

Summa di stinct. 18.

HIC tractatur de inuisibili missione spiritussancti. & circa hæc mouet quæstionem difficilem,an scilicet spiritussanctus sit charitas,qua Deum,proximumque diligimus . & arguit pro parte vtraque, atque quòd sibi uerius esse videtur. determinat ac soluit instãtias. Insuper circa hanc principalem quæstionem mouet & dubia alia,qualiter,scilicet charitas dicitur in nobis augeri & minui, si ipsa est spiritussanctus , quem constat inuariabilem esse.

QVAESTIO I.

Arguitur 1. contra veritatem

Augustt.

CIrca hæc quæritur primo, *an charitas qua rationalis seu intellectualis creatura diligit Deũ, & cætera,quæ ex charitate sunt diligenda , sit virtus creata , inhærens formaliter, uel ipsemet spiritussanctus* . ¶Et videtur quòd sit ipsemet spiritussanctus, primo authoritate Magistri . & si dicatur quòd ipse fuit illius opinionis Augustini in litera, quæ uidentur id euidenter prætendere.

2

¶Secundo sic , agens sine medio , utpote immediatè per se, operatur pefectiùs, quàm agens per aliud : quia quod est per se, est prius ac dignius eo quod est per aliud , sed Spiritussanctus operatur in nobis velle, atque perficere in meritorijs actibus, vt ad Philipenses dicitur . cum ergo ipse sit perfectissimè agens , videtur, quòd immediatè per se, non per intermedium habitum seu per habitualem charitatem creatam moueat mentes creatas ad meritorios actus.

3

¶Tertiò, Deus immediatè per se est causa & conditor ipsius esse naturæ , ergo & ipsius esse gratiæ & supernaturalis , ac meritorij actus .

4

¶Quartò,sicut anima est uita corporis,sic Deus vita est animæ , ut asserit Augustinus : sed anima immediatè per se viuificat corpus , ergo & animam spiritussanctus.

5

¶Quintò , actus charitatis sunt excellentiæ tantæ , quòd non videntur posse conuenire puræ alicui creaturæ , videlicet Deo immediate unire, facere dignum uita æterna , iustificare , saluare,mentem creatam reddere Deo acceptam,& Dei sponsam , amicam, & filiam . nec sine charitate aliqua res creata est Deo accepta,sicque charitas videtur omni mente creata angelica esse præstãtior, Deoq; charior,iuxta illud:Propter quod vnumquodque tale , & illud magis . Omnis quoque forma creata est de se uanitas , quod (ut apparet) charitati non conuenit . ¶Præterea non uidetur charitas accidens esse , cum tantæ sit dignitatis & omni natura creata Deo placentior : imò cum iuxta diuinum

Aristot.

6

S. Dionys. diuinũ Dionysium, infimum ordinis superioris sit dignius supremo ordinis inferioris, si charitas esset accidẽs, infima, atq; vilissima substantia vilior inferiorq; cõsisteret: quod nequaq; cõcedit, pʒsertim cũ
Auguſt. iuxta Augustinum ipsa charitate nil carius sit.

¶ In contrariũ est cõis doctrina doctorũ. Teste
1. Cor. 13. namq; Apostolo, fides, spes, charitas, eiusdẽ sunt ordinis, & sibi connumeranť, iuxta quod scriptũ est:
Ibidem. Nunc aũt manent, fides, spes, charitas, tria hæc. Ex quo sancti eliciunt, ꝙ tres theologicę sunt virtutes. Virtus aũt est habitus inhærens, & causatus. ¶ Rursus, sicut intellectus indiget perfici fide, & sapiẽtia tanꝝ habitibus ipsum verè inhæsiuè formaliterq; ꝑficientibus, sic voluntas indiget perfici charitate.

Thomas. ¶ Ad istud Thomas rñdet: Tota bonitas animæ gratuita, est ex charitate principaliter, originaliter & formaliter. & quantum sic bona est, tãtum habet de charitate, & si charitatem non habeat, spiritali-
1. Cor. 13. ter nihil est secundum Apostolum. Per charitatem autem anima non minus habet de bonitate in esse gratiæ, quàm per virtutem acquisitam inesse politico. Porro virtus politica duo facit, quia habentem
Virtutis politicæ duo effectus. efficit bonum, & actum ipsius bonum reddit. multo igitur fortiùs agit hæc charitas. Sed nullum horum facere potest, nisi sit habitus creatus inhærens.
Esse omne vnde conster. Omne etenim esse cõstat profluere à forma aliqua inhærente, vt esse album ab albedine, & esse substãtiale à forma substantiali. Quemadmodu n ergo intelligi nequit, ꝙ paries sit albus absq; albedine inhęrente, ita non potest intelligi, ꝙ anima sit bona in esse gratuito sine charitate, & gratia ipsam informante. Consimiliter, cum actus proportionetur potentiæ operatiuæ sicut effectus propriæ causæ, impossibile est intelligere, ꝙ actus perfectus in bonitate sit à potentia non perfecta per habitum, quem admodum calefacere non potest esse ab igne, nisi mediante calore: idcirco cum actus charitatis perfectionem quandam habeat ex hoc, ꝙ est meritorius, omnino oportet fateri charitatem esse habitum creatum in anima, qui habitus est efficienter à tota supergloriosissima trinitate, sed exemplariter manat ab amore increato, qui est spiritussanctus. ideò frequenter inuenitur, quòd spiritussanctus sit
Esse Dei se cũdũ Dionysi. martyrẽ quid. amor quo diligimus Deum, & proximum, sicut & diuinus Dionysius asserit, quòd esse Dei est esse omnium rerum, inquantum videlicet ab increato esse Dei omne aliud esse exemplariter, & effectiuè producitur. Veruntamen Magister vult dicere, quòd charitas non sit aliquis habitus creatus in anima, sed quòd solum sit actus, qui est ex libro arbitrio per spiritumsanctum, quem nominat charitatem. Ad cuius explanationem quidam dixerunt, ꝙ sicut lux potest considerari dupliciter; Primò in se, & sic dicitur lux: secũdò, prout est in extremitate diaphani terminati, sicq; vocatur color: quia hypostasis coloris est lux, nec color est aliud, quàm lux in extremitate. sic dicunt, quòd spiritussanctus prout in se consideratur, est spiritussanctus, & amor patris, ac filij, & dicitur Deus: sed prout consideratur, vt existens in anima, quam mouet ad actum charitatis, dicitur charitas. Asserunt quippe, quòd sicut solus filius vniuit sibi naturam humanam, quamuis operatio totius fuerit trinitatis: ita spiritussanctus solus sibi vnit voluntatem, quàmuis sit ibi operatio trinitatis totius. Sed hoc stare non valet, quoniam vnio naturæ humanę in Christo, terminata est ad ipsum increatum esse personale diuinæ personæ: ideò idem numero actus est personæ diuinæ, & naturæ humanæ assumptæ, voluntas aũt sancto-
rũ non assumitur in vnitatẽ suppositi spũssancti. Vnde cũ operatio à supposito habeat vnitatẽ, & diuersitatẽ, non põt intelligi vna esse operatio voluntatis creatę, & spũssancti, nisi per modũ quo Deus operatur in qualibet creatura: sed iste modus nõ sufficit, ad operationis perfectionẽ, qm̃ operatio sequitur cõditiones causæ proximę in necessitate, & contingẽtia, perfectione, ac consimilibus, & nõ causæ primę: ideò dici non põt, ꝙ ibi sit perfecta operatio voluntatis, per quã vniatur spũsancto, nisi sit ibi habitus potentiã operatiuã perficiens: nec potest esse similitudo actus voluntatis ad spm̃sanctũ, nisi sit similitudo spũssancti in anima ſm aliquã formam, quæ sit principiũ actus', quo spirituisancto assimiletur, quia ad hoc non sufficit actus. Hęc Tho. in Scripto,

¶ Præterea in Secunda Secũdæ, quæstione 23. Magister, inqt, primo sententiarum ponit, ꝙ charitas non sit aliquid creatum in anima, sed ipsemet spiritussanctus mentem inhabitans. Nec est sua intentio, quòd motus dilectionis, quo diligimus Deum, sit spiritussanctus, sed ꝙ motus iste dilectionis, est à spiritusancto non mediante aliquo habitu, sicut à spiritussancto sunt actus alij virtuosi, mediantibus virtutum habitibus. Quod dixit propter excellentiam charitatis. tamen si quis rectè consideret, hoc in charitatis detrimentũ magis redundat. nõ enim motus charitatis ita procedit à spiritusancto mentem humanam mouẽte, ꝙ mens humana tm̃ sit mota, & nullo modo principiũ huiusmodi actus, sicut dũ corpus aliquod mouetur ab exteriori mouente. Hoc etenim esset cõtra rationem voluntarij, cuius oportet principiũ esse in ipso. Sicq; sequeretur, ꝙ diligere non esset voluntariũ. Nec dici potest, ꝙ spiritussanctus sic moueat voluntatem ad actum amandi vt instrumentum, quod etsi sit principiũ actus, non tamen est in ipso agere, aut non agere: quia sic quoque ratio voluntarij tolleretur, & excluderetur ratio meriti. Oportet ergo, quòd voluntas sic moueatur à spiritusancto, quòd & ipsa sit efficiens huiusmodi actum. porro nullus actus perfectè producitur, à quacunq; actiua potentia, nisi sit ei connaturalis per aliquã formã, quę sit principium actionis. Vnde Deus, qui omnia mouet ad debitos fines, singulis rebus indidit formas, per quas inclinantur ad fines sibi diuinitus præstitutos. sicq; per hoc disponit cuncta suauiter, vt in libro Sapientiæ habetur. constat autem, ꝙ actus charitatis excedit naturalem potentiã voluntatis. nisi ergo aliqua forma superadderetur voluntati, per quã ad actum dilectionis inclinaretur, actus iste imperfectior esset naturalibus actibus, actibus quoq; aliarum virtutum nec facilis, delectabilisq; consisteret, quod falsum est, quoniam nulla virtus tantam habet inclinationem ad proprium actum vt charitas, nec aliqua forma, aut virtus, seu habitus tam delectabiliter operatur vt ipsa. Hinc maximè est necesse, ꝙ ad actum charitatis producendum in nobis sit aliqua forma habitualis superaddita naturali potentiæ, ipsam ad actum charitatis inclinans, eamque promptè, ac delectabiliter operari efficiens. Hæc Thomas in Secunda Secundæ. Qui etiam in Scripto tertij distinctione 27. istud benè declarat.

Sap 8.

Petrus. Animæ rãtiõalis triplex cõsideratio. ¶ Circa hęc Petrus scribit: In anima rationali tria considerãtur, videlicet essentia eius, quę perficitur per gratiam, item potentiæ cognitiuæ, quæ perficiũtur per habitus cognitiuos, potentiæ quoque motiuæ motæ, vt concupiscibilis, & irascibilis, quę perficiũtur per habitus motiuos. Tertiò cõsideratur in anima potẽtia vniuersaliter motiua non mota, pura volun-

voluntas, quæ perficitur charitate, de qua an sit increata, fuerunt opiniones. Magister namq; vult dicere, quòd sicut spirituſſanctus ſecundum æternã processionem est amor patris ad filium, & ecõtra, non tamen ut forma utriq; inhærens: ita ſecundũ processionem temporalem sit amor utriusq; ad rationalem creaturam, & econuerso, & moueat uoluntatem quemadmodum angelus corpus assumptum, non ut forma uoluntati inhærens. Porro modus, quo spiritussanctus mouet uoluntatem, nõ est tantum per modum causæ efficientis, quia sic omnia mouet: sed etiam per modum causæ exemplaris, quoniam amor est, & finalis, quoniam summũ bonum est. hinc mouet ut finis. Hæc uero apprehẽsio summi boni in ratione boni per fidem, est ei (videlicet voluntati) pro forma mouere: quæ tamen non uoluntatis, sed rationis est forma, sicut desideratum apprehensum, mouet desiderium mediãte apprehensione, prout posuerunt philosophi, ꝙ intelligentia mouet cœlum mediante anima cœli, quæ apprehendens intelligentiam, desiderat ei assimilari in actualitate essendi, atque regendi inferiora, propter quod mouet continuè suum orbem. Alij vero considerantes, quòd omne esse, & agere est ab aliqua forma inhærente agenti, quæ est formale principium operandi, veriùs dicunt quod spirituſſanctus perficit uoluntatem exemplariter, efficienter, & finaliter, per charitatem tamen creatam, & infusam ac inhærentem formaliter. Nec est simile de modo diligendi, quo se diligunt pater & filius. ipsi namq; spirant istum amorem ex se, quod non conuenit creaturæ. Hæc Petrus.

Dionysius Carthuſi. Obiectio. ¶ In cuius verbis obscurum est, quòd dicit volũtatem esse potentiam motiuam, non motam, cum certum sit uoluntatem a suo moueri obiecto, atq; a spiritusancto: nisi forsan id dicat, quia uoluntas liberè & non cõactè ferri, ac moueri asseritur, uel quia est inorganica & immaterialis potentia.

Volũtatis libertas. ¶ In ſuper in Scripto tertij charitatem esse virtutem creatam infusam, declarat sic: Felicitas uitæ
Humanæ vitæ duplex felicitas. humanæ est duplex, una naturalis, ad quam natura inclinatur ex se, idcirco ad eam appetendam non oportuit dari habitum inclinantem. alia super
1 naturalis, ad quam non inclinat natura ex se. ideo
2 oportuit dari habitum ſupernaturalem, inclinantem ad tenendum in illam, qui habitus charitas appellatur. Hæc Petrus.

Richard. ¶ Inſuper Richardus circa hæc notabiliter scribit: Magister videtur fuisse huius opinionis, quòd non sit in anima aliqua charitas creata, nisi ſecundum quod charitas pro actu charitatis accipitur, ſed quòd spirituſſanctus sit charitas, per quam actum dilectionis elicimus. Cum enim uoluntas sit nobiliſsima potentia animæ, alias uires mouẽs: ideo quamuis spirituſſanctus perficiat alias uires per habitus creatos, uoluntatem tamen perficit per seipsum, non ut forma inhærens, ſed ut finis, atque exemplar, & motor. Hæc autem opinio à magistris modo communiter non tenetur, quia rationabilis non est, & appropinquare videtur erroPelagijve sania. ri Pelagij. Non enim intendebat Pelagius ab actu meritorio generalem excludere influentiam Dei, sine qua nulla creatura in actum ſuum exire potest. ſed prætacta opinio vltra generalem influentiam illam nihil videtur ponere in uoluntate nisi ipsius naturalem virtutem ſeu diſpositionem, per quam potest acquirere, quod necessarium est ad meritorium uelle. Sed forsitan dicens, quòd ad eliciendum meritorium velle, ſpirituſſanctus non
ſolum generaliter influit, imò etiam voluntatem mouet ſpeciali motione, ſufficiente ad eliciendum meritorium actum, & ad hoc quòd uoluntas sit Deo accepta, & chara. Verum quod iſta reſponſio sit inſufficiens, sic ostendo: Voluntas iuſti non tãtum est Deo chara dum est in actu dilectionis, ſed & tunc quoniam non est in actu, ſicut in ſomno. Cum ergo tunc non moueatur à ſpirituſancto ſpeciali illa motione, nihil est in ea quare sit Deo chara, nisi natura ſua vel diſpositio ex naturalibus acquiſita. sicq; per ſola naturalia esset Deo accepta. Si autem dicas, quòd ex prima illa motione manet in uoluntate aliqua diſpositio habitualis, per quã remanet Deo chara, illam ego voco habitum charitatis. porro ſi dixeris, quòd nulla diſpositio talis manet in uoluntate, & tamen remanet Deo per gratiam chara, quæ est in eſſentia animæ, quæ neceſſaria est ad hoc, quòd ſpirituſſanctus moueat voluntatem illa ſpeciali motione: quæ requiritur ad hoc, quòd in uoluntate cauſetur meritorium velle. Contrà, Auguſtinus 15. de Trinitate: Sola, Auguſt. inquit, charitas est, quæ diuidit inter filios regni, & filios perditionis. ergo pro nullo tempore homo est Deo charus ſine charitate, atq; quòd gratia est idem cum ea inſeparabilis ab eadem, quorum contraria dicis, dum uoluntatem non exercentẽ actũ charitatis, non concedis habere charitatis habitũ, & tamen fateris eam Deo acceptam & charam. Si dixeris, quòd poſitio tua non includit gratiam esse ſeparatam à charitate pro quocũq; tempore, quia per gratiam uoluntas habitualiter habet ſpiritumſanctum, qui est charitas ſic dicendo quamuis uoce tenus neges habitum charitatis; tamen realiter ponis ipſum: quoniam habitus charitatis nil aliud est quàm habitus, per quem a voluntate habetur ſpirituſancti. Hinc dico, quòd charitas est quid creatum in anima, habituſq; infuſus volũtati à ſpiritusancto, quo habilitatur ad diligendum Deum propter ſe, & ſuper omnia, & proximum propter Deum. Per charitatem namque fit reformatio animæ, quæ reformatio non fit ſine forma informante. Rurſus per charitatem anima Deo præcipuè aſſimilatur, quæ aſsimilatio non fit ſine forma inhærente. Ampliùs, per charitatem anima ſpecialiter viuit formaliter, niſi per formam inhærentem. Verũtamen hoc totum compoſitum ex uolũtate & charitate, ſeu uoluntas habitualiter amans, indiget excitari, determinari; & moueri à ſpiritusancto ad actum charitatis, quo ad felicitatem pertingitur: quoniam nulla res poteſt ſe per ſe mouere ad conſecutionem ſui finis, niſi moueatur a ſuperiori, cũ finis ſit ſuperior ipſa re. Vnde & naturalia magis aguntur, ꝙ agant. Hæc Richardus.

Voluntas iuſti hois accepta Deo ſemper.

Bonauent. ¶ Præterea Bonauentura ſcribit hic: Non credo, ꝙ Magiſter hoc modo fuerit huius opinionis. ideo aduertendum, quòd illud, quo diligimus, poteſt tripliciter accipi. primo effectiuè, ſicq; charitas ſeu amor est effectus totius Trinitatis, ſed appropriate ſpirituſſancti. ſecundo, ut quo diligimus exemplariter, ſicq; ſpirituſſanctus, qui est unio patris, ac filij, & nexus amborum est unitas, ad cuius imitationem charitas nos connectit, prout dicit apud Ioannem: Vt ſint unum ſicut & nos unum Ioan. 17. ſumus, tertio, ſicut quo diligimus formaliter, & ſic ſecundum opinionem Magiſtri, charitas est animi affectio. Et in his omnibus verum dixit neque erRauit, ſed deficit, quia præter hoc est ponere charitatem ſm communem poſitionem, quæ ſit habitus creatus animam informans. Et ratio huius

Dilectionis triplex principiũ.

ſumitur

sumitur ex parte essentiæ charitatis, & ex parte virtutis eius, ac operationis. Ex parte essentiæ, quia charitas est bonitas creaturæ rationalis, ipsam perficiens, distinguens, ordinans, & disponens ad vitam æternam. ergo necesse est, quòd sit eius formalis perfectio, cumq; sit virtus, oportet quòd sit habitus menti inhærens, actum quoque virtuosum necesse est à virtute, habituq; procedere. Denique charitas est principium gratificationis, gratificatio verò est id, in quo distinguitur malus à bono, non tantum in actu, sed etiam in quiete. Item charitas est promerendi principium, sed non quia benefacimus, boni sumus: sed magis econtra, quia boni sumus, benefacimus: ergo ante operationem charitatis boni sumus virtute, seu habitu charitatis. Hæc Bonauentura.

Albertus. ¶ Porro Albertus circa ista non alia scribit, q̃ præallegati doctores, sed pro vtraque parte multipliciter arguit: & quorundam Magistrum sequentium recitat opiniones, quas reprobat, ac tandem concludit, Magistro in hac parte esse contradicendum: Omnes, inquiens, ferè meliores doctores, cõcedunt contradicendum hic esse Magistro. In solutionibus verò argumentorum quædam scribit notanda, quæ tangam.

Aegidius. ¶ At vero Aegidius super hac quæstione scribit prolixè. & quamuis tandem concludat, q̃ charitas sit virtus creata inhærens: nititur tamen probare, q̃ rationes à sancto Thoma ad hoc probandum inductæ, non existant idoneæ, vtpotè, q̃ actus non procedat de potentia nisi per formam, seu habitum inhærentem, quia beati in patria contemplantur diuinam essentiam, non per speciem creatam informatem, sed per hoc, quod diuina essentia intellectui eorum coniungitur loco intelligibilis formæ. ergo & uoluntas creata potest in actum diligendi prodire per hoc, quòd spiritussanctus ei coniungitur loco charitatis habitualis. Verum ad hæc est breuiter respondendum, q̃ rationes Thomæ sunt validę & dictis Alberti, Bonauenturæ, aliorumq; consonę.

Diony. Nec verum est, q̃ intellectus creatus uidet diuinã essentiam absque habitu mediante, quia per lumen gloriæ, quod est quid fixum, ac habituale, ac gratia consummata, eleuatur, atque aptatur ad diuinæ conspectum essentiæ, quamuis uisio illa non sit per speciem intelligibilem inhærentem creatam. Quod ideò euenit, quoniam nulla forma, speciesve creata tantæ potest esse perfectionis, vt Deum valeat clarè in seipso immediatè repræsentare: imò à tali repræsentatione occumbit, ac deficit infinitè, estq; penitus supernaturale, quod Deus sic uideatur absque intelligibili specie inhærente: non tamẽ est omnipotenti Deo impossibile: tamen si alio modo posset rationabiliter poni, videlicet, quòd per speciem creatam inhærentem posset diuina essentia clarè, immediatè, ac beatificè conspici, non poneremus eam absque huiusmodi specie à beatis uideri. Sed quia in proposito rationabiliter poni potest, mentem creatam Deum per charitatem infusam diligere, ita tenendum est, nec ad supernaturaliorem modum sine necessitate est cõfugiendum: non tamen negamus, quin per omnipotentiã Dei posset omnino supernaturaliter aliter fieri, vtpotè eo modo, quo imaginatur Magister. Itaque rationes sancti doctoris secundum legem communem, naturalemq; modum, & modum conuenientiorẽ ritè concludunt, quæ tamen (vt tactum est) omnipotentiæ Dei non derogant, quin scilicet ipse aliter facere posset.

Intellectꝰ creatus Deũ nõ videt absq; habitu medio.

¶ Insuper Aegidius tenet, quòd quamuis oportet in anima ponere habitum medium supernaturalem ad hoc, quod actum charitatis eliciat, non tamen necesse est ponere habitum charitatis. nam habitum illum, quem affirmat oportere poni, dicit esse gratiam gratum facientem, essentiam animę perficientem, ac informantem. Itaque ait: Positio ista Magistri subtilis est, & per rationem improbari nõ valet. Nam actus fidei, & spei in nobis elici nequeunt nisi per habitus, qui sunt fides, & spes propter imperfectionem actibus illis annexam. Actus verò qui ipsis succedunt in patria, scilicet uisio, & tentio, sine mediantibus habitibus eliciuntur in beatis in patria. Cum ergo actus charitatis in patria maneat, nec imperfectio de eius ratione consistat, poterit etiam in præsenti actus eius elici absque intermedio habitu charitatis. Hæc Aegidius. Aegidius

Dionysi. ¶ Quo circa dicendum, quod præallegaci doctores opinionem Magistri in hac parte efficaciter reprobant. Deinde in beatis, sunt dona spiritussancti sapientia, & scientia, ita quòd beatifica visio etiam in patria fertur actus sapientiæ illius completissimæ, quæ est ibi, & ea mediante elici perhibetur. Deinceps cum actus charitatis viatorum, præsertim incipientium, imò & proficientium, imperfectionem habeat sibi annexam, si ideò actus fidei, & spei non eliciuntur in anima, seu ab ea nisi per habitus, quoniam imperfectionem habent annexam: ergo nec actus dilectionis uiatorum, saltem incipientium, & proficientium, nondum perfectorum, elicietur à uoluntate nisi per habitum charitatis. ¶ Amplius, sicut Albertus, & Bonauentura tãgunt, dicere, quòd oporteat in anima ponere habitum supernaturalem infusum ad eliciendum charitatis actum: nec tamen concedere, quòd habitus illæ sit charitas, friuolum esse censetur. Verum an gratia gratum faciens, & charitas realiter abinuicem distinguantur, alia quæstio est, & problema difficile, habens defensores magnos, & fortia argumenta pro utraque parte. Quod vero oporteat ponere charitatem habitualem in anima, hinc quoq; ostenditur, quòd charitas ipsa est vestis nuptialis, sine qua nemo saluatur, ut sancti patres concorditer protestantur. infantes autem ante adultam ætatem emigrantes, saluantur: ergo in charitate decedunt, non autem habent, nec unquam habuerunt actum dilectionis ante emigrationem, sed habitualem charitatem duntaxat deferunt secum.

Infantes baptizati charitatẽ habent.

Scotus Magistrum excusat. ¶ Præterea de hac re plurima scribit Scotus, & multiplicirer, ac efficaciter probat, quòd oporteat ponere habitum charitatis. deinde subiungit: Mihi videtur, quòd in hac materia aliter sensit Magister, quàm communiter sibi imponitur. Vult enim, quòd præter fidem, & spem ponitur in anima etiam habitus gratificans animam, vnde actus dicatur, & sit meritorius: quia in libro secundo concedit, quòd gratia sit virtus perficiens animam, & quòd sicut pluuia infunditur terræ, eamque irrigat, & fœcundat, sic anima gratia inspiratur, ipsam irrigans, atque perficiens. Asserit quoque quòd vsus bonus liberi arbitrij sit ex gratia, quæ virtus est animæ. Hinc dico, quòd charitas, & gratia sunt habitus vnus, quod pro præsenti supponitur, & Magister hoc voluit, quamuis non explicauit apertè. sicque præter fidem, & spem non oportet ponere habitum charitatis alium, ac distinctum à gratia: sed ponit Magister spiritumsanctum gratiæ assistentem, ita quòd gratia animam informãte spiritussanctus fœcundat animam ipsam

ipsam per gratiam, & sic eam inhabitans, gratificat actum suæ dilectionis; & uoluntas, mediante habitu gratiæ informante, ac spiritusancto inhabitante, elicit actum dilectionis; & ita (secundum Magistrum) paruuli baptizati habent spiritumsanctum inhabitantem, & gratiam gratificantem. Dico igitur, quòd spiritussanctus cooperatur animę ad eliciendum actus fidei, ac spei, mediantibus habitibus, qui sunt fides, & spes, propter imperfectionem actuum eorundem; nolũtati uero cooperatur ad eliciendum actum gratum sine habitu medio, & sic spiritussanctus est forma virtutũ. Quod autem oporteat ponere habitum informantem, hinc potissimè comprobatur, quoniam aliàs actus meritorius nõ esset in hominis potestate, imò esset tantum miraculosus, & à causa superiori, videlicet spiritusancto duntaxat.

Dionysius Carthusi. ¶ Porro hæc Scoti opinio videtur in multis desicere, imò & implicare. si enim (ut asserit) gratia, & charitas sunt habitus unus, & idem realiter, fateri oportet, quòd spiritussanctus cooperetur uoluntati ad eliciendum meritorium actum dilectionis mediante habitu charitatis, sicut & intellectui cooperatur ad eliciendum fidei actum mediante fidei habitu, cum certum sit, actualem dilectionẽ internam, ac meritoriam, tam uerè, immediatè, ac propriè, atque elicitiuè esse actum charitatis habitualis, quàm verè, & elicitiuè actus fidei actus est fidei habitualis. Denique, si (ut affirmat) gratia, & charitas realiter idem sunt, oportet concedere, quòd gratia tam verè, ac subiectiuè cõsistat in uoluntate, quàm verè, & inhæsiuè charitas est in ea, charitatem autem uoluntati inesse negare non potest, qui actum charitatis, videlicet velle, atque diligere, concedit esse in uoluntate. Nam & diligere est alicui bonum uelle secundum philosophum. Velle autem seu actum uolendi non esse in voluntate, nullus sani iudicij poterit affirmare. Præterea quamuis subtilior, rationabiliorq; positio teneat, charitatem, & gratiam realiter distingui abinuicem, prout suo loco patebit, & alibi sæpe probatum est, & ab Alexandro, Thoma, Alberto, Bonauentura, alijsque solidioribus doctoribus concorditer edocetur, hoc tamen pro nunc transiliatur: hoc addito, quia si Magister illius fuisset opinionis, quòd realiter idem sint, non planè negasset habitum charitatis esse in anima, sicut nec habitũ gratiæ. Ideo resolutio Scoti non procedit secundũ intentionem Magistri.

Charitas nõ est idẽ quod gratia.

Scotus. ¶ Ampliùs, dato quòd non poneretur in anima habitus informans, atque gratificans, qui vtique est ponendus, ex hoc tamen non sequeretur quod Scotus infert, uidelicet, quod actus meritorius nõ esset in hominis potestate: tum, quia & is, qui est in peccato mortali, potest charitatem acquirere, & meritoriè operari, quod in se est faciendo, sicq; actus meritorius in eius est potestate: tum, quia alterius opinionis defensor responderet, quod homine se præparante, atque quod suum est peragente, spiritussanctus mox excitaret liberũ arbitrium ad meritorium actum.

Idem. ¶ Insuper, quod Scotus dicit spiritumsanctum esse formam uirtutum, quamuis verum est de formam efficienter, exemplariterque formante, hoc tamen non sufficit huic proposito, quia oportet in anima esse vnam uirtutem supremam formaliter inhærentem, quæ sit cæterarum virtutum motrix formalis, vertex, uita & forma interior. Introducit demum Scotus circa quæstionem hanc multas difficultates (ut apparet) superuacuas, curiosas, quibus immorari, magis uidetur fractio capitis & impedimentum deuotionis, quàm occupatio fructuosa. Præterea dicit, quòd nec sola charitas, nec sola uoluntas sit principium elicitiuum actus dilectionis, seu meritoriæ actionis, & in hoc ipsi consentio. Addit quoque, quòd voluntas cum charitate est totale principium actus meritorij, quod quatenus aliquo modo queat saluari, loquendo videlicet de anteriori principio: potest tamen, & impugnari, quia necessario concurrit, atque requiritur actualis motio, & specialis cooperatio spiritussancti. Vlteriùs dicit, quod uoluntàs est principalior causa respectu actus, charitas vero respectu meriti, & acceptationis, quod forsan iuxta modum suum loquendi formaliter potest admitti. Asserit item, quod neutra causarum istarum accipit causalitatem ab alia, ita, quòd nec uoluntas habet causalitatem ad operandum à charitate, nec econtrario. Quod monstratur erroneum, cum certum sit voluntatem à charitate inclinari, & affici, uinificari, atque idoneam fieri ad producendum meritorios actus, & ad mouendum imperialiter, efficaciter, ac meritoriè alias uires, ac uirtutes ad actus suos, ad quæ sine charitate est impotens. Charitas quoque cum sit accidens, uoluntati tanquam proximo subiecto inhærens, fulcimentum, & aliquid vigoris, conseruationis, & efficaciæ sortitur ab ea, & iuuant se inuicem, cooperanturq; mutuò.

Voluntas meritè efficaciã accipit a charitate.

Durandus ¶ At uero Durandus: Omnes, inquit, ponunt charitatem increatam, quæ Deus est, iuxta illud: Deus charitas est. Omnes quoque ponunt aliquã charitatem creatam, quæ potest sumi dupliciter. primo, pro actu, quo diligimus Deum, & hãc omnes concedunt. uel pro habitu, & hanc negat Magister. Ponit enim in libro secundo, quod gratia existente in essentia animæ, non oporteat aliquem ponere habitum in uoluntate, mediante quo eliciatur actus dilectionis meritoriæ. Deinde Durandus circa hoc ponit opinionem Aegidij, & eius motiua iam tacta, & efficaciter reprobat ea, & addit: Operatio sciri facit, seu arguit formam. Charitatis autem duplex est operatio. Prima, hominẽ reddere Deo charum. Secunda est diligere, seu ad meritorium actum perficere. Videndum ergo propter quam operationum istarum oporteat ponere charitatem creatam in anima. Et uidetur, quod non propter primam: quoniam homo potest Deo esse charus sine charitate ipsum informante; quoniam omne donum Dei existens in homine, procedit à charitate, qua Deus primo diligit hominẽ. priùs ergo sumus Deo chari, quàm charitas nobis infundatur ab eo. Igitur propter secundam charitatis operationem oportet ponere habitum charitatis in uoluntate, videlicet ad promerendum uitam æternam de condigno. Ex puris namq; naturalibus non meremur saltem de condigno, quamuis de congruo. Deniq; cum spiritussanctus moueat voluntatem ad meritorium actum, hoc est vel per modum obiecti cogniti tantum, vel etiam per modum agentis, inclinantis voluntatem in obiectum sic cognitum. Non primo modo, quia sic mouet voluntatem in naturali dilectione, quæ non est meritoria de condigno. ergo secundo. Veruntamen circa hæc multa scribit Durandus, quæ suis locis discutientur.

1. Ioan. 4.

Charitatis duplex operatio.

Durandus

Ideæ. ¶ Porro, quod ait hoiem posse esse Deo charum sine charitate in ipso hoie existente, non videtur bene

Dio. Car.

Hō non est Deo charꝰ absq; charitate. Hebræ 11. Sapien. 7.

benè ſonare, cum ſcriptum ſit, Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. ergo nec ſine charitate. Etrurſus ait ſcriptura: Neminē diligit Deus niſi, qui cum ſapientia inhabitat. ergo nec aliquem diligit niſi, qui charitatem habet. Rurſus, qui charitatem non habet, in ſtatu cōſiſtit damnationis: & ſi ſit adultæ ætatis, in mortali eſt culpa. non ergo charus eſt Deo.

¶ Verū ad hæc poteſt quis dicere, quòd aliquis dupliciter dicitur Deo acceptus, charus ſiue dilectus, vtpotè ſecundum præſentem iuſtitiam, & ſecundū prædeſtinationem æternam, & quod ſecūdum prædeſtinationem æternam aliquis electus charitatem, non habens, ſit Deo dilectus.

Dilutio argumentorum initio q̄ſtionis allatorum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod nunc ſatis oſtenſum eſt, quid ad auctoritatem Magiſtri in hac parte ſit reſpondendum. ¶ Ad auctoritates vero Auguſtini Thomas in Secunda Secundæ reſpondet quæſtione 23. Diuina eſſentia charitas eſt, ſicut, & ſapientia, ac bonitas. ideò ſicut dicimur boni bonitate, quæ Deus eſt, & ſapientes ſapientia, quæ eſt

Thomas.

Deus, quoniam bonitas, & ſapientia quibus formaliter boni ſumus, ac ſapientes conſiſtimus, ſunt quędam participationes increatæ bonitatis, ac ſapientiæ: ſic charitas, qua formaliter Deum proximumque diligimus, participatio eſt charitatis diuinæ. idcirco interdum ſic loquitur Auguſtinus. Hic etenim modus loquendi frequens eſt apud Platonicos, quorum doctrinis Auguſtinus fuit in naturali philoſophia imbutus: quod quidam non attendentes, ſumpſerūt ex verbis Auguſtini occaſionem erroris. ¶ Ad ſecundum Albertus, & Bonauentura reſpōdet, quòd agens ſine medio, & per ſe, perfectus eſt, quantum eſt ex parte agentis, quòd autem

Ad 2.

agere per mediū nō officit diuinæ perfectioni.

ſpirituſſanctus mouet voluntatem per intermedium habitum charitatis, non eſt ex imperfectione, impotentia, ſeu indigentia ſpirituſſancti, ſed voluntatis creatæ, quæ indiget perfici, & aptari ad recipiendum tanti motoris influxum, nec poteſt eſſe Deo accepta, nec meritoriè agere, abſque charitate. Cum ergo media, per quæ Deus agit, à Deo habeant quicquid ſunt, & poſſunt, non cedit in imperfectionem ſummi, & primi agentis, quòd interdum agit per media. ¶ Ad tertium reſpondendū,

ad tertiū.

quòd ſicut Deus immediatè produxit rerum naturas, naturaleque eſſe, ſic etiam ipſe eſt immediata cauſa, & creator charitatis, & gratiæ. ſed meritorios actus cauſat per intermedios habitus non ex indigentia ſua, ſed ſicut iam dictum eſt, queadmodum etiam multa naturalia producit aſsiduè per cauſas ſecundas, ſecundum condecentiam ordinis rerum, quæ tamen per ſeipſum poſſet producere.

Albertus.

Et ſicut ait Albertus, Opera recreationis, & gratiæ ordinantur ad finem ſublimiorem, quàm opera naturæ. idcirco plura requiruntur in illis nec poteſt in omnibus eſſe cōformis ordo, ac modus agēdi. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illa ſimilitudo non

Deus vita eſt animæ aliter, q̄ anima corporis.

tenet in omnibus, quoniam Deus eſt uita animę per modum cauſæ efficientis: anima verò uita eſt corporis, tanquam cauſa formalis intrinſeca, ſubſtantialisque pars totius compoſiti. ¶ Ad quintum dicē dum, quòd præſtantiſsimi actus illi attribuūtur charitati tanquam cauſæ ſecundariæ, & creatæ, atque quodam modo inſtrumentali: & ſicut cauſæ formali intrinſecæ, non ſicut cauſæ primæ, ac principali.

Charitas cæteris creaturis, dignior moraliter.

¶ Ad id verò, quòd tangitur, quòd charitas videtur eſſe digniſsima creatura, & omni mente creata præſtantior, breuiter dico, ꝙ in ratione formæ intellectuales ſubſtantiæ, & cætera perfectè per ſe ſubſiſtentia, præſtantiores ſunt charitate, quemadmodum ſubſtantia accidente: non aūt in rōne finis, qa charitas, ppinquiùs ſupernaturali beatitudini vnit, eſtq; donum ſupernaturale: & quantū ad hoc, ſup dona naturalia eminentiam quandā ſortitur, vt ait Albertus. Vnde, & Thomas fatetur, ꝙ anima inquā tum charitate perficitur, hoc eſt, ſub ratione perfectibilis, eſt quodammodo inferior charitate: quæ inquantum actus, atq; perfectio uoluntatis, ac aīæ, eſt ſuo modo præſtantior eis, puta ſm quid, ſicut

Thomas.

Richard.

ſcientia intellectu, inquantū ipſum perficit. ¶ Hinc Richardus: Cum bonum conuertatur cum ente, ſicut charitas, & anima comparantur in entitate, ita in bonitate. comparantur autem in entitate. & qm̄ anima eſt ſubſtantia, charitas accidens, anima plus habet de entitate, q̄ charitas: & ex conſequēti, plus habet de bonitate eſſentiali, charitas uero plus habet de bonitate morali. ¶ Ad id uero, quod ſubdit, ꝙ omnis forma creata eſt uanitas, reſpondetur, ꝙ

Charitas vanitas appellatur.

charitas quoque, iuquantum ex nihilo eſt, ac depēdens, atque à uero, & incommutabili eſſe deficiēs, imò, & amiſsibilis, ac corruptibilis ſuo mō, videlicet deſignens eſſe per peccatum mortale, vanitati admixta eſt, & ſuo modo vanitas appellatur, vt Alexander teſtatur. ¶ Ad vltimū reſpondendum, ꝙ charitas potius eſt id, quo placetur Deo, q̄ id quod placet Deo: eſtq; ordinata ad intellectualem eſſentiam potius, quàm econtra. Intellectualis quippe natura per charitatem placet Deo, ita ꝙ charitas eſt medium complacendi. Vnde id, quòd propriè placet Deo, eſt intellectualis creatura charitate ornata. Nam, & accidens ad ſubſtantiam ordinatur.

ad vltimū

Charitatis effectꝰ

¶ Multa demum ſublimia prædicata conueniūt charitati, vt quod immediatè Deo coniūgit, & beatitudinem de condigno meretur, atq; ęternæ æquialet vitæ, inquātum ipſa charitas ſancta, eſt ſuper naturalis ſimilitudo increati amoris, videlicet ſpiritusſancti: & ei inſeparabiliter iuncta, ac in eius virtute agens, ac mouens, attamen increatæ beatitudini, quæ eſt Deus, non æquiualet abſolutè, imò infinitè occumbit ab ea: attamen ſecundum quandam acceptationem, & diuinę benignitatis eſtimationē. dicitur etiam increatæ beatitudini æquiualere, inquantum Deus pijſſimus per charitatem, ita acceptat creaturā rationalē, quòd reputat eā benigne dignam ſua fruitione, quanq̄ à creatura nihil cōdignum ſimpliciter poſsit Deo reprędi, aut exhiberi.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur. *An charitas ſit ex charitate diligenda* Videtur, ꝙ non, quia ſm Auguſtinum. libro de doctrina Chriſtiana quatuor ſunt ex charitate diligenda, videlicet Deus, propria aīa, proximus, & propriū corpus: quorū nullum ē charitas. Secundò, ſi charitas diligitur, ergo aliqua dilectione diligit: & illa dilectio diligēda eſt rurſus alia dilectione, ſicq; ibit in infinitum. Tertiò, fides nō creditur, nec ſpes ſperat, ergo nec charitas dīligitur.

Arguitur contra veritatem.

2

3

Auguſt.

¶ In contrarium eſt auctoritas Auguſtini, qui ait in litera: Qui proximum diligit, conſequēs eſt, vt & ipſam dilectionem præcipuē diligat. Sed & 8. de trinitate: Nemo, inquit, dicat: Nemo noui quid diligā. diligat fratrem, diligat, & ipſam dilectionem.

Bonauen.

¶ Ad hoc Bonauentura reſpondet: Sumendo dilectionem pro dilectione increata, quæ Deus eſt, ſic ex charitate eſt diligenda: ſumendo vero eam pro habitu, vel actu gratuito, eſt etiam diligenda, quàmuis nō ſuper omnia. Etenim triplex eſt amor, videlicet amicitiæ, quo quis optat alicui bonū pp ipſum: & concupiſcentiæ, quo qs deſiderat ſibijpſi

Amor triplex.

bonum per reſpectum ad commodum ſuum. Tertius eſt amor complacentiæ, quo quis quieſcit, ac delectatur in re deſiderata in eius præſentia. Charitas itaque amore amicitiæ non eſt amanda, quia nō eſt beatificabilis, nec beneficij capax. amore vero concupiſcentiæ eſt amabilis ex charitate, ſecūdum quod diligens amplius cupit diligere ad ſuam ſalutem. amore, quoque complacentiæ, quo ſcilicet diligens, ipſam dilectionem acceptat, qua diligit Deū tanquam valde acceptabile bonum. ſic diligenda eſt charitas, quæ habetur. Hæc Bonauenturæ.

Albertus.

¶ Porro Albertus breuiter ſoluit, dicendo: Auguſtiuus dicens: Qui proximum diligit, conſequēs eſt, vt præcipuè ipſam dilectionem diligat, arguit ſe cundum quod cauſa exemplaris accipitur in exemplato. Ideò ſenſus eſt: Diligens Deum, diligit dilectionem in exemplari, videlicet in increato amore, ſecundum quod illud exemplar reſultat in amore creato. Charitas quippe increata reſultat, atque reſplendet in charitate creata, ficq; in illa tanquam in ſpeculo ſuo diligitur.

Thomas.

Diligibile eſt aliquid dupliciter

¶ Thomas verò reſpondens diffuſiùs: Aliquid, inquit, eſt diligibile dupliciter. primò ſicut ratio dilectionis, ſecundò ſicut obiectum. quemadmodum color videtur, tanquàm obiectum, lux verò, vt ratio per quam color extat viſibilis actu. Charitas de mū ſumitur tripliciter. primò pro charitate increata, ſecundò pro habitu charitatis, tertiò pro actu ipſius. Quodlibet aūt iſtorum trium eſt ratio diligendi, & etiam eſſe poteſt charitatis obiectum. proximum namque diligimus, inquātum Deus in ipſo inhabitat, charitatisq; habitū habet, & actum eius exercet, ficq; diliguntur, vt ratio diligibilis inquantum diligibile. Si autem conſiderentur in ſe, ſic adhuc diligentur, vt obiectum dilectionis. Veruntamen non ſic diligitur habitus, aut actus charitatis dilectione amicitiæ, vel beneuolētiæ, quæ inanimatorum eſſe non poteſt ſecundum philoſophum 8. Ethicorum. ſed dilectione cuiuſdā complacentię, ſecundum quod diligere dicimur id, quod approbamus, & qđ volumus eſſe. Hæc Thomas i Scripto.

Ariſtot.

Art. 2.

¶ Porro in Secunda Secundæ quæſtione 25. Charitas, ait, amor quidam eſt. amor autem ex natura potentiæ, quam perficit, & actuat, habet ꝙ poſsit ſupra ſeipſum reflecti. Cum enim voluntatis obiectū ſit bonum vniuerſale, quicquid ſub ratione boni continetur, poteſt ſub actu cadere voluntatis: & quoniam ipſum velle eſt quoddam bonum, poteſt voluntas velle ſe velle, quemadmodum intellectus cuius obiectum eſt verum, intelligit ſe intelligere, cū & hoc ſit quoddam verum. ſed amor etiam ex ratione propriæ ſpeciei habet, quod ſupra ſeipſum reflectitur, quoniam eſt ſpontaneus motus amantis in amatū. Vnde ex hoc ipſo, quòd quis amat, amat ſe amare. Charitas vero non eſt ſimplex amor, imò habet amicitię rationem, cum ſit amor cum beneuolentia. Porro per amicitiam amatur aliquid dupliciter. Vno modo ſicut ipſe amicus, cuius bona volumus propter ipſum: alio modo ſicut bonum, quod amico volumus. Et ſic charitas per charitatem amatur, non primo modo. charitas namque eſt bonum illud, quod cupimus omnibus quos ex charitate diligimus. Et eadem ratio eſt de beatitudine alijsq; virtutibus, an ſcilicet ex charitate ſint diligendæ. Hæc in Secunda Secundæ.

Petrus.

¶ Concordat Petrus, adijciens: Eſt dilectio concupiſcentiæ large ſumptæ, quæ eſt boni non habiti: & eſt dilectio complacentiæ, quæ eſt boni habiti, ut maneat. & hæ dilectiones ſunt, tam circa animata, quàm circa inanimata. Eſt quoque dilectio amicitiæ, quæ eſt reſpectu animatorum conformium in natura, & eſt dilectio beneuolentiæ, quæ ſolum eſt reſpectu animatorum. & hæ duæ tantum ſunt animatorū, præſertim ratione vtentium. Hæc Petrus.

¶ Hinc quoque in prima Secundę quęſtione 26. Thomas diſſeruit: Secundum Ariſtotelem 2. Rhetoricæ, Amare eſt alicui bonū velle. Motus ergo amoris tendit in duo, puta in bonum, quod quis vult ſibi, & alteri, atque in eum, cui vult bonum. Amore, itaq; concupiſcentiæ amantur ea, quæ alijs cupiuntur, vt cibus, equus, pannus, pecunia. Amore autem amicitiæ amātur rationales creaturæ, quibus bona optātur. Hæcq; amoris diuiſio quaſi analogica eſt. Quæ. n. amantur amore concupiſcentiæ, non amantur propriè, nec propter ſe: ſed deſiderantur, ac referuntur ad eos, qui amore amicitiæ diliguntˊ, qui, & propriè diligi prohibentˊ. Hæc in prima Secūdæ.

Thomas.

Ariſtotel. Amoris motus in duo tēdit.

Richard. Aegidius.

¶ Concordat Richardus, Aegidius etiam, q̄uis hic prolixe deſcribat, qua vires in actibus ſuis ſint reditiuæ ad ſe, & reflexiuæ ſupra proprios actus, in concluſione tamen concordat prahabitis. Certum eſt autem, ꝙ nulla potētia organica, aut materialis, ſit conuerſiua, & reflexiua ſupra ſeipſam, & actus ſuos. Oportet namque quodlibet redire ad quodlibet. cumq; continuum, & materiale ſit in infinitum diuiſibile, neceſſe eſſet in tali redditione ad ſe infinita pertranſiri. Hinc nulla potentia in homine eſt cognitiua, aut appetitiua proprij actus, propriè loquendo de appetitione, niſi intellectus, atque volūtas, quod Proclus Platonicus in Elementatione ſua theologica ſubtiliſsimè probat: Omne inquiens, in corporeum ad ſe conuerſiuum eſt. Itemq;, Omne ad ſe cōuerſiuum, impartibile eſt, & ſimplex. Idem aſſeritur, & probatur in libro de Cauſis.

Potentia organica non eſt reflexiua ſupra ſeipſā.

Proclus.

Soluuntur argumēta initio quæſtionis adducta.

¶ Ad primum ergo rñdet Albertus, ꝙ quatuor ſunt ex charitate diligenda, tanq̄ obiecta, quæ propriè diliguntur, ex quibus bonum gratiæ, ac gloriæ deſideratur. charitas vero, & actus eius, virtutesq; cęteræ diliguntur, tanquam diſpoſitiones ad facilitatem, & tanquàm bona, quæ rationali creaturæ optantur, iuxta quem modum, & beatitudo creata ex charitate diligitur. Beatitudo vero increata, & obiectalis, qua Deus eſt, eſt ex charitate ſup oīa incomparabiliter diligenda. ¶ Thomas vero rñdet, ꝙ

Thomas.

charitas eſt quodammodo media inter Deū, & proximum, cum ſit ſimilitudo Dei, & rō proximum diligendi, idcirco ad dilectionem cōſequitur vtriuſq;. Ad ſecundum præfati doctores, Aegidius quoq; & alij multi reſpondent in alio loco, ꝙ in huiuſcemodi dilectione dilectionis nō itur infinitum: quia eodem actu dilectionis diligitur obiectum, & ipſa dilectio, vt ſupra, cum de fruitione tractaretur narratum eſt, cōtra quod, obiectum eſt ibi. Vnde, & Thomas hic aptiùs ſcribit: Conſtat, ꝙ actus dilectionis, ſm quod tēdit in alterum, differat numero ab actu dilectionis, qui diligitur in alio, ſiue diligat, vt obiectum, ſiue vt rō diligendi. Sed qm̄ animam ſuā, quis pōt ex charitate diligere, & etiam actum ſuæ dilectionis, & tunc diſtinguēdum eſt: quia vel dilectio fertur in actum dilectionis proprium, ſicut in rationem dilectionis tantū, ſicq; eodem actu numero diligitur diligens, & actus ipſius: vel diligitur, vt obiectū dilectionis, & ita eſt alius actus dilectionis, qui diligitur, & quo diligitur, quoniam actus per obiecta diſtinguuntur, ac differunt: nec eſt inconueniēs quòd in actibus animæ eatur in infinitum in potentia, dummodo actus nunquam ſint ſimul infiniti in actu, ficq; Auicēna cōcedit relationes, q̄ cōſequun-

Ad 2. Aegidius.

tur actum, apprehensionemq; animæ multiplicari in infinitum. Idem dicunt hic Aegidius, & Richardus. ¶ Ad tertium Bonaventura respondet, ꝙ fides est rei non visæ, & spes rei non habitæ. ideò super actus earum reflecti diminueret rationem spei, ac fidei, cum illi actus præsentes sint: ita autem non est de charitate.

Ad tertiũ Bonauent. Fides, & spes cur non reflectantur super actus suos.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur. *An iuxta capacitatem, ac dispositionem naturalium charitas infundatur.*

Arguit 1. contra veritatem. Matt. 25. Hierony.

¶ Videtur, ꝙ sic, quoniam super illud Matthæi, Dedit vnicuique secundum propriam virtutem, scribit Hieronymus, & habetur in Glossa: Non pro largitate, aut parcitate dantis, alij plus, alij minus tribuens, sed pro accipientium viribus. Hinc, & philosophi dicunt, quòd causa prima influit cunctis iuxta capacitatem ipsorum. Secundò, quia infra lib. 2. habetur, ꝙ angeli altiores in natura sunt altiores in gloria. quo constat, ꝙ iuxta dispositionem, & capacitatem naturalium collata sint eis charismata gratiarum. Tertiò, sicut forma substantialis se habet ad esse naturale, sic charitas ad esse gratuitum. sed formę substantiales dantur à datore formarum secundum dispositionem, & capacitatem materierum, ergo, & charitas secundum capacitatem naturalium, ita ꝙ qui naturalia possidet meliora, maiorem recipiat charitatem. Quartò, sicut gloria est gratiæ complementum, sic gratia perfectio est naturæ. sed quo quis fuerit maior in gratia, eo fit maior in gloria. ergo quo naturalia habuerit meliora, eo plus gratiæ ei confertur.

2

3

4

In oppositum. Iohan. 3. 1 Cor. 12. Natt. 20.

¶ In contrarium est illud Ioannis: Spiritus vbi vult spirat. & quod ait Apostolus, Hæc omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Vnde, & paterfamilias ille supremus rerum omnium dominus loquitur: An non licet mihi quod volo facere? Denique multi homines assumũtur ad ordines angelorum, quibus inferiores sunt per naturam. ¶ Præterea Deus est causa ordinis, distinctionisq; rerum, ergo diuersitas munerum diuinorum ad præordinationem diuinæ sapientiæ est principaliter referenda, præsertim cum nil agat in tempore, nisi ex prædispositione æterna.

¶ Rursus, quos ad maiora gloriæ dona elegit, his excellentiorem charitatem largitur. ergo secundum prædestinationis æternæ mensuram non secundum naturæ gradum tribuit charitatem.

¶ Amplius, videmus quotidie, ꝙ aliqui melioris indolis, & minus vitiosi, iustè relinquuntur, à Deo: alij vero duriores, & magis culpabiles, misericorditer conuertuntur.

Thomas. 1

Ad istud Thomas respondet: Cum Deus ad omnia se æqualiter habeat, oportet, ꝙ diuersitas donorum ab ipso receptorum, attendatur secundum recipientium diuersitatem, secundum quod aliquid est magis aptum, & paratum ad recipiendum. quêadmodum autem in naturalibus formis videmus, ꝙ materia fit magis, aut minus dispositа ad formã susciendam per dispositiones accidentales, sic homo ex suis operibus fit magis, aut minus dispositus ad consequẽdum suam perfectionem in donis gratuitis. Vsruntamen differenter se habent operationes animæ ad virtutes, seu perfectiones acquisitas, & ad virtutes infusas. Perfectiones etenim acquisitæ, sunt in potentia animæ nõ solum materiali, sed etiam actiua, prout aliquid est in seminalibus causis, vt naturalis scientia in cognitione primorũ principiorum. similiter virtutes morales sunt in rectitudine, & ordine rationis. ideò operationes animæ se habent ad eas tanquàm actiua principia, quia ex operationibus generantur. Porro virtutes, seu perfectiones infusæ, sunt in natura animæ solum, vt in materiali potentia, & nullo modo actiua: quoniã eleuant animam supra omnem suam naturalẽ actionem. hinc operationes animæ habent se ad virtutes iusus solum, vt dispositiones, non vt causæ. Dicendum ergo, ꝙ mensura secundum quam datur charitas, est capacitas animæ existens ex natura simul, & dispositione, qua dispositio est secundum operationum conatum: & quia secũdum eundem conatum magis disponitur natura in vno, quàm alio, ideò habens naturalia meliora, dum modo sit par conatus, plus recipiet de virtutibus, perfectionibusq; infusis: quemadmodum, & naturalia habet peiora, quandoque magis recipiet, si ad hoc plus conetur. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Verum idem doctor in Secunda Secundæ quæstione 24. videtur de hac re aliter sentire, dicendo: Vniuscuiusque quantitas dependet à propria causa, quoniam vniuersalior causa effectum producit maiorem, charitas autem cum transcendat proportionem naturæ, non dependet quantum ad suam infusionem ex aliqua naturali virtute, sed solum ex pietate, & gratia spiritussancti eam infundentis. Hinc quantitas charitatis non dependet ex virtute naturæ, neque ex capacitate naturalis virtutis, sed solum ex voluntate spiritussancti distribuentis sua dona, vt vult. Vnde & Apostolus ad Ephesios: Vnicuique, inquit, nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. hæc in Summa

Art. 3.

Ephesi. 4.

¶ Præterea ad hanc quæstionem respondet Aegidius: Cum homo naturaliter appetat bonũ, quanto quis meliorem habet naturam, tanto plus tendit in bonum. estque capacior charitatis, dummodo aliunde non oriatur impedimentum. potest autem duplex impedimentum accidere. primum, quoniam bonum illud transcendit facultatem naturæ, vt charitas propter quod secundum meliora naturalia non semper datur gratia, seu charitas maior, sed interdum secundum voluntatem, & præordinationem dantis efficitur in aliquo maior, aut minor capacitas ad gratiam capiendam. Secundum impedimentum est ex parte passionis, seu vitij à medio rationis retrahentis, ita quod quis non tendit in bonum verum naturaliter, sed in bonum apparens culpabiliter. Propter iam tacta non oportet quemlibet angelum superare quemlibet hominem in charitate, & gratia. neque necesse est homines melioris complexionis, atque ingenij, habere præ alijs gratiam ampliorẽ, eo ꝙ passiones, & vitia sua sectentur. Cum itaque quæritur, secundum quid detur maior gratia homini, non debemus dicere, ꝙ secundum naturalia meliora, quia aliquando tales minus conantur ad gratiam: neque debemus dicere, quod secundum maiorem conatum, quoniã cum minori conatu plus se disponit ad gratiæ susceptionem is, qui habet naturalia meliora, q̃ habens peiora. Si tamen sint aliqui in naturalibus pares, qui plus conatur, plus de grꝛtia suscipit: & si sint pares in conatu, qui meliora uaturalia habet, plus suscipit, sicq; secundum proportionem conatus ad naturalium bonitatem est maior, aut minor susceptio grãe: & hoc potissimè, prout ad gratiæ susceptionem requiritur liberi arbitrij motus. Nã in infusione grãe paruulorum maioritas, & minoritas attenditur (si tamen est ibi magis, & minus) solum secundum beneplacitum infundentis, quamuis ad maioritatem huiusmodi aliquo modo valeant orationes parentum, & aliorum, qui pro paruulis intercedunt. Hæc Aegidius.

Aegidius.

Homo nõ est necessariò quolibet angelo charitate inferior

Dio. Car.

¶ Cuius responsio satis concordare videtur positioni Thomæ in Scripto, & vtraque intelligenda videtur secundum communem cursum: quia cum Deus iustus non sit personarum acceptor, ei qui magis se disponit ad charitatem, & gratiam, faciendo, quod in se est plus tribuit, & infundit, cæteris paribus. Nihilominus quibusdam ex priuilegio electionis æternæ aliter facit, quos, & auersos, aut rebellisantes, seu minus se præparantes, quandoque pijssimè præuenit, alterat, trahit, compungit, atque nonnunquam ad præcipuam gratiam, ardentemque charitatem repente perducit etiam sine magno eorum conatu, quemadmodum de multis beatis martyribus, & confessoribus, ac sanctis virginibus legitur. Denique si totus effectus diuinæ prædestinationis simul sumatur, videlicet non solum charitas, & gratia, ac virtutes ei connexæ, sed & gratiæ gratis datæ, ac dispositiones ad charitatem, quæ omnia cadunt sub prouidentia Dei tanquam effectus ipsius, videtur dicendum sicut ex Secunda, Secundæ inductum est, quod scilicet quãtitas gratiæ solum dependet ex voluntate spiritussancti. Propter quod Thomas primum argumentum soluendo, ait ibidem: Virtus illa, secundum quam dat Deus vnicuique sua dona, est dispositio, & præparatio præcedens gratiæ infusionem, seu conatus ad eam. sed hanc etiam dispositionem, & conatum præuenit spiritussanctus, mouens hominis mentem magis, aut minus secundum suam voluntatem. propter quod ait Apostolus: Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. De hoc Richardus, & alij pleniùs scribunt, vt infra distinctione de prædestinatione patebit.

Thomas. 22. q. 24. art. 3. Ad primũ argumẽtũ

Col 1. Argumentorum solutio Thomæ.

¶ Porro in Scripto respondet Thomas ad primum: Virtus recipientis consideranda est non solum secundum naturam recipientis, sed etiam secundum dispositionem conatus aduenientem naturæ, quemadmodum, & in fotmis substantialibus præparatio materiæ attenditur. & iuxta accidentales dispositiones materiæ superuenientes. Per quod patet solutio tertij.

Ad 2.

¶ Ad secundum vero dicendum, quòd in angelis non fuit sensualitas menti renitens. ideò iuxta vigorem, & dignitatem naturalium suorum creduntur se toto posse conuertisse ad creatorem, & grtiam, seu gloriam accepisse ab ipso.

ad vltimũ

¶ Ad vltimum respondetur, quòd non est per omnia simile: quoniam gratia est dispositio naturæ ad gloriam, ideò non requiritur, vt interueniat alia dispositio media inter charitatem, & gloriam, nisi forsan non sit satisfactum pro culpis eius, qui decedit in charitate: sed inter naturam, & gratiam cadit conatus medius, dispositiuus ad gratiam.

Durand.

Charitatis mẽsura ex duobus pẽsanda.

¶ Hinc scribit Durandus: Mensura charitatis consideranda est ex duobus, quia dependet ex causis duabus, videlicet Deo influente, & subiecto recipiente: ex eis ergo pensanda est, ita quod contingit charitatem non æqualiter dari. vno modo ex parte Dei, suppositа etiam æquali dispositione subiecti: quemadmodum enim Deus ex beneplacito suo sanctificat vnum in vtero, non alium: sic vnum sanctificat in vtero magis, quàm alium, vt patet in beatissima virgine, & Ieremia, nec in hoc facit iniustè, quia vtrunque agit gratuito. alio modo contingit charitatem inæqualiter dari, propter inæqualitatem ex parte subiecti: quæ inæqualitas potest attendi, vel penes naturam nudam subiecti, & sic non datur charitas secundum naturalium proportionem. alioquin in angelo, & homine non posset esse per gratia, nec in hominibus dispar. alio modo attenditur inæqualitas ex parte dispositionis subiecti per hoc, quòd homo reddit se aliqualiter dignum gratia saltem de congruo: & hæc dispositio est conatus ad bonum. quia (secundum Augustinum) qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te, id est, nisi te ad bonum cooperante. Et de isto conatu est difficultas præcipua, an secundum conatum maiorem, vel minorem detur charitas maior, vel minor. Et respondendum, quòd conatus potest esse maior dupliciter. primò propter difficultatem, Secundò propter intensionem. Si dicatur maior propter intensionem, quia videlicet iste maiore affectione fertur in Deum, atque intensiori detestatione in peccatum, quàm alius, sic infalli biliter secundum proportionem conatus infunditur charitas: quoniam immediata dispositio vo-Inntatis ad recipiendum charitatem, est amor boni, & detestatio mali, prout ex naturalibus fieri potest. Verum si conatus dicatur maior propter difficultatem, sic secundum conatum non semper confertur charitas, datur tamen quandoque. Conatus namque difficilior non est semper intensior. ergo secundum gradum difficultatis in conatu, non est gradus in infusione charitatis. Talis quippe difficultas quandoque contingit ex indispositione naturæ, vel passione, aut consuetudine prauа.

Augustin.

Dio. Car.

¶ Est tamen quandoque secundum gradum difficultatis istius gradus datæ charitatis, quando videlicet cætera sunt omnino paria. tunc enim non videtur conatus difficilior in vno, quàm alio, nisi quoniam actus ad quem est conatus, extat perfectior. Iste vero conatus creditur in angelis extitisse secundum proportionem naturalem eorum. Et quamuis homo non potest habere conatum vnum tam fortem, vt æqualis sit conatui illi angelico: tamen per plures conatus, & actus, atque profectus, potest attingere ad tantam charitatem, seu maiorem, vt Angelus. Hæc Durandus.

Antisiod.

¶ Verum, quod Durandus affirmat charitatem dependere non solum ex Deo, sed etiam ex subiecto, videtur ab inductis verbis Thomæ discordare. Ad quod dici potest, quòd secundum Thomam charitas dependet ex solo Deo effectiuè: inhæsiuè vero, & dispositiuè, seu etiam quo ad suam conseruationem in esse, à subiecto aliqualiter est dependens: quoniam nisi gratiam habens, à mortali abstinuerit culpa, desinit gratia, seu charitas esse in ipso.

¶ Denique quæstionem hanc non legi, hac distinctione motam, nisi à Thoma, atque Aegidio, ac Durando, quamuis alibi moueatur ab alijs. pro præsenti ergo ista sufficiant.

¶ Antisiodorensis verò in Summa sua tertio libro aliquid tangit de ista materia, inter cætera perhibens, quòd strenuitas naturalium multum iuuet ad actus virtutum, & ad tentationes vincendum. vnde (vt asserit) strenuus miles in bello magis permitteret se occidi, quàm fidem, & CHRISTVM negaret. Veruntamen circa hoc posset difficultas alia tangi, an scilicet aliquis ex puris naturalibus posset mori pro fide, & vtrum in ipsa mortis tolerationе Deus sibi infunderet contritionem, &

gratiam, quæ difficultas suo reseruanda est loco.

QVAESTIO IIII.

QVarto quæritur, *An Deus in vita hac possit immediate amari.* Quam quæstionem in hac distinctione non vidi motam nisi à Richardo. Thomas vero in Secunda Secundæ quæstione 27. mouet eam. Breuiter autem sine argumentis procedēdo, aduertenda est Richardi responsio, qui sic ait: Quamuis de lege communi Deus non cognoscat ab homine in hac vita nisi mediatè, puta per speculum in ænigmate, & per creata: tamen nūc per charitatem à nobis immediatè diligitur: quoniam voluntatis actio incipit, vbi intellectiuæ potētiæ actio terminatur, cum potentiarum istarum actiones habeant se per ordinem. vnde quòd debiliter cognoscimus, quandoque fortiter, & ardenter amamus. sicq; magis ascendit, & penetrat amoris affectio, quàm intellectus cognitio, iuxta illud Hugonis: Dilectio intrat, vbi cognitio remanet foris. Hæc Richardus.

artic. 4.

Richard.

1. Cor. 13.

Hugo.

Thomas vero loco prętacto respondet: Actus cognitiuæ potentiæ perficitur per hoc, ꝙ cognitum est in cognoscente. actus autem potentiæ appetitiuæ per hoc, quod appetitus inclinatur in rē ipsam ideo motus appetitiuæ potentię est in res secūdum conditionem, seu proprietatem earum, actus vero potentiæ cognitiuæ est secundum modum cognoscentis. Porro Deus per se, & propter se est meximè cognoscibilis, atque amabilis, vtpotè essentialiter veritas, ac bonitas summa, per quas alia cognoscūtur, & diligunt: sed quo ad nos, quoniam nostra cognitio à sensu ortum sortitur, priùs sunt cognoscibilia, quæ sunt sensibus propinquiora: & vltimus terminus cognitionis est in eo, qui remotissimus est à sensu puta in Deo. Sic ergo dicendum, ꝙ dilectio, quæ est motus, & actio appetitiuæ potentiæ, tēdit in Deum primò, & ex ipso deriuatur ad alia. sicq; charitas immediatè diligit Deum, & alia mediante Deo. sed in cognitione est econuerso, quia per alia cognoscimus Deum, quemadmodum causam per effectum. Hæc Thomas.

Th. Aqui. 22. q. 72. artic. 4.

QVAESTIO V.

QVintò quæritur, *An homo sine reuelatione diuina certitudinaliter scire valeat in hac vita se esse in charitate.* Videtur, ꝙ sic, quoniam charitas est nobilissima uirtus, & optimus animæ habitus. sed vt 2. posteriorum ait philosophus, disputans contra Platonem dicentem scientias animæ concreatas, inconueniens est dicere, quòd in nobis sint nobilissimi habitus, & lateant nos. Secundò, quòd per experientiam scitur, certissimè scitur. sed feruentes in charitate experiuntur, & sentiunt in se actus diuini amoris, ergo certissimè norunt eos. Tertiò, Augustinus ait in litera: Magis nouit quis dilectionem qua diligit, quàm fratrem, quem diligit. fratrem autem certitudinaliter nosci. Quartò, certi sumus, ꝙ fidem, & speciem habeamus, ergo de charitate idē dicendum. Quintò, multi uirtuosi experiuntur, & sentiunt in se quosdam actus, & effectus charitatis, ad quos naturalis dilectio Dei non valet pertingere, sicut qui subito rapiuntur, & ab exterioribus penitus alienati absorbentur in Deum, ac quasi sopita arbitrij libertate, in diuitias gloriæ Dei repente merguntur, ita vt resistere nequeant, ad quod etiā alijs horis pertingere non valerent, quàmuis se dare

Arguitur 1. cōtra veritatem Aristotel.

rent ad hoc. quod videtur non posse fieri, si solam naturalem haberent dilectionem, præsertim cum naturali habitu vtamur dum volumus. Sextò, hi qui assiduè mysticam theologiam experiuntur in se, uidentur certi de charitate, cum vnio illa non nisi per ardentissimum fiat amorem, sicut in libro de mystica theologia docetur. Septimò, princeps apostolorum, Per bona, inquit, opera certam facite vocationem vestram. ergo bene agendo fit homo certus se esse in statu salutis. Octauo, quia sanctus bernardus testatur: Cum videris hominem in operibus bonis alacrem, & feruentem, ne dubites eum spiritaliter esse viuentem per charitatem. & multa similia asserit sanctus ille.

6.

7. 2. Petri 1.

8.

¶ In oppositum est illud Salomonis: Nescit homo an sit dignus amore, vel odio. sed omnia in futurum reseruantur incerta.

In oppositum. Eccl. 9.

¶ Ad hanc quæstionem respondet Antisiodorensis in Summa sua 3. libro. Quidam, inquiens, dicūt, ꝙ aliqui sciunt se non esse in charitate, vt sunt in actu, aut proposito peccandi mortaliter. aliqui vero dubitant inde, quoniā habent rationes pro utra que parte æque fortes, vt qui incipiūt facere quod in ipsis est, nec amplius proponunt peccare. Alij putant se charitatem habere, vt qui iam multa bona fecerunt, & diu est, ꝙ non fuerunt in actu, aut proposito peccati mortalis: tñ adhuc sustinent primos motus, imaginanturq; pia, ac patiuntur inquietudinem muscarum morientium, quæ perdunt suauitatem vnguenti. alij sciunt se habere charitatem, vt ꝙ gustauerunt dulcedinem Dei, & fomitem habent quasi extinctum, sicut post multos fletus fuit in Maria Magdalena, in Aegyptiaca quoq; Maria.

Guli. Anr.

Eccles. 10.

¶ Præterea aduertendum, quòd duplex est scientia, vtpotè scientia experimenti, quæ est per signa. Alia est ueri nominis scientia, quæ est alicuius per se noti, aut ex per se noto deducti. Primo modo potest quis scire se charitatem habere, puta per signa, illa sunt tria. Primum est iucunditas mentis in bonis: secūdum, desideria bona: tertium est, opera bona, seu præceptorum adimpletiones, saltem secundum substantiam facti. Secundo modo nullus sese scit esse in charitate, nisi ex reuelatione. Tribus aūt ex causis voluit Deus inde nos esse aliquo mō incertos, & aliqualiter certos. Nescimus enim primò, vt cautiores, & magis soliciti de nostra salute reddamur: secundò, vt magis humiliemur, nec alios aspernemur: tertiò, vt semp ad meliora, ac viciniora saluti nitamur. Aliqualiter uero scimus: primò, vt in præsentis vitæ miserijs aliqualiter cōsolemur: secundò, vt Deo gratias referamus: tertiò, vt ad bene viuendum iugiter accendamur. Sciendū quoq; ꝙ sicut duplex est fides, informis uidelicet, & formata, ita est duplex dilectio Dei, s. naturalis, atq; gratuita: q̄ habent tantam affinitatem, & similitudinē inter se, ꝙ nō potest hō pro certo discernere an sua dilectio sit actus amoris naturalis, an amoris gratuiti. Nam, & de Lucifero legitur, In delicijs paradisi Dei fuisti. & tamen nunquam fuit (vt fertur) in charitate. Quo constat, quòd & naturalis dilectio habet suas delicias, delectationemq; aliquam.

Scientia duplex.

Charitatis præsentiæ signa duplicia.

Dilectio Dei duplex.

Iezec. 28.

¶ Sed rursus argui potest, ꝙ aliquis certissimè sciat se charitatem habere: quia secundum Augusti num charitas est amor, quo Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum: sed qui oīa sua propter Deum reliquerunt, ac pauperibus dederunt, sciunt se Deū super oīa diligere, & proximos sicut seipsos. sic namq; agendo nō respexerunt ad lucrū seu cōmodum temporale. ¶ Rñdemus, ꝙ in verbis his

Obiectio. Augustin.

Dilutio.

his Augustini ly, propter, denotat duplicem causalitatem, videlicet causæ finalis, & efficientis, quoniam Deus efficit charitatem in nobis. gratuita nāque debet esse charitas ex parte causæ efficientis & etiam ex parte causæ finalis, amor autem naturalis potest esse gratuitus ex parte causæ finalis, sed non ex parte causæ efficientis, vt patet in eo, qui diligit magistrum propter filium suum. Diligit enim magistrum gratis, & propter se, quantum ad causam finalem: quia vult illi multa bona, quamuis sibi nullum bonum inde accideret. sed ex parte causæ efficientis non est amor ille gratuitus, quoniam illum amorem parit filij sui amor, qui est naturalis. Itaq; distinguenda est hæc, Iste scit se diligere Deum propter se: quoniam si ly propter, denotat vtranq; causalitatem, falsa est: quia non scit an Deus fecit illum amorem, an natura. si vero denotet causalitatem causæ finalis, est vera, sed illa non sufficit ad rationem charitatis. Hæc Antisiodorensis.

Alexāder.

¶ Quibus satis concordat Alexander super tertium, tractatu de charitate, vbi, & addit: Quia si sciremus certitudinaliter charitatem esse in nobis, cum hoc ipsum sit fidei, quòd charitatem infusam habent fideles: sequeretur, ꝙ ea, quæ fidei sunt, certitudinaliter, & demonstratiuè scirentur. Attamen de hoc argumento plura possent induci, de quibus supersedeo modo.

Obiectio.

¶ Sed rursus doctores isti præcipui arguunt ita: Duplex est demonstratio, scilicet demōstratio propter quid, quæ est probatio effectus per causam: & demonstratio quia, quæ est probatio per immedia tum effectum. Cum igitur omnis effectus immediatus, & proximus, ac proprius, aptus natus sit facere demonstratiuam scientiam de sua causa, & charitas habet effectum immediatum, & proximum, qui est spiritalis dulcedo, seu Deum supernaturaliter diligere propter se, & eum qui diligit facere Deo acceptum: videtur quòd per illos effectus valeat homo demonstratiuè, & certitudinaliter scire se charitatem habere. ¶ Item amor naturalis, & infusus, seu charitas, differunt specificè: ergo actus eorum sunt diuersarum rationum, atque specificè differentes, vnus ergo actuū talium discerni potest ab alio.

Dilutio.

¶ Verum, ad hoc respondent iuxta præhabita, ꝙ habitus illi amorum, & actus eorum, tantæ sunt similitudinis, & conuenientiæ, quòd abinuicem per rationem discerni non queunt. Actus quoque charitatis, qui est, subiectum suum reddere Deo acceptū diuinę voluntatis acceptionem, & approbationem includit, quæ nos latet. imò, vt Henricus de Hasia in tractatu suo de discretione spirituum scribit, cū maximus charitatis effectus. sit, mori pro Deo, & proximorum salute, sicut ait Saluator: Maiorē charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. nec ille tātus charitatis effectus certitudinaliter arguit charitatem inesse sic morienti, quoniam ex naturali amore reipublicæ, & acquisitis virtutibus, aliqui se exposuerunt sponte morti durissimæ, sicut in libro de ciuitate Dei recitat de quibus, præsertim de Marco Regulo Augustinus. Itaque respondendum, ꝙ quamuis habens charitatem, gustet spiritale dulcedinem, quæ effectus est charitatis, non tamen scit, quòd illa sit dulcedo veræ charitatis, & non naturalis amoris. imò est ibi fallacia accidentis, quia ad hoc, quòd conclusio esset vera, oportet quod sciret dulcedinem illam esse à charitate infusa. Vnde non sequitur, scit, & experitur dulcedinem illam in se, & dulcedo illa est charitatis, ergo scit illam esse à charitate.

Charitatis effectꝰ præsentiā eius nō arguunt.

Henricus de Hasia.

Ioan. 15.

Augustin.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Nullus sine reuelatione ad se facta, potest scire se esse in charitate duabus de causis, quarum vua est: quoniam quamuis charitas ex sua natura sit valde cognoscibilis, vtpotè lumen quoddam, & actualissima virtus, non tamen nobis sic manifestatur propter tumultum concupiscentiæ, & passionum, atque phantasmatum in cordibus nostris. Alia causa est, quoniam amor naturalis simillimos habet effectus, & actus cū charitate. ¶ Præterea si quis instet: Cum enim charitas sit lumen, & lumen uideatur seipso, apparet, quòd tā charitas increata, quæ est splendidissimum lumen, quam charitas creata, quæ est pulcherrima, ac lucidissima uirtus. per seipsas, & in seipsis, seu immediatè uideantur à nobis in uita hac. Et si dicatur, quòd uideatur per effectus, obijcitur, quia sic cognoscuntur etiam à non habentibus charitatem.

Albertus.

Obiectio.

¶ Ad quæ respondendum, quòd quidam his rationibus moti, dicunt quod Deus nunc per speciē a nobis videtur, sed adeò tenuis, & imperfecta est visio, vt nequeat uisio appellari. Sed hoc non apparet, nisi forsan in raptu, quando homo non vtitur intellectu ex phantasmate accipiente: ideò mihi videtur, quòd Deus præsens in anima, cernitur in suo effectu, qui est gratia nobis data, & præsertim in charitate, quæ optima, & intima est virtutum, atq; similima patriæ, quia essentialiter manet in patria, quamuis modus eius ibi sit alius. Ad obiectum ergo dicendum, quòd charitas lumen est quantum ad suas operationes. Effectus autem sensibilis luminis multiplex est, sed quatuor sunt principales eius effectus. Primus est, expellere tenebras. Secundus ostendere, quæ latebant, potissimè prout est in extremitate perspicui. Tertius est, ex multiplicatione radiorum, quos diffundit, calefacere atque dissoluere. Quartus effectus est specialiter luminis cęlestiū corporum mouere, & agere ad generabilium, & corruptibilium productionem. Hi autem effectus spiritaliter competunt charitati, & veritati, diuersi modè tamen: quoniam primus effectus, qui est illuminare, magis conuenit veritati, tam quantum ad expulsionem tenebrarum in fidelitatis, quàm ignorantiæ: sed quantum ad expulsionem peccati, quod nascitur ex corrupto affectu, magis conuenit charitati, quoniam charitas multitudinem operit peccatorum. Secundus autem effectus lucis, qui est latentia demonstrare, totus est veritatis. porro effectus tertius, qui est dissoluere, & calefacere, totus est charitatis. Quartus vero effectus conuenit veritati, & charitati. Nam sicut veritas intellectum, sic charitas fęcundat affectum.

Dilutio. Deus non videtur in via p speciem.

Luminis sensibilis effectus quatuor.

Charitatis ac veritatis effectꝰ.

Prou. 10.

¶ Ad secundum dicendum, quòd differentia illa actuum naturalis amoris, ac charitatis infusæ, quā uis ex sua perceptibilis sit natura, tamē ob nimiam similitudinem actuum eorum, & ob alias causas tactas, ac tangendas, non valemus certitudinaliter inter eos discernere in hac vita. Hæc Albertus.

Charitatis infusæ, & naturalis actus discerni nō possunt in via.

¶ Vdalricus concordat.

Vdalricꝰ. Dio. Car.

¶ Quo circa pensandum, quòd prima ratio illa, ob quam ait Albertus nos non posse certissimè cognoscere sine reuelatione, quòd sumus in charitate, non videtur locum habere in viris heroicis, ac perfectis, in quibus sedatæ sunt passiones, & intellectus est illustratus,

¶ Denique Bonauenturæ Charitatem, inquit, cognosci contingit dupliciter. primò in vniuersali quid sit, & qualis debeat esse. & ita cognosci potest à viatore. alio modo in speciali, siue in hoc, aut illo supposito, & sic neque de se, neque de alio

Bonauen. Charitatis duplex cognitio.

potest homo nunc certitudinaliter scire, quod habeat charitatem. Non de alio, quia (vt ait Apostolus) quid agatur in homine, nullus scit nisi spiritus hominis. nec interiora sciuntur, nisi per exteriora tanquam per signa, quæ fallibilia sæpe sunt. De seipso quoque nō potest homo pro certo scire, quod sit in charitate, propter quatuor rationes, quarum vna, atque præcipua est diuinæ acceptionis implicatio: quoniam charitas semper coniuncta est gratiæ gratum facienti, quæ ideò gratum faciens dicitur, quoniam reddit hominem Deo acceptum, idcirco, & charitas sic vocatur, non solum, quia amatum habet charum, sed etiam, quia hominem facit Deo charum, & quia non scimus Dei acceptionem certitudinaliter, nisi per reuelationem, ideò sine ea pro certò non scimus, quod sumus in charitate, nisi nobis desuper reueletur. Secunda ratio est similitudo charitatis ad naturalem amorem. contingit namque aliquem inflammari ad Dei amorem per assuefactionem, qui tamen sordet aliquo spirituali peccato, nihilominus semper afficietur ad Deum, sicut expressè docet Bernardus in libro de amore Dei, vbi reprehendit quosdam de sua deuotione superbientes. Tertia ratio est interioris nostri oculi lippitudo, qui est velut oculus noctuæ ad lympidissima naturæ, hinc sicut oculus lippus nesciret distinguere inter lumen solis, ac lunæ, sic oculus noster interior inter lumen gratiæ gratum facientis, & gratiæ gratis datæ non valet discernere. Quarta ratio est iudiciorum dispensatio diuinorum. Deus etenim claudit oculos seruorum suorum, quantum ad ea, quæ ad eorum pertinent dignitatem, & de quibus possent efferri ne extollantur, aut inaniter glorientur. Hinc gratia contraria est superbiæ; quia superbiá aperit oculos ad intuendum prærogatiuas, excellentiasq; sui subiecti, & claudit eos ne videant indigentias, ac defectus ipsius, iuxta illud Apocalypsis: Dicis quia diues sum, & nescis, quia tu pauper es, & cęcus. Econtra vir sanctus dicit se nihil esse, quia Deus claudit oculos eius ad bona, & aperit eos ad videndum propria mala. Et hæc est ratio cur homo non cognoscit charitatem. Quæ ratio quamuis per se non sufficiat, cum alijs tamen bona est. attamen credo, quòd prima ratio illa præcipua, scilicet quoniam charitas acceptationem diuinæ voluntatis includit. Nihilominus per signa quædam potest probabiliter sciri inesse, maximè per mortificationem concupiscentiæ, & amoris mundani, ac vani, atque per alia multa signa, quæ sancti ponunt. Hæc bona uentura.

¶ Circa hæc loquitur Thomas hoc loco: Dupliciter dicitur aliquid esse cognoscibile secundum philosophum secundo Metaphysices. Primò, secundum se, seu ex sua natura: secūdo, quo ad nos. Hinc immaterialia ex se sunt maximè cognoscibilia, nobis vero sunt difficillima, qa nostra intellectiua cognitio à sensitiua habet exordium. Vnde potētias, ac habitus animæ non valemus cognoscere, nisi per actus, & actus per obiecta. Porro in actu animæ plura considerantur, videlicet species, actus, & modus, atque effectus. Si ergo sumimus actum charitatis, qui est diligere Deum, & proximum, ex specie actus, non discernitur, an sit à potentia imperfecta, vel à potentia per habitum gratuitum perfecta: quia ad idem obiectum ordinatur potentia, & habitus, vt intellectus possibilis, & scientia; modus vero, quem ponit habitus in opere, est facilitas, & delectatio; quia vt secundo Ethicorum habetur, Signum habitus est delectatio fiēs in opere. ab hoc autem modo non potest discerni, an actualis dilectio sit à charitate infusa, vel habitu acquisito. Proprius autem effectus dilectionis, secundūm quod est ex charitate, est efficacia promerendi, quæ nequaquam cadit in nostram cognitionem nisi per reuelationem. Hæc Thomas.

¶ Concordat Petrus: Illos, inquiens, habitus qui habent actus omnino dissimiles, ac diuisos ab actibus aliarum virtutum, cognoscere possumus in propria ratione, vt fidem, & spem. illos vero, qui habent actus similes actibus aliorum habituum, vel innatorum, vel acquisitorum, non possumus cognoscere cognitione perfecta in propria ratione, sed solum in genere. Sicque scire possimus nos habere dilectionem, non charitatem. & hoc quadruplici ratione. Primò, quoniam charitas importat Dei acceptionem, quæ latet nos. Secundò, quoniā intellectus noster obumbratus ex carne, ad supernaturalia cognoscenda est habens. Tertiò, quoniā actus charitatis similis est actui acquisiti, & connaturalis amoris. Quartò propter iudicium Dei, qui adhuc humiliandum nos vult nos bona nostra latere. Potest quoque sic responderi, vnumquodque cognoscitur secundum quod est in actu, prout vndecimo Metaphysicæ dicitur. habitus autem est medium inter potentiam, & actum, propter quod nec habitus ipse percipitur, nisi secundum quod per actum completur. Hinc exercendo actus quorundam habituum, percipimus nos habitus illos habere. quod contingit ex hoc, quod percipimus actum peruenire ad hoc, quod est proprius effectus huius modi habitus, sicut dum quis scit se, seu actum suum pertingere ad proprium effectum temperantiæ, cognoscit temperantiam se habere. porro proprium charitatis effectum, quem addit supra naturalem dilectionem, scire non possumus. hic namque effectus est quædam ineffabilis vnio mentis ad Deum, de qua apud Iohannem legitur: Vt sint vnum, sicut & nos. Hæc Petrus. Prælabitis omnino concordat Richardus.

¶ Aegidius quoque scribit hic: Aliquid potest cognosci dupliciter, scilicet speculatiuè, & in communi, vtpotè quid sit, ea, quæ sit causa ipsius, & subiectum, atque effectus. sicque charitas potest cognosci, non solum ab habentibus charitatem, sed item ab alijs: sicut & sapor potest cognosci hoc modo ab eis, qui non sunt eum experti in hoc, vel illo subiecto. Secundò res potest cognosci secundum, quod est in isto, vel illo. & sic non potest charitas certitudinaliter sciri, nec ab eo, qui habet illam, neque ab alijs. Hæc Aegidius, Qui de his scribit prolixè, tamen concorditer alijs. ¶ Ad primum itaq; respōdendū, quòd philosophus loquitur ibi de habitibus intellectiuæ potentiæ, quorum actus sub propria possunt ratione cognosci. Charitas quoq; non penitus latet habentē: quia (vt tactū est) per multa signa probabiliter scitur inesse. Vnde & Apostolus protestat: Non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis. Denique præter signa prætacta sunt, & alia signa, quædā minus, & quædam magis probabilia. Signa aūt multū probabilia sunt, cordialiter abhorrere, ac fugere omne peccatū mortale, ita, ꝙ homo ꝓ nulla re vellet scienter peccare mortaliter. Item propriam conscientiam diligenter discutere, & quicquid in se venerit reprehensibile, fortiter emendare, alijs quoq; discretis personis propriam conuersationē, & conscientiam aperire tā in confessio-

Gratiæ, & superbiæ differētia.

Viator ignorat se charitatē habere ꝓpter quatuor.

Bernard.

Aristotel.

Apoc. 3.

Thomas. Aristotel.

Aristotel.

Petrus.

Aristotel.

Iohan. 17.

Richard. Aegidius. Cognitio duplex.

Argumentorum solutio.

1. Cor. 2.

confessione sacramentali, q̄ extra eandem, & iuxta illorum informationem emendationi insistere: habere etiam cor paratum ad omnia, quæ Deus requirit, & coram Deo iugiter in omnibus formidare. Signa vero minus probabilia sunt, verbum Dei libenter audire, diuino officio intuitu Dei affectualiter interesse. Non est autem securum, sensibili deuotioni plurimum credere, quia frequenter potest in ea deceptio commisceri. Vera autem, & tuta deuotio est, ad ea, quæ Dei sunt, ac salutis, animum promptum habere: & non multum curare, an hoc sit cum deuotione sensibili, seu consolatione quadam suaui: quia, & multi infideles. ac perfidi, atque hæretici in sacrificijs, & orationibus suis multoties accenduntur, lacrymantur, & delectantur. Nam & inferiorem, ac sensitiuam animæ patrem spiritus malꝰ varijs modis pōt alterare, immutare, afficere.

¶ Ad secundum dicendum iuxta prehabita, ꝙ feruētes in charitate, experiuntur, & nosc̄unt in se esse actus amoris, non tamen certitudinaliter sciūt sine reuelatione, an sint actus amoris infusi, an naturalis, & acquisiti. ¶ Ad tertium respondetur, ꝙ Augustinus loquitur iuxta modum Platonicorum, vt dictum est pleniùs supra, & verum est, ꝙ habens dilectionem, ex eius præsentia certo scit se habere dilectionem saltem in genere, & ipsa charitas ex parte cognoscibilis nota est. ¶ Ad quartum dicendum, quòd fides, & spes habent actus sibi tam proprios, qd̄ certitudinaliter possunt discerni ab alijs. ideò non est simile. ¶ Ad quintum, ꝙ sicut sapientia, quæ est donum spiritussancti. & charitas, habēt tres gradus: sic sapientia naturalis, sapientia quoque theologica, quæ est habitus acquisitus, & donum gratiæ gratis datæ, & etiā amor Dei naturalis, habent proportionabiliter gradus tres sicq; sapientia illa naturalis, & præsertim theologicalis acquisita, ac amor naturalis, seu acquisitus, quantum ad gradus suos supremos, habent quosdam actus, & effectus valde consimiles mysticæ theologiæ, prout ex libris Platonicorum Augustinus in libro de ciuitate Dei declarat. ideò inter actus illos discernere non valemus. Et quamuis reuera sint quidam actus, & effectus charitatis infusæ, perfectæ, ac mysticæ theologiæ, quæ realiter idem est cum dono sapientiæ, quātum ad gradum eius tertium, ac supremum, tam sublimes, & eminentes, quòd naturalis amor, & sapiētia acquisita, ad eorum perfectionem, ac dignitatē pertingere, nequeunt, vt præcipuè patet in his, qui rapiuntur, & absorbentur in diuitias gloriæ Dei tam valide, quod ob omnibus sensibus penitus alienantur, vsque totius corporis rigiditatē, sopor ationem. inflexibilitatem: tamen aliquid tale etiam naturaliter fieri posse aliqui forsitan respōderent, vel à spiritu malo imaginarentur corpus sic alterari. Porro quod tangitur in illa obiectione, quia naturali habitu ad libitum vtimur, solueretur fortasis, dicendo, quòd in raptibus illis inopinatis improuisis, & præuenientibus, qui vitari non valent, in quibus sopitur libertas arbitrij, aliqua causa superior naturalis secreta concurrat. Mihi tamen sub correctione videtur, quòd in eleuationibus illis extaticis feruentissimis, ac splendidissimis, in quibus mens tam gratiosè præuenitur, rapitur, absorbetur in Deum, tamq; serenissimè contemplatur diuina, atque tam amorosè, ac dupliciter sentit se præueniri, constringi, deosculari à superbeatissima deitate, ita quòd pro tunc velit nolit, ambigere nequeat quin placeat, & accepta sit Deo, certa sit se esse in charitate: & ꝙ tam gratiosa, & amorosa visitatio mentis à Deo, æquiualenter, vel etiam formaliter sit reuelatio desuper facta: nec oportet reuelationem illam per angelum fieri, quæ & si per angelum fieret, non protinus acceptanda esset, & credenda tanquam ab angelo sancto facta, nisi forsan quis haberet discretionem spirituum, aut intus certificaretur de hoc, quoniam angelus satanę transfigurat se in angelum lucis. ¶ Ex quibus patet solutio sexti.

¶ Ad septimum respōdetur, ꝙ auctoritas illa archiapostoli, exponi potest de certitudine coniecturali, & multum probabili, de qua sanctus pater Bernardus, & multi alij sancti loquuntur. ¶ Per quod patet ad octauum responsio. ¶ Postremo, auctoritatem Solomonis præhabitam, Nescit homo an scit dignus amore, vel odio, quidam exponunt de amore prædestinationis, seu finalis saluationis, an scilicet finaliter sit saluādus, & constat, inde neminem sine reuelatione certum posse consistere. Apostoli vero, & alij quidam sancti ex reuelatione certi fuerunt se dignos esse amore, & charitate tam præsentis uitæ, quàm saluationis æternæ, & prædestinationis diuinæ. Verissimum quoq; est, quod diuinus ait Apostolus: Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quòd filij Dei sumus. Nempe spiritussanctus suorum corda fidelium consolatur varijs modis, & ipsis inspirat, loquitur, & ostendit, ꝙ adoptiui sint filij Dei, & in charitate consistant, quod qui busdam per certitudinem absolutam, alijs per certitudinem probabilem, aut piam confidentiam protestatur, ac manifestat.

deuotioni sensibili, non temere fidendū

ad 2.

ad 3.

ad 4.

ad 5.

Augustin.

2. Cor. 11.

Ad 7.

Bernard.

Eccēs 9.

Prædestinationis certitudo in apostolis ꝗualis

Roma. 8.

QVAESTIO VI.

SExtò quæritur, *An charitas augeatur, & qualiter quibusve actibus*. ¶ Videtur, quòd nō augeatur. Primò, quoniam est simplex forma, indiuisibilisq; essentia. ¶ Secundò, quia nec est quanta ex sua natura, nec quantitas, sed qualitas simplex: nec ex parte subiecti sui, cum insit voluntati, quæ est immaterialis, & inorganica potētia animæ. ¶ Tertiò, quòd nō mouetur, non augetur, cum augmētatio sit species motus. sed charitati non competit moueri, cum nō sit corpus, neque res corporalis, sed spiritalis.

¶ In oppositum est auctoritas Augustini, dicentis: Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur, & perfici. Et iterum ait: Charitas cum fuerit nata, id est, infusa, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur. Denique diuersi sunt gradus charitatis in quibus homo crescit paulatim. & tale crementum est quoddam charitatis augmentum.

¶ Ad hoc Thomas respondet: Quidam posuerunt charitatem essentialiter non augeri. & horū quadruplex fuit opinio. Quidam namque dixerūt, ꝙ charitas secūdum se non augetur, sed dicitur augeri in nobis, inquantum nos in charitate proficimus. & hæc fuit opinio Magistri, & suorum, quoniam posuerunt charitatem nō esse nisi ipsummet spiritumsanctum, in quem variatio nulla cadit. Sed hoc stare non ualet, quoniam non est intelligibile, qnòd nos proficiamus in charitate, quæ est spiritussanctus, nisi aliquid fiat in nobis, quod priùs non fuit. & hoc esse non potest solummodo actus, cum actus ꝓcedat ex habitu, seu uirtute, sicut probatū est. omnis quoque actus perfectus, quali vnimur spiritui sancto, est à virtute perfecta. ¶ Alij dixerunt, ꝙ charitas essentialiter non augetur, sed dicitur augeri, inquantum magis firmatur in subiecto ꝑm ipsam radicationē. Sed ex hoc sequit̄, ipsam quoq; augeri essētialiter. nulla. n. forma magis firmat̄ in subiecto

Arguit. 1. contra veritatem.

2

3

In oppositum.

Thomas.

Negantiū charitatis augmentū quadruplex opinio.

nisi per hoc, quod maiorem habet victoriam super illud. augmentum vero victoriæ redundat in augmentum virtutis, & per consequens in augmentum suæ essentiæ: quoniam virtus si non est ipsa essentia, oportet, quòd sit ab essentia, commensuretur; ei sicut effectus propriæ causæ. Alij dixerunt, quòd charitas essentialiter non augetur, sed adueniente charitate maiore, minor, quæ inerat, destruatur, sicut dies augeri dicuntur, dum minoribus succedunt maiores. Quod stare non valet, quoniam nulla forma corrumpitur nisi ex agente contrariò, vt albedo nigredine, vel per accidens ex corruptione subiecti. Cum ergo subiectum charitatis permaneat, charitas quoque adueniens, charitati, quæ inerat, non contrarietur, nequaquam destruitur. Alij

Charitatis duplex feruor.

dixerunt, quòd charitas non augetur nisi quantum ad feruorem. Quod dici non potest, quoniam feruor charitatis dupliciter sumitur. Primò propriè, prout est in parte sensitiua. cum enim vires inferiores sequuntur motum superiorum, si sit intensus, sicut videmus, quod ad apprehensionem mulieris dilectæ totum corpus accenditur: sic quando affectus superior intensè mouetur in Deum, consequitur quædam impressio in viribus sensitiuis, qua incitantur ad obediendum diuino amori. intensio autem istius feruoris, ad augmentum non sufficit charitatis; quia secundum augmentum istius feruoris, non attenditur quantitas meriti, cum augmentum huiusmodi in corporis, inferiorumq; virium dispositione consistat. idcirco hoc modo magis feruentes non semper magis merentur. Qui autem crescit in charitate, crescit in merito. Secundò feruor charitatis metaphoricè sumitur, secundum, quod charitatem dicimus esse calorem, & intensionem actus charitatis vocamus feruorem, prout

S. Diony.

etiam sanctus Dionysius ponit feruidum in angelorum amore. sicq; feruor est per se consequens essentiam charitatis. Hinc non potest in tali feruore fieri augmentum, nisi charitas essentialiter augeatur; quoniam simul variatur res, & omnia, quæ ipsam consequuntur per se. idcirco dicendum, quòd charitas essentialiter augetur. Augeri autem non aliud est, quàm maiorem sumere quantita-

Quantitas duplex.

tem. propterea secundum quod aliquid se habet ad quantitatem, ita se habet ad augmentum. Quantitas autem est duplex, videlicet virtualis, & dimensiua. virtualis non est ex suo genere quantitas. Non enim diuiditur diuisione suæ essentiæ, sed magnitudo eius attenditur per respectum ad diuisibile aliquid extra, vel multiplicabile, quod est obiectum, vel actus virtutis: ex genere autem suo est forma accidentalis in genere qualitatis, aut forma substantialis, quæ non est maior, aut minor. hinc augmentum secundum quantitatem virtutis, non pertinet ad speciem motus, quæ augmentatio appellatur, sed magis ad alterationem. sicq; augentur charitas & aliæ qualitates. Porro quantitas dimensiua conuenit quibusdam per accidens, sicut albedini, quæ dicitur quanta secundum quantitatem superficiei. Vnde non augetur nisi per accidens. Per se autem conuenit corporibus, quæ per se augentur. Quod contingit dupliciter, quia interdum, quod suscipit maiorem quantitatem, mouetur de quantitate minore ad maiorem. aliquando vero fit hoc sine motu ipsius, quod augetur: propter quod non quælibet pars eius augetur, sicut quælibet pars moti per se mouetur. & hoc contingit, quando efficitur quantitas maior per quantitatis additionem, sicut dum additur lignum ligno, aut linea lineæ. vnde hic est augmentum, sed non motus augmenti. Verum, quod aliquid moueatur ad quãtitatem maiorem, contingit dupliciter. Primò sic, quòd quantitas sit per se terminus motus, vel quòd terminum consequatur. cumq; quantitas fuerit p se terminus motus, oportet, quòd sit ibi additio ad totum, & ad quamlibet eius partem, ita ꝙ totũ augeatur, & quælibet pars ipsius, vt est in animali, & plãta. sicq; proprièest motus augmenti, & sic motus augmenti nõ est nisi in habentibus nutritiuam. Consequitur autem quantitas terminum motus, dum motus est ad formam, quam consequitur quantitas aliqua. Cuilibet etenim formæ debetur quantitas determinata. & quoniam non specificatur nisi ab eo, quod est per se terminus motus, ideò talis motus non vocatur per se motus augmenti, sed generatio, si sit forma substantialis: vel alteratio, si sit forma accidentalis. Denique charitas dicitur augeri non quasi subiectum augmẽti, cum sit accidens: sed quia per ipsam augmentum attenditur, sicut & quantitas fertur augeri, & albedo variari, dum aliquid per quantitatem augetur, aut per albedinem variatur. Nec oportet si essentialiter augeatur, quod destruatur. dicitur namque secundum essentiam suam mouetur dupliciter: primò, quia essentia est per se termi-

Mouetur aliquid ꝙ essentiam dupliciter

nus motus. sicq; secundum essentiam moueri, est essentiam amittere, & corrumpi. Secundò, quia est motus secundum aliquid coniunctũ essentiæ, quod est per se terminus motus, quemadmodum aliquid dicitur moueri essentialiter, quando secundum locum mouetur, atque secundum suam essentiam est in loco. Et sic essentiale augmẽtum uocatur, quod est secundum quantitatem consequentem essentiã, manente vna, & eadem essentia sub quantitate diuersa, siue quantitas sit ipsa essentia rei, sicut quantitas virtutis est idem cum ipsa uirtute: & tamen mouetur per se, loquendo secundum quantitatem secundum maiorem, & minorem perfectionem virtutis. Nec tunc per se secũdum essentiam suam mouetur, quoniam retinet suum esse, siue quantitas sit aliud ab essentia, vt in corporali augmento. Nec oportet, ꝙ omne quod mouetur, sit quantum nisi loquendo de motu naturali, seu physico, qualis nõ est animæ motus. Hæc Thomas in Scripto.

art. 4.

¶ At vero in Secunda Secundæ quæstione 24. Charitas, inquit, viæ potest augeri. ex hoc namque dicimur viatores, quia tendimus in Deum, qui est vltimus finis noster. In hac vero via tanto magis procedimus, quanto plus Deo appropinquamus: cui non appropinquamus passibus corporis, sed affectibus mentis: quam appropinquationem efficit charitas per quam mens Deo vnitur. Hinc Apostolus charitatem nominat viam: Excellentiorem, inquiens, uiam uobis demonstro. Virtualis quoque quantitas charitatis non attenditur penes numerum obiectorum, quæ charitate amantur, cum & minima charitas diligat omnia, qua charitate sunt diligenda, sed etiam, imò præcipuè secundum intensionem actus, vt magis, vel minus aliquid diligatur. sicque virtualis quantitas charitatis augetur. Dicitur etiam charitas summa virtus respectu aliarum virtutum, & dicitur esse in summo ex parte obiecti, quod Deus est: attamen non quælibet charitas summa est, neque in summo, quantum ad perfectionem suam in se, aut quantum ad actus sui intensionem. imò ita augetur. Quidam vero dixerunt charitatem non augeri quantum ad suam essentiam, sed solum secundum radicationẽ suam in subiecto, vel secũdum feruorem.

1. Cor. 12.

rem. sed hi propriam vocem non intellexerunt. Cũ enim sit accidens, esse eius est inesse. ideo aliud nihil est charitatem secundum essentiam suam augeri, quàm eam magis radicari, vel inesse subiecto. Cõformiter cum charitas sit virtus essentialiter ordinata ad actum, idẽ est augeri secundum essentiam, & ipsam habere efficaciam ad producendum actũ feruentioris dilectionis. sicque augetur secundum essentiam. Hæc in Summa præfata.

Petrus.

¶ Concordant Petrus, & alij quidam, dicentes: Augmentatio, & diminutio sunt mutationes circa magnum, & paruum. Vnde secũdum quod aliquid se habet ad magnitudinem, vel paruitatem, ita se habet ad augmentum, & diminutionem. Magnitudo demum, & paruitas attribuuntur alicui dupliciter. Primò, secundum quod ipsa dicuntur magna, aut parua. & sic augentur substantiæ, quarum est esse magnum, vel paruum secundum quantitatem molis, vel virtutis. Secundò, prout magis, vel minùs insunt. sicque dicuntur augeri, & minui formæ quæ possunt magis, & minus inesse, ut albedo, & sanitas. Hoc quippe est eas augeri secundum essentiam, quoniam accidentis esse est inesse. secus esset de forma subsistente, ut de anima, quæ minùs inest materiæ, quàm formæ substantiales eductæ, nec tamen est minor, quàm illæ. sic ergo charitas secundum essentiam suam augetur. Verũtamen aliud est formam magis inesse subiecto, & aliud firmiùs inesse subiecto, vel in subiecto liberiùs operari: qa hæc duo, videlicet firmiùs inesse, ac liberiùs operari: attenduntur secundum dispositiones concomitantes: sed primum, utpotè magis inesse, attenditur secundum essentiam formæ. Hinc dicere charitatem augeri secundum maiorem radicationem in subiecto, vel secundum maiorem feruorem, non est dicere ipsam augeri secundum essentiam, sed ipsam magis inesse. hoc solum est eam augeri secundum essentiam. Magis verò dicitur inesse secundũ quod potentia subiecti magis terminatur sub actu formæ & ei subijcitur, cuius exemplum est in sole, cuius materiæ capacitas tota terminatur sub sua forma, & ita est de charitate, quando ad suum peruenit terminum. Hæc illi.

Magnitudo attribuitur alicui dupliciter.

¶ Quorum hoc vltimum dictum uidetur à verbis illis Thomæ præhabitis discordare: quæ tamen discordantia videtur in diuerso usu, seu acceptione verborum, & in modo loquendi magis, quàm in re ipsa consistere. ideo parua apparet.

¶ Positio autem Richardi concordat Thomæ in omnibus iam inductis, similiter positio Bonauenturæ. Communiter verò, atque concorditer fatentur doctores, charitatem augeri: sed in modo ponendi, multipliciter diuersificari, & contrariari videntur.

Aegidius.

¶ Porrò Aegidius, quamuis charitatem augeri concedat: negat tamen eam essentialiter posse augeri: imò nullam virtutem, nullamque formam accidentalem dicit augeri, seu intendi, uel remitti secundum essentiam, cum essentia rei in indiuisibili, sit consistens, & species rerum habeant se, ut numeri: sed intensionem, & remissionem virtutum, atq; formarum asserit fieri secundum esse ipsarum. Hãc verò opinionem multipliciter, fortiterq; impugnat Durandus. Insuper quid circa hæc sentiant Albertus, Henricus, & alij, in processu patebit. ¶ Consequenter ergo uidẽdum, qualiter charitas augeatur seu intendatur, an scilicet per additionem noui gradus, aut nouæ, seu superadditæ charitatis, vel per additionem essentiæ, aut per confortationem, & firmiorem radicationem duntaxat.

Thomas.

¶ Itaque circa hoc scribit Thomas hoc loco: Eorum, qui ponunt charitatem essentialiter augeri, dicta in duas redeunt opiniones. Vna est, quòd augetur per additionem charitatis ad charitatem. alia est, ꝙ augetur per intensionem secũdum accessum ad terminum, id est, ad perfectionem charitatis. Et in hoc redit, ꝙ aliqui dicunt charitatem augeri per multiplicationem sui in anima, sicut lux in aere. Primam autem positionẽ intelligere nequeo, quia in omni additione oportet intelligere duo diuersa, quorũ unum additur alteri. Si ergo sint ibi duę charitates: aut differunt specie, aut numero tãtum. Non specie, cum omnes charitates in eadem specie sunt virtutis. Nec numero, cum sint in eodem subiecto. non enim possunt plures formæ accidentales eiusdem speciei in eodem numero esse subiecto, præsertim formæ absolutæ, non relatiuæ. Prouenit igitur positio ista ex falsa imaginatione, qua imaginati sunt quidam augmentum charitatis, ad modum corporalis augmenti, in quo fit quantitatis ad quantitatem additio. Ideo dico, ꝙ dum charitatis augetur, nil additur ibi, quemadmodum, &

Aristot.

philosophus 4. asserit physicorum, quod aliquid efficitur magis album, magisve calidum, non per additionem albedinis, aut caloris: sed quoniã quantitas præinexistens, intenditur secundum propinquitatem ad terminum. Denique intensio ista diuersimodè accidit in qualitatibus simplicibus, & compositis, primis, & secundis. Qualitates namq; compositæ, seu secundæ intenduntur secundum intensionem qualitatum primarum, ut sapor, & sanitas secundum intensionem caloris, & frigoris, humoris, & siccitatis. qualitates autem primæ, & simplices. intenduntur ex causis suis, utpotè ex agente, & recipiente. Agens enim intendit reducere patiens de potentia in actum suę similitudinis, quantum potuerit: quemadmodum autem non calidum est potentia calidum, sic minus calidum est in potẽtia respectu calidioris. Hinc sicut per calorem efficitur de non calido calidum, non ꝙ ponatur ibi aliquis calor, sed quoniam calor, qui est in potentia, in actum educitur; ita quoque efficitur magis calidum per actionem calidi, inquantum educitur calor, qui ineſt ut actus imperfectus in maiorem perfectionem, maioremq; assimilationem agentis. quod contingit, secundum quod potentia subiecta est actui. Quæ quoniam quantum in se est, ad multa se habet, magis, aut minus terminatur sub actu illo. vel quia augetur virtus agentis, sicut ex coniunctione plurium luminarium intẽditur illuminatio: vel ex parte materiæ, secundum quod efficitur susceptibilior actus illius: quemadmodum aer quanto plus attenuatur, tanto fit susceptibilior luminis. Intensio autem charitatis non contingit ex hoc, ꝙ virtus agentis fortificetur: sed tantum ex hoc, quòd natura recipiens, quæ quantùm in se est, quandam habet dispersionem, secundum quod est in potentia ad plura, magis, ac magis præparatur ad gratię susceptionem, prout ex prætacta multitudine, seu confusione potentialitatis in unum colligitur per operationes, quibus ad charitatem suscipiendam præparatur, vt dictum est. Ideo sanctus Dionysius

Intensio diuersimodè accidit in qualitatibus primis, & secundis.

S. Dion.

profectũ sanctitatis semper designat per hoc, quod est, ex uita partita in uitam unitam consurgere: Vnde patet, quòd charitatis augmentum simile est augmento naturalium qualitatum, quamuis differat eius origo ab illarum origine; quoniam qualitates naturales educuntur de potentia materiæ,

quarum

quarum quasdam inchoationes indidit Deus materiæ opere creationis. ideo quando in actum prodeunt, est exitus de imperfecto ad perfectum. Dona verò gratuita non educuntur de potentia naturæ, quoniam nihil est in potentia naturali, quod per agens naturale non possit educi. idcirco origo gratiæ est per nouam infusionem, sed augmentum eius est per hoc, quod de imperfecto ad perfectum
Obiecti. 1. actus infusus educitur. ¶Verum his obijci potest. Primò, quoniam nihil potest charitatem augere nisi Deus. Deus autem non agit aliquid in anima nisi per nouum influxum, qui nouus influxus nequid
2 intelligi nisi de nouo aliquid infundatur. ¶Secundò, si charitas non augetur per charitatis additionem, non augeretur nisi per recessum à suo contrario: sed augmentū charitatis potuit esse in creaturis, in quibus nihil est de contrario charitatis, sicut in angelis, atque in homine in statu innocentiæ. ergo charitas non augetur hoc modo, sed pri-
3 mo, videlicet per additionem. ¶Tertiò, quia nisi sic esset, Deus non esset causa augmenti charitatis, sed homo, qui se refrenat à contrario charitatis.
ad 1. ¶Et respondendum ad primum, quòd Deus vna, & eadem operatione agit in omnia, quæ sunt, quamuis forsan operatio illa differat solum secundum rationem, secundum quod exit à varijs attributis, & ideis. Hinc vna, & eadem operatione charitas infunditur, & augetur, nec est diuersitas nisi ex parte recipientis, quod ex illa operatione plus, minusve recipit, secundum quod ad eam diuersimodè præparatur, quemadmodum eadem solis irradiatione efficitur aer clarus, & clarior, expulsis nebulosis vaporibus, qui receptionem luminis impediebant. Ideo non oportet, quòd sit ibi alia, & alia charitas. imò dato, ꝙ essent duæ operationes, non oporteret, quod terminarentur ad duo diuersa secundum substantiam: sed prima terminaretur ad esse charitatis, secunda ad charitatem eandem secundū maiorem eius perfectionem, secundum quod aliquid
ad 2. de imperfecto educitur. ¶Ad secundam, quòd nō est de ratione intensionis alicuius qualitatis, quòd sit per remotionem à cōtrario. sed hoc accidit, qualitati, secundum quod est in subiecto contrarium participante. imò hoc non est de necessitate intensionis qualitatis, quod qualitas ipsa educatur de imperfecto ad perfectum, vt patet de diaphano, in quo nihil est contrarium luci, in quo diaphano potest lumen intendi secundum incrementum virtutis illuminantis. Hæc demum imperfectio est ex potentialitate naturæ, quæ subijcitur perfectioni, & actui. Cum enim potentia receptiua ad multa se habeat, secundum hanc suam multiplicitatem dissimilis est principio agenti, quod terminatum est ad vnum actum: & secundum quod ista confusio potentialitatis magis subijciatur actui perfectiori, efficitur magis quid vnum, & principio agenti assimilatum. ¶Ad tertium, quod eodem modo sumus
ad 3. causa augmenti gratiæ, sicut & causa gratiæ, utpotè solum per modum dispositionis, efficientia verò utrobique ex parte est Dei. Hæc Thomas in Scripto.
ar. 5. ¶Insuper in Secunda Secundæ, quæstione 24. Omnis, inquit, additio est alicuius ad aliquid. idcirco in omni additione oportet saltem præintelligere distinctionem eorum, quorum vnum additur alteri ante ipsam additionem. Si ergo charitas additur charitati, oportet præsupponi charitatem additam vt distinctam à charitate cui additur, non quidem ex necessitate secundum esse vel rem, sed saltem secundum intellectum. Posset etenim Deus quantitatem etiam corporalem augere, addendo magnitudinem aliquam non prius existentem, sed tunc primo creatam. Si igitur charitas additur charitati, oportet præsupponere ad minus secundum intellectum distinctionem vnius ab alia. Distinctio autem in formis est duplex Vna secundum speciē, alia secundum numerum. Distinctio habituum secundum speciem, est secundum diuersitatem obiectorum. Distinctio verò secundum numerum, est secundum diuersitatem subiecti. Potest ergo contingere, quòd aliquis habitus per additionē augeatur, dum extenditur ad quædam obiecta, ad quæ se priùs non extendebat. sicque augetur scientia geometriæ in illo, qui de nouo incipit scire aliqua geometricalia, quæ ante nesciuit. Sed hoc dici non potest de charitate: quoniam minima charitas extendit se ad omnia, quæ ex charitate sunt diligenda. Non ergo talis additio in augmento charitatis potest intelligi, nisi præsuppositā distinctione secundū speciem additæ charitatis ad eam cui superaddit. Relinquitur ergo, si fiat additio charitatis ad charitatem, quòd hoc fiat præsuppositā distinctione secundum numerum, quæ est secundum diuersitatem subiectorum, sicut albedo augetur per hoc quòd album additur albo, quamuis hoc augmento, non fiat aliquid magis album. Hoc autem in proposito dici non potest, quia subiectum charitatis, non est nisi mens rationalis. ideo tale charitatis augmentum fieri non valeret, nisi vna mens rationalis alteri adderetur, quod est impossibile, quāuis etiā si esset possibile tale augmentum, faceret maiorem diligentem, non autem magis diligentem. Relinquitur ergo, quòd charitas nullo modo queat augeri per additionem charitatis ad charitatem, ut aliqui ponunt. Si ergo augetur, hoc solum est per hoc quod subiectū magis, ac magis participat charitatem, id est, secundum quod magis reducitur in actum illius, & magis subditur illi. Hic namque est proprius modus augmenti cuiuslibet formæ, quæ intenditur, eo quòd esse huiusmodi formæ totaliter consistit in hoc, quòd susceptiuo inhæret. ideo cum magnitudo rei consequatur esse ipsius, formam esse maiorem, est eam susceptibili magis inesse, non formam aliam aduenire. Hoc quippe esse posset, si forma haberet ex seipsa aliquam quantitatem, non per comparationem ad subiectum. Sic ergo charitas augetur per hoc, quod intenditur in subiecto, & hoc est ipsam augeri secundum essentiam.

Formarū duplex distinctio.

Obiectio.

¶Præterea si quis instet, quòd charitas est lumen, ergo sicut lumen sensibile crescit in aere per additionem, ut patet in domo candela alia superaccensa, ergo & charitas crescit in anima per additionem.

Dilutio.

¶Respondetur, quòd additio luminis ad lumen in aere, potest intelligi propter diuersitatem luminarium cuasantium lumen. talis autem distinctio non habet locum in proposito: quia non est nisi vnum luminare influens lumē charitatis. Hęc Thomas in Summa.

Bonauen.

¶At verò Bonauentura circa hæc aliter sentit: Duplex, inquiens, opinio est hic. Vna, quod augmentum charitatis est per depurationem à suo cōtrario, seu per impermixtionem cum illo, inxta illud philosophi: Vnumquodque est tanto plus tale, quanto minus habet de contrario suo sibi admixtum, contrarium autem charitati, est concupiscentia, seu cupiditas, vel amor priuatus. ideo quanto

Aristote.

plus

plus hæc extinguuntur in nobis, tanto plus charitas depuratur: & quanto plus depuratur, tanto plus Deo assimilatur, & accedit ad terminum. Ratio mouens istos, fuit auctoritas philosophi asserentis formas intendi per accessum ad terminum, & per impermixtionem cum suo contrario. Auctoritas etiā
Augustin. Augustini in libro 83. quæstionum, dicentis: Sicut minuitur cupiditas, sic crescit, & charitas. Hæc autem positionem extat conueniens, quoniam charitas maior, & minor est in angelis, in quibus nihil est nec unquam fuit charitati contrarium. Veruntamen iuxta mensuram remissionis, concupiscentiæ intēditur charitas, quantum ad feruorem, & ita intelligit Aug. sic quoque loquitur philosophus de formis, quantum ad intensionem, & augmentum earum. Alia positio est, quòd charitas augetur per appositionem, cuius exemplum habetur in lumine, quod charitati assimilatur expresè. Vnde sicut maius lumen additum auget minus, sic charitas super addita auget minorem. ¶Quòd si quæratur, an ex eis fiat vnum, seu charitas vna, dicunt aliqui ꝙ sicut diuersa lumina in aere sunt distincta, & inconfusa: attamen vnum maius lumen reddunt propter concursum in susceptibili vno, sic in lumine spirituali, quod est gratia, vel charitas, essentialiter sunt distinctè, & tamen vnum maius efficiunt in mouendo virtutem arbitrij liberi. Illud tamen non est simile, quia distinctio luminum in aere, venit ex parte diuersarum originum, seu luminarium. causa autē charitatis, & gratiæ non est, nisi vnus fons luminis.
Obiectio diluitur. idcirco dicendum, ꝙ ex eis fit unum. ¶Et si obiiciatur, ergo unum eorum, se habet per modum materialis, & aliud per modum formalis: dicendum, ꝙ
Augmentum cōtingit dupliciter. augmentum cōtingit dupliciter fieri primo per uirtutem ipsius augmentabilis, ut patet in animali. & tunc augmentabile habet se per modum formalis & actiui principij, augmentans verò, per modum materialis, & passiui. Secundò fit per uirtutem extrinsecam, sola possibilitate, & unibilitate existente in augmentabili. tuncq; augmentabile cum habeat se in ratione imperfecti, habeat se per modum passiui: augmentans verò cum sit perficiens, habet se in ratione formalis, & completiui, quia dat quantitatem perfectam. Cum ergo obijcitur, quòd unū est in potentia ad aliud, dicendum, quòd non est in potentia ad conuersionem, sed vnionem. Hæc autem potentia est in charitate ex sua imperfectione. Cum enim sit perfectibilis, unibilis est rei perficienti. Hæc Bonauentura.
Petrus. ¶Concordat Petrus, dicendo: Duæ sunt hic opiniones. Vna dicit fieri augmentum charitatis per charitatis infusæ prius meliorationem, & depurationem, & perfectionem, secundū quod magis colligitur virtus amoris à multis in vnum. alij dicunt hoc fieri per additionem nouæ charitatis a Deo, quæ præcedenti charitati vnitur per creationem, & vniendo creatur. Prima opinio accipit augmentum charitatis ad similitudinem augmenti naturalium qualitatum, videlicet per eiusdem intensionem. alia ad similitudinem augmenti quantitatis, per additionem quantitatis alterius. Prima opinio ponit augmentum charitatis sine additione rei extrinsecæ. Secunda per rei extrinsecæ additionem, non rei, quæ ante extiterit: sed quæ creando additur, & addendo creatur, & ista opinio planior esse videtur. Hæc Petrus.
Albertus. ¶Porrò Albertus de tanta difficultate modicum scribit: Hæc, dicens, quæstio vna est, & rationis eiusdem in augmento omnium virtutum, & concedo

simpliciter, quòd charitas augetur per additi
essentiæ ad essentiam. Et si quæratur, qua
fiat illa additio, respondendum, ꝙ seipsis sibi
tur in voluntate, quæ est proprium vtriusqn
ctum, quemadmodum ignis coniungitur
proprio loco. Ipsa quoque speciei identitas i
to, atque in eo, cui fit additio, facit transitun
vnius in aliud. Hæc Albertus. Cuius positio c
tro, & Bonauentura concordat.

¶Amplius Aegidius: Variæ: ait, sunt hic o
nes. Nam aliqui dicunt charitatem per addit
augeri, ita ꝙ ex prima charitate, & secunda
maior, cum tamen accidentium non sit mixt
vero dixerunt charitatem essentialiter auger
le augmētum fieri per accessum ad terminun
si volūt positionem suam tenere, oportet, ꝙ
cessus sit respectu termini secundum gradus
tiæ, ita ꝙ charitas aucta habeat plures gradu
sentia sua, quàm ante augmentū habebat, alia
augeretur in essentia, sed hoc esse non pote
duobus modis, vtpotè virtualiter, vel per ad
nem alteriùs formæ. Dicimus namq; sensitiu
se in intellectiuo virtualiter, qm̄ quicquid
sensitiuum, potest & intellectiuum, & plus. V
in his aduenientе secundò, cedit primum; n
cundum est in eadem specie cum primo, vt p
trigono, & tetragono. sicq; prima charitas c
in charitatis augmento, quod tamen isti nc
nunt. & ꝙ charitas aucta non esset eiusdem
cum prima charitate, quod negant. ergo ista
tio graduum in essentia erit per additionem
rius charitatis. sicq; incidunt in positionem,
reprobant, & quam se non posse intelligere d
Hæc Aegidius.

¶Quo circa sciendum, ꝙ contra sanctum
mam loquitur tam acutè, sed irrationabilite
de. Quamuis enim (vt patuit) Thomas dicat
tatem augeri essentialiter, non tamen fecundi
tellectum, quo Aeg istius exponit illud, sed q
charitas uere in seipsa intenditur, seu in sua n
& hoc per modum expressum in uerbis sanc
ctoris. ¶Deinde subdit Aegidius: Propter ho
ter est dicendum, videlicet ꝙ ordo graduum i
ma, primo est secundum essentiam: & ordo
semper facit speciei diuersitatem, sicut uidem
lux cum sit substantia, hypostasisq; coloris, id
cundum diuersos gradus lucis constituuntur
cies diuersæ colorum, ita ꝙ nigrum participat
in minimo gradu, album in maximo, medij a
colores medio modo. Talis aūt graduum ord
est in charitate, qm̄ charitas perfecta, & imperf
non differunt specie. Alius ergo ordo graduu
forma est ſm esse. & talis ordo esse non ualet i
ma substantiali in eadem specie, qm̄ forma sub
tialis dat esse specificum indiuiduo; & tali esse
riato, oporteret formam, ac speciem uariari, se
forma accidentali, quæ non dat esse specificun
test esse huiusmodi ordo, ac diuersitas graduu
cundum esse, quoniam talis forma potest mag
minus inesse. cumq; eius esse sit inesse, potest se
dum diuersos gradus inesse absque gradu, & o
ne in sua essentia. Quod autem tam diuersim
inhæret, contingit ex diuersa dispositione subi
quod magis, aut minus participat formā accid
lem, secundū quod magis, aut minus fuerit ad
dispositum. Conformiter una anima est magi
sposita ad charitatis susceptionem quàm alia.
interdum una, & eadem anima, uno tempore
gis ad hoc extat disposita, quàm alia. sicq; chas

inten

intenditur & augetur secundum gradus in esse, nō secundum gradus in essentia. Hæc Aegidius.

Dio. Car. ¶Qui etiam nititur improbare, quod Thomas, ait, tale augmentum charitatis magis propriè posse vocari alterationem, quàm augmentationem, cū motus sit in eodem genere cum rebus, ad quas est motus. sed omnino deficit processus Aegidij.

Durand⁹. ¶Denique circa hæc scribit Durandus, & præinductam Aegidij opinionem reprobans, ait: Vbicunque est dare augmentum secundum magis, & minus, quod tamen augmentum magis est alteratio, quàm augmentum, ibi est reperire gradus maioris, & minoris perfectionis. Illud namque cuius natura consistit simpliciter in indiuisibili, non dicitur secūdum magis, & minus: quoniam magis, & minus

Aristot. propriè sumptum, est secundum eandem naturam specificam, secundum quod dicitur 7. physicorum, quod ea, quæ sunt comparabilia secundum magis, & minus, eiusdem sunt rationis. Duæ autem sunt opiniones, penes quid attendantur gradus formæ, secundum quos forma recipit magis, & minus. Nā aliqui dicunt, quòd non attendantur secundum essentiam, sed secūdum esse: quod probant sicut iam in verbis Aegidij est probatum. Hæc autem opinio in multis deficit. Primò in hoc, quod supponit ipsum esse realiter distingui ab essentia, cuius oppositum multi pro verissimo tenent. Denique quod dicunt gradus attendi secundum esse, non secundum essentiam, aut intelligitur, quod in ipso actu essendi, ut est quædam res, sunt diuersi gradus, sicut alij ponunt diuersos gradus in essentia formæ: aut intelligitur, quòd esse est quædam res in se omnino indiuisibilis, sed participatio eius in subiecto habet quādam latitudinem graduum. Primum dici non potest propter multa. Primò, quia esse ad minus sequitur formam, vel totum cōpositum ratione formæ, sicut quæcunque propria passio, seu proprietas, sequitur speciem, puta risibile hominem: sed in specie, & propria passione nequeunt esse gradus in uno, quin sint in alio, ergo nec in forma, & in esse ipsius. Secundò, quia id, quod consequitur aliquid primo, & per se, nec conuenit alij nisi per illud, uidetur ab illo habere fixionem, mensuram, & determinationem. sed esse consequitur formam, nec potest alicui conuenire nisi per eam, ergo habet mensuram, fixionem, & determinationem secūdum formam. vnde apparet, quòd ipsum esse, non queat habere uariationem secundum gradus forma nō uariata. Tertiò, quoniam aut loquuntur de esse essentiæ, aut de esse existentiæ. Non de esse essentiæ, quia hoc realiter idem est cum essentia. idcirco si in vno ponuntur gradus, ergo in alio. Si de esse existentiæ, aut illud est vnum in vnoquoque supposito iuxta vnitatem formæ substantialis, vel accidentalis, aut non. si est vnum, sequitur, quod nulla forma habebit gradus, secundum esse nisi forma substantialis, cui soli competit dare esse actualis existentiæ. sed hoc est veritati, & dictis eorum contrarium. si detur secundum, adhuc sequitur quòd forma substantialis possit recipere magis, & minus secūdum gradus in esse existentiæ, sicut forma accidētalis. Quid enim plus obstat hic, quàm ibi, nisi quod vnum sit esse specificum, aliud non? quoniā nullum esse existentiæ est specificum. esse enim specificum, est esse essentiæ, quod indicat diffinitio. & tale esse specificum dat forma accidentalis in genere accidentis, quemadmodum forma substantialis in genere substantiæ. Porrò si dicatur, quòd tam essentia, quàm esse sit res omnino indiuisibilis, non habens gradus secundum se, sed tantum participatiuè à subiecto, prout credo eos intelligere, qui istius opinionis cō sistunt: non enim ponunt aliquod esse existentiæ in uno supposito, nisi vnum duntaxat specie, quod est à forma substantiali: propter quod cum negent formam substantialem susci pere magis, & minus secū dum essentiam, & secundum esse, & nulli alij formę debetur esse secundum eos, videtur, quòd non intendunt, quod sit aliquid esse essentiæ, vel existentię quod habeat gradus, sed ipsum esse uocant participationem à subiecto per ineſſe: quia (ut dicunt) accidentis esse est ineſſe. Si autem hæc participatio recipit magis, ac minus, hoc oportet esse omnino ex parte subiecti, quod & ipsi fatentur. Sed hoc veritatem non habet, quia uidemus, quòd subiectum vno, atque eodem modo dispositum recipit formā intensiùs, & remissiùs, sicut aer vniformiter dispositus, intensiùs illuminatur à sole, quàm à luna.

¶Respondendum ergo ad motiua eorum. Nempè cum dicunt, quòd formæ, seu species rerum se habent ut numeri, respondetur tripliciter. Primò, quod intelligitur de formis à materia separatis. Secundò, quod de substantialibus naturarum, vel specierum per eas constitutarum, quarum propriè est diffinitio. Diffinitio autem numero comparatur, quoniam diffinitioni nil addi potest, aut minui sine variatione in specie. Tertiò potest dici, quòd omnes formæ tam substantiales, quàm accidentales se habent vt numeri, quantum ad hoc, quòd sunt indiuisibiles, & sine latitudine graduum, quantum ad gradus formales, qui constituunt speciem: non autem, quantum ad gradus posibiles inueniri in diuersis eiusdem speciei suppositis. ¶Ad secundum dicendum, quòd non semper differunt specie, illa quoram vnum includit aliud potestatiuè: nec sem per sibijnucem cedunt: quoniam in eadem specie inuenitur magis, & minus. ¶Alia opinio est, quòd nulla forma secundum se, vel secundum suum esse specificum, suscipit magis, & minus, sed solum secū dum quod contrahitur ad indiuiduum. sic enim & non aliter conuenit ei esse mutabile. Hæc autem positio videtur obscura, & dubia: quia si sic intelligant, quod forma secundum suum esse abstractum, & vniuersale, seu secundum suam absolutam rationem non sit variabilis, verum est: sed sic non est ad propositum. Si verò sic intelligant, quod etiam in indiuiduis nō conueniat formæ alicui recipere magis & minus ex parte ipsius formę, sed solum ex parte indiuidui, seu subiecti, stare non posset, cum formæ tales, quæ habent directè contrarium, & secundum Aristotelem in prædicamentis recipiunt magis, & minus, & ex sua natura possunt intendi, & remitti. ¶Dicendum est ergo, quòd intensio, & remissio formæ attenduntur secundum gradus essentiæ. Quod primo probatur. Quemadmodum enim se habet magis, & minus extensiuè ad quantitatem, ita se habet intensiuè ad qualitatem. sed magis, & minus extensiuè attenduntur ad quantitatis essentiā, ergo inrensiuè pensantur secundum essentiam qualitatis, quæ, quod ad hoc, habet latitudinem graduum. Secundò, sicut indiuisibilitas in quibusdam formis est ratio non suscipiendi magis & minus, sic diuisibilitas formæ secundum gradus causa est suscipiendi magis, ac minus. Tertiò, quoniam vera alteratio terminatur ad formam, quæ est in genere, qualitatis, præsertim in tertia specie, vt patet septimo physicorum. sed vera alteratio est inter magis, & minus, ergo terminatur ad huiusmodi formam. quod esse non posset, nisi gradus intensionis, & remissionis

Diffinitio cur numero comparetur.

Aristot.

missionis attenderentur secundum ipsam essentiā, formæ, aut qualitatis. Præterea hi gradus conueniunt solis accidentalibus formis, non omnibus, sed separabilibus: & his, quæ diuersarum specierum subiecta concernunt. nulla etenim forma potest diuersos gradus habere, nisi agens ipsam producens, & subiectum eam recipiens, valeant diuersimodè se habere. Et ista ad propositum applicando, dico quòd cum charitas sit habitus creatus, ad quem Deus eam infundens, & mens eam recipiendo, diuersimodè se possunt habere: Deus inquam, non per suam mutationem, sed per liberam voluntatem: mens verò per suum conatum: Hinc charitas hoc modo potest augeri, latitudinem habens secundum diuersos gradus perfectionis. Augmentum quoque charitatis, & cuiuscunque qualitatis, magis propriè est alteratio, quàm augmentum: quia augmentum propriè attenditur secundū qualitatem molis, quæ non est in charitate. imò nec in aliqua qualitate, nisi per accidens. Hæc Durandus.

Dio. Car. ¶Cuius verba pro parte recitatiuè magis, quàm assertiuè induco. quæ quamuis pro maiori parte sint contra Aegidium, tamen in hoc, quod ait esse ab essentia realiter non differre, etiam à Thoma recedit.

Durand⁹. ¶Consequenter de hoc, an charitas per additionem augeatur, scribit (sicut præhabitum est) quemadmodum de hoc tres opiniones consistant. Prima dicentium, quòd charitas per charitatis augeatur additionem, quam reprobat sicut reprobata est supra. Secunda, quòd charitas, & formæ consimiles augeantur per hoc, quod præcedens forma corrumpitur, atque perfectior introducitur, quam (sicut præhabitum est) reprobat. Ideo iuxta tertiam tenet positionem, quòd augmentum charitatis, & cuiuslibet formæ recipientis magis & minus, fit per hoc, quod eadem forma priùs imperfecta, & in gradu remissio, ad perfectiorem deducitur gradum, qui gradus, non simul. sed successiuè in eadem sunt forma. In omni namque transmutatione propriè dicta, subiectum manet numero vnum, & idem sub vtroque termino, quantum ad omne illud, quod pertinet per se ad rationem subiecti, ad quod in intensione formæ pertinet ipsa forma, secundum quam attenditur intensio, atq; remissio, sicut dum de minus calido fit aliquid calidius. Hæc Durandus.

¶Qui in his videtur Thomam secutus.

Henricus. ¶Præterea Henricus quodlibeto quinto, quæstione decimanona, qua quæritur, an habitus infusus possit augeri; Duplex, inquit, est augmentum formarum. Vnum in essentia, & natura earū, aliud in operatione. De primo argumento quærit hæc quæstio, de quo est vna opinio, quod formarum augmentum non est ex natura essentiæ earundem, sed ex dispositione, & modo essendi in subiecto: quod improbatum est alibi. Cumque formæ, seu virtutes infusæ non habeant esse in subiecto ex natura subiecti, sicut ex subiecto non habent esse, ita nec suum augmentum secundum istam opinionem. Sicque secundum opinionem hanc non apparet, quomodo in habitibus infusis poni queat augmentum. Sed vt ostensum est alibi, intensio, & remissio in formis fieri habent in earum essentia ex natura ipsa, qua in sua essentia latitudinem habent. ideò non ex natura subiecti, sed ipsius formæ secundum se, inuestiganda est causa, ratioque augmenti: quoniam eadem est cum eo, quod est causa susciendi magis, & minus. Porrò magis, & minus sunt dispositiones subiecti, ex eo, quòd forma in sua essentia est maior, & minor secundum modum infra tangendum. Est enim idem modus augmenti in omnibus huiusmodi formis. Idcirco dicendum, quòd omnes habitus infusi possunt augeri tam ex parte virtutis, seu habitus, quàm ex parte agentis, seu infundentis. Causa autem augmentabilitatis, virtutis infusæ, non est accipienda ex parte subiecti, quia ex parte subiecti non est posibilitas ad augmentum formæ, nisi sit educta de potentia materiæ, sed sumenda est ex parte formæ in se: quia in sua essentia habet partes virtuales, seu latitudinales, non integrales, & quantitatiuas, ad quas est in potentia, dum est sub quantitate minori, sicut & quælibet alia forma. nec est in hoc differentia aliqua ex parte materialium formarum, & aliarum, sed est solum differentia ex parte agentis: quoniam formæ materiales habent agens, in materia, quo generantur, & generatæ augmentantur. Formæ vero immateriales, ac spirituales, vt habitus acquisiti, per actus subiecti generantur, atque augentur. habitus autem infusi quamuis in eodem consistunt subiectum cum acquisitis habitibus: quia tamen ex actibus nostris non generantur, ideò nec eis augentur, effectiuè dico, sed dispositiuè, & meritoriè tantum: imò quemadmodum à solo supernaturali agēte creantur, & infunduntur, ita ab eo solo effectiuè augentur: & hoc non per alicuius eiusdem essentiæ appositionem, quia augmentum in formis non est per partium additionem in formarum essentia, sed in virtute, per quam forma aucta efficaciùs potest in suam operationem; quod non faceret simile appositum simili, quoniam tepidum adiunctum æqualiter tepido, non facit calidius. Fit ergo augmentum extractione in actum virtualium partium in substantia habitus, quarum quælibet educta ponit augmentum non solum in substantia, sed etiam in virtute. & hoc per idem agens supernaturale, per quod virtus in esse producitur. Hæc Petrus.

¶Cuius responsio videtur consona his, quæ ex Secunda Secundæ sunt introducta. Intentio quoq; Henrici infra clariùs elucescit, in quæstione, an charitas posset augeri in infinitum.

¶Amplius Scotus circa hęc multa scribit, & longum est omnia recitare. Tenet autem, quòd in charitatis augmentatione charitas prior non corrumpatur adueniente maiore. Veruntamen dicit, quòd non tota realitas charitatis maioris, præfuit in charitate minori: nec realitas illa minoris charitatis sit tota essentia charitatis maioris. Nam addit, quòd charitas augeatur per aduentum noui gradus charitatis, ab extra, vtpotè per additionem charitatis, ad charitatem: & quòd ex gradibus illis fiat charitas vna ex naturali conuenientia eorundem, quemadmodum etiam dicit in aere diuersa lumina generari ex luminaribus pluribus, atque ex illis luminibus vnum, quodammodo resultare, ac fieri. Sicque in his sequi uidetur opinionem Alberti, Bonauenturæ, & Petri, prout ex verbis ipsorum præhabitis innotescit. Quid verò his obijci queat, iam patuit.

Scotus.

¶Præterea quærit, an in charitate minori sit aliqua pars charitatis in potentia, per cuius exactionem in actum charitas intēdatur, & augeatur. Quo circa recitat prætactam positionem Henrici: Aliqui, inquiens, dicunt, quòd charitas augetur per extractionem gradus charitatis in potentia ad actū, dicentes, quòd forma nunquam maior est in subiecto,

Quæstio.

simplicip. cto, nisi in se fuerit maior, & quod iuxta Simpliciũ formalatitudinem habet. ideo quando est sub gradu remisso, potest intendi per extractionem partium virtualium. Deinde Scotus contra hæc arguit. cuius argumenta virtualiter extant præhabita, & Dio. Car. infra soluentur. Nec videntur secundum intentionem Hérici procedere: quia & ipse testatur augmẽtum charitatis à Deo solo supernaturaliter, & effectiuè procedere, non autem à mente creata, nisi dispositiuè, ac meritoriè tantũ. idcirco quod ait charitatem intendi per extractionem præfatam, non intelligit nisi inquantum subiectum charitatis faciendo, quod in se est, & actum charitatis ex habitu infuso eliciendo, cooperatur dispositiuè, ac meritoriè ad charitatis augmentum: atque inquantum in habitu charitatis imperfecto continetur aliquo modo in potentia habitus charitatis perfectior, seu ipsa charitatis perfectio, secundum quod perfectũ dicitur virtualiter, seu potentialiter, ac radicaliter contineri in imperfecto, & actus in potentia, & fructus in semine, ac arbor in radice. Vnde & potẽtia Diluitur obiectio. dicitur esse quædam inchoatio sui actus. ¶Si autem obijciatur, quòd secundum hæc charitas imperfecta esset in potentia ad maiorem, & esset mutationis subiectum, quod non videtur, cum sit forma. & actus: respondet Henricus, quòd charitas imperfecta non est in potentia subiecti, seu subiectiua, sed in potentia naturæ, quia ex sua natura conuenit ei posse intendi. Verum contra hoc instat Scotus: qa si charitas imperfecta non est in potentia subiectiua ad perfectionem, ergo ipsamet imperfecta non potest fieri perfecta. Ad quod apparet dicendum, quòd Henricus nõ intendit negare charitatem imperfectam esse in potentia subiectiua ad perfectiorem, quasi ipsamet charitas imperfecta non possit fieri perfecta: sed ideo, quoniam charitas imperfecta non augetur per additionem nouæ charitatis, cuius ipsa fiat subiectum.

Dio. Car. ¶Quærit etiam Scotus, quid Henricus intelligat per partem charitatis virtualem. Ad quod poterit dici, quòd aliquem latitudinis gradum quo ipsa intenditur. Postremò id, quod affirmat Henricus, nũquam ex parte subiecti esse causam intensionis formæ accidentalis, videtur pati instantiam. Quædam namque subiecta ex sua natura, ac dispositione sunt capaciora formæ, & augmenti ipsius, sicut videmus ligna arida, & stuppam faciliùs, celeriùs, atque intensiùs calorem, & eius intensionem ab igne suscipere, quàm ligna viridia: similiter corpora, quædam tersa, perunia, & polita, plenius susciпiunt lucem, & eius incremẽtum à sole, quàm corpora tetra, & grossa. Vnde 4. ca. de diuinis nominibus Dio Dionysi. Areopag. nysius scribit, quòd sol quantum est ex parte ipsius omnibus susceptiuis lucis suæ radios, æquè communicat, & infundit: sed quædam perfectiùs, quædam imperfectiùs lumen solis participant, secundũ quod diuersimodè capacia sunt, atque disposita. Natura ergo dispositioque subiecti interdũ cooperatur ad formæ intensionem, & remissionem, quanquam, & formæ ex sua natura intendi conueniat ac remitti. ¶Insuper de his scribit in Summa sua Antisiod. Habitus dr maior 5. modis. Antisiodorensis 3. lib. Secundum maiorem, & minorẽ charitatẽ maior, & minor est effectus, & actus charitatis. Porrò proprietas, virtus, seu habitus dicitur maior, quinque modis. Primo, secundum maioritatem subiecti, sicut albedo equi maior est albedine margaritæ. Secundo, maioritate durationis, sicut maior est color phœnicis, quàm cygni. Tertio, intensiuè, ut maior est albedo nivis, q̃ laxi. Quarto, secundum efficaciam promerendi, sic maior est charitas viri heroici, quàm pusilli. Quinto dignitate, sicut virtus theologica est maior virtute morali. Primo modo vna charitas non est alia maior, quia omnis charitas indiuisibili inest subiecto. An autem secũdo modo, est dubium: quia videtur quod imò, cum vna dilectio sit diuturnior alia. Sed obijcitur, quoniam actus, & motus charitatis videtur instantaneus esse. Et respondendum, quòd diuturnior est, quia ad minus tempori coexistit. Constat quoque, quòd tertio, quarto, & quinto modis, charitatis vna sit maior, q̃ alia, cum vna sit intẽsior efficacior, atque perfectior alia. De intensione autem charitatis est duplex opinio. Vna, quòd nõ maneat eadem numero quando augetur, quod falsum est, & contra illud Apostoli: Charitas nunquam excidit. Quæritur ergo, secundum quid attendatur augmentum, seu intensio charitatis. Ad quod communiter dicitur, quòd secundum maximum motũ charitatis, videlicet secundum quod maximo eius, actui propinquatur, vel secundum quod in maiorem potest motum procedere. Quod intelligendũ est de attentione per effectum & signum, non de attentione per causam, cum charitas causa sit actuum motuumque suorum: & quo ipsa est maior, eo maiorem potest producere actum. sicq; intensio actus ex habitu charitatis attenditur. Alij verò dicunt, q̃ secundum maiorem, aut minorem permixtionem contrarij sui, intensio charitatis pensatur. quod in aliquibus ita est. Sed quæritur quid sit ipsa intensio seu augmentatio charitatis. Ad quod dici potest, quòd accessus ad veri nominis impositionem, vel potestas resistendi ex charitate tentationibus, ita q̃ quæ magis potest, magis intensa est, sicut ait Boethius, quòd dominium est potestas coercendi subiectos. & sic charitas in anima melioratur. De hac re multa scribit hic doctor, sed quia sententialiter sunt inducta, pertranseo.

¶Amplius Gulielmus Parrhisi. in prima parte tra Gul. Par. ctatus sui de varijs, & virtutibus: Intensio, inquit, in virtutibus, elongatio est à contrario. Vnde & quæ sunt in vltimo elongationis à vitijs, in vltimitate sunt intensionis, id est intensissimè. similiter intensio virtutum est appropinquatio ad primam, maximamque virtutem, quæ Deus est, sicut intensio iustitiæ ad diuinam, & increatam iustitiam. Idem de pietate, & charitate dicendum. quod inde euidenter declaratur, quia quæ Deo magis assimilantur, illæ maiores, & intensiores virtutes sunt. Si verò quæratur per quid noscatur, aut mensuretur talis intensio, respondemus, quòd actibus, & motibus istis, qui sunt magis odire, magis horrere, magis detestari, & vitare peccata. Hæc Gulielmus.

¶Cuius determinatio in hac parte superficialis, Dio. Car. & imperfecta videtur, cum sint multæ virtutes, quæ Deo secundum deitatem non competunt, ut patientia, humilitas: cæterę quoque virtutes morales, quæ circa passiones versantur, similiter fides, & spes non conueniunt Deo: qualiter ergo in his intensio, quæ eis ascribitur, est appropinquatio ad virtutem, quæ Deus est? Denique elongatio à contrario, non videtur quid positiuum: nec in præhabitis verbis docetur, qualiter fiat virtutum intensio. Vẽ demum in hac materia positio Thomæ ratio nabilior esse, propter motiua hinc inde phabita, Tñ in hac re Richardus opinionẽ Bonauenturæ secu Richard. tus est, tenens charitatẽ augeri per charitatis additionẽ, & quod ex diuersis gradibus seu charitatibus illis fiat vna perfectior. Cumq; objcitur, q̃ ex duo

bus

bus in actu non fit unum, & q̃ omnis forma sit simplex, nec partes ex se habens, nisi quantitas, respondet quod ex duobus existentibus in actu completo, non fit vnum: charitas verò quandiu potest intendi, est incompleta. Ad secũdum soluit, dicendo, quòd forma dicitur simplex per exclusionem compositionis, quæ est ex forma, atque materia: vel ut Scotus ait, ex quantitatiuis, & integralibus partibus, non per exclusionem compositionis ex pluribus gradibus actualitatis. Veruntamen Bonauentura, Petrus, Richardus, loquuntur hic sobriè, & opinatiuè magis, quàm assertiuè.

ad 1. ¶Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis charitas sit simplex forma, indiuisibilisq; essentia, habet tñ quantitatem virtualem, & latitudinem quandã: ad 2. & per hoc patet, ad 1m solutio, qm̃ charitas etsi nõ sit quanta, seu magna dimensiuè, vel corporaliter, nihilominus magna est virtualiter. ¶Ad tertium re- ad 3. spondetur, q̃ augmentatio charitatis non requirit motum localem. imò sufficit variatio, alteratio, & melioratio, seu vigoratio eius: atq; (ut patuit) intensio charitatis congruentiùs alteratio, q̃ augmenta- Dio. Car. tio vocaretur, ¶Præterea, quod in positione Thomæ habetur, sicut per calorem efficitur de non calido calidum, non q̃ ponatur ibi aliquis calor, sed quoniam calor, qui est in potentia, in actum educitur: ita fit aliquid magis calidum per actionem calidi, inquantum educitur calor, qui inest ut actus imperfectus in maiorem perfectionem. Istud inquam videtur obscurum. Ignis nanque calefaciens aquam, verè agit, & imprimit similitudinem sui in aquam: non quòd idem numero calor procedat de igne in aquam, sed q̃ ignis mediante suo calore, verè producit calorem in aquam, quemadmodum odorifera herba in aere, & in manu confricantis producit odorem. Nec enim ignis ab aqua expelleret frigus, nisi caliditatem frigiditati contrariam eiusque corruptiuam imprimeret aquæ.

QVAESTIO VII.

Arguitur primo cõtra veritatem. SEptimò quæritur, *an charitas quolibet actu dilectionis intendatur, seu augeatur.* ¶Videtur, quòd sic, quoniam opera bona ex genere, facta extra charitatem, disponunt ad eius infusionem, præsertim opera misericordiæ, sicut ad sanctum Eustachium ante eius conuersionem dixit saluator. ergo multo plus opera facta ex charitate, conferunt ad eius augmentum. 2 ¶Secundò, sicut habitus acquisitus per actus sibi correspondentes, & ex eo manantes, perficitur, & augetur: ita & virtus infusa, per actus ex ea fluentes. 3 ¶Tertiò, quilibet actus ex charitate procedens, est meritorius vitæ æternæ: ergo & gratia charitatisq; amplioris, cum gloria maior sit gratia. 4 ¶Quartò, sicut actus feruẽs, & fortis, magnum meretur charitatis, & gloriæ incrementum, sic actus charitatis remissior, videtur minoris saltem augmẽti meritorius esse. Quintò, Nullum bonum à Deo 5 irremuneratũ relinquitur, ergo quilibet actus charitas quantumlibet paruus, aliquid gloriæ promeretur: sed non crescit uiator in meritò gloriæ, nisi crescat in charitate.

In oppositum. ¶In contrarium est communis doctrina doctorum, & item auctoritates sanctorum dicentium, q̃ opera bona tepidè, & remisse peracta, magis disponunt ad charitatis amissionem, quàm profectum.

Thomas. ¶Ad hæc Thomas respondet: Non eodem modo se habet actus informtaus charitate ad eius augmẽtum, & actus charitatem præcedens ad eius infusionem: qm̃ actus ex charitate procedens, ordinatur ad eius augmentũ per modum dispositionis, & etiã meriti: actus verò charitatem præcedens ordinatur ad eius infusionem solum per modum dispositionis: & neuter actus ordinatur ad charitatis infusionem, aut augmentationem per modum efficientis, sicut ordinãtur actus nostri ad habendum habitus acquisitos. Interdum autem actus charitatis præcedens, est tam vigorosus, quòd solus sufficit ad gratiam obtinendam immediatè disponere secundum immobile beneplacitum bonitatis diuinę, quæ vnicuique largitur prout se præparat. Interdum verò vnus actus non disponit ad charitatem nisi dispositione remota, & sequens actus magis disponit. sicque deinceps, secũdum quod ex multis actibus bonis peruenitur ad vltimam dispositionem, inquantum actus sequens semper agit in virtute omnium præcedentium actuum, ut patet in guttis cauantibus lapidem. quod non quælibet aliquid aufert de lapide, sed præcedentes disponunt, & ultima in virtute præcedentium agens, inquantum inuenit materiam dispositam complet cauationem. Nempè cum homo sit liberè agens, potest agere 5m totum suum posse, & item remisse: naturalia verò ex necessitate agentia, operantur semper 5m suum extremum posse. Itaque dum homo charitatem non habens, mouetur, & præparat se ad salutem 5m totum posse suæ bonitatis naturalis, seu acquisitæ, tunc vno actu obtinet charitatem: si autem remissiùs se disponat, requiruntur plures actus. Conformiter quando homo in charitate existens, operatur bonum ex tota virtute suæ naturæ, & virtutis infusæ, tunc vno huiusmodi actu sufficiẽter disponitur ad charitatis augmentum: & mox recipit illud, nisi ipsemet: obicem ponat. si autem operetur remissiùs, dispositio est remota: & potest per plures actus bonos ad charitatis augmentum pertingere, non tamen de necessitate, quoniam homo quantuncunq; dispositus potest non agere 5m dispositionem huiusmodi, quod non contingit in dispositionibus nõ voluntarijs, ratione iam dicta. Hæc Tho. in Scripto.

¶Porrò in Secunda Secundæ q̃stione 24. rñdet sic: Spũale charitatis augmentũ, quodammodo simile est corporali augmento, quod in aĩalibus, & plantis, non est motus continuus, sicut motus localis: sed per aliquod tẽpus operãt natura ad augmẽtum disponens, & post modũ actualiter agens: sic non quolibet actu charitatis charitas ipsa augetur, sed q̃libet charitatis actus disponit ad eius augmẽtum, inquantũ ex uno actu charitatis homo redditur prõptior ad actum consimilem. sicq; habilitate crescente, homo prorumpit in actum feruentiorẽ, quo tenditur ad charitatis profectũ. & tunc charitas augetur in actu, quemadmodum & in generatione acquisitæ uirtutis, non quilibet actus bonus parit virtutem, sed dispositiuè cooperatur: & ultimus, qui extat perfectior, in uirtute præcedentium agens, perducit virtutem in actum. Hæc in Summa.

¶Concordat Richardus, dicendo: Charitas non Richard. augeẽ, quolibet actu, 5m quod cõior tenet opinio, sed quolibet actu charitatis ita perfectio, atq; intensio, q̃ voluntas per charitatẽ sibi inexistentẽ, nequit elicere intensiorẽ. in cæteris actibus, quos non elicit 5m totum suum conatũ, non meretur vno actu charitatis augmentũ, sed cum actus tales toties multiplicauerit, q̃ æquiualent vni actui secundum totũ posse elicito, probabile est, quòd tunc Deus charitatem auget in nobis: qui sicut charitatem per creationem infundit, concurrente dispositione nostra, ad gratiam, sic ipse charitatem auget per nostrarum exercitia actionum. Hæc Richardus.

¶Circa

Aegidius. Aristot. ¶Circa hæc scribit Aegidius: Quamuis secundū philosophum secundò Posteriorum, & primo Metaphysicæ, memoria generetur in uobis ex multis actibus sensitiuis, interdum tamē magis generatur in nobis ex actu vno sensus, q̄ ex multis: sicut dum aliquid magnum mirum, insolitumq; videmus cum in gēti affectu, & admiratione. sic interdum ex vno actu charitatis toto conatu elicito, charitas in nobis augetur. Triplex quoq; ponitur causa, cur non quilibet actu charitas augmentatur, ſm tria, quæ philosophus asscribit virtuti. Vnum est, q̄ est circa bonum difficile, quia consistit in medio, à quo facile est deuiare, & difficile est illud semper attingere. Secundum est, q̄ virtus dicit permanentiam quādam, quia est stabile bonum, utpotè habitus. Tertiū est, quia inclinat ad bonū per modum naturę, propter quod certior dicitur omni arte. Cum ergo virtus sit circa difficile, seu arduum bonum, non quilibet actus auget eam: sed qui cum grandi conatu, ac diligentia exhibetur, aut multi actus æquiualentes. Rursus, cum virtus permanentiam habeat, non quilibet actus potest eam augere: sed qui fit cū magno conatu, atq; custodia cordis, ut stabiliter exerceatur. Item, cum virtus inclinet per modum naturæ: possumus loqui de augmento charitatis, sicut de naturalium augmento formarum. Etenim cū agens sit tale in actu, quale est patiens in potentia: si de calido fieri debet calidius, non sufficit, quòd calefaciens sit æquè calidum: sed oportet ipsum plus de calore habere, quàm illud, quod plus calefiet ab ipso. Conformiter, cum actus charitatis remissè ab habitu charitatis progreditur, magis facere uidetur, quod habitus minuatur, quàm intendatur. idcirco oportet feruenter, & toto conatu, non remissè virtutibus inhærere. Hæc Aegidius.

¶Huius etiam quæstionis similem ponunt doctores super 2 Sententiarum distin. 26. an scilicet gratia gratum faciens actu quolibet augeatur. ibiq; respondent Thomas, & alij sicut hoc loco. ¶Vnde &
Durand⁹. Durandus scribit ibidem: Non omnis actus ex charitate, vel gratia procedens, meretur augmentum charitatis, vel gratiæ: sed solum illi, qui sunt secundum proportionem charitatis, vel gratiæ uoluntatem informantis, excellentiores ve actus, puta ex toto voluntatis conatu manantes: cuius ratio est, quoniam ille solus dignus est accipiendis, qui benè utitur iam acceptis: sed habēs habitum intensum, operansq; remissè, nō vtitur debito modo habitu suo. quoniam actus non proportionatur intensioni, seu magnitudini habitus, ergo per tales actus non meretur augmētum gratiæ, sed solum per illos, qui habitum ipsum adæquant siue excellunt. Hæc Durandus. ¶Cuius verba intelligenda sunt de actibus illis remissis diuisim: quia ut dictum est, multi simul æq; ualent vni actui satis intenso ad gratiæ incrementum. ¶Videtur quoque his concordare. Antisiodorensis in Summa 3. libro.

¶Ad primum igitur respondendum, q̄ sicut opera bona ex genere ante charitatis infusionem exhibita, aliquo modo disponūt ad charitatem: ita opera facta ex charitate, quamuis ex debili conatu, aliqualiter ad eius augmentum disponunt. Et solutio obiectionis istius iam patet ex dictis. Eadem est solu
ad 2. tio ad secundum. ¶Ad tertium, q̄ plus est mereri charitatis augmentum, q̄ uitam æternam, inquantū
ad 3. mereri charitatis augmētum, est pro mereri, & gloriæ incrementum. Quamuis aut em omnis actus ex charitate procedens, uitam meretur æternam, non tamen fœlicitatis augmentum, ut communior tenet positio. veruntamen ad argumētum, quo ita arguitur, per quēlibet actum charitatis homo fit charior Deo, ergo & maior in charitate, respondet Richardus: Non est verum, q̄ per quemlibet actū charitatis homo efficitur charior Deo', ſm quod charior dicitur à maiori habitu charitatis, sed secundū quod charior dicitur à pluribus operibus ex charitate elicitis: pro quibus operibus homo etiam, quo ad præmium essentiale, remunerabitur. Præmium enim essentiale correspondet non tantum habitui charitatis viæ, sed habitui, & actibus simul. Hæc Richardus. De hoc tamen suo loco veritas magis patebit. ¶Ad quintum dicendum, q̄ non est simile propter rationes prætactas. ¶Ad sextum, q̄ actus charitatis remissus nō manet irremuneratus, imò multipliciter utilis est, & disponit ad charitatis, ac gloriæ incrementum. ¶Circa hæc addit Thomas hoc loco: Cum tota capacitas animæ uix sufficiat ad receptionem tantæ perfectionis, quanta est charitas, nisi Deus ex sua liberalitate, & pietate suppleret, ideò, ad hoc, q̄ in anima sit ultima dispositio ad charitatem, & eius augmentū, requiritur actus, qui sit secundum totam voluntatis virtutem, atque conatum. & talis sufficit quantum in nobis est, non minor. Hæc Thomas. ¶Hæc verò intelligenda videntur, salua motione, & ope spiritussancti, in omni actu meritorio causaliter, ac principaliter concurrente: qui interdum multum gratiosè præuenit mentem, ita quòd sine suo ingenti conatu accenditur, & proficit vehementer, nihilominus in tali præuentione liberum arbitrium cooperatur.

Richard. Tho. aqu.

QVAESTIO VIII.

OCtauò quæritur, *an charitas possit augeri in infinitum.* ¶Videtur, quòd non, quia (ut ait philosophus) omnium natura constantium certus est finis, seu mensura, & ratio magnitudinis. atque (ut ait scriptura) omnia in numero, mensura, & pondere constituit Deus. ergo charitati præstitutus est finis vltra quem augeri non potest. ¶Secundò, capacitas mentis creatæ finita est, ergo infinitæ charitatis susceptiua non est. Accidens autem quale est charitas, nec esse, neq; augeri pōt nisi in suo subiecto. ¶Tertiò, nihil ordinatè mouetur, aut tendit nisi ad terminum, quē potest attingere: quo adepto, quiescit. charitas autē augendo mouetur, & tendit ad quandā perfectionē, ergo ad aliquem finem, quē pertransire non ualet. ¶Quartò, si charitas in infinitum valet augeri, posset nō solum charitate, & gratia sacratissimę virginis, sed & animę Christi maior gratia, & charitas esse. Omne enim finitum, per additionem continuā potest excrescere supra finitum, cū unum finitum non excedatur ab alio improportionabiliter, aut infinitè. ¶Quintò, si charitas potest in infinitum augeri, posset tandem increatæ charitati æquari. ¶Sextò, quia si charitas viæ posset æquari charitati patriæ, imò, & maior ea fieri.

Arguitur primo pro parte negatiua. 2 3 4 5 6

¶In contrariū est, q̄ quanto quis amplius crescit in charitate, tanto plus dilatat, & aperitur cor eius ad charitatē maiorē. ¶Ad hoc respondet Henricus 5. quodlibeto q̄stione 22. In re duplex consideratur perfectio, & ſm hoc duplex cōsiderat in ea modus augmēti, vna est perfectio rei, cōsistens in eius essentia, seu natura: alia, q̄ consistit in operatione ipsius. Prima p̄fectione perfecta est, quātitas molis in suppositō, quādo attingit extremum, quātitatis debitæ suæ formæ, & speciei, aut simpliciter, aut ſm quod habet esse in hac, vel illa materia, sicq; in formis recipientibus magis, & minus, forma vocatur perfecta, quādo attingit extremum virtutis, seu virtualis quanti-

In oppositum. Henricus. Perfectio rei duplex

quantitatis debitæ propriæ speciei; vel simpliciter, vel prout habet esse in isto, vel illo. Hoc mō quantū mihi apparet, q̄uis forte contrarium verum sit, quę cūq; forma creata ex eo, q̄ creatura est, sicut limitata est ad speciem, ita limitata est ad certum gradum perfectionis in suā essentia, ita, q̄ ei est terminus naturalis, citra quē sistere nequit in minimo, nec p̄gredi valet in summo. Non enim video si posset augeri in infinitum, quin species rōne, qua species, pōt cōsistere infinita. & sic nullum impossibile esset, ponere indiuiduum actu sub certa specie infinitū. Secundò mō forma vocat perfecta, qñ pōt exercere operationem perfectiori modo, quo conuenit sibi, aut in ea natum est fieri. Est autem opinio vna dicentiū q̄ charitas queat augeri in infinitum: qm̄ nō pōt ei præfigi terminus, nec ex parte ipsius charitatis augmentabilis, cum sit participatio, & assimilatio, quædam charitatis increatæ, & infinitæ, qui est spiritus sanctus: nec exparte agentis, seu charitatem augentis, qui est Deus immensæ virtutis: nec ex parte subiecti, ob causam iam tactam. Veritatem huius opinionis videre non valeo, sed primò puto hic distinguendum de charitatis augmento, de quo dupliciter possumus loqui. Primò, ſm quod charitas consideratur absolutè, & in se secundum quemcunque statum. Secundò, prout consideratur penes diuersos status, vtpotè comparando imperfectam charitatem viæ ad charitatem perfectam patriæ. Primo modo intelligitur dicta positio, ponens augmentū charitatis procedere in infinitum: ergo aūt, vt verbis vtar Augustini in sermone de assumptione beatissimæ Virginis, quia hoc sentire non valeo, dicere pertimesco. Vnde nil asserendo conabor modū ponendi contrarium declarare, insufficientiamq; positionis istius ostendere. Nō enim video in alicuius essentia, vel operatione posse procedere augmentū in infinitum, quin possibile sit secundum speciē illā esse aliquid actu infinitum, secundum perfectionē in substantia, & propria eius operatione. Ideò tam ex parte creatæ essentiæ, q̄ ex parte opationis ipsius necesse est in augmento aliquem terminum figi, vltra quem non posset procedere, non obstāte, q̄ charitas creata sit participatio charitatis increatæ, & infinitæ: quia secundum sanctum Dionysiū 2. ca. de diuinis nominibus, creata nō possunt creatori perfectè assimilari, sed imperfectè, iuxta suam capacitatem. Cū ergo infinitas formæ, & perfectionis sit propria ratio primi, principium ex sua natura ei cōueniens, nulli potest creaturæ cōmunicari, nec conuenire. Quamuis ergo charitas creata, sit participatio charitatis increatæ, hoc tñ est ſm gradum inferiorem, cui repugnat infinitas. Denique cum qualibet creata essentia sit quadam participatio increatæ essentiæ, sequeretur, q̄ non haberet terminū certum, & præfixum suæ perfectionis, sicut nec diuina essentia. Nec solum impossibile est charitatem augeri in infinitum ex parte formæ, & speciei charitatis, sed item ex parte subiecti, cū, & ipsum sit in sua natura, virtute, & capacitate finitum. Vnde etsi per charitatem dilatetur vsque ad certum gradum, nō tamen in infinitum. Ideò si per impossibile posset quis in hoc statu viuere sine fine, charitas tam secū dum se, q̄ secundum suum feruorem in ipso ad certum pertingeret finē, nec progredi posset: sed quia præfixum est vnicuiq; tēpus viuendi in seculo isto, pōt vnusquisq; quādiu hic viuit, ī charitate, & eius feruore proficere, & augeri. Sicq; loquitur Glossa super illud ad Philip. Quæ retro sunt obliuiscens. &c. q̄ bonus semper potest proficere, & q̄ non est hic status in charitatis profectu. Si vero loquamur de charitate ſm diuersos status, comparando imperfectam charitatem viæ ad perfectam patrię charitatem, variatur hic aliquantulū iudicium de charitatis augmento, vt consideraē ſm suam substantiā, & vt cōsideraē ſm suā operationem, qm̄ charitas viæ, & patriæ, in substantia sua eiusdem omnino est rōnis: non aūt operatio eius, qua est dilectio, q̄ dilectio sequit cognitionem, propter quod aliud, ac alius genus cognitionis, inducit aliud genus dilectionis. cognitio quippe Dei in vita hac, est ænigmatica & per fidem, qua cognoscitur Deus, vt absens, quā tum ad suæ essentię immediatam visionem p̄sens vero, per ænigma. sed cognitio patriæ est per p̄sentiam, atque intuitū suæ nudæ essentiæ in seipsa. Qm̄ ergo ſm philosophum 1. de anima, volūtas naturaliter augetur ad delectabile præsens, gradū aliquē in feruore dilectionis necessariò habet charitas patrię, ad quē nequaq; valet pertingere in hac vita ſm cōm cursum charitas viæ etiā si ponatur, siue per possibile, siue per impossibile, q̄ charitas alicuius viatoris sit maior ī sua essentia, q̄ charitas alicuius beatorum. Sed qm̄ charitas viæ, & patriæ, quantum ad suam essentiam, eiusdem est rationis, potest charitas viæ æquari charitati patriæ, quo ad ipsam charitatis essentiam, cum charitas patriæ nequeat in infinitum augeri: imò posset quorundam beatorum charitatē excedere, nisi aliud forsan obstaret. Quāuis autem charitas viæ posset augeri in infinitū, nūquam tñ posset pertingere ad gradū, seu perfectionem, atque feruorem charitatis beatorum: qm̄ beati vident, & diligunt Deum, vt præsentem, viatores vt absentem, ideſt non clarè visum. Nunc ergo desiderando illuc tendamus, quia desiderādo capaciores efficimur. Quemadmodum enim si velles sinum tuum implere aliquo bono tibi præstando, & scires q̄ magnum esset hoc bonum, extenderes sinum tuū & extendendo faceres capaciorem: sic Deus differendo beatitudinem extendit desiderium, quatenus extensum fiat capacius, & postea copiosius repleatur. Vnde charitas viæ perficitur in patria magis, quantum ad suum actum, quām in sua essentia, quāmuis, & in ea perficiatur per gradum completum, & vltimatum. porro charitas beatorum, quantum est ex parte charitatis, posset augeri: qm̄ non peruenit ad terminum suū supremū, cum sit maior in vno beato, quàm alio. Quod autem augeri nō valet, est ex parte status eorum: qm̄ sunt in termino, non in via. ¶Si autem quis instet, qm̄ fomes minuit potest in infinitum, ergo charitas in infinitum potest augeri, cū fomitis diminutio sit charitatis augmentum. dicendum, q̄ non sequitur, quia infinitas negatiuè, & priuatiuè dicta, potest competere creaturis, non autem infinitas positiua.

Charitatis augmentū dupliciter consideratur. Augustī. S. Dion. Phil. 3. 1. Cor. 13. Aristot. Beatorum charitas cur nō augeatur. Obiectio.

¶Alia vero est cōmunis opinio, q̄ charitas quo ad suam essentiam non habeē hic perfecta: nec hic possit habere perfectum augmentum, ita q̄ tāta est quantitas charitatis patriæ secundum suam essentiam in minimo beato, vt nullius vita quantumcunque prolixa, & sancta, sufficiat ad promerendū augmentum charitatis æquale charitati beatorum. Et ista opinio pro se allegat, quia in li. Retractionum Aug. retractat, quod in li. de moribus ecclesię dixit, Deum, quem cognoscere volumus, priùs plena charitate diligamus. & ait: Meliùs diceretur syncera, q̄ plena, nisi forte putetur non esse maiorem futurā, quando videbimus facie ad faciem. Sic itaque accipiatur, tanquam plena dicta sit, qua maior esse non possit quamdiu ambulamus per fidem. Erit enim plenior

Dilutio. Augustin. li 1. de moribus eccleſię cap. 21. & li 1. Retracta. cap 7.

plenior, imò plenissima, sed in visione per speciem. Et hęc opinio certior esse videtur, & magis de mente Augustini. Hæc Henricus.

Albertus. ¶Albertus tamẽ in lib. de laudibus gloriosissimę virginis matris Dei, testat, ꝙ ipsa incõparabilis, atq; sanctissima Christifera virgo, habuit in hac vita charitatem (quantum ad habitum) perfectiorem charitate omnium beatorũ post Christũ. & talis opinio attestatur dignitati præstantissimæ virginis, imò, & pietati diuinæ, quæ electis suis dat in hac vita totã charitatem, quã meruerunt, vt eã copiosiùs mereãtur, nec reseruat, ac differt in futurum. Cum enim dat gratiã immeritã in præsenti, multo fortiùs dat omnem meritam charitatem, & gratiam in seculo isto. ¶Huic positioni Henrici consonat, quod Bonauentura hic scribit: Status est in augmento charitatis ſm oẽm modum, quo conuenit esse statum, & perfectionem in motu augmenti. augmẽtum quippe, sicut in corporalibus patet, habet statũ à tribus, videlicet à virtute agente, à potentia suscipiẽte, & à forma perficiente. Sicut in homine stat augmentum, qñ virtus caloris, & carnis secundum speciem non potest plus conuertere, q̃ deperditur, & qñ potentia humidi radicalis non potest magis extendi. & quando corpus perfectum est secundum quod perfectioni congruit animæ. sic charitas stat ex parte virtutis agentis. sed huiusmodi status in corporali augmẽto potest esse dupliciter. Nã virtus illa, aut est operans naturaliter, aut à proposito, Si naturaliter, tunc stat quando non potest amplius: si à proposito, tunc stat quando non disponit amplius. Et hoc modo stat charitatis augmentum, quando deuentum est ad mensuram, qua mensus est Deus homini secundum dispositionem, & distributionẽ sapientiæ suæ. Ideò quãmuis virtus diuina charitatẽ augens sit infinita: attamen operatur ſm dispositionem sapientiæ suæ, limitantis varios suos effectus secundum. quod placet sibi. Stat quoque charitatis augmentum ex parte suscipientis, quia (vt dicitur à Matthæo) dat vnicuiq; secundum propriam virtutem. Et homini status intelligi potest dupliciter. primò secundum actum, vt cum amplius non procedit. & sic stat in viris perfectis, qui non assurgunt ad maiora, saltem post vitæ huius curriculũ. Secundò, penes aptitudinem, & ita stat in beatis, qui amplius non possunt se disponere ad maiora. tertiò, secundum possibilitatem suscipientis, & sic statũ habet in Christo, & credo, ꝙ etiã in bñdictissima virgine. Scio. n. de Christo, ꝙ tantum habet de gloria, quantum potest recipere creatura vnita: & credo de virgine dulcissima, qđ tñ de gloria habeat, quãtum suscipere potest creatura non vnita. i. Deo hypostaticè non coniuncta. Stat itẽ augmentum charitatis ex parte augmentabilis, videlicet ipsius habitus charitatis cum, ad perfectam peruenit quantitatem. Quantitas vero virtutis perfecta, est duplex. prima simpliciter dicta, secunda in genere. Simpliciter autem perfecta est virtus in summo, & simplicissimo, vt in Deo. in genere autẽ, in omnibus, qui pertingunt ad actum completum, ad quem sunt ordinati, qui est diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute. Et hoc secundo modo est status in charitate omnis mentis creatæ. ¶Si autem obijciatur, ꝙ ignis materialis est augmentabilis in infinitum, si asit materia, vt ait philosophus: ergo multo plus ignis spiritalis in anima, s. charitas. ¶Respondendum, ꝙ calor põt augeri dupliciter. Primò intensiuè, & sic habet statum, & terminum. Secũdò extensiuè, vt sit in pluribus, & sic non habet statum ex parte sui, sed ex parte cõbustibilis. Charitas conformiter põt augeri intẽsiuè, vt magis diligat, sicq; statum sortitur, & etiam extensiuè plures amando, & ita non habet statum. Quãuis demũ obiectũ charitatis sit infinitum, ex hoc tamen non sequit, ꝙ charitas creata esse valeat infinita, qa non põt obiectio suo commensurari. Hæc Bonauentura.

Tho. aqui. ¶Verum in ista materia aliter sentit Thomas hic loquens: De augmento charitatis dupliciter possumus loqui. primò, quantum ad id, quod est: secũdo quãtum ad id, quod potest esse, quemadmodum dici solet, ꝙ non est dare summum malum, quo non possit aliquid esse peius: tñ est aliquid summũ malum, quo nihil est peius. Similiter dico, ꝙ augmentum charitatis peruenit, seu iam dudum deuenit ad aliquem terminum, vltra quem charitas non augetur in quocunque: non tamen deuenit ad terminum, vltra quem non possit augeri. Cuius ratio est ex parte eius, quod mouetur secundum augmentũ hoc, atque ex parte eius, ad quod mouetur. Id autẽ ad quod mouetur quid in augmẽto charitatis, est similitudo charitatis increatæ: ad quam cum infinita sit, potest in infinitum magis, ac magis accedi, & nunquam aliquid adæquabitur ei perfectè. Porro ex parte eius, quod mouetur, est quod ipsa anima quanto plus de diuina recipit bonitate, & lumine gratiæ eius, tanto capacior fit ad recipiẽdum: ideò quanto plus recipit, tanto plus potest recipere. Potentiæ enim naturales sunt determinatæ, & finitę secundum exigentiam materiæ. idcirco non queunt recipere nisi secundum capacitatem, & proportionem materiæ: potentiæ vero immateriales non ex materia limitantur, sed magis secundum quantitatẽ bonitatis diuinæ in eis receptæ. ideò quãto plus additur eius de bonitate diuina, tanto plus queunt de illa recipere, quemadmodum 3. de aĩa dicit philosophus, ꝙ quanto plus intellectus intelligit intelligibilia alta, & fortia, tanto plus potest intelligere talia. sensus vero à fortibus sensibilibus corrumpũtur, cum sint potentiæ materiales. Itaq; quanto spiritualis natura plus recipit de charitate, tanto plus potest recipere. ¶Quidam vero comparantes capacitatem substantiæ spiritualis capacitati substantiæ materialis, dixerunt, ꝙ est terminus in augmento charitatis secundum capacitatem naturæ, ita quod vltra naturalem capacitatem nõ queat recipere: & ponũt exemplum de aere, qui terminum habet suæ subtilitatis, quem non excedit. propter quod potest in eo lumen intendi, secundum quod magis, & minus depuratur à permixtis vaporibus, sed dum peruenitur ad puritatem suæ naturæ, non põt amplius purificari, nec illuminari ab eodem illuminãte. sed non est simile de capacitate substantiæ materialis, & spiritualis. Hæc Thomas in Scripto.

Aristot. ¶Porro in 22. quæstione 24. Terminus, inquit, tripliciter potest prędfigi augmento alicuius formę. Primò ex parte formæ, quæ terminatam habet mensuram, ad quam cum fuerit peruentum in forma, non potest vltra procedi. Alio modo ex parte agentis, cuius virtus, nõ se extendit ad agendũ vlteriùs. Tertiò ex parte subiecti, quod non est capax maioris perfectionis. Nullo autem horum modorum imponitur finis augmento charitatis in via. Charitas namque secundum rationem propriæ speciei, terminum augmẽti non habet cũ sit participatio charitatis infinitæ, quæ est spiritussanctus. Similiter causa agens charitatis est infinitæ virtutis, videlicet Deus. nec ex parte subiecti põt finis pfigi charitatis augmento, qm̃ charitate excrescente, excrescit habilitas

Ar. 7.

Matt. 25.

Obiectio.

Bilutio. Calor dupliciter augetur.

1. Cor. 6. bilitas ad maius augmẽtum: qm̃ charitas aperit ad magis amãdum iuxta illud Apostoli: Cor nostrum dilatatum est. Hæc Thomas in Summa.

Petrus. Petrus autem uiderur declinare ad opinionem dicentium, ꝙ charitatis augmento prefigitur terminus, quam opinionem dicit esse planiorem, atque communiorem: & addit, ꝙ ex ista opinione sequi videtur, ꝙ Christo non fuerit datum charisma charitatis, & gratiæ secundum plenitudinem suæ capacitatis, qm̃ totum, quod datum est ei, finitum est.

Richard. ¶Richardus quoque in hac re recedit à Thoma, inter cætera scribens: Dicunt aliqui, ꝙ anima quanto plus capit de charitate, tanto capacior redditur: & ꝙ non sit simile de capacitate rerum materialiũ, & spiritualium, quia materialium rerum capacitas ex materia limitatur. idcirco recipere nequeunt nisi secundum exigentiam ipsius materiæ. capacitatis vero spiritualis substantiæ non limitatur ex conditione materiæ, sed iuxta quantitatem bonitatis diuinæ ei influxæ. ideò quanto plus ei de bonitate infunditur, tanto plus potentia suę capacitatis auget. Contra quam opinionem sic argui potest: Capacitas animę, aut nominat eius potentiam, aut aliquid superadditum ei. Si primo modo, planum est, ꝙ capacitas animæ habet limites determinatos: quoniã cuius essentia determinatos limites habet, etiã eius potentia: si vero capacitas dicit aliquid superadditum potentiæ, certũ est, ꝙ illud in potentia animæ recepit: ergo si superadditum illud potest crescere fine fine, sequeretur, ꝙ potentia animæ posset sine fine recipere, sicq; determinatos limites non haberet. ¶Præterea ex illa opinione sequeretur, ꝙ Deus in anima aliqua perfectiorem posset ponere charitatem, q̃ sit charitas animæ Christi. hinc mihi videtur, ꝙ ex parte creaturæ charitas in infinitum augeri nõ valet. ipsaq; creatura tãtum habilitari põt per charitatem, ꝙ plus habilitari non possit ad diligendum, imò in aĩa Christi sic factũ est. propter, quod dico securè, ꝙ capacitas voluntatis animæ Christi, charitate totaliter est repleta. Hæc Richardus.

¶Qui tamen sentire videtur, ꝙ charitas quantũ, est ex parte sua, possit infinitè augeri, cum sit respectu infiniti obiecti, & species charitatis determinatum non habeat limitem: quia si semper fieret vna voluntas alia voluntate nobilior, semper quælibet voluntas posset à Deo recipere habitum charitatis sibi proportionatum: quod non esset verum, si species charitatis limites determinatos haberet, vltra quos non posset augeri. Hæc Richardus.

Dio. Car. ¶Quo circa reor dicendum, ꝙ iuxta præhabita omnis virtus, omnisq; habitus, & oĩs forma creata, est determinatæ, & limitatæ perfectionis, nec valet in infinitum excrescere, nec voluntas creata potest ad infinitam perfectionem ascendere in propria specie. Motiuum quoque, quod tangit Richardus, solutum est: quoniam charitas creata suo obiecto non potest æquari. Est autem materia ista difficilis. vnde, & magni doctores circa eam, tam diuersimo dè sensisse nosc̃untur. quorum positiones tangit

Durand. Durandus, dicendo.

¶Circa hanc quæstionẽ est triplex modus dicendi. Primus est, ꝙ charitas, & oĩs forma suscipiens magis, & minus, põt in infinitum augeri: sic tñ, ꝙ nunquàm est deuenire ad infinitum actu. Secũdus modus, ꝙ specialiter charitas, non gñaliter oĩs forma, possit tale habere augmentũ. tertius, ꝙ nec charitas, nec alia forma, queat augeri in infinitum, sed in omni forma creata sit deuenire ad gradũ pfectionis suæ supremũ, vltra quẽ reperiri non valeat, nec in perfectione extendi. Ratio primæ opinionis (vel præsertim de charitate) est, qm̃ magis, & minus dicuntur per maiorem, & minorem accessum ad terminum ad quem. Vbi igitur terminus distat infinitè ab accedente, quantumcunq; propinquet accessus, esse poterit infinitus, & infinita est ratio accedẽdi: sed terminus rationalis creaturę, videlicet Deus distat semper infinitè à creatura quantumcunque proficiat. Deniq; in numeris est processus in infinitum, propter infinitũ recessum ab vnitate. ergo in charitate est infinitus processus, propter infinitum accessum ad Deum, velut etiam si quis ascendat in locum sursum à se infinitè distantem. Rationes tertiæ positionis prætactæ sunt. philosophus quoq; 8. physicorum vult, ꝙ nullus motus alterationis esse valeat infinitus. motus aũt intensionis, & remissionis est motus alterationis, non ergo in infinitũ tendere põt, & istud de charitate verificare oportet. Vñ in Enchiridio ca. loquitur vltimo Aug. Charitas crescit donec ad magnitudinẽ illam perueniat, qua maior esse non põt. Sed obijci potest, quia in voluntate duplex est capacitas respectu charitatis, ppinqua videlicet, & remota. Propinqua est ex actibus, quibus nos reddimus dignos charitatis augmẽto. remota vero est nuda potentia volũtatis. Ex parte primæ capacitatis non oportet charitatem habere sui augmenti finẽ: qm̃ quanto plus charitas augmẽtatur, tanto plus crescit talis capacitas. Actus. n qui ex maiori sunt charitate, reddũt nos digniores charitatis augmento. Nec ex parte secũdæ capacitatis est impedimentum: quia potẽtiæ passiuæ finitæ nõ repugnat in infinitũ perfici successiuè, ita ꝙ nunq̃ deueniatur ad infinitum actu. neq; impedimẽtum est respectu perfectionum diuersarum specierum, quemadmodum quantitas est in potentia ad infinitas figuras successiuè, vt ad trigonũ. &c. Neq; respectu eiusdem formæ dũmodo non repugnet formæ in infinitum augeri. Quod aũt non repugnet charitati talis infinitas, patet: qm̃ limitatio secũdum speciem, non repugnat infinitati graduum in eadẽ specie. Limitatio nãque ſm speciem, ponit rem in gradu, à quo se nõ potest extendere ad alteriùs speciei perfectionem. Veruntñ non impedit quin infra speciem possit semper magis intendi, non ponendo in eadem specie terminum. ¶Verum ad ista pro parte modo est respõsum. dictũ est namq; quod habilitatio, seu aptificatio ad charitatis augmentum, per eius profectum habet finem in rõnali creatura, nec potest in infinitum excrescere limitatæ quoq; perfectioni speciei, repugnat infinitas perfectionaliũ graduum infra limites speciei eiusdem. Multiplicatio autem successiua ex parte quantitatis, seu materia non includẽs perfectionem simpliciter dictam; non repugnat limitationi naturæ specificæ. ¶Quod demum obijcitur de infinita distantia Dei, seu vltimi finis obiectalis à quocunque profectu, augmentoq; charitatis, faciliter soluitur. Primò etenim dici potest, ꝙ nulla creata mens potest Deum attingere plenè, & per æqualitatem, ita vt compleтur, & diligat eum quantum ex sua natura contẽplabilis, amabilisq; consistit, imò semper infinitum etiam in patria inde occumbit. Secundò, ꝙ per quemlibet charitatis motũ Deus aliqualiter attingat, quia amatur vt summũ bonũ. & sic mẽs ei vnitur tanq̃ obiecto. ideò accessus ad Deũ nõ est successiuus sicut in motu locali: sed per approximationẽ perfectionis, quę necessariò statum habet in creatura. & dato, ꝙ esset accessus successiuus in infinitum, tñ nõ sequeret, ꝙ charitas, quæ est ratio accedẽdi, posset esse infinita:

Aristot.

Augustin.

Obiectio.

Dilutio.

ficut non oporteret, quòd grauitas esset infinita, dato, quod locus deorsum infinitè distaret, & motus istum existeret infinitus. Idem. n. manens idem pōt iugiter facere idē. sicq; charitas finita sicut, & grauitas finita, quādiu maneret, posset causare accessū ad terminum quantūcunq; distantē. Hæc Durand.

Aegidius. ¶ Insuper circa ista Aegidius recitat diligenter Thomæ positionem, eamq; reprobat, sicut iam factum est: quia ſm eam anima Christi quanto maiorem gratię plenitudinem ab exordio incarnationis accepit, tanto maiores fuisset gr̃æ susceptiua. sicq; eius capacitas non fuisset tota repleta: cum tamen in Euangelio scriptum sit, quòd non ad mensuram

Iohan. 3. datus ei sit spiritus. Propter quod 15. de Trinitate

Augustin. asserit Augustinus, quòd ab initio suæ conceptionis adeo extitit gratia plenus, quòd vltra in eo augeri nequiuit. ¶ Præterea aduertendum, quod auge

Augeri in infinitum dupliciter dicitur. ri aliquid in infinitum, intelligi potest dupliciter. primò, vt omnis terminus positus excedatur: sicq; propriè sumitur augeri in infinitum: quoniam infinitum est, cuius partem accipientibus semper est aliud extra accipere, vt in libro physicorum ait phi

Aristot. losophus. & sic charitas non potest in aliquo in infinitum augeri, quoniam posset capacitas alicuius gratia sic repleri, quòd nō posset in eo charitas plus intendi, sicut in anima Christi factum est. Secundò aliquid potest augeri in infinitum non simpliciter, sed quoniam terminum sibi præfixum nunquam attingit, dato etiam quòd iugiter augmēretur, quem admodum patet ex 15. propositione Geometriæ, vbi probatur, quod angulus qui efficitur ex diametro circuli, & semicirculo, est omnium acutorū amplisimus: & quo maior est circulus, tāto est magis amplus: & si in infinitum cresceret circulus, nunquam tamen peruenire ad quantitatem anguli recti: qui non solum finitus est, sed etiā inuenitur maior eo, puta obtusus. sic quoque charitatem in infinitum crescere non est inconueniens, ita vt præfixo sibi aliquo temino, videlicet charitate patriæ, nunquam deueniret ad illum quamdiu manet in via: nec tamen charitas, quam habebit in patria, erit immensa: imò inuenietur charitas maior ea, videlicet charitas animæ Christi.

Obiectio ¶ Sed his obijci potest: Si est dare terminum in augmento charitatis, ponatur in aliquo charitas perfecta, tunc quæro an actus ex ea toto conatu elicitus, meretur charitatis augmentum, an non. Si meretur, ergo ibi non est status, nec terminus augmenti charitatis, cuius cōtrarium præsupponitur: si non meretur, ergo potentior est actus charitatis imperfectæ, qui meretur habitus sui augmentum, quàm actus charitatis perfectæ. Dicendum, quòd

Dilutio. actus charitatis perfectæ in termino, non meretur habitus sui augmentum. & hoc non est ex impotentia homini actus, sed quoniam habitus suus non est augmenti amplius susceptiuus. Hæc Aegidius.

Dio. Car. ¶ Videtur postremò positio ista dicentiū in augmento charitatis cōsistere statum, tam ex parte charitatis, quàm ex parte capacitatis mentis creatæ, tā etiam ex præordinatione diuina, verior, ac rationabilior esse. nec vidi hac vice aliquē doctorem, prætactam sancti Thomæ positionem sequentem.

QVAESTIO IX.

Arguit. 1. pro parte affirmatiua. NOno quæritur, *an charitas minuatur*. ¶ Videtur, ꝙ sic. primò per experientiam. quemadmodum enim vir bonus fortiter insistēdo spiritualibus profectui, sentit se in charitate proficere: ita qui negligenter se habet, experitur se in ea decrescere.

Apoc. 2. ¶ Secundò, quia in Apoc. dominus cuidam improperat, dicens: Habeo aduersum te, quod charitatē tuam primam reliquisti. memor esto itaq; vnde excideris, Et sicut dicunt quidam expositores, præsul cui hoc obijcitur, non amisit charitatem in toto: ergo diminuta solum fuit in eo. ¶ Tertio, quidam paulatim tepescunt, in quibus charitas videtur successiuè diminui. Vnde, & Ecclesiasticus testatur: Qui

Eccles. 4. spernit modica, paulatim decidet. Quarto, charitas recipit magis, & minus, quia intenditur, atq; remittitur. sed sicut idem est charitatem intendi, & augeri, sic idem videtur charitatem remitti, ac minui: ergo minuitur. ¶ Quinto, ſm Augustinum charitatis

5 profectus est cupiditatis minoratio, quo ergo cupiditas amplius inualescit, eo charitas plus decrescit: sed idem est charitatem decrescere, ac minui.

6 ¶ Sexto, contraria habent fieri circa idem. cum ergo augmentum, & diminutio contrarietur, & augmantum charitati cōueniat, uidetur quòd, & diminutio. ¶ Septimo, super illud Prouerbiorū, Septies

7 cadit iustus, ait glossa, per uenialem peccatum. ergo Prou. 24. cadit per veniale, sed non cadit per veniale à charitate, ergo ab eius augmeuto, & sic charitatis minoratione incurrit. ¶ Octauo, super illud in Exodo:

8 Si rixati fuerint viri inter se, & percusserit alter pro- Exod. 21. ximum suum, habetur in glossa: Læsa charitate in eo, & iterum, infirmatus à feruore dilectionis languerit. Charitas ergo potest languere, lædi, imò, & minorari per uenialia mala. per mortalia namq; corrumpitur. Et istud uidetur sacra scriptura prætēde

Mat. 24. re, dicente Christo domino: Refrigescet charitas multorum. Et ad Timotheū Apostolus: Admoneo,

2. Tim. 1. inquit, te vt resuscites gratiam Dei in te. ¶ Amplius

9 sicut paulatim proficitur, ita paulatim deficitur. vn

Origenes. de in Periarchon loquitur Origenes: Nullus eorū qui in perfecto, summoq; gradu extiterit, subito euacuatur, sed paulatim, atque per partes. talis autem euacuatio paulatiua, non fit nisi charitate decrescente, quod est eam diminui.

In oppositum. ¶ In contrarium est communis doctorum assertio, quorum motiua tangentur.

Antisiod. ¶ Ad istud Antisiodorensis in summa sua 3. li. rñdet. Gñalis opinio est, ꝙ charitas non pōtremitti. sed circa charitatē quatuor sunt notanda. Primum est charitatis essentia, ſm est eius radicatio in subiecto. Tertium, feruor, seu motus interior. Quartum, operatio exterior. Charitas itaque quantum ad suā essentiam, nequit remitti: sed quantum ad alia tria, potest. Hinc ait auctoritas: Charitas, aut proficit, aut deficit, idest aut intenditur, aut destruitur: non ergo remittitur. Augustinus quoque testatur: Hoc

Augusti. facit veniale charitati, quod gutta aquæ camino ardenti, gutta autem ardorem camini non minuit. Ideò argumentatio ista non valeat, charitas potest intendi, ergo potest remitti. quoniam habet causam intensionis, videlicet Deum, non remissionis. Deus namque charitatem nunquam remittit, sed vel dat, vel intendit, vel subtrahit per peccatum mortale. peccatum autem veniale non minuit charitatem, quoniam quantalibet charitas potest stare cum veniali. Veruntamen istis obijcitur, quia Apo-

Obiectio. Roma 7. stolus ad Romanos: Inuenio, ait, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Quo circa habetur in Glossa, Lex membrorum est fomes, lex mentis est charitas. ex fomite autem sunt primi motus, qui sunt veniales: ergo venialia charitati repugnant, ergo, vel destruunt, vel minuunt eam. ¶ Respondemus, quod venia-

Dilutio. le

le aliquo modo charitati repugnat, non tamen cō sequitur, quòd minuat charitatis essentiā, sed eius feruorem, radicationem, seu actionem, præsertim si multiplicetur, vel ingrossetur. cōsolationem quo que internam, & spiritalem dulcedinem impedit, nisi cum diligentia refrenetur, ac defleatur, cum in

Eccēs. 10. Ecclesiaste dicatur: Muscæ morientes perdunt suauitatem unguenti, ideſt cogitationes inutiles, & vanæ distractiones, destruunt deuotionem, atque dulcedinem charitatis. Hæc Antisiodorensis.

Albertus. ¶ Concordat Albertus, qui circa hæc breuiter scribit: Dico quòd charitas non valet minui. Nihil enim minuitur nisi ab aliquo ipsum diminuente. sed nihil minuit in nobis charitatem, quia nec Deus nec voluntas, nec culpa. Non Deus, quoniam ipse dat, conseruat, & auget charitatem: non voluntas, quia in ea seruatur: neque peccatum, quia mortale peccatum destruit eam, nec simul cum ea consistit. Veniale autem charitatem nonattingit, cum charitas sit in superiori animæ parte, veniale in inferiori. Quod autē diminuit habitum alicuius

Charitas 4 modis per ficitur. potentiæ, est pariter cum eodem. Aduertendum tamen, ꝙ charitas perficitur qnatuor modis. Primò, quo ad redicationem in subiecto, ex diuturnitate suæ durationis. Secundò, quo ad facilitatem operandi secundum eam ex cōsuetudine affectionum, & operum charitatis. Tertiò, quo ad numerum meritorum ex multitudine operum. Quartò, quantum ad feruorem ex actuali consideratione beneficiorum Dei, sicut nouitij quandoque feruent præcæteris, eo ꝙ actualiter, & de nouo intuentur beneficia Dei. Quod autem de nouo mouet, plus prouocat ad feruorem. Hæc Albertus.

Thomas. ¶ Denique Thomas hic loquitur: Charitas non potest diminui essentialiter, nisi forte per successionem, ita quòd charitas, quæ inest, per pcm̃ destruatur mortale, & minor postea infundatur per præparationem minorem. Causa enim diminutionis charitatis, non potest sumi ex parte Dei, cum nullus defectus reducatur in ipsum tāquam in causam. Causam ergo diminutionis charitatis sumere oportet ex parte nostri. Porro defectus ex parte nostri contingens, aut est cessatio ab actu, vel inordinatio in agendo. ex cessatione aūt ab actu, charitas nequit remitti, sicut habitus acquisiti. Firmitas namq; charitatis non est ex actu nostro, sed ex principio influē te. idcirco cessantibus actibus, manet idem robur charitatis. sed uerum est, ꝙ per actus frequentes disponuntur animę vires, & membra corporis rediguntur in obsequium charitatis, in quo feruor consistit. ideò ex ocio tepescit feruor charitatis. Habitus vero acquisitarum uirtutum, firmitatem, & robur habent ex nostris operibus. Vnde cessantibus actibus bonis, robur earum remittitur. Inordinatio autem actus, aut est circa finē, aut circa ea, quæ sunt ad finem. Si circa finem, ita ꝙ finis tollatur, seu prorsus impediatur, sic charitas, per quam fini adhæretur, aufertur: quod fit per mortale peccatū. Si vero inordinatio est circa ea, quæ sunt ad finē, ipso fine manente, & inordinatè se habente homine circa media, talis inordinatio, quæ est veniale peccatum, non attingit charitatem, quæ est in adhæsione finis. ideò de charitate nil minuit, Veruntamen sicut ea, quæ sunt ad finem, disponūt ad ipsum, sic in ordinatio in eisdem est dispositio ad inordinationem, quæ est circa finem, secundum quod dicimus ꝙ veniale est dispositio ad mortale. sicq; per venialia disponitur homo ad charitatis amis sionē. Hinc charitas dicitur minui quantum ad radicationem, atque feruorem, non quantum ad suam essentiam. Quantum ad radicationem, secundum quod fit dispositio ad contrarium, vnde minuitur firma charitatis inhęsio. Secundum feruorem neque, prout impeditur obedientia virium inferiorum ad superiores, ex qua obedientia feruor causat̃. Hæc Thomas in Scripto.

Ar. 10. ¶ Denique in Secunda Secundæ, quæstione 24. differuit. Quantitas charitatis, quam habet per respectum ad suum obiectum, nec minui potest, neq; augeri. Idcirco cum augeatur per comparationem ad suum subiectum, videndum est an etiam ex hac parte possit diminui, & si ista diminuatur, oportet hoc esse, vel per aliquem actum, vel per solam cessationem ab actu, per quam cessationem minuuntur, imò, & aliquando corrumpuntur virtutes acquisitæ. propter quod de amicitia dicit philosophus 8.

Aristot. Amicitiā cu t solutat inappellatio. Ethicorū, ꝙ multas amicitias inappellatio soluit, ideſt non appellare amicum, nec loqui cum eo. & hoc ideò est, quoniam conseruatio vniusquiusque ex sua causa dependet. ideò sicut virtutes acquisitæ ex humanis actibus generantur, ita per actuum cessationem diminuuntur, tandemq; corrumpuntur. Cumq; charitas solum causetur à Deo, non minuitur, neque corrumpitur ex actuum cessatione, dummodo desit peccatum, seu culpa omissionis in ipsa cessatione. Diminutio igitur charitatis non potest esse nisi, vel à Deo, vel à peccato. porro à Deo non causatur aliquis defectus in nobis, nisi per modum pœnæ, secundum quod subtrahit gratiam in pœnam peccati. non ergo in nobis charitatem diminuit n. si ob primam culpam nostram, quæ vel effectiuè, vel meritoriè sit causa diminutionis charitatis. peccatum autem mortale charitatem omnino corrumpit: & effectiuè, quia charitati contraria tur: & meritoriè, quia qui contra charitatem Dei peccat, dignum est, vt ei Dei charitas subtrahatur. sed per veniale peccatum charitas, nec effectiuè, nec meritoriè minuitur. Nō effectiuè, quia ad charitatem non pertingit. charitas quippe est circa vltimum finem. Veniale vero peccatum est inordinatio circa media. non autem minuitur amor diuinus ex inordinatione circa media, quæ sunt ad finem: sicut interdum contingit, quòd aliqui sanitatem multum amantes, inordinatè se habent circa obseruationem dietæ: sic & veniale peccatum non meretur charitatis diminutionem. Etenim dum de linquit quis in minori, non est puniendus in maiore. Deus quoque non plus se auertit ab homine, q̃ homo ab ipso. Vnde qui inordinatè se habet circa ea, quæ sunt ad finem, non meretur detrimentum pati in charitate. Hinc charitas nullo modo diminui potest directè. Indirectè tamen diminutio charitatis dici potest dispositio ad corruptionē ipsius per venialia, vel per cessationem ab exercitijs charitatis. Hæc in Summa.

Petrus. ¶ His Petrus compendio consonat: Charitas, in quiens, minui nequit secundum essentiam, neque ex parte agentis, videlicet Dei infundentis, cum sit causa proficiendi, non deficiendi: nec ex parte suscipientis, quia nec per cessationem actus, cum non generetur ex actibus: nec per inordinationem actus, quia illa, aut tollit finem, & sic destruit charitatem: aut est in his, quæ sunt ad finem, & illa inordinatio non attingit charitatem. Potest tamen secundum accidens minui, quo ad radicationem in subiecto: & hoc per inordinationem actus, in quantum per venialia generatur dispositio contraria: & etiam quātum ad feruorem per actus

cessationem, inquantum ex dissuetudine minuitur obedientia virium inferiorum ad superiores. Hæc Petrus.

Richard. ¶ Idē Richardus. Qui de hac re pene nil scribit, nisi, ꝙ in præhabitis dictis Thomæ continentur, tā gitt tamen aliam opinionem, qualiter possit saluari, vt infra patebit. Aegidius quoque concordat.

Durandus. ¶ Præterea circa hæc scribit Durandus: Duo cō sideranda sunt hic. Primum est, an charitas possit diminui. Secundum est, an diminuatur secundum actum. Omnes autem concedunt, ꝙ quātum est ex sua natura, possit diminui, quemadmodum, & augeri. & hoc rationabiliter: quoniam latitudinē graduum habet, in quibus eius natura potest saluari; & sicut talis forma per agens potest deduci de imperfecto gradu ad perfectum, sic quantum est in se, potest reduci de gradu perfecto ad imperfectum. Vtrum autē perfectio charitatis ita aliquando actu minuatur, est duplex opinio. una dicentium, ꝙ sic, quorum ratio est, quoniam Deus non est causa corruptionis charitatis, nisi per auersionem uoluntatis ab eo per peccatum mortale. sed sicut uoluntas totaliter auertitur à Deo per peccatum mortale, sic

Augustin. alquantulum auertitur per veniale, iuxta illud Augustini in libro confessionum: Minus te ò Domine amat, qui aliquid tecum amat. quod non amat propter te. ergo sicut propter totalem auersionem peccati mortalis charitas omnino corrumpitur, sic propter partialem auersionem venialis minuitur. Pro hac opinione videt esse, quod in li. 83. quæ

Augusti. stionum affert Augustinus Venenum charitatis est cupiditas. & vbi est parua cupiditas, ibi magna charitas. & vbi nulla cupiditas, ibi magna est charitas. constat, ꝙ sæpe augetur cupiditas, ergo frequenter minuitur charitas. Item demus, ꝙ duo sint in charitate æquali, & vnus venialiter peccet, alius non apparet, ꝙ vterque eorum non sit Deo æqualiter placens, & charus. ergo veniale facit vnum eorum minus charum, sicq; diminuit charitatem.

¶ Alia opinio est, ꝙ charitas nunquam minuitur quantum ad essentiam habitus: quia si posset sic minui, hoc esset per veniale peccatum. quicquid autē potest minuere aliquid, potest illud tandem omnino destruere, sicq; per sola venialia charitas posset corrumpi. Et si hoc facto quis protinus moreretur, quærendum est, an saluaretur, an potius damnaret. Si saluaretur, ergo aliquis posset sine charitate saluari: si damnaretur, ergo pro solis venialibus, quis adultæ ætatis posset damnari. Insuper cum charitas infusa sit finita, si per venialia minuitur, toties possent venialia iterari, quod totaliter destruerent charitatem: quod nullus concedit. Secundò probatur hoc sic: ponatur, ꝙ aliquis sit in minimo gradu charitatis, & venialiter peccet, quæritur an per veniale illud charitas eius diminuetur, an nō. Si minuetur, etgo, & corrumpetur, cum sit minimi gradus. sicq; solum vnum veniale charitatem corrumpet: si nō, ergo eadem ratione, nec aliud veniale diminuet eam. Tertiò sic, si veniale charitatem diminuit, ergo, & præmium, quod charitati correspondet minorabit, cuius minoratio pœna est, vtpotè damnū. sicq; pro solo veniali infligeretur pœna æterna. Hæc Durandus.

¶ Qui huic secundæ opinioni magis consentit.

Gul. Par. ¶ Amplius Gulielmus Parrhisiensis in tractatu suo de vitijs, & virtutibus, circa finem primæ patris fortiter tenet, charitatem non posse diminui, inter cætera loquens: Impossibile est virtutes infusas minui, vel remitti. Nam propter pctā mortalia penitus extinguuntur. Si autem per venialia minuerentur, aliquid de præmio earum detraheretur, & sic pœna æterna pro eis infligeretur, sicut iam tactum est. Ad hoc inducit varia argumenta iam præinducta, ex quibus concludit: Sufficiat tibi ex his, virtutes non posse diminui. & hoc non est ex fortitudine, aut impossibilitate virtutum huiusmodi, sed ex diuina iustitia, quæ pro veniali non patitur infligi pœnam æternam, quemadmodum Adam ante peccatum immortalis, & inuulnerabilis fuit, non natura li impossibilitate, sed protectione diuinæ iustitiæ, quæ non permisisset eum tunc lædi, si quis voluisset eum lædere ferro, vel igne. Præterea dato, quòd decedat quis solum cum vno veniali peccato, quod gratiam eius diminuit, non est dubium quin pro illo veniali in purgatorio expietur: nec remittetur, nisi fuerit expiatum, nisi pœnitentia plena pro ipso agatur. Quærimus ergo an gratia, quæ in illo fuit per ueniale minorata, reuertatur ad pristinam quātitatem, seu intensionem, an non. Si sic, ergo resurget, & in iudicio apparebit melior, quàm hinc decessit. imò, & sic in purgatorio erit locus merendi, quia pro statu suo, quem in purgatorio per expiationem acquisiuit, maior gloria ei debetur, quàm pro statu, in quo decessit. & sicut auctum est præmium, ita & meritum. si autem veniali sic expiato, non restituitur ei gratia per peccatum illud detracta, punitur pro eadem culpa bis in idipsum: quia punitur ipsa detractione diminutioneve gratiæ, & pœna, seu pœnitentia in purgatorio per soluta. Hæc Gulielmus. Qui ad idem multipliciter arguit, tamen ex horum solutione aliorum suorum argumentorum pateret solutio.

Henricus. ¶ Postremò de hac quæstione scribit Henricus quodlibeto quinto, quæstione 23. quantitatem, seu magis, & minus in formis non ponimus per comparationem ad obiectum, vel subiectum, sed ex natura formarum, quæ in suis essentijs latitudinem habent, seu partes virtuales multitudine sua integrantes quantitatem essentiæ huiusmodi formę. Sic quoque augmentum, & diminutio charitatis est accipiendum ex natura charitatis. Peccatum autem, seu actus noster non est causa augmenti, aut diminutionis charitatis, nisi per modum meriti, vt sic Deus per accidens dicatur causa talis corruptionis, aut diminutionis: per accidens, inquantum propter peccata nostra est causa earum. Defectus quippe culpæ, nec per se, nec per accidens est à Deo, nisi permissiuè. defectus vero pœnalis est à Deo per accidens, videlicet propter peccata eorum, quibus à Deo influitur tanquàm pœna. Si ergo charitas minueretur hoc non esset nisi merito venialis peccati, vel fomitis cupiditate: vt sicut magna cupiditate corrumpitur, sic parua aliqualiter minuatur. Nam sicut volūtate omnino auersa à Deo, corrumpitur charitas: sic videtur diminui voluntate partim auersa per affectum aliqualiter inordinatum circa creata, per quod retardatur à Dei amore, & minus ad ipsum afficitur. Amplius, feruor peccati venialis minuit charitatis feruorem. sed feruor actus non minuitur nisi diminutione habitus, quoniam actus est proportionabilis habitui. vnde maior caliditas feruentiùs calefacit. sicq; charitas per veniale videtur diminui, præsertim quoniā (vt apparet) ex actibus multis venialium generatur in anima quædam dispositio habitualis prana, inclinans ad vitia, ex qua charitas uidetur diminui. ad contraria enim inclinant. Etenim diminutio habilitatis inclinandi potentiam, non est nisi ex diminutione habitus, eò quòd

quòd habitus non sit nisi id, quo potētia ad actum habilitatur, & inclinatur. Sed aduertendum, ꝙ aliter habent se habitus infusi ad potentias animæ, & aliter habitus acquisiti. habitus namq; acquisiti nō sunt nisi præfatæ habilitates ad actus, consimiles in potentijs animæ actiobus, à quibus sunt generati, vel per studium, inquisitionem, aut propriam inuētionem, quo ad habitus intellectuales: vel per exercitium, quo ad morales. Porro habitus infusi non sunt ipsæ habilitates in potentijs: quia sic nō essent alterius rationis, q̄ habitus acquisiti, nec differrent ab illis nisi per generās, & per modum gñandi, propter quem generatum nō diuersificat speciem, quē admodum non differret specificè calor naturaliter generatus ab igne in aquam, & supernaturaliter ibi productus à Deo. sed habitus infusi sunt velut quędam spirituales picturæ, quasi colores in viribus animæ ipsis superadditi, à quibus habilitates quædā & inclinationes imprimuntur potentijs per ipsam substantiam habituum, & per supernaturales actus eorum circa sua obiecta. Et quamuis actiones nr̄æ non causant in nobis charitatem efficienter, vitiosæ tamen actiones nostræ eam per modum meritoriæ causæ corrumpunt: nec solum destruunt habilitates ad actus morales virtutum moralium, & infusarum, atque contrarias generāt, verum etiam omnino diuertuut ab vltimo fine, & retrahunt à fine virtutū moralium. Hinc nec mortalia peccata, nec venialia per se attingūt habitum charitatis: nec circa ipsum aliquid operantur, sed per peccata mortalia aliquid efficitur circa hominē priuatiuè: quo facto, necessariò corrumpitur in homine charitas. per venialia vero peccata nihil efficitur circa hominem, quo in ipso charitas minuatur. idcirco dicēdum, ꝙ charitas a nulla nostra operatione potest diminui. Pro cuius intelligentia aduertendū, quod charitas in nobis est lumen in recta ordinatione nostra ad Deum, conuertentem nos ad se. productum in nobis a Deo, sicut à luce suprema: sicut in oculo nostro est lumē corporale, in recta oppositione oculi nostri secundum situm ad solem. per peccatum autem mortale constituit sibi homo alium finem, q̄ Deum, videlicet bonum creatum caducū, in quo appetit impiè delectari, quamuis deberet Deo carere. sicq; auertit se ab ordinatione ad summam lucem, per quod indignus efficitur concesso sibi lumine supernaturali, videlicet charitate: & dignus est ea priuari, ita quòd Deus definat eam conseruare. sicq; Deo non faciente, sed permittente, seu conseruationem, & influentiam subtrahente, charitas cadit in nihilum, per ueniale aūt pctm̄ homo non diuertit omnino, à fine vltimo, s. Deo, imò habitualiter manet in ipso. ideò non meretur ita priuari charitatis præsentia, sed nunquid veniale aliquid agit in præiudicium charitatis? vtiq;, quia feruorem diminuit, imò, & habilitatem in uoluntate ex bonis actibus generatam. Nempe ad actum dilectionis duo coucurruut, uidelicet liberum arbitrium eliciens actum, & charitas mouens ipsum, & ad agendum inclinans: quia secundum Augustinum charitas ita se habet ad liberum arbitrium, sicut sessor ad equum. cum autem duo ad eundem actum concurrunt, potest ex parte vtriusque oriri actionis impedimentum. Dico ergo, ꝙ veniale ponit impedimentū actni charitatis ex parte liberi arbitrij, ita quòd debito, seu decenti feruore non fertur in bonum: non autem ponit tale impedimentum ex parte ipsius habitualis charitatis, ipsam in aliquo diminuendo, circa quam nil agere potest. minuit tamen incli-

Augusti.

nationem in finem, quam charitas libro arbitrio imprimit. sic quoque actionum feruorem remittit. Vnde quamuis charitas maneat integra, liberum tamen arbitrium ad diligendum tepescit continuè: & in vltimum finem ferri in tantum frigescit, ac si charitate careret, sicq; pronum fit ad mortale. & nisi auxilio assistentis, & inhærentis sibi charitatis torporem, & temporem excusserit, mox in mortalem corruet culpam. sic etiam necessaria est eleuatio charitatis contra inclinationem fomitis, semper quantum in se est deorsum trahentis. Sic etiam trahit deorsum, velut si alis volucris alligatus consistat lapillus, deorsum assiduè trahens: nec potest charitas in hac vita secundum communem legem sic perfici, vt inclinatio illa fomitis totaliter extinguatur. Vnde sine peccato agi potest hęc vita. Hęc Henricus.

¶ Hæc positio, quàmuis (sicut nunc patuit) à magnis, & multis doctoribus teneatur, quibusdam tamen irrationabilis esse videtur, & in seipsa, & in suis motiuis. & ad hoc iam introductæ sunt pluri- Dio. Car.
mæ rationes. quamuis enim veniale peccatum, ad perfectam rationem peccati non pertingat, quia peccatum absolutè loquendo est transgressio legis diuinæ, atque celestium inobedientia præcepto
rum, vt sanctus diffinit Ambrosius, quod non con- Ambrosi⁹.
uenit uisi mortale peccato: attamen veniale peccatum, quantum participat de ratione peccati, tantū
quoque participat de proprietatibus, effectibusq; Peccati effectus.
peccati. Proprietates autē, & effectus peccati sunt, inter Deum, & rationalem creaturam diuidere, elōgare, & bonum gratiæ impedire, sicut per Isaiam Isaiæ 59.
prolatū est: Iniquitates vestrę diuiserunt inter Deū vestrum, & vos, & peccata vestra prohiberunt bonum à vobis. Similiter effectus peccati est Deum offendere, eiq; displicere, mentem maculare, & lędere. Quamuis itaque ista solis mortalibus vitijs plenè, & absolutè conueniunt, tamen, & venialibus culpis aliqualiter competunt. propter quod multi sancti, & illuminatissimi viri, imò sancti, & perfecti communiter peccata sua venialia, & quotidiana quotidie cordialiter deplanxerunt, & in seipsis eam acriter castigarunt disciplinis, ieiunijs, ac alijs pœnitentiæ actibus: imò, & docuerunt hominem potius debere omnem pœnam, & mortem subire, quàm, vel semel venialiter peccare: nec quenquàm debere veniale peccatum admittere, vt per hoc possit proximum suum à mortali uitio præseruare. hinc, & scriptura diuina veniales culpas frequenter appellat peccata sine additamento, vt cum sanctus Io 1. Ioh. 1.
hannes apostolus ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Iacobus quo- Iacobi 3.
que, In multis offendimus omnes. Et Salomon, Iustus septies cadit. vnde, & sanctus Iob, qui se à mor Prouer. 24
talibus confidenter pronunciauit immunem, di- Ioq. 27.
cendo, Neque enim reprehendit me cor meum in Iob. 13.
omni uita mea. itemque, Si iudicatus fuero, scio
quia iustus inueniar: nihilominus de seipso testatus est, alloquens Deum: Signasti quasi in seculo Iob 14.
peccata mea. Et rursus, Tu quidem gressus meos Iob 14.
dinumerasti, sed parce peccatis meis. & denuo, Iob 9.
Si iustificare, inquit, me voluero, os meum condemnabit me. Hinc homines sancti, à uenialibus tanquàm à mortalibus cum omni diligentia cauent, & ea quotidie deflent, & puniunt, Deus quoque frequenter legitur quibusdam electissimis sanctis quasi grauiter indignatus, iratus offensus, & solitam consolationem, gratiosamq; visitationem abstraxisse eisdem pro minutissimis venialibus

culpis, sicut pro leui risu, aut verbo inconsiderato, seu, quod oculos in aliquē iniecerunt, præsertim in diuino officio. Hinc sanctus differuit Augustinus: Hoc facit sentina neglecta, quod fluctus irruens. Et iterum, Nolite paruipendere venialia, quia minima sunt. sed timete, quia plura sunt. minutissima est arena, & tamen si nimis in nauim mittatur, deprimit, & submergit. hinc denuo contestatur: Venialia si nimium multiplicentur, premunt, & oppriMunt. nam, & irrefrenata venialium consuetudo mortalis est. Propterea beatus Cæsarius præsul loquitur in sermone: Sicut nauis postea, quam pelagi fluctus euaserit, si in portu sentinata non fuerit, minutis guttis impletur, ac mergitur: sic religiosus de uictus mundi huius criminibus quasi periculosis fluctibus, cum ad portum monasterij venerit si ibi subripientia, & minuta peccat a de animæ suæ sentina exhaurire neglexerit, in ipso monasterij portu naufragij crimē incurrit. hinc denuo fassus est: Qui sola capitalia crimina cogitat, & contra ipsa tantum pugnare contendit, atque de paruis peccatis vitandis paruam, aut nullam solicitudinem gerit, non minus incurrit periculum, quàm si maiora committeret crimina. Multa his consimilia scribit in homilijs suis Eusebius Emissenus. Vnde, & sanctus vir Climachus eos, qui nunc profectui studēt virtutum, nunc vero in venialia resoluuntur, comparat cancris, qui modo procedunt, iam retrocedunt. hinc demum deuotissimus pater Bernardus: Nemo, inquit, dicat: Non est magnum si in his paruis, minimisq; permaneam culpis. sufficit mihi si maiora deuitem peccata. Hæc est enim charissimi blasphemia in spiritum sanctum, peccatum irremissibile. Et hoc quidem à sancto illo per hyperbolen dictum est, ad insinuandum, quàm necesse sit diligenter vitare venialia eum, qui cupit euadere peccata mortalia. Ecce quàm acriter sancti patres contra venialia peccata loquuntur, ita vt fateantur per ea mentem incidere culpas mortales, & per consequens charitatem corrumpi: non quod venialia quamdiu infra limites suos manent, tollant gratuita: sed quoniam vehementer debilitant, remittunt, ac minuunt ea, & ad mortale, quo corrumpuntur, disponunt. Deus etenim quamuis charitatem infundat, tamen ad hoc eam nobis infundit, vt bene vtamur eadem, & Proficiamus per ipsam, atque in ipsa, quemadmodum in Euangelio: Negociamini, inquit, dum venio. vnde, & de talentis concessis exigit lucrum. Quod si ita egerimus, crescit, vigoratur, & augetur in nobis charitas Dei, gratia, & virtus omnis infusa. si vero negligentes fuerimus, tepescunt, remittuntur, languescunt, & minuuntur in nobis, sicut, & experientia docet: imò si charitas in seipsa æquè intensa maneret in his, qui prope ruinam sunt, in æque fortes erumperet actus, leui saltem, celeriq; conatu, & venialia cuncta consumeret, cum sit spiritalis ignis, & virtus expeditissimè agens. Eisdem itaque gradibus charitas crescit, & decrescit, remittitur, & augetur. Propter quod super illud primi ad Thessalonicenses, Deus pacis sanctificet uos per omnia, loquitur Glossa: Gratia spiritussancti, quæ data est nobis in baptismo, seruetur integra, & incorrupta, ne uitio nostro, & immunditia corrumpatur, aut minuatur, vel fugetur: quia dum agit homo, quæ odit spiritussanctus, recedit ab eo gratia eius penitus, aut minuitur. Ad quod probandum possent multæ auctoritates, & rationes adduci, quas breuitati studens omitto: quia & has reor sufficere. Etenim certum est, quòd sicut mortale peccatum est mera auersio ab vltimo fine, sic veniale est obliquatio aliqua ab eodem. alio quin non disponeret, nec frequentia sua perduceret ad mortale.

Augustin.

Cæsarius.

Eusebius. Emissenus Ioh. Cli.

Bernard.

Luc. 19.

1. Thess. 5.

¶ Rationes quoque contra positionem istam inductæ, monstrantur inualidæ, & soluuntur facillimè, vt cum Thomas, & alij dicunt: Causa diminutionis charitatis non potest sumi ex parte Dei, neque ex parte actus nostri. Dico quòd sumitur ex parte Dei, etiam ex parte actus nostri, non q̄ Deus glorioſus, & sanctus sit effectiua causa mali culpæ, sed quòd per accidēs est causa diminutionis istius propter demeritum nostrum, inquantum diminutio ista est malum pœnæ. Nec mihi sic fit causa diminutionis charitatis, cum sic sit causa omnimodæ subtractionis corruptionisq; eius, causa inquam permissiua, desinens conseruare, sicut est causa obdurationis, & obstinationis, gratiam non præstādo: quemadmodum nauta per suam absentiam fertur causa naufragij, iuxta quemadmodum loquitur Isaias omnipotenti: Quare nos errare fecisti de vijs tuis? induraſti corda nostra ne timeremus te? Sed actus uenialis peccari, seu ueniale in omissione cōsistens, est causa dispositiua, & meritoria diminutionis istius. Qui enim negligenter, & leuiter habet se, ridendo, fabulando, aut simili modo venialiter excedendo, prorsus meretur, vt Deus modo prætacto charitatem in ipso diminuat, quod & Deus altissimus iustissimè agit. Nec vllum est dubium, imò & experimentaliter constat, quòd homo, qui non est solicitus iugiter venialia euitare, grande patitur detrimentum illuminationis diuinæ, ac profectus interni. idcirco enim tam pauci perfectionem & sanctitatem pertingunt. Denique cum dicitur, quòd cessatio ab actu, non est causa diminuti onis istius, & quòd firmitas charitatis non est ex actibus nostris: iam responsum est, quòd cessatio ab agendo, & omissio venialiter culpabilis, est causa meritoria, & dispositiua diminutionis istius: imò cessatio ab actu, qui cadit sub præcepto, est taliter causa destructionis charitatis. Similiter dico, quòd actus nostri boni, & custodia cordis, diligentia, & conatus proficiendi, sunt meritoria, & dispositiua causa profectus, & radicationis, atq; maioris firmitatis, & augmenti charitatis. Vnde Eusebius contestatur: Quantum nos apposuerimus ad diligentiam, & conatum, tantum Deus apponet ad gratiam, & profectum. Ideò dominus ait per Zachariam: Conuertimini ad me, & conuertar ad uos. Iacobus quoq; apostolis: Appropinquate, inquit, Deo, & appropinquabit vobis. Cum vero adiungunt, & dicūt, quòd veniale peccatum quadam inertia percutit charitatis subiectum, & ita dispositiuè, ac meritoriè diminuit eam. Dico etiam, quòd sunt venialia quædam, quæ non sunt circa media, sed circa finem, vt motus primi per subreptionem, qui sunt contrarij, & fidei, spei, seu charitati diuinæ, qui motus ob suam paruitatem, & subreptionem sunt veniales, & vno modo magis attingunt charitatem, quàm peccata mortalia: quoniam simul stant cum charitate, non autem mortalia. Deinceps cum dicunt, Non minuitur amor diuinus ex inordinatione circa media, quæ sunt ad finem, hoc videtur valde incautum dictum, & penitus falsum: quia inordinatio circa creata, potest esse, tam magna, quòd est charitatis totaliter corruptiua, vt patet de auaritia, & amore carnali libidinoso. Et dato, quòd non si inordinatio nisi venialis, adhuc est mō iam expresso diminutiua charitatis, vt supra iā patuit ex verbis Augustini,

Isaiæ 63.

Eusebius Emissenus

Zach. 1. Iacobi 4.

Chrysost.

Luc. 16.

Eccles. 9.

Iacobi 2.

2. Cor. 15.

Ibidē. 14.

stini, dicentis: Minus te domine diligit, qui aliquid tecū diligit, quod propter te non diligit. Idē patet ex verbis Chrysostomi, qui ait in homilia: Pro quāta parte cor tuū fuerit ad aliquam rem, pro tanta minus est ad Deū. Deniq; sicut cōmuniter dicitur, Fortior est virtus unita, q̄ dispersa: ideo vis affectiua tanto intensiùs fertur in Deum, quanto minus inordinatè afficitur circa media, seu terrena. Rursum, dum dicunt, Cū deliquerit quis in minori, non est puniendus in maiori, hoc videtur contra id, q̄ in Euangelio ait saluator: Qui in modico fidelis est, & in maiori fidelis erit. Qui in minori infidelis est, in maiori infidelis erit. Et item cōtra id, quod in Ecclesiaste habetur: Qui in vno deliquerit, multa bona perdit. Qui enim vnum mortale commiserit, vni uersis virtutibus infusis quātum ad esse formatum earum, cūctisq; meritis suis priuatur. propter quod sanctus Iacobus effatur: Quicunq; totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Nōne pro vili, & breui voluptate carnali infligitur damnum æternum carētiæ cœlestis felicitatis, imò, & amaritudo perpetuæ damnationis? Tamen ad propositum dico, q̄ delinquens in minori. i. in charitatis diminutione: quemadmodum peccans in maiori. i. mortaliter peccans, punitur in maiori, id est in charitatis subtractione, & amissione. hæc circa dicta Thomæ sunt dicta, quæ etiam sufficiūt circa ea, quæ scribunt, qui eius opinionem sequuntur. ¶ Ex quibus insuper innotescit responsio ad argumenta Alberti dicentis: Nihil in nobis minuit charitatem, qa nec Deus, nec voluntas, nec culpa. non Deus, quia ipse dat, & conseruat charitatem. Ad quod dico, q̄ Deus ex sua pietate, & liberalitate eam dat, atque conseruat, & ex sua iustitia diminuit, retrahit, aufertq; eam, non conseruando, quod est quasi permissiuè eam minuere, seu auferre siue destruere. nam charitas iugiter indiget cōseruatione diuina, & depēdet ab illa, & hoc propter demerita nostra. voluntas etiam nostra cum sit libera, operatiua est eorum, quę charitatem dispositiuè, ac meritoriè augent, & minuunt. Quod verò addit Albertus, venialе peccatum non minuere charitatem, quoniam nō attingit eam, cum non sit in eodem subiecto cū ea, quoniam charitas est in superiori animæ parte, veniale in inferiori: quod autē diminuit habitum alicuius potentiæ, oportet simul esse cum eo, istud totum patitur deiectionem. iam enim ostensum est, etiam in superioribus viribus animæ esse venialia, quædam peccata. Denique charitas non solum minuitur, sed & omnino corrumpitur à peccatis mortalibus, quorum multa sunt in inferiori animæ parte, ut passiones prædominantes, circa quas extirpādas versantur virtutes morales. Quod etsi quis negauerit, negare non poterit, quin & in intellectiua potentia sint multa peccata mortalia, charitatis totaliter corruptiua, ut ignorantia Dei, & iuris, quod quis scire tenetur, de qua ait Apostolus: Ignorantem Dei quidam habent. &, Qui ignorat, ignorabitur. vitium quoque puerilitatis, quod dono sapientiæ directè contrariatur infidelitas, hæresis, qua fidei aduersantur.

¶ Insuper ad id, quod objcitur, quòd secundum istam positionem charitas posset per venialia tandē totaliter consumi, ac tolli, dico quòd venialia in tantum possunt excrescere, q̄ si quid culpæ, addatur, mox gignetur, & erit peccatum mortale, sicut verba sanctorum præhabita apertissimè protestantur. sicq; dispositiuè, ac meritoriè auferent charitatem. Porrò ad illud, quod iuxta hæc pro veniali peccato infligeretur, pœna æterna, habetur responsio ex verbis Thomæ de Argētina, dicentis: Veniale bona cœlestis gloriæ minuit, non illa quæ debentur, & quæ habemus per merita ibi reposita: sed quæ deberentur, si venialia non fierēt. Nec ideò dominus punit bis in idipsum, quia illa auctoritas intelligenda est de plena, & sufficienti punitione. Alias certum est, q̄ multorum vitiorum pœna incipit in præsenti, & perpetuatur in futuro, imò cuilibet peccato duplex fertur pœna correspondere, videlicet pœna damni, pœnaq; sensus. Nec sequitur ex his, q̄ in purgatorio sit locus merēdi, quoniam gradus charitatis hic amissus, non recuperatur, nec redditur ibi, sed solum pro peccato sit ibi punitio, atque pro præmijs vitę præsentis remuneratur in cœlo. ¶ Præterea, q̄ doctores, quidam præfati seruorem charitatis ponunt in parte sensitiua ex inferiorum obedientia virių, quasi charitas sancta nō habeat in superiori vi affectiua proprium spiritalem, elicitūq; seruorem, non censetur idoneè dictum. imò charitas potissimè perfectorū, talem in primis habet seruorem, qui ex sua exhuberantia, & vehementia interdum tam validè in vires redundat inferiores, q̄ grandis, & afflictiua inde alteratio oritur: imo quā doque vires illæ à suis actibus suspenduntur, ac sopiuntur, quod in anagogicis motibus raptu, & extasi palā conspicitur. ¶ Hinc Antisiodorensis in Sūma sua tertio li. post verba sua prehabita, & post uaria argumenta concludit: Benè potest sustineri, q̄ charitas per veniale minuitur. & si objciatur, hoc facit gutta camino ardenti, quod veniale charitati. Dicendum, q̄ quoddam est veniale magnum, quod dicitur lignum: aliud medium, quod dicitur fœnū: tertium minimum, quod dicitur stipula. & tale minimum non minuit charitatem præsertim perfectā. auctoritas verò illa, de perfecta charitate, & minimo veniali est exponenda. Ad illud quoque quo arguitur, quòd charitas per venialia tandem omnino consumeretur, vno modo respondetur, q̄ secundū non aufert tantum de charitate, ut primum. & intelligatur ibi tantum in proportione, non in quantitate. verbi gratia, ponatur, q̄ primum veniale auferat medietatem charitatis, secundum venialè nō auferet aliam medietatem, sed medietatem medietatis, & tertium, medietatem residui, & ita in infinitum, sicque per sola uenialia nunquam tolletur ex toto. Porrò quod primum veniale plus aufert de charitate, est, quoniam maior charitas, & veniale magis repugnant, quàm minor charitas, & veniale vel potest dici, quod primum, & secundum æqualia auferunt in quantitate, sed id, quod aufert primum veniale, non est proportionabile veniali. vnde infinita tanta sunt in quantitate. Cum enim peccatum mortale auferat charitatem, & veniale peccatum in infinitum minus sit, quàm mortale, in infinitum minus tollit, quàm mortale. & ideò infinita sunt tanta in charitate. Hæc Antisiodorensis.

Thomas de argen.

Gulielm. antisiod.

¶ Hinc ait Richardus: Quoniā aliqui tenent charitatem per uenialia minui, ideò ad videndum causa disputationis quomodo positio illa possit defendi, soluenda sunt argumenta ei contraria. Cum itaque dicitur, quòd omne finitum per ablationem finiti aliquoties repetitam, tandem consumitur, dicunt quidam, quod non sit verum in charitatis diminutione, sicut videmus, quòd per subtractionem anguli contingentiæ ab angulo rectilineo, angulus rectilineus minor efficitur: & tamen si infinities subtraheretur, nunquam totaliter consumeretur, cum

Richard.

cum certa posit demõstratione ostendi, angulum rectilineum quantumlibet paruum, esse maiorem angulo contingentiæ. Potest & aliter responderi, ꝙ concessa veritate propositionis assumptæ, non sequitur charitatem destrui posse, nisi mortali peccato interueniente: quia per quodlibet veniale nõ remittitur aliquid de charitatis essentia. sed postq̃ multa venialia præcesserunt, deinde per unum veniale in virtute præcedentium, quæ disposuerunt aliquid charitatis, minuitur per hoc, quod aliquid de contrario habitu generatur, sicut in guttis cauã tibus lapidem. & posset homo intantum augere cõtrarium habitum, quòd cum ipso nihil posset stare de essentia charitatis quin peccaret mortaliter peccato omissionis. tenetur enim augmentum habitus contrarij euitare, quod secum non cõpatitur, quicquam de essentia charitatis, in qua ponũtur plures gradus actualitatis in potentia. Hæc Richardus.

¶At verò aliqui dicunt ex actibus charitatis infusæ generari in voluntate habitum charitati simillimum, & habitum illum remanere post mortale peccatum, per quem quidam adhuc valde inclinãtur ad opera bona. & hoc affirmat Hẽricus de Hassia. Henricus de Hassia.

fia in tractatulo suo de discretione spirituum, asserens hominem non posse pro certo discernere inter actus illius habitus acquisiti, & inter actus charitatis infusæ: qui tamen habitus acquisitus potest minui, & paulatim auferri per vitia. Quam positionẽ Richardus hic tangit, & approbat eam Durandus. Quidã verò negant eandem, qm̃ actus ex virtutibus moralibus acquisitis procedentes, non generant alios habitus: sed præcedentes confirmant. ergo actus à virtute infusa procedentes, non gignũt in nobis alium habitum, sed præcedentem, ex quo causantur, solum confirmant. Richard.

¶Ad quod respondet Durandus, quòd non sit simile: quoniam actus procedens ex potentia, per charitatem infusam actuata, & est moralis de se, & est supernaturalis, ac meritorius ratione charitatis infusæ. supernaturale enim, & meritorium non excludit morale, sed magis includit. itaque ex actibus supernaturalibus meritorijs, inquantum huiusmodi sunt, non generatur alius habitus, sed charitas confirmatur: inquantum verò morales sunt, habitus quidam generantur ex eis. Idem dicit Henricus 5. quodlibeto. Durand.

A *Vtrum eadem ratione spiritussanctus dicatur donum, & datum siue donatum.* *Distinctio XVIII.*

De tempo rali proces sione spiri tussancti.

PRæterea diligenter considerandum est, cum spiritussanctus dicatur donum & datum: vtrum & eadem ratione vtrumque nomen ei conueniat, quod vtique videri potest.

B *Quare ita esse videtur.*

Aug. c. 19. Cum enim idem sit, spiritum sanctum dari, & spm̃ sanctum donari: ex eadem ratione videtur spiritussanctus dici, datum & donum. Hoc etiam videtur Augustinus significare in decimoquinto lib. de Tri. cum ait: Spiritussanctus intm̃ donum Dei est, inquantũ datur eis, quibus datur: apud se autem Deus est, etsi nemini datur. Ecce apertè dicit spiritum sanctum donum appellari, quia datur. Si autem ex eo tantum appellatur donum, quia datur: non ab æterno fuit donum, quia non datur nisi ex tempore.

C *Responsio, quare datum siue donatum dicatur spiritussanctus.*

Ad quod dicimus, quia spiritussanctus, & donum dicitur, & datum siue donatum: sed datum, siue donatum ex eo, tantum dicitur, quia datur, vel donatur, quod habet tantum ex tempore.

D *Hic quare donum.*

Donum uerò dr̃ non ex eo tantum quòd donetur, sed ex proprietate, quã habuit ab æterno. Vnde & ab æterno fuit donũ. Sempiternè. n. donum fuit, non quia daretur, sed qa processit à patre, & filio. Vnde Aug. in iiij. li. de Tri. ait: Sicut natũ esse, est filio à patre esse: ita spũi sancto donum Dei esse, est à patre, & à filio procedere. Hic apertè ostẽditur, ꝙ spũs sanctus eo donum est, ꝙ procedit à patre, & à filio: sicut filius eo est à patre, ꝙ natus est ab eo. Non. n. idem est filio esse à patre, & spũi sancto. i. non ea proprietate filius dicitur esse à patre, qua spiritussanctus. Nã filius dicitur esse à patre, quia genitus est ab eo. Spiritussanctus verò dicitur esse à patre, & à filio, quia spũs sanctus est donum patris, & filij, id est, quia procedit ab vtroq;. Eo. n. dicitur spiritus, quo donũ: & eo donum, quo ꝓcedens. Vnde Augustinus in quinto libro de Trini. ait: Spiritussanctus, qui non est trinitas, sed in trinitate intelligitur. in eo, ꝙ propriè dicitur spiritussanctus, relatiuè, dicitur, cum & ad patrem, & filium refertur, quia spiritussanctus, & patris, & filij spiritus est. sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine, apparet autem cum dicitur donum Dei. donũ est enim patris, & filij, quia & à patre procedit, & à filio. Ecce, his uerbis apertè ostenditur, eadem relatione dici spiritum sanctum, & donum. donum autem, quia procedit à patre, & filio. Proprietas ergo, qua dicitur spiritussanctus, vel donum, processio ipsa est, de qua post plenius agemus cum alijs. Cum ergo ab æterno processerit ab vtroque, & ab æterno donum fuit, non ergo spiritussanctus eo tantum dicitur donum, quia donatur: nam & ante fuit donum, q̃ donaretur. Vnde Augustinus in quinto libro de Tri. Augustin. cap. 20. c Quid sit filio esse à patre, & spiritussancto. Augustin. cap. 11.

Semper

Semper spiritussanctus procedit, & non ex tempore, sed ab æternitate procedit. Sed qa sic procedebat ut esset donabile, iam donum erat antequam esset, cui donaretur. Aliter. n. intelligitur, cum dicitur donum: aliter, cum dicitur donatũ. Nam donum potest esse etiam anteq̃ detur: donatur autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest. Sempiternè ergo spiritussanctus est donum, temporaliter autem donatum. His verbis apertè ostenditur, ꝙ sicut spiritussanctus ab æterno procedit, ita ab æterno donum est: non quia donaretur à patre filio, vel à filio patri, sed quia ab æterno processit donabilis. Augustin. li. 5. de Tri. capite 25. Idem ubi supra capit. 16. a

E *Quæritur cui donabilis.*

Sed quæritur cui donabilis, vtrum patri, & filio, an tantum nobis, qui nondum eramus. Si autem non erat donabilis, patri & filio, sed tantum nobis: & ex eo donum erat, quia sic donabilis procedebat: videtur, ꝙ filius semper eadem ratione donum fuerit, qa ab æterno processit à patre; donabilis nobis in tempore. Nam, & de filio legitur ꝙ datus est nobis. Ad quod dicimus, quia spiritussanctus nobis tantum, non patri, vel filio donabilis processit, sicut, & nobis tantum datus est. Et filius verè datus est nobis, & ab æterno processit à patre: non vt donabilis tantum, sed vt genitus, qui & donari posset. Processit ergo ut genitus, & donabilis, sed spiritussanctus non procedit ut genitus, sed tantum vt donum. Donum autem semper fuit, nõ solum quia donabilis, sed quia ab vtroque processit, & quia donabilis fuit. Vnde Augustin. in quinto libro de Trinitate ait: Eo ipso, quòd datus erat eum Deus, iam donum erat, etiam antequam daretur. Et ideò donabilis est, sed aliter donabilis, quàm filius. nam & aliter datus, & aliter processit, quàm filius. Filij enim processio genitura est, vel natiuitas. Spiritussancti verò processio natiuitas non est: vtraque verò ineffabilis est. Isai 9. b Quo filius procedat, quomodo spiritussanctus. Augustin. cap. 15.

F *Quòd sicut filius nascendo accepit non tantum ut esset filius, sed etiam essentia: ita & spiritussanctus procedendo accepit, non tantum vt esset donum, sed etiam vt esset essentia.*

Et notandum, ꝙ sicut filius nascendo accepit non tãtum vt filius sit, sed omnino ut sit, & vt ipsa substantia sit: ita, & spiritussanctus à patre, & filio procedendo accepit non tantum, vt spiritussanctus sit, vel donum, sed etiam vt omnino sit, & vt substantia sit: quod, utique non accepit ex eo, quo datur. nam cum non detur nisi ex tempore, si hoc haberet ex eo, ꝙ datur, accepisset ergo ex tempore, vt esset. Vnde Augustinus in quinto li. de Tri. Filius non hoc tantum habet nascendo vt sit filius, sed omnino ut sit. Quæritur ergo, utrum spiritussanctus eo, ꝙ datur, habeat non tm̃ ut donum sit, sed omnino, vt sit. Quod si non est nisi, quia datur. i. si non habet esse nisi eo, ꝙ datur, sicut filius nascẽdo habet non tantum vt sit filius, quod relatiuè dicitur, sed omnino vt sit ipsa substantia: quomodo etiam spiritussanctus erat ipsa substantia, cum non priùs daretur, quàm esset cui daretur? Non ergo eo, ꝙ datur, sed procedendo habet vt sit donum, & ut sit essentia: sicut filius, non eo, quòd datus est, sed nascendo accepit non tantum ut sit filius, sed ut sit essentia. Vnde Augustin. in decimoquinto li. de Tri. ait: Sicut filio præstat essentiam sine initio temporis, sine vlla mutabilitate naturæ de patre generatio: ita spiritui sancto, præstat essentiam, sine vllo, initio temporis, sine vlla mutabilitate naturæ, de vtroque processio. Augustin. cap. 2. Augustin. cap. 26.

G *Quòd ex prædictis videtur, quòd filius non tantum sit filius natiuitate, sed etiam de simili essentia, & spiritussanctus processione.*

Hic oritur quæstio, Si filius nascendo habet non tantum ut sit filius, sed ut sit essentia: & spiritussanctus procedendo non tantum vt sit donum, sed ut sit essentia: ergo & filius natiuitate essentia est, & spiritussanctus processione est essentia: cum alibi dicatur, quòd nec pater eo, pater est, quo Deus, nec filius eo filius, quo Deus, nec spiritussanctus eo donum, quo Deus: quia (vt ait Augustin. in septimo libro de Trinitate) his nominibus, relatiua eorum ostenduntur, non essentia, vnde post plenius agemus. Ad quod breuiter respondentes, dicimus, quia nec filius natiuitate essentia est, sed tantum filius: nec spiritussanctus processione essentia est, sed donum tantum: & tamen uterq;, & ille nascendo, & iste procedendo, accepit ut esset essentia. Non enim (ut ait Hilarius in quinto libro de Trinitate) per defectionem, aut protensionem, aut deriuationem ex Deo Deus est, sed ex virtute naturæ, in naturam eandem natiuitate subsistit filius, & ex virtute naturæ, in naturam eandem processione subsistit spiritussanctus. Quæstio. Respõsio. Hilarius.

H *Exponit verba Hilarij.*

Quod ita intelligi potest: Ex pre, q̃ est virtus ingenita, naturã quã habet eandem filius

natiuita-

natiuitate(id est,nascendo)& spiritusanctus,processione(id est, procedendo)habet. Vnde ipse idem apertiùs eloquens quod dixerat aperit,dicens: Natiuitas, inquit, Dei non potest non eam,de qua profecta est, tenere naturam. Non enim aliud,quàm subsistit, quod non aliunde,quàm de Deo subsistit. Ex his verbis aperitur,quomodo intelligendum sit illud. De patre generatio præstat essentiam filio, & de vtroque, processio præstat essentiam spirituisancto. Non quia ille essentia sit filius, & iste essentia sit spiritussanctus,imò proprietate personali: sed quia & ille nascendo,& iste procedendo essentiam habet eandem,& totam quæ in patre est.

I *Quòd spiritussanctus dicitur donum, & donatum, secundum duos prædictos modos processionis.*

Ex prædictis patet,quòd spiritussanctus sempiternè donum est,& temporaliter datũ vel donatum. Ex quo apparet, illam distinctionem geminæ processionis,esse, de qua supra egimus. Nam secundum alteram processionem dicitur donatum,vel datum,secundum alteram verò dicitur donum.

K *Secundum quod donum est, refertur ad patrem, & filium: secundum quod datum, ad eum, qui dedit, & ad eos, quibus datum est.*

Et secundum hoc, quod sempiternè donum est, refertur ad patrem,& filium:secundum hoc verò, quòd dicitur datum, vel donatũ,& ad eum,qui dedit refertur,& ad eos quibus datur: & eius dicitur esse,qui dat,& illorum quibus datur. Vnde Augustinus in quinto libro de Tri.ait: Quod datum est,& ad eũ,qui dedit refertur,& ad eos, quibus dedit. Itaque spiritussanctus non tantum patris, & filij,qui dederunt,sed etiam noster dicitur qui accepimus. Spiritus ergo,& Dei est,qui dedit: & noster,qui accepimus:non ille spiritus noster,quo sumus,quia ipse est spiritus hominis,qui in ipso est:quamuis & illum spiritũ,qui hominis dicitur,vtiq; accepimus. sed aliter iste,aliter ille noster dicitur. Aliud est enim, quod accepimus, vt essemus, aliud quod accepimus vt sancti essemus. Quòd autem spiritussanctus noster dicatur,scriptura ostendit. Scriptum est enim de Iohanne, quòd in spiritu Eliæ veniret. Ecce dictus est Eliæ spiritus,quem accepit Elias,scilicet spiritussanctus. Et Moysi ait dominus: Tollam de spiritu tuo,& dabo eis,ideſt dabo illis de spiritussancto,quem iam'dedi tibi. Ecce, & hic dictus est spiritus Moysi. Patet igitur, quia spiritussanctus,noster dicitur spiritus,sed quia nobis datus,& datus vtique ad hoc, vt sancti essemus. Spiritus verò creatus ad hoc,est datus, vt essemus.

Augustin. cap.14.

Quod aliter spũsanctus dr noster aliter naturalis.

Lucæ 1.f

NuA. 11.f

L *An filius cum sit nobis datus, possit dici noster vt spiritussanctus.*

Hic quæritur, vtrũ & filius cũ sit nobis datus,dicatur vel possit dici noster. Ad quod dicimus, quia filius dicitur noster panis,noster redemptor,& huiusmodi: sed non dicitur noster filius,quia filius dicitur tantum relatiuè,ad eum qui genuit. Et ideo noster filius non potest dici, sed patris tantum. In eo autem,q̃ dicitur datus,& ad eum, qui dedit,& ad eos,quibus datus est refertur: vt spiritussanctus,qui etiam cum in scriptura (vt supra dictum est)dicatur spiritus noster,vel spiritus tuus, vel illius,vt de Moyse, & Elia dictum est: nusquam tamẽ in scriptura occurrit ita dici spiritussanctus noster,vel tuus, vel illius,sed spiritus noster, vel tuus, vel illius: quia spiritussanctus eo dicitur, quo donum,& utrunque relatiuè dicitur ad patrem,& ad filium,& hoc sempiterna relatione. Si tamen aliquando dicitur donum nostrum, accipitur donum pro donato,vel dato. Cum verò donũ accipitur eo modo, quo spiritussanctus donum patris, & filij dicitur, non hominis: ita, & filius sub hac appellatione non potest dici noster, ut dicatur filius noster, sicut nec dicitur spiritussanctus noster: & tamen de filio dicitur,panis noster:& de spiritu,spiritus noster. Ille noster panis,quia nos reficit nobis datus. Iste noster spiritus,quia nobis inspiratur à patre,& filio,& in nobis spirat sicut vult. Vnde Augustinus in decimoquinto li.de Trinit. ait: Quod de patre natum est, ad patrem solum refertur, cum dicitur filius. Et ideo filius patris est,& non noster. Dicimus tamen,& panem nostrum da nobis: sicut dicimus,spiritum nostrum.

Nume.11. 4 Reg. 2.

Matth. 6. Iohan.3. Augustin.

Matt. 6. b

M *Utrum spiritussanctus ad seipsum referatur.*

Post hæc quæritur,utrum spiritussanctus ad seipsum referatur. Hoc enim videtur ex prædictis posse probari. Si enim quod datur,refertur ad eũ,qui dat,& ad eum,cui datur, & spiritussanctus datur à seipso,ut prædictum est,ergo refertur ad seipsum. Huius quæstionis determinationem in posterum differrimus, donec tractemus de his, quæ relatiuè dicuntur de Deo ex tempore, in quibus datum, & donatum continentur.

Iam

Summa distinct.18.

Iam supra tractatum est de duplici missione spiritussancti, videlicet inuisibili,atq; visibili: nunc tractatur de nomine, quod conuenit ei, secundum quod temporaliter procedit, aut processibilis est, utpotè,de hoc nomine donum. Et circa hoc principaliter quatuor inuestigat,soluit,& declarat. Primum est,an & qualiter spiritussanctus sit donum, in quo cætera dona donantur. Secundò,qualiter diuersimodè appellatur donum,& datum. Tertiò, cum tam filius,quàm spiritussanctus legatur hominibus datus, cur non dicitur ipse filius Dei filius noster, quemadmodum spiritussanctus, qui est spiritus patris,ac filij, vocatur spiritus noster, quamuis nusquam vocetur spiritussanctus noster? Quartò quærit, an spiritussanctus ad seipsum refertur, quoniam à seipso secundum præhabita datur, cuius quæsiti solutionem differt in posterum. Et circa hæc quatuor, facit pro vtraque parte inquisitiones, obiectiones,& soluit. Atque iuxta hęc textus diuersimodè diuiditur. Principaliter tamen in quatuor partes, sicut ex ipso textus tenore, ac rubricis eius facillimè intuentibus elucescit.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primò, *Qualiter ratio doni conueniat spiritui sancto, an scilicet ipse sit primum ac liberalissimũ donum, in quo cætera dona præstantur.*

Arguit 1. contra veritatem.

¶Videtur quod non,quia diuina essentia donum est, & datum, quam pater dedit filio generatione æterna, sicut in Euangelio filius protestatur: Pater quod dedit mihi,maius omnibus est,vtpotè diuina essentia,vt sancti exponunt. Diuina autem essentia secundum rationem ordine naturæ præintelligitur ante spiritumsanctum,& sic ipsa est primum donum,ac datum. 2 ¶Secundò,si spiritussanctus est donum in quo omne donum datur, ergo diuina essentia,quæ est donũ & datum,ab ipso datur,quod dici non põt, quia ab ea nulla diuina procedit persona. 3 ¶Tertiò, amor est primum donum, amor autem unicuique, diuinæ personæ commune est nomen. 4 ¶Quartò, filius datus est nobis, non tamen à spiritusancto: quia non habet rationem principij, aut datoris respectu filij. ¶Quintò, quia in litera continetur, quòd ab æterno conuenit spirituisancto esse donum, ergo ab æterno videtur datus filio à patre, aut patri, à filio, quod in textu negatur. 6 ¶Sextò, quoniam dona ad intellectum pertinentia filio appropriantur, cum filius sit verbum intellectus paterni, & sapientia eius, ut patuit. 7 ¶Septimò, doni non est donum: cum ergo spiritussanctus sit donũ, sibi non conuenit esse fontem,& primam rationem donorum. Multa quoque dona à Deo donantur,in quibus spiritussanctus non datur,videlicet dona naturæ,& dona gratiæ gratis datæ.

In oppositum. August.

¶In contrarium est Auctoritas Augustini in litera. imò quod ad Corinthios ait Apostolus: Hæc omnia operatur vnus, atque idem spiritus diuidens singulis, prout vult. Insuper omne donum creatum oportet reduci in primum, & increatum donum, quod est spiritussanctus. Rursus, omne donum propriè dictum, ex amore procedit. cum igitur spiritussanctus sit amor patris, ac filij, rectè appropriatur ei esse primum fontale, ac liberalissimum donum, in quo, & à quo omne aliud donum donatur.

Alexand.

¶Ad hæc Alexander respondet: Spiritussanctus propriè donum est, cum 15.de Trinitate asserat Augustinus. In Trinitate non est verbum nisi filius, nec donum nisi spiritussanctus *etenim spiritussanctus secundum suam proprietatem amor est à patre, ac filio manans. Sed obijci potest: Tota Trinitas dat se, quia communicat se, ad fruendum: ergo tota Trinitas donum est, cur ergo spiritus potiùs dicitur donum, quàm pater, vel filius? ¶Secundò, sicut spiritussanctus fuit nobis donabilis ab æterno, ita & filius. ergo filius debet dici donum, quemadmodum spiritussanctus: imò, & per priùs, seu primum donum, cum ipse filius sit spiritussancti principium. ¶Tertiò,spiritussanctus donum vocatur per spiritualem missionem in mentes fidelium,in qua missione datur nobis amor gratuitus. Sed consimiliter in spirituali missione filij nobis confertur cognitio saporosa, & dulcis, ac salutaris, qua Deo placemus. ergo filio sicut spirituisancto conuenit esse donum.

Obiectio prima.

2

3

¶Dicendum ad primum,quia ut ait Augustinus, in libro de spiritu,& anima, Omnis vsus, seu communio, aut fruitio diuinitatis,est nobis ex munere, qui est spiritussanctus, cui attribuitur communio patris, & filij: quoniam illa communio est in nobis ex amore, qui attribuitur, & appropriatur spirituisancto. Cum ergo spiritussanctus dicat rationem donationis, propriè donum vocatur.

ad 1.

¶Ad secundum, quòd filius procedit per modum naturæ,spiritussanctus verò per modum amoris,& voluntatis. Processio autem per modum voluntatis, eo ipso,quo processio est,est donatio: & procedens,est donum. sed ita non est de processione per modum naturæ.

Ad 2.

¶Ad tertium, quòd sicut in litera ex Augustino inducitur,spiritussanctus non habet rationem doni, vel donabilis, inquantum amor, sed etiam ex modo suæ processionis. Ratio autem doni tripliciter est in spirituisancto. Primò per respectum ad suum principium, procedit enim sicut donum à dante, utpotè communicatione liberalissima. Secundò, per respectum ad creata: & hoc dupliciter, puta secundum habitum, & secundum actum. Filius autem primo modo, videlicet,secundum habitum,non habet rationem doni: quoniam nõ procedit secundum rationem dantis, sed generantis: Habet tamen rationem doni secundum potentiam ad creaturas, prout in ratione doni est connotatio alicuius effectus in creatura, sed non habet rationem doni secundum habitum propriè,quamuis sit donabilis: quoniam aliud est potentia, aliud aptitudo. Nam pater carnalis potest filium suum docere, adhuc tamen actum non habet aptitudinem inquantum pater, sed inquantum magister. Verum spiritussanctus dicitur donum,non solum,quia potest donari, sed quia ex sua processione aptitudinem habet vt detur,quia procedit vt donum,atque donabile, sicque habitualiter ei conuenit esse donum. Præterea aliud est fieri, aliud dari: quoniam fieri conuenit non existenti, dari verò existenti: ideo primum est esse rei, non donum eius. cum ergo per appropriationem omnia sint in filio, sicut in exemplari,& causali principio, atque in spirituisancto dentur rebus charissimata, spiritussanctus dicitur donum, non filius. Amplius, donum inquantum donum, est voluntarium. cognitio autem inquantum cognitio, non dicitur voluntaria. ideò spirituisancto, qui est amor, conuenit ratio doni, non filio, qui est sapientia. Præterea, omne donum inquantum donum, est gratia. spiritussanctus verò est gratia non solum effectiuè, imò, & formaliter

Doni rõ inest spiritusancto tripliciter

ad 3.

ter, sicut est charitas. est etenim gratia increata. Cumque filius non sit gratia, sed germen naturale, ratio doni non conuenit filio secundum se. Hęc Alexander.

Bonauen. ¶Consonat Bonauentura, dicendo: Cum dicitur ꝙ spiritussanctus est donũ, in quo omnia dona donantur, ablatiuus iste quo, potest dupliciter accipi. Primò, vt dicat concomitantiam: Secundò, ut dicat causalitatem. Si dicat concomitantiam, sic non est vniuersaliter verum, quoniam sensus est, ꝙ spiritussanctus detur in omnibus, seu cum omnibus donis suis. quod non est verum, sumẽdo donum extensè. Quædam, nanq; sunt dona, quæ semper sunt cum spiritussancto, ut charitas, sapientia. Quædam, quæ nunq; sunt cum spiritussancto, ut timor purè seruilis. Quædam, quæ aliquando sunt cum spiritusancto, aliquando non, ut prophetia. Si autem particulariter intelligatur de donis gratiæ gratum faciẽtis, sic verum est, nec habet instantiam. At verò si ablatiuus iste dicat causalitatem, hoc potest esse tripliciter. Primò, ita quòd dicat causalitatem simpliciter, & ita est commune patri, & filio, ac spiritusancto, quòd omnia dona sunt ab eis. Secundò, ut dicat causalitatem, & subauctoritatem: & in hoc differt à patre, non à filio, quoniam pater dat per filium, ac spiritumsanctum. Tertiò, ut dicat auctoritatem, & exemplaritatem, sicque propriè conuenit spiritusancto. ipse quippe procedit per modũ primi doni, ita quòd omnis donatio recta, atque gratuita ab ipso, & per ipsum est, & ab eo accipit rationem donationis. Hæc Bonauentura.

Thomas. Dare multipliciter dicitur. ¶Deniq; Thomas circa hæc: Dare, inquit, multipliciter dicitur. Primò largissimè, & ex proprietate naturæ, sicut ignis dicitur dare calorem, sol splẽdorem. & huius donationis principium non est voluntas. Secundò ex voluntate, vt donationis principio. quod contingit dupliciter, quãdoq; enim per dationem intenditur aliqua vtilitas dantis, vel quãtum ad remotionem mali, ut dum aliquid datur ex timore. talisq; datio appellatur redemptio, vel quãtum ad acquisitionem boni, quæ datio propriè dicitur quæstus, seu quædam venditio: interdum verò non intenditur vlla dantis vtilitas. Vnde hæc datio propriè dicitur liberalis, atque gratuita, & uocatur donatio Porrò datio, in qua intenditur utilitas dantis, nunquam conuenit Deo, qui bonorum nostrorum non indiget. ideo Deus singulariter dicitur liberalis. Nam in alijs dantibus communiter intenditur aliquo modo vtilitas aliqua dantis, vel boni temporalis, vel spiritualis: propter quod nulla datio est purè liberalis, ut asserit Auicenna, nisi datio Dei, & operatic eius. Ratio demum liberalis donationis, est amor, qui secundum diuinum Dionysium mouet superiora ad prouisionem minus habentium. cumque spiritussanctus sit amor, ipse est ratio vniuersorum datorum, quorum principium est diuina voluntas, ut sunt omnia creaturis collata. Hæc Thomas in Scripto.

Psalm. 15. Auicenna. S. Diony. ar. 1. ¶Insuper in prima parte quæstione 38. ostendẽs qualiter donum sit nomen personale, seu personæ spiritussancti: In nomine, inquit, doni importatur habitudo ad hoc, quod donetur. quod autem datur, habitudinem habet, & ad id, à quo datur, & ad id, cui datur. non enim daretur ab aliquo, nisi esset illius, & ad hoc datur alicui ut sit eius. Persona verò diuina dicitur esse alicuius, vel secundũ originem, sicut filius est patris: vel inquantum habetur ab eo, sicq; à solis creaturis rationalibus Deo coniunctis ipse habetur, quæ liberè possunt Deo frui, quia per cognitionem, & amorem pertingunt ad ipsum. Veruntamen ad habendum taliter Deũ, non valent virtute propria peruenire, sed indigent desuper adiuuari: & hoc fit adiutorio spiritussancti, qui datur eis, & est dator, ac donum. Nomen ita que doni importat personalem distinctionem secũdum quod donum dicitur esse alicuius ratione originis, qua procedit ab illo. sicque est nomen spiritussancti, & tamen spiritussanctus dat seipsum, inquantum est potens suijpsius, potens se uti, vel potius frui, quemadmodum homo liber dicitur esse suijpsius. Et hoc est, quod super Iohannem loquitur Augustinus: Quid tam tuum est, quàm tu? & sic dat, atque communicat semetipsum. Hæc in prima parte Summæ.

Spiritussãctus dat seipsum. Augustin. Thomas contragẽtiles.

¶In Summa quoq; contra gentiles li. 4. ca. 21. inter cætera loquitur: Ea, quæ à Deo in nobis, sunt reducuntur in Deum sicut in causam efficientem, & exemplarem. In causam quidem exemplarem, secũdum quod id, quod in nobis à Deo est, Deum aliquo modo imitatur. Cumq; totius trinitatis sit vna virtus, sicut & vna essẽtia, quicquid in nobis à Deo est sicut à causa efficiente, simul est à patre, & filio, ac spiritusancto. sed qm̃ charitas est specialiter repręsentatiua, & imitatiua spiritussancti, ipsa specialiter spirituisancto, vt causæ exemplari ascribitur. imò cum spiritussanctus procedat ut amor, qui est propria ratio dandi, & primum donum, rectè spiritussanctus dicitur donum, quo nobis diuina conferuntur charismata. Ad hoc enim, quod homo ad fęlicitatem pertingat diuinæ fruitionis, quæ Deo ex sua natura est propria oportet, ut priùs per spirituales perfectiones Deo assimiletur, & deinde secundum eas operetur. Hinc tales perfectiones dantur à spiritusancto, sicque per spiritumsanctum, & dona eius Deo configuramur, & ad benè agendum habiles reddimur, & per eundem via ad beatitudinem nobis paratur. Quæ tria Apostolus innuit ad Corinthios loquens: Vnxit nos Deus, & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Et ad Ephesios: Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Signatio, namque ad similitudinem configurationis pertinere videtur, vnctio ad habilitationem benè agendi, pignus, ad spem, qua ordinamur in hæreditatem cælestem, quæ est beatitudo perfecta. Hæc ibi.

Thomas contragẽtiles. 2.Cor. 1. Ephe. 1.

¶Concordat Petrus.

Richard. ¶Richardus quoq;: Donum, ait, secundum quod sumitur in diuinis proprium est spirituisancto. quoniam donum, prout in diuinis accipitur, est res procedens, cui ex sui modo procedendi conuenit prima ratio doni. Prima autẽ ratio doni, est amor. nec alijs conuenit ratio doni, nisi in virtute, & participatione puri amoris. Vnde tertio Topicorum ait philosophus, quod donum est datio irreddibilis. hoc est, donum est datio, quæ fit non intentione retributionis, quia secundum Auicennam sexto Metaphysicæ, donũ liberale ex sua prima impositione apud omnes linguas, est donatio tribuens alij extra se, non propter retributionem. Talis autem donatio non procedit, nisi ex puro amore. Illi igitur rei ex modo suæ processionis conuenit prima ratio doni, quæ procedit vt purus amor, quod proprium est spirituisancto. Pater etenim non procedit, neque diuina essentia. Filius verò quamuis procedat, non tamen ut amor, sed per modum naturę, ac verbi. Processio autem puri amoris est per modum liberalis voluntatis, id est, per modum emanationis, qua

Aristot. Auicenn. Donum liberale qđ sit.

quæ se communicat liberalis voluntas. sicq; pater, & filius liberalissima voluntate produxerunt spiritumsanctum. Deniq; per donum, quod est spiritussanctus, dantur alia omnia dona, quæ dantur, dantur etiã à tota trinitate. sed collatio doni sub ratione, qua donum est, spiritusancto appropriatur, eo ꝙ ei ex modo suo procedendi competat prima ratio doni. Hæc Richardus.

Albertus. ¶Circa hæc scribit Albertus: Spũssanctus est donum, in quo alia dona donantur. & huius ratio est, qm̃ quicquid aliquis alicui gratuitè, ac liberaliter dat, primò ante illud dat ei amorem. i. amorem suũ extensũ in ipsum, atq; in illo amore communicat ei de bonis suis, datq; illi & seipsum, & quicquid dat ex tali amore: hinc spiritussanctus dat seipsum, non alio dono à se, sed seipso, cum ipse sit amor gratuitus, in quo, & ex quo seipsum, & beneficia sua largitur. Et quoniam filius datus est in eo, quod incarnatus, in hoc dono, quod appropriatè est spiritussanctus, datus est. Filius verò secundum æternam generationem non habet rationem doni, quoniam sic non est à spiritusancto, sed temporalis eius generatio, & incarnatio à spiritusancto, atq; in spiritusancto est. ¶Si autem objiciatur, quia dato per impossibile, ꝙ spiritussanctus non esset, nihilominus pater, & filius liberalissimi essent, & ex amore suo dona sua liberaliter condonarent: ergo spiritussanctus non videtur primum donum, primáque ratio doni, & totius liberalis communicationis ad extra. ¶Dicendum quòd si per impossibile ponatur spiritumsanctum non esse, sequitur, ꝙ pater & filius non mittant, nec dent amorem personalem, & increatum, in quo omnia dona dent: sed sequitur, quòd in essentiali amore dent dona, cui amori non conuenit mitti, nec ab ipsis procedere. Hæc Albertus.

Filius Dei quomodo datus dicatur à spiritusancto. Obiectio. Dilutio.

Vdalric⁹. ¶Consonat his Vdalricus in Summa sua 3. lib. loquens: Spiritussanctus dicit verum amorem spiratum, qui est donum, & datum. propter quod aliqui dicũt, quòd duo hęc nomina, scilicet donum, & datum, secundum quod propriè nominant spiritumsanctum, sunt circunlocutio vnius nominis, ac proprietatis spirituissancti. proprium autem est amori veræ amicitiæ. efficaci voluntate velle bonũ amato propter ipsum, etiamsi nulla inde vtilitas proueniret amanti. cumque soli effectus gratuitæ voluntatis sint data liberaliter communicata, patet, ꝙ nullum datũ habet rationem liberalis donationis, aut doni nisi ratione amoris, qui est principium omnis donationis propriè dictę, solusq; spiritussanctus est donum Dei per se secũdum completam rationem, quia ab ipso ratio doni ad alia deriuatur, & qa hoc primum donum est principium collationis aliorũ donorum, imò, & confert eis nomen, rationemque doni, hinc Apostolus ad Corinthios causalitatem spiritussancti respectu aliorum donorum diuersificat per tria. Nam dicit aliquid dari per spiritum, aliquid in spiritu, aliquid secundum spiritum. Dantur enim dona per spiritum, sicut pater operatur per filium, inquantum spiritussanctus hoc facit auctoritate patris & filij, id est, sibi plenè communicata à patre & filio. In spiritusancto etiam dantur dona, inquantum ipse est amor, quo pater & filius amant nos, cum effectu gratiæ. sic quippe etiam apud nos data inter amantes dicuntur dari in amore, quoniam amor mouet ad dandum ea. sed & secundum spiritumsanctum dicuntur dari, inquantum per se donari competit eis ex ratione, & participatione amoris, qui est spiritussanctus, qui est in

2. Cor. 12.

eis sicut causa, seu ratio causæ in suo effectu. Hæc Vdalricus. Qui de hac materia scribit alia multa, quæ sententialiter extant præhabita, vel paulo post inferentur.

Aegidius. ¶Aegidius demum: Quemadmodum, inquit, videmus in Trinitate creata, ita arguere possumus de Trinitate increata, vbi ratio dissimilitudinis non repugnat. In Trinitate autem creata videmus aliquid emanare per modũ intellectus, vt verbum, quod est ratio exemplaris, principiumque causale omnium, quæ intellectualiter, & per modũ artis procedunt ab homine. sic & à voluntate creata videmus, aliquid procedere, & formari, quod dicitur amor, eo ꝙ proprium nomen eius non habeamus, in quo dari dicuntur omnia, quæ voluntariè, liberaliterque emanant. Pariformiter in Trinitate increata est verbum intellectualiter profluens, quod est ratio omnium, quæ intellectualiter, & per modum artis producuntur à Deo. sic quoq; est ibi amor spiratus, qui est spiritussanctus: & donum, in quo omnia munera Dei donantur. Qnomodo autem hoc sit, patet sic: Quanto aliquid est magis tale secundum esse suum, tanto plus conuenit sibi esse tale per se, & primo, ac maximè, ut secundo metaphysicæ continetur, & quia nihil accipit propriè, & per se esse per modum liberalitatis nisi amor, idcirco amori per se, & maximè competit ratio liberalitatis. Cumq; spiritussanctus procedat ut amor, sibi primo, ac potissimè conuenit, quod sit causa, & ratio omnis liberalis donationis: & ipse est primum donum, in quo omnia dantur diuinitus, quia de ratione doni est, quod liberaliter detur, vel donabile sit. vnde & proprium est spirituisancto sic esse donum. Nam præter ipsum nulla diuina persona per modum liberalitatis procedit. ¶Cum ergo objicitur, quòd dona Dei sunt diuini effectus, diuinorũ autem effectuum ratio prima est filius, per quem facta sunt omnia. ergo magis in filio, quàm in spiritusancto, omnia dona donantur. ¶Dicendum quòd omnes effectus diuini procedunt à Deo, sicut artificiata ab artifice, propter quod opus naturę dicitur opus Dei. artificialia verò procedunt ab artifice non solum per modum intellectus, sed etiam per imperium voluntatis: quia in talibus intellectualiter operans exit in actum per voluntatis imperium: ideò spiritussanctus est ratio emanationis diuinorum effectuum, secundum quod à voluntate diuina procedunt, secundum quod uolita sunt, & liberaliter profluunt, & dona quædam vocantur. Hæc Aegidius.

Aegidius. Obiectio. Dilutio.

Guilelm. ¶Postremò Antisiodorensis in Summa sua libro 1. testatur: Spirituissanctus procedit ab vtroque ut amor, & tanquam nexus, atque concordia patris, ac filij: & sicut pater omnia dicit, & operatur per filium tanquam per verbum internum, & ipsa creata sunt quasi verba exteriòra per illud prolata, iuxta quod scriptum est: Ipse dixit, & facta sunt: sic spiritussanctus est donum in diuinis intrinsecum, & collata per seipsum, sunt dona extrinseca. Hæc Antisiodorensis.

Pſal. 32. & 148.

Guli. par. ¶Qui alia multa super his scribit: quæ quia sunt sententialiter prętacta, omitto. ¶Prętera Gulielmus Parrhisiensis in libro suo de Trinitate differuit: Donum ex hoc donum vocatur, quoniã gratis datur, & non mercedi tanquam precium redditur. solum ergo quod de benignitate gratis exit, donum est. hinc quod maximè gratis significatur, & quod primum de benignitate egreditur, inquãtum benignitas est, amor extat purissimus, ac summè gratuitus.

Hic.

Hic igitur amor ab omni labe simoniaca purus, est per se primum, & maximè donum. Nec donũ exteriùs, põt immediatè ac primò ex benignitate, procedere, sed necessariò eget amore ipsum præcedente, qui prior exit ex benignitate, & in illo amore benignitas tribuit donũ extrinsecum. vulgariter quoq; amor dicitur dari, estq; omnium donorum charissimum, atq; gratissimũ. Vnde & propter seipsum expetitur, & quæritur ab amantibus, absq; simoniaca venalitate. Illo etenim dato, dãtur omnia: & illo retento, omnia retinentur. hic verè, & syncerè mutuò se amantes, seipsos sibijnuicem dedisse dicuntur. & amor est mutua amicorum possessio. Quia ergo non minor est primi, & altissimi patris benignitas, ac bonitas, quàm eius fœcunditas, necessariò non minor erit amor, seu gratia, & primum donum ab ipso procedens, q̃ partus eius. ¶Insuper, qm̃ inter benignitatem, & dona exteriora, quæ ex ipsa procedunt necessariò interest amor, quo non prædonato, impossibile est exteriora donari, necesse est de prima benignitate in quantum benignitas est, primo loco amorem procedere, qualis cõgruit tantæ benignitati, deinde per amorem dona exteriora. ¶Rursus, quod primò, & secundum se à summo, & maximo datur datore, oportet esse maximũ donum, seu datum. benignus verò in eo, quod benignus, primo dat suum amorẽ, & ex amore consequenter dat alia. idcirco necesse est amorẽ esse primum, & maximum donum. imò omniũ donorum, quocunq; modo fiant, fontem, atq; principium esse amorem hinc clarum est. Nam siue gratis, siue ex amore simoniaco fiat donatio: attamen certum est, q̃ fiat ex amore, aut enim amatur is, cui fit donatio, aut illud, propter quod fit. amor autẽ à seipso esse non potest, cum sit donum de benignitate amantis procedens in alium. itaq; est necesse ut paterna benignitas larga sit amoris. Quemadmodum enim in tellectus se habet ad interiorem loquelam, quæ est primogenita proles eius, ita se habet benignitas, seu benigna voluntas ad gratiam primam, s. increatam, quæ est amor purissimus. hinc sicut de intellectu primo necessario processit alius, scilicet primogenitus, & vnigenitus eius: ita de benignitate fontaliter larga, necessariò fluxit gratiæ amor, seu amor gratuitus. Hæc Gulielmus.

ad 1. ¶Ad primum ergo dicendum, quòd eius solutio patet ex assignatione multiplicis acceptationis eius quod est dare. nunc enim est sermo de dono, & datione ad voluntatem pertinente, & ex ea fluente.

Vdalric⁹. Ideò ait Vdalricus: Cum dicimus omnia data dari per spiritumsanctum, non loquimur de illa donatione cuius principium est natura, de qua ad Philip

Phil. 3. penses scribit Apostolus: Pater dedit filio nomen,

Hilarius. quod est super omne nomen. atq; Hilarius, Pater dedit essentiam filio. hæc namq; non est propria donatio, sed naturalis cõmunicatio, sed loquimur de cõmunicatione cuius principiũ est voluntas. & hęc propriè donatio est, prout nunc mentio est de ea, qm̃ dicit auctoritatem dantis respectu dati. ¶Ad se-

ad 2. cundum, quòd spiritussanctus est donũ, in qua omnia dona creata donantur. & sicut iam patuit, diuina essentia non est propriè donum, nec datum. ¶Ad

ad 3. tertium, q̃ amor spirituisancto appropriatur, & interdum personaliter nõ essentialiter sumitur, ut cũ

ad 4. spiritussanctus vocatur propriè amor. ¶Ad quartum, q̃ filio conuenit dari secundũ naturam assumptam. & quo ad hoc, datus est à spiritusancto, sicut expositum est. Propterea Thomas ait: Quamuis spiritussanctus non sit principium filij, est tamen principium effectus, ſm quem filius dicitur dari, & mitti. ¶Ad quintum, q̃ spirituisancto conuenit esse donum ab aptitudine, non ab actu donandi: nec tamẽ ideò dicitur donum, quia à patre datus sit filio, aut econtra, ut infra dicetur, nisi q̃ datus est filio secundum humanitatem assumptam. ¶Ad sextum respõsum est, & ostẽsum qualiter eadem bona creata aliter appropriantur filio, & aliter spirituisancto sub ratione doni gratis exhibiti. ¶Ad septimum quoq; solutio patet ex præinductis, nec est inconueniens, quòd increati sit donum creatum tãquam effectus illius, nec temeritur in infinitum. ¶Et si obijciatur, q̃ secundum philosophum alterationis non est alteratio, nec motionis est motus Dicendum, q̃ alterationis non est alteratio, ita q̃ propriè terminetur ad aliam alterationẽ. nihilominus vnus motus potest esse ab alio, & vnum donum ex alio.

ad 5.

ad 6.

ad 7.

Philosop.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *an donum in diuinis sit nomen essentiale, aut personale, seu notionale, & proprium spiritui sancto.* ¶Videtur quòd non sit personale, seu relatiuum, aut notionale, sed absolutum, & essentiale. Primò, quoniam donũ in sua significatione non includit relationem, sicut nec amor, cum utrunque conueniat aliquo modo diuinæ essentiæ, quæ à patre, data, & communicata est filio: & quælibet diuina, & increata persona est amor, sicut & charitas, iuxta illud est: Deus charitas est. ¶Secundò, nullum nomẽ personale dicit respectum ad creaturam, nec connotat effectum in ea. alias non conueniſſet personæ diuinæ ab æterno. sed donum dicit respectum ad creaturam, ut præcedenti patuit quæstione, & connotat effectum in ea, videlicet participationem doni increati. ¶Tertiò, quoniam spirituſſanctus dicitur donum, inquantum habetur ab aliquo, qui liberè fruitur eo. Sic autem posset Deus haberi à rationali creatura, & esse donum ipsius, quamuis nõ esset in eo personarum distinctio. ergo donum est absolutum, non relatiuum. ¶Quartò, quoniam spiritussanctus datur à seipso ut dictum est: non ergo dicitur donum ratione originis. ergo nec relatiuè. ¶Quintò, quia in litera dicitur, quòd spiritussanctus ab æterno fuit donum, quia fuit donabilis. bonitas autem est ratio communicabilitatis, & donabilitatis: bonitas verò toti Trinitati adorandæ communis est, ergo & donum.

Arguitur primo cõtra vetitatem.

1. Ioh. 4. a

3

4

5

¶In contrarium sunt, quæ habentur in textu.

¶Ad hoc Alexander respondet: Proprietates distinctiuæ sunt personarum ſm se, circunscripta omni habitudine ſm actum, & secundum potentiam ad creata, ideò donabile rõne habitudinis ad creaturas, non est notio spirituſſancti, sed præter hanc habitudinem habet proprietatem, qua refertur ad patrem, & filium, ratione cuius dicitur notio spirituſſancti, distinguens ipsum à patre, & filio. Vnde secundum Augustinum quinto de Trinitate, refertur tam ad eos, à quibus est, quàm ad eos, quibus datur. Hæc Alexander.

Alexãder

Augustin.

¶Porrò Bonauentura: Quemadmodum, ait, ex verbis Augustini habetur, donum in diuinis dicitur propriè, seu personaliter, non essentialiter, sicut verbum propriè dicitur de filio. datum verò essentialiter, & personaliter accipi potest, seu propriè, atque communiter. Tota etenim Trinitas dat se, & tamen pater, ac filius propriè dant spiritumsanctum. datum namque de sui ratione est idem, quòd communicatum. hoc ergo, quod datum

Bonauen.

tum est, potest dici datum ex liberalitate, & ita toti trinitati altissimæ est commune. uel potest dici cõmunicatum ex liberalitate, & subauctoritate. sicq; conuenit filio, & spirituisancto, qui respectu patris habent subauctoritatem. Potest etiam datum uocari ex liberalitate, & auctoritate non solum communicatum, sed item productum: & sic proprium est spirituisancto, cui proprium est procedere secũdum rationem, & modum liberalitatis, ac doni siue donabilis. sic quoq; donum, & datum æquiualent, nisi, quòd datum dicit communicationem in actu, donum in aptitudine, & habitu: & ita donũ propriè dicitur in diuinis de spirituſancto, & hoc ratione respectus ad dantem, non tamẽ ratione respectus simpliciter, sed ratione talis respectus, quia emanat per modum donabilis, quod spirituisancto est proprium. Porro commune illud dictum, Omne nomen dicens respectum, uel effectum ad creaturas, est commune tribus personis: intelligitur de nomine, quod importat solum respectum ad creaturas, & non personæ ad personam. donum autem importat utrumque respectum. Hęc Bonauentura.

Donũ quo sit proprie distinctiua.

¶Qui adhuc pleniùs scribit, soluendo quæstionem, qua quęritur, Vtrum donum, seu donabilitas sit proprietas distinctiua personæ, seu notio. Ad hoc, inquiens, quidam dixerunt, quòd donum in diuinis consideratur dupliciter. Primò, prout dicit respectum solum ad donatorem. ficq; loquitur Augustinus: Eo ipso dicitur donum, quo procedit. & ita affirmant Theologi, quòd donum est proprietas distinctiua spirituſancti. Secundò accipitur donum, prout importat respectum ad eũ, cui datur. & sic non dicit proprietatem distinctiuam, sed aliquid consequens eam: quod nõ uidetur, quoniam donum semper aliquam dicit comparationem ad eum, cui datur. Intellecto namque, q̃ non sit donabile alicui, impossibile est intelligere, q̃ sit donum. Ideo iuxta præhabita est dicendum, quòd donum præter respectum, quem designat ad dãtem, importat respectũ ad eum, cui datur. Sed hoc potest esse tripliciter. Primò secundum actum, ut quia datum est. Secundo habitualiter, ut quoniam dandum est. Tertiò secundum aptitudinem, ut quia donabile. Et iste respectus in tantum coniunctus est personæ spirituſancti, ut sine isto respectu primus respectus esse non queat, neque intelligi: imò necessariò sequitur, si procedit per modum doni, q̃ existat donabilis, & iste sequens respectus non aufert respectum primò quin sit proprietas distinctiua. idcirco dicendum, quòd est proprietas distinctiua rõne primi repectus, quo. s. refertur ad dantem, seu donatorem, secundo respectu, quo s. ad creatura refertur, non repugnante, sed consonante. Præterea quæritur, cur proprietas spirituſancti potiùs sumitur p respectum nõ solum ad diuinam personam, à qua procedit, sed etiam ad creata. Ad hoc aliqui dicũt, q̃ ideo, qm̃ spirituſancti est tertia in Trinitate psona, & quodammodo immediatior nobis. Melius tñ dici potest, quòd quæstio præsupponit falsum: qa & uerbum dicit respectum aliquem ad ea, quæ uerbo prolata, & condita sunt, ut infra patebit.

Auguſt.

Quæstio.

Obiectio.

¶Si aũt obijciatur, quia si donum est proprietas distinctiua, & notio spirituſancti, ergo spiritus, & amor nõ sunt notio eius: alioquin erunt septem notiones, quod est cõtra cõem omnium opinionem.

Dilutio. Spiritus, amor, & donum rõne differunt.

¶Respondendum, quòd spiritus, amor, & donũ, eandem dicunt proprietatem ratione differentem, eandem quoq; notionem: quoniam dicunt comparationem, seu respectum ad idem, & dicunt emanationem eandem, sed differenter nominant eam. Nam spiritus dicit eam principaliter per comparationem ad uim producentem, uidelicet spiratiuam: amor vero dicit eam principaliter, quantum ad modum emanãdi, quia procedit ut nexus: donum autem, quantum ad respectum consequentem. Similiter emanatio uerbi tripliciter significatur per tria hæc nomina, filius, imago, uerbum: filius quippe dicitur, quia a ui naturæ producitur: imago, quia procedit, ut patris expresiuum uerbum, quoniam expresiuum est alijs. Conformiter a uia spiratiua dicitur spiritus. & quia procedit, ut nexus, dicitur amor: & quoniam aptus est nos connectere Deo, dicitur donum. Vna ergo est notio, aliter, & aliter nominata secundum rationes consequenter: ideo nomina illa non extant synonyma. Hæc Bonauentura.

Verbi emanatio ariſpliciter ſignificatur

¶Thomas quoque circa hæc protestatur: Dare dupliciter sumitur. Primò, pro communicatione eius, quod habetur per modum dominij sicut possessio. Secundò, pro communicatione boni intrinseci, sicut qs dat seipsum, uel quod intra se habet. Quamuis autem in diuinis personis non sit dominium unius ad aliam, est tñ ibi auctoritas principij. Dicendum ergo, q̃ datio potest importare auctoritatẽ respectu dati, ficq; donum, seu datum, est nomen personale, & notionale. Potest etiam non importare auctoritatem, sed tantum hoc, quod id. qd̃ dicitur datum, liberè habeatur: ficq; essentia dicit dari, & ita donum, seu datum, est essentiale. semper tñ improtat distinctionem ab eo, cui datur, quamuis non ab eo, quod datur, uel à quo. Et per hanc distinctionem soluuntur faciliter argumenta, quæ contra hæc fiunt. ¶Deniq; ad uidendum, quomodo donum sit proprium spirituisancto, sciendum, q̃ donum, & datum tripliciter differunt. Primò, quantum ad consignificationem, quia datum cum sit participium, consignificat tempus: nõ autem donum, cum sit nomen, Hinc donum magis conuenit diuinis, quæ sine tpe sunt, q̃ datum: ideo donum cõuenit spirituisancto ab æterno, datum ex tempore. Secundò, quantum ad significationem: quia donũ, seu donare, addit supra datum, & dare: quia secundum Philosophum, donum est datum irreddibilis, non quę recompensari non ualeat, sed quæ recompensationem non quęrit. ideo donum importat liberalitatem in dante. Tertiò, quantum ad modum significandi, qm̃ donum importat aptitudinem ad donandum, datum uerò dationem in actu. Porro aptitudo ad dandum, potest attendi dupliciter. Primo ex parte dantis quasi actiua, quæ est ratio, qua aliquid liberaliter datur. ratio autem omnis liberalis collationis est amor. Secundò aptitudo illa attẽditur ex parte dati quasi passiua, quemadmodum calefactibile aptitudinem habet ad calefactionem. Cum ergo spirituſanctus sit amor, ex ratione suæ processionis habet, ut detur, & ut sit ratio dandi. idcirco ipse est donum primo, atq; per se. Alia uero secundum participationem, inquantum ax amore præstantur. Si igitur colligantur rationes hę doni, adiuncta auctoritate dantis ad donum, constat, q̃ donum sit proprium nomen spirituſancti. Hæc Thomas in Scripto.

Doni, ac dati triplex differentia.

Ph

¶His corcordat Vdalricus in Summa sua 3. lib. Aegidius quoq;, ponendo prætactam distinctionẽ doni, & dati.

Vdalricus

Aegidius.

¶Petrus etiam scribit hic eadem, quæ ex Bonauẽtura inducta sunt, & addit: Quemadmodũ uerbum

Petrus.

ex sua ratione notat processum à proferente, sic donum à dante. & quia processus in diuinis conuenit non essentiæ, sed personæ: ideo tam uerbum, q̃ uerbum in diuinis, propriè loquendo est personale, non essentiale. & si donum inuenitur essentialiter dictum, impropriè dicitur, & debet exponi. Donum quippe dicit emanationem per modum liberalitatis sine tempore in aptitudine, ut donetur cũ ergo spiritussanctus intemporaliter procedit à patre, & filio, & ex liberalitate, quia per modum amoris: atq; in aptitudine naturali, ut detur, quoniam amor est, cui conuenit ratio primi doni: hinc spiritussanctus propriè dicitur donum, secundum Augustinum. Hæc Petrus.

Auguſt. Dionyſius Carthuſi.

¶Concordat Richardus per omnia. ¶Aegidius verò conatur hic improbare præinductam Thomę responsionem. sed ut ritè intuenti patescit, improbatio illa non est nisi cauillatio. idcirco nec recitanda, ut vitetur prolixitas. Nam & responsioni Thomæ in hac parte concordant Albertus, Bonauentura, Petrus, Richardus, Vdalricus. Ea etiam, quæ de hac materia scribit sanctus doctor in prima parte Summæ quæstione trigesimaoctaua, satis inducta sunt, similiter quę Albertus hic scribit.

Scotus.

¶At uerò Scotus circa hæc modicum scribit, & consonat præinductis: Donum, inquiens, accipi potest tripliciter. Primò aptitudinaliter, sicut catulus dicitur ante nonum diem uisuus. Secundò habitualiter, sicut quando non uidet actu, & tamen uisum habet. Tertiò actualiter. Donum quoque his tribus modis dicitur de spiritusancto. Et primo modo, videlicet aptitudinaliter, competit propriè sibi, non alijs modis duobus: quoniam dari actu, & dandum esse, sequitur productionem spiritussancti ordine naturæ, uel temporis, non autem aptitudinaliter dabilem esse. sic enim intelligitur spiritussanctus productus ante omne creatum, cui detur: immo in isto priori, etiam si spiritussanctus non intelligatur, ut dandus: intelligitur tamen, ut aptitudinaliter donabilis, sicque donum potest dicere proprietatem spiritussancti, qui est primum, & perfectum donum, in quod cætera omnia dona imperfecta oportet reduci: sicut vniuersaliter imperfecta ad perfecta finaliter reducuntur. & hoc primum donum, est essentialiter donum, & amor spiratus, qui participatur ab alijs donis. Primum etenim donum est aliquid subsistens a uoluntate summa productum, liberaliter communicatum, & communicabile cæteris. Hæc Scotus.

Durandus

¶Postremò Durandus hic ait: Significatio dictionis, & ratio significandi, non mutantur ex hoc, quòd res significata per nomen inuenitur in alio, ac alio genere entium. Siue enim id, quod donatur, sit bos, aut asinus, aut aliquid naturale, uel supernaturale, creatum, aut increatum, nomen tamen doni idem significat, uidelicet, id, quod per diffinitionem importatur. diffinitio namque est ratio, quam significat nomen, ut 4. Metaphysicæ dicitur. Diffinitio verò doni est, quòd donum est aliquid alteri liberaliter communicatum: sed quòd illud sic communicatum, sit absolutum, uel relatiuum essentiale, aut notionale, totum hoc accidit dono, & est extra significationem, uel significatum, modumque significandi ipsius doni. Idcirco dum quæritur, quid donum significet in diuinis, vtrum essentiale, uel notionale, respondendum est, quòd nullum eorum significet, quamuis de aliquo eorum dicatur: sicut precium non significat nummum, aut solidum, quamuis de eis dicatur. Si autem quæratur, sicut (ut credo) intẽdunt, qui mouent hanc quæstionem non de significato, vel modo significandi, sed de suppositis, aut his, de quibus prædicatur donum, an sit essentiale, vel notionale: videndum est primò, quid sit de ratione doni. Donum ergo tria importat, puta respectum ad dantem, & ad id, cui datur, ac modum liberalitatis, per quem datur. Dico itaque, quòd in diuinis nihil est, cui datur respectu diuinorum competat ratio doni, neq; essentiale. Dico etiam, quòd ratio doni inuenitur in diuinis respectu creaturarũ, & conuenit ęquè propriè essentialibus sicut personalibus, seu essentiæ sicut personis, quamuis appropriatè competat soli personæ spiritussancti. Primum probatur sic: Quod non communicatur alteri liberè, non habet rationem doni. sed in diuinis ad intra nil liberè communicatur, sed quicquid communicatur ibi, communicatur ex necessitate naturæ, ut supra ostensum est. Secundum sic patet: Quia diuina non communicantur creaturis, nisi ut obiectiuè habeantur ab ipsis, videlicet per modum cogniti, & amati, seu per modum specialis rectoris, & ita dari creaturis æqualiter conuenit diuinæ essentiæ, & personis. Hæc Durandus.

Donum tria importat.

Dio.Car.

¶Hæc autem Durandi opinio videtur omnibus prælegatis doctoribus esse contraria, multiplicitérque erronea, imò sibijpsi repugnans, & implicans. Si enim (ut ait) de ratione doni sunt respectus ad dantem, & respectus ad eum, cui datur, sequitur, quòd sit relatiuum, cum respectus ille relatio sit. Præterea de significato, significationeq; dictionis iudicandum est penes formale, non penes materiale. Vnde seruus est relatiuum, quamuis homo, qui est seruus, sit absolutum. cum ergo formalis significatio, ac ratio doni, respectus prætactos includat, sequitur, quòd relatiuum consistat: sicut, & precium, quamnis id, quod est precium, absolutè dicatur. Quamuis etiam significatio dictionis sit eadem in communi: res tamen significata, diuersis diuersimodè competit: sicut sapientia aliter conuenit Deo, aliter creaturis.

¶Ampliùs, sicut quicquid in Deo est, est uel res absoluta, aut relatiua, siue relatio, aut includens aliquid de utroq;: sicut omne nomen diuinis conueniens, aut significat aliquid essentiale, & absolutum, aut aliquid relatiuum, seu notionale, seu personale, aut ipsam relationem, seu notionem: ideo dicere, quòd donum in diuinis nihil horum significet, uidetur prorsus ineptè sonare.

Auguſt.

¶Deinde, quod ait, Nihil eẽ in diuinis, cui respectu diuinorum competat ratio doni, est apertissimè contra Augustinum, & Magistrũ in litera, & cõtra prælegatos doctores. Nam & septimo de Trinitate loquitur Auguſt. ꝙ sicut verbũ non dr̃, nisi filius, sic nec donũ nisi spũssanctus, atq; in textu ꝓbat, quòd spiritussanctus uocat donũ ratione æternæ originis, & ita est ꝓprium, non appropriatum.

Cõicatio duplex in diuinis.

¶Rursus, in textu ex Augustino habetur, quòd spiritussanctus est donum ab æterno: quia procedit per modum donabilis, ita quòd aptitudo donandi conuenit sibi ex modo, & proprietate suæ æternæ processionis: ideo stare non ualet, quod scribit Durandus, quòd nihil sit in diuinis, cui ratio doni competat respectu diuinorum. Cumq; sic arguit, Nihil est in diuinis, quod liberè communicetur, sed quicquid communicatur in diuinis, communicatur ex necessitate naturæ: dico, qđ ſm omnes doctores authenticos, in diuinis est duplex communicatio: una per modũ naturæ, & naturali necessitate, sicut generatio filij: alia ꝓ modum liberalis, & uoluntariæ emanationis, quæ tñ non est sic liberalis, & uoluntaria, ꝙ possit non esse: sicut hoc supra diffusè expositum est, & ipsemet Durandus hoc loco fatetur, quòd spiritussanctus procedit, ut amor, atq; ꝓ modum voluntatis. Insuper stare nequit, quod ait rationem doni conuenire diuinis tã essentialibus, q̃ personalibus æquè propriè respectu creaturarum. nam sicut ostensum est, in dante est auctoritas respectu doni ꝓpriè loquẽdo. & ita donum non conuenit patri, neq; diuinæ essentiæ. Vnde prælegati doctores affirmant, ꝙ donum ꝓpriè dicit emanationem à dante, quæmadmodum verbum à ꝓferente. Cum uero assumit Durandus, quòd donum est aliquid liberaliter communicatũ, dico, ꝙ descriptio illa extẽdatur ad donum increatum, & spiratum: & quod dicitur ibi communicatum, exponendum est prout se extenditad communicabile aptitudinaliter, sicut, & Scotus exponit.

Dio.Car. in Duran.

¶Itaq; tota ista Durandi positio comprobatur erronea, quod diffusiùs demonstrarem, nisi superfluum videtur, cum omnibus præfatis doctoribus extet contraria, atq; ex uerbis eorum iam introductis pateant absurditates istius. ¶Præterea circa distinctionem hanc doctores aliqui quasdam adhuc mouent quæstiones, ad quas pro magna parte patet ex dictis solutio.

Quæſtio. Bonauent.

¶Quærit enim Bonauentura, & alij quidam, quid magis propriè conueniant spiritussancto, donum, uel datum. Ad, quod Bonauentura respondet, quod donum. Datum enim (sicut iam patuit) concernit tempus, & significat ꝓ modum ꝑteriti. Donum quoq; supra rõnem dati addit proprietatẽ, seu conditionem liberalitatis, & irreddibilitatis, q̃ est proprietas magnæ nobilitatis, & perfectionis: vñ, & dona gratuita magis uocantur dona, q̃ data.

Albertus.

¶Hinc ait Albertus, ꝙ donum conuenit spiritussancto propriæ, & non datum, & hoc ꝓ rõnes ꝓtactas: & qm̃ donum conuenit ei simpliciùs & ab æterno, atq; ex digniori rõne, uidelicet ratione æternæ ꝓcessionis, & cum minore relatione ad creaturas: quia cum aptitudine, datum cum effectu, seu actu.

Richard. Quæſtio.

¶Deniq; Ricardus hic scisciatur, an esse donum ab ęterno conueniant spiritussancto. Ad qđ respondet, sicut ꝓhabitum est: Donum prout sumitur in diuinis, est res procedens, cui ex modo suo ꝓcedendi conuenit prima ratio doni, q̃ est amor. sed spiritussanctus ab æterno ita procedit, utpote ꝓ modum voluntatis liberaliter agentis, ꝓ quem modum non emanat emanatione intrinseca nisi amor. ideo ab æterno conuenit spiritussancto esse donum, & hoc rõne donabilitatis, seu aptitudinis ad dandum. Hinc 5. de Trinitate asserit Aug. Quia sic ꝓcedebant ut esset donabilis, iam donum erat ẽt anteq̃ esset, cui daretur. Et denuo: Sempiternè spiritus dr̃ donum, tempaliter aũt donatum, seu datum. Hæc Richard.

Quæſtio. Pater non dat filio ſpiritũ ſanctum, nec econtra.

¶Qui demum hic mouet, an spiritussanctus ita sit donum, ꝙ à patre detur filio, uel econtra. Et respõdet, ꝙ non. Primò, quia dum spiritussanctus dat alicui ut donum, recipitur in illo ut in subiecto, ꝓ ꝙ in illo subiecto oritur noua habitudo, qualis est habitudo habentis ad rem habitam, ꝙ non conuenit filio, neq; patri. Secundò, qm̃ donum propriæ sumptum, dr̃ à communicatione liberali, non naturali. Quãuis autem spiritussanctus sit in filio eo modo, quo una ꝑsona est in alia ꝓ circumincessionẽ, hoc tñ habet filius à patre non per cõicationem liberalem, q̃ est spiratio, sed per naturalem quæ est generatio, per quam accepit à patre, ut sit filius, & ut sit Deus, & ut in ipso sit spiritussanctus. Tertiò, quia oportet esse distinctionẽ inter dantem aliquod donum, & inter illum, cui fit datio, ꝙa nullus sibijpsi dat propriè. pater aũt & filius sunt vnum in rõne dantis spiritumsanctum, qñ una spiratione spirant eum. suntq; unum principiũ in spirando. ideo dici non potest, ꝙ unus det alteri spiritumsanctũ.

¶Et si obiiciat, ꝙ spiritussanctus ꝓcedit à patre in filium, rñdetur, ꝙ procedit in filium, ut in obiectũ, non ut in subiectum, sicut supra expositũ est.

¶Quod si rursus obijciatur, quòd nec in creaturam, ut in subiectum, dicendum, ꝙ rõne effectus quem causat in creatura, dr̃ in eam procedere, ut in subiectum. Hæc Richardus.

Petrus.

¶Idem Petrus, & addit: Cum donum sit datio ir reddibilis, non potest spiritussanctus esse sic donũ, ut detur à patre filio, & econtra. Veruntamen spiritussanctus est mutuus amor patris, & filij, quem amorem pater impendit filio, & filius rependit patri.

Quæſtio. Donũ est analogum ſpiritui ſãcto, & creatis.

¶Præterea Petrus quęrit, utrum donum dicatur vniuocè de spiritusancto, & donis eius creatis. Et rñdet, ꝙ nec omnino uniuocè, neq; omnino æquiuocè, sed analogicè, ita ꝙ ꝓ priùs de dono increato. Donum namq; importat relationem ad dantẽ, & ad eum, cui datur. relatio autem ad dantem consurgit ex emanatione liberali. Vtrunq; autem donũ liberaliter emanat, sed spiritussanctus emanat non solum, vt donum, sed etiam, ut ratio dandi. Dona vero creata solum procedunt, ut dona. Porro relatio ad eum, cui datur, cõsurgit ex infusione ad habendum. aliter aũt hr̃ spiritussanctus a mente creata, aliter dona ipsius. Nam ipse habet, ut finis quo fruendum est. dona vero ipsius habentur sicut dispositio ad finem, quo fruendum. Hæc Petrus.

Alexand.

¶Concordat Alexander, secundum quem nihil conuenit uniuocè Deo, & creaturis, idest, equaliter, & secundum eandem rationem completam, sed secundum analogiam, sicut ait Basilius, quod filio, & creaturis commune est accipere esse ab alio.

Baſilius.

QVAESTIO III.

Arguitur primo pro parte affirmatiua.

Deinde principaliter quæritur, *vtrum spiritussanctus possit dici spiritus noster, & donum nostrum, ac amor noster.* ¶Videtur, quòd sic, quia de Deo patre dicimus, pater noster: ergo de spiritussancto possumus dicere, spiritus noster: imo, & spiritussanctus noster ꝑtim posse dici vr̃, cum ipse sanctificet nos. ¶Secundò, quia Deo dicimus, Deus noster creator noster: ergo de spiritusancto poterimus dicere, spiritussanctus noster. ¶Tertiò, quoniam spiritussanctus datur hominibus, filius quoque datus est nobis, ut loquitur Isaias. ergo dicere licet de filio Dei, quod sit filius noster: atq; de spiritusancto, quod sit spiritussanctus noster, & donum nostrum, ac amor noster.

2

3 Iſai 9.

In oppoſitum. Albertus.

¶In oppositum est auctoritas Augustini in litera, saltem quantum ad aliqua. ¶Ad hoc respondet Albertus: Quatuor exigũtur ad hoc, ꝙ dictio significans in diuinis diuinam essentiam, uel ꝑsonam, posit recipere additionem pronominum horum, noster, meus, tuus, aut suus. Primum est, ꝙ significet, seu connotet effectum in creatura. Secundum est, ꝙ significet habitudinem agentis ad illum effectum. Tertium, ꝙ non significet relationem distinguentem in diuinis. Quartum, quòd non significet habitu-

habitudinem formæ ex comparatione ad id, cui in est forma. Idcirco non dicimus, deitas nostra nec diuina essentia nostra: quoniam deficiunt ibi primum, secundum, & quartum, & quædam alia deficiuntur in alijs, ut facilè est pensare. Hinc dicere possumus, Deus noster: quia hoc nomen Deus, significat deitatem, ut in habente. Imponitur quoq; ab actibus quibusdã designãtibus effectum in creatura; qui actus sunt prouidere, gubernare, & esse colendum. Conformiter dicere possumus, Deus pater noster: quia cum dicimus pater noster de Deo, sumitur ratio parernitatis ab effectu ipsius in nobis, videlicet à creatione, seu recreatione: ideo trinitas tota, & quælibet diuina psona est pater noster, creator noster, &cætera. Insuper spirituſſanctus potest dici spiritus noster, qa cum dr spiritus noster, notatur effectus spiritualitatis, ratione cuius dr noster: sed dici non põt spiritusſanctus noster: quoniam complexum hoc spiritusſanctus est circunlocutio nominis æternæ personæ, & notat distinguens relatio ſm quam non refertur ad nos: ideo etiam dici non potest de filio Dei, quòd sit filius noster, qm̃ filius notat relationem originis, qua non est à nobis nec noster. ¶Et si obijciatur, quòd ipse in euangelio protestatur. Qui fecerit uoluntatem patris mei, ipse meus frater, soror, & mater est: Si ergo ille est mater filij Dei, ergo filius Dei est filius illius. ¶Dicendum, quòd uerba illa sunt uera sub determinatione, & quantum ad hoc, quòd hmõi homo obedit Deo, hoc est, ſm quid, & quo ad aliquam participationem, non autem simpliciter. Hinc quoq; spirituſſanctus non dr donum nostrum, qm̃ donum dicit relationem æternã, qua refertur ad patrẽ, & filium. Quamuis ẽt filius datus est nobis, non tamen est donum nostrum, sed potest dici datum nostrum, id est, bonum nobis collatum. non autem datus est nobis in filium, sed in saluatorem, legislatorem & magistrum. ideo dici põt noster saluator, legislator, magister & doctor. Sed & spirituſſanctus, & quælibet diuina persona, potest dici amor noster obiectiuè, atq; causaliter, non formaliter: nec spirituſſanctus est amor noster, ſm quod amor sumitur pro proprio spirituſſancti, hoc est, pro amore spirato, & includit relationem æternam. Hæc Albertus.

Obiectio. Matt. 12. Lucæ 8.

Dilutio.

¶Ex quibus patet ad obiecta solutio. ¶Super hac quæstione scribit hic Thomas: Deus non potest habere aliquam relationem ad nos, nisi per modũ principij, seu causæ, cumq; quatuor sint causæ, ipse non est causa nostra materialis, sed efficiens, finalis, & exemplaris, non formalis inhærẽs: Omnia ergo noĩa diuina quæ important rationẽ principij p modum efficientis, aut finis, recipiunt additionem prædictorum pronominum. Nam dicimus creator noster, bonum nostrum. Quæ autem dicuntur per modum formæ inhærentis, non admittunt huiusmodi additionem, non eñ dici potest, q̃ Deus sit essentia aut bonitas nostra. & talia sunt omnia diuina, quæ in abstracto significantur. Veruntamen in his considerandus est ordo, qm̃ quędam abstractorum istorum important rationẽ principij efficientis & exemplaris, ut sapientia, bonitas, atque huiusmodi. & in his fit interdum pronominum horum additio, ut cum Deus est sapientia nostra causaliter, per modum, quo dr spes nostra: quia per eius sapientiam efficitur in nobis sapientia exemplata à sapientia sua, per quam sumus formaliter sapientes. Quædam aũt non important rõnẽ principij, nisi forsitan exemplaris, & talibus non consueuit fieri dicta additio, quamuis interdum hoc fiat propter rationem exemplaris principij. Vnde 4. ca. de diuinis nominibus sanctus Dionysius: Supereſſentialis, inquit, deitas est omnium esse. attamen tales locutiones exponendæ sunt magis, quàm extendendæ. & quoniam nomen spiritus importat rationem principij, inquantum à spiritu oriur inspirato, spirituſſanctus dicitur spũs noster Præterea, quamuis hoc nomen Deus designet diuinam naturam, quantum ad id, cui nomen imponitur: tamen quantum ad id, à quo nomen imponitur, significat operationem, quæ est omnibus prouidere. ideo dicitur Deus noster. Diuersimodè tamen vocatur Deus omnium, & Deus iustorum. Dicitur namq; Deus omnium, propter relationem principij, inquantum creator est vniuersorum: specialiter uero dicitur Deus iustorum secundum rationem finis, quia attingunt eum per notitiam, & amorem, & habent eum quasi hæreditatem, & possessionem. Iniusti uero non attingunt eum neque iunguntur ei per gratiam, & gloriam. idcirco non appellatur Deus eorum. Hæc Thomas in Scripto.

S. Dion.

Tho. aqu.

Dtus uocatur Deus omniũ, & iustorũ diuersimodè.

¶Hinc in prima parte Summæ, quæstione 36. in nomine, inquit, filij intelligitur sola relatio eius, qui est à principio ad suum principium, sed in nomine patris, intelligitur relatio principij. similiter in nomine spirituſſancti, prout importat uim quãdam motiuam. Nulli autem creaturæ competit esse principium respectu alicuius diuinæ personæ, sed econtrario. ideo pater potest dici pater noster, & spirituſſanctus spiritus noster. non tamen filius potest dici filius noster. Hæc ibi. Tamen cum dicitur pater noster, non denotatur relatio paternitatis æternæ, sed paternitas ratione creationis, uel recreationis, ut dictum est.

ar. 1. ad 3.

¶Concordat Petrus, qui tamen sentit, quòd nec filius, nec spirituſſanctus dicitur noster: quoniam habent rationem principiati, non principij: quod videtur contrarium uerbis Thomæ, dicentis, q̃ in nomine spirituſſanctus intelligitur relatio, seu ratio principij, inquantum importat vim quandam motiuam. Pro quorum concordia videtur dicendũ, q̃ in nomine spirituſſancti ex parte eius, quod est spiritus, notatur uis illa motiua: sed non inquãtum spirituſſanctus est persona producta, & sic habet rationem principiati, nec dicitur spirituſſanctus noster. ¶Verum à præinductis aliqualiter dissonat, quod hic scribit Richardus: De spirituſſancto, inquiens, dici non põt, q̃ sit spirituſſanctus noster. potest tamen dici, q̃ sit spiritus noster, & donum nostrum, & datum nostrum, atq; secundum quosdam dici potest, quòd spirituſſanctus est noster. Potest etiam dici spiritus noster, quia in nomine spiritus importatur relatio, non tantum ad principium, à quo spiratur: sed item ad eum, cui inspiratur, seu cui ipse aliquid boni inspirat. potest etiam dici donum nostrum, quia in nomine doni non solum designatur respectus ad principium, à quo procedit, sed, & quidam respectus secundum rationem ad creaturam, & secundum habitũ, & aptitudinem. Hinc sicut dicitur donum patris, ac filij, quia ab eis ita procedit, ut ex modo suo procedendi conueniat ei prima ratio doni: sic dicit donũ nostrum, quia donabilis nobis, sed magis propriè dr datum nostrum, qm̃ datum connotat in creatura, cui datur, realẽ relationem in actu: & in spirituſaucto cum datur, notat relationem ſm rõnem, quę est relatio ſm dici. Deniq; ratio cur spũſsanctus

Petrus.

Richard.

sanctus est noster, est: quoniam hoc pronomen noster, habitudinem talem designat spirituſſancti ad nos, qualem habet habitum, id est, res habita ad habentem. omnes autem iusti habent spiritum sanctum. Verum tamen quoniam spirituſſanctus potiùs habet iustos, quàm habeatur ab eis, ita, quòd ipse non potest dici possessio iustorum, sed ipsi sunt possessio eius: idcirco apparet quibusdã, locutio ista spirituſſanctus est noster, sit aliqualiter impropria. Hæc Richardus.

Dion. Car.

Spirituſsãctus dr iustorũ possessio.

¶Hæc autem descrepantia uidetur pro magna parte in modo loquendi consistere. Tamen, quod ait Richardus spiritum sanctum non posse dici possessionem iustorum, non uidetur idoneè dictum, cum detur eis ad habendum, & perfruendum, ficq; eorum hæreditas, iuxta illud psalmi: Dominus pars hæreditatis meę. Vnde, & Ieremias in Threnis: Pars mea dominus, dixit anima mea. Per Moyses quoq; dominus frequenter locutus est de Leuitis in Leuitico, & Deuteronomio: Ego hæreditas, & possessio eorũ. quãuis hoc de sacrificijs, decimis, & primitijs Deo debitis ad literam exponatur. Porro infra libro secundo prima distinctione apertissimè dicit: Fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amãdo possideret, ac possidendo frueretur. Nihilominùs uerum est, quòd iusti, imo, & toto machina uniuersi, est possessio Dei iure creationis, conseruationis, & gubernationis. Vnde in Genesi Abraam ait: Leuo manum meam ad dominum Deum possessorem cæli, & terræ. Vtrunq; ergo diuersis considerationibus uerum est.

Psalm. 15. Tren 3.

Deut. 18.

Genes. 14.

Aegidius.

¶Aegidius demũ in huius quæstionis solutione concordat omnino cum Thoma, nec specialia multa scribit nisi quæ iam ex Thoma sunt introducta.

Vdalricus

¶Vdalricus quoq; in Summa tertio lib. scribit de his consonanter Alberto, & cõcedit, quòd spirituſsanctus sit iustorum possessio: quia ad nutum suæ voluntatis habent eum, contemplando, amando, fruendo, colendo.

Bonauẽt.

¶Postremò circa hæc scribit Bonauent. Nostrũ, & meum, dupliciter possunt alicui attribui, scilicet mediante compositione, & immediate. Si mediante compositione, sic de se ponunt propriam habitudinem circa terminum, cui adduntur, utpote habitudinem possessionis: ut cum dicitur, hoc est meum: & ita quoniam omnis, qui habet spirituſsanctum, habet Deum, & omnia, quę sunt Dei. ficq; meum, seu nostrum, uel tuum, dici potest de omni, quod in Deo est communiter. attamen magis propriè de filio, qui natus, & datus est nobis per incarnationem: maximè autem de spirituſsancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Hinc ratione donabilitatis potest inter alias personas ratio possidendi appropriari spirituſsancto. Secundo nostrum potest alicui attribui immediatè: ficq; non dicit habitudinem, sed rationem habitudinis importatæ per terminum, cui unitur, sic enim nulli cõuenienter unitur, nisi, quod importat respectum explicitè, ut pater noster, uel pater meus: uel implicitè, ut liber meus. i. possessus à me. Quo circa notandum, q̃ non dicitur noster, uel meus de aliquo, nisi secundum illud nomen secundum quod dicitur hoc esse huius. Et hoc potest esse secundum triplicem habitudinem. Primò, secundum habitudinem informationis, sicut albedo Petri: & hanc habitudinem important nomina abstracta. & quia nihil diuinũ comparatur ad nos secundum habitudinem informationis, ideo de diuinis abstractè designatis, non potest dici, noster. Vnde dicendum non est, deitas nostra; æternitas nostra. Secundò, penes habitudinem causalitatis, quam habitudinem importãt nomina, quæ dicunt actum, ut creator: & quia hanc habitudinem omnia diuina habent ad nos, penè de omnibus illis hoc modo dicitur, nostrum. Tertiò potest hoc esse secundum habitudinem correlationis, & hanc habitudinem habent nomina relatiua, & hæc extant duplicia: quoniam quædam dicunt respectum personæ ad personam, quædam vero dicunt respectum ad creaturam. Et de primis non dicitur, noster; aut meus, sed de secundis, ut sunt dominus, & magister. non autem dicitur filius noster, aut spirituſsanctus noster, nec pater noster secundum æternam paternitatis relationem. Est igitur regula, quòd de his dicimus noster; uel meus, seu tuus, quæ dicunt respectum ad nos, secũdum habitudinem causalitatis uel correlationis: & ad hoc nil facit donabilitas, sed prefatus respectus. Hæc Bonauentura.

QVAESTIO IIII.

VLtimò quæritur, *An spirituſsanctus eadem processione habeat, quòd sit donũ, & quòd sit Deus, ac diuina essentia.* ¶Videtur, quòd non, quia, quod spirituſsanctus habet per processionem, uidetur secundum ordinem intelligendi sequi processionẽ. essentia autem, seu deitas ordine naturæ omnem processionem, & emanationem in diuinis præcedit, ergo spirituſsanctus sua processione non habet, quòd sit Deus, atque diuina essentia.

Arguitur 1. contra veritatẽ.

¶Secundò, persona in diuinis procedens, sua processione non habet nisi quod ei formaliter conuenit ex sua processione. sed spiritus sanctus ex sua processione non conuenit formaliter, quòd sit Deus, aut diuina essentia, sed solum, quòd est spirituſsanctus. alioquin soli spirituisancto conueniret esse Deum, ac diuinam essentiam. 2

¶In oppositum est, quia per hoc spirituſsanctus est Deus, & diuina essentia, per quod deitatem veram, essentiamq; accepit diuinam. sed nec deitatem, nec essentiam accepit, nisi procedendo à patre, & filio: ergo eadem processione habet, atque accepit, quod est spirituſsanctus, & amor, ac donum, Deus quoque, & diuina essentia: ergo omnia ista eadem processione accepit, & per illam conueniunt sibi. Hæc quæstio idcireo mouetur, quia in textu ex uerbis Augustini probatur, atque asseritur, quòd sicut filius nascendo accepit à patre non tantum, ut sit filius, sed etiam ut sit diuina essentia, & Deus, sic spirituſsanctus procedendo a patre, ac filio, accepit non tantum, ut sit donum, sed etiam, ut sit Deus, ac diuina essentia.

In oppositum.

Augustꝰ.

¶Hinc Albertus hic mouet hanc quæstionem, an filius nascendo accepit, quòd sit Deus, & diuina essentia. Videtur, quòd non, quoniam quicquid filius est nascendo, hoc distinguit eum ab alijs diuinis personis, præsertim à patre gignente: sed esse Deum, ac diuinam essentiam, non distinguit eum a spirituſsancto, neque à patre, cum quælibet diuina persona sit Deus, & increata essentia. Ad quod respondet Albertus: Quidam concedunt simpliciter, q̃ filius nascendo accepit, & habet, quòd sit Deus, & diuina essentia, sicut Magister in litera dicit: quia in tali locutione ly nascendo non determinat nisi suppositum, & est sensus: filius qui nascendo est filius, accepit, q̃ sit Deus, &

Albertus.

Quæstio. 3

diuina essentia. Et addunt, quod gerundium illud nascendo, potest dicere causam respectu prædicati, & ita est falsa, quia natiuitas non attingit deitatem, ita ꝙ ipsa sit nata, ut patuit supra: uel potest notare concomitantiam, ut sit sensus, filius dum natus est, habet, ꝙ sit Deus, & diuinam essentiam habeat: sicq; asserunt, ꝙ sit uera illa locutio. Sed hoc non vī esse de intentione Magistri, qui ait in litera, ꝙ natiuitas præstet essentiam filio, quod vī innuere causam, seu rationem. Ad quod dicendum, ꝙ responsio illa supplenda est: quia cum gerundium dicat rōnem principij originalis, potest determinare compositionem verbi ex parte subiecti tantum, ut sit sensus: Filius nascendo, id est, qui nascendo est filius, accepit, quòd sit Deus, & diuina substantia. Potest quoq; determinatio referri ad compositionē, designando actum super prædicatum transeuntē, & ita est falsa. Sequeretur enim, ꝙ essentia esset aliquo modo nata. Simili modo distinguenda est hęc, spiritussanctus procedendo accepit non solum, ut sit donum, sed etiam, ut sit Deus, atque diuina essentia. Hæc Albertus.

Tho. aqu. ¶Porro ad quæstionem primo motam Thomas respōdet: Sicut in filio significatur proprietas eius per modum relationis, ut cum dicitur filiatio: & ꝙ modum emanationis, cum dicitur generatio passiuè. sic esset de spiritussancto, si nomina essent imposita: sed propter defectum nominum, eodem utimur nomine ad significandum emanationem spiritussancti, atq; ad designandum proprietatem, uel relationem ipsius, videlicet nomine processionis. Dico ergo, ꝙ processio potest dicere emanationem spiritussancti, uel relationem, seu proprietatem illius. Si dicat relationem, seu proprietatem, sic spiritussanctus proprietate sua loquēdo formaliter, est spiritussanctus, & donum, ac amor spiratus, non aūt Deus, neq; diuina essentia: sicut nec filius filiatione est Deus formaliter loquendo, sed filiatione est filius, & deitate Deus, & sapientia sapiens. Si aūt processio dicat emanationem, sic dici potest ꝙ spiritussanctus sua processione est Deus, ac donum, & amor: quemadmodum filius sua natiuitate est filius, & Deus, diuersimodè tamen: quoniam deitas se habet ad generationem solum, ut accepta per eam, filiatio autem ſm rōnem intelligē di est consequens gñationem. Simili modo conceditur, quòd filius nascendo accipit deitatem, nec solum ita, quod gerundium importet concomitantiam, sicut cum dicitur de homine currente, ille currendo est homo: sed etiam, vt importet principium, rationem, seu habitudinem acceptionis ad acceptum, vt sit sensus: filius nascēdo accepit deitatē, id est, per natiuitatem deitatem accepit, & similiter est de processione spiritussancti. Ex quibus patet obiectorum solutio. Hæc Thomas in Scripto.

Vdalricus. ¶Idem Vdalricus in Summa sua tertio libro, & addit: Secundum rationem intelligendi differentia est in eis, quoniam sicut in generatione filij, deitas tantum est per generationem accepta, ita & in processione spiritussancti, sed donum sequitur modū processionis. Cum enim procedat, ut amor, sequitur, ꝙ procedat, ut donabilis.

Petrus. ¶Porro Petrus compendiosè, & clarè hic loquitur: Dum quæritur, an eodem spiriritussanctus sit Deus, & donum, aut quęritur de idētitate rei. ficq; dicendum, quòd sic, quoniam in diuinis idem est essentia, atq; proprietas: aut quæritur de identitate ſm rōnem, & tunc ablatiuus ille eodem', construitur cum hoc uerbo sit: uel in ratione formæ, & ita spiritussanctus non eodem est Deus, & donum, quoniam deitate est Deus, & proprietate est donum: aut in ratione principij, ficq; eodem, id est, eadem processione est Deus, & donum: quia per illam processionem habet, & est, quicquid habet & est. Huius autem exemplum est, ut si quis dicatur pudore rubens, & rubore rubens. pudore namq; est rubens causaliter, rubore formaliter. Hæc Petrus.

Richard. Bonauēt. ¶Idem omnino Richardus. Bonauentura autē in dubitationibus circa literam, eadem scribit, quę iam ex Alberto, & Petro inducta sunt.

Dionysius Carthusi. ¶Postremò mihi apparet, quòd Magister in litera tam clarè, & magistraliter docet, qualiter præfatæ propositiones sint uerę, ut uix clariùs possit exponi. Nempe cum dicitur, filius nascendo non solum accepit, & habet, ut sit filius, sed etiam, ut sit Deus: sensus planè est iste, ꝙ per generationem accepit à patre uertam deitatis naturam, quàm sub ratione similitudinis accipiendo est, ac dicitur filius: atque ex directa, & naturali sequela consequitur, quòd sit verus Deus, ac diuina essentia, nō ꝙ deitas, aut diuina essenita sit directè terminus generationis, seu id, quod generatur: sed est quasi terminus, & ratio formalis, cur generari conuenit filio, & quia per generationem ei communicatur. Et idem dicendum de spiritusancto, quemadmodum, & Aegidius hic declarat.

A *Hic de æqualitate personarum.* Distinctio XIX.

Augustin. cap. 1. NVnc postquam coęternitatem trium personarum pro modulo facultatis nostræ insinuauimus, iam de earundem æqualitate aliquid eloqui superest. Fides enim catholica sicut coæternas, ita & coæquales tres personas asserit. Aequalis est enim in omnibus patri filius, & patri, & filio spiritussanctus. Quia ut ait Augustinus in libro de fide ad Petrum, breuiter aperiens quomodo intelligatur æqualitas docet: Nullus horum alium, aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio, nec spiritusancto, quantum ad naturæ diuinæ unitatem pertinet, aut anterior, aut maior est pater, nec filius spiritusancto. Aeternum quippe, & sine initio est, ꝙ filius de natura patris extitit: & æternum, ac sine initio est, ꝙ spiritussanctus de natura patris, filiisque procedit. Ob hoc ergo tres unum rectè credimus, & dicimus Deum, quia una prorsus æternitas, una immensitas, una naturaliter est trium personarum diuinitas. Ecce breuiter assignauit Augustinus, in quo trium personarum consistat æqualitas, scilicet quia alia aliam non excellit, aut æternitate, aut magnitudine, aut potestate.

Quod

B *Quod æternitas, & magnitudo, & potestas in Deo sunt unum, licet ponantur quasi diuersa.*

Cumq; enumerētur ista quasi diuersa: in Deo tamen unum, & idem sunt, scilicet essentia diuina simplex, & incommutabilis. Vnde Augustinus in septimo libro de Trinitate: Non alio magnus, alio Deus est: sed eo magnus, quo Deus: quia non est illi aliud magnum esse, aliud Deum esse. Eadem quippe eius magnitudo est, quę uirtus, & eadem essentia, quæ magnitudo. Pater ergo, & filius simul una essentia, & una magnitudo. Ita etiam & potentia Dei, & essentia diuina est. Vnde Augustinus in septimo libro confessionum: Voluntas, & potentia Dei, Deus ipse est. Aeternitas quoq; Dei, essentia diuina est. Quod Augustinus ostendit super illum locum Psalm. In generatione, & generationem anni tui: Est generatio generationum, quæ non transit, collecta de omnibus generationibus, id est, sancti. In illa erunt anni Dei, qui non transeunt, ideſt, æternitas Dei. Non enim sunt aliud anni Dei, aliud ipse: sed anni Dei, æternitas Dei est. Aeternitas uerò ipsa Dei substantia est, nihil habens mutabile. Incōcussè ergo teneamus, ꝙ unum, & idem est, scilicet essentia diuina, Dei æternitas, potentia, magnitudo: & tamen cōsueuit scriptura hæc, & his similia quasi distinctè ponere. In his ergo verbis trium personarum æqualitatem breuiter complexus est August. quia alius alium nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia superat. Quod autem æternitate aliqua trium psonarum aliā non excedat, supra ostensum est, vbi coæternitas trium personarum insinuata est.

Augustin. cap. 4. Augustin. super Psa. 101.

Quod æternitas Dei Deus est.

C *Hic de magnitudine, quòd ea aliqua personarum aliam non excedat.*

Nunc igitur superest ostendere, ꝙ magnitudine, vel potentia alius alium non excedat. & priùs de magnitudine videamus.

D *Quòd non est maior una persona alia, nec maius aliquid duæ quàm una, nec tres, vel duæ, quàm una.*

Sciendum est ergo, quia pater non est maior filio, nec pater, uel filius maior spiritusancto, nec maius aliquid duæ personæ simul sunt, q̄ una, nec tres simul magis aliquid, q̄ duæ, nec maior est essentia in tribus, quàm in duabus, nec in duabus, quàm in una: quia tota est in singulis. Vnde Ioannes Damascenus ait: Confitemur deitatis naturā omnē perfectè esse in singula suarum ὑποστάσεων, id est, personarum: omnem in patre, omnem in filio, omnem in spiritusancto. Ideoq; perfectus Deus pater, perfectus Deus filius, perfectus Deus spiritussanctus.

Damasce.

E *Quomodo dicitur esse Deus pater in filio, & filius in patre, & spiritussanctus in utroq;, & singulus in singulis.*

Et inde est, quòd pater dicitur esse in filio, & filius in patre, & spiritussanctus in utroque, & singulus in singulis. Vnde Augustinus in libro de fide ad Petrum: Propter unitatem naturalem totus pater in filio, & spiritusancto est, totus quoque spiritussanctus in patre, & filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est propter diuinæ naturæ unitatem. Ecce hic aperit aliquatenus, non enim plenè potest tantum ab homine referari arcanum, ex qua intelligentia dicatur singula personarum tota esse in alijs. Vnde etiam Hilarius ista interiùs perquirens, in libro quarto de Trinitate ait: Affert plerisque obscuritatem sermo domini, cum dicit: Ego in pater, & pater in me est. Nec immeritò. Natura enim intelligentiæ humanæ, rationem dicti huius non capit: nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit. Sed quod non intelligibile est homini, Deo possibile est. Cognoscendum itaque, atque intelligendum est, quid sit illud, Ego in pater, & pater in me est. Si tamen comprehendere hoc ita ut est ualebimus, ut quod natura rerum pati non posse æstimatur, id diuinæ ueritatis ratio consequatur. Patrem ergo in filio, & filium in patre esse, plenitudo in utroque diuinitatis perfecta est, quia plenitudo diuinitatis est in filio: quod in patre est, hoc, & in filio est: quod in ingenito est, hoc in genito: alter ab altero, & uterque unum. Is scilicet qui est, nihil habens, quod non sit, etiam in eo, a quo est: non duo unus, sed alius in alio, quia non aliud in vtroq;: ut unum sint in fide nostra uterq;, non unus: nec eundem utrunq;, nec aliud confitemur, quia Deum ex Deo natum: nec eundem natiuitatis, nec aliud esse permittit. Eandem ergo in utroq;, & uirtutis similitudinem, & deitatis plenitudinem cōfitemur, quia ueritas dicit: Ego in pr̄e, & pr̄ in me est. Omnia n. filius accepit a patre. nā si partem eiusdem, qui genuit accepit, neuter ergo per-

Aug. c 1. a

Hilarius.

Ioan. 14. b

Ioan. 14.

Ioan.14. go perfectus est. Deesset enim unde decessit, nec plenitudo in eo erit, qui ex portione constiterit. Neuter ergo perfectus est, si plenitudinem suam, & qui genuit amittit, nec qui natus est consequitur. Fateamur ergo, ꝙ pater est in filio, & filius in patre, & Deus in Deo, ut idem Hilarius in septimo lib. de Trin. non per duplicem conuenientium ge- ✦ insitam
nerum coniunctionem, per natiuitatem uiuentis ex uiuente natura: dum res non dif-
Hilarius. Hæc uerba diligenter attende. fert, dum naturam Dei non degenerat natiuitas, dum non aliud aliquid ex Deo, quàm Deus nascitur: dum nihil in his nouum est, nihil alienum, nihil separabile. Ecce, his verbis (prout humana permittit infirmitas) aperitur, ex quo sensu Christus dixerit se esse in patre, & patrem in se. Ex eodem etiam sensu intelligitur spiritussanctus esse in vtroque, & singula personarum in singulis: quia scilicet in singulis est eadem plenitudo diuinitatis, & uita similitudo naturæ, quia non est maior diuina natura in aliqua harum personarum, sed unius, & indifferentis naturæ sunt hæ tres personæ. Ideoque
Ioan.14. altera in altera esse dicitur, ut prædictum est. Vnde Ambrosius prædictorum verborum sententiam nobis aperiens, super epistolam secūdam ad Corinthios ait: Per hoc intelli-
Ambrosi. super epistolam alteram ad Corinth. c5. gitur pater esse in filio, & filius in patre; quia vna est eorum substantia. Ibi enim est vnitas, ubi nulla est diuersitas. Ecce tribus illustrium uirorum testimonijs, scilicet Augustini, Hilarij, atq; Ambrosij, in idem concurrentibus, reuelatione spiritussancti in eis loquentis, piè credere uolentibus ostenditur, tamen quasi per speculū, & in ænigmate: qualiter accipiendum sit, cum dicitur pater in filio esse, vel filius in patre, uel spiritussanctus in vtroque.

F *Ad id, quod cœperat redit, scilicet, vt ostendat, quòd magnitudine alius alium non superat.*

1.Cor.13.d Sed iam nunc ad propositum redeamus, cœptoq; insistamus, ostendentes, quòd magnitudine nulla trium personarum aliam superat: quia nulla maior alijs, nec maius aliquid sunt duæ, quàm vna, nec tres, quàm duæ, nec maior Deus, quàm singuli horum: quia singulus horum perfectus est, nec est quo crescat illa perfectio.

G *Quòd nulla personarum pars est in Trinitate.*

Nec est aliqua trium personarum, pars Dei, vel diuinæ essentiæ: quia singula harum verus, & plenus Deus est, & tota, & plena diuina essentia est: & ideo nulla istarum, in Trinitate pars est. Vnde Augustinus in lib. contra Maximinum hæreticum, sic ait: Putas Deum patrem cum filio, & spiritusancto vnum Deum esse non posse. times. n. ne pater sit pars vnius Dei qui constet ex tribus. Noli hoc timere. Nulla enim fit partium in deitatis vnitate diuisio: unus est Deus pater, & filius, & spiritussanctus, ideſt,
August. 1. 3. contra Maximinū episcopum Arrianorū cap. 10. ipsa Trinitas vnus est Deus. Ergo, inquis, Deus pater est pars Dei. Absit. Tres enim personæ sunt pater, & filius, & spiritussanctus. & hi tres, quia unius substantiæ sunt, unum sunt, & summæ vnum sunt: vbi nulla naturarum, nulla est diuersitas voluntatum. Si enim natura unum essent, & consensione vnum non essent, non summæ vnum essent. Si verò natura dispares essent, non summè vnum essent. Hi ergo tres, quia vnum sunt propter ineffabilem coniunctionem deitatis, qua ineffabiliter copulantur, unus Deus est. Pars ergo Trinitatis esse non potest, quicunque vnus est in tribus. In Trinitate ergo, quæ Deus est, & pater Deus est, & filius Deus est, & spiritussanctus Deus est: & simul hi tres vnus Deus. Nec huius Trinitatis tertia pars est vnus, nec maius aliquid duo, quàm vnus est ibi, nec maius aliquid sunt omnes, quàm singuli: quia spiritalis, non corporalis est magnitudo. Qui potest capere, capiat: qui autem non potest, credat: & oret, vt quod credit, intelligat, Verum est enim, quod per prophetam dicitur: Nisi crediderit is, non intelligetis. His verbis apertè ostendit indifferentem magnitudinem trium personarum. Item in eodem: Tu nempè dixisti unum
Matt.19.b Deum, non ex partibus esse compositum: & hoc de patre tantum uis intelligi. Ille, in-
Isai.7. b. iuxta 7c. August. vbi supra. quis, virtus est ingenita simplex. & tamen in hac simplici virtute multa videris commemorare, cum dicis: Deus Deum genuit, bonus bonum genuit, sapiens sapientem, clemens clementem, potens potentem. Nunquid ergo bonitas, & sapientia, & clementia, & potentia partes sunt vnius uirtutis, quam simplicem esse dixisti? Si dixeris, partes sunt: simplex ergo virtus ex partibus constat. Et simplex ista uirtus, te diffiniente, vnus est Deus: ergo Deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico, inquis, non sunt partes. Si ergo in una persona patris, & illa inuenis, quæ plura uidentur, & partes non inueneris, quia una uirtus simplex est: quanto magis pater, & filius, & spiritussanctus, & propter indiuiduam deitatem unus Deus est, & propter vniuscuiusque proprietatem tres personæ sunt, & propter singulorum perfectionem partes vnius Dei non sunt? Virtus est pater, uirtus est filius, uirtus est spiritussanctus. Hoc uerum dicis.

Sed

Sed quòd uirtutem de uirtute genitam, & virtutem de uirtute procedentem, non uis eandem habere naturam, hoc falsum dicis, hoc contra fidem rectam, & catholicam dicis. His verbis apertè docetur, quòd tres personæ illæ non sunt partes Dei, vel diuinæ essentiæ. Nullaq; illarum Trinitatis pars dicenda est, nec una maior alijs.

H *Cum dicimus tres personas esse vnam essentiam, nec vt genus de speciebus, nec vt speciem de indiuiduis prædicamus: quia non est essentia genus, & persona species: vel essentia species: & persona indiuiduum.*

Hic adijciendum est, quòd tanta est æqualitas trium personarum, atque indifferens magnitudo, quòd cum dicamus tres personas unam esse essentiam, vel substantiam, neque ut genus de speciebus, neque ut speciem de indiuiduis prædicamus. Non enim essentia diuina genus est, & tres personæ species: vel essentia diuina species, & tres personæ indiuidua. Quod Augustinus rationibus probabilibus, atq; irrefragabilibus aperte demonstrat in lib. septimo de Trinitate, dicens: Si essentia genus est: species autem persona, vt nonnulli sentiunt, oportet appellari tres substantias, vt appellantur tres personæ: sicut cum sit animal genus, & equus species: appellantur tres equi, ijdemq; tria animalia. Non enim ibi species pluraliter dicitur, & genus singulariter: vt si dicerētur, tres equi sunt unum animal: sed sicut tres equi speciali nomine, ita tria animalia nomine generali dicuntur. Cum ergo tres personas vnam fateamur esse essentiam, non tres esse essentias: cum tres equi tria animalia dicantur, non unum: patet nomine essentiæ non significari genus, nec nomine personæ speciem. August. cap. 6.

I *Hic probat Augustinus, quod non dicitur, vt species de indiuiduis.*

Si vero dicunt nomine personæ non speciem significari, sed aliquid singulare, atque indiuiduum: & nomine essentiæ speciem intelligi, ut persona non dicatur sicut homo, sed quomodo dicitur hic homo, uelut Abraam, Isacc, Iacob, vel quis alius, qui etiam digito præsens demonstrari possit: sic quoque illos eadem ratio confutabit. Sicut enim dicuntur Abraam, Isaac, Iacob, tria indiuidua, ita tres homines, & tria animalia. Cur ergo pater, & filius, & spiritussanctus, si secundum genus, & speciem, & indiuiduum ista differimus, non ita dicuntur tres essentiæ, ut tres personæ? Idem ubi supra.

K *Alio modo probat ibidem.*

Alio quoque modo idem probat Augustinus, scilicet, quòd essentia diuina non est genus, nec personæ species: uel essentia non est species, nec personæ indiuidua. Vna, inquit, essentia non habet species, sicut vnum animal non habet species. Pater ergo, & filius, & spiritussanctus, non sunt tres species unius essentiæ. Diuina ergo essentia genus non est, sed nec species est essentia diuina, & personæ indiuidua, sicut homo species est, indiuidua autem, Abraam, Isaac, & Iacob. Si enim essentia species est, ut homo, sicut non dicitur vnus homo esse Abraam, Isaac, & Iacob, ita non dicitur una essentia esse tres personæ. Non itaque secundum genus, & species. Idem ubi supra.

L *Nec secundum materialem causam dicuntur tres personæ vna essentia.*

Notandum etiam, quòd essentia diuina non est materia trium personarum, ut Augustin. in eodem libro docet, tanquam communem, eandemque materiam tres personæ dicantur esse una essentia, sicut ex eodem auro si fierent tres statuæ, diceremus tres statuas unum aurum. Non autem sic Trinitatem, ideſt, tres personas dicimus vnam essentiam, & Deum unum, tanquam ex vna materia tria quædam substant. In statuis enim æqualibus, plùs auri est tres simul, quàm singulæ, & minùs auri est vna, quàm duæ. In illa vero essentia Trinitatis, nullo modo est ita. Non ergo secundum materialem causam tres personas vnam dicimus esse substantiam, uel essentiam, sicut tres statuæ dicuntur vnum aurum. August. vbi supra.

M *Nec ita dicuntur tres personæ vna essentia, vt tres homines vna natura, vel vnius naturæ.*

His quoq; addendū est, ꝙ tres psonas non ita dicimus esse vnam essentiā (ut Aug. in eodem ait) vel vnius essentiæ, sicut dicimus aliquos tres homines eiusdē sexus, & eiusdē tēperationis corporis, eiusdemq; animi unā esse naturā, vel vnius naturæ. Nā in his rebus non tm̄ est unus hō, quantū tres hoīes simul, & plùs aliquid sunt hoīes duo, q̄ unus August. vbi supra.

homo.

homo,sicut in statuis esse diximus. At in Deo non est ita. Non.n.maior essentia est pater,& filius simul,q̃ solus pater, vel solus filius : sed tres simul illæ personæ æquales sunt singulis. Ex præmissis patet,q̃ tres personæ dicuntur diuina essentia: nec secundū materialem causam,vt tres statuæ vnum aurum:nec secundum complexionis similitudinem,vt tres homines vnius naturæ:nec vt genus prædicatur de speciebus,vel vt species de indiuiduis,id est,continens de contentis,maius de minoribus.

N *Quæ videntur aduersari prædictis.*

His autem videntur aduersari, quæ quidam sacræ scripturæ tractatores catholici in suis scriptis tradiderunt.In quibus significare videntur,q̃ essentia diuina sit quoddam cõe,& vniuersale velut species:tres uero personæ sunt tria particularia, tria indiuidua numero differentia. Vnde Ioannes Damascenus inter doctores Græcorum maximus, in lib.1.quem de Trinit.scripsit,quem,& Papa Eugenius transferri fecit, ait; Cõia, & vniuersalia prædicantur de subiectis sibiipsis particularibus. Cõe ergo substantia est, particulare vero hypostasis.i.persona. Particulare autem dr̃,non quod partem naturæ habet,sed particulare numero:vt atomus.i.indiuiduum.Numero.n.& non natura differre videntur hypostases. Item in eodem:Substantia significat cõem,& circũplectiuã speciem homoideõ (.i.similium specie) hypostaseon.i.personarum, vt puta Deus hõ. Hypostasis aũt indiuiduũ demonstrat,s.patrẽ,& filium,& spiritumsanctum, Petrum, Paulum,& hmõi.Ecce apertè dicit substantiam esse vniuersale, hypostasim vero particulare:& q̃ Deus est species,vt hõ,& q̃ pater,& filius,& spũssanctus sunt indiuidua, sicut Petrus,& Paulus,eo q̃ numero differunt. Quæ præmissę sententiæ. Augustini penitus contradicere videntur.Quid ergo dicemus ad hæc? Hoc vtiq; dicere possumus,atq; debemus,q̃ ea,quæ August.tradidit superiùs,sine omni hæsitatione tenenda sunt.

Damasce. in lib. de Trinitate.

Verba August. tenẽda.

O *Quod sanè possunt intelligi,quæ Ioannes dicit,& quomodo,ostendit.*

Hæc aũt,quæ dicuntur, licet in sermonis superficie aliquid à fide alienum resonare videantur,sanè tamen intelligi queunt:piumq; lectorẽ,atq; intellectorem plurimum efflagitant.in quorum explanatione mallem silens alios audire, q̃ loquendo maleuolis detrahendi occasionem præstare.Videtur tamen mihi ita posse accipi,cum ait: Substantia est cõe,& hypostasis est particulare:Non ita hæc accepit cum de Deo dicantur, vt accipiuntur in philosophica disciplina:sed per similitudinem eorum,quæ a philosophis dicunt̃,locutus est:ut sicut ibi commune, vel vniuersale dr̃, quod prædicatur de pluribus,particulare vero,uel indiuiduum,quod de vno solo:ita hic essentia diuina dicta est vniuersale,q̃a de oĩbus personis simul,& de singulis separatim dr̃:particulare verò singula,quælibet personarum,quia nec de alijs communiter,nec de aliqua aliarum singulariter p̃dicatur:Propter similitudinẽ ergo p̃dicationis,substantiã Dei dixit vle: & p̃sonas,particularia,uel indiuidua.Propter hoc idem ẽt eandem diuinam essentiã dixit esse speciẽ cõem,& circũplectiuã similiũ specie p̃sonarũ : quia sicut hæc species hõ de suis p̃dicatur indiuiduis,velut de Petro,& Paulo,& de alijs,nec ista specie differunt, sed q̃ueniunt per oĩa:ita Deus de tribus prædicatur̃ personis,quæ in diuinitate non differunt,sed per oĩa conueniunt.Hac ergo similitudinem inter res sempiternas, & res tẽporales p̃pendens Ioannes,vniuersalitatis,& particularitatis noĩa, quæ rebus tpalibus ppriè conueniũt,ad res æternas trãstulit.August.uerò maiorẽ videns dissimilitudinẽ,q̃ similitudinẽ inter res prædictas,ab excellentia Trinitatis prædicta noĩa remouit.

Ex quo intellectu dixerit, q̃ substantia Dei sit species, vel vniuersale,& persona indiuidua.

P *Ex quo sensu dixerit personas differre numero.*

Quòd autem Iohannes dicit hypostases differre numero, non natura: in eo q̃ non differre natura ait, uerissimè, & sine vllo scrupulo loquitur. Quòd vero dicit differre numero, cauendum est,quomodo intelligatur. Diuersis enim modis dicuntur aliqua differre numero.

Q *Quibus modis dicantur differre numero, & secundum quem modum possit conuenire personis.*

Dicũtur.n.aliqua differre numero,q̃n ita differut,vt hoc nõ sit illud,nec aliq̃d,q̃ illud est,uel ipso est:qualiter differunt Socrates,& Plato,& hmõi,quę apud philosophos dicunt̃ indiuidua,uel particularia. Iuxta quẽ modum nõ possunt dici tres p̃sonæ differre numero.Dicuntur quoq; differre numero, q̃ in numeratione siue cõputatione non sibi adiunguntur,sed a seinuicẽ discernuntur,ut cum de aliquibus rebus loquentes, dicimus: vna,duæ,tres.Et ſm hunc modum forte dixit Ioãnes hypostases.i.p̃sonas,differre numero. Possumus.n.dicere,pr̃ est vnus:&, Pr̃,& filius sunt duo:&, Pr̃ & filius, & spiritussanctus sunt tres. Et item, hæc persona est vna : &, hæc, & illa sunt duæ: &, hæc,

hæc,& illa,& alia sunt tres. Conuenientiùs tamen tresillæ personæ proprietatibus tantum distingui dicuntur,de quarum distinctione secundum proprietates in sequenti tractabitur.Nunc verò ad inceptum redeamus, quæ dicta sunt repetentes, ut sæpiùs versando,familiariùs innotescant.

R *Quòd vna persona non est maior alia,nec tres simul quàm vna, & hoc ratione ostendit catholica.*

Sciendum est ergo,tantam æqualitatem esse in Trinitate,ut ait Augu.in octauo lib. de Trin.ut non solum pater non sit maior, q̃ filius, sed nec pater, & filius simul maius aliquid sunt,q̃ spiritussanctus,aut quælibet persona minus aliquid sit, q̃ ipsa Trinitas. Quòd autem ita sit,aliquo modo si fieri potest,demonstrandum est. Quantum ergo ipse creator adiuuat,attendamus (inquit Augustinus in eodem) quomodo in hac Trinitate duæ,uel tres personæ non sunt maius aliquid,quàm vna earum.

Augustin. prologo.

S *Ratione vtitur subtilissima,ad ostendendum, quòd ita sit.*

Quod ibi magnum dicitur,aliunde magnum non est,quàm eo,quo verè est:quia ibi magnitudo ipsa veritas est,& ueritas essentia. Non ergo ibi maius est,quod veriùs non est. Non autem veriùs est pater,& filius simul,quàm pater solus,vel filius.Nõ ergo maius est aliquid vterque simul,quàm singulis eorum. Et quia æquè verè est etiam spiritussanctus,ideo pater,& filius simul non sunt aliquid maius,quàm ipse,quia nec ueriùs sunt.Item in essentia veritatis hoc est verum esse,quod est esse: & hoc est esse ,quod est magnum esse. Hoc est ergo magnum esse,quod uerum esse.Quod igitur ibi æquè verũ est,& æquè magnum est. Quod ergo ibi plùs ueritatis non habet,non plùs habet magnitudinis. Plùs aũt ueritatis non habet,quod veriùs non est.Non est aũt veriùs una persona,q̃ alia,uel duæ,quàm una,vel tres simul,quàm singula. Non ergo plùs ueritatis habet,quàm alia,uel duæ, quàm una,uel tres simul,quàm singula. Sic ergo, & ipsa Trinitas non est maius aliquid,quàm vnaquæque ibi persona,sed tam magnum , quàm singula. Non enim ibi maior est,quæ verior non est,ubi ipsa ueritas est magnitudo . Ecce modo conuenienti,& ratione catholica ostensum est,quomodo indifferens sit magnitudo trium personarum : quia nec una maior est alia , nec duæ maius aliquid , quàm una,nec tres simul maius aliquid,quàm singula.

Augu. ubi supra. c.1.

Iterũ aliter ibi probat.

T *Quòd Deus non est dicendus triplex , sed trinus.*

Præterea cum Deus dicatur trinus, non tamen debet dici triplex . Ibi enim non est triplicitas,ubi summa est vnitas,& indifferentis æqualitas. Vnde Augustinus in libro sexto de Trinit.ait:Non quoniam Deus Trinitas est,ideo triplex putãdus est : alioquin minor esset pater solus,uel filius,quàm simul pater,& filius. Cum ita quòd tãtus est pater solus,vel filius solus,uel solus spiritussanctus,quatenus est simul pater,& filius,& spiritussanctus,nullo modo triplex dicendus est Deus. Non enim pater cum filio,& spiritusancto maior Deus est,quàm singuli eorum,quia nõ est quo crescat illa perfectio. Perfectus autem est pater,& filius, & spiritussanctus, & perfectus dicitur Deus singulus eorum.Et ideo Trinitas potiùs,quàm triplex dici debet.

Aug. c.7.

V *Quòd non est ita in rebus corporeis , vt in Trinitate.*

In rebus corporeis non tantum est una quantum tres simul, & plùs sunt duæ , quàm una res.In Trinitate vero summa,tantum est vna persona quantum tres simul, & tantum sunt duæ quantum vna : & in se infinitæ sunt,quia non est finis magnitudinis earum. Ac per hoc aperitur,quod superiùs dictum est,quomodo singula sunt in singulis, & omnia in singulis , & singula in omnibus,& omnia in omnibus: & vnum in omnibus est,& unum in omnia. Ecce iam ostendimus sufficienter,qualiter in Trinitate aliqua persona aliam non superet magnitudine.

Psal.144.

Summa di. sanct. 19.

HIc declaratur, q̃ tres superglorioſæ personæ sunt omnifariè coæquales, sicut, & coęternę docetur quoq; in ista distinctione, in quibus æqualitas personarum cõsistat, & qualiter singulæ supersublimes personæ existant in singulis,atq; ad demonstrandum æqualitatem earum aliquid tangit de ipsarum simplicitate. quo circa probat,q̃ in diuinis non sit totum vniuersale,nec totum integrale,nec aliquid materiale.Hæc est distinctionis huius materia.

QVAESTIO I.

CIrca quam quæritur primo, *An diuinæ,& superbenedictæ personæ sint sibi inuicem coæquales, & in quibus hæc ipsa consistat æqualitas.* ¶Videtur, quòd non sint sibi adinuicem coæquales. Primo, quia æqualitas consequitur quantitatem,quantitas vero materiam,ut 5. Metaphyficæ dicitur. sed in super simplicissima Trinitate non est quãtitas neq; materia,ergo neq; æqualitas. ¶Ad idem possent rationes multæ induci, quæ præhabitæ sunt supra in quæstio-

Arguitur 1. contra veritatẽ.

Aristote.

2

quæstionibus quibusdam, quibus argumentum est ꝙ pater, si dignior, maior, & aliquo modo prior filio: quoniam dedit ei esse, & potestatem, nec quicquam habet filius nisi à patre. sicq; pater se habere videtur ad filium, sicut agens ad actum, & passum, & sicut priùs ad posterius. ¶Rursus vbi æqualitas, ibi commensuratio, ergo & mensura. sed diuinæ personæ sunt infinitæ, ergo incommensuratæ.

In oppositum. ¶In contrarium est auctoritas fidei, & illud in symbolo: Totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.

Thomas. ¶Ad hoc Thomas respondet Sicut 5. Metaphysicæ ait philosophus, Vnum in substantia facit idem, in quantitate æquale, in qualitate simile. quàmuis autem in diuinis non sit quantitas, aut qualitas secundum communem generis rationem, sunt tamẽ ibi aliquæ species qualitatis secundum proprias rationes; quantum ad differentias constitutiuas. similiter aliquæ species quantitatis secundum id, quod est proprium eis, vt magnitudo, duratio, propter, quæ ponitur in diuinis æqualitas, & similitudo. Quemadmodum autem ea, quæ significantur per modũ qualitatis, vt sapiẽtia, iustitia, non sunt aliud à diuina essentia, sic similitudo, & identitas in diuinis differunt solum secundum rationem: & idem dicendum de æqualitate. hinc similitudo, & æqualitas diuersimodè sunt in diuinis personis, & in rebus creatis. In creaturis namque æqualibus non est eadem quantitas secundum essentiam, sed solum secundum commẽsurationem: & similiter vna qualitas specie, non numero: quia in eis est aliud qualitas, quàm essentia, quæ essentia respicit esse tãquam proprium actum. qualitas autem, & quantitas non dicuntur per respectum ad esse, sed dicunt solum alicuius generis quidditatem. propter, quod dici potest vna quantitas, vbi non est vnum esse: sed nõ potest absolutè dici vna essentia, nisi vbi est vnum esse. & hoc est, vbi est vna numero essentia. Hinc ad rationem æqualitatis, vnitas secundum numerum non requiritur, sed ad identitatem exigitur vnitas secundum numerum. Porro in diuinis personis magnitudo, & sapientia idem sunt, quod natura. vnde æqualitas personarum attenditur secundum eandem numero magnitudinem, & sapientiam. Itaque cum identitas dicat vnitatem in essentia secundum numerum, filius non potest dici idem patri. sumendo ly idem masculinè, sed neutraliter tantum. æqualitas vero, & similitudo, quæ important vnitatem quantitatis, vel æqualitatis, non secundum essentiam, vel esse, quantum est de earum significatione, non important vnitatem quantitatis, vel qualitatis in numero: sed sufficit, ꝙ sit vnum, seu idem in specie. ideò dicimus filium patri similem, vel æqualem, non tamen eundem. idcirco Magister determinat de æqualitate magis, quàm de identitate, quoniam in identitate importatur tantum vnitas essentiæ: nec etiam secundum quemlibet modum conuenit diuinis personis, quia non masculine, sed in æqualitate diuina importatur vtrunque, videlicet vnitas essentiæ per modum quantitatis significatæ, & personarum distinctio. Denique quamuis etiam in similitudine in diuinis importetur horum vtrunque, quia nil dicitur simile sibijpsi: tamen æqualitas supra similitudinẽ aliquid addit, & eam includit, cum dicitur de diuinis personis. Cum etenim in diuinis non sit nisi quantitas virtutis, quę fundatur in qualitate, in vnitate talis quantitatis ponitur vnitas qualitatis, & priuatiõnis excessus. Vnde quæcũq; æqualia sunt in colore, sũt & similia, sed nõ cõ

Æqualitas, & similitudo aliter conuenit Deo, ꝙ creaturis.

uertitur. Hinc conuenientia ista in diuinis, in essentialibus potius appellatur æqualitas, ꝙ similitudo. Est quoq; in diuinis personis mutua æqualitas, similitudoq; mutua, cum in vnaquaq; earum sit perfecta magnitudo, bonitas, & sapientia. cum enim æqualitas fundetur in vnitate quantitatis, & similitudo in vnitate qualitatis, idẽ est aliquid esse æquale alteri, quod habere, quantitatem, seu magnitudinem eius: & idem est esse simile alteri, quod habere qualitatem ipsius: & quando quantitas, seu qualitas est in vtroq; perfecta, utrunque dicitur alteri simile, aut æquale: quandoq; autem quantitas in vno est plenè, & propriè, in alio autem imperfectè, & imitatiuè. & tunc qualitas illa non dicitur vtriusq;, sed eius, qui habet eam perfectè. & quod habet eã imperfectè, dicitur simile habenti eam perfectè, nõ ècontrario: sicut pictura, imago vel hominis dicitur similis homini, non econtra. Assimilari verò, supra id, quod est similem esse, dicit quẽdam motum, atque accessum ad veritatem qualitatis, & similiter adæquari, ad quantitatem. In diuinis autem personis non est motus, sed loco motus, est ibi acceptio, qua vna persona ab alia accipit esse. Vnde nõ est ibi assimilatio, nec adæquatio, nisi ratione acceptionis. propterea persona accipiens potest dici assimilari, & adæquari personæ diuinæ, à qua accipit, non econtra. Hinc inter personas est mutua similitudo, atque æqualitas, non mutua assimilatio, nec adæquatio. Si autem obijciatur, quia nono de diuinis nominibus ca. S. Dionysius ait: In causis, & causatis, non recipimus conuersionem similitudinis, & qualitatis. nam quamuis creatura dicitur similis creatori, non tamen econtra. quamuis autem in diuinis personis, non sint causa, & causatum, est tamen ibi principium, & quod est à principio. quamuis ergo filius est patri similis, & æqualis, non tamen econtra. ¶Dicendum, quod beatus Dionysius loquitur de creatis, & causatis, quæ non recipiunt perfectè similitudinem, suæ causæ. Hæc Thomas in Scripto.

Obiectio. S. Dion.

Dilutio.

¶At verò in prima parte Summæ quæstione 42. conscribit: Secundum philosophum 18. Metaphysicæ. Aequale dicitur per negationem maioris, & minoris, in diuinis autem personis non est gradus maioritatis, aut minoritatis, ideo sunt æquales.

ar. 1.

Obiectio. ¶Sed obijci potest, quia nulla relatio est communis tribus personis, æqualitas autem relatio quædam est, non est ergo æqualitas eis conueniens.

Dilutio. ¶Respondendum, ꝙ in diuinis personis nihil consideratur nisi essentia, in qua communicant, & relationes, in quibus distinguuntur: æqualitas aũt utrũque importat, videlicet distinctionẽ personarum, cum nihil sit sibijpsi æquale: & unitatem essentiæ, quia ex hoc personæ inuicem sunt æquales, quia vnius magnitudinis sunt, atq; essentiæ. Idem autem non refertur ad seipsum reali relatione. Hinc æqualitas, & similitudo in diuinis personis, non est aliqua realis relatio distincta è relationibus personalibus, sed in suo intellectu includit tam relationes distinguentes personas, quàm essentiæ veritatem, vt infra patebit. Hæc Thomas in Summa.

Bonanen. ¶Circa hæc Bonauentura: Aequale, inqt, & inæquale est ꝓpria passio, seu proprietas consequens, quãtitatem. quãtitas verò dupliciter dr, s. quantitas molis, & translatiuè quãtitas virtutis. æqualitas ergo utranq; consequitur quantitatem. Cũq; quantitas ista virtutis, id est, perfectionis, sit maximè in diuinis, non enim repugnat, sed consonat simplicitati, idcirco ſm eam est æqualitas in personis. Est quoq;

in

in eis summa æqualitas, quod Augustinus ostendit, remouendo à personis omnem inæqualitatem cum ait: Nulla personarum præcedit aliam æternitate, nec excedit magnitudine, nec superat potestate.

Augustin. Æqualitas in diuinis inductione ostẽditur.

Quartum sufficientia sic accipi potest: Res considerari potest tripliciter. Primò, in comparatione ad suam originem, & sic vnum maius est altero, quando origo eius præcedit: contra hoc ascribitur personis coæternitas. Secundò, in seipsa, & sic aliquid dicitur maius, quia maioris est extẽsionis, aut maioris valoris: quo contra ad scribitur æqualitas magnitudinis, quæ attenditur non tantum quantum ad locum, sed etiam quo ad sapientiam, & bonitatem, & ad omne, quo aliquid dicitur alio maius, aut melius. Tertiò, per comparationem ad suum effectum, sicq; dicitur maius, quia potentius: contra quod attribuitur personis æqualitas potestatis. præterea aduertendum, ꝙ dupliciter contingit loqui de æqualitate. primò, prout dicit respectum æquiparatiæ. Secundò, prout vltra respectum concernit actum coęquationis. primo modo est in diuinis æqualitas cum conuersione, seu reciprocatione, non autem secundo modo. non enim pater coæquatur filio, quia non imitatur filium, sed econtra. & est simile si dicatur, hoc cum illo. Quod intelligi potest dupliciter. primò, vt dicat duorum coniunctionem, sicq; recipit reciprocationem: quia si hoc vadit cum illo, sequitur, quòd illud vadat cum hoc. Secundò, vt dicat associationem, & ita in associante notat quandam subauctoritatem, & sic dicitur, quòd miles vadit cum rege, nõ econtrario: quia miles associat regem, & non econtra. Hinc innotescit quomodo verificetur, quod ait Chrysostomus super illud ad Hebræos, Qui cum sit splendor gloriæ: Filius, inquit, est æqualis patri, non pater filio. & quod ait Hilarius, Imago si perfectè implet id cuius est imago, coæquatur ei, non illud imagini. Idem dicendum ad verba Augustini, qui ait, In patre vnitas, in filio æqualitas. Hæc Bonauentura.

Æqualitas. ęquiparãtiæ, & coęquationis.

Chrysost. Hebræ. 1. Hilarius.

Augus.

¶Ex quibus pater trium solutio quæstionum. prima est, an in diuinis sit æqualitas: secunda, an sit ibi summa æqualitas: tertia, an sit ibi æqualitas cum reciprocatione.

Petrus. ¶Petrus quoque his consonans: Aequalitas, inquit, attenditur penes vnum in quãtitate, quod potest esse dupliciter. primò penes simpliciter, & inuisibiliter vnum, secũdò penes vnum secundũ, quid seu proportionabiliter. Primo modo attenditur æqualitas ista in Deo, secundo modo in creaturis. Cum ergo in Deo sit summè vnum, & id, quod in ipso accipitur per modum quãtitatis, sit virtus, seu diuina perfectio, quæ est omnino vna in singulis indiuisibiliter, & perfectè, patet, ꝙ in ipso sit summa æqualitas, siquidem id, in quo cõsistit æqualitas, est æqualiter in qualibet persona, atque æquale personæ cuilibet: qualibet quoque persona est illi æqualis, & cuilibet vteri personæ, & oĩbus alijs simul.

Obiectio. ¶Si autem obijciatur, quòd summa æqualitas exigit similitudinem actionis, cum ergo spiritus sanctus non producat personam ad intra, non videtur prorsus æqualis patri, ac filio.

Dilutio'. ¶Respondetur quòd diuina perfectio est in qualibet persona secundum proprietatem personę. ideò non oportet, quòd in qualibet persona habeat actum eundem ad intra, nec est ex impotentia spiritus sancti, quòd non producit interius, sicut ostensum est, & infra dicetur. Nam, & anima est in qualibet corporis parte, non tamen actũ habet eũdem in eis. Hæc Petrus.

Æqualitas in diuinis identitatẽ actionum ad intra non requirit.

¶Præterea Richardus prædictis cõcordans, quæritan in tribus personis sit æqualitas vna, & eadem numero. Respondet, ꝙ imò, quoniam proximum fundamentum huius æqualitatis, est virtus diuina, quæ in tribus supersanctis, super reuerendissimisq; personis est numero vna. Veruntamen istud verũ, videtur, quantum ad hoc, quod æqualitas includit vnitatem essentię, sed prout includit personales relationes, non ita apparet, cum nulla personalis relatio sit tribus personis communis.

Richard.

Quæstio.

¶Amplius Alexander quærit, an æquale, & simile, æqualitas, & similitudo dicantur in diuinis secundum substantiam an relatiuè. Videtur, ꝙ secundum substantiam, quia secũdum Lombardum 31. distinctione, similitudo est indifferens essentiæ. Deinde respondet, Circa hoc est triplex opinio. una, quòd æqualis, & similis solum remotiuè accipiuntur in Deo, ut cũ dicitur, pater, & filius sunt æquales, & similes, sensus sit, quòd non sunt inæquales, neque dissimiles. Huius opinionis videtur fuisse Lõbardus, quia in primo Sententiarum ait, Similitudo est indifferens substantia: & in secundo quasi hoc corrigens dixit, Similitudo est indifferentia. quasi diceret, pater & filius sunt similes, quia nõ sunt differentes. Sed contra, quia in præfatione habetur, & in maiestate adoretur æqualitas. si ergo æqualitas est adoranda, aliquid ponit. Item Henricus negans hanc, pater, & filius sunt æquales, aliquid remouet. ergo catholicus dicens, pater, & filius sunt æquales, aliquid ponit. ¶Secunda opinio est, quòd sunt quædam relationes essentiales, ut similis, & æqualis: aliquæ personales, ut pater, & filius. Sed contra, æqualis, & similis, aut dicunt essentiam, aut relationem. si essentiam, ergo essentia dicitur relatiuè: si relationem, ergo non conuenit tribus personis. ¶Tertia ergo positio est, quòd partim essentialiter, & partim relatiuè dicuntur, ita quòd nec sunt purè essentialia, nec purè relatiua. Diuina nanque essentia interdũ significatur vt substantia, quandoque ut quantitas, qnandoq; ut qualitas, aliquando ut relatio. Dum enim significatur absolutè, significatur, ut substantia, quantitas, seu qualitas. potest quoque significari ut in tribus personis communis illis, sicq; significatur vt relatio, ut cum dicitur, similitudo, æqualitas: quæ nomina principaliter dẽsignant diuinam essentiam, sed distinctionem connotant personarum. nempè æqualitas in diuinis est aliquorum distinctorum in vno communi essentiali conuenientia indifferens. Veruntamen nomina ista æqualis, & similis, æqualitas, & similitudo, differenter significant: quia æqualis, & similis in intellectu suo includunt relationem in recto, essentiam in obliquo, æqualitas verò, & similitudo ècontrario. ideò æqualis, & similis plus relatiuè dicuntur, æqualitas verò, & similitudo plus essentialiter. omnia tamen partim essentialiter, & partim relatiuè dicuntur.

Alexand.

Quæstio.

Lombar.

¶Insuper ad quæstionem prætactam, an diuinæ, personæ æquales, & similes sibijnuicem, queant dici cum reciprocatione, Alexãder respondet: Aequalis, & similis multipliciter capiuntur. quandoque, enim dicunt unitatem naturę cum differentia personarum solum modo. sicque dicuntur de qualibet trium personarum respectu alterius, cum conuersione. Secundò, ultra vnitatem naturæ, & pluralitatem personarum important respectum ad aliquid priùs secundum rationem intelligendi, secundum quod filius dicitur similitudo patris, atque imago. sicque dicetur similis à similitudine, &

Alexãder.

Aequalis, & similis multipliciter dicuntur.

æqua-

æqualis ab imagine: & sic filius est patri similis, & æqualis, non econtrario: quia secundum hunc modum similis, & æqualis dicuntur esse ab alio, pater autem à nullo est. Hæc Alexander.

¶ Insuper Alexander quærit de istis nominibus, talis, qualis, quæ aliquando dicuntur in respectu creatoris ad creaturam, aliquando in respectu personæ ad personam. Quæritur ergo, an ista sit concedenda, Qualis est Deus, talis est Petrus. Videtur, ꝙ sic, quoniam Deus est iustus, & Petrus est iustus: ergo qualis Deus, talis & Petrus. Solutio secundum Præpositiuum: Propositio illa est vera, quoniã æquipollet huic, Petrus est similis Deo, quoniam particeps est bonitatis, atque iustitiæ Dei. Si rursus quæratur, quid nomina ista, talis qualis significent, eum dicitur, Qualis est Deus, talis est Petrus: respondet Præpositiuus, ꝙ qualis ibi designet diuinam naturam, & etiam talis, attameu differenter. nam qualis ibi diuinam naturam significat secundum quod ipsa est Deus, talis vero eandem significat secundũ quod Petrus est princeps eius. Aliter dici potest, videlicet, quòd qualis ibi designet diuinam naturam vt qualitatem exemplarem: hoc est, vt sapientiam, iustitiam, bonitatem: talis vero formam significat exemplatam in Petro, quæ est qualitas, scilicet iustitia, aut sapientia. Qualis itaque non significat qualitatem in Deo, sed per modum qualitatis. Deinde quæritur, quid designent talis, & qualis, cum dicitur: Qualis, pater, talis filius, talis spiritussanctus. Ad quod aliqui dicunt, ꝙ significant effectus operum diuinorum circa creaturas, vt sit sensus: Qualis est effectus patris erga creaturas, talis est effectus filij. Sed non videtur hoc bene expositum, quia in symbolo post verba illa mox subditur: Increatus pater, increatus filius, &c. in quibus verbis non est mentio de effectibus Dei. Item secundum hoc non fuisset ab æterno, talis pater, qualis filius.

Quæstio.

Præpositiuus.

Qualis pater, talis filius, &c. quomodo intelligitur.

¶ Ad quod dicendum, ꝙ sicút alibi dici solet, nominales demõstrationes aliud demõstrant, aliudq; appellant. & ita hoc nomen talis demonstrat filium, sed appellat patrem. diuinam tamen naturam significat, nec supponit pro filio, sed pro patre. Hęc Alexander.

Albertus.

Concordat præinductis Albertus, inter cætera loquens: Nomina ista æqualis, similis, similitudo, æqualitas, in suo intellectu claudunt duo, videlicet distinctas personas, & vnitatem essentiæ: sed concretiuè accepta significant personas in recto, & essentiam in obliquo: obstractiuè vero sumpta, significant econuerso. Alia multa hic scribit, quæ sententialiter sunt inducta.

Vdalricus

¶ Vdalricus etiam his concordans in Summa sua 3. libro. Aequalitas, inquit, diuina secundum, quod dicit relationem rationis tantum, vocatus, qua idem sibijpsi æquale est, secundum quod semper in eadem permanet quantitate. sed est insuper æqualitas propriè dicta diuinarum personarum adinuicem, quæ implicat realem relationem vnius personæ ad aliam: quia æqualitas est vnum nominum diuinorum implicitam relationem habentium, quæ logici vocant relatiua intrinsecus, quoniam claudunt in se ea, ad quæ referuntur: quod verum est, quando nomen æqualitatis sumitur in plurali, vt cum dico, Isti sunt æquales: cum vero in singulari accipitur, tunc est relatiuum extrinsecus, & exigit determinationem extra, vt cum dicitur, filius est æqualis: quia addere tunc oportet, patri. Et idem dicendum de simili. In Deo autẽ est quãtitas virtutis, prout virtus nõ solum dicit operatiuã potentiam, quæ tanto dicitur maior, quo potest in plura & difficiliora: sed etiam virtutem essendi, secundum quod ait philosophus primo cæli, ꝙ aliqua habent virtutem, ut semper sint, & hæc virtus est ipsa æternitas. Tertiò, designat virtutem ambiendi, continendiq; omnia, quæ virtus est immensitas Dei, quà ipse ubique, & in omnibus existens, manet in seipso incircunscriptibilis, incomprehensibilis, ac omnibus superexcentus. Quartò, virtus dicitur vltimum potentiæ, perfectionisq; rei, id est, quòd res in vltimo, seu in summo habet, & omne in quod potest esse suæ perfectionis, tam in nobilitate, & perfectione naturæ, quàm in omnibus consequentibus naturam. Quemadmodum enim primò cæli, ait philosophus, ꝙ virtus est vltimum de potentia, sic & septimo Physicorum testatur, quòd virtus, quædam perfectio est. vnumquodque enim tunc maximè est perfectum, cum attingit propriam virtutem, seu maximum, in quod potest, atque extremum suæ perfectionis. Aequalitas ergo diuinarum personarum, est unitas quantitatis virtutis secũdum omnes hos modos: idęò dicit personarum æquipollentiam, & cœternitatem, & æquiparantiam immensitatis, æquipollentiamq; perfectionis, in qua dignitas, atque nobilitas Dei consistit. Denique diuinarum personarum est vna numero quantitas virtualis, quæ est ipsa diuina essentia. Hinc in diuinis realiter idem est æqualitas, & identitas neutraliter dicta, & includit ipsam, inquãtum dicit perfectionem naturę. Includit quoque similitudinem, inquantum similitudo dicit perfectionem consequentium naturam, quæ se habent per modũ qualitatis, ut sapientia, iustitia, pietas. hinc cõstat quòd æqualitas, similitudo, identitas, aliquid ponunt in Deo, nec in sola priuatione consistunt, cum & vnitas virtutis super quam fundantur, sit aliquid positiuum. Nec obstat quod ait philosophus, quòd æquale opponitur priuatiuè magno, & paruo, quẽadmodum vnum multo. hoc, namque intelligitur de æqualitate penes id, quod accidit ei, secundum quod est principium in genere proportionum, sicut vnum in genere numerorum. Vnde & alia, quæ prima principia sunt, per negationem diffiniuntur. sic & nos diffinimus æquale, dicendo illud esse æquale, quod nec maius, nec minus est. Ratione quoque huius negationis consequentis, opponitur priuatiuè magno, & paruo, quam tamen negationem necesse est fundari super affirmationem. ideò adhuc redit, quod æqualitas affirmatiuè, aliquid dicit. Hæc Vdalricus.

Quantitas virtutis quomodo nisit Deo.

Aristotel.

Aristotel.

Obiectio excludit.

Dionysi⁹.

¶ Qui his verbis aliqua addit, quæ non videntur benè sonare: In diuinis, inquiens, æqualitas dicit relationem rationis tantum, fundatam super indifferentem essentiam in tribus personis existentem non ut essentia est, sed ut quantitas virtualis. si enim diceret relationem realem, plures relationes, quàm quatuor essent in diuinis, essetque ibi realis relatio præter relationes originis. Et quia æqualitas, nil addit supra essentiam, quidam dixerunt nomine æqualitatis nihil poni in diuinis, sed tantum remoueri maius, & minus. Eadem ratio est de eodem, & simili. Hæc verba præhabitis verbis Alberti, Thomæ, & aliorum, extant contraria, imò & verbis ipsius Vdalrici prætactis, quibus ait: Est insuper æqualitas diuinarum personarum adinuicem, quæ implicant realem relationem vnius personæ ad aliam. Ideò verba illa Vdalrici non sunt accipienda, ut sonant, præsertim cum ipsemet protinus addat eisdem: Præter has relationes rationis,

tionis, important etiam nomina illa æqualis, & similis, personales relationes, & indeterminatas tantũ, & cũ hoc designant diuinam essentiam. Cum enim æqualitas sit rerum differentium eadem quantitas, & similitudo sit rerum differentium eadẽ qualitas, res illæ in diuinis sunt personæ. distinctio autẽ quæ est in Deo loco differentię, importat relationes distinctiones in communi, non determinando hanc aut illã. porro unitas quantitatis dicit unam diuinam essentiam, prout ipsa est quantitas uirtualis. similiter unitas qualitatis dicit unam diuinam essentiam, prout ipsa significatur nomibus significãtibus secundum suam rationem, consequentia substantiam: ut sunt, bonitas, sapientia, scientia, atq; huiusmodi. Vnde constat, quòd nomina æqualis, & similis, important hæc omnia. Hęc Vdalricus.

Alexãder.

¶ Ex quibus innotescit, quòd nõ intendit absolutè negare, quòd nomina ista dicant realẽ relationẽ in Deo, sed quòd non dicant realẽ relationẽ distinctam, & aliam à relatione personali reali, ita, quòd relatio, quã præter illã important, sit relatio rõnis duntaxat. ¶ Hoc quoq; persandũ, quia vt Alexander testatur, dum æqualitas, & similitudo diffiniũtur, sicut modo expressum est, non est prædicatio formalis, & propria, nec diffinitio per essentiam, sed per causam, uel quasi per causam, æqualitas namque non est quantitas ipsa, nec similitudo est qualitas, sed quantitas est fundamentum, & causa, seu ratio æqualitatis, similiter, similitudo non est essentialiter, & propriè qualitas, sed qualitas est fundamentum, causa, seu ratio similitudinis. Et quamuis in diuinis realiter idem, magnitudo, & æqualitas, sapientia quoque, & similitudo: tamẽ secundum modum, & rationem intelligendi, magnitudo est fundamentum, & ratio, seu quasi causa æqualitatis: & sapientia, ac similes proprietates, sunt ratio similitudinis: tamen hæc omnia sunt diuina essentia. Itaq; ualet, si taliter arguatur, Aequalitas est magnitudo, sed magnitudo non est relatio, ergo nec æqualitas: aut sic, Similitudo est qualitas, qualitas non est relatio, ergo nec similitudo. & istud tam in Deo, quàm in creaturis ita se habet suo modo.

Durãdus. Identitas differt: a simili, & ab æquali.

¶ Durandus demum circa hæc asserit: In hoc identitas differt à simili, & æquali, quòd quamuis identitatis fundamentum primo, & principaliter sit substantia, potest tamen esse res cuiuscunque alteriùs generis. quemadmodum enim Socrates idem est sibiipsi, ita albedo, & linea, fundamentum autem similitudinis est qualitas, & quantitas æqualitatis, attamen differenter: quia ad similitudinem sufficit participatio eiusdem qualitatis secundum speciem, ad æqualitatem uerò non sufficit participiatio quantitatis eiusdem secundũ speciem. alioquin omnes lineæ essent æquales, cum unius sint speciei: sed requiritur, quòd non participetur secundum maius, & minùs. Præterea aduertendum, quòd quamuis æqualitas penes quantitatem molis considerata, non requirat similitudinem nec econtra. possunt enim æquales quantitates esse dissimiles qualitate, tamen ubicunque est æqualitas secundum magnitudinem uirtutis, seu perfectionis, & ibi æqualitas necessariò præsupponit similitudinem, & addit super eam gradus paritatem, seu potiùs priuationem excessus, & defectus. Vnde hæc tria, æqualitas, similitudo, adæquatio, se habent per ordinem. Aequalitas etenim addit supra similitudinem priuationem intensionis, & remissionis. nam æqualiter alba sunt, quę participant albedinem non magis, aut minùs. adæquatio autẽ addit super æqualitem imitationem, sicut est declaratum. Hęc Durandus.

Scotus.

¶ Præterea Scotus circa hæc scribit satis consonanter præhabitis, & ualet, quod scribit pro declaratione, acutioreq; intelligentia prædictorum. Primò, inquit, uidendum est hic de æqualitate, ppriè sumpta. Secundò, de ipsa generaliter sumpta.

Nota tres relationes fundatas sup unum

¶ Itaq; quinto Metaphysicęs distinguit philosophus tres relationes fundatas super unum, uidelicet idem æquale, & simile: quæ (loquendo strictè, & propriè) appropiatur distinctis generibus entis, ut identitas substantiæ, æqualitas quantitati, similitudo qualitati. & forsan similiter possunt aliæ relationes fundari super rationes generum aliorum, ut proportionabilitas super relationem. Et hoc uidetur Auicenna dicere saltem de tribus his relationibus communibus, quas expressè ponit philosophus. Dico tamen, quod fundamentum relationum istarum remotum, est res alicuius unius generis: puta æqualitatis fundamentum, est res de genere quantitatis, & similitudinis, res de genere qualitatis: & identitatis fundamentum, res de genere substantiæ. proximum tamen fundamentum, seu ratio proximi fundamenti relationum istarum, est unitas talis rei. Nam super rem talis generis, ut diuersa est, fundantur relationes disparatæ, & non communes. Hæc de æqualitate, ppriè sumpta.

Auicenna

¶ Porro de æqualitate generaliter sumpta dico, quòd quodcunque ens, & est in se aliquid, & habet in se aliquem determinatum gradum in entibus, & est forma, uel consequens formam: idcirco comparari potest tripliciter, atque secundum hoc potest super ipsum triplex fundari relatio cõmuniter sumpta: quia æqualitas fundatur super quodcunque ens, inquantum habet magnitudinem, seu gradum aliquem perfectionis. quę dicitur quantitas uirtutis: similitudo uerò, seu dissimilitudo fundatur super quodcunque ens, inquãtum est quale quoddam essentiale. Hinc quinto Metaphysicæ ait philosophus, quòd unus modus qualitatis est differentia substantiæ, id est, differentia substantialis. sicq; individua sunt essentialiter similia. Sic quoque communiter sumendo istas relationes communes, ait decimo Metaphysicæ, quòd omne ens omni, seu cuicunque enti comparatum, est idem, uel diuersum: imò, & sic omne ens omni enti comparatum, est æquale, aut inæquale, utpote magis, aut minùs perfectum, seu paris, imparis ve uirtutis. Quemadmodum igitur fundamentum identitatis, & æqualitatis, ac similitudinis hoc modo communiter sumptæ, est ens in communi, comparatum ad quocunque ens in cõmuni: sic & istæ relationes sunt transcendentes, quamuis non conuertibiles, attamen distinctè diuidentes ens, sicut diuiditur in necessarium, atque possibile. Itaque dico, quòd in diuinis personis est perfecta æqualitas: tum quoniam ibi est uirtus perfecta, scilicet infinita, sed & simplicissima unitas virtutis illius. sicq; fundamentum æqualitatis illius tàm proximum, quàm remotum, est summè perfectum, & ex consequenti æqualitas in eis fundata. Veruntamen genera rerum, & passiones, ac species generum, non dicuntur de Deo formaliter, seu uniuocè cum creaturis.

¶ Est autem hic dubium unum, quia cum magnitudo in Deo transeat in essentiã, uidetur æqualitas illa super essentiã esse fundata, nec ab idẽtitate differre.

ferre. Dicendum, quòd fundatur super essentiam, inquantum est magnitudo virtualis. Hæc Scotus.

Dio. Car. ¶ Quocirca videtur dicendum, quod dum relationes istæ dicuntur fundari super vnitatem substantiæ, & super vnitatem quantitatis, vnitatemq; qualitatis, vnitas illa substantiæ non ponit in numerum cum substantia, sed realiter idem est cum ipsa natura substantiæ. Idem videtur dicendum de vnitate quantitatis, & qualitatis. Ideò quod Scotus affirmat fundamentum remotum identitatis esse substantiam rei, fundamentum vero propinquum vnitatem substantiæ, pariformiter quoque de fundamento duplici quantitatis, ac qualitatis, non censetur magni momenti, nisi forsitan secundum quandam rationis considerationem formalem, ita quod substantia inquantum substantia, non est fundamentum identitatis, sed vt vna: & pari modo de fundamentis æqualitatis, & similitudinis occurrit dicendum. Verè enim realiter ipsa albedo Iohannis, & Pauli, est immediatum fundamentum similitudinis eorundem, tamen inquantum est vna in specie, nec vnitas illa albedinis ab albedine realiter est distincta.

Soluuntur argumẽta initio quæstionis adducta, Aequalitas in creaturis duo important

¶ Ex dictis patet ad obiecta solutio, præterquam ad illud de commensuratione, ad quod Bonauentura respondet: Aequalitas in creaturis duo importat, videlicet conterminationem, & excessus priuationem primum est imperfectionis ratione limitationis, secundum perfectionis. ideò ratione huius secundi transfertur ad diuina, non ratione primi. Potest etiam responderi, quod infinitum quamuis sit incomprehensibile, & incommensurabile omni finito, est tamen comprehensibile, & commensurabile infinito, videlicet pater filio, & vnaquaque diuina persona vnicuique personæ diuinæ.

QVAESTIO II.

Arguit. 1. contra veritatem. SEcundò quæritur, *vtrum magnitudo conueniat diuinis personis, & an ratione infinitæ magnitudinis earundem, qualibet sit in alia per circumincessionem.* ¶ Videtur, quòd magnitudo non competat eis, cum vnaquæque earum sit simplicissima vnitas, indiuisibilis prorsus, magnitudo autem diuisibilis.

2 ¶ Deinde videtur, quòd vna persona non sit in alia. Philosophus, namque quarto Physicorum ponit octo modos essendi in aliquo, quorũ nullus potest aptari ad hoc, qđ una diuina persona in alia sit. Aristoteli Nec enim hoc est sicut totum in partibus, nec econtra: nec sicut genus in speciebus, nec econtrario: nec sicut locatum est in loco, nec sicut forma est in materia, nec sicut motum in mouẽte, sicut regnum est in rege: nec sicut res in optimo fine, quod totum possit faciliter probari.

3 ¶ Præterea, si pater est in filio, econtra, sequitur quod pater sit in patre. si enim filius est in patre, ergo quicquid est in filio, est in patre: sed pater est in filio, ergo pater est in patre.

¶ Item si quælibet persona est in alia, videtur confusio magna.

4 ¶ In oppositum est, quod filius ait, Ego in patre, Ioh. 14. & pater in me est. Et ad hoc multæ auctoritates sanctorum allegantur in litera. Damascenus etiam loquitur, quod quælibet persona diuina est in alia per Damasce. circumincessionem. quælibet enim est infinita, & trium personarum est vna essentia.

Albertus. ¶ Ad hoc respõdet Albertus, quod vna persona est in alia, sicut iã dictum est, atq; in tali locutione præpositio, in duplicem habitudinem notat, puta originis, seu relationis, & identitatis. & quo ad habitudinem relationis, non eodem modo dicitur pater esse in filio, & econtra, & idem de spiritusancto dicendum, Pater nanque in filio est sicut principiũ filij, & sicut in verbo suo, atque imagine: filius autem in patre, sicut in suo principio, & proferente.

Pater non dicitur ꝓprie esse ĩ diuina essentia. ¶ Si autem quæratur, an pater possit dici esse in diuina essentia, aut filius, seu spiritussanctus: Dicendum, quòd non propriè imò plus propriè diceretur diuina persona esse in natura, vel filius in essentia patris. & si aliquo modo concedatur persona esse in essentia, intelligendum est sicut, quis dicitur esse in eo, quo est. Persona enim secundum modũ intelligendi est, quasi formaliter sua essentia, id est, per essentiam suam, sicut Iohannes est homo humanitate. Hæc Albertus.

Vdalricus ¶ Præterea secundum Vdalricum, & secundum Albertum, in diuinis (ut patuit) est magnitudo virtutis, & perfectionis, imò, & infinitatis, atque æternæ durationis, & summa excellentia in omnibus istis. Et addit Vdalricus in Summa tertio libro: Quamuis secundum rem pater, & filius sint diuina essentia, tamen sumendo essentiam, & personam secundum proprias nominum rationes, filius seu pater est in essentia, sicut suppositum naturæ est in sua natura. essentia, quoque est in patre, & filio, sicut natura in suo supposito. Veruntamen hoc aliter est in creatore, & creaturis, quia in creaturis quando aliqua diuersa sunt in una natura, tunc sunt in illa, sicut partes integrales in toto, vel sicut partes subiectiuæ, in uno communi, vel sicut in vna materia, ex qua constant. nihil autem talium est in diuinis, sed essentia est in distinctis personis: & econtrario distinctæ personæ sunt in una essentia per omnimodam identitatem essentiæ cum persona, & econtrario. & habitudo præpositionis in, seruatur in sola differentia rationis. Cum ergo filius sit diuina essentia, quæ est in patre, filius est in patre, inquantum ipse filius est: & inquantum realiter distinctus à patre, est apud patrem. De utroque harum fertur Iohannis 1. In principio erat verbum, id est, in patre fuit verbum, seu filius, quoniam verbum est essentia, quæ est in patre. & verbum, inquantum est persona prolata ab intellectu paterno, erat apud Deum, sicut alius apud alium, secundum Augustinum, & econtrario. simili ratione pater, & filius sunt in spiritusancto, & spiritussanctus in utroque. Et ita exponunt hæc verba Augustinus, Ambrosius, atque Hilarius. Damascenus verò affirmat patrem esse in filio, & ecõtra, secundum habitudinem relationis originis, ita ut pater dicatur in filio sicut principium in principiato, & filius, in patre, sicut principiatum in principio, iuxta modum loquendi græcorum, qui etiam dicunt patrem esse causam filij. ficque modus essendi in quo pater asseritur esse in filio, & econtra, reducitur ad modum, illum essendi in, quo secundum philosophum dicitur causa in causato esse, & econtrario. Ex his ita probatur propositum: Quæcunq; sunt mutuò in seipsis, per hoc quod sunt in vna essentia, non sicut pars in toto integrali, nec sicut substantia, seu inferiora in toto uniuersali, nec sicut in materia, ex qua constent, sed per omnimodam rei identitatem, sunt æqualis magnitudinis, seu immensitatis, tam propter mutuam comprehensionem, tam propter essentiæ unitatem, cuius formalitatem, sequitur illa immensitas: sed taliter est pater in filio, & econtra;

Pessunæ dĩuinæ, quo sunt in essentia.

Filiꝰ quid dicatur esse in prẽ, & apud patrem.

tra: pater quoque, & filius in spiritusancto, & econtrario. Hinc magnitudo spiritualis, id est, magna, & infinita perfectio eadem numero conuenit diuinis personis. Hæc Vdalricus.

Vna persona quõ dicatur esse in alia. ¶ Circa hæc Thomas scribit, qualiter Deo conueniat quantitas virtutis, & qualiter virtus tribus modis dicatur. quod totum in præcedenti quæstione ex Vdalrico inductum est. Deinde declarat qualiter vna diuina persona dicitur esse in alia, & econtra dupliciter. Primò, propter essentiæ vnitatem in tribus. vbicunque nim est personæ essentia, ibi est, & persona, quæ non relinquit suam essentiam. Secundò penes relationis rationem, quoniam in vno relatiuorum intelligitur aliud: quamuis vnum ab altero sit distinctum, sicut illud ex Alberto, & Vdalrico est declaratum.

Art. 4. ¶ Verum in prima parte Summæ suæ, quæstione 42. super his pleniùs scribit: Necesse est, inquiens, filium patri esse æqualem in magnitudine. Magnitudo enim Dei non est aliud, quàm perfectio naturæ ipsius. hoc est autem de ratione paternitatis, & filiationis, ꝙ per generationem attingat ad habendum perfectionem naturæ, quæ est in patre, sicut hanc habet pater. sed quoniam in hominibus generatio est transmutatio exeuntis de potentia in actũ, non mox à principio generationis factæ, homo natus est patri suo æqualis. imò per congrua incrementa ad æqualitatem perducitur, nisi aliter accidat propter defectum principij generationis. In diuinis autem verè, & propriè sunt paternitas, ac filiatio, nec vis generatiua patris est defectiua, neque diuina generatio mutationi, aut successioni fuit admixta, ideò filius ab æterno est patri æqualis.

Obiectio prima. Ioh. 14. 2.Cor. 15. 2 ¶ Sed obijci potest illud Iohannis, Pater maior me est. Et quod ad Corinthios fatetur Apostolus, Tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui sibi subiecit omnia. Secundò, quia paternitas ad patris pertinet dignitatem nec conuenit filio. ergo filius non est tantæ dignitatis, seu magnitudinis, & perfectionis, vt pater.

Ad primũ Hilarius. ¶ Dicendum ad primum, quòd illæ auctoritates loquuntur de filio secundum naturam assumptam vel ut ait. Hilarius, Pater maior est auctoritate donantis, non tamen minor est filius, cui unum esse donatur, id est, idem esse, quod habet pater. Vnde in libro de synodis dicitur, ꝙ subiectio filij pietas

Pater quõ maior sit filio. est naturæ, id est, recognitio auctoritatis paternæ: subiectio autem cæterorum, creationis infirmitas.

Ad 2. Augustin. ¶ Ad secundum, quòd æqualitas, & similitudo in diuinis penes essentialia attenditur, nec ex distinctione relationum argui potest inæqualitas, aut dissimilitudo in Deo. Vnde Augustinus in libro contra Maximinum Arrianum differuit: Originis quæstio est, quid de quo sit. quæstio autem æqualitatis est, qualis, aut quantus sit. Paternitas ergo est dignitas patris, sicut, & patris essentia. Dignitas namque

Patris, & filij vnaẽ dignitas. est absolutum, & ad essentiam pertinens. Sicut ergo eadem essentia, quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio: ita eadem dignitas in patre est paternitas, in filio est filiatio. ideò verè dicitur quicquid dignitatis habet pater, habet, & filius. nec sequitur, pater habet paternitatem, ergo, & filius habet paternitatem: quia mutatur quid in aliquid. Eadem namque est essentia, & dignitas patris, ac filij, sed in patre est secundum relationem dantis, in filio secundum relationem accipientis. Hæc Thomas.

Art. 5. Pater est in filio, & econtra sẽcũdũ tria, ¶ Insuper de existentia vnius diuinæ personæ in alia, scribit ibidem: In patre, & filio tria considerantur, quæ sunt essentia, relatio, & origo, atque secundum, quodlibet horum pater est in filio, & econtra. Secundum essentiam, quoniam pater est sua essentia, & eam communicat filio. cum ergo pater sit sua essentia, & illa sit in filio, constat, ꝙ pater in filio sit. similiter cum filius sit eadem essentia, patet quod, & ipse sit in patre. Secundum relationem quoque, quia unum oppositorum relatiuè est in altero secundum intellectum. Secundum originem etiam certum est, ꝙ emanatio verbi est solum ad intra in diuinis, & manet in mente dicentis: sed & id, quod exprimitur uerbo, continetur in eo. Pater autem seipsum exprimit intra se suo verbo, ideò est in eo. Hæc idem in Summa.

Richard. ¶ Concordat Petrus. Richardus, quoque prælibata planiùs exprimens: Virtus, ait, est secundum, seu vltimum in quod res potest. diuina autem virtus primò secundum rationem comparatur ad sui esse durationem, sicq; maximum in quod potest, est sua duratio tota simul sine initio, & fine: & secundum hoc quantitas virtutis in Deo, est sua æternitas. comparatur quoque ad exteriorem operationem, & sic maximum, in quod potest, est ꝙ potest in omne, quod contradictionem non implicat. & ita quantitas virtutis in Deo est omnipotentia eius. Comparatur item ad suam perfectionem intrinsecam, & sic maximum in quod potest, est perfectionis immensitas. sicq; quantitas virtutis in Deo, sub ratione qua est essentia, est essentiæ suæ infinitas, qnæ in textu dicitur magnitudo. vnde diuinæ magnitudo essentiæ est infinita, quæ non est nisi infinita bonitas, ac perfectio sua: quæ etiam magnitudo dicitur infinita, inquantum tota simul attingeret spatium infinitum si esset. Hæc Richardus.

Virtꝰ Dei, quot modis infinita cõsenda

Bonauen. ¶ Præterea Bonauentura: In diuinis, inquit, est summa, & perfecta circumincessio, qua vnus dicitur esse in alio plenè, & econtrariò, & propriè, ac perfectè non inuenitur nisi in Deo. Circumincessio namque in essendo ponit distinctionem simul, & vnitatem, & quia in solo Deo est unitas essentialis cum personali distinctione, ita ꝙ distinctio est inconfusa, & vnitas indistincta, hinc circumincessio ista solis diuinis est propria.

Circũincessio priè tñ in Deo reperitur. ¶ Si autem obijciatur, ꝙ vna essentia non potest esse in alia nisi per illapsum, si ergo diuinæ personæ sunt in alterutrum circumincessibiliter, sequitur ꝙ vna illabitur alteri, sicut illabitur Deus creaturis: quod esse non valet, cum diuinæ personæ sint æque spirituales, & simplices.

Obiectio. Dilutio: ¶ Respondetur, quòd non est simile, quoniam vbi existit essentiarum diuersitas, si vna est in alia, oportet, ꝙ vna sit aliquo modo materialis respectu alterius: seu quando personæ sunt distinctæ, saltim essentiæ vnitate, vna est in alia: quia essentia vnius est essentia alterius. & ita sicut idem non illabitur sibijpsi, ita nullus potest ibi esse illapsus. Denique patrem esse in filio ratione vnitatis essentiæ, non est aliud, quàm patrem filio esse consubstantialem, & econtrario. Hæc Bonauenturæ.

Illapsus in diuinis locum nõ habet. Alexãder. ¶ Alexander etiam circa hæc scribit diffusè, & penè omnia iam inducta, in eo virtualiter continetur, & decet (quemadmodum, & in textu habetur) quòd pater, & filius non sunt aliquid plus, aut maius, quàm spiritussanctus, quia in tribus superdignissimis, superbeatissimisque personis est vna numero magnitudo, perfectio, deitatisq; plenitudo, quæ omnem prorsus minoritatem, inæqualitatem, dissimilitudinem, & imperfectionem, à spiritusancto excludit, neq; ex sua impotẽtia, aut fuę potẽtiæ ligatione, vel coartatione cõtingit, ꝙ nõ produ-

Spũssanctus non est patre, & filio minor.

ducit diuinam, & increatam personam, quemadmodum, & filius: imò ex perfectione spiritussancti est hoc. quia non congruit ei, eademq; potestas est in eo, q̃ in patre, & filio, sed alio modo, & ad alios actus, sicut præhabitum est, & infra tangetur.

Durand. ¶ Præterea Durandus circa hæc, à præinductis doctoribus dissentire videtur. Vna, inquiens, diuina persona non potest esse in alia ratione totius constituti ex essentia, & relatione, ita quòd quælibet sit continens, & contentum ratione totius, potest tamen ratione alterius patris. nam esse in alio, & in quo sit aliud illud, seu alius ille, opponuntur secundum proprias rationes, sicut esse ab alio, & à quo aliud: ergo nihil vnum, & idem secundum idem, & respectu eiusdem, est in alio, & aliud illud in ipso. Hoc autem sequeretur si pater esset in filio, & econtra quilibet ratione totius constituti ex essentia, atque relatione. Vna etiam persona non dicitur propriè esse in alia ratione relationis, quamuis per eam sit de intellectu alterius: quoniam habitudo, vt ad quem, & vt à quo habitudines sunt diuersæ. per relationem quoque vna persona distinguitur ab alia, ergo non est ratio, quòd vna sit alia, imò id, per quod vna est in alia, est vtrisque commune. Restat ergo, quòd vna sit in alia ratione eiusdem essentiæ. Veruntamen persona non est, vt in qua est alia ratione solius essentiæ, quia tunc per idem conueniret personæ esse in alio, & in quo est aliud, quod iam reprobatum est: sed conuenit personæ, vt in ipsa sit alia ratione totius constituti, sicut filio ratione essentiæ conuenit, quod sit in patre: sed patri, vt in quo sit filius, conuenit ratione totius constituti: & similiter in alijs quoque rationabile esse videtur. Illud enim, in quo est aliud, debet excedere, vel esse in plus, quàm illud, quod in ipso est. & ita se habet pater ratione totius constituti ad filium, ratione essentiæ similiter econtrariò.

Dio. Car. Hæc Durandus,

¶ Cuius tota positio videtur erronea, & dictis Thomæ, Alberti, Vdalrici, imò, & Damasceni contraria: atque in primis, quod in diuinis vtitur nominibus totius, & partis, improprium est: nec necessitas eum coegit, quoniam uice partis poterat

Ad rõnes Durandi. nominare essentiam, vel relationem. Deinde ad motiua eius respondeo, q̃ multa formaliter differunt, quæ tamen in inuicem sunt, id est, vnum in alio, & econtra: imò quædam realiter differunt, & tamen vnum in alio est, & econtrario. Non enim potest negari, quod ipsemet vnigenitus patris dixit: Ego in patre, & pater in me est. Et rursus Iohannis decimoseptimò: Tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, Ego in eis, & tu in me. Itaque non solum vna diuina persona est in alia, & econtra, sed etiam trinitas adoranda est in electis fidelibus, & ipsi in trinitate consistunt, & in qualibet diuina persona, quamuis alio modo, quàm diuinæ personæ in seipsis. Itaque unum, & idem secundum idem, & respectu eiusdem, est in alio, & econtra: non tamen omnino eodem modo, sicut modo expositum est, qualiter pater est in filio, & econtra, secundum modum distinctum, & habitudinem differentem. Et quamuis vna persona diuina per relationem distinguatur ab alia, ex hoc tamen non sequitur, quin ratione eiusdem relationis sit in ea, & econtrario; imò in relatiuis multis hoc sequitur quorum vnum diffinitur per aliud, præcipuè autem in diuinis, vbi non est emanatio personalis nisi ad intra, ita quòd persona emanans manet in persona producente. sed verum est, quod idem non est causa, seu ratio distinctionis, & conuenientiæ saltem secundum idem, seu vniformiter consideratum.

¶ At vero, quod dicit patri conuenire, quòd in ipso sit filius ratione totius constituti ipsius patris, quia pr̃ vt sic, aliquo mõ se habet in plus, quã filio filiumq; excedit, loquẽdo de filio ratione solius essentiæ, inconuenienter omnino dictum censetur; quia vt patuit, diuinæ personæ sunt in seipsis per omnimodam æqualitatem, & circumincessionem, non sicut maius, & minus, nec sicut circunscribens & circunscriptum. De istis pertranseo, quia ex dictis innotescunt.

Richard. ¶ Vnde, & Richardus hic scribit: Quælibet diuina persona est in alia, & essentia in qualibet persona, & quælibet persona in essentia, sed modo differenti: quia essentia in qualibet est persona, prout natura est in suppposito. qualibet vero persona est in essentia, sicut suppositum in natura, quælibet quoque persona ẽ in alia per hoc, quod essentia cuiusli-

Esse in alio requirit distinctionẽ saltẽ rõnis bet personæ est in alia. Nihil demum dicitur esse in seipso, nisi per accidens, si in eo non consideratur aliqua differentia secundum rationem: quod ideò dico, quoniam sapientia est in Dei essentia, quãuis sint idem re. ideò differentia, seu distinctio requiritur aliqua ad hoc, quod vnum existat in alio. ideò vnam personam esse in alia, est per essentiæ vnitatem, & personarum distinctionem. Hæc Richardus,

Scotus. ¶ Denique circa hæc scribit Scotus satis subtiliter, & diffusè, & primò recitat quorundam positionem, dicentium, quod aliquid esse in alio, intelligi potest dupliciter: vno modo sic, quod sit in illa re primò, hoc est, secundum se totum, sicut vinum est in amphora. alio modo secundum partem, & hoc dupliciter. Primò sic, quod pars alicuius rei sit in aliquo, & nihil sit eius in quo est, quemadmodum pes aius est in laqueo. Secundò, quod pars sit aliquid eius, in quo est sicut pes hominis est in homine. Dicunt ergo, quod pater non est in filio primo modo, videlicet ratione paternitatis, atq; essentiæ, sed secũdo mõ, hoc est, ratione partis. Hæc Scotus.

¶ Et opinio ista, quam narrat, est illa, quæ iam ex Durando inducta est, & videtur Scotus insinuare ex modo suo loquendi, quod etiam sit Henrici, ac improbat eam, additq; : Dico unam personam esse in alia primo modo, videlicet secundum essentiam atque relationem, & sicut subsistenti conuenit esse in subsistente secundum Hilarium septimo de trinitate. Vnde, & Ambrosius ait in hymno: In patre totus filius, & totus in verbo pater. Et simile huius est in creaturis, in quibus ad rationem similitudinis non sufficit diuersitas relatorum, nec sola vnitas fundamenti, sed simul vtrunque, hæc autem positio consonat præinductis,

Hilarius. Ambrosi:

Aegidius. ¶ Aegidius quoque post inquisitionem prolixam, consentit omnino positioni præhabitæ sancti Thomæ, quòd scilicet vna persona est in alia tam ratione essentiæ, quàm relationis, atque originis, sicut ostensum est.

Soluuntur argumẽta initio quæstionis adducta. Ad secũd. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ex hoc, quod Deus est simplicissima vnitas, rite concluditur, quòd in ipso non sit magnitudo molis, sed virtutis.

Albertus. ¶ Ad ſm, quod philosophus, nõ expressit vniuersos modos dicendi in. Nec. n. cognouit esse personas in eadẽ numero natura cõicantes, & (vt ait Albertus) nõ ponit nisi modos essendi in, qui similitudinem habent cum mõ, quo aliquid dr̃ esse in alio sicut in loco, de quo principaliter ibi intẽdit. creata quoque

Circumincessio in diuinis est ratione totiꝰ constituti ex essentia & relatione.

quoque non repr̃sentant sufficienter diuina. Nihilominus potest modus iste, quo vna persona diuina est in alia, ad aliquem illorum reduci modorum, puta ad illum, quo causatum est in causa sua, & ecõtrario. quamuis enim in diuinis nõ sit propriè causa, & causatũ, est tñ ibi principiũ, & id, quod ab illo.

Ad 3. Richard. ¶ Ad tertium respondet Richardus, quod omnis res, quæ est in patre, est in filio, & econtra: vel per se

Quõ possit aliquod esse seipso. sicut diuina natura est in personis: vel ad similitudinem modi illius, quo in creaturis aliquid dicitur in alio esse per accidens, vtpotè, quia id, in quo ipsum est propriè, est in illo. Et quamuis in diuinis non sit per accidens, est tamen ibi aliquid quasi per accidens, ratione cuiusdam similitudinis ad accidens. sicq; conceditur, q̃ paternitas est in filio, quoniam pater in quo propriè est paternitas, est in filio: & item quod filius est in seipso, quoniam est in patre, qui est in filio. similiter quod pater est in patre, quo

Aristot. niam est in filio, qui est in patre. in creaturis autẽ aliquid est in seipso per accidens. Vnde secundum philosophum quarto physicorum, quoniam totum est in partibus suis, & partes in toto, idcirco per accidens esse dicitur in seipso. Hæc Richardus.

Obiectio. ¶ Et si tunc arguatur, vt arguit Scotus, Is in quo est paternitas, est pater. sed in filio est paternitas, ergo filius est pater. Item, is in quo est filiatio, est filius: sed in patre est filiatio, ergo pater est filius ¶ Di

Dilutio: cendum, quod non sequitur, quia paternitas non est per se in filio, nec est in eo, vt constitutiua proprietas. Idem dicendum de filiatione respectu patris. ¶ Ad quartum dicendum, quòd ex ista existentia vnius personæ in alia, nulla confusio sequitur,

Ad quartũ cum quælibet persona inuariabiliter suã proprietatem cõseruet, nec vna sit in alia tanquã pars eius.

QVAESTIO III.

Tertiò quæritur, *An in diuinis sit totum est pars.* hoc est, an ibi sit totum vniuersale, seu genus,

Arguit. 1. pro parte negatiua & species, totumq; integrale, & totum potestatiuũ. ¶ Videtur quod non, quoniam purissimę vnitati, & indiuisibili simplicitati non conueniunt ratio totius, & partis. quicquid autem in Deo est, vnitas est

2 purissima, indiuisibilis quoque simplicitas. ¶ Secundò, Augustinus septimò de trinitate ex intentione probat, quòd in diuinis non sint genus, & spe-

3 cies. Tertiò, diuina essentia cum sit vna numero, nõ potest species consistere personarum, quamuis prę-

4 dicetur de eis. Quartò, quicquid est in genere, aut specie, est limitatæ perfectionis: quia differentia contrahit naturam generis ad certum gradum perfectionis: vt patet de rationali, respectu animalis. Deus autem est illuminatæ, & infinitę perfectionis.

5 Quintò, genus se habet per modum potentiæ, ac materialis principij, quia per differentias contrahitur, & arctatur, atque perficitur, prout commentator, porphyriusq; fatentur.

In oppositum. ¶ In contrarium est, quia diuina essentia prædicatur de tribus personis essentialiter, non econtra, neque conuersim: ergo est genus, aut species.

¶ Præterea singulare dicitur respectu vniuersalis, sed in diuinis est singularis persona, ergo & vniuersale.

Damasce. ¶ Tertiò, quoniam Damascenus libro primo testatur: Designant essentia, & substantia speciem cõmunem, hypostasis autem indiuiduum demõstrat, videlicet patrem, filium, & spiritumsanctum, seu Petrum, & Paulum. ¶ Itemq; substantia, inquit, significat circumplectiuam speciem, hypostasis vero indiuiduum, alia quoque his consimilia ponit.

Alexãder ¶ Ad hoc Alexander respondet: In Deo non est ponendum esse vniuersale, nec singulare, aut particulare, habet tamen esse diuinum de vtroque, quod perfectionis est, non quod imperfectionis. vniuersale quippe est in multis, & dicitur de multis: quoniam non est totum, quod sunt singularia, sicut homo non dicit totum, quod est Socrates, vidclicet qualitatem, quantitatem, operationem, quę sunt in esse Socratis. sed cum dicitur, Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus, dicitur esse diuinum in multis, sed non dicitur de multis. cum etenim dico Deus, dico totum esse patris, totũmque esse filij Esse ergo de multis, imperfectionis est in esse vniuersali, idcirco non conuenit esse diuino. Similiter particulare vocatur, quod in vno est solo, non est tamen de multis. Non esse de multis, perfectionis est, quoniam dicit totũ esse: sed esse in vno solo, est imperfectionis, quia nobiliùs est esse in multis, quàm solum in vno: ideò esse diuinum est in multis, non duntaxat in vno. esse inquam in multis non multiplicatum, sed vnum, ex tat perfectio. De singulari quoque, seu indiuiduo contingit loqui tripliciter. Primò, secundum quod dicitur esse à materia. Secundò, prout est ab accidentibus. tertiò, secundum, quod est à forma signata, & singulari. Primo modo dicit Philosophus: Qui dicit solem, dicit formam tantum: qui dicit hunc solem, dicit formam cum materia. sicq; diuersitas vniuersalis, & particularis, est secundum diuersitatem formæ: & materiæ Cum igitur in diuinis non sit materia, sed actus purus, non est ibi hoc modo vniuersale, & particulare. Secundo modo dicit Boethius libro de trinitate: Differentiam in numero facit accidentiũ varietas. tres equidem homines, nec genere, nec specie, sed suis accidentibus distant. si enim accidentia separemus ab eis: tamen locus eis diuersus est, quem vnum fingere nullatenus possumus. duo namque corpora vnum non obtinent locum, qui accidens est. ideò numero plures sunt, quoniam accidentibus plures fiunt. cùmque in diuinis non sint accidentia, diuinæ personæ non differunt accidentibus. idcirco non propriè singularia, aut particularia appellantur, imò uec indiuidua. hinc diuina essentia non est vniuersale, nec genus, aut species, nec personæ sunt singularia, aut particularia. Tertio modo dicitur, quemadmodum ait Boethius: Cum homo dicitur, de pluribus quidem hominibus prædicatur, sed si illam humanitatem, quæ in Socrate est, indiuiduè, seu indiuidualiter considere mus, indiuidua est, & indiuiduata, cum Socrates ipse sit indiuiduus. Ex quo accipitur, quod sicut Socrates, & Cicero suis singularibus proprietatibus, & accidentibus singulares, ac numero plures esse noscuntur, sic suis proprijs indiuiduis, & singularibus humanitatibus numero plures efficiũtur. Cum ergo deitas nullo modo plurificetur in patre, & filio, & spiritusancto, non se habet ad eos, vt vniuersale ad particularia. Hæc Alexander.

Accidẽtia differentiã partiũr nu merũ. Boethius.

Dio. car. ¶ In cuius verbis uidetur obscurum, quod ait, quod esse de multis, sit imperfectionis: & itẽ quod diuina essentia est in multis, sed nõ de multis: cuius oppositum videtur ita probari, Sicut diuina essentia est in tribus personis, sic prædicatur de tribus: generaliter quoque omne vniuersale, quod est in multis, prædicatur de multis.

¶ Ad quod reor dicendũ, quod aliter sumit Alexãder esse de multis, ita q̃ eẽ de multis valeat tñ, ac si dicat esse partẽ, seu aliquid eorũ, quæ sunt multa

seu in multis. Ex hoc enim probat, quod eē de multis non comperat ipsi esse diuino, quia esse diuinū seu deitas, est totum esse patris, & filij, & spiritussancti. Arguendo etiam ait, vniuersale secundum philosophum est in multis, & de multis, quæ sunt particularia. per hoc autem, quod est de multis, dependentiam habet ab illis, quia & pars ponit imperfectionem. ¶ Insuper quærit hic Alexander, an in diuinis ponendum sit prædicamentum, aut prædicabile, & respondet: Prædicamentum dupliciter dicit. Primò propriè, & sic est coordinatio prædicabilium, quorum est vnum sub alio, & ita non est in diuinis: quoniam non est ibi superiùs, & inferiùs, neci vniuersale, & particulare. Secundò cōmuniter, ita ꝙ prædicamentum vocetur, quicquid potest dici per modum prædicamenti: & ita ponitur in diuinis in quibus quædam dicuntur per modum substātię, quædam per modum relationis. Hæc Alexander.

Esse ā multis quō arguat imperfectionem

Alexāder.

Prædicamentū aut prædicabile qñ in diuinis ponēdum.

¶ Præterea Albertus circa hęc quærit, vtrum diuina essentia prædicetur de personis, vt quoddam totum. Et respondet. Nulla ratio totius, nullaq; ratio partis est in diuinis, quoniam omne totū, quod verè, ac propriè totum est, ex suis partibus conflat, atque compositum est: quod derogat simplicitati diuinæ. pars quoque respectu totius est imperfecta quod diuinæ contrariatur perfectioni.

Albertus.

Totius, & partis ratio est in diuinis.

¶ Verum his obijci potest: Quicquid remouetur seu negatur ab aliquo, & non differt ab illo genere specie, vel numero, videtur esse pars illius: sed quælibet persona negatur à trinitare, non differens ab illa genere, specie, nec numero, ergo quælibet persona est pars trinitatis. ¶ Secundò sic: duo sunt plures vno, & tres sunt plures duobus, ergo duo sunt totum ad vnum, & tres sunt totum ad duo, sicque vna persona diuina est pars trinitatis. similiter duę. imò potest sic argui, Pater est aliquid trinitatis, & non tota trinitas, ergo est pars trinitatis.

Obiectio. prima.

¶ Dicendum ad primum, ꝙ quicquid remouet ab aliquo, & non differt ab illo genere, specie, aut numero, videtur esse pars illius, dummodo sit in illo sicut habens actu esse in ipso, & non in se: sic autem personæ non habent se in trinitate, quia in trinitate non habent esse in potentia: nec trinitas est in eis sicut totum in partibus, sed potius quælibet persona subsistit in se, & significantur nomine trinitatis sicut simul suppositæ. ideò quælibet p̄ se sumpta, remouetur à trinitate, & ecōuerso. quia quod pater non est tota trinitas, hoc non impedit vnitas trinitatis, sed pluralitas personarum nominæ trinitatis significata. ¶ Ad secundum, concedo, ꝙ duo sunt plures vno, & tres sunt plures duobus: ideò duæ personæ sunt plures, q̄ vna, & tres sunt plures quàm duæ, & numerum illum agūt relationes: vna tamen persona non est pars duarum, nec vnitas illa est pars alicuius binarij. Vnitas, namque personæ, vt est persona, non est diuina essentia, quæ non distinguit personas abinuicem. imò potius vnit eas: sed est notio, seu relatio in diuinis distingueus, & facit notio ista, aut illa unitatem personæ, quoniā facit personam in seipsa consistere, atque ab alijs esse distinctam. ideò hæc persona, & illa, sunt duæ personæ numero notionum. sed quoniā notio non distinguit personam, à persona essentialiter, idcirco non facit pluralitatem simpliciter: ideò nec simpliciter facit binarium, neque ternarium. Quamuis igitur in diuinis personis sunt duæ personæ, non tamen binarius, & licet sit ibi pluralitas personarum non tamen multitudo. Hinc concedendum non puto, quod in diuinis vnum sit pars duorum etiam distincta, sicut vnitas est pars binarij, siue ternarij: sed concedo, ꝙ una persona nō est tot personæ, vt duæ vel tres personæ, nec tres personæ sunt tam paucæ, vt vna: quoniam numerus, quem facit notio in diuinis, non est simpliciter numerus, vt infra dicetur. Hinc quoque dicendum, quod pater nō est aliquid trinitatis, quia ly aliquid notat partitionem. Si vero sic proponatur, pater est aliquis trinitatis, & nō est trinitas tota, ergo est pars illius: dicendum, ꝙ verum est, ꝙ patèr est aliquis trinitatis, nec sequitur, ꝙ sit pars trinitatis. imò solutum est, quia quod pater non est tota trinitas, non impedit ternitas trinitatis, sed pluralitas personarū: ideò sequitur, quòd pater non est tot personæ, vt trinitas, sed est vna trinitatis persona. Ex his innotescit, ꝙ in diuinis nō est vniuersale, quemadmodum, & Boethius protestatur. id enim, in quo est vniuersale, habet in se, quod est, quo distincta. vniuersale quoque requirit multitudinem actu, aut potentia, quæ non cōuenit Deo. Ideò essentia diuina non prædicatur de personis, vt de multis. Veruntamen essentia est in personis, & prædicatur de eis: sed nō prædicatur de ipsis vt de multis, nec est in eis, vt in multis, eo quod persone essentialiter idem sint. Si rursus, quis instet, quia in diuinis est communicabile, & incommunicabile, scilicet essentia, & persona: ergo vniuersale, & particulare. & si non sequitur, quæritur causa.

Ad primū

Ad secun.

Obiectio excluditur.

Boethius.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Respondendum, quod communicabilitas duplex est. Vna sine multiplicatione, & diuisione eius quod communicatur, ita quod manet idem numero, sicq; diuina natura communicabilis perhibetur quæ communicatio ad rationem vniuersalis non sufficit, nec competit naturis creatis. Alia est communicatio naturæ secundum esse abstractum, quæ communicatur per sui partitionem in his, quibus communicatur, quæ simpliciter multa sunt, in quibus est natura vna secundum rationem: qua communicabilitas causat rationem vniuersalis, & particularis, nec conuenit diuinis. Hæc Albertus.

Cōicabilitas duplex

Quæ cōicabilitas facit vniuersale.

¶ Concordat Vdalricus, inter cætera scribens: Quod diuinæ personæ non sunt in diuina essentia sicut partes in toto integrali, probat Augustinus in 2. libro contra Maximinum. Quæcūque sunt vna essentia, non sunt partes integrales eiusdem totius. partes etenim integrales abinuicem essentialiter distinguuntur. sed diuinæ personæ sunt una essentia, & quælibet earum est tota essentia. Similiter decimoseptimo de Trinitate probat Augustinus, ꝙ diuina essentia non est vniuersale, nec genus, nec species respectu personarum: quoniam natura uniuersalis diuiditur, & multiplicatur in suis suppositis. Diuina autem essentia indiuisibiliter, & inuariabiliter permanet una. Præterea, quod essentia non prædicatur de personis, sicut materia de multis artificialibus ex ea formatis. quemadmodū dicimur tres statuas esse unum aurum, probat Augustinus per hoc quia cum illa diuersa artificiata necessariò fiant ex diuersis materiæ partibus, plus de illa materia est in pluribus statuis, quàm in una, si sint æquales: sed nil plus de diuina essentia est in duabus, aut tribus personis, quàm in una. Hoc quoque potest probari faciliùs ex hoc, quod in Deo nihil est materiale, nil corporale. Hæc Vdalricus.

Vdalricus

Auguſt.

Personę diuinę non sunt partes integrales.

Essentia diuina non prædicantur de personis, vt materia.

Thomas.

¶ Porro quæ Thomas hoc loco de his scribit materijs, coincidunt cū iam dictis, nisi q̄ aliqua planiùs scribit: In diuinis, inquiens, nō pōt esse uniuersale, & particulare, quadruplici rōne. Prima, qa ut ꝓbat Auicēna, ubicūq; est genus, aut species, oportet esse q̄ddatē differentē ab esse. in Deo aūt penitus

Vniuersale, & particulare cur nequeāt esse in diuinis.

tus idem sunt esse, atque essentia. Secunda, quia essentia vniuersalis non est eadem numero in suis inferioribus, sicut iam patuit. in diuinis vero personis essentia permanet numero vno. tertia, quoniam vniuersale exigit pluralitatem, seu multitudinem actu, aut potentia in his, quæ conuenientur in ipso, quod non competit in diuinis: vt modo ostensum est. Quartò, quoniam particulare se habet ex additione ad vniuersale. & vnum se habet ad alterum, sicut potentiale ad actuale. Deus vero est purus actus. Hæc Thomas in Scripto.

¶ In Summa quoque, prima parte quæstione 4. Aliquid, inquid, est in genere dupliciter. primò simpliciter, ac propriè, sicut species, & quæ continentur sub eis. Secundò reductiuè, sicut principia, & priuationes. vt punctum, & vnitas reducuntur ad genus quantitatis, tanquam principia quātitatum. cæcitas vero, & omnis priuatio reducitur ad sui habitus genus. neutro horum modorum est Deus in genere. Quod enim non sit species, probatur tripliciter. primò, quoniam species constituitur ex genere, & differentia. semper autem id, à quo sumitur differentia constituens speciem, habet se ad id vnde sumitur genus, sicut actus ad potentiam. animal namque sumitur à natura sensitiua, quia hoc dicitur animal, quod sensitiuam habet naturam. rationale vero sumitur à natura intellectiua. intellectiuū vero comparatur ad sensitiuum, sicut ad potentiā actus. cum ergo in Deo non sit potentia, sed actus purus, impossibile est, ꝙ sit in genere sicut species. Istud prosequerer, & multa adijcerem, nisi supra distinctione 8. de ista materia multa essent inducta imò, & quædam nunc posita sunt ibi prahabita.

Aliquod est in gñe dupliciter

Deus non est species

¶ Aliqui demum doctores mouent hic quæstiones, qualiter veritas, atque æternitas Deo conueniant, de quibus supra introductæ sunt quęstiones, quàm plures. ¶ Quamuis autem iuxta nunc dicta, totum & pars locum non habeant in diuinis, frequenter tamen theologi nomine totius in diuinis vtuntur, vt cum asserit Augustinus, quòd pater est principiū totius deitatis, & quod tota deitas in qualibet est persona. In quibus verbis totum accipitur pro perfecto. ¶ Hinc Bonauentura, & Petrus dicunt: Totū dupliciter sumitur. primò absolutè, & sic idem est, quod perfectum. Vnde & 3. physicorum, ait philosophus: Totum, & perfectum dicimus idem, sicq; pater est principium totius deitatis. Secundò relatiuè ad partem, & sic totum vocatur, quod habet partes, & hoc quoque dupliciter: Primò per abnegationem, & ita æternitas dicitur tota simul, quia nequaquam habet partes. Secundò per dispositionem, sicut duplum est totum ad simplum.

Totum, & pars locū habeāt in diuinis.

Aristot.

Bonauent.

¶ Insuper Albertus, & Bonauentura, ac Petrus hic quærunt, an tres personæ differunt numero, vel vtrum in diuinis ponenda sit differentia secundum numerum, quam quæstionem differo, vsque ad vigesimamquartam distinctionem, vbi specialiter pertractatur, an in diuinis sit numerus.

Richard.

¶ At vero circa quæstionem, an in Deo sit totum vniuersale, aliqua scribit Richardus, quæ non reco lo esse præhabita. Itaque ait, Quamuis in diuinis sit aliquid communicabile, & communicatum, puta essentia: & aliquid incommunicabile, vt persona: non tamen est ibi vniuersale, neque particulare, quia essentia sub ratione, qua conuenit sibi intentio ista secunda, videlicet vniuersalitas, non est actu in aliquo esse reali extra intellectum, nec est intellectum realiter informans, quamuis intellectus eius similitudine informetur: ideò esse suum sub ratione, qua conuenit sibi vniuersalitatis intentio, est esse diminutum. sic etenim suum esse, est ab intellectu apprehendi, seu ei repræsentari non sub ratione vnitatis, aut multitudinis. ideò essentiæ, vt sic intellectæ, non repugnat de pluribus prædicari, neque totam saluari in vno: quoniam multitudo est, quæ prohibet essentiam totam in vno saluari, & vnitas numeralis est, quæ prohibet creatam essentiam de pluribus prædicari. Porro ꝙ essentia sub ratione, qua sibi competit vniuersalitatis intentio, non sit actu in re ad extra, patet: quoniam quicquid est in re extra, est singulare. Vnde secundū philosophū 4. Metaphysicæ, idem est homo, & vnus homo. Nec ipsa vniuersalis essentia intellectum informat, sed eius similitudo, quæ repræsentat essentiam non sub ratione, qua vna est numero, aut plures. Hinc essentia, vt vniuersalis, nō est in intellectu nisi sicut obiectum. aliter non prædicaretur de pluribus habentibus esse reale extra animam, sicq; essentiæ vniuersali non cōuenit de pluribus prædicari, nisi p actionem intellectus, per quam sibi competit ratio vniuersalis. diuinæ autem essentiæ secundum suum esse reale, absque intellectus nostri abstractione, conuenit esse in tribus personis, & prædicari de eis. idcirco non conuenit ei ratio vniuersalis.

Nota naturam vniuersalis.

Aristotel.

¶ Præterea natura vniuersalis sumpta in abstracto, non ptædicatur de seipsa sumpta in concreto, nec de aliquo eius, suppositо. Non enim conceditur ista, homo est humanitas: quia humanitas importat essentialia principia hominis, cum præcisione accidentium omnium. homo autem significat essentialia principia, non cum tali præcisione accidentium, quæ necessaria sunt ad naturale hominis esse. diuina vero essentia in abstracto prædicatur de deo, & de vnaquaque diuina persona, quoniam istæ sunt veræ, Deus est deitas, pater est deitas, filius est deitas, spiritussanctus est deitas: ideò Deus non est aliquid vniuersale, nec psona diuina est aliquid particulare. His concordat Aegidius.

Vnde soluantur argumenta initio quæstionis adducta.

¶ Solutiones demum obiectionum in principio inductarum, patent ex dictis in distinctione. 8.

¶ Postremò, quòd in diuinis non sit totum potestatiuum, facile est probare, quoniā potestas totius potestatiui non est perfectè nisi in ipso toto: in partibus vero est imperfectè, inæqualiter quoque quia perfectiùs est in vna parte, quàm alia, vt patet in anima, quæ est totum potestatiuum: quoniam multas in se continet vires, nec omnes uires illæ in aliqua vna ui perfectè, atque plenariè continentur. Non enim intellectus in se taliter continet uoluntatem, & eius perfectiones, ac proprietates, nec econtrario. Maior quoque est potestas intellectiui, quàm sensitiui, & sensitiui, quàm uegetatiui. in diuinis autem tota potestas, & omnipotentia est in diuina essentia, & in qualibet superpræstantissima, & superuoluptuosissima diuina persona. estq; in eis æqualitas potestatis, nec maior est potestas in duabus, aut tribus, q̄ una. idcirco in diuinis nequaquam est totum potestatiuum, & partes ipsius.

Totū potestatiuū nequit esse in diuinis.

¶ Amplius Petrus circa hæc quærit, an in diuinis sint communicabile, & incōicabile. Ad quod ex dictis patet rñsio, ꝙ sic: aliter tñ q̄ in rebus creatis, qa diuina essentia cōicabilis est, & cōicata tribus superbenedictis personis absq; sua diuisione, & multiplicatione. sic autē creata essentia in diuiduis suis cōmunicari non ualet. Idcirco non sequitur, In diuinis sunt communicabile, & incōicabile, ergo ibi sunt uniuersale, & particulare: nec oportet, qđ cōicabile, & incōicabile distinguant realiter, sed sufficit

Petrus.

Cōicabile & incommunicabile quomodo sunt in diuinis.

distinctio rationis, cum & in rebus creatis realiter idem sint species,& suppositum, cum vnum prædicetur de alio. Interdum vero communicare sumitur extrinsecè pro diffusione,seu distributione propriæ bonitatis per participationem. ficq; qualibet diuina persona se cõicat creaturis, secm quod cõiter dr, ꝙ omne bonum est sui cõicatiuum, & diffusiuum.

Deus cur trinus dicatur non triplex. Thomas.

¶ Docet quoq; in litera, cur Deus dicat trinus, non triplex. Nempe,vt Thomas fatetur, triplicitas est proportio quadam sub multiplicitate contenta, qua inæqualitatis ẽ spẽs:ideò vbi triplicitas, ibi inæqualitatem esse oportet. in Deo autem est summa æqualitas,non ergo triplicitas.Hinc Petrus:In Deo est distinctio personarum cũ vnitate essentiæ, ideò bene dr Deus trinus, non triplex. Trinitas quippe dicit distinctionem cũ vnitate.dicitur etenim trinitas quasi trium vnitas. triplex vero dicit pluralitatem simpliciter,qua diuersitatem includit essentiæ. Hinc quoq; in diuinis non ponitur ternarius, quia dicit distinctionem sine vnitate. Hæc Petrus.

Petrus.

Ternarius cur nõ ponatur in Deo.

A *Ostenso quòd aliqua personarum aliam non superat magnitudine, nunc ostendit, quòd alia non excedat aliam potentia. Distinct. XX.*

De trium personarũ æqualitate

NVnc ostendere restat,quomodo aliqua harum personarum aliam nõ excellat potentia:vt sicut vna,& indifferens est magnitudo trium,ita vna,& indifferens monstretur potentia trium.Sciendum est ergo, ꝙ non est potentior pater filio,nec filius,vel pater spiritusancto.Nec maiorem potentiam habent duo,vel tres simul,quàm singulus eorum: quia nec plus potest pater,& filius simul, quàm solus spiritussanctus. Nec hi tres simul plus possunt, quàm singulus eorum:quia omnipotentiam ,quam habet pater,& filius accepit nascendo,& spiritussanctus procedendo. Quòd Augustinus rationibus, & auctoritatibus probabiliter.

Auguſt. lib.3.c.12.

astruit in libro contra Maximinũ, qui dicebat patrem meliorem, ac potentiorẽ filio

B *Quòd non potest minus filius, quàm pater.*

Nihil,inquit,patre minus habet ille,qui dicit: Omnia quæ habet pater,mea sunt. Nã si minus habet in potestate aliquid,quàm pater,non sunt eius omnia,quæ habet pater. Sed eius sunt omnia, quę habet pater, tantam ergo habet potestatem filius quantam pater. Aequalis ergo est patri.Non enim potest qui *accipit,inæqualis esse ei,qui dedit. Tu autem hoc de potentia sapis,quòd potens sit filius,sed potentior pater: vt secundũ doctrinam vestram potens potentem potuerit generare,vel gignere, & non omnipotens omnipotentem.Habet ergo pater omnipotentiam, quã non habet filius. & si hoc est,falsum est,quod ait filius: Omnia quæ habet pater,mea sunt.

Hic ponit falsam traditionẽ hęretici. Iohan. 16.

*accepit

C *Hoc verum fatebatur hæreticus, ex quo progrediebatur ad falsa.*

Idem vbi supra.

Sed in quis,pater à nemine potentiam accepit,filius autem à patre. Fatemur,& nos filium accepisse potentiam ab illo,de quo natus est potens: patri vero potentiã nullus dedit, quia nullus eum genuit. Gignendo enim dedit pater potentiam filio, sicut omnia,quæ habet in substantia sua, gigneudo dedit ei,quem genuit de substantia.

D *Quæstio Augustini, qua artat hæreticum.*

Augustin. vbi supra.

Sed quęritur,vtrum eit antam,quanta ipsi est potentiam per filio dederit, an minorẽ.Si tantã,non solum potentem,sed etiam omnipotentem genuisse omnipotẽs intelligitur.Si vero minorem,quomodo oĩa,quæ habet pater, filij sunt?Si patris oĩpotentia filij non est,non omnia proculdubio,quæ habet pater,filij sunt.At oĩa quę habet pater, filij sunt:omnipotentia ergo patris etiam est filij.Non est ergo pater potentior filio.

E *Aliter probat filium æqualem patri.*

Augustin. vbi supra. cap.7.

Item alio modo probat filiu m æqualem patri contra Maximinum, ita dicens: Tu dicis,quòd pater genuit filium minorem seipso,in quo,& patri derogas:qui si filiũ vnicum minorem genuit,aut non potuit,aut non voluit gignere æqualem. Si dicis, quia non voluit,eum indiuidum esse dixisti. Si autem non potuit,vbi est omnipotentia Dei patris? Prorsus ad hunc articulum res colligitur, vt Deus pater æqualem sibi gignere filium,aut non potuerit,aut noluerit.Si nõ potuit,infirmus:si noluit,inuidus inuenitur. Sed vtrunque hoc falsum est, patri ergo filius verus æqualis est. Genuit ergo pater sibi equalem filium,& ab vtroque procedit vtrique equalis spiritussanctus.Si enim formã suam (vt ait Augustinus contra eundem) pater in vnico filio plenam gignere potuit, nec tamen plenam genuit,sed minorem,cogimini patrem inuidum dicere.Plenum ergo Deum,& equalem sibi genuit filium.

F *Per simile ostendit, quòd non minorem per filium genuit.*

Hoc aũt per similitudinẽ humanam ita esse demonstrat,inquiens:Hõ pr si potuisset, æqualem filiũ genuisset. Quis ergo audeat dicere ꝙ hoc oĩpotens nõ potuit? Addo ẽt:si posset hõ,maiorẽ,meliorẽq; seipso gigneret filiũ.Sed maius,vel meli⁹ Deo qcq esse nõ

potest

potest.Deus ergo cur non æqualem(vt ais)filium genuit,cui nec anni necessarij fuerũt, per quos adimpleretur æqualitas, nec omnipotẽtia defuit? An forte noluit? Ergo(quod absit)inuidit.Sed non inuidit,æqualem ergo genuit filium. Credamus ergo filium ei esse æqualem.

H

Opinionem hænrici ponit, vt destruat.

Hic soluitur obiectionem.

Sed forte dicis:Eo ipso pater est maior filio,qa de nullo genitus: genuit tamen æqualem? Ad quod cito respondebo: imò ideò non est pater maior filio, quia æqualem genuit.Originis enim quæstio ista est,quis de quo sit:æqualitatis autem,qualis, aut quantus sit. quod est dicere,ad originem pertinet quæstio, qua quæritur, quis de quo sit: ad æqualitatem vero illa,qua quæritur,qualis,aut quantus quis sit.Nec cum dicitur filius à patre genitus,ostenditur inæqualitas substantiæ,sed ordo naturæ:non quo alter prior esset altero,sed quo alter est ex altero.Non ergo secũdum hoc,ꝙ pater genuit,& filius genitus est, vel spiritussanctus ab vtroq; procedit:æqualitas, vel inæqualitas ibi existit, quia non secundum hoc alia persona alij æqualis, vel inæqualis dicitur.Ecce æqualitas trinitatis,& vna,eademq; substantia,quantum breuiter potuimus, demonstrata est in superioribus: qualiter scilicet aliqua trium personarum quamlibet aliam,nec æternitate,nec magnitudine,nec potentia excellat.

Summa distinct. 20.

IN hac distinctione declaratur, ꝙ filius sit patri æqualis in potestate, seu omnipotentia:& circa hoc ex verbis, & auctoritatibus,atque probationibus Augustini, procedit auctor scholasticè, vt patet in textu, qui planus est.

QVAESTIO I.

QVæritur ergo, *An filius sit patri æqualis in potestate e.ꝙ. omnipotentia*, & idem est quærere de spiritussancto,& tamen quæstionis huius solutio ex præhabitis elucescit. Cum enim omne absolutum in diuinis, sit tribus superexcelsis personis commune, palam, ꝙ omnipotentia, seu potestas in tribus personis non solum æqualis sit, sed etiam numero vna, sicut, & diuinitatis plenitudo, veraq; deitas. quæ omnem inferioritatem, inæqualitatem, & minorationem in diuinis excludit.¶ Arguitur tamen, ꝙ nõ,quoniam filius ex se nihil potest quemadmodum ipsemet testatur: Non potest filius à se facere quicquam.& alibi, A meipso facio nihil.pater autẽ ex se omnia potest.cum ergo tam diuersæ proprietates potestatis conueniant patri, & filio,non videntur in potestate æquales, nec filius videtur esse omnipotens.¶ Secundò,in infinitum præclarius est producere personam æternã immensam, verumq; Deum, quàm creaturã. sed nec filius produxit, aut producere potest filium verum Deum, quod egit pater,nec spiritussanctus personam aliquam increatam. Sed hæc, atque similia argumenta supra distinctione decimaoctaua diffusiùs sunt inducta, atque soluta. Veruntamen breuiter ponenda est hic doctorum responsio.

Arguit. 1. contra veritatem.

Iohan. 4.

Thomas.

¶ Itaque Thomas hic scribit: Concedendum est sine dubio, filium Dei omnipotentem esse sicut, & spiritumsanctum,iuxta illud in symbolo:Omnipotens pater,omnipotens filius, omnipotens spiritussanctus.Ideò ad intellectum horum pensandum, ꝙ Deus fertur omnipotens, quoniam omnia potest, & quicquid est aliquid, vel ens,potest.sed notandũ ꝙ relatio alio modo dicitur aliquid,ꝙ alia entia.In alijs enim entibus vnumquodq; dicitur esse dupliciter, videlicet quantum ad suum esse, & quantum ad rationem suę quiditatis:quemadmodum sapiẽtia secundum esse suum ponit aliquid in subiecto, & secundum suam rationem ponit quandam naturam in gñe equalitatis. porro relatio est aliquid secundum esse suũ,quod habet in subiecto:sed sm rationem suam non habet, quod sit aliquid,sed solũ, quod ad aliquid referatur. ideò sm rationem non ponit aliqd in subiecto.propter,quod ait Boethius, quod relationes nihil prædicant de eo,de quo dicitur.hinc inuenitur aliquid relatum in quo est tantũ ratio relationis,& non ponitur aliquid ibi secundũ rem,sicut cum scibile refertur ad scientiam: quod verum est tam de relationibus, quæ de Deo dicuntur,qui de illis,quæ in creaturis sunt,sed diuersimode: quia relatio,quæ in creatura est,habet aliud esse,quàm sit esse sui subiecti: Vnde est aliquid aliud à suo subiecto. Verũ in Deo nihil est, quod habeat aliud esse ab ipso.esse enim sapientiæ Dei,est ipsum esse diuinũ, nec aliquid superadditum ei. similiter esse paternitatis.Vnde relatio quantum ad esse suũ secundum quem modum solum debetur ei, quod aliquid ponat,est diuina essentia:sed secundum rationem suam per quam habet distinguere vnã persona ab alia, non debetur ei,quod aliquid dicat. Vnde quamuis pater habet paternitatem, quam filius non habet,& paternitas sit aliquid, non tamen sequitur, ꝙ pater habeat essentiam aliquam,qua creat filius.Si autem pater haberet sapientiam,& nõ filius, haberet aliquid pater, quod non haberet filius: quia sapientia dicit aliquid in sapiente etiam secundum suam rationem.similiter dico,ꝙ cum generare in diuinis sit relatio quædam, & ad aliquid, quàmuis pater possit generare, non filius, non sequitur,quòd aliquid possit pater,quod non potest filius. sed bene sequeretur,si pater intelligere posset,non filius, ꝙ pater aliquid posset,quod non filius: sicut pater est pater,& esse patrem est aliquid esse: & tamen cum filius non sit pater, nullum esse est patris, quod non sit filij: quoniam esse in diuinis,est esse essentiæ. & similiter omne aliquid est essentia,vel sm rationem esse,aut sm rationem attributorum.¶ Si aũt obijciatur, ꝙ potentia dicitur sm virtutem ad operationem, aliqua aũt operatio ad omnipotentiam pertinens conuenit patri, qua nõ conuenit filio s. gñare, quod sm Damascenum est actus naturæ: ergo filius non est in omnipotentia patri æqualis.Dicendum, ꝙ gñatio significat operationem per modũ relationis. & ꝙuis gñatio actiua non conueniat filio,non tñ sequitur, ꝙ aliqua operatio conueniat patri,qua nõ conuenit filio.vna. n. & eadẽ opatione pr gignit,& nascit filius. sed operatio ista est in pre,& filio sm aliã, & aliã relationẽ nec aliquod posse detrahit filio,sed eodẽ posse quo pater generat,filius generatur.¶ Deniq; oĩpotentia Dei cõparari pot ad aliquid dupliciter.primò,sicut opatũ,& ita nõ cõparat ad aliqd, qđ i ipso sit:qa in

Bo ethius.

Obiectio.

Differẽtia absolutorum a relatiuis.

Dilutio.

Dei oĩpotentia ad duo comparatur.

Deo nihil est factum. sicq; omnipotentia est respectu creaturarum duntaxat. Secundò, sicut ad operationem, & sic comparatur ad id, quod in ipso est Deo sicq; omnipotentia Dei extenditur tam ad generare, & spirare, quàm ad intelligere velle, atque creare. & breuiter ad omnia, quę perfectionis sunt, nec tamen sequitur, ꝙ filius non sit omnipotens, si generare non possit filium sibi æqualẽ ratione prædicta. sequeretur tamen in patre, quoniam patri nõ deest relatio, quæ significatur in generatione actiua. vnde si negaretur ab eo perfectio generationis oporteret, quòd esset defectus in ipsa operatione, inquantum operatio est, quod redundaret in defectum potentiæ: à filio autem generatio remouetur actiua, nõ nisi ratione relationis importatæ in filio. relatio vero inquantum huiusmodi, nullum ordinem ad potentiam habet. Hæc Thomas in Scripto.

art 16.

¶ Insuper in prima parte Summæ, quæstione 42. disseruit: Necesse est dicere filium patri in potestate æqualem. potentia namque agendi consequitur perfectionẽ naturæ. vnde in creaturis quanto quid naturam habet perfectiorem, tanto maioris extat virtutis in agendo. ostensum est, quoque, ꝙ ratio diuinæ paternitatis, & filiationis requirit, quod filius æqualis sit patri in magnitudine. i. in perfectione naturæ, quemadmodum etiam eadem diuina essentia, quę est in patre paternitas, in filio est filiatio: sic eadem est potentia, qua pater generat, & qua filius generatur. ideò verum est, ꝙ quicquid potest pater, potest filius: non tamen sequitur, ꝙ filius possit generare, sed mutatur quid in aliquid. Nam generatio significat relationem in diuinis. habèt ergo eandem omnipotentiam filius, quam pater, sed cũ alia relatione: quoniã pater habet eã, vt dans, quod significatur cum dicitur, potest generare Filius autem habet eam, vt accipiẽs, quod significatur cum dicit, quod potest generari. Hæc Thomas in Sũma.

Filium potentiã non minuit in potentiam generandi

Petrus.

¶ Concordat Petrus compendio loquens: Omni potentia Dei vocatur potentia ad oẽs actus, quos posse est potentiæ, non impotentiæ. Non enim potest Deus dormire, vel peccare, cum talia non sint potentiæ, loquendo simpliciter. In omnibus igitur actibus illis filius æquatur patri, & spiritussanctus vtrique. Sed notandum, ꝙ aliquid est potentiæ simpliciter, aliquid vero in persona agẽte. Porro actus essentiales siue sint absoluti, vt intelligere, velle, siue respectiui sicut creare, sunt potentiæ simpliciter. actus autem notionales sunt potentiæ tantum in persona agente, non in alia, quoniam sequeretur eius mutabilitas de vna proprietate in aliam. Vnde in talibus non attenditur coomnipotentia, quia potentia Dei non ponit in Deo impotentiam. si autẽ potentia Dei acciperetur penes actus relatiuos, sequeretur impotentia in patre ex hoc, quod non potest esse filius, nec generari. nunc autem esse patrẽ, in patre est potentiæ: non posse aũt esse filium, non est in patre impotentiæ, sed ꝓprietatis. Hæc Petrus.

Omnipotẽtia Dei ꝙs actus respiciat.

¶ De coomnipotentia demum fiij ad patrem loquitur idem doctor: Aequalitas diuinæ potentiæ non attenditur per comparationem ad actum notionalem, sed essentialem, tam interiorem, vt est intelligere: quàm exteriorem, vt creare. quo ad hos autem actus essentiales, vna & eadem, atque æqualis est patris, filijsque potentia, sicut essentia. Hæc Petrus.

Richard.

¶ Idem Richardus, qui addit: Tres personæ æquales sunt in potentia. & quantum ad extensionem, seu ambitum possibilium, & quantum ad intensionem vigoris potentiæ. Posse autem generare non esset posse in filio, quia ex hoc sequeretur eum non esse perfectum filiũ, vt possit declarari per ea, quæ dicta sunt supra, vbi probata est trinitas personarum: imò tantæ potentiæ est in filio posse generari, sicut in patre posse generare. Hæc Richardus.

¶ In his quoque Albertus, Vdalricus, alijq; concordant, sicut & suprà est allegatum.

Bonauen.

¶ Vnde, & Bonauentura hic loquitur: Si loquamur de potentia essentiali, quæ est respectu actus essentialis, seu absoluti ad intra, vt intelligere, seu productionis ad extra, ad nihil se extendit in patre ad quod non extendat se in filio. ideò quia æqualitas personarum consistit in potentia essentiali, dicendum, quòd pater, & filius sunt æquipotentes, quantum ad possibilium extensionem. & idem tenendum semper de spiritusancto. Similiter in personis diuinis est potentia æquè intensa, quia æquè summa, æquè nobilis, & immensa, imò & numero vna. Hæc Bonauentura.

Durand.

¶ Præterea Durandus hic scribit: Cum potentia dicatur per comparationem ad actum, diuinorũq; actuum quidam sint essentiales, aut extra transeuntes, quidam notionales, de potentia, quæ est respectu actuum essentialium, aut extra transeuntium, nulla est dubitatio, quin per respectum ad illos personæ diuinæ sunt æquipotentes. tota vero difficultas est de potentia respectu actuum notionalium, an secundum illam filius, seu spiritussanctus sit æquipotens patri. Quocirca sunt tres modi dicendi. vnus, & laris superficialis est, quod omnipotentia dicitur respectu possibilium tantum, vtpotè, quæ contradictionem non implicant. qua etsi quis non possit, non ob hoc minus omnipotens perhibetur. filium autẽ generare implicat, vtpotè quod sit filius, & sit filius. quia cum in diuinis nequeant esse plures pares, pluresve filij, si filius generaret, iã esset pater, & non filius, nisi ponerentur plures filij scilicet ipse, & natus ex eo, quod dici non potest. id circo quamuis filius non generet, non minus constitit omnipotens. Sed ista positio friuola esse videtur. Nam licet non posse ea, quæ simpliciter implicant, non derogat omnipotentiæ, tamen non posse ea, quæ non implicãt simpliciter, sed quo ad istum, vel illum, derogat omnipotentiæ: quoniam talia cadunt simpliciter sub ratione possibilis, alioquin omne agens possit dici omnipotens. quodlibet enim ageus potest in omnia præterquam in illa, quorum non habet potentiam, & implicant quantum ad ipsum. generare autem filium in diuinis non implicat simpliciter. alioquin, nec patri esset possibile.

¶ Alius ergo modus dicendi, quod potentia generandi non est relatio, neque intrinsecè relationem includens, quamuis coexigat eam. sed est diuina essentia, quæ potest in omne, quod rationem possibilis, aut productibilis habet. cumq; in tribus personis sit eadem essentia, est quoque in eis eadem omnipotentia, licet non sit in eis relatio eadem. & propter hanc omnipotentiam quælibet diuina persona fertur omnipotens, quamuis non possit generare. Non enim ex hoc aliquis vocatur omnipotens in diuinis, quod habeat diuinam essentiam sub omni respectu in ea fundabili. sic namque pater non esset omnipotens, qui non habet diuinam essentiam cum relatione filiationis. sed ex hoc solo persona omnipotens dicitur, quoniam habet diuinam essentiam, quæ est ipsa omnipotentia. Porro generandi potentia ad actum generationis explendum coexigit paternitatis relationem, constituentem patris personam. Sed obijci potest, quoniam inconueniens esse videtur, ꝙ aliquis dicatur habere potentiam, quæ nequaquam potest poni in esse. omnipotentia autem patris non potest in filio poni in actu ita, quod generet. Et si dicatur, ꝙ in filio ponitur in actu per hoc, quod generatur, quoniam vna, eademque potentia est, qua pater generat, & filius generatur, vt dictum est, objicitur: Omnipotentia patris actiua est, ergo non conuenit ei poni in actu nisi per modum actuæ potentiæ, puta vt pater generet, non vt generetur filius per eam. præhabitum quoque est, quod potentia generandi dicat relationem. Tertius modus dicendi est, ꝙ potẽtia ad actus notionales non cadit sub omnipotentia idcirco habere potentiam ad huiusmodi actus, seu ea carere, non auget potentiam, neq; diminuit. primo, quoniam Deus non fertur omnipotens à passiua potentia, sed ab actiua, atq; omnipotens, ab actiua omnipotentia. potentia verò non est actiua per comparationem ad esse eius, cuius est ipsa actiua potentia, imò ipsa est entis iam in actu: sed dicitur actiua quoniam potest aliud, seu aliquid agere, vt sic dicatur aliquid potens per actiuam potentiam, non qa potest esse, sed quoniam potest aliquid agere. si ergo est aliquod agere, quod sit realiter ipsum esse agentis, tale agere nõ reperitur in potentia verè actiua, nec cadit sub omnipotentia. tale autem est generare in diuinis respectu patris, quia omnino idẽ est in patre, generare, & patrem esse: ideo sicut nõ posse esse patrem, non arguit impotentiam in filio, ita non posse generare non arguit impotẽtiam, aut minorationem potentiæ in eodem. Hæc Durandus.

Dio. Car.

¶ Qui videtur huic tertiæ positioni potius consentire. Cui objicitur, ꝙ etiã creare, seu actiua creatio, realiter idẽ est, quod esse Dei creantis, seu Deus creans: & tamen actus ille spectat ad actiuam Dei potentiam, & cadit sub omnipotentia eius.

Scotus.

¶ Insuper Scotus circa hæc partim narrat, quę ex Durando sunt recitata, & more suo arguit ad vtrũque, tandemque scribit, quod sentit, dicendo: Potentiæ actiuæ primum correlatiuum est possibile, non communiter sumptum, prout opponitur impossibili: quia hoc modo possibile est Deum esse, & tamen istud possibile nõ est terminus alicuius actiuæ potentiæ: idcirco oportet ut possibile, quod est potentiæ actiuæ correlatiuum, accipiatur determinatus: nec videtur qualiter, nisi prout Auicenna accipit possibile sextò Metaphysicæ, & alibi sæpe, videlicet secundum quod opponitur ei, quod est necessarium ex se. sicque cum quodlibet intrinsecum Deo sit in se formaliter necessarium, vel per identitatem cum essentia, quæ est ex se formaliter necessaria, nihil intrinsecum Deo, erit terminus potentiæ propriè dictæ. cumque ad omnia alia à diuina potentia eandem rationem principij habeãt tres personæ, quia sunt vnum principium producendi creaturas, sequitur quod æqualis sit potentia trium personarum, quantum ad numerum possibilium: nec solum quantum ad extensionem, sed etiam quãtum ad intensionem, æqualis, & æquè perfecta est personarum potentia, siue etiam potentia accipiatur pro absoluto, quod est fundamentum relationis. Hæc Scotus.

Dio. Car.

¶ Cui obijci potest, quòd quamuis filius, & spiritussanctus sint necessarij, seu necessarium esse habentes, non tamen hoc habent ex se, imò quicquid sunt, & habent, acceperunt à patre, & spiritussanctus à patre, ac filio. Postremò, in hac re amplius placet responsio Alexandri aliquando commemorata, utpotè quod diuinæ personæ sunt æquipotentes: & quòd non derogat omnipotentiæ, neq; potentiæ filij, quòd non gignit: imò nec ex impotentia eius hoc venit, sed quia non congruit. Qui enim potest, quod ei non congruit, non ex hoc potẽtior demonstratur. Et hoc est, quod asserit Augustinus, quod filius non genuit, non quia non potuit, sed quoniam non oportuit, quod ante expositum est. De potentia demum, & omnipotentia Dei multa conscribit Alexander, de quibus est infra specialis distinctio. ¶ Ad primum igitur respondendũ, quod filius etiam secundum diuinam naturam dicitur à se ipso facere nihil, nec aliquid ex se facere posse, non tamen minor est patre in potestate: quoniam eandem quam habet pater potestatem, accepit perfectè, & plenè sine totius imperfectionis admixtione. ideò cum dixisset, non potest filius à se facere, quicquam, mox addidit: Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit.

Soluuntur argumẽta. initio quæ tionis ad. ducta.

ad 1ũm.

Ad secundum patet ex inductis responsio.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *Anin diuinis personis sit ordo.* ¶ Videtur quòd non, quoniam in æternitate perfecta nõ est ordo, sed totum simul omnino perfectè. ¶ Secundò, in symbolo dicitur. In hac trinitate nihil priùs, aut posteriùs, in omni autem ordine sunt priùs, atque posteriùs. ¶ Tertiò, ordo est, quædam relatio, & tamen inter relationes in diuinis non ponitur.

Arguit 1. contra ve ritatem. 2 3

¶ In oppositum est, quod in diuinis vna persona est ab alia, & quod ibi ponitur ordo originis, ac naturæ, sicut in textu ex Augustino probatur. Distinctio quoque personarum si non sit ordinata, videtur esse confusa.

In oppositum.

¶ Ad hoc Alexander respondet: Ordo est multiplex. Est enim ordo secundum locum, & est ordo secundum tempus, est etiam ordo secundum causam. & rursus est ordo secũdum rationem, & item est ordo secundum naturæ originem, qui est principium ad illud, quod est de principio. Ordo secundum locum, attenditur, ſm differentias, quæ sunt superiùs, & inferiùs, ac prope. Ordo temporis, attenditur, secundum priùs, & posteriùs, & simul. Ordo secundum causam, est secundum quod causa est prior suo effectu. & his modis non est ordo in diuinis. Ordo secundum rationem est, sicut genus est priùs specie in linea recta secundum descẽsum, vel differentijs suis à latere. & ordo iste non est in diuinis, quantum ad differentias, quarũ una est imperfecta respectu alterius: nec est ibi genus, & species, ut patuit, sed iuxta ordinem rationis, qui est primi, medij, & postremi, sumitur per similitudinem ordo in diuinis personis. Queadmodum enim in hoc ordine rationis est unũ communissimum, seu generalissimum, quod de cęteris prędicatur, & nihil de ipso uniuocè tanquam genus, ipsius, & unum, de quo alia dicuntur, & ipsum de nullo communi, ut species specialissima, & aliud, de quo alia prædicãtur, & ipsum de aliquibus alijs, ut genus subalternum, quod medium est inter illa: sic in ordine, qui est secundum rationem originis in diuinis personis, est persona, quæ de nulla, & alia est ab ipsa: & est ibi persona, de qua nulla, & ipsa est ab alia, scilicet spiritussanctus: & est ibi persona, quasi media, quæ de aliqua, & de qua alia, videlicet filius. sicque in diuinis est ordo originis, qui sumitur secundum ordinem rationis: & secundum istas, quasi differentias, non ab alio, & alius, ab ipsò. Et si quæratur, an iste sit ordo simpliciter, dicendum quòd non, sed est ordo secundum

Alexãder

Ordo multiplex.

Ordo rationis quo modo reperiatur ī diuinis.

quid

quid seu cũ additione, videlicet ordo originis, seu naturæ. Si rursus quæratur, quid in his verbis dicat ordo, an essentiam, vel relationem; aut notionem dicendum quòd notionem, sed notio aliquãdo significatur distinctè, vt cum dico, paternitas: aliquando indistinctè, vt in proposito, & tunc per additionem determinatur. Primæ notiones, quæ scilicet distinctè significantur, distinguunt personam à persona absolutè. aliæ verò notiones, cum determinatione distinguũt sicut principium. Si enim dicatur, pater est principium, nisi addatur filij, aut spirituſsancti, importatur notio indistinctè: sed per additionem determinatur, ut cum dicitur. pater est principium filij, quia tunc dicit notionem paternitatis. Consimiliter ordo dicit notionem indistinctè, sed per additionẽ determinatur, ut cum dicitur, ordo patris ad filium, notatur notio paternitatis: notio verò filiationis, cum dicitur, ordo filij ad patrem. cum verò dicitur, ordo patris, & filij ad spiritumsanctum, designatur notio, quæ est communis spiratio. sed dum dicitur, ordo spirituſsancti ad patrem, & filium, notatur processio. Hæc Alexander.

Albertus. ¶Circa hæc scribit Albertus: In diuinus nullus est ordo simpliciter, nec aliquo modo priùs, & posteriùs. & ordo naturæ, qui est ibi, non est ordo simpliciter, sed secũdum quid. cum etenim ordo dicat duo, videlicet distinctionem, & priùs, ac posteriùs,

Ordo naturæ est in diuinis secũdum quid. in diuinis non ordo quantum ad priùs, & posteriùs, sed quantum ad distinctionem, cum verò additur naturæ, insinuatur quod vnus ab alio sit. natura quippe secundum philosophum est, ex quo pullulans pullulat. Si autem quæratur quid supponat

Quæstio. dictio ista, naturæ, cum dicitur ordo naturæ, an essentiam, an personam, vel notionem: dicendum, ꝙ supponit essentiam, non secundum quod essentia est, sed secundum quod natura: hoc est, prout virtute eius est processio personæ à persona. quamuis enim essentia non generet per se: attamen pater generat virtute essentiæ, ut est natura: Dicit ergo essentiam in persona non simpliciter, sed inquantum natura est. Hæc Alber.

Vdalricus ¶Et cõcordat Vdalricus, cuius verba de ista materia supra nona distinctione sunt allegata.

Thom. aq. Ordo tria includit. ¶Thomas quoque his consonans: Ordo, inquit, in sua ratione tria includit, videlicet rationem prioris, & posterioris, & distinctionem, ac ordinis rationem: ex qua trahitur ordo ad speciem, secundum, quod dicimus, quod est ordo secundum locum, ordo secundum tempus, aut dignitatem, ordo secundum originem, qui competit diuinis personis· sicq; complexum hoc, ordo naturæ, sumitur in uirtute. vnius vocabuli ad significandum speciem ordinis. Hæc Thomas.

¶Qui plura super his scribit, sed in præinductis doctoribus sunt contenta. Quæ autem de hac quæstione scribit in prima parte Summæ quæstione 42. supra inducta sunt nona distinctione.

Petrus. ¶Sed & Petrus consonanter his loquitur. Quemadmodum in diuinis non est numerus simpliciter, sed cum determinatione, & secundum quid, ita & ordo, puta ordo originis. Ordo quippe simpliciter dictus, importat tria: videlicet ordinatorum distinctionem, quæ competit Deo. graduum distinctionem, vtpotè prioris, & posterioris, quę Deo non cõuenit: mutuam quoque habitudinem distinctorũ, quæ Deo est competens. Dicitur autem ordo alicuius dupliciter. Primò, ut subiecti, quod ordinatur: secundo, ut rationis secundum quam ordo attenditur. Primò modo in diuinis non est ordo naturæ, sed personarum, quæ ordinantur ſm proprietatem originis. Secundò modo est ibi ordo naturæ, quia ſm naturalem productionem ordinantur personę. Primò modo naturæ sumitur orationaliter, id est, ut duæ dictiones: & genitiuus ille naturæ, construitur in habitudine materiali. secundo modo sumitur, quasi dictionaliter, & genitiuus construitur in habitudine formali: vt sit sensus, ordo naturæ, id est ordo naturalis. Hæc Petrus. Idem Richardus.

Bonauen. ¶Præterea, quæ ex Alexandro inducta sunt, Bonauentura sub alijs verbis exprimens: Triplex, ait, est ordo, videlicet secundum positionem, secundũ

Ordo secũdum positionem. anteceſsionem, & ſm originem. Ordo ſm positionẽ dicitur aliquorum, quorum vnum est superiùs, aliud inferiùs. quod potest esse dupliciter, utpotè loco, & dignitate: & hic ordo non est in diuinis. Or

Ordo secũdum anteceſsionem. do ſm anteceſsionem vocatur, dum vnũ est priùs alterum verò posteriùs. quod potest esse dupliciter. primò, duratione, seu tempore. secundò, naturali intelligentia, seu cognitione, sicut ens priùs concipitur, quàm subſtantia, vel natura. hic etiam ordo nõ competit in diuinis, quoniam tollit æqualitatem, & simuleitatem, quorum utrunq; in diuinis perfectiſsimè inuenitur. Porrò ordo originis, seu emanatio-

Ordo originis quomodo inueniatur ī diuinis. nis, est productoris ad productum, qui ordo est in diuinis. Denique ordo dicitur alicuius dupliciter. Primò, sicut ordinati, & sic conuenit diuinis personis, quæ modo ordinantur præfato adinuicem non sicut ad finem. Secundò, sicut rationis ordinandi. sicq; vocatur ordo naturæ, cui conuenit vis productiua. vnde natura vocatur vis infita rebus, ex similibus similia procreans. & ita essentia, & natura differunt ratione, quia essentia significatur in omnimoda abſolutione, non ut alterius principium. Natura verò dicitur vt principium. & sic dicit comparationem ad productionem, seu emanationem naturalem. Et quoniam ordo subſtantiæ in rebus creatis naturalẽ dicit originem, duo includit, videlicet

Essentię & naturę, dif ferentia. emanationẽ, & anteceſsionem: cuius ratio est, qm̃ emanatio in creatis ponit diuersitatem subſtantialẽ: propter ea quod in eis emanat, uocatur effectus: & quod producit, dr̃ causa. Hinc causa describitur, ad cuius esse sequit̃ aliud in natura, in diuinis verò est emanatio, ad quã non cõsequitur diuersitas essentię, aut naturæ. idcirco nec priùs, posteriùsve natura, sed simul uatura. ideo in diuinis non recipitur nomen causæ, vel effectus, sed principij, q̃uis Græci extento nomine utantur nomine causæ pro principio. Itaq; in diuinis est ordo naturæ, non quo alter sit posterior altero, sed quo alter sit ex altero, ut Augustinus ait in litera. Hæc Bonauentura.

Vnde soluantur utriusq; partis argumenta. ¶Ex præinductis demum distinctionibus soluuntur faciliter argumenta, quæ fiunt ad patrem utranque. Quod verò obijcit, quòd in æternitate non est ordo, verum est de ordine succesſionis, & durationis, dignitatis, & causalitatis, non naturę, atq; originis. Insuper circa hæc quærit Petrus: An aliq̃d creatũ sit Deo æquale.

Petrus. Videtur, ꝙ sic quia Deus, aut voluit aliquã creaturã facere sibi æqualẽ, & nõ potuit, aut potuit, & nõ voluit. Si voluit, nec potuit, nõ fuit omnipotens: si potuit, nec voluit, inuidus fuit. Ad

Obiectio. quod r̃ndet: Impoſsibile est creaturã creatori, æquari, imò, nec in natura, nec in poteſtate, neq; in operatione põt Deo par esse, qm̃ omnis creatura certis limitibus terminatur, ut ait Hieronymus, estq; virtutis finitæ, & in sua operatione requirit subiectum: ideo ab increata essentia distat, & deficit infinitæ.

Creatura non potest æquari creatori. Ad obiectum dicendum, quòd Deus non uoluit, nec ideò inuidus fuit, quia nec creatura extitit capax,

Dilutio.

pax, nec Deus naturali emanatione produxit creata. Hæc Richardus.

Richard. ¶Richardus p̃terea q̃rit hic, an argumentũ B. Au ſtini sit validũ, taliter arguentis: Si pr̃ non genuisset filiũ sibi æqualẽm, cũ potuisset, fuisset in eo inuidia?

Obiectio. Videtur ꝙ non, qm̃ multa bona posset facere Deus, q̃ non facit, nec sequitur, ꝙ idcir co sit inuidus. In oppositũ est auctoritas Augustini, qui ꝑ Arrianos sic arguit. ¶Ad hoc r̃ndet Richardus: Argumentũ hoc valet rõne materię, qm̃ ratio, & natura filij exigit vt in natura patri æquetur, nec potuit filiũ producere sibi inæqualẽ, q̃n fuisset imperfectio, & defectus in ipso patre gignente. Quod enim, quis alteri nõ det perfectionẽ cuius capax est, & quã ex sua ratione, ac natura req̃rit, & naturali emanatione conuenit alteri, nõ caret inuidia, aut impotentia. Hæc Richardus, cuius reſponſioni verba Bonauent. cõcordant.

Dilutio. ¶Ad argumentũ dicendũ, ꝙ creatura procedit à Deo mera libertate, nec exigit sibi plus dari ex sua natura.

Aegidius. ¶Aegidius quoq; hic refert opinionẽ Procli Platonici, q̃ in Elementatione sua theologica conatur, probare, & tenet, quòd in omni ꝓductione principiũ productiuũ est melius, atq; perfectius ipso producto. aliàs nõ esset ordo dignitatis, & perfectionis in rebus: sed ut oñdit Aegidius, q̃is illa opinio partim sit vera in rebus creatis, nequaq̃ tñ veritatẽ ſortitur in diuinis, & increatis personis, in q̃bus ad productionẽ im manentẽ nõ ſequitur diuersitas naturarũ: imò manet essentia numero vna, nec in rebus creatis vniuerſaliter verum est, ꝙ dignior sit natura producentis, quàm in natura producti: quia in generatione vniuoca producens, & productum eiusdem sunt speciei, cuius essentialis dignitas in indiuiſibili est conſiſtens. Hæc Aegidius.

Producẽs non est sẽper dignior producto.

A *Quæritur quomodo posset dici solus pater, vel solus filius, vel solus spirituſsanctus, cum sint inſeparabiles. Distinctio XXI.*

Qualiter dictiones excluſiuè capiantur in diuinis. HIc oritur quæstio, trahens originẽ ex prædictis. Dictũ est. n. supra, ꝙ tãtus est solus pr̃, vel solus filius, vel solus spũſsanctus, quãtũ simul illi tres, & ꝙ duæ vel tres personæ simul, non sunt maius aliq̃d, q̃ una persona sola. Ideo q̃rit Auguſt. in ſexto lib. de Tri. qũo hæc ſanè dici possint, cũ nec pr̃ sit solus, nec filius, nec spũſsanctus, ſed ſemper, & inſeparabiliter, & filius, cũ patre, & pr̃ cũ filio, & spũſsanctus, cum utroq;. Inſeparabiles. n. sunt hę tres personę. Ad quod ita rñdet Aug. in codẽ: Solum Deum patrẽ dicimus, nõ q̃a ſeparat̃ à filio, vel à spirituſsancto: ſed hoc dicentes, ſignificamus, quia illi simul cum eo non sunt pr̃. Solus. n. pater, pr̃ est: quod non dr̃, quia ipſe sit solus. i. ſine filio, uel spirituſsancto, ſed per hoc filius, vel spũſſanctus à paternitatis conſortio excluduntur. Ita & cum dr̃, solus filius, filius est: vel solus spirituſsanctus est spirituſsanctus: nõ diuiditur filius à patre, vel spũſsanctus ab vtroque, ſed à conſortio filialis proprietatis excluduntur pater, & spirituſsanctus, & à cõſortio proceſſibilis proprietatis pater, & filius. Cum ergo dr̃, tantus est ſolus pater, quantũ simul illi tres: per hoc, quod dicitur ſolus, non ſeparatur pater ab alijs: ſed hic est ſenſus, Solus pater. i. pater, qui ita pater est, quòd nec filius, nec spirituſsanctus, tantus est &c. Similiter intellige cum dicitur, ſolus est filius, vel ſolus est spirituſsanctus. Solus ergo pater dicitur, ut ait Auguſt. in eodem, quia non niſi ipſe ibi pater est: & ſolus filius, quia nõ niſi ipſe ibi filius est: & ſolus spirituſsanctus, quia non niſi ipſe ibi spirituſsanctus est.

Augustin. capite 7.

Responſio Augustin.

B *Utrum possit dici, ſolus pater est Deus, ſolus filius est Deus, vel ſolus ſpirituſsanctus est Deus, vel pater est ſolus Deus, vel filius est ſolus Deus, vel ſpirituſsanctus est ſolus Deus.*

Auguſtin. vbi ſupra. cap 9 a Poſt hęc quæritur, utrũ sicut dr̃, ſolus pater est pr̃, vel solus filius est filius: ita possit dici, ſolus pater est Deus, uel ſolus filius est Deus: ita & de ſpiritu ſancto, aut pater est solus Deus, filius est ſolus Deus: Ad quod dicimus, ꝙ pater, & filius, & ſpirituſsanctus dr̃, & ẽ vnus Deus: & hæc Trinitas ſimul propriè dr̃ esse ſolus Deus, ſicut ſolus ſapiens, ſolus potens. Sed non vr̃ debere dici à nobis verbis noſtris utentibus, niſi ubi ſermo auctoritatis occurrit, ſolus pater est Deus, uel pater est ſolus Deus. ita de filio, & ſpũ ſancto dicimus. Vnde Auguſt. in ſexto lib. de Trini. ait: Qm̃ oſtendimus, qũo posset dici ſolus pater, vel ſolus filius, conſideranda est illa ſnĩa, qua dicitur, Non esse ſolũ patrem Deum verũ, ſolum, ſed patrẽ, & filium, & ſpiritum ſanctũ. Ecce habes, ꝙ a non ſolus pater dicendus est, esse verus Deus. Itẽ in eodem: Si quis interroget utrum pr̃, ſolus ſit Deus, quomodo reſpõdebimus nõ esse, niſi fortè, dicamus ita esse, ꝙ dem patrem Deum, ſed non eum esse ſolum Deum? Esse autẽ ſolum Deum dicamus patrẽ, & filium, & ſpiritum ſanctum. Ecce, & hic habes, ꝙ a pater non dẽt dici ſolus Deus: atq; hoc ſolum in parte ſubiecti tantum accipere q̃dã uolunt, in parte verò prædicati* ſi ſit, concedunt, ꝙ pr̃ est ſolus Deus. Sed ex verbis Aug. vr̃ oſtendi, ꝙ propriè ſolus Deus dici debeat tota Trinitas. Et hæc trinitas (ut ait Aug. ꝙ Maximinum) intelligitur, cum Apoſtolus dicit: Beatus, & ſolus potens. Et ibi, Soli ſapienti Deo. Et ibi, Inuiſibili ſoli Deo. Nõ. n. de ſolo patre hæc accipiẽda ſunt, ut cõtẽdebat Maximinus, & alij hæretici, ſed de Trinitate. Sicut, & illud, Solus habet immortalitatem: ꝙa ſm rectam fidem ipſa Trinitas est vnus ſolus Deus, beatus, potens, ſapiens, inuiſibilis. Vnde Aug. in eodem: Cum vnus Deus ſit trinitas, hæc ſit nobis

Quod non dicatur, ſolus pater, Deus est.

Quod pater nõ est ſolus Deus ſed Trinitas.

*sic

Augu. li. 3. contra Maximinum. cap. 13. 1. Tim. 6. c Rom. 16. d 1. Tim. 1. d Auguſtin. ubi ſupra.

bis solutio quæstionis, ut intelligamus solum Deum sapientem, solum potentem, patrem, & filium, & spiritum sanctum, qui est vnus, & solus Deus.

C

Quomodo dicatur Trinitas solus Deus, cum ipsa sit cum spiritibus, & animabus sanctis.

Augustin. 6. de trini. capite 7.

Sed iterum quæritur, quomodo ipsam trinitatē dicimus solum Deum, cum sit cum spiritibus, & animabus sanctis. Ad quod respondet Augustinus in sexto libro de Trin. ita dicens: Trinitatem, dicimus Deum solum, quamuis semper sit cum spiritibus, & animabus sanctis: sed solum dicimus, quia non aliud, quàm ipsa Trinitas Deus est. Nō .n. illi cum illa Deus sunt, vel aliqua alia, sed ipsa Trinitas tm̄, nō illi, vel alia, Deus est.

D

Et si de patre solo prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius, & spiritussanctus.

Augu. li. 3. contra Maximinum. cap. 14. a

Apoc. 19 c

Matt. 11. d

Ioh. 17. a

Augustin. 6. de trini. cap. 9. a

Veruntamē ut ait Aug. & si de solo patre p̄dicta dicerent̄, non tm̄ excluderetur filius vel spūssanctus: qa hi tres vnum sunt, sicut in Apocalypsi de filio legitur, q̄ hēt nomen scriptū, quod nemo scit nisi ipse. non .n. inde seperatur p̄, uel spūssanctus. Et cum dr̄, Nemo nouit patrē, nisi filius: non inde seperatur p̄, vel spūssanctus, qa inseparabiles sunt. Aliqn̄ etiā noiantur p̄, & filius, & tacetur spūssanctus. Sicut veritas ad patrē loquēs, ait: Vt cognoscāt te, & quem misisti Iesum Chm̄, esse vnū Deū verū. Cur ergo (inqt Aug.) tacuit de spū sancto? Quia cōsequens est, ut ubicūq; noiatur vnus, sicut p̄, & filius, tanta pace vni adhærens intelligatur etiam ipsa pax, quāuis non commemoretur. Vno ergo istorū nominato, etiam reliqui intelliguntur: quod in pluribus scripturę locis occurrit.

Summa di stinct. 21.

HOc loco introducit̄ q̄stio, q̄ ex verbis phabitis sumit ortū. Dict̄ū est. n. q̄ tātus est solus p̄ & etiā solus filius, & item solus spūs sanctus, q̄ti sunt tres simul, ex quo dubitatio surgit, qualiter dictio exclusiua valeat addi ī diuinis termio eēntiali, aut psonali exprte subiecti, aut p̄dicati, cū inseparabiles sint psonę: & circa hęc versat̄ ista distinctio, hāc̄q; materiā tractat Aug. 6. de tr.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *qualiter dictiones exclusiuæ addi, queant in diuinis terminis personalibus, & essentialibus.* Et circa hæc varia possent argumēta formari, q̄ ex diuersis acceptionibus dictionū exclusiuarū rnsionibusq; doctorū facillimè dissoluuntur. Itaq; ad q̄stionē, qua quærit̄, utrum dictio exclusiua verè

Bonauen.

addat̄ termino subst̄ātiali à parte subiecti, Bonauētura rndet: Hæc dictio solus, p̄t esse categorema, & etiā syncategorema. put est categorema, sic est nomē adiectiuū, absolutè ponens rē suā. i. rem significatā per se, circa suum subst̄anctiuū, & res sua est solitudo. tm̄q; valet solus, ut solitarius. Et qm̄ solitudo nullo mō recipitur in diuiuis, quantū ad subst̄antiā, cū sit in tribus personis, idcirco hoc nomen solus sic sumptū, non recipitur in diuinis, cū terminis subst̄ātialibus: qm̄ terminus accidentalis implicat rē suam circa subiectum, sicut cum dr̄, homo albus currit: similiter cū dr̄, solus Deus est pater, soli-

Hilarius.

tudo implicatur circa Deū. cumq; Hilarius dicat, q̄ Deus non est solitarius cōfitendus, ꝓpositio illa nō est vera. Si verò solus sumat̄ syncategorematicè, sic priuat associationē, & importat quandam negatio nē. sicq; cum aliquod prædicatū tā essentiale, q̄ personale præcisè dicat̄, de noīe substantiali, sic verè recipit̄ in diuinis tā respectu prædicati substātialis, ut cū dr̄, Solus Deus creat: & respectu prædicati p-

Obiectio.

sonalis, ut cum dr̄, Solus Deus est p̄. Sed obijci potest, qa hæc falsa vr̄, Solus Deus creat. hoc etenim nomē Deus, de se habet suppositionē quasi indefinitā respectu personarū, ergo reddit locutionē uerā pro supposito aliquo, sed ꝓ quolibet falsa c̄. hæc nāq; est falsa, solus p̄ creat, ergo cū prædicatum essentiale conueniat tribus: non uni tm̄, nullo mō p̄t addi dictio exclusiua respectu huiusmodi p̄dicati,

Dilutio.

puta cōis. Dicendū, q̄ terminus, cui additur exclusio, respectū habet, & ad prædicatū, & ad exclusionē, & q̄uis respectu p̄dicati posset habere suppositionē personalē, ut cū dr̄, solus homo currit, tm̄ regula est apud sophistas, q̄ per comparationē, ad dictionē exclusiuā, talis terminus suppositionē simplicē hēt, idcirco neq; licèt descendere. Et hoc est, qđ dr̄ in lib. de regulis fidei, q̄ dictio exclusiua facit exclusionē q̄tum ad genus rei, & non q̄tum ad rē geńis: qm̄ rone formæ cōis, quæ est genus rei, non rone suppositi, quę est res generis. Hæc Bonauentura.

Nota regulam.

¶Pręterea ad q̄stionē, qua q̄ritur, an dictio exclusiua possit addi termino essentiali à pte p̄dicati, idē doctor rndet, q̄ hæc dictio solus, nō debeat ꝓpriè addi à parte p̄dicati, sed tm̄ modo ad subiectū: & cū additur p̄dicato, impropriè siut locutiones: & tūc idē sit dicere, solus & tm̄. Tū si quis inspiciat, nō solū ad dictionē hanc solus, sed ēt ad hanc tm̄, videbit improprietatē, & superfluitatē. Quid .n. est dicere, trinitas est tm̄ Deus, nisi trinitas est Deus, & non aliud, q̄ Deus? Si .n. est Deus, non est aliud, q̄ Deus. nec vllus, unq̄ hæreticus dixit trinitatē Deū esse, qui diceret eā aliud esse, à Deo. Aliter quoq; dicendū, est, quòd hæc dictio solus, dupliciter p̄t addi termino essentiali. Primò per se, secūdo cū termino numerali, aut partitiuo. Per se aūt impropriè additur, & si addat̄ prędicato ꝑm vocē, tamen ꝑm intellectū stat à parte subiecti. Idē namq; est dicere, hō est albus: &, est albus hō. Hinc idem est sensus, cum dicimus patrē esse solum Deū, & cū dicimus solū Deū, esse patrē. Si autē aliter ponatur, vr̄ oratio improprietatē, & superfluitatē habere: qm̄ hoc excludit, quod excludebatur à natura p̄dicati. Aliqn̄ etiā additur hæc dictio solus, termino essentiali cū termino numerali, sicut cū hoc termino unus. tuncq; excludit pluralitatē, atq; hoc mō benè additur p̄dicato. Et accipit Augustinus, dicēdo: Trinitas est unus

Augustin.

solus verus Deus. & tūc sermo est verus, ac ꝓprius, & ꝓ hæreticos dicentes trinitatem esse tres Deos. & importatur per hunc terminū solus, multitudinis priuatio, & ita discretio. magis quoq; propriè dicitur de Trinitate, q̄ Trinitas sit unus Deus, q̄ de pre, cū tm̄ dici possit de vtroq;, nec vllus vnq̄ dixit patrē esse plures Deos, sicut de Trinitate aliq̄ hoc dixerūt. Hinc cōgruentiùs dr̄, Trinitas est vnus solus Deus.

Deus. Concedendum est ergo quod solus potest addi ad prædicatum termini essentialis in diuinis, sed non propriè nisi cum determinatione, & additione termini partitiui. Hæc Bonauentura.

Thomas.

Solus cōfortiū remouet dupliciter.

¶Circa primā q̄stionū istarū scribit hic Thomas: Secundū philosophū, solus idem est, quod nō cum alio, in quo confortiū remouetur, p̄t ergo hæc dictio cōfortiū remouere simpliciter vel respectu alicuius. Et dr̄, simpliciter remouere confortium, qn̄ tollitur associatio alterius, q̄ sit eiusdem naturæ, & conditionis cū ipso, sicut dicimus aliquē hominem esse solū in domo, q̄uis ibi sint multa aīa alia. sicque dicimus aliquē religiosum incedere solū, dum sine ordinis sui socio vadit, q̄uis alij multi hoīes secū pergant. & sic solus idē est, quod solitarius, est̄q; dictio categorematica, implicās solitudinem circa subiectū, & sic nullatenus admittit̄ in diuinis: qm̄ una persona semper hēt confortiū alterius personæ cōnaturalis, ac similis sibi. Verū si excludat confortiū respectu alicuius determinati, sic est dictio, syncategorematica ordinē, aut habitudinem quandā vnius ad alterū importans, rōne negationis implicitę magis q̄ implicans aliquā formam. sicq; proposītio ista, solus Deus creat, habet duplicē sensū. qa, vel remouet cōfortiū alterius à forma subiecti, subintellecta implicatione, quod est, uel qui est. & tūc est sensus, solus Deus. i. ille q̄ est ita Deus, quod præter eū nullus alius est Deus, creat: & ita est vera. vel remouet confortiū, & participationē prædicati, atq; sic etiam vera est: qm̄ sensus est, q̄ nullus alius præter Deum creet. Et idem iudicium est de hac, Solus pater est pater, vel solus pater generat. Oēs q̄ppe huiusmodi, propositiones, in primo sensu sunt falsæ, & in duobus alijs verę. Hæc Thomas.

¶Circa secundā q̄stionē sic loquitur: Dictiones hæ exclusiuæ, solus & tm̄, in hoc differunt: q̄ tantū & similiter solū, cum sit aduerbiū, determinat actū verbi, qa aduerbium adiectiuū est verbi. unde cum verbū rōne compositionis coniungat prædicatum subiecto, & ad utrunq; se habeat, congruè possunt aduerbia ista tā subiecto, q̄ prædicato adiungi. sed hæc dictio solus, cū sit nomen priuans confortiū, est determinatio eius cū quo confortiū potest haberi. habetur aūt confortiū cum eo, cui aliquid cōuenit, & hoc significatur ut subiectū, est̄q; propriè dispositio eius. Itaq; ſm hoc aliqui dicunt, q̄ hæc est impropria, Trinitas est solus Deus: qm̄ si ly solus propriè tenet̄, non additur p̄dicato: si aūt teneatur pro ly tm̄, superfluè additur p̄dicato essentiali: ut si diceret̄, Socrates est tm̄ homo: quia per dictionem exclusiuam nō p̄t excludi nisi natura extranea ab eo, cui addit̄, & hoc intelligitur etiā ex ipso prædicato substantiali. Ex hoc nāq; quod dr̄, Socrates est hō, intelligitur, q̄ non est æquus, aut asinus. Similiter dicunt, quod superfluè addit̄, cum dr̄, Trinitas, est tm̄ Deus nisi addat̄ hoc nomen vnus, aut aliquis alius terminus, accidentalis, q̄ possit inesse, & non inesse, qa sic excludetur oppositū vnitatis, quod est pluralitas. Et dicūt, q̄ intentio Augustini non est, dicere, q̄ hoc complexum solus Deus prædicetur de Trinitate, vt Magister innuit: sed cū dr̄, solus Deus, supponitur Trinitas, & non pater, aut filius. Verūtamen hoc non vr̄ multū necesse. q̄uis. n. ly solus dispositio sit subiecti, non tm̄ oportet, q̄ semper addatur subiecto: qa & illud quod in prædicato ponit̄, p̄t significari, ut suppositū naturæ, alicui, vel proprietati, rōne cuius p̄t ab eo priuari confortium: vt si diceretur, Socrates est solus hō sedens. Sic in proposito dico, q̄ aliter p̄dicatur hoc nomen Deus in tribus personis, & hoc nomen hō de Socrate, & Platone. cum .n. nō p̄dicetur de utroq; nisi id, quod utriq; cōe est, utriq; autem non est cōe nisi humana natura, q̄ in se considerata, non est, qđ subsistens: constat, q̄ iste terminus hō, non prædicet aliquā rem subsistentē, sed solum naturam inhærentē, vt inhærentē. idcirco non p̄t addi sibi hæc dictio, solus, quæ priuat confortiū. naturæ nāq; cōis non est ut ipsa confortiū habeat, sed potius, ut eius confortiū habeatur. sed terminus iste Deus, prędicat diuinā naturam de tribus personis, quæ etiā in se est habens esse subsistens, nulla personarū distinctione intellecta. Vnde q̄uis prædicet diuinā naturā ut naturam diuinā, & non ut quid subsistens, nihilominus. q̄ prędicat est subsistēs: ideo natura diuina habet rōnem, ut etiam in ipsa sit confortium, prout significatur, ut quo est, & ut ipsius sit confortiū ſm aliqđ sibi cōueniens, prout significatur ut quod est, sicq; p̄t sibi addi hæc dictio solus in prædicato tāquā rei subsistenti, & excludet extranea oīa à participatione formæ p̄dicati: ut sit sensus, trinitas est solus Deus. i. Trinitas est ille Deus præter quē nullus, alius est Deus. & expressior erit veritas, si qđ aliud addat̄, dicēdo: Trinitas est solus verus Deus. uel, trinitas est unus solus Deus. Hæc Thomas in Scripto.

Dio. Car.

¶In qbus ab inducta deuoti doctoris positione parumper dissentit. Videtur autē in hac re positio illa Bonauenturæ planior, ac aptior esse. q̄uis. n. diuina natura, sit qđ subsistens, nō tm̄ extra personas subsistit. nec rō personæ conuenit ei prout theologi loquūtur de persona in diuinis, ut infra patebit.

ar. 3.

¶Amplius de hac q̄stione scribit idē sanctus doctor in prima parte Sūmæ suæ quęstione 31. & concidit cū iam dictis. ibi tm̄ declarat cur dictio categorematica, & syncategorematica nuncupet̄: Dictio, inquiens, dicitur categorematica, quæ absolutè ponit rem suā circa suppositum, vel subiectum, ut albus circa hominē, cum dicitur, homo albus. Syncategorematica, verò uocatur, quæ importat ordinē prędicati ad subiectū: ut, oīs, nullus, solus. Nam solus excludit oē aliud à subiecto à prædicati consortio: vt cum dr̄, solus Socrates scribit, sensus est, q̄ nullus ei sit socius in scribēdo, q̄uis multi sunt secum. Hæc in Sūma. Scripta autem Thomæ de his, satis cōcordant Alberto, atq; Vdalrico. sed & Petrus, ac Richardus ad positionem Thomæ magis declinant.

Categorematica dictio cur dicatur.

Syncategorematica dictio.

Bonauen.

¶Insuper ad quæstionē, qua quæritur, an dictio exclusiua addit posit termino relatiuo, Bonauētura respondet: Hæc dictio solus, prout syncategorematicè sumitur, importat priuationē associationis. ergo cum dr̄, solus pater est pater, locutio vera est. potest namq; priuationem associationis tripliciter importare: primò, respectu formæ termini, cui adiungitur, vt dicat̄ solus pater i. ille, q̄ est solus pater, est pater: quod verū est. Secundò, respectu prædicati, & hoc dupliciter. primò, in non participando, vt qa alij non cōmunicat eam, & ita adhuc vera est. illa quippe proprietas sic conuenit patri, quod nulli alij. vel p̄t importare priuationem associationis in cōparticipando, ut cum dicitur, Petrus comedit solus, uel proficiscitur Romā solus: non quia alius nō uadit Romā, vel non comedat, sed qm̄ nullus comparticipat cum eo, quāuis participet. & sic adhuc locutio vera est, quia persona patris, non participat, vel non comparticipat in proprietate paternitatis. idcirco secundum, quod solus exclusiuē tenetur, iudicatur locutio vera. Hæc Bonauentura.

Solus priuationem importat tripliciter.

¶Deniq; ad quæstionē hanc, utrum dictio exclusiua verè addatur, termino personali respectu cōis

prædi-

prædicati,ita vt verè dicatur, solus pater est Deus, Idem rñdet doctor. Hic est duplex positio·quidam nãq; simpliciter, & sine distinctione concedũt has, atq; consimiles, Solus pater est Deus. & dicunt, ꝙ dictio exclusiua addita vni relatiuorũ, reliquũ non excludit: qm̃ non excludit id, quod cõsequitur ipsum, sed intelligitur in ipso, sicut dictio talis addita homini, nõ excludit animal. Vnũ autem relatiuorũ, est in altero, & sequitur illud. ergo addita uni, non excludit alterũ. Et si objiciatur, ꝙ solus excludit oppositũ, dicunt ꝙ relatiua sunt differentiæ, & oppositionis, & entis. Oppositionis, ꝛm quod sunt ad aliq̃d. & sic dictio exclusiua addita vni, excludit aliud. vnde sequitur, Iste est tm̃ pater, ergo non est filius. Sed ꝛm quod relatiua ad diuersos comparantur, sunt differentiæ entis. siq; posito uno, ponitur aliud seũ reliquum. ideo vnũ non excluditur ab alio, qm̃ dictio exclusiua illud aliud solũ excludit, quod nõ necessariè concomitatur, hæc autẽ positio non videtur cõueniens. dictio. n. exclusiua priuat associationẽ, ergo excludit, oẽ illud quod ponit associationẽ circa ipsum Ideò addita patri, excludit filiũ. Idcirco est positio alia, ꝙ dictio exclusiua addita patri excludit filiũ, hæcq; positio est magis probabilis. Hinc iuxta eã procedendo, distinguendæ sunt huiusmodi locutiones, ꝛm quod Augustinus distinguit, qm̃ solus potest facere exclusionem respectu cõpositionis intellectæ circa subiectũ, vel respectu cõpositionis principalis. Si primo modo, sensus est, solus pater est Deus. i. ille, q̃ solus est pater, ẽ Deus: & tunc remouet formã termini subiecti ab alijs, nõ formã prædicati. siq; veræ sunt omnes locutiones Augustin. tales. atque sub hoc sensu asserit Augustinus, Solus spiritussanctus est tãtus, quãtus pater, & filius. si autẽ exclusionem faciat respectu principalis cõpositionis, locutio ista & similes ei sunt falsę propriè loquẽdo, nisi addatur determinatio, qua arctetur exclusio, sicut cũ dicitur: Tu solus altissimus Iesu Christe cũ sancto spũ in gloria Dei patris. Hæc Bonauẽ.

¶His pro maiori parte cõsonat Thomas. addit tamen, ꝙ cum in diuinis personæ sint substantialiter idẽ, ideò in prætacta propositione, ac simili ei, ut dicit, solus pater est Deus, uel solus filius est Deus: potest intelligi fieri exclusio alterius masculinè. siq̃ue cum dicitur, solus pater est Deus, excluditur filius, ideo falsa est: uel neutraliter, & ita nec filius, nec spiritussanctus excluditur, ideo vera est. Hæc Thomas. Thomas.

¶Sed non vĩ, ꝙ propriè loquẽdo per dictionem hanc alius, quæ masculini est generis, & in diuinis personam designat, non sexum, intelligatur neutralis exclusio. Nã, & adiectiua trahuntur à substantiuis, ad consignificandũ, & supponendum iuxta exigentiam substantiuorum. Pater autem est nomen personæ, & substantiuum generis masculini. sicque solus personas alias, non naturam excludit. idcirco responsio Bonauenturæ aptior reputatur. Dio. Car.

¶Veruntamen Petrus sequitur Thomã: Quidã, inquiens, dicunt, ꝙ respectu essentialis prædicati, dictio exclusiua addita uni personæ, non excludit aliam: quia in illo essentiali prædicato sunt idem, & vnum, sed respectu personalis prædicati duntaxat. Veriùs tamen dicendum, ꝙ propositio talis est duplex, eo ꝙ dictio ista solus pót priuare associationem, vel respectu subiecti simpliciter, & ita est falsa: vel respectu formæ determinatæ. Aut ergo respectu formæ subiecti, sicq; est vera: aut formæ prædicati, & ita est duplex. solus namq; significat, non cum alio. quod potest esse dupliciter. Primò, non cum alio neutraliter: & sic aliam excludit essentiã, & est sensus, pater est Deus. & nullum aliud, quàm pater est Deus. quod verum est. Aut masculine, & ita aliam excludit personam, & est sensus: pater est Deus, & nullus alius, quàm pater est Deus, & ita est falsa. Hęc Petrus. Petrus.

¶Circa q̃stiones has nominales, & circa hos terminos tædet amplius occupari. hæc ergo sufficiãt. Dion. Car.

A De nominum differentia, quibus vtimur loquentes de Deo. Distinctio XXII.

De trinitate, & vnitate secundũ quod creditur, & intellecta. Augustin. 9 de trini. capite 8. Ambro. li. 2. de trinitatis de fide in prologo. Sex nominum differentiæ de Deo.

POst prædicta nobis differendũ vĩ de nominum diuersitate, quibus loquentes de vnitate, ac Trinitate ineffabili, utimur: deinde demõstrãdũ est, q̃bus modis de ea, aliq̃d dicatur. Illud ergo p̃cipuè teneamus, quædã esse noĩa, distinctè ad singulas p̃sonas p̃tinẽtia, ut ait Aug. in nono. lib. de Tri. quę de singulis tm̃ dicuntur personis. Quædã uerò, vnitatẽ essẽtiæ significantia sunt, q̃ & de singulis singulatim, & de oĩbus cõiter dicunt. Alia verò sunt, q̃ translatiuè, ac per similitudinẽ de Deo dicũtur. Vnde Ambr. in secundo lib. de Tri. ait, Quo purius niteat fides nostra, tripartita vĩ deriuanda distinctio. Sunt. n. noĩa quædã, quæ euidẽter proprietatẽ, personam q; deitatis oñdunt: & sunt q̃dam, quę perspicuã diuinę maiestatis exprimũt veritatẽ: alia verò sunt, q̃ translatiuè, & p̃ similitudinẽ de Deo dicuntur. Proprietatis itaq; ĩdicia sunt, gñatio, filius, verbũ, & huiusmodi: vnitatis verò ęternæ, sapĩa, virtus, & veritas, & hmõi: similitudinis verò, splẽdor, character, speculũ, & huiusmodi.

B Præmissis addit quædam esse nomina, quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiuè dicuntur.

Augustin. 5. de trini. cap. 7.

His adijciendum est, quędam esse nomina (ut Aug. ait in quinto libro de Trin.) quæ ex tempore Deo conueniunt, & relatiuè ad creaturam dicuntur: quorum quædam de omnibus dicuntur personis, ut dominus creator, refugium: quædam autem, non de omnibus, ut donatus, datus, missus, & huiusmodi.

C De hoc nomine Trinitas addit.

Præterea est unum nomen, quod de nulla persona singulatim dicitur, sed de omnibus simul, id est, Trinitas, quod non dicitur secũdum substantiam, sed quasi collectiuũ, pluralitatem designat personarum.

De

D De alijs nominibus, quæ temporaliter Deo congruunt, & non relatiuè dicuntur.

Sunt etiam quædam nomina, quæ ex tempore Deo conueniunt, nec relatiuè dicuntur: vt humanatus, incarnatus, & huiusmodi. Ecce sex nominum differentias assignauimus, quibus vtimur loquentes de Deo: de quibus singulis agendum est.

E Quod illa nomina, quæ ad singulas pertinent personas, propriè relatiuè dicuntur: ea verò, quæ vnitatem essentiæ significant, ad se dicuntur. & de singulis, & de omnibus cõiter dicuntur personis, & singulariter, nõ pluraliter in summa accipiuntur.

Sciendũ est ergo, ꝙ illa, quæ propriè ad singulas personas ptinent, relatiuè adinuicẽ dicuntur: sicut pr̃, & filius, & vtriusq; donũ spũssanctus. Ea verò, q̃ vnitatem essentiæ significãt, ad se dicũtur: & ea, q̃ ad se dicunt̃, subst̃ialiter vtiq; dicuntur. & de oĩbus cõiter, & de singulis singulatim dicũtur p̃sonis: & singulariter, nõ pluraliter accipiũtur in summa: ut Deus, bonus, potens, magnus, & hmõi. Quæ autẽ relatiuè dicuntur subst̃ialiter nõ dicũtur. Vnde Aug. quinto lib. de Tri. ait: Quicqd ad se dr̃ prẽstantissima illa & diuina sublimitas, subst̃ialiter dr̃. Quod aũt ad aliquid dr̃, non subst̃ialiter, sed relatiuè dr̃. Tantaq; est vis eiusdẽ subst̃iæ in patre, & filio, & spũssancto, ut q̃cquid de singulis ad seipsos dr̃, non pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur. Dicimus. n. pr̃ est Deus, filius est Deus, spũssanctus est Deus: quod ꝛm subst̃ialiter dici nemo dubitat. Non tm̃ dicimus hanc Trinitatẽ esse tres Deos, sed vnũ Deũ. Ita dr̃ pr̃ magnus, filius magnus, & spũssanctus magnus: nõ tm̃ tres magni, sed vnus magnus. Ita ẽt omnipotens pr̃, oĩpotens filius, omnipotens spũssanctus: non tm̃ tres oĩpotentes, sed vnus omnipotens. Quicquid ergo ad seipsum dr̃ Deus, & de singulis personis similiter dr̃: & simul de ipsa Trinitate non pluraliter, sed singulariter dr̃. Et qm̃ non est aliud Deo esse, & aliud magnũ esse: sed hoc idem est illi esse, quod est magnũ esse, propterea sicut non dicimus tres essentias, sic non dicimus tres magnitudines, sed unã essentiam, & unam magnitudinẽ. Augustin. 5. de trini. cap 10.

F Quòd Deus magnus est ea magnitudine, qua Deus est. sic de bonitate, & de omnibus, quæ secundum substantiam dicuntur.

Deus. n. non est magnus ea magnitudine, q̃ non est quod ipse, ut quasi particeps eius sit. aliogn maior esset illa magnitudo, q̃ Deus, Deo aũt non est aliq̃d maius. Ea ergo magnitudine magnus est, qua ipse est. Ideoq; nec tres magnitudines dicimus, sed vnã magnitudinẽ: nec tres magnos, sed vnũ magnũ: quia nõ participatione magnitudinis Deo magnus est, sed seipso magno magnus est, qa ipse est sua magnitudo. Ita & de bonitate & æternitate, & oĩpotentia Dei dicendum est, & de oĩbus omnino, quæ de Deo possunt pronũciari subst̃ialiter, quibus ad seipsum dicitur, nõ translatiuè, ac per similitudinẽ, sed proprièꝫ si tamẽ de illo propriè aliquid ore hominis dici põt. Ecce apertè docuit, ꝙ nomina unitatẽ diuinæ maiestatis significantia, & ad se dicuntur de Deo. i. sine relatione, & de omnibus personis communiter, & de singulis diuisim dicuntur, nõ pluraliter sed singulariter, in summa accipiuntur. Illa verò nomina, quæ propriè ad singulas pertinent personas, relatiuè non subst̃ialiter dicuntur. Quod enim propriè singula in Trinitate persona dicitur, ut ait Aug. in eodem nullo modo ad seipsam, sed ad aliã inuicem vel ad creaturã dicitur. Et ideo relatiuè, non subst̃ialiter dici manifestũ est. Idẽ ibidẽ cap. 8. Aug. li. 5. de tr. c. 11

Summa distinct. 22.

IN hac distinctione agitur de nominibus, Deo cõuenientibus. tractatur enim in li. isto de summa, & superuiuẽti Trinitate, qnantũ ad ea, quæ ei cõueniunt relatiuè, & quæ absolutè: p̃mixtũ: & qa iam ante multa sunt dicta de superexcelsa trinitate, q̃tũ ad personarũ distinctionẽ, & quędã de vnitate essentię eius, iã ordinatè prosequi de noĩbus, q̃bus vtrunq; rectè exprimitur: Et sicut patet in litera, ponuntur hic sex differentię nominũ diuinorũ. Circa hæc q̃runt doctores, utrũ Deus sit à nobis noĩabilis, & utrũ propriè nominetur: hoc est, an aliquod nomẽ propriè ei cõueniat: an etiam conueniat ei potius uno nomine designari, quàm multis. & unde ortum habeat multiplicitas nominum diuinorum. Porrò Alexander circa hæc quærit plura, videlicet an Deus sit nominabilis, absque comparatione ad creaturas &c.

QVAESTIO I.

QVeritur ergo primò, *An Deus sit nominabilis.* ¶Vr̃, ꝙ non, qa cõiter dr̃, ꝙ Deus sit ineffabilis, ergo, & innoĩabilis. ¶Secũdò, noĩatio, ex cognitione ꝓcedit, sed Deus incõprehẽsibilis est, imò & incognoscilis, cũ oẽm mentis humanæ capacitatẽ in infinitũ excedat, & ipsamet veritas ꝓtestat̃: Nemo nouit filiũ nisi pr̃, nec patrẽ, qs nouit nisi filius. Tertiò, S. Diony. in li. de diuinis noĩbus, in pluribus locis, & alibi sæpè, fatet̃ Deũ omnino indicibilem esse, imò nec opinari, nec imaginari, nec sciri, nec intelligi posse. Idẽ dixerũt philosophi. Vnde in lib. de Causis, Causa prima est superior oĩ narratione, & nõ ẽ ei pfectio, nec diminutio, qm̃ ipsa est super oẽm perfectionẽ, & diminutionẽ. Multa de hoc scri Arguit. 1. pro parte negatiua. 2 Matt. 11. 3 4

buntur

bunt in lib, illo & præsertim in Elemẽtatione Theologica Procli Platonici probatur, ꝙ primũ aliud altissimũ vniuersorũ principiũ, non est opinabile, nec imaginabile, neq; sensibile, nec diffinibile, nec scibile, neq; intelligibile. Et de hoc possẽt multę auctoritates adduci, quarũ solutio ex sequẽtib⁹ eluceſcit.

In oppositum. In oppositum est, quòd Deus tam multis nominibus in scripturis significatur, exprimitur, nominatur, Denique diuersis modis à nobis cognoscitur, ergo & proportionabiliter nominatur.

Alexãder. Damasc. ¶Ad hoc Alexander rndet; ſm Damascenum lib. 1. 2. capitulo, nec oĩa diuina sunt effabilia, nec oĩa ineffabilia: sicut nec oĩa cognoscibilia, nec oĩa incognoscilia. aliud aũt est cognoscibile, & aliud effabile: quẽadmodũ aliud est loqui, aliudq; cognoscere. Multa ergo eorũ, quæ obtusè de Deo intelliguntur, nõ integrè, possunt enũciari: sed ea, quæ super nos sunt, cogimur ex his q̃ iuxta nos, & ſm nos sunt, pronũciare: sicut de Deo dicimus somnũ, irã, manus, pedes &c. Et rursus ait ibidem: Qm̃ quidem Deus sine principio, & sine est æternus, increatus, immutabilis, bonus, iustus, oĩpotens cognoscimus: quid aũt est Dei substãtia; vel qualiter Deus de Deo genitus sit, vel procedẽs, & qualiter incarnatus est, ignoramus, & dicere nõ valemus. Ex his verbis Damasceni cõcludimus, ꝙ quędã sunt, quæ de Deo noscunt per naturalẽ rõnem: & quantum ad hæc, nominabilis est per creata, sicut, & cognoscibilis est: q̃ dã verò sola fide accepimus, ut quod Deus ex Deo est genitus, & Dei filius est incarnatus, quãtum ad hæc, non est à nobis noĩabilis, sed à seipso noĩatur noĩbus in sacris eloquijs desuper traditis. Alia quo que distinctio ex verbis his Damasceni, accipitur, quia est noĩare Deũ uno mõ ex his, quæ sunt ſm ipsum, & hoc mõ innoĩabilis est nobis, qm̃ ea, q̃ sunt ſm ipsum, inquantũ huiusmodi, sunt infinita, & incõprehensibilia: sicq; intelliguntur ptractæ auctoritates. Est etiã Deum noĩare ex his, quę ſm nos sunt, & sic à nobis est noĩabilis. sic n. nominatur noĩbus priuatis, seu negatiuis, cũ dr̃ immensus, & increatus. sic etiã noĩatur imaginibus, cum nominatur dispositionibus spiritualiũ creaturarũ. sicut dum dr̃ spũs, & sapiens, atq; intelligens: & formis, cũ noĩatur similitudinibus corporaliũ creaturarũ, ut cum dr̃ leo, lapis, ignis. Itaq; Deus ſm quod cõsideratur in se, & ſm se, innoĩabilis nobis est, sed seipsum nominat in scripturis. Secũdũ aũt, qd̃ cõsiderat in suis effectibus, nõĩabilis est mõ prætacto. Hæc Alexand.

Thomas. ¶Hinc Thomas cũ voces, inquit, sint signa intellectionũ ſm philosophũ, idem iudicium est de cognitione Dei, & noĩatione ipsius. vnde sicut Deum imperfectè cognoscimus, ita & imperfectè nominamus, & quasi balbutiẽdo (ſm Gregoriũ) reſonamus diuina. Ipse aũt solus seipsum perfectè noĩauit, atq; expressit, ut ita dicã, verbum sibi æquale gignẽdo. Porrò ſm Augustinũ Deus oẽm formã subterfugit, non ꝙ in seipso nõ sit simplicissima forma oĩa formãs, sed qm̃ eminentia sua excedit oẽm formam, ac speciẽ à nostro conceptibilẽ intellectu. ¶Si autẽ obijciatur, ꝙ Deus significari non põt per nomẽ, quia nomen significat substantiã cum qualitate, in Deo autẽ nõ est cõpositio substantiæ, & qualitatis: nec per pronomen, ꝙa pronominis significatio determinat per demõstrationẽ, vel relationẽ: neq; per uerbum, aut participiũ, quia consignificant tẽpus, quod Deo nõ conuenit: rndendum, ꝙ Deus significari potest per oĩa ista. nempè cum dr̃ ꝙ nomen significat substantiã; cũ qualitate non intelligitur substantia, & qualitas propriè, prout accipit logicus, prędicamẽta distinguens: grãmaticus verò accipit substantiã quantũ ad modũ significandi, similiter qualitatẽ. cumq; id, quod significat per nomen, significatur, ut quid subsistẽs, ſm quod de eo põt aliquis prędicari, q̃uis ſm rem, non sit subsistens sicut albedo: hinc dr̃, ꝙ nomen significat substantiã ad differentiã verbi, ꝙ non significat aliqd, ut subsistens. & quia in quolibet noĩe est considerare id, à quo nomen imponitur, quod est quasi principiũ innotescẽdi, ideo quãtũ ad hoc, hẽt modũ qualitatis, ſm quod qualitas, seu forma est principiũ cognoscẽdi rem. Vnde ſm philosophũ 5. metaphysicæ. Forma substãtialis vno modo dr̃ qualitas, nec refert quantũ ad nominis significationẽ, an principiũ innotescendi sit idem re cum eo, quod noĩe significatur, ut in abstractis. Et qm̃ Deus seipso cognoscitur, potest significari per nomen, quod hẽt qualitatem quantum ad rationẽ, à qua nomẽ imponitur: & substantiã, quantũ ad id, cui nomen imponitur. Similiter per pronomẽ potest significari, sicut in Exodo ait: Ego sum, q̃ sum. Et quãuis demonstrari nõ queat ad sensum, potest tamen demonstrari ad intellectum, quantũ ad id, quod intellectus de ipso apprehenderit. Significari etiã potest per pronomen relatiuum, cum significetur per nomen, quod relatiuum potest referre. Per verba quoque, atq; participia, potest significari, ut dicimus, intelligit, creat, gubernat, est intelligens, non secundum, quod connotant tempus, sic enim à repræsentatione Dei deficiunt, sed prout actum perfectionalẽ designant. Hæc Thomas in Scripto.

¶Eadem scribit in prima parte Sũmæ, quæstione 13. & addit: Deus in hac vita non põt à nobis videri per suã essentiã, sed cognoscitur à nobis ex creaturis ſm habitudinẽ principij, & per modum excellentiæ, atq; remotionis. sic ergo põt nominari à nobis ex creaturis, non sic ꝙ nomẽ ipsum significãs ex primat diuinã essentiã, secundũ quod est in se, sicut hoc nomẽ homo exprimit sua significatione essentiã noĩs secundum quod est in se. ¶Si præterea opponatur, qm̃ oẽ nomen, vel abstractum est, vel concretũ, concreta autem non cõpetunt Deo, cum ipse sit simplex: nec abstracta, ꝙa non significant, quid perfectum subsistens, ergo nullũ nomen potest dici de Deo: ¶Dicendũ, quòd ex creaturis in Dei cognitionẽ venimus, eumq; nominamus, nomina verò, quæ Deo attribuimus, hoc modo significant secundũ quod materialibus conuenit creaturis, quarum cognitio nobis est cõnaturalis. Et quia in huiusmodi creaturis perfecta, & subsistentia sunt cõposita, forma verò eorũ, non est, quid completum, sed est id, quo aliquid est: hinc oĩa à nobis imposita ad significandum aliquid completum subsistens, significant in concretione, prout cõpositis conuenit. quę autem imponuntur ad significandum simplices formas, significant aliquid, ut nõ subsistens, sed ut quo aliquid est, sicut albedo significat, ut quo aliquid est album. Cum ergo Deus sit simplex, & subsistẽs, attribuimus ei nomina simplicia, & abstracta, ad designandum simplicitatem ipsius: & nomina concreta, ad designandum subsistentiam, perfectionẽque eius. Hæc in prima parte Summæ. His per omnia consonat responsio Ronauenturæ.

Richard. ¶Richardus quoque: Quemadmodum, inquit, Deus ex sua natura est maximè cognoscibilis, ita & nominabilis, & sicut nos, ab eius cognitione, ita & ab eius nominatione ex nostrâ imbecillitate deficimus. Propter, quod 1. de diuinis nominibus cap. B. Dion. loquitur: Theologi tanquam innominabilem

Logicus & grãmmaticus diuersi modè vtũtur substãtia, & qualitate.

Aristotel.

Deus significari põt, per nomẽ, pronomẽ, verbũ, ac participiũ

Exodi. 3.

art. 2.

Obiectio.

Dilutio.

S. Dion.

Apuleius. Hermes Trisinegi. lem laudant Deũ. Apuleius ẽt in lib. 1. de dogmate Platonis refert Platonẽ docuisse Deum, & innominabilẽ eius naturam inuenire difficilẽ. Hinc Trisme gistus in libro de diuinitate ad Asclepium loquit: Non spero totius maiestatis effectorẽ, & oĩum rerũ patrem, ac dñm, vno posse nomine nuncupari, quãuis è multis compositio, aut electo. Hæc Richard.

Antisiod. ¶Hinc Antisiodorensis in Summa sua 1. lib. post plurima argumẽta pro utraq; parte inducta, rndet: Deus sibijpsi noĩabilis est. ipse. n. suijpsius est maximus contemplator, maximus amator, & maximus delectator. Vñ nomen suum manifestat hoĩbus, loquens ad Moysen: Hæc dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos. nobis aũt est nominabilis uno mõ, videlicet imperfectè: hoc est, in creaturis, & ex creaturis, in quibus, & ex quibus eo mõ cognoscimus, sicut in speculo. innoĩabilis uero nobis in se, & ex se, qm̃ cũ in seipso nunc intueri non possumus sicuti est, ergo nec taliter noĩare. Hæc Antisiodoren.

Albertus. ¶Præterea multa ad materiam istã spectantia scribit Albertus supra dist. 2. ad qõnem istam rndens, & inter cætera loquens: Cum nil dignum dici possit de Deo, tñ ut August. 1. de doctrina Chriana asserit, ipse Deus admisit humanæ uocis obsequium, & verbis suis gaudere nos uoluit. Idcirco dicendum, ꝙ Deus innominabilis est nomine repræsentare perfectè, quod ipse, & ꝓp inopiam noĩm condescẽdit nobis, ut noĩemus eũ noĩbus incõpletè significãtibus, dũmõ imperfectionẽ hmõi nequaquam in ipso ponamus, imò eũ omnibus supereminere noscamus.

August. Quo noĩe Deus aptiꝰ nominet. Anselmus ¶Si aũt quærat, quo noĩe congruentiùs noĩetur, rndet Anselmus, ꝙ omni noĩe põt congruè nominari, quod absolutè, simpliciterq; loquendo meliùs est inesse, haberi, aut esse, q̃ non. Omni aũt rei melius est esse, q̃ non esse, similiter omni enti meliùs est viuere, q̃ non uiuere. sed & omni uiuenti meliùs est intelligere, q̃ non esse intellectualis naturæ. ideo esse, uiuere, intelligere, & consimilia prædicata perfectionalia, aptè noĩant Deum. Veruntn aduertendũ, ꝙ dupliciter noĩa diuina formant. primò, ab his, q̃ ſm rem per priùs sunt in Deo, & per posteriùs in creaturis. & noĩa ista à diuino Dionysio mystica appellant, videlicet bonũ, ens, vita, sapientia, intellectus, &c. *Mystin etenim græcè, latinè secretum est. Et hoc ideo, qm̃ nomen tale ſm ꝓprietatẽ, quam habet ab imponente, significat ſm partẽ, seu imperfectè id, quod in Deo est totaliter, ac perfectè, atq; interdũ per modũ accidentis significat, quod in Deo substantialiter est, & est eius essentia: ideo res diuina, quam nominat, & designat, remanet nobis occulta. nã scimus eã super oẽ nomẽ consistere, & qd̃ deficiunt linguæ ab eius narratione. Hinc S. Dionysius exponit, quod dixit Deum esse uitam, & non vitam. i. super uitam. Est nam q; uita per priùs in Deo, q̃ in rebus creatis, & ipse est nõ uita ſm id, quod nomen sonat, & nos capere possumus: imò sic est super uita, & super vitam, qm̃ ipse est sua uita, & uita infinita incõprehensibilis nobis. Propter quod B. Dionysius protestat, ꝙ affirmationes in Deo sunt incõpactæ. i. impropriè; negationes aũt uerę, ac ꝓpriè: quia negationibus designat, quid nõ est, vt cũ dr̃ in corruptibilis, incorporalis, & hæc simpliciter vera sunt. affirmatio, aut in Deo est incompacta, qm̃ modus significãdi in noĩe, repugnat pfectioni rei diuinè, ꝓcipuè ꝓpriatis qm̃ noĩa frequẽter designat cõpositè id, quod in Deo est in fine simplicitatis, & ẽt imperfectè id, quod pfectissimè est in Deo, & accidentaliter, quod in Deo substantia est. Symbolicis demũ noĩbus nominat Deus penes translationem corporalis, ꝓprietatis ad spiritalem, ficq; dr̃ lapis, agnus: qm̃ lapis solidus est, & solidè fundans, quod sup ipsum cõstruit. sic spiritaliter Deus est solidissima ueritas, & cõstantissima virtus, totius spũalis ędificij firmissimũ fundamentũ. Porro regula prętacta Anselmi, intelligenda est de mysticis noĩbus, q̃ ex natura rei priùs conueniunt Deo. Vera est quoq; regula Magistrorũ dicentiũ, quod Deus noĩat ex omnibus, q̃ ad priuationem non pertinent, atq; materiã: qm̃ ad materiã ꝓtinẽt materialia, & corporalia oĩa, siue sint corpora ipsa, siue formæ substantiales, seu accidentales. priuatiua uero sunt, q̃ pertinent ad defectum. qm̃ oĩa illa ex priuatione causant, ut pati, mutari, moueri, mentiri, peccare. & quicquid est ꝓter hæc ad nobilitatem, perfectionemq; pertinet, ac iuxta regulã illã Anselmi cõuenit Deo. Hæc Alber.

Nota regulam magistrorum.

Vdalricus. ¶Hinc in Summa sua lib. 2. Vdalricus: Noĩa, inqt, diuina a S. Dionysio appellant, qm̃ ipsa nos ducunt quantũ possibile est in cognitionem quidditatis diuinæ naturæ: qm̃ nomen est diffinitio implicita, sicut econtrario diffinitio est nomen explicitum. Primò ergo sciendum, ꝙ Deus innominabilis est a nobis, & omninominabilis. Si. n. nomen sumat ſm cõpletã sui rõnẽ, qua dr̃ quasi notamen, sic nihil est verè nomen rei, nisi quod implicitè repræsentat perfectã notitiam noĩati, quemadmodum rõ nominis (. i. diffinitio) exprimit illud explicitè, ficq; Deus est innominabilis nobis. Cum equidẽ cognitio nostra tm̃ sit existentiũ, eo ꝙ ad illa cognoscenda habeat intellectus nr̃i principia naturalia sibi inserta, & Deus sit supra oẽ ens, & supra oẽm intellectum, sequit, ꝙ sit supra oẽm naturam, cognitionem, & noĩationem: quia in via hac non cognoscimus eum ſm se, sed secundum suos effectus, à quibus, & eum possumus nominare. Si uero nomen dicatur a qualicunq; notificatione, sic Deus nominabilis est, sicut iã patuit. Cumq; nullus Dei effectus, sit diuinę bonitatis, & perfectionis omnino expers, ipsaq; causa nominetur ꝓfectionibus effectuum, quæ perfectiones principaliùs sunt in causa: hinc Deus est omninominabilis. i. designabilis nominibus cunctorum suorũ effectuũ, vel propriè, vel transumptiuè. Hæc Vdalricus.

Deus cur õinominabilis.

Aegidius. S. Dion. ¶Ampliùs scribit Aegidius hic: Hanc dubitationẽ, an Deus sit nominabilis, S. Dionysius 1. cap. de diuinis nominibus mouet, & probat Deum innominabilem esse, qm̃ nulla cognitione eum attingere possumus. Et ut ualeamus intelligere B. Dionysij mentem, notandum, ꝙ in nobis sunt septem gradus, seu gña cognitionum, q̃ se habent per ordinem. Prima est cognitio sensus exterioris. Secunda est phantasia, q̃ est motus factus ab anima, atq; imagines corporũ intuet. Tertia est æstimatiua, q̃ in hominibus nuncupatur cogitatiua, q̃ nõ cernit imagines corporum, sed sensibiliũ formarũ intẽtiones: quia ex speciebus sensatis elicit insensatas, q̃ nunquã fuerũt in sensu, sicut ouis uisо lupo, elicit inimicitiæ speciem. Quarta est intellectiua cognitio, quæ quadrupliciter diuiditur; qm̃ egreditur, uel à potentia habitu informata, aut non. Si secundo modo, sic duplex conuenit ei cognitio. una, quę intelligit simplcia, q̃. 3. de aĩa uocatur indiuisibilium intelligentia. Secunda actio intellectiuæ potentiæ non informatæ habitu, est secundum quam intelligit composita, & secundum hanc format propositiones, sicut ex prima diffinitione. Porro secundum quod uis intellectiua informatur habitu, duplex actus ab ea egreditur: quia ut informatur habitu primorum principiorum, qui dicitur intellectus, procedit ab ea cognitio in tuitus simplicis, qui à Dionysio diuino tactus,

Cognitionum septẽ gradus.

Aristote.

uocat: sed inquātū vis intellectiua informat habitu cōclusionū, q̄ noīat sciētia, sic ab ea ꝓcedit cōsideratio sciētialis. Cumq; nulla harū cognitionū Deus noscat, rectè innoīabilis ferē. Vnde beatus Dionysius: Deus incōprehēsibilis est, & eius nō est sensus, nec phātasia, neq; opinio, nec sermo, nec tactus, neque sciētia. Verūtū sicut in lib. illo magnus Dionysius tradit, Deus ex suis effectibus aliquo mō cognoscibilis est, ex quibus, & imꝑfectè noīabilis exstat. Hęc Aegidius. Solutio obiectionū ex dictis est plana.

S. Dion.

QVAESTIO II.

Arguit ut 1. contra veritatē.

SEcundo q̄rit, *An aliquod nomen conueniat Deo propriè, & non translatiuè.* ¶ Vī ꝙ non, qa iam patuit ex diuini Dionysij verbis, ꝙ affirmationes de Deo sunt incōpactæ. i. impropriæ. Et rursus in lib. de mystica theologia docet, ꝙ oīum rerū ꝑfectiones veriùs, principaliusq; negant de Deo, q̄ ei attribuant, aut cōpetant: & tādē in lib. illo cōcludit, ꝙ mēs in cōtēplatione mysticę theologiæ cōiungitur Deo, tāquā ꝑrsus ignoto. & ꝙ in cognitione hmōi, q̄ est ꝑfectissima in hac via, dicimus Deum nō esse vnū, nec unitatē, nec trinū, nec trinitatē, nec bonū, nec bonitatē, nec vitā, nec veritatē, nec sapiētiā &c.

2 ¶ Secūdò, qa iuxta p̄habita Deū nō noscim⁹, nec noīamus nisi defectuosè, & imꝑfectè, q̄d aūt de aliquo taliter dī, nō ꝓpriè cōuenit ei, sed incōpletè.

3 ¶ Tertiò, Deum non intelligimus nisi per suos effectus, qui sunt, vel spiritales, & immateriales, uel corporales, qui oēs in infinitum è diuina perfectione occumbunt: ergo per nomina sumpta ex eis nō nominatur nisi impropriè, & penitus incompletè.

In oppositum.

Marci 10

¶ In contrarium est: ꝙ multa noīm. diuinorū ex natura rei per priùs, & eminentiùs conueniūt Deo, q̄ creaturis: ut bonus, & bonitas, verus, & ueritas, sapientia, cum & saluator testetur: Nemo bonus, ni Deus. imò multa sunt nomina soli Deo cōuenientia, vtpote æternus, omnipotens. infinitus, actus purus, & multa similia. Verū hæc qō superiùs uirtualiter mota est, & soluta distin. 2. & 3. Nunc tn aliqua breuiter tangent, quæ ibi forsan tacta non sunt.

Thomas.

¶ Itaq; Thomas rndet: Oīs creatura ſm modum recipiendi participationē bonitatis diuinæ, deficit a repræsentatione summi exemplaris, increatæque bonitatis. Hinc in noibus duo considerant, videlicet res significata, & modus significandi. Cumque noīa a nobis imposita sint, sēmꝑ deficiunt a repræsentatione perfectionis diuinæ, quantū ad modum significandi, qa significāt perfectiones diuinas ſm modū, quo participant a creaturis. Porro si cōsideremus rē significatā noīe, inuenimus noīa q̄dā imposita ad significandū principaliter ipsam ꝑfectionē exēplatā, & deriuatā a Deo, non concernendo specialē modū in sua significatione: & q̄dā inuenimus imposita ad significandū ꝑfectionē receptam ſm talē, aut talē modū participandi, sicut hoc nomē sensus designat cognitionē exēplatā a Deo per modū materialis participationis. cognitio vero in sua principali significatione nō importat ſpālē modū participandi. Hinc noīa imposita ad designādū perfectionē aliquā absolutè, ꝓpriè dicunt de Deo, & per priùs sunt in eo, quantū ad rem significatā, quāuis non, quo ad modū significandi, ut sapiētia, bonitas. Alia non dicunt de Deo propriè, sed metaphoricè, inquantū aliquid ꝑfectionis in rebus, quas significant, cōtinet, ut dictū est. Hæc Thomas. & cōcordat Vdal. Albertus, alijq; multi.

Dion. Car.

¶ Verūtn obijci pōt, quia multa sunt noīa Dei in scripturis non ab hoībus instituta, neq; imposita, sed diuinitus reuelata, desuperq; imposita. Vnde in Exodo Dns dixit ad Moysen: Ego sum, qui sum. hæc dices, Qui est, misit me. Itemq; Ego sum Deus Abraam, Deus Isaac, Deus Iacob hoc nomen est mihi in æternum. & denuo: Nomen, inquit, meum adonai non manifestaui eis. non ergo oīa nomina illa sunt a nobis imposita. Nec uerum vī, ꝙ dī, ꝙ non cognoscimus Deum nisi ex creaturis. multa. n. supernaturalia, & oēm rōnem excedentia, ex diuina reuelatione de Deo cognoscimus, sicut & Christus suis promisit discipulis: Cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos oēm ueritatem. Insup nō vī uerum, ꝙ dictum est, ꝙ noīa ista diuina significant diuinas perfectiones ſm quod participantur in creaturis. quædam namq; sunt noīa designantia nudè diuinam essentiam absq; omni circunuestitione, habitudine, & respectu ad creaturas, quēadmodum Rabbi Moyses, alijq; hebræi, ac quidam sancti affirmant de hoc noīe tetragrammaton. Deniq; ſm præhabita iuxta modum, quo Deū cognoscimus, ipsum noīare valemus. cum ergo sciamus Deum in seipso puram, & infinitam esse bonitatem, sapientiam subsistentē, & ens vniuersaliter, simpliciterq; perfectum, secluso omni respectu, & habitudine ad creata, ergo possumus noīa instituere, quæ taliter significent Deum. Vnde & Platonici summū Deū nominarunt autobonū. i. per se bonum, ut patet in Proclo. Quicquid autem ad ista dicatur, conclusioni huic a Thoma inductæ consentio, quod. ſ. nomina, quædam per priùs, ac ꝓpriè competunt Deo, quantum est ex natura rei designatæ per ea, quamuis non eo modo, quo nos ea in hac uia concipere aut intelligere possumus, sed per modum in infinitum eminentiorem, & perfectiorem. Et hoc est q̄d in præinductis auctoritatibus S. Dionysius insinuare intendit, atq; per hoc obiecta illa soluuntur.

Exodi 34

Exod 6.

Ioan 10.

Autobon. quid.

¶ Præterea Thomæ concordans Petrus: De translatione, ait, noīm a creaturis ad creatorē, cōtingit loqui tripliciter. Primò, quantum ad vocem, & sic omne nomen diuinum translatum est a creaturis: quia cognitio, & noīatio nra de Deo, incipit a creatis. uoces quippe creaturis primo impositæ sunt, & postea translatæ sunt ad diuina. Secundò, quo ad rem significatam, & sic nullum nomen diuinū trāslatum est a creaturis, quoniam Deus nihil realē sumit a creatura. Tertiò, quo ad significationem, seu rōnem rei significatæ. sicq; quædam translata dicunt de creatore ad creaturam, q̄. ſ. significant res, quarum ueritas per priùs est in Deo, & per posteriùs in creaturis, ut bonitas, sapientia, potentia, pr̄, paternitas &c. q̄ & magis propriè de Deo, q̄ de creaturis dicunt. q̄dam translata sunt econtra de creaturis ad creatorem, q̄. ſ. significant res, quarum ueritas est in creaturis tm, & aliqua similitudo in creatore, ut leo, agnus. & hæc ꝓpriè dicunt noīa trāslatiua, qa trāslatio sit ſm similitudinē quādā. q̄dā uero nullo horū modorū se habēt, utpote, q̄ significāt rē cuius veritas est in Deo solo, & cōtrariū in creaturis sicut æternus, imēsus: & ista nō trāsferunt de Deo ad creaturā, nec econtrario, nisi trāslatione solius uocis, vel æquiuocè. Hæc Petrus.

Petrus.

Quo transferant nomina a creaturis ad Deum.

¶ In cuius verbis ēt aliquid vī esse obscurū, sicut q̄d ait, ꝙ oē nomē diuinū, quo ad voces, translatum est a creaturis ad Deum: qm uoces primo creaturis impositæ sunt, & postea ad diuina translatæ. Istud vī pati instantiam, qm quædam uoces, seu dictiones primo impositæ sunt creatori, nec conueniunt, neq; impositæ sunt creaturis, nec ab eis trāslatę sūt ad

Dion. Car.

ad diuina, ut independens, æternus, infinitus, omni potens, de quibus ipsemet Petrus fatetur, quòd habent se neutro modo, nec uera, ac propria significatione competere queunt alicui nisi Deo, quamuis aliqui ea eroneè attribuerunt creatis. ¶ Deniq; ad intelligendum hæc pleniùs, aduertenda sunt verba Bonauent. dicentis: Quidam dixerunt, quòd quædam sunt noīa, quæ Deus sibi imposuit, cum ipse se propriè, ac plenè intelligat: & talia sunt, BONVM, & QVI EST. Vnde S. Dionysius sentire vī, quod hoc nomen Bonum, sit proprium, ac principale, ac primum Dei nomen: Damascenus vero, quod Qui est. & S. Dionysius attendit in noīe perfectionem, Damascenus uero absolutionem, uterq; verò proprietatem. Deus uero dī bonus, ratione cōmunicabilitatis, & diffusionis. Dī autem esse, seu qui est, p omnimodam abstractionem. Si autem loquamur de nominibus, quæ nos Deo imposuimus, sic cū non cognoscamus Deum nisi per creaturas, non eum nominamus nisi per noīa creaturarū. & ideo solū translatiuè, uel quia per priùs, ac ꝓpriè conueniūt creaturis, uel qm priùs creaturis imposita sunt, quamuis non magis propriè cōueniunt creaturis. Et hæc est translatio quædam, quāuis propiè extet translatio, dum magis propriè cōueniunt nomina his, a quibus transferuntur, sicut ridere magis propriè conuenit hoī, q̄ prato: idcirco ab hoīe trāsfertur ad pratū. Sed hæc positio non uidetur posse stare. cum. n. cognoscamus Deum tripliciter, ſ. per effectum, per exellentiam, & per ablationem, constat, ꝙ omnibus modis his ualeat Deus nominari. si per effectum, nulla est ibi trāslatio: similiter si ꝑ ablationem, qm translatio attendit ſm similitudinem aliquam, sicut ait Philosophus: Oēs transferrētes, ſm similitudinem aliquem transferunt. hinc aliter est dicendum, ꝙ quædam sunt noīa, quæ significant rē cuius ueritas est in Deo, & oppositum in creatura: ut ęternus, immensus. & talia nullatenus transferūtur à creaturis ad Deū, nec ſm rem, nec ſm impositionem. Quædam significant rem, cuius ueritas est in Deo, & similitudo in creatura, ut potentia, sapiētia, ueritas, & talia nomina transferuntur a creaturis ad Deum non ſm rem, sed ſm impositionē: qa per priùs imposita sunt creaturis, q̄ Deo, quamuis sint priùs in Deo. Quædam nomina significant rē, cuius ueritas est in creatura, & consimilis proprietas est in Deo. ut leo, agnus. res namq; significata, est in creatura. sed similitudo proprietatis, ut stabilitas, & fortitudo, in Deo est: & ista sunt propriè translatiua. ideo cōcedendū, quòd in diuinis sunt aliqua noīa trāslatiua, non oīa. Hæc Bonauentura.

Bonauēt.

S. Dion.

Aristore.

Quæ noīa attribuantur Deo p trāslationem.

Dion. Car.

¶ Huic positioni in cunctis consentio, dempto eo, ꝙ dicit positionem illam prætactam stare non posse, nec reprobatio eius conuincit. Dico n. quòd dum nominamus Deum per effectum, est ibi frequenter translatio. Nam & ipse Bonauentura (sicut iam patuit) asserit, ꝙ noīa significantia rem, cuius ueritas est in Deo, & similitudo ī creatura, quē admodum sapientia, bonitas, uirtus, transferuntur ad Deum secundum nominis impositionem, non secundum rem. nomina uero designantia rem, cuius veritas est in creatura, & similitudo quædā in Deo, & ista propriè transferunt ad Deū, uidelicet secūdū impositionē, & rē: & tn ista sunt noīa Dei per suos effectus. Insuper dico, ꝙ in noīationibus Dei per ablationem, ēt pōt esse, & est frequēter trāslatio. Deus namq; excelsus, & adorandus, vocatur immaterialis: illocalis, insensibilis, incorruptibilis, per abnegationem oīm corporalium, sensibiliū, & gñabilium rerum ab ipso, ꝑ dissimilitudinē inter ipsum, & illas: sed & etiā ꝑ abnegationē immaterialiū, & intellectualiū, & immortaliū substantiarū ab ipso, ob hoc, ꝙ quāuis substātiæ illæ ex similitudine sua ad creatorē sunt immateriales, intellectuales, & immortales, tn qa & ipsæ in infinitū à supsublimi primo principio deficiūt, & occūbūt, noīationes earū auferunt a Deo, quātū ad modū, quo eis conueniunt, ita ut iuxta modū loquēdi magni Dionysij Deus dicat supimmaterialis, supintellectualis, & super immortalis. Nam est, & q̄dā immortalitas, & q̄dā imaterialitas soli Deo cōueniēs, de quo ait Apostolus: Qui solus habet immortalitatē. & rursus, Regi seculorū immortali, inuisibili. ꝑ qd̄ S. Dionys. & Damascenus testant, ꝙ angeli ꝑ cōparationē ad Deū, materiales existūt, q̄d̄ suo loco est exponēdū. Quāuis aūt ablatio ista inquantū ablatio attendat formaliter penes dissimilitudinē, tn & similitudo intelligit ibi admixta, ut patet ex introductis. Deniq; in uerbis p̄habitis nō vī Bonauentura negare, qn q̄dā noīa Deo cōueniāt ex impositione ipsius: imò, & ait q̄dā noīa Deo cōuenire, q̄ neq; ſm rē, neque ſm impositionē trāsferunt a creaturis ad Deū. Ideo nō stat. ꝙ oīa diuina noīa quātū ad uocē, trāslata sunt de creaturis ad creatorē. ¶ Positio demū Richardi consonat dictis. nō. n. scribit de hac qōne nisi in quo ꝑallegati doctores cōcordant, nisi quòd aliqua inserit de mō cōcipiēdi Deū in statu isto in generali. de qua re supra inquisitio facta est.

Immortalitas quædam soli est Deo ꝓpria.

Richard.

¶ At uero Durādus circa hæc scribit: Propriū dicitur contra cōe, & cōtra metaphoricū, seu trāslatū. nomen aūt nō conuenit rei nisi sicut signū signato. ideo nomen aliq̄d Deo ꝓpriè cōuenire, intelligi pōt dupliciter. primò, ꝙ significet diuinā essentiā ſm ꝓpriā, & ꝑfectā eius naturā, aut rōnē, quasi diffinitiuè. sicq; nullū nomē conuenit ꝓpriè Deo. Nō. n. in uita hac intelligimus Deū ſm ꝓpriā, & (ut sic loquar) quasi specificā rōnē ipsius. ideo nullū nomē à nobis impositū significat Deū ſm ꝓpriā, & determinatā rōnē. Secūdò, qa nō cōuenit ei metaphoricè, seu trāssumptiuè. Quo circa pēsandū, ꝙ nomina cōsiderant dupliciter. Primò, quo ad rē significatā. Secūdò, quo ad modū significādi. Si cōsiderent quātum ad rē significatā, sic quatuor sunt gña noīm. Primū eorū, q̄ solā imꝑfectionē importat in suo formali significato: ut eē creatū, esse finitū, esse corporale, uel corruptibile: & hæc nec ꝓpriè, nec metaphoricè Deo cōueniūt. Scēm genus est noīm q̄ designāt exclusionē imꝑfectionis creaturarū vt infinitū, indepēdens, uel ꝑfectionē important in tali gradu, q̄ nequaquā cōuenit creaturæ, ut æternus, oīpotēs: & hæc ꝓpriè, nō metaphoricè cōueniunt Deo. Tertiū genus est noīm significātiū quādā ꝑfectionem absolutè, nō ſm modū limitatū, aut determinatū ad creatorē, aut creaturā, ut eē, uiuere, intelligere, sapientia, bonitas, &c. & hæc ꝓpriè Deo cōueniūt, qm̄ res significata ꝑ ea, ꝓpriè cōuenit ei. Quartum genus est nominū importantiū quādā ꝑfectionem secūdū gradū limitatum ad creaturā, ut sensus, leo agn⁹: & talia nō cōueniūt Deo ꝓpriè, sed metaphoricè sicut expositū est. Porro si noīa a Deo ꝓpriè cōuenientia, quo ad rē significatā considerent quātum ad modum significādi, nō tam propriè Deo attribuunt. Vel. n. sunt abstracta, & sic magis designāt quo quid est, q̄ id, quod est, ut humanitas, sapientia &c. uel sunt concreta, & ita designant, ut habentia naturam, aut proprietatem: & insinuantur quędam distinctio inter habens & illud, quod habet, ut homo dicit rem, quem habet humanitatem, &

Durandus

Nominū quatuor sunt gña.

iustus rem, cui ineſt iuſtitia. Hæc autē in Deo ſunt penitus idem. Veruntñ improprietas iſta non falſificat propoſitionem, qm̃ ueritas non conſiſtit in hoc, quòd res ſit cōformis modo ſignificandi, ſed ei, quod de ipſa ſignificatur, aut dr̃. Hæc Durādus.

Aegidius. ¶Aegidius demum in huius quæſtionis ſolutione dictis Thomæ, & Durandi concordat, nec vr̃ notabiliter ſpecialiter addere.

Alexand. ¶Præterea circa hæc Alexander loquitur: Aliq̃d ſignificatur de Deo dupliciter. primò, quia eſt: ſecūdò, quid eſt. Nomen itaq; de Deo ſignificans, quia eſt, propriè dr̃. ſicut hoc nomē. Qui eſt eſſentia. Nomina uero ſignificantia de Deo, quid eſt, ſemper dicuntur impropriè: ſicut, & illa, quæ per modū corporalem dicunt̃, & vniuerſaliter, quæ ſignificāt ſpeciem in materia, & imperfectionem, ut leo, lapis, ignis, quæ per tranſlationem dicunt̃ de Deo. Quædam vero ſunt, quæ uno mō propriè dicuntur de Deo, alio modo impropriè. i. tranſlatiuè, ut omnia illa, quæ ſignificant ſpeciem non in materia, & perfectionem naturæ, uel virtutis, aut operationis. Duplex namq; eſt uia intelligendi, ad quam conſequitur duplex modus dicendi, ſeu prædicandi. una eſt, cum intellectus procedit ab effectibus ad cognoſcendam cauſam, quatenus pro creata procedat ad cognoſcendum virtutem ſempiternam, atq; perillam cognoſcat diuinitatis ſubſtantiam, ut dr̃ ad Romanos 1. & in hac via ſi accipiat rō nomen ſapientiæ ad ſignificandum Dei notitiam, & nomen bonitatis ad ſignificandum Dei bonitatem. ſic iſta impropriè dicuntur de Deo, videlicet quo ad modū ſignificandi, & prout in creaturis reperiuntur. Alia via eſt, dum intellectus à cauſa ꝓcedit ad effectus. tunc enim prætacta hæc noīa veriùs conueniunt Deo, q̃ creaturis: imò ſic bonitas, ſapientia, veritas, potentia, & conſimilia intantum plus propriè Deo conueniunt, ꝙ in ipſo ſunt per eſſentiam, in cæteris per participationem. Hæc Alexander. Solutio quoq; obiectionum plana ex inductis eſt.

QVAESTIO III.

Arguitur. contra veritatē. TErtio quæritur, *An Deo cōueniat nomina multa habere, & vnde conſurgat multiplicitas nominum diuinorum.* ¶Vr̃ quod non conueniat Deo multiplex nominatio. Nomen enim ſe habet ad rē ſignificatam, ſicut ſignum ad ſignatum. ideo debet ei correſpondere. ergo ſicut Deus in ſeipſo ſimpliciſsimus eſt, & maximè unus, & indiuiſus, ſic non niſi vno, & ſimpliciſsimo nomine nominandus vr̃.

Hilarius. Ad hoc pertinere vr̃, quod in libro de Trinitate ait Hilarius: Non ſermoni res, ſed rei ſermo debet eſſe ſubiectus. ergo iuxta exigentiam diuinæ ſimplicitatis, & unitatis nominandus eſt Deus uno tanum, ac ſimplici nomine.

2 ¶Inſuper, quicquid eſt in Deo, eſt Deus: ergo nomina illa viderent̃ ſynonyma, cū idem ſignificent: nomina uero ſynonyma pro eodem reputantur.

In oppoſitum. ¶In oppoſitum eſt auctoritas ſcripturarum, in quibus Deus uarijs nominibus deſignatur.

Bonauēt. Tria conſiderāda in nomine. ¶Ad hoc Bonanentura reſpondet: In nomina tria conſiderantur, utpote vox, & ſignificatio, & rō innoteſcendi. vnde & nomen multipliciter ſumit̃. qñq; pro uoce ſignificante, ut cum dr̃: Petrus eſt nomen apoſtoli, ſicq; Deo cōueniunt nomina multa, quandoq; uero pro re ſignificata, ut cum dr̃, Bonum, & honeſtum ſunt idem nomine: & ita Deo quodammodo conuenit nomen unum, quodāmodo multa: quia ſi res ſignificata dicat̃ eſſentialiter, ſic omnia unum ſunt. Si uero dicat̃ perſonaliter, ſic plures ſunt, & plura nomina competunt eis. Tertiò nomen ſumit̃ pro notamine, ſeu rōne innoteſcendi, & ita quoq; dicendum, ꝙ quodammodo nomē vnum quodammodo plura conueniunt Deo. Si. n. accipitur rō innoteſcendi ex parte Dei, ſic innoteſcit per ſuam uirtutem, quæ una & magna eſt. & ſic vnum nomen Dei eſt magnum, & maximum, iuxta illud Ieremiæ: Magnus ex tu Dñe, & magnum nomen tuum, videlicet quo ad virtutem, qua innoteſcit, ſm illud in Pſalmo: Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius. Si autem accipiat̃ rō innoteſcendi ex parte effectuum, ſeu creaturarum, ſic diuerſa ſunt nomina Dei. Deus etenim innoteſcit nobis tripliciter, ſ per cauſalitatem, per ablationem, & per eminentiam: & ſm hæc eſt multitudo nominum diuinorum. Si. n. nominetur per cauſalitatem, multo ſunt nomina eius, qm̃ multos habet effectus: ſi per ablationem, multa ſunt nomina, qm̃ multa remouentur ab eo, videlicet cuncta creata: ſi per eminentiam, multa ſunt nomina eius, quia in omni nobilitate, & perfectione eminet creaturis. Hæc Bonauentura.

Durand. ¶Hoc ipſum Durandus aliqualiter planiùs exprimens: Vnumquodq;, inquit, nominamus ſicut intelligimus illud Deum autem ex creaturis Intelligimus varijs modis: hinc ſm diuerſitatem effectuū Dei in operibus naturæ, & gratiæ, ac gloriæ, innumerabilia nomina competunt ei. Dr̃. n. creator, cōſeruator, gubernator, prouiſor, prædeſtinator, ſaluator, adiutor, iudex, glorificator &c. Ex remotione quoque uocatur immenſus, immortalis, incorporalis: ex eminentia uero, omnipotens, ſummus, perfectus. &c Hæc Durandus.

Thomas. Nominū multiplicitas vnde cōtingat. ¶Thomas quoq;: Multiplicitas, ait, nominū dupliciter poteſt contingere. primò, ex parte intellectus, qui ſicut vnam, & eādem rem pōt diuerſimodè conſiderare, atq; ſm diuerſas rōnes, & ꝓprietates cōcipere, ſic pōt eam multipliciter noīare, multaq; noīa ei imponere. Hinc Deum poſſumus nominare ſm id, quod in ſe eſt, & ēt ſm quod ad creaturas habet ſe. & hoc dupliciter, utpote ſm negationes, quibus cōditiones, & ꝓprietates creaturarū remouent̃ ab eo: & inde conſurgunt noīa negatiua, ut immenſus, increatus, incōprehenſibilis: & itē ſm relationē Dei ad creaturas, indeq; oriunt̃ noīa importātia habitudinem Dei ad creaturas, ut creator, rex, dñs, iudex, legiſlator. Secundò multiplicitas noīm pōt accidere ex parte rei. in Deo autē nō eſt realis diſtinctio niſi perſonarum, vnde cōtingit multiplicitas nominum perſonalium, ac notionalium, ſeu relationum. Præter hæc eſt in Deo diſtinctio rōnum, quæ uerè in ipſo ſunt, ut rō bonitatis, rō ſapientiæ &c. quæ omnia in Deo ſunt vnū re, & differunt rōne, quæ ſaluat̃ in rei ueritate, & ꝓprietate, ita ꝙ dicimus Deum verè ſapientem, bonum, & iuſtum in ſe, & non tñ intellectu rōcinantis, & inde prouenit diuerſitas noīm attributorum: quæ noīa quamuis ſignificent vnam rem, nō tñ ſm rōnē eandem: ideo nō ſunt ſynonyma. Quo circa pēſandum, ꝙ aliter diuiduntur æquiuocum, analogicum, atq; vniuocū. quia æquiuocū diuidit penes res ſignificatas, uniuocū ſm diuerſas dr̃ias, analogicum ſm diuerſos modos. Vnde cū ens prædicet̃ analogicè de decē prædicamētis, unicuiq; prædicāmēto debet modus ꝓprius ꝓdicādi: & qm̃ in diuinis non ponunt̃ niſi duo ꝓdicamēta, puta ſubſtātia, & relatio iō nō ponunt̃ ibi niſi duo modi ꝓdicādi, videlicet ſubſtātialiter, & relatiuè. Hęc Thom. in Scripto.

Vniuocū, æquiuocū, & analogicum, non eodē mō diuidūtur

¶Qui

¶Qui de hac materia tractat diffuſiùs in prima parte Summæ ſua 13. quæſtione, & item in Summa contra gentiles lib. primo cap. 13. & deinceps, quæ ob nimiam prolixitatem uitandam omitto.

Petrus. ¶Ampliùs Petrus his conſonans: Deum, inquit, nominare ſicut, & conſiderare, contingit dupliciter. Primò, ſecundum ſe, & abſolutè. & hoc tripliciter, ſm tria, quæ ſunt in ipſo, puta eſſentia, q̃ una eſt re, habens in ſe multiplicitatē attributorum differetium rōne: ſicq; eſſentia ſub diuerſis rōnibus pōt conſiderari, & multipliciter noīari. Secundum quod cōſiderat̃ in Deo, eſt perſona. Cumq; tres perſonæ differant re, ſignificare habent diſtinctis nominibus, ſignificantibus res diſtinctas. Tertiū eſt notio, & notiones inter ſe differunt re, non eſſentia. Ideo diſtincta noīa cōpetūt eis. Alio mō cōſiderat̃ Deus ꝓ reſpectū ad creaturas, & ſic quoq; diuerſa noīa ei cōueniunt, ſicut iam patuit. Hæc Petrus.

Richard. ¶Idem Richardus, & addit: Quamuis diuina eſſentia ſit ſummę ſimplex, tñ ob ſuæ perfectionis infinitatem, & noſtri intellectus debilitatem, nō poſſumus eius perfectionem vno conceptu concipere, nec nomine vno plenè exprimere: imò ſi de ea formaret intellectus nr̃ diuerſos conceptus ſine fine, nunquam per illos cōceptus exprimeret eā perfectè, cū in ſeipſa perfectionis ſit infinitæ. Itaq; pluralitas noīm perſonalium, & notionalium in diuinis, bene eſt à parte Dei, qm̃ plures perſonæ ſunt, & notiones. diuerſitas vero eſſentialium nominū, eſt ex parte noſtri intellectus, qui tñ non eſt caſſus: qm̃ fundamentum habet in re, & correſpondet ei non eſſentialis multitudo, ſed diuinæ perfectionis plenitudo. Hæc Richardus.

¶Ex his patet reſponſio ad id, quod in quæſtione mouetur, unde conſurgat multiplicitas nominum diuinorum.

Alexāder. ¶Veruntamen Alexander circa hoc ſcribit: Multiplicitas diuinorum nominum non eſt multiplicitate diuinæ eſſentiæ ſiue effectum eius, ſed ex cōſideratione intellectus cōferentis ipſos effectus ad primam cauſam. Quod poteſt eſſe dupliciter, puta ſecundum differentiam, & ſecundum conuenientiam. Secundum differentiam nominatur per nomina iſta, increabile, incorruptibile, inuariabile: quæ dicunt de Deo, non quod eſt, ſed quod non eſt. Porro ſecundum conuenientiam eſt collatio effectus ad cauſam ſuam ſupremam dupliciter, ſ. ſecundum eſſe, & ſecundum benè eſſe: ſecundum collationem ipſius creaturæ ad cauſam, nominatur per nomina ſumpta corporalium, & ſpiritualium rerum, quæ vel propriè, uel tranſlatiuè dicunt̃ de Deo: ſecundum collationem uero ipſius benè eſſe creaturæ ad ipſum, vocatur per excellentiam, ut cū dicitur ſuperbonus, ſuperſapiens. Hæc Alexander.

Concilia-tio Dion. ¶Cuius poſitio videtur aliqualiter diſſentire a præfatis doctoribus, qui affirmant multiplicitatē diuinorum nominum partim cauſari ex diuinorum diuerſitate effectuum: pro quorum concordia occurrit dicendum, quòd multiplicitas iſta radicaliter, materialiter, ſeu fundamentaliter eſt ꝓ parte ex parte diuinorum effectuum, & ex multiplicitate actuum Dei, completiuè uero eſt ex parte intellectus conferentis, & nomina ipſa inſtituentis.

Vdalricus. ¶Poſtremò circa hæc ſcribit Vdalricus in ſumma ſua primo libro: Diuerſitas rationis perfectionum in Deo exiſtentium, non eſt tantum ex parte noſtri intellectus, quia ſic intellectus noſter eſſet vanus, & falſus, ſed fundatur ſuper rem. Nam omni intellectu noſtro ſecluſo, adhuc eſſent in Deo verè & propriè ſapientia, bonitas &c. Nec tamen eſt diuerſitas ex parte diuinæ eſſentiæ. non oportet ad uerificationem orationis, quòd modus rei correſpondeat modo intellectus noſtri, ſed ſufficit, vt id, quod eſt in intellectu, cauſam, & fundamentum habeat in re. ſic namque abſtrahentium non eſt mendacium. Et ergo in Deo realis habilitas ad ſun, dandum in ſe, & ac cauſandum diſtinctionem huiuſmodi rationum. Hæc Vldar.

Vnde ſoluantur argumenta initio qōnis adducta. ¶Ex quibus patet ſolutio ad obiecta. Diuerſis etenim nominibus tanquam diuerſis ſignis, correſpondent in Deo, uel diuerſæ res relatiuæ, aut eadem res abſoluta, ſecundum aliam, & aliam rationem acepta: & ſermo ſubijcitur rei. Cur autem nomina illa diuina non conſiſtant ſynonyma, eſt expreſſum.

QVAESTIO IIII.

QVartò quæritur, *An diuiſio nominum diuinorum in litera ſufficienter ponatur.*

¶Videtur, quod non, quia ex uerbis ſanctorum Auguſtini, atq; Amborſij ponitur hic trimembris diuiſio, ita, quòd quędam dicuntur de Deo eſſentialiter, quædam relatiue, quædam per tranſlationem. Nam trinitas nullo horum modorum prædicatur de Deo. Verum, & conſimilia argumenta ex reſponſionibus patebunt doctorum.

Albertus. ¶Itaque ad iſtud Albertus reſpondet: Diuiſiones nominum diuinorum à ſanctis aſſignatæ ſufficientes ſunt: ſed non accipiuntur eodem modo. Diuiſio autem Ambroſij trimembris ad bimembrem reducitur. Omne enim nomen dictum de Deo, aut dicitur propriè proprietate rei, aut per tranſlationem ſimilitudinis rei. ſi propriè, aut dicit proprietatem, qua perſona a perſona diſtinguitur, aut dicit eſſentiam. In has namq; diuiſiones incidit omne dictum de Deo. Primæ autem diuiſionis hæc ratio eſt, qm̃ nomen dicit, & id, a quo imponitur, & id, cui imponitur: res, cui nomen imponitur, ſecundum grammaticum eſt ſubſtantia nominis: id uero, à quo nomen imponitur, cum ſit principium intelligendi rem, quæ ſignificatur per nomen, eſt qualitas nominis: & hoc, à quo nomen imponitur, aut per priùs eſt in Deo, & ꝓ poſteriùs in creatura. ſicq; conuenit propriè Deo, ut pater, filius, bonitas, ſapientia, uirtus: ſi uero id, a quo nomen imponitur, non cōueuit diuinæ naturæ, prędicatur de Deo tranſlatiuè. Veruntū quædā deſignāt proprietatem, ſeu relationem indiſtinctè, ut pater, & Trinitas, & alia quædam, de quibus dictum eſt ſupra. alia uero deſignant eam diſtinctè, ut pater, & filius. Damaſcenus aūt primo lib. Diuina noīa diuidendo, non niſi eſſentialia ponit, quorum quædam connotant effectum in creatura, ut creator, rex, dñs: quædam non, quæ. ſ. deſignant eſſentiam in ſe: & hoc, uel indiſtinctè, ut nomen hoc, Qui eſt: aut diſtinctè, ſicut eſſentia, uel ſubſtantia: uel ſignificatur, ut ſequens eſſentiam, ut iuſtus, ſapiens, ſanctus. Demum Dionyſius diuidit nomina diuina per tractatus quatuor librorum. De aliquibus. n. tractat in libro ſuo, quem uocat de hypoſtaſibus, ideſt perſonis, ubi tractat de nominibus relatiuis. In libro aūt de ſymbolica theologia tractat de his, quæ tranſlatiuè dicuntur de Deo: & hæc duo uolumina non habemus. Alia ſunt nomina maieſtatem exprimentia deitatis, & hæc dupliciter cōſideranť. Primò, penes ſignificata, quibus imponuntur.

Damaſce. S. Dion.

Secundò, penes modum prædicandi, seu significandi, quem habent in diuinis: & de significatis eorũ agit in libro de diuinis nominibus. modũ aut prędicandi eorum secundum quod sonant in diuinis, determinat in lib. de mystica theologia, quo docet qualiter talia congruat Deo. Hæc Albertus.

Bonauẽt. Diuersimodè aliquid dicitur tripliciter.

¶Idem Vdalricus in Summo primo libro.

¶Hinc Bonauentura testatur, quòd aliquid potest diuersimodè dici tripliciter. Primò, diuersimodè dici attenditur secũdum diuersum modum essendi, qui est per se, & per accidens. quod in diuinis locum non habet, quia includit essentialem diuersitatem: & quantum ad hoc, unus solus modus dicendi in Deo est, seu conuenit Deo, quoniam omnia, quæ dicuntur de Deo, sunt ipsemet Deus, & eius substantia.

¶Secundò diuersimodè dici attenditur ſm diuersum modum intelligendi, qui attenditur secũdum aliam, & aliam rõnem, seu penes diuersum medium cognoscendi. sicq; in diuinis nominibus non solum est diuersimodè dici, sed etiam omnimodè dici: qm̃ Deus non solum cognoscitur per diuersa, sed ẽt per omnia rerum gña, ſm quod sua perfectio in omnibus aliquo modo relucet. Sicq; nomina quædam dicuntur de Deo per modum substantiæ, vt Deus: quædam per modum quantitatis, ut magnus: quædam per modum qualitatis, ut iustus: & ita de alijs.

¶Tertiò diuersimodè dici attenditur penes diuersum modum se habendi, quo ad absolutum, & relatiuum, qui modus diuersitatis, seu distinctionis minor est, q̃ primus, & maior, q̃ secundus: quia in primo modo est essentialis diuersitas, in secundo aũt nulla est distinctio in re. Sed secundum hũc tertium modum attenditur in Deo, unitas, atq; pluralitas: unitas secundum absolutum, ſ in essentia: Pluralitas penes respectiuum, uidelicet in personis. Er secundum hunc modum sunt solum duo modi dicendi in diuuis, utpote substantialiter, & relatiuè. Et quia hæc dicunt non aliud, sed alium modum essendi, ideo unum sunt: & de se inuicem prædicantur, ut pr̃ est Deus, & Deus est pr̃: qm̃ dicunt diuersum modũ se habendi, ideo ſm hoc. i. secundum absolutum, est unitas: secundum illa, uidelicet respectiua, consistit in diuinis pluralitas.

Obiectio.

¶Si aũt objiciaṫ, quia omne quod dr̃, aut dr̃ substantialiter, aut accidentaliter: sed in diuinis nil dr̃ accidentaliter, ergo omnia dicuntur ibi substantialiter. Et rursus, quicquid est substantia, dicitur substantialiter, sed in diuiuis nihil est nisi substantia.

Dilutio. Substantia dupliciter dicitur.

¶Respondendum, ꝙ substantia dupliciter dr̃, ſ. ens per se, & ens ad se. In diuinis autem vocatur substantia, & substantialiter dici asseritur, nõ quia est ens per se, sed quia est ens ad se. Deniq; dici relatiuè in diuinis contingit dupliciter. quædã enim dicuntur relatiuè ex principali nominis intellectu, quædam ex consequenti. Prima sunt in triplici differentia. Nam quædam significant relationem, & relatiuè dicuntur, ut pater: quædam significant relationem, nec dicuntur ad alterum, sicut paternitas, quæ non dicitur ad alterum, sed est ipsum, quo vnum refertur ad alterum. quædam dicuntur relatiuè, qm̃ priuant relationem, sicut ingenitus, improcesibilis. ista tamen non est pura priuatio, ut infra dicetur. Porro quæ dicunt relationem ex cõsequenti intellectu, similiter sunt in triplici differẽtia. Nam quædam dicuntur relatiuè, quia ponuntur pro relatinis: ut cum dicitur, Deus generat Deum. i. pater filium. quædam, qm̃ claudunt in suo significato relationem intrinsecus, ut incarnatus. i. carni unitus. Vnio namq; relatio est. Quædam verò, quoniam claudunt relationem in suppositis, ut similis, & æqualis. non enim dicuntur similes, uel æquales, nisi qui distinguuntur abinuicem, & referuntur adinuicem. Hæc Bonauentura.

Thomas.

¶Præterea Thomas circa hæc scribit, quæ ex Alberto inducta sunt, qualiter. ſ. diuisio illa trimẽbris Ambrosij, Dionysio sancto concordet. qui diuina nomina diuidit in ea, quæ translatiuè dicuntur, & in ea, quæ propriè, quorum quædam sunt cõa rribus personis, ſ. absoluta, de quibus tractat in lib. de diuinis nominibus: alia uero ad singulas spectant personas, ut relatiua. Si aũt quæratur, qualiter nomina ista negatiua, increatus, immensus, dicantur de Deo: similiter ea, quæ ex tempore prædicantur de Deo, & relationem ponunt in creatura, ut dns̃, & creator: Dicendum, ꝙ omnis negatio ex aliqua affirmatione causatur. Vnde & in diuinis ratio negatiuorum supra rõnem affirmatiuorum fundaṫ, sicut hoc, quod est incorporeus, fundaṫ sup hoc, quod est simplex. Hinc nomina negatiua reducuntur, vel ad vnitatem essentiæ, ut increatus, immensus: vel ad distiuctionem personarum, sicut ingenitus. Nomina quoq; illa, quæ ex tpe de Deo dicũtur, quia realem relationem notant in creatura, quę ei innascitur ex operatione Dei ad extra, dant intelligere aliquid absolutũ in Deo, sicut hoc nomẽ dns̃, vel creator, notat ptãtẽ in Deo, qua creat, & regit creata, sicq; reducuntur ad ea, quæ ad maiestatis pertinent vnitatem. Hæc Thomas.

Noña negatiua, qũo prædicentur ɗ Deo.

Petrus.

¶His consonans Petrus: Nomina, inquit, quibus Deum nominamus, aut conueniunt sibi secũdum veritatem rei, quæ in ipso est, aut translatiuè: si primo modo, hoc est dupliciter. nam quædam sunt essentialia, quædam personalia. Essentialia quoque duplicia sunt, quoniam quædam ei conueniunt ab æterno, vt sapiens: quædam ex tempore, vt dominus. Personalium vero nominum quædam dicunt relationem distinctè, & ab æterno, vt pater: quædam indistinctè, vt hypostasis, seu persona: quædam quasi pluraliter, & collectiuè, vt Trinitas: quædam verò ex tempore, & hoc dupliciter, ſ. relatiuè, ut datus, & missus: uel absolutè, ut incarnatus. Hæc Petrus.

Conciliatia Dion.

¶In cuius verbis vr̃a præinductis Bonauenturę verbis dissentire, quod ait, hoc nomen incarnatus, dici absolutè: quod, ut patuit, secundum Bonauenturam in se relationem includit, pro quorum concordia poterit dici, quòd ideo nomen hoc dicitur absolutè secũdum quosdam, quia in sua principali significatione non dicit relationem. Vnde Bonauentura affirmat, quòd ex consequenti importat relationem. Verba autem Petri consonant verbis Magistri, in textu loquentis: Sunt quædam nomina, quæ ex tempore conueniunt, nec relatiuè dicuntur, vt incarnatus, humanatus.

Richard.

¶At uero, quæ Richardus hic scribit, in præhabitis Bonauenturæ verbis virtualiter continentur: siquidem ait, substantia in diuinis dupliciter accipi potest. Primò, pro re per se stante, sicq; diuiditur contra accidens: & ita quicquid in Deo est, substãtia est, atq; secundum substantiam, seu substantialiter dr̃. Secundò, pro re absoluta, & ita sumendo substantiam, dicimus, ꝙ in Deo sunt substantia, & relatio. & quod aliqua in diuinis dicuntur ſm substantiam, aliqua relatiuè. Hæc Richardus.

Thomas Argentẽ.

¶Deniq; Thomas de Argẽtina de his cõpẽdiosè disseruit: Omne nomen quod prędicaṫ de Deo, aut essentiale

essentiale est, aũt personale, aut notionale. Essentialiũ quædam sunt substantiua, ut Deus, essentia: quædam adiectiua, ut iustus. Personalia sunt, pater, filius, & spiritussanctus. Notionalia sunt, paternitas, filiatio, processio, innascibilitas, communis spiratio. Essentialium adiectiuorum quædam prædicant purè diuinam essentiam, ut bonus, & ens: quædam autem diuinam essentiam dicunt, connotando prinationem principij, & finis, ut æternus: uel certè mensuræ localis, ut immensus: quædam uero principaliter diuinã essentiam, & connotant effectum in creatura actu, ut creat, iustificat: quædam in habitu, ut iustus, misericors: quædam in potentia, sicut omnipotens. ¶Multa hinc scribit quæ infra tangentur, & inter cætera dicit, quòd nomen hoc dominus Deo conueniat ab æterno, cum alij dicunt, quòd solum ex tempore: quæ discrepantia in quid nominis, hoc est, in usu uocabuli consistere uidetur: tamen cum dominus, dicatur relatiuè ad seruum, uidetur potiùs Deo conuenire ex tempore.

Dio. Car.

Durandus

¶Præterea Durandus hic aliqua scribit, q̃ partim cõtrariari uidentur præhabitis: Quędam, inquiens, dicuntur de Deo purè negatiuè, ut increatus, immutabilis: quædam purè positiuè. De purè negatiuis clarũ est, quòd non dicantur de Deo secundũ substantiam, sed remotionem alicuius imperfectionis important. quod autem secundum substantiam dicitur, positiuè dicitur.

Dionysius

¶Hoc uerbum Durandi uidetur repugnare præhabitis uerbis Thomæ, sed dici potest, quòd ideo talia asseruntur non dici de Deo secũdum substantiam, quia nõ directè, sed reductiuè, ut Thomas ait, de Deo secundum substantiam prædicantur.

¶Deinde subdit Durandus: Eorum, quæ positiuè dicuntur, quædam conueniunt Deo solum in habitudine ad creaturas, ut creator: quædam absq; habitudine ad creata, sicut essentia, bonitas. Rursus, eorum, quæ Deo conueniũt in habitudine ad creaturas, quædam dicunt habitudinẽ ipsam, ut dns̃: & talia noña de Deo non dicunt substantiam, sed solã habitudinem rationis. ¶Hoc uerbum Durandi iterũ (ut apparet) contrariaṫ ei, qđ ex Thoma inductum est, ꝙ talia noña dant intelligere aliqd absolutũ in Deo. Ad quod forsan qs poterit respondere, ꝙ formaliter non dicant in Deo nisi habitudinẽ rationis, fundamentaliter uero, seu uelut materialiter insinuant potestatem diuinam. ¶Consequenter addit Durandus: Alia sunt noña, quæ de suo principali significato nno designant habitudine Dei ad creaturas, sed fundamentũ habitudinis talis, q̃uis eam dẽt intelligere, ut creator. ¶Hoc quoq; verbũ Durandi uidetur Thomæ, alijsq; quibusdam contrariari, dicentibus, ꝙ dominus, & creator eodem modo dicant relationẽ rationis in Deo, & ex tpe ei conueniant. Verũ ut dixi, istud in qđ nominis stat.

Dionysius

Nomina dicta de Deo qualiter prædicent eius essentiam.

¶Addit cosequẽter Durandus: Quæstio ista, utrũ nomina dicta de Deo, dicatur de eo secundum substantiam, intelligi potest dupliciter: Primò, an noña talia dicta de Deo, prædicent eius essentiam: & q̃tũ ad hoc, dicendum, quòd imò. Omnes namq; perfectiones, quæ in creaturis sunt partialiter, & diuisim in Deo sunt simpliciter, & perfectè: ideo nomina illa in Deo solam dicunt essentiam, non aliquid super additum ei. Secundò quæstio põt ita intelligi, dato, ꝙ nomina talia dicant diuinam essentiam, an dicant eã substantialiter, ut sit quæstio de mõ dicendi, nõ de re. Ad quod dicendum, ꝙ quædã sic, & q̃dam non: quoniã licet in diuinis noña prædicata essentia lia sint unũ realiter, tamen differũt ratione: quæ ratio uariatur ſm omnia gña prædicamẽtorũ. Nam quædam significant, ac prædicant per modum substantiæ, ut Deus: quædam per modũ quantitatis, ut magnus, & ita de alijs, tñ hęc oia in diuinis trãseũt in substantiam, substãcialiterq; dicunt̃ pter id, qđ dr̃ relatiuè adintra. Quãuis etenim Deus sine quantitate sit magnus, & sine qualitate bonus, non tamẽ sine relatione est pater. Hęc Durandus.

Quæstio.

Scotus.

¶Verum, ut ista clariùs eluceſcãt mouenda est iam quæstio, quam Scotus hic mouet, interrogans: Vtrum Deus nominabilis sit à nobis uiatoribus aliquo nomine significante diuinam essentiam. & respõdet: Sicut Deus a nobis potest intelligi, ita potest, & nominari. Ideo sicut diuersi diuersimodè sentiunt de cognitione Dei ab intellectu viatoris, sic & diuersimodè opinantur de possibilitate nominandi eum. Et qui negant communem conceptum uniuocum Deo, & creaturis, ponuntq; duos conceptus analogos, quorum alter, qui est creaturæ, attribuitur alteri, qui est Dei per anologiam, dicent cõsequẽter, quòd Deus est nominabilis à uiatore nomine exprimente analogum illum conceptum. Sed quicquid sit de hoc, ueriſsimile est Deũ posse nominari à uiatore per nomina multa imposita ad significandum Deum in communi: quia sic naturaliter cõcipi potest à uiatore. uel si uerum est, quòd Deus distinctiùs potest significari, quàm cõcipi, potest Deus nominari a uiatore nomine significante distinctè essentiam, ut dicũt Hebræi de nomine tetragrammaton. Hæc Scotus.

S. Dion. Damasce

¶Verum de hac materia dictum est plenius supra 3. dist. Prælegaræ sunt etiam auctoritates sancti Dionysij, & Damasceni, quòd si quis uidetur sibi Deum intellexisse, nõ ipsum uidit, nec intellexit, sed aliquid eorum quæ circa ipsum sunt, uel ab ipso. i. suorum effectuum. Vnde Ricardus, atq; Durãdus hic dicũt, ꝙ Deum in uita hac intelligere possumus solum quodam generali, & confuſo conceptu. Quid vero super his æstimem sentiendum, supra dist. 3. (si bene recordor) scripsi. Etenim certũ est, ꝙ multæ descriptiones dẽtur de Deo, & multi cõceptus apprehẽdantur a nobis de Deo, quæ sibi conueniut soli, & in quibus distinctè significatur: sicut cum dr̃ purus actus, infinita potestas, ens omnifariè, uniuersaliterq; perfectum. Veruntñ per hmodi descriptiones, & conceptus non cognoscitur in hac uita intuitiuè quãtum ad quid est, sed solum quantum ad quia est, & si quantum ad quid est, hoc est ualde tenuiter, & penitus imperfectè. Nihilominus ad cognitionem intuitiuam perfectã per charismata gratiarum, per contemplationem doni sapientiæ, per raptum, & mysticæ theologiæ visionem, possumus quotidiè propinquare, prout hoc supra clariùs est expressum Ex dictis etiam innotescit ad obiecta solutio.

Richard. Durandus.

Alexand.

¶Ampliùs circa hæc quærit Alexãder, an Deus sit à nobis nominabilis sine respectu, & cõparatione ad creaturam. Et tenet, ꝙ nõ, præsertim quãtum ad hominem nominantem: & ad hoc adducit quędam motiua, uidelicet quia non intelligitur nisi in comparatione ad creaturam, & quia sanctus Dionysius, & Damascenus uidentur hoc dicere.

¶In cõtrarium sunt multa tunc introducta, qm̃ quædam conueniant Deo absque habitudine ad creata. ea quoq;, q̃ (simpliciter loquẽdo) melius est habere, & inesse, q̃ deesse, ut perfectionalia attributa, ex natura rei uerè, & priùs, atq; perfectiùs conueniũt Deo, q̃ creaturis: ut esse, uiuere, intelligere, bonitas, ueritas, uirtus. & quãuis nũquã aliquid fu

issetcreatũ,neq; creandum,tñ hæc uerè ac propriè essent in Deo,& essent ipsemet Deus. Ostensũ est quoque,q̃ ẽx quis naturalis nostra cognitio incipit à creatis,tñ ex supernaturali;& diuina illuminatione,multa de Deo innotuerũt hoĩbus,ipseq; Deus p̃ quæd̃ nomina sibi ex sua natura propriè,& p̃fectè conuenientia,manifestauit seipsum hoĩbus: ut sunt,Qui est, & nomẽ tetragrãmaton,atq; adonai, quę omni respectu ad creaturã secluso,competunt Deo: & præfata perfectionalia prædicata nõ cõueniunt creaturis,nisi ex aliquantula participatione, & imitatione ueritatis,& essentię,qua sunt in Deo, ut etiam S.Dionysius apertissimè docet. Sed & Damascenus 1.li.fatet,q̃ p̃nitas,& filiatio p̃ priùs,& eminentiùs cõpetunt Deo,q̃ rebus creatis. Verũ de qõne ista p̃tãseo,qñ sup.de ea plenius ẽ tractatũ.

Damasce.

¶Quærit itẽ de hoc loco Richardus,Vtrũ nomina per priùs significent diuinam substantiam,q̃ cõceptũ,quem facit intellectus noster de illa. Et circa hoc multa conscribit. Potest aũt hæc quæstio moueri cõiùs,an.s. nomẽ quodcunq; per priùs significet rei conceptum, an rẽ ipsam. Atq; ut refert Richardus,de hoc duæ extant opiniones. Vna,q̃ nomen per priùs designet cõceptũ:alia,quod p̃ priùs rem ipsam. Richardus uero non uidetur se ad aliquam harum opinionum diuertere,sed oĩno appa ret,q̃ nomen primo, & principaliter rem ipsam significet. Nec aliter uidetur homo esse in prædicamento substãtiæ, nec de individuis posse ueraciter prædicari,cum conceptus ille sit accidens. Verum de persecutata huius quæstionis determinatione hic transeo, quia nec directà habet hic locum.

Richard.

A

De hoc nomine,quod est persona,quod cum secundum substantiam dicatur,tamen pluraliter, non singulariter in summa accipitur. Distinctio XXIII.

DIcrædictis adijciendum est,q̃ cum omnia noĩa,quæ ſm substantiam de Deo dicuntur,singulariter,& non pluraliter de omnibus in summa dicantur personis,ut supra ostensum est:est tñ vnum nomẽ,s.persona,quod ſm substantiam dr̃. de singulis personis:& pluraliter,non singulariter in summa accipitur. Dicimus.n.p̃r̃ est persona,filius est persona, spiritussanctus est p̃sona,& hoc ſm substantiam dr̃. Nec tamẽ dr̃,pater, & filius, & spiritussanctus sunt vna persona,sed tres personæ. Hoc ergo nomen excipitur à prædicta regula nominum,quę secundum substantiam de Deo dicuntur:quia cum hoc ad se dicatur,& ſm substantiã, pluraliter tamen,non singulariter in summa accipitur.

B

Auctoritas,quod persona ad se dicatur,& secundum substantiam.

Augu.c.9. QUòd autem persona ſm substantiam dicatur, Augusti. ostendit in septimo lib.de Trin.dicens: Non est aliud Deo esse,aliud personã esse,sed omnino idem. Item in hac Trinitate cum dicimus personam patris,non aliud dicimus,q̃ substantiam p̃ris. Quocirca,vt substantia patris ipse pater est,non quo pater est,sed quo est,ita & persona patris non aliud,q̃ ipse pater est. Ad se quippe dr̃ persona,non ad filium, vel spiritum sanctum:sicut ad se Deus dr̃,& magnus, & bonus, & iustus, & hmõi. Et quemadmodum hoc illi est esse,quod Deum esse,quod magnum esse,quod bonũ esse:ita hoc est illi esse, quod personam esse. Ecce expresè habes,q̃ persona ſm substantiam dr̃,ut cum dr̃,pater est persona,hic sit sensus,Pater est diuina essentia:Similiter cum dr̃, filius est persona, spiritussanctus est persona.i.essentia diuina.

Quod pater nõ eo est pater, quo est.

C

Cur pater,& filius,& spiritussanctus non dicantur vna persona,ut vna substantia,& vnus Deus.

Quæstio. Augu.c.6. Ideo oritur hic qõ difficilis quidem,sed non inutilis,qua quæritur: Cur non dicantur hi tres vna persona,sicut una essentia,& unus Deus. Quam qõnem Augusti. diligenter tractat,atq; congruè explicat in 7.lib.de Trinita.ita dicens: Cur non hæc tria simul vnam personam dicimus,sicut vnam essentiam,& vnum Deum:sed dicimus tres personas,cum tamen tres Deos,aut tres essentias non dicamus? Quia volumus, vel vnũ aliquod vocabulum seruare huic significationi,qua intelligitur Trinitas,nec oĩno taceamus interrogati,quid tres essent,cum tres esse fateamur. Cum ergo quæritur qd tres,vt ait Augusti.in lib.5.de Trin.magna prorsus inopia humanũ laborat eloquium. dictum est tñ,tres personæ:non vt illud diceretur,sed ne taceret oĩno. Non.n.rei ineffabilis eminentia hoc uocabulo explicari ualet. Ecce ostendit,qua necessitate dicatur pluraliter personæ,uidelicet,ut hoc uno nomine quærentibus de tribus respondeamus.

Solutio.

Augu.c.9.

D

Qua necessitate dictum sit,tres personæ à latinis,& à græcis tres hypostases,vel substantiæ.

Augu.c.4. Qua necessitate non solũ latinus sermo,sed ẽt Græcus eadẽ pene super hac re laborans noĩm penuria,coartatur. Vnde Augusti. quid à Græcis, uel à latinis necessitate de ineffabili Trinitate dictũ sit,aperiens in 7.lib.de Trin.ait: Loquendi causa de ineffabilibus,ut fari aliquo mõ possemus,dictum est à Græcis una essentia,tres substantiæ,id est,

vna

vna usia,tres hypostases. Aliter.n.Græci accipiunt substantiam, q̃ latini. A latinis autẽ dicta est vna essentia,uel substãtia tres personæ: q̃a nõ aliter in sermone nr̃o.i.Latino, essentia,q̃ substãtia solet intelligi. Et ut intelligat saltẽ in ænigmate, placuit ita dici:ut cũ q̃reretur,qd tria sint,aliqd diceretur:qa tria esse fides vera p̃nũciat,cũ & patrẽ non dicit esse filiũ,& spiritũsanctũ,s.donũ Dei,nec patrẽ dicit esset,nec filiũ. Cũ ergo quæritur,quid tria,uel quid tres,cõferimus nos ad inueniendũ aliquod nomen quo complectamur hæc tria. Neq; occurrit animo,quia supereminentia diuinitatis vsitati eloquij facultatem excedit. Veriùs.n.cogitatur Deus,q̃ dr̃,& ueriùs est,q̃ cogitatur.

E

Quid hoc nomine tres,significetur.

Pater ergo,& filius,& spiritussanctus,qñ tres sunt,quid tres sunt q̃ramus,qd cõe habeant. Non.n.possunt dici tres partes,quia tm̃ p̃r̃ ibi pater est:nec tres filij, cũ nec pater ibi sit filius,nec spiritussanctus:nec tres spiritussancti,quia spiritussanctus propria significatione,qua & donum Dei dr̃,nec p̃r̃ est,nec filius. Quid ergo tres? Si tres personæ esse dicuntur,cõe est eis id,quod persona est. Certè.n.quia pater est persona,& filius est p̃sona,& spũssanctus est persona:ideo tres personæ dicũtur. Propterea ergo dicimus tres personas,quia cõe est eis id,quod persona est. Ex prædictis apertè intelligi põt,qua necessitate dictum sit a latinis,tres personæ,cum persona secundum substantiam dicatur. Vnde & tribus cõe est id,quod persona est,*id est,hoc nomen persona.*

F

Quare non dicimus tres Deos esse patrem,& filium,& spiritumsanctum,vt dicimus tres personas:cum id,quod Deus est,sit eis commune: quia pater est Deus,& filius est Deus,& spiritussanctus est Deus.

Sed quęritur hic,cum dicamus patrẽ,& filium,& spiritumsanctũ esse tres personas, quia cõe est eis id,qđ p̃sona est.i.qa p̃r̃ est p̃sona,filius est persona,& spũssanctus est p̃sona:cur non dicamus similiter tres Deos,cũ & p̃r̃ sit Deus,& filius sit Deus,& spũssanctus sit Deus. Quia.s.illud scriptura contradicit:hoc aũt etsi non dicit, non tñ ꝺdicit. Vnde Aug.hanc mouẽs quæstionẽ,atq; diffiniens,in lib.septimo de Trin.ita ait: Si ideo dicimus patrem,& filium,& spiritũsanctum esse tres personas,quia cõe est eis id, quod personæ est,cur non ẽt tres Deos dicimus? Certè (ut prædictũ est) qa p̃r̃ est persona, & filius est persona,& spirituſſanctus est persona,ideo tres personæ dicuntur. Quia ergo p̃r̃ Deus,& filius Deus,& spũssanctus Deus,cur non dicuntur tres Dij? Ecce proposuit hãc q̃stionem:attende quid rñdeat,subdens: An ideo non dicuntur tres Dij, quia scriptura non dicit tres Deos? Sed nec tres personas alicubi scripturę textus commemorat. An ideo licuit loquendi,& disputandi necessitate tres personas dicere, non qa scriptura dicit, sed quia scriptura non ꝺdicit? Si autem diceremus tres Deos, ꝺdiceret scriptura, dicens: Audi Israel,Deus tuus Deus unus est. Ecce absolutio quæstionis,quare potiùs dicamus tres personas,q̃ tres Deos:quia scilicet illud non contradicit scriptura.

Aug. ibid.

Deut.6.

G

Alia quæstio,cur non dicimus tres essentias,vt tres personas, cum scriptura non contradicat.

Verum,& hic alia emergit q̃stio,quã Aug.consequenter annectit,dicens: Cur,inqt, & tres eẽntias non licet dicere,qđ similiter scriptura sicut non dicit,ita non ꝺdicit? At si dicis,q̃ p̃p unitatẽ Trinitatis non dicũtur tres essentiæ,sed una essentia: q̃ro cur non p̃p eandem unitatem Trinitatis dicatur una persona,& non tres personæ? Vt.n.est illis commune nomen essentiæ,ita ut singulus quisq; dicatur essentia,sic illis commune est personæ uocabulum. Quid igitur restat,nisi ut fateamur loquendi necessitate a Græcis & latinis parta hæc uocabula aduersus insidias,vel errores hæreticorum? Cumq; conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus,quod in secretario mentis de Deo tenet:siue p̃ pia fidẽ,siue per qualẽcunq; intelligentiã:timuit dicere tres essentias,ne intelligeret in illa summa æqualitate vlla diuersitas. Rursum, non poterat dicere non esse tria q̃dã:quod qa dixit Sabellius,in hæresim lapsus est:quæsiuit ergo qd tria diceret,& dixit tres personas siue tres substantias secundum Græcos.

Augu ubi supra.

H

Sicut nos dicimus tres personas,ita græci tres substantias, quas dicunt hypostases,aliter accipientes substantiam,quàm nos.

Quod.n.de personis ſm nostram, hoc de substantijs ſm consuetudinem Græcorum oportet intelligi. Si enim illi dicunt tres substantias unam essentiam.i.tres hy-

postases

Augusti. li 7. de Tri. cap. 6.

postases vnam vsiam, quemadmodum nos dicimus tres personas vnam essentiam, vel substantiam. Quanquàm, & illi si vellent, sicut dicunt tres substantias, tres hypostases, possent dicere tres personas tria prosopa. Illud autem maluerunt dicere, quia fortasse secundum linguę suę consuetudinem aptiùs dicitur.

I *Quòd in trinitate non est diuersitas, nec singularitas, vel solitudo, sed vnitas, & trinitas, & distinctio, & identitas.*

Iam sufficienter (vt puto) ostensum est, qua necessitate dicamus tres personas, & qua re non similiter tres deos, vel essentias: quia scilicet in altero obuiat scriptura, in altero diuersitatis intelligentia: quia ibi nulla penitus est diuersitas, sicut nec singularitas, vel solitudo, sed vnitas, & trinitas. Vnde Augustinus in libro septimò de Trini. ait: Humana inopia quærens, quid diceret tria, dixit tres personas, vel substantias. Quibus nominibus non diuersitatem voluit intelligi, sed singularitatem noluit: vt non solum ibi vnitas intelligatur, ex eo, ꝙ dicitur vna essentia: sed trinitas, ex eo ꝙ dicuntur tres personę Hilarius quoque in libro septimo de Trini. ait: Dominus dicit: Qui videt me, videt, & patrem. Cum hoc dicitur, excluditur singularitas, atque vnici (id est, solitarij) intelligentia. Nam nec solitarium sermo significat, & indifferentem tamen naturā professio docet. Visus est enim in filio pater per naturæ vnitam similitudinem. Vnum sunt enim natus, & generans: vnum sunt, neque vnus. Non itaque solitariùs filius est, nec singularis, nec dispar. Item in eodem: Sicut in patre, & filio credere duos Deos impium est ita patrem, & filium singularem Deum predicare, sacrilegum est. Nihil in his nouum, nihil diuersum, nihil alienum, nihil separabile est. De hoc etiam Augustinus in libro quęstionum veteris, ac nouæ legis, ait: Vnus est Deus, sed non singularis. Item Ambrosius in libro de Tri. ait: Quòd vnius est substantiæ, separari non potest: etsi non sit singularitatis, sed vnitatis Deus: vnus cum dicitur, nequaquam deitatis trinitatem excludit: & ideò non quod singularitatis, sed quod vnitatis est prædicatur. Ecce ex prædictis ostenditur, quia nec singularis, nec diuersus, nec vnicus, vel solitariùs confitendus est Deus: quia singularitas, vel solitudo personarum pluralitatem excludit, & diuersitas vnitatem essentiæ tollit. Diuersitas inducit separationem diuinitatis, singularitas admit distinctionem trinitatis. Ideò Ambrosius in primo libro de Trinitate, ait: Non est diuersa, nec singularis æqualitas, nec iuxta Sabellianos patrem, filiumque confundens, nec iuxta Arrianos patrem filiumque secerniens. Pater enim, & filius distinctionem habēt, separationem verò non habent. Idem in eodem: Pater, & filius diuinitate sunt unum: nec est ibi substantiæ differentia, nec ulla diuersitas. alioquin quomodo unum Deum, dicimus? diuersitas enim plures facit. Constat ergo ex prædictis, quia in Trinitate nulla est diuersitas: si tamen aliquando in scriptura inuenitur dictum, tres diuersæ personę, & huiusmodi, diuersas dicit distinctas.

Ambrosi. Idem. Diuersæ dicuntur aliquando personæ. 1. distinctè

K *Quòd non debet dici Deus multiplex.*

Et sicut in Trinitate non est diuersitas, ita nec in multiplicitate: & ideò non est dicendus Deus multiplex, sed trinus, & simplex. Vnde Ambrosius in primo libro de Trinitate, ait: Est in patre, & filio non discrepans, sed una diuinitas: nec confusum, quod unum est, nec multiplex esse potest, quod indifferens est. Multiplex itaque Deus non est.

Ambrosi. li. 1. de Tr. cap. 2.

Summa distinct. 23.

POstquam in præhabita distinctione tractatum est de diuisione, & distinctione nominum diuinorū, iam specialiter tractatur de usu, & significatione nominis huius personа in diuinis, & cur catholici sunt coacti, uti hoc nomine in diuinis in singulari numero, ac plurali. Deinde ostendit, qualiter græci quoq; fideles, proportionabiliter sint compulsi vti nomine, quodam singulariter, ac pluraliter in diuinis.

QVAESTIO I.

Thom.

HIc quæritur primò, *qualiter inter se distinguantur, hæc quatuor nomina, essentia, substantia, substantia, & persona.*

¶Ad hoc Thomas respondet: Hæc quatuor nomina differunt significatione, sed eorum differentia à diuersis diuersimodè assignatur. Quidā enim sumunt horum distinctionem ex hoc, ꝙ in diuinis, aliquid est commune, & aliquid distinctum; & cōmune illud potest significari, ut quo est. & sic est essentia: uel ut quod est, & sic est subsistentia. Distinctum similiter potest significari cōcretiuè, & sic est persona: vel abstractiuè, & ita est subsistantia, seu hypostasis. Sed iste, ac similis modus non satisfacit q̄stioni. quoniam dato, ꝙ nulla esset distinctio personalis in Deo, adhuc nomina ista competerēt ei, nec idem significarēt sicut synonyma. Præterea differentia, seu distinctio illa nominum horum, est partim falsa. non enim dicitur Deus essentia, eò quòd det esse: nec sapiens, quia dat sapientiam: sed potius econtrario, quoniam ipse essentiam, & sapientiam habet, alijs essentiam sapientiamq̄ communicat, quamuis diuina essentia, ac sapientia nobis innotescant per esse, & cognitionem creaturarum.

rum. Nec uerum est, quòd hoc nomen hypostasis significet id, quod proprium est abstractiuè. sic enim significatur noīe proprietatis, uidelicet paternitatis, q̄ significatur non ut hypostasis, sed ut in hypostasi ens, seu existens. Alij ergo sumunt distinctiōē horum nominum ſm distinctionem rationis, quo est, & quod est, quorum aliq̄ dicunt, ꝙ tria horum significant quo est vel substantiam suppositi: ita ꝙ essentia significat substantiam, seu naturā generis, subsistentia naturam speciei, hypostasis naturam in diuidualem: & quartum, uidelicet persona, sumitur ſm id, quod est, & significat substantiā quæ est suppositum. Alij aliter dicunt. Sed meliùs vī esse dicendū iuxta Boethium, quod differentia noīm horum, essentia, subsistentia, substantia, sumenda sit penes significationem actuum, à quibus imponuntur, qui actus sunt, esse, subsistere, & substare. Esse quippe cōe est, nec determinat aliquem modum essendi. subsistere autem determinat modum essendi, prout si aliquid est subsistens per se, non in alio sicut accidens: substare uero est sub alio poni. hinc patet, ꝙ esse dicit, quod commune est cunctis generibus, sed subsistere, & substare dicunt id, quod proprium est primo prædicamento secundum duo, quæ sibi conueniunt: quorum unū est, ꝙ in se sit ens completum: aliud, quod oīibus alijs, utpote accidentibus substernatur, quæ in substantia habent esse. Essentia ergo uocatur, cuius actus est esse: subsistentia, cuius actus est subsistere: substantia, cuius actus est substare. hoc autem dupliciter dicitur, sicut in singulis patet: quoniam esse est actus alicuius ut, quod est, & etiam est actus ipsius quo est. Sciendum quoque quia dū aliquid consequitur plura adinuicem conuenientia, non potest denominari ab altero illorum, quamuis illud sit totius principium: sed à toto, quemadmodum sapor consequitur calidum & humidum, prout contemperantur: & quamuis calor sit principium saporis effectiuum non tamen res dicitur sapida à calore, sed à sapore. Similiter cum in rebus compositis esse consequatur compositionem formæ atq; materiæ, quamuis forma sit principium ipsius esse, non tamen denominatur res illa ens à forma, sed à toto, ideſt, à natura ex forma, ac materia resultante. idcirco in rebus compositis essentia dicit utrunq;, & hæc etiam appellatur natura, & quidditas rei. Hinc in prædicamentis ait Boethius. quod usia dicit compositum ex materia, & forma. Verum natura sic considerata, quamuis dicat compositum ex materia, & forma, non tamen ex hac materia demonstrata accidentibus determinatis substante, in qua forma indiuiduatur: & hæc determinata materia est quasi recipiens naturam communem. Ideo natura, seu essentia significatur dupliciter, utpote ut pars, dum sumitur cum præcisione cuiuslibet ad ipsam naturam communem non pertinentis, sicut humanitas: & ita nō prędicatur, nec est genus, nec species, sed ab ea homo denominatur formaliter. Vel significatur ut totum, secundum quod ea, quæ ad naturam communem pertinent, sine præcisione intelliguntur. sic enim includitur in potentia etiam materiam determinata in natura communi, & sic significatur hoc nomine homo, & significatur ut quod est. Atq; utroque modo inuenitur hoc nomen essentia. Vnde quandoq; dicimus Socratem esse quandam essentiam, & interdum dicimus, quòd essentia Socratis non est Socrates. Conformiter subsistere est actus alicuius, quod subsistit, uel quo subsistit, Cumq; subsistere dicat, actum determinatum qui consequitur formam, cōstat, quod aliquid denominatur subsistens per primam formam, quæ est in genere substantiæ. Ideo in prædicamentis dicit Boethius, quòd usiosis uel subsistentia est forma accipiens subsistentiam. Si autem accipiatur subsistentia pro eo, quod subsistit, sic propriè dicitur in quo per priùs inuenitur talis natura hoc modo essendi: & cum per priùs inueniatur in substantia secundum quod substantia, & deinde in alijs secundum quod se proprinquiùs ad substantiam habent, constat, quòd nomen subsistentię per priùs conuenit generibus, & speciebus in prædicamento substantiæ, ut dicit Boethius in libro de duabus naturis: & indiuiduis non conuenit habere tale esse, nisi inquantum sunt sub tali natura communi. Quamuis enim genere & species non subsistant nisi in indiuiduis, quorum est esse, tamen determinatio essendi sit ex natura, uel quidditate superiori. Similiter hypostasis, uel substantia dupliciter dicitur, utpote, quo substatur: & quia primum principium substandi est materia, ideo in prædicamentis Boethius loquitur, quod hypostasis est materia uel, quod substat. & hoc est indiuiduū in genere substantiæ. genera namq; & species non substant accidentibus nisi ratione indiuiduorum ideo nomen substantiæ primo, & principaliter conuenit particularibus substantijs secundum philosophum, & Boethium libro de duabus naturis. Sic ergo patet differentia istorum trium dupliciter. Quoniam si sumatur unum quodq; eorum ut quo est, sic essentia significat quidditatem, ut est forma totius: usiosis, formam partis: hypostasis, materiam. Si uero sumatur unumquodque eorū vt quod est, sic unum, & idem dicetur essentia, inquantum habet esse: subsistentia, inquantum habet tale esse, videlicet absolutum, quod per priùs conuenit generibus, & speciebus quàm indiuiduis: atq; substantia, secundum quod substat accidentibus, quod per priùs conuenit indiuiduis quàm generibus, & speciebus. ¶Vlteriùs hoc nomen persona significat particularem substantiam, prout subijcitur proprietati quę denotat dignitatem, & similiter prosopon apud græcos. ideo persona non est nisi in natura intellectuali. Et secundum Boethium sumptū, est nomen à per se sonando, eo, quod in tragœdiis carminibus uituperij, & comœdijs, id est, carminibus laudis, recitatores sibi ponebāt quandam laruam ad repræsentandum illum, cuius gesta narrabant cantando. Inde tractum est, & uenit in usum ut quodlibet indiuidum hominis de quo potest talis narratio fieri, dicatur persona. Et ex hoc dicitur etiam prosopon in græco, à pro, quod est ante & sopos, quòd est facies, quia huiſmodi laruas ante facies ponebant. Hæc Thomas in Scripto.

Boethius. Boethius. Boethius. Boethius. Persona quid significet. Boethius. Prosopon quid significet. πρόσ ὠπον Substātia dupliciter dicitur.

¶At uero in prima parte Summæ quæstione 29. differuit: Secundum philosophum quinto metaphysicæ substantia dupliciter dicitur. primo quidditas rei quā significat diffinitio, secundum, quod dicimus, quod diffinitio significat rei substantiam quam græci uocant usiam, & nos essentiam possumus nominare. Secundò substantia dicitur subiectum siue suppositum, quod subsistit in genere substantiæ. Nominatur autem tribus nominibus nominantibus rem, quæ nomina sunt res naturæ, subsistentia, & hypostasis, secundum triplicem considerationem substantiæ sic uocatæ. Nempe secundum quod per se subsistit, & non in alio, uocatur subsistentia. Illa enim subsistere dicimus, quę non in alio, sed in se ipsis existunt. Secundum uero, quod supponitur alicui naturæ communi uocatur

res

res naturę, quemadmodum hic homo est res humanæ naturæ: sed prout supponitur accidentibus, dicitur hypostasis, aut substantia. Vnde quod hæc tria nomina significant cõmuniter in toto genere substantiarum, hoc nomen istud persona designat in genere substantiarum rationalium, Demum hypostasis apud Græcos ex propria significatione habet, ꝙ significet quodcunque individuum substantiæ, sed ex vsu loquendi habet, quod sumatur pro individuo rationalis naturæ ratione excellentiæ suæ. Et sicut nos dicimus in diuinis pluraliter tres personas, & tres subsistentias, sic Græci dicunt tres hypostases, & tres substantias. Sed quia nomen substantiæ, quod secundum proprietatem significationis correspondet hypostasi, æquiuocatur apud nos, quia quandoque significat essentiam, interdum hypostasim, seu personam: ne posit esse erroris occasio, maluerunt latini pro hypostasi vti substantia potius, quàm substantia. Hæc Thomas in Summa, quę procedunt secundum eius doctrinam, à quà in his multi dissentiunt.

Petrus. ¶ Petrus vero his consonans: Differentia, inquit, nominum horum, substantia, subsistentia, essentia, Boethius. persona, à diuersis diuersimodè assignat. Boethius namque assignat eorum differentiam, prout reperiuntur in natura materiali composita, dicęs quod vsia, seu essentia nominat naturam generis generalissimi, quæ dat esse simpliciter, vtpotè esse in genere substantiæ. Vsiosis vero, seu substantia nominat naturam generis subalterni, seu speciei specialissimæ, quæ dat esse quid, seu determinatum. hypostasim vero, siue substantiam vocat rem singularem, subsistentem cæteris omnibus in genere substantię, siue rationalis sit, siue irrationalis. Persona vero secundum ipsum in li. de duabus uaturis Christi, dicit rem singularem in genere rationalis substantiæ tantum. Sic ergo duo prima nomina videntur nominare secundas substantias uniuersales, sed vsia vniuersalem, non contractam differentia aliqua: vsiosis vero substantiam cõtractam differentia vniuersalem. alia duo substantias primas, sed hypostasis indistinctè, tam rationalem, quàm irrationalem, persona tantum rationalem. Hæc Petrus. Concordat Richardus.

Pręposit. ¶ Porro Præpositiuus assignat differentiam horum prout reperiuntur in omni substantia, tam materiali, q̃ immateriali: In prædicamento, inquiens, substantiæ est reperire substãtiam subiecti, & substãtiam subiectam Substantia subiecti vocat ipsa natura, & hæc est vsia apud Græcos, essentia apud latinos. Substantia verò subiecta, est res naturæ, quæ prout est in natura communi, dicitur substãtia: sed prout substat accidentibus, dicitur substãtia: prout vero subsistit in natura rationali, & eius accidentibus substat, nũcupatur persona. Hæc Præpositiuus.

¶ Alij assignãt differentiam horũ communiùs, prout est ea inuenire in natura penitus simplici. Est enim inuenire aliquid communicabile, & aliquid incommunicabile. Communicabile duplex est, scilicet quo est, & hoc vocatur essentia: & quod est, quod dicitur subsistentia, sicut se habent Deus, & deitas. Incommunicabile etiam duplex est. vnum, quod est distinguibile qnibuslibet proprietatibus, quod uocatur substantia. aliud distinguibile proprietatibus dignitatis, ut persona. Hæc illi.

Albertus. Vdalricus. ¶ Denique de hac materia Albertus scribit diffusè, Vdalricus quoque consonanter Alberto in Summa sua tertio libro, quorum sententia in positione sancti Thomæ, Petri, & aliorum iam inducto-

rum, uirtualiter continetur. Atque ut addit Albertus, sancti, & tractatores catholici, atque philosophi præfatis, quatuor nominibus diuersimodè usi sunt, & vnus sic, alter sic exponit, & accipit ea. Cumq; difficultas ista in quid nominis sita sit, non est ei immoderantiùs immorandum. vnde & argumenta, quæ in hac quæstione ab aliquibus inducuntur satis prolixè, per prætactas distinctiones, atque diuersas nominum horum acceptiones soluuntur faciliter. idcirco non tetigi ea.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *quid sit persona, & quæ ratio eius in diuinis, & qualiter Deo conueniat.* hoc est, an dicat quid absolutum, vel potius relatiuum: Magister autem in litera ex verbis Augustini testatur, quod dicat quid absolutum. nam à communi regula, qua dicitur, quòd in diuinis absoluta dicuntur de vnaquaque persona, & de pluribus, imo & de omnibus simul singulariter, sicut pater est essentia, filius est essentia, spiritussanctus est essentia, pater quoque, & filius, sunt essentia, imò & una diuina essentia: similiter pater, filius, & spiritussanctus, sunt una diuina essentia, ab hac inquam regula excipit hoc nomen persona, quod de patre, ac filio, & spiritussancto pluraliter prædicatur.

Arguitur 1. contra veritatẽ. ¶Contra hoc ita arguitur: De ratione personæ in diuinis, est relatiua proprietas: sicut de ratione patris, paternitas: ergo est relatiuum.

2 ¶Secundò, quia proprietas personalis est constitutiua personæ, ut dictum est sæpe, ergo est de ratione personæ.

3 ¶Tertiò, quia ut communiter fertur, atque præhabitum est, quædam in diuinis dicuntur essentialiter ut absoluta, quædam personaliter ut relatiua: ergo idem est prædicari personaliter, & relatiuè. nec aliquod nomen videtur tam euidenter personaliter prædicari, sicut persona.

4 ¶Quartò, pater, & filius, & spiritussanctus non distinguuntur abinuicem in aliquo essentiali, seu absoluto, sed solum in personali proprietate: ergo persona non dicitur absolutè.

In oppositum. ¶In oppositum est Auctoritas Augustini, imo & ratio: quia ſm Boethium persona est rationalis naturæ individua substantia, in qua descriptione nõ continetur aliquid relatiuum. Richard. ¶Richardus verò de sancto Victore: Persona, inquit, est intellectualis naturæ incommunicabilis essentia, quæ descriptio datur apertè per absoluta. ¶Præterea, quælibet diuina persona, eo ipso, quo est ipsa diuina essentia, est natura intellectualis per se subsistens, sicut & ipsa diuina essentia: ergo per se, & ex sua natura conuenit ei esse personam.

Albertus. ¶Ad hoc respondet Albertus: Vt super hoc veritas clariùs pateat, octo opiniones narrabo. Quidam enim doctores scripserunt, ꝙ hoc nomen persona ſm temporum interualla diuersas significationes accepit, sicut etiã in litera recitatur. Nam ante hæreticorum inquisitionem, & disceptationem cõtra catholicos, persona dicebatur absolutè in Deo, & significauit absolutè diuinam essentiam à creatis distinctam. tuncq; concedebatur, quòd pater, & filius sunt una persona, quemadmodum una essentia. Postmodum autem ad respondendum hæreticis, quid pater, & filius, & spiritussanctus, instituerunt fideles ut hoc nomẽ persona, in plurali significaret proprietatem, seu relationem, seu rẽ sub proprietate relatiua subsistentem. Idcirco conceditur quòd

ꝙ pater, & filius, & spiritussanctus sunt tres personę. In singulari uero significaret substantiam absolutè. tertiam uero institutionem ab usu modernorum accepit, secundum quorum usum à tempore Boethij significat tantum relationem tam in singulari, q̃ in plurali. ¶Secundi dicunt, ꝙ hoc nomẽ pſona aliam habet significationem, qñ ponitur per se: & aliam, cum adiuncto termino numerali, uel distinctiuo, aut partitiuo: ut cum dicitur, tres personæ, seu alia persona, aut distincta persona: quia tunc significat notionaliter relatiuum, & id, quod alterũ est. ¶Tertij dicunt, quod significat absolutè substantiã, non quæ est essentia, seu natura diuina, sed quæ est hypostasis. Dicunt namq;, quòd sicut essentia essentiam, & homo hominem, ita persona personam significet. Et personam intelligunt substantiam distinctam, secundum quod substantia dicitur à substando proprietati. ¶Quarti, quòd persona est nomen æquiuocum, interdum significans personam quandoq; essentiã, aliquando proprietatem. Quinti, quod persona consignificat essentiam, & proprietatem. substantiam autem in recto, quia persona dicitur quasi per se una. & ly una dicit ibi substantiã, quæ cadit ibi in recto: & ly per se, dicit proprietatem quæ innuitur quasi obliquè.

Boethius. ¶Sexti econtrario affirmant, quòd persona significat proprietatem in recto, & substantiam in obliquo: quod probant per diffinitionẽ hanc Boethij, Persona est individua subsistentia rationalis creaturæ; & hęc opinio ferè est omniũ, auctorq; eius est Antisiod. dominus Antisiodorensis, quam defendit Simon Tornacensis. ¶Septimi dicunt, quòd persona significat substantiam primam, incõicabili proprietate distinctam. Aliter enim significatur substantiã cum dicitur, substantia: & aliter cũ dicitur, homo: aliterque cum dicitur, Socrates. primò enim modo significatur generalissimè, secundò specificè, tertiò individualiter. Et hæc uidetur opinio Richardi de sancto Victore, & hæc à quibusdam defenditur. ¶Octaua positio est, quòd persona significationem habet substantiæ, & proprietatis: sed circa substantiam quam importat, nec ponit proprietatem, nec numerum, quem facit proprietas. hæc autem opinio mediam tenet uiam, & uerior mihi uidetur. idcirco amplius exponetur. Cum enim dicitur, pater est Deus, filius est Deus, spiritussanctus est Deus: aliter significatur substantia per ly Deus, quod est prædicatum: & aliter per hoc uerbum est, cum dicitur, isti tres sunt unus Deus. cum enim dicitur isti, &c. pronomen designat substantiam, quæ supponitur, atq; distinguitur: & ly sunt, importat eandem per respectum ad naturam communem: & ly Deus, importat eandem, ut communem. unde dico, ꝙ persona significat substantiam, ut significatur per ly isti, & per ly sunt, & non ut significatur per ly Deus: ideo quia non potest intelligi, quòd sunt tres, nisi talis substantia cadat in significatum plurale, necesse est hoc nomen persona, cedere in pluralitatem, quãdo de omnibus dicitur in summa. hæc autẽ substantia sic suppositа, non tantum importatur in intellectu personæ, sed etiam proprietas constituens personam inde terminatè, atque in ratione communi.

Auguſt. Et quòd ita sit, patet per tres auctoritates, & p simile. dicit nãq; Augustinus in principio 7. de Trinitate: Omnis essentia quæ relatiuè dicitur, est etiã aliquid relatiuo excepto, ut homo, dominus: ideo si non esset absolutum, nec relatiuum. Ex quo elicitur, quod persona hæc, & illa dat intellectum substantiæ. suppositæ; & etiam intellectum proprietatis: ergo, & persona, quæ dicit in communi substantiam suppositam, in intellectu suo claudit utrunque. uidelicet personam, & proprietatem. Secunda auctoritas est Boethij in lib. de duabus naturis Christi, qui uenatur diffinitionem personæ ex substantia suppositа, & propritate distinguẽte, dicendo, ꝙ pſona est individua subsistentia rationalis naturæ. Tertius est Richardus in lib. suo de Trinitate dicens, quòd persona significat substantiale esse ex aliqua singulari proprietate. Ideo ergo confidenter fatemur personas in diuinis per substantiam dictas, & substantiam significare, & plures ibi esse personas, non plures substantias: quia sunt ibi plures habentes esse, atque indifferens esse ex differenti proprietate. Vnitas itaq; ibi est iuxta modum essendi, pluralitas iuxta modum existendi Est inquam ibi unitas essentię, quoniã unum, & indifferens esse: & plures personę quoniam plures existentiæ. Per exemplum etiam hoc probat, quia in inferioribus persona significat substantiam suppositam naturæ communi. supponitur autem naturæ communi per individuationem, quam habet ex materia, & accidentibus. Verum ex ignobilitate sui contingit, quod diuiditur per materiam, in qua est, ita, quod illa, quæ est in isto, nõ est in illo: sicq; in duobus extat ignobilitas, utpote quia diuiditur, & quia componitur cum eo, quod individuat eam duplici compositione, uidelicet essentiali cum materia, & accidentali cum accidentibus individuantibus eam. Si igitur demus Deo, quod est nobilitatis, & tollamus ab eo, quod est ignobilitatis, significabat persona in diuinis substantiam suppositam proprietati: non tamen compositam nec diuisam, in quibus est. Ideo unitas personarum semper in substantia manet, & numerus penes modum existentiæ ab alio, ut dixit Richardus. Pluralitas ergo personarum referri non potest ad aliquid absolutum significatum in hoc nomine persona: quia tunc aliquid de substantia esset in una persona, quod non est in alia. hinc cautè loquendum est hic, scilicet, ut persona significet substantiam suppositam cum singulari proprietate, in qua secundum existentiæ modum admittitur numerus, & si non numeretur substantia significata: ut cum dicitur, duæ sunt personæ, uel tres sunt personæ, referatur numerus ad personam secundum existentiæ proprietatem. Hæc Albertus.

Boethius. Richard. Richard. Vdalricus

¶Concordat Vdalricus, inter cætera loquens: Ex his soluitur quæstio multum grauis, habens ꝙ vtraque parte uarias auctoritates sanctorum, videlicet, an persona significat in diuinis essentiam, an relationem. Dicendum enim, quod tria significet. principaliter enim substantiam significat, quæ est suppositum siue hypostasis, & cum illa implicat ꝙ prietatem, connotatq; substantiam, quæ est communis essentia. Et quoniam in diuinis non est determinatio nisi per proprietates, ideo dicit ibi suppositum distinctum sola proprietate ad dignitatem pertinente, quæ est relatio originis. Porro prima substantia non recipitur in diuinis, quoniam ipsa in relatione dicitur ad secundam, quæ est uniuersale, quod secundum philosophum nihil est aut posteriùs est. in diuinis vero nihil est priùs, aut poſteriùs. Hæc Vdalricus.

Philosop. Tho. aqu.

¶ Circa hæc asserit Thomas: Nomen personæ propriè competit Deo, non tamen, ut creaturis, sed modo nobiliori. Saluatur enim ratio personæ in diuinis, secundum quod persona, seu Deus habet esse per se subsistens in natura intellectuali.

¶Si

Obiectio. ¶ Si autem obijciatur, quia persona dicitur, quæ subsłat alicui proprietati, Deus autē nulli subsłat:

Dilutio. ¶ Dicendum ꝙ in Deo nihil secundum rem ponit sub alio, sed tantum secundum modum intelligēdi: prout Deus intelligitur quasi subsłans suæ proprietati personali, aut essentiali, secundum quod appellatur subsłātia: vel quasi subsłans suo esse, ſm quod dicitur subsistentia Attamen, quia secundum rem nihil est ibi sub alio, ideò Richardus de sancto Victore volens propriè loqui, dicit quòd personæ diuinæ non subsistunt, sed existunt, inquantum videlicet distinguuntur proprietatibus originis ſm quas vna est ex alia, quibus non supponuntur per modū subiecti. ideò diuinas personas non dicit esse subsistentias, sed existentias.

Richard.

¶ Præterea de significatione personæ inuenitur multiplex doctorum sententia. Quidam etenim dicunt, ꝙ sit vniuocum, alij ꝙ æquiuocum. Aequiuocatio vero nominis huius à diuersis tripliciter assignatur. nam quidam assignant eam secundum temporis diuersitatem, ita ꝙ ante hæreticorum inquisitionem significauit diuinam essentiam, vt distinctam ab essentijs alijs: postea vero significatio eius fuit mutata, ita vt iu plurali numero significet relationem. atq; deinde ex vsu modernorum tractum est ad significandum relationem, etiam in singulari. Hoc autem rationabile non videtur, quia plurale non est nisi geminatum singulare. vnde alia est significatio in singulari, & plurali sub consignificatione diuersa Insuper constat, quòd vsus variatus significationis nominis huius non est irrationabilis. oportet ergo, quòd in significatione nominis huius aliquid attendatur, secundum quod eo sic, & sic possumus vti.

¶ Alij assignant multiplicitatem nominis huius, diuersa significata ipsius non ex diuersitate temporis, sed ex propria significatione nominis. Dicunt namque simpliciter, quòd interdum designat essentiam, quandoque hypostasim, aliquando proprietatem, vt infra Magister sentire videtur. Sed nullum istorum trium videtur completè comprehendere significationem personæ, imò persona videtur oīa illa includere Significat enim, quid subsistens in natura intellectuali, distinctum aliqua proprietate.

¶ Alij assignant multiplicitatem significationis personæ ex adiuncto. dicunt nāque, ꝙ quando per se sumitur, designat subsłantiam: sed ex adiūcto termino partitiuo, aut numerali, trahitur ad significationem relationis: vt cum dicitur, duæ personæ, vel alia persona. Quòd non videtur, qm̄ nomina significantia subsłantiam absolutè, non recipiunt talem additionem: quia nō dicimus plures deos, nec aliū Deum. ¶ Conformiter, qui dicuut, quod sit nomen vniuocum, variantur. Quidæm etenim dicunt, ꝙ in sua significatione claudit terminum unum, puta subsłantiam, uel subiectum: & significat subsłātiam non quæ est essentia, sed qua dicitur hypostasis, uel subsłantia prima. Sed hoc nō uidetnr sufficere. qm̄ nihil absolutū in diuinis numeratur: idcirco si nullo modo relationem importaret, non posset in plurali prædicari. ¶ Alij dicunt, ꝙ in sua significatione includit unum principaliter, & quasi in recto, aliud secundariò, & obliquè. Hæc Thomas. Qui consequenter recitat prætactas opiniones, quemadmodum ex Alberto iam tactum est, nec multum obijcit eis, quàmuis non approbet eas. Et addit: Vt uideatur quid ueritatis sit in singularis opinionibus istis, & in quo deficiant, cōsiderandū quia (ut dictū est) persona significat indiuiduā subsłātiam, indiuiduū verò significari pōt dupliciter, utpotè per nomen secundum intentionis, sicq; nomē hoc indiuiduū, seu singulare, non significat rem singularē, sed singularitatis intētionē: & item per nomē primę intētionis, quod significat ipsam rē, cui cōuenit intētio singularitatis: & ita significatur noīe isto persona, quod significat rē, cui accidit intētio indiuidui. Itaq; iuxta hoc dupliciter possumus loq de significatione personæ, utpotè per se, ſm id, quod hoc nomen persona ſm se significat: atq; per accidens, secundū quod accipit in tali, vel tali natura. Per se autē significat intellectualē subsłantiam, quæcūq; sit illa, & qualitercūq; indiuiduetur. si verò accipiatur natura humana, significat hoc, quod est subsistēs in tali natura, & distinctū tali distinctione, qualis competit naturæ humanæ: & sic loquimur hic de significatione personæ, prout dicitur persona diuina: & ita significabit hoc, quod est distinctum existens in natura diuina. Vt igitur videamus, qd sit ibi distinctum, & qualiter cōpetat ibi nomen personæ, notādum est, ꝙ secundū necesſitatem fidei, quæ in Deo vnum & tres cōfitetur, oportet ponere aliquod cōmune, secundum quod sunt vnum: & aliquod propriū, quod est distinguens, ex qua distinctione, sunt tres, & unū illud extat essentia, distinguens verò cōsistit relatio: & quoniā in diuinis nulla est compositio, oportet ut deitas intelligatur realiter idē, quod Deus, paternitas, quoque idem, quod pater. Si ergo accipiamus, hæc quatuor, Deus, deitas, pater, paternitas: constat quod deitati, prout sic significatur, ut natura quædam, non conuenit ratio personæ: primò, quia non significatur ut per se subsistens: secūdò, quia pluribus est cōmunis. persona autem significat, quia distinctū. Similiter hoc nomen Deus, non habet rationem personæ. nā quamuis significetur, ut quid subsistens: tamen non habet rationem distinctionis: imò sicut pater, filius, & spiritussanctus cōueniunt in hoc, quod est deitas, ita in hoc quod est Deus. Sed verum est, quod si tolleretur pluralitas personarum, & per cōsequens communitas Dei, ac deitatis, Deus significaret personam ab alijs vniuersis naturis distinctā proprietatibus essentialibus, & significaretur, ut quædam persona. Similiter paternitas, cum non significetur, ut quid subsistens, nec ut distinctum, sed ut distinguens, non significatur, per modum personæ: pater quoq; quamuis significetur, ut quid distinctum, non tamē significatur, ut subsistens natura aliqua, sed magis, ut subiectū cuidam proprietati. vnde sicut album de ratione nominis sui non est persona, ita nec pater: sed inquātum Deus, & pater sunt idem, non sicut accidens, & subiectum, sed per omnimodam indifferentiam rei. hinc dico, quòd persona in diuinis dicit relationem per modum subsłantiæ. Ipsa enim relatio, quæ est distinguēs, est distinctum: quia paternitas est pater. Et quia persona significat quid distinctum existens in natura aliqua, ideo constat, quòd significat relationem, inquantum relatio est relatum, atque inquantum ipsum relatum est subsistens, in tali natura: ideò patet, quòd persona significat relationē per modum subsłantiæ, non quæ est essentia, sed quæ est suppositum habens essentiam. hinc omnes opiniones prætactæ, quo ad aliquid, verum dixerunt. Qui enim asseruerunt, quòd nomen personę est æquiuocum, pro tanto verum loquuti sunt: quòd cum in persona includantur, & proprietas, & hypostasis, & essentia, quòd significat relationē, ut hypostasim: significat quoque essentiam, quæ est ipsa hypostasis; & etiam proprietatem, quæ est

Indiuiduum dupliciter significatur.

ipsum suppositum. Propterea quandoq; poni potest ꝑ uno, qnq; ꝑ alio. sed hoc accidit ꝑsonę ex hoc, qđ in diuinis omnia prędicta sunt unum secundū rem.

¶ Conformiter qui dixerunt, quòd significat tm̄ hypostasim, attenderunt modū, ſm quem significat nomen, quia significat per modum subsistentis.

¶ Qui autem dixerunt, quòd significat subsłantiā in recto, attenderunt subsłantiam, quæ est hypostasis ꝑprietate distincta. Qui autē dixerunt econtra, attenderunt subsłantiam quæ est essentia. Qui uero dixerunt, quòd significat hypostasim, & proprietatē positam circa eam, non acceperunt hypostasim ex parte, qua subsistit diuinę naturę, nec ut significat hoc noīe Deus, quod indistinctè conuenit tribus ꝑsonis: sed ex parte illa, qua hypostasis est ipse relatiuo, distinguens hipostasim, quia in Deo idem est distingens, & distinctum. Demum qui dixerunt, quòd proprietas non ponitur circa subsłantiam, ut distinguens ipsam, considerarunt econuerso. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Porro in prima parte Summæ questione 29. fatetur: Circa significationem nominis huius personа in diuinis difficultatem ingerit, quòd de tribus prædicatur pluraliter præter naturam essentialium nominum. nec etiam ad aliquid dicitur, sicut nomina, quæ relationem significant. Vnde quibusdam uisum est, quòd hoc nomen persona, simpliciter, & ex uirtute uocabuli essentiam significet in diuinis, sicut hæc nomina, Deus, sapiens: sed propter hæreticorum instātiam accommodatum sit ex ordinatione consilij, ut posit poni pro relatiuis, potissimè in plurali, atq; cum termino partitiuo, ac numerali. Sed hæc non uidetur sufficiens responsio, quoniam si persona ex sua significatione non habet nisi quod designet essentiam in diuinis, non fuisset hæreticorum quietata calumnia ex hoc, quòd dictum est patrem, & filium, & spiritumsanctum tres esse personas, imo maioris calumniæ data fuisset occasio. Ideo alij aliter dixerunt, ut supra iam tactum est.

¶ Ad euidentiam igitur quæstionis istius, sciendum, quòd aliquid est de significatione minùs communis, quod non est de significatione communioris. Aliud ergo est quærere de significatione personæ, & de significatione ꝑsonę diuinæ: quia persona in cōi significat indiuiduam subsłantiam rationalis naturæ. Persona uero in quacunq; natura significat quid distinctum in illa natura, Distinctio autem in diuinis non est accidens, sed ipsamet diuina essentia. hinc distinctio, seu distinctiuum illud est subsistens, quemadmodum, & diuina essentia. Nam sicut Deus est deitas, ita Deus pater est ſua paternitas. Idcirco persona diuina significat relationem, ut subsistentem, quod est significare relationē per modum subsłantiæ, quæ est subsistens hypostasis in natura diuina, licet subsistens in natura diuina, significat relationem in recto, & essentiam in obliquo, non tamen relationem, inquantum relatio, sed inquantū significatur per modum hypostasis. Similiter persona significat essentiā in recto, & relationem in obliquo, inquantum est idem, quod hypostasis. Hypostasis uero in diuinis significatur ut relatione distincta, sicq; relatio per modum relationis significata, cadit in ratione personæ in obliquo. Deniq; iuxta hæc dici potest, quòd hæc significatio nominis huius persona, non erat ꝓcepta ante hæreticorum calumniam: ideoq; hoc nomen ꝑsona non fuit in usu catholicorū, nisi ut unū aliorū noīm absolutorum. Postmodum uero accomodatū est hoc nomē ꝑsona, ad ſtādum ꝑ relatiuo ex cō-

gruentia suæ significationis, ita ut hoc, quod ſtat pro relatiuo, non habeat solum ex usu, ut prima dixit opinio: sed etiam ex sua significatione. Hæc Thomas in Summa, & uidentur in his Thomas, Albertus, Vdalricus, satis concordes ¶ Insuper Petrus consonanter his ait: Hoc nomen persona, primo fuit in moralibus institutum ad significandum personam laruatam, laruali sono proprietatis alicuius exprimentem. hinc à boatu uocis sonoræ, quam sonoram reddit laruare instrumentum, uocatur persona, quasi per se sonans, media producta, non correpta. & hoc respectu habito magis ad proprietatē rei, quàm compositionis nominis, secundū Boethium li. de duabus naturis Christi. Inde extensum est nomen personæ ad irrationalia. unde grammatici suppositum uerbi uocant personam, dicentes primam personam, quæ loquitur: secundam, cui loquitur: tertiam, de qua loquitur, etiā in uerbis quæ non significant actus rationales, ut latrare. Inde translatum est nomen personæ ad naturalia, atq; ad significandum suppositū rationalis naturæ, distinctum proprietate ad dignitatem pertinente. Vnde persona dicitur quasi per se una. unum uero uocator, quod est indiuisum in se, & diuisum ab alijs. Inde translatum est ulteriùs secundum usum hominum ad signifidandū hominem famosum in statu alicuius dignitatis, aut ꝑfectionis, seu eminentię cō stitutum, ut præsulem, aut decanum. & hoc rursus, prout dicitur persona à per se sonando, sic quippe notat dignitatem notabilem. Inde translatum est ad supernaturalia, & diuina, in quibus improportionabiliter eminentiori est modo, q̄ in creatis. saluat etenim ratio personalitatis in diuinis secundum hoc, quod est per se subsistere in natura intellectuali, & distingui proprietate ad dignitatem pertinente.

¶ Insuper Petrus: Persona, inquit, tam in singulari, quàm in plurali significat, subsłantiam simul, & proprietatem. sed quoniam proprietatem significat quasi ultimam differentiam completiuam, ideo simpliciter dicitur significare relationem, subsłantiam uero secundum quid: quia significat rem de genere subsłantiæ, sed sub relatiua proprietate. hoc quoq; quod relationem designet, conuenit ei prout accipitur in diuinis loco materię, non secundum generalem rationem personæ. In diffinitione autem Boethij, qua persona dicit rationalis naturæ indiuidua subsistentia, seu subsłantia, subsłantia dicitur à generali proprietate subsistendi per se: rationalis, à speciali proprietate intelligendi: indiuidua à singulari proprietate distinguendi. Persona igitur in diuinis est, quæ habet hæc tria. hoc autem est suppositum diuinæ essentiæ, non ipsa essentia: & est res naturæ, & res habens diuinam naturam, non ipse natura quamuis diuina natura habeat proprietatem per se subsistendi, & intelligendi, non tamen distinguendi, cū sit tribus personis communis. Ipsum uero diuinū suppositum à generali natura habet rationem subsistendi per se, & à natura speciali habet rationem intelligendi, atq; à forma singulari rationem distingnendi. Persona igitur in diuinis significat tria illa, sed ultimum principalius tanquam completiuum. Dico igitur, quod persona significat suppositum diuinæ essentiæ tanq̄ id, cui nomen imponitur, & ideo significat hoc in recto: diuinā uero essentiam tanquā id, à quo nomē imponitur, ideo in obliquo, quemadmodum homo humanitatē. Et in diuinis tria illa non solū cōstituunt unum, imo ēt unum sunt. proprietas namq; est ipsa

Petrus.

Boethius

hypostasis,& vtrunque est essentia. Vnde sancti videtur asserere, ꝙ persona designet essentiam,attendentes non tam ad modum significandi, quàm ad rei significatæ naturam. Hæc Petrus.

Dio. Car. ¶ His concordat, ꝙ aliqui dicunt, significatio dictionis consideratur dupliciter. primò formaliter, quantum ad id,ad quod significandum nomen imponitur secundum cõem nominis rationem. secundo quasi materialiter,quantum ad id, cui nomen attribuitur in re aliqua speciali. Nomen ergo personæ,quia impositum est ad significandum rem subsistentem, distinctam ab alijs rebus subsistentibus in eadem natura, formaliter significat primã substantiam, quæ est suppositum: non autem substantiam, quæ est essentia,vel quidditas. Quoniam vero subsistens distinctum in diuinis nõ potest esse quid absolutum,sed solummodo relatiuum,ideò quasi materialiter persona in diuinis significat relationem: quia relatio in diuinis est subsistens.

Richard. ¶ Concordat quoque præhabitis Richardus.Persona, inquiens,est suppositum intellectualis, aut rationalis naturæ, distinctum proprietate ad dignitatem pertinente.& quamuis Deus non sit natura rationalis,est tamen natura intellectualis. ¶Si autem

Obiectio. obijciatur, & indiuiduũ est superius ad personam, sed indiuiduum non conuenit in diuinis, vt potuit supra,ergo nec nomen personæ. ¶Dicendum, ꝙ in

Dilutio. diuiduum est superius ad personam creatam:accipiendo tamen personam in generalitate suæ analogiæ,prout complectitur personam creatam, & increatam,non est verum. Nomen quoque substãtiæ conuenit deo,non prout substantia dicit à substando, sed à per se existendo. creaturæ autem dicuntur substantiæ etiam primo modo,quoniã substant accidentibus suis. Insuper nomen essentiæ competit deo,quia in omni re per se existente,considerari possunt,quod est,& quo est. Id autem Quo est, est ipsa rei essentia: & ipsum Quod est,est suppositum. cum igitur deus sit per se existens, in ipso considerantur Quo est, & quod est,ideſt essentia,& persona,sed aliter,quàm in creaturis: quia in deo secundum rem sunt penitus idem, non sic in creaturis. Hæc Richardus.

Bonauen. ¶ Bonauentura etiam concors est præinductis, præsertim ex Petro. Addit tamen, ꝙ substantia dicitur à substando dupliciter. primò,quia substat alicui,vt inhærenti.& ita non conuenit deo.Secundò

Substãtia dicitur a substando dupliciter quia substat alicui, vt distinguenti, & ità conuenit Deo,nec penitus propriè, nec prorsus impropriè. Personæ enim propriet atibus suis aliquo modo dicuntur substare,tanquam distinguentibus ipsas personas non tanquam inhærentibus accidentaliter ipsis personis. ¶ Præterea de distinctione inter essentiam,substantiam, subsistentiam, & personam, scribit Bonauentura: Sicut in rebus creatis inueniuntur Quo est,& Quod est,propter quod significantur in concretione, & abstractione, vt dicatur homo, & humanitas: sic intelligimus in diuinis, quamuis intelligamus illa duo ibi indifferẽtia esse: & quo est, significamus abstractiuè hoc nomine deitas: & quod est, concretiuè hoc nomine Deus: & imposuimus nomen, quo significetur quo est, quod est essentia: & ipsum qđ est,& hoc est substantia. & ita hæc duo nomina accipiũtur in diuinis ex parte cõis,seu cõicabilis. Est quoq; in diuinis accipere aliqđ incõicabile, & hoc ẽ qđ distinctũ,seu qs distinctus.quod cõtingit dupliciter intelligi, seu significari,videlicet inquãtũ distinguibile,& ita significatur p nomẽ subsistentiæ,siue hypostasis: & item inquantum distinctum, sicq; significatur per nomẽ personæ.Et quis in Deo non differant distinguibile & distinctũ,quia in ipso potentia æternaliter coniũcta est actui, tamẽ contingit ea duplici noĩe significari,prout dupliciter cõsiderantur. Itaq; differunt, hæc quatuor noĩa secundum modũ intelligendi,sicut quo est,& quod est,& qui est,& quis est. Et qñ in Deo,idẽ est, quo est,& quod est,& distinguibile, & distinctũ ex alia parte, sancti frequẽter accipiũt essentiã,& substantiã, pro eodem:sic & hypostasis, noĩe vtuntur Græci pro suppositõ actu distinctio. Sicq; dictio p quo est, & quod est,& per distinguibile,& distinctũ,non facit differentiã in diuinis,nisi ſm rationem intelligẽdi.¶Insuper cum fides dicat, Deum esse unum,& trinũ, non possumus intelligere esse unum nisi intelligendo quo est unũ,& quod est vnum. Primum est essentia,secundum substãtia. Nec possumus intelligere,ꝙ sit trinus,nisi intelligẽdo distinctum,& quo distinguuntur, & illud, quo sunt proprietates. qui aũt distinguitur,significatur ut distinctus. Quod potest esse dupliciter.Primò,ut distinctus proprietate quacunque. Secundò,ut distinctus proprietate ad dignitatem,& nobilitatem spectante. Primum significatur nomine subsistẽtiæ, quæ dicitur prima substantia,& conuenit non solum indiuiduis rationalibus, sed etiam irrationalibus. Secundum significatur per hoc nomen persona, pro quo Græci utuntur, nominæ hypostasis, quod conuenit rationalibus tantum. Hinc ait Boe- Boethius.
thius, quod Græci utuntur nomine hypostasis pro suppositõ rationalis naturæ. Hæc Bonauentura.

¶Amplius de materia ista præ cæteris scribit diffusiùs Alexander, cuius dicta iam pro parte virtualiter sunt inducta. Tenet autem, ꝙ persona in diuinis dicatur ſm substantiam,non ſm relationem:ad quod allegat Richardum de sancto Victore. Diffinitiones,quoq; personę à Boethio,& Richardo digestas eleganter exponit.Insuper quærit,de suppositione nominis huius persona,uidelicet an supposita persona,supponatur essentia. Et respõdet:Quãuis in diuinis realiter idem sint essentia,& persona, propter simplicitatem diuini esse, modus tamẽ,qui non derogat simplicitati, conuenit diuinę essentiæ, qui non conuenit personæ. & hic modus est differentia habitudinis,& proprietatis originis,qua dicitur: Pater est,sed non est ab alio: filius est à patre per generationem, spiritussanctus ab vtroque per processionem.Etenim secundũ istius existentiæ modum distinguũtur personæ, non essentiæ. Cum ergo suppositio sequatur modum significationis,patet quod persona supposita, nõ supponatur essentia.Nam persona distinguitur,multiplicatur,gignit & gignitur: quorum nullum conuenit diuinæ essentiæ. Præterea quærit, an persona idem significet in singulari, & in plurali. ad quod respondet, Secundum Boethium, & Richardum, hoc nomen persona in singulari, & in plurali significat substantiam quæ est hypostasis, hoc est, per modum substantiæ singularis. Cum enim dicitur persona, intelligitur aliquis vnus, qui tamen sit rationalis naturæ: & cum dicitur tres personæ, intelliguntur tres aliqui,qui rationalis naturæ consistant. ¶Rursus quærit, an non subsistentiæ sit essentiale, vel personale. Et respondet, Quemadmodum secundum Boe- Boethius.
thium libro de duabus naturis Christi, intentio,id est ratio substantiæ duobus modis exponitur, puta negatione, ut dicatur substantia, quia non est in subiecto,id est,quia per se existit: & affirmatione, ut dicatur substantia, quoniam cæteris subest: sic

Alexãder

Persona pro quo supponat.

in

in diuinis substantia duobus dicitur modis,videlicet substantialiter pro essentia, & personaliter pro re proprietati subsistente. sicq; substantia idem est, quod hypostasis. tamen propter hæreticos modo non vtimur hac significatione substantiæ in diuinis ne dicendo tres substantias,detur simplicibus erroris occasio. Conformiter ratio substantiæ dupliciter dicitur: Primò,quia non indiget accidentibus, vt sit, & ita substantialiter dicitur sicut vsiosis. Secundò dicitur ab actu subsistendi. & sic personaliter sumitur. estq; idem, quod hypostasis, & dicuntur in diuinis tres substantiæ,sicut tres hypostases. Hæc Alexander.

Subsistentia duplici ter dicitur

Dio. Car. ¶ Quo circa mirum videtur, ꝙ tantus doctor ait personam in diuinis essentialiter,seu secũdum substantiam dici:cum tamen testatur subsistentiam,atque substantiam personaliter dici ibidem,secundũ quod dicuntur à substando,seu substando proprietati,atque vt tantum valent sicut hypostasis: quam etiam personaliter, relatiueq; dici fatetur, quære, & ratione cum persona coincidit in diuinis iuxta modum præhabitum.siquidem proprietas,seu relatio est de ratione personæ in diuinis, vt patuit.

Durand. ¶ Circa hæc quærit Durandus,an persona sit nomen rei, vel intentionis. Ad quod rñdet: De hoc sunt duæ opiniones.Vna, ꝙ significat intentionem, quia quod dicit indiuiduũ in omni genere, & suppositum in genere substantiæ, hoc dicit persona in genere intellectualis naturæ.sed indiuiduũ, & suppositum sunt nomina intentionum non rerum, igitur,& persona Vocatur autem hic intentio non ratio,quam format circa rem ipse intellectus, ut sunt genus, & species: sed large accipitur hic pro conditione rei,quæ ex oppositõ correspondet intentioni vniuersalitatis propriè sumptæ,vt singularitas,indiuiduatio, suppositatio, quæ contrahunt speciem, quemadmodum species ipsum genus.

¶ Alia opinio est, ꝙ persona non significat intentionem, sed rem intentioni subiectam: quia hoc nomen persona impositum est ad significandum suppositum intellectualis naturæ,quod dignitatem importat.intentiones autem non important aliquam dignitatem, sicut vniuersalitas non importat maiorem dignitatem in homine,quàm in asino. Dicunt igitur isti,ꝙ sicut aliquis homo non significat intentionem,sed rem intentioni subiectam,quæ est indiuiduum vagũ in natura humana: sic persona cum sit indiuiduum vagum in natura intellectuali, significat non intentionem,sed rem. Quo circa impossibile esse videtur,ꝙ persona dicat solum rem intentioni subiectam, quæ res est indiuiduum vagum: quoniam res intentioni subiecta,quę est indiuiduũ vagum de sua natura communicabilis est pluribus:imò,& tot,sicut natura subiecta intentioni speciei. Nam de tot prædicatur aliquis homo, ut homo.Persona vero est,quid incommunicabile. Hinc puto,quòd æquiuocè vtimur nomine personæ, videlicet interdum pro intentione, sicq; diffinitur à Boethio,& Richardo: quandoque verò pro re subiecta,vt cum dicimus,talis est bona persona.Insuper dico,quòd si persona dicat solam intentionem sic nec in Deo,neque in creaturis significat substantiam,neque relationem:si verò significet rem intentioni subiectam,sic quoque nec substantiam,nec relationem significat, sed abstrahit ab vtroque. Formalis namque intellectus, & significatum diffinitionis personæ, abstrahit ab essentia, & relatione. Boethius namque personam diffinit,dicendo: Persona est rationalis naturæ indiuidua substãtia, vel substantia. quod idem est,ac si diceretur,persona est suppositum. Ibi enim ponitur substantia induidua pro suppositõ,seu hypostasi. sed extra significatum,& intellectum huius diffinitionis, est essentia,atque relatio,vt patet de se. Nam etsi in diuinis non esset nisi vnum suppositum essentiale, vt gentiles imaginantur, adhuc ei ratio conueniret personæ. Hæc Durandus.

Boethius.

Dio. Car. ¶ Cuius dicta videntur patere calumniæ, quoniam iuxta præhabita ex verbis sanctorum, Augustini, Ambrosij, Boethij, quicquid propriè dicitur in diuinis,dicitur essentialiter,aut relatiuè,& vel essentiam, vel relationem significat.Denique in diffinitione Boethij indiuidua subsistentia,vel substantia tantum valet, sicut substantia incommunicabilis:per quod notatur relatio, seu proprietas distinctiua, quæ incommunicabilitatis est ratio. sicq; in diffinitione illa Boethij, tam substantia, quàm relatio formaliter includuntur. Quòd si iuxta infideliũ imaginationem non esset in diuinis nisi unum essentiale suppositum, dico ꝙ illi suppositõ non conueniret diffinitio personæ, à Boethio tradita secundum veram, atque catholicam intelligentiam diffinitionis illius, præsertim cum iuxta illius diffinitionis tenorem, in diuinis sint tres personæ: quod verum non esset,nisi in ratione personæ includeretur relatio, quæ(teste Boethio) sola multiplicat trinitatem. Nec verum censetur, quòd persona (prout à Boethio diffinitur)solam intentionẽ designet. quia intentio illa non est indiuidua substantia rationalis naturæ, sicut nec homo cum diffinitur esse animal rationale,dicit solam intentionem,quæ nec est animal, nec prædicabilis de indiuiduis hominis: sed sumuntur in diffinitionibus illis res ipsæ,puta persona,& natura,prout in ipsis,& super ipsas fundatur, siue fundabilis est secunda intentio, quæ vocatur respectus per rationis exercitium fabricatus, & adinuentus super,& circa rem ipsam. Vnde logica dicitur esse de intentionibus secundis,adiunctis primis .i. fundatis super res ipsas, seu super earum essentias,quæ primò ab intellectu concipiuntur,antequam super eas fundentur respectus communitatis, quæ intentiones secundæ vocantur.

¶ Præterea etiam Scotus mouet hic quæstionem Scotus.
hanc, vtrum persona secundum quod dicit aliquid commune patri, & filio, ac spiritui sancto, dicat præcisè aliquid secundæ intentionis: & respondet, In diffinitione Richardi dicentis, persona est intellectualis naturæ incommunicabilis existentia, quæ diffinitio est expositio diffinitionis Boethij, in hac inquam diffinitione nil ponitur, quod significet intentionem secundam: quoniam ex natura rei sine opere intellectus est in parte naturæ intellectualis, & entitas incommunicabilis. Et in- Cõmunicabile dupliciter dicitur.
communicabilitas ista est duplex secundum quod communicabile dicitur modis duobus. Primò, prout id,quod cõmunicabile est, est realiter idem cuilibet eorum,quibus communicatur,ita ꝙ quod libet illorum est ipsum. sicq; vniuersale communicatur inferioribus,de quibus,& prædicatur.Secundò, communicatur aliquid, vt forma, qua aliquid est,sed non est ipsum, quemadmodum anima communicatur corpori, quæ non est corpus: & vtroque modo deitas communicabilis est:persona autem neutro modo: & vtraque incommunicabilitas ista est de ratione personæ.propter quod anima separata non est de ratione personæ,quia quàmuis habeat primã incommunicabilitatẽ. non tñ secundam. & vtraque incõicabilitas requiritur ad ratio-

nem personæ,& est in re ex natura rei.ficq; nihil de rõne personæ,dicit intentionẽ secũdã.Hæc Scotus.

¶ In cuius verbis videtur obscurum,cp ait diuinitatem vtroq; mõ communicabilem. Non.n.communicaī personis diuinis; neq; adintra, nisi his cũ quibus realiter idem est,& quarum quelibet est realiter deitas ipsa, nec cõicatur rebus creatis, vt forma.Nisi forlan Scotus dicere velit,cp in Christo cõi cata est naturæ assumptæ,cui tñ non est cõicata, vt forma, qua ipsa natura assumpta formaliter sit, ita cp sit forma eius intrinseca,& informãs.¶ Præterea, quis(vt Scotus affirmat)nihil dicatur in diffinitione illa personæ,quod ad secundam intentionem sit pertinens: persona tamen, prout in quadam generalitate ita describitur,videtur etiam aliquid secundæ intentionis includere.Omne enim cõe pluribus cõicatum vniocè,& multiplicatum in eis, dicitur de eisdem secundum aliquam rationem vniuersalis, vel saltem habentis se per modum vniuersalis.

Persona non dicit secundam intentionẽ præcisè.

¶ Postremò,quòd persona prout à Boethio, ac Richardo diffinitur, non dicat intentionem secũdam præcisè, etiam sic probatur. Quia personæ taliter diffinitæ conuenit esse terminum productionis realis,seu generationis æternæ,ac adorari,& esse omnium creatorem, quæ secundæ intentioni nequaq; conueniunt. Quamuis autem persona sic diffinita, atq; aliqualiter communiter sumpta, dicat aliquid secundæ intentionis:hoc tamen est in concreto,nõ in abstracto: ideò potest prædicari de rebus primæ intentionis, & supponere pro eisdem.

Alexand.

¶ Amplius etiam Alexander quærit,quæ est communitas personæ in diuinis.Nihil enim uidetur cõmune tribus personis,nisi essentia diuina secũdum rem: sed significatum per nomen personæ, est tribus commune, ergo significat idem,quod essentia. Contrà, vna numero essentia est in tribus, non una persona.Hinc quidam dixerunt duplex esse cõmune:in diuinis.Vnum secundum rem,quod est essentia aliud secundum intellectum, quod est persona. tres enim personę conueniunt in hoc,quod est esse distinctum personali relatiuaue proprietate. Alij dicunt,quòd persona est commune tribus sicut essentia, sed alio modo, videlicet cõe proportione, seu habitudine trium ad vnum.Hæc Alexander.

Antisiod.

¶ De hac item materia scribit Antisiodorensis in Summa sua 1.li. Hoc nomen persona partim dicitur secundum essentiam, & partim secũdum relationem: quia in diffinitione personæ expresè signi ficatur essentia,cum dicitur rationalis naturæ: desi gnatur etiam in diffinitione indiuidua substantia. Et quantum ad hoc, quod dicitur secundum essentiam,excipitur à communi regula illa,cp nomina es essentialia dicuntur de diuinis personis simul sumptis singulariter,non pluraliter.Et quoniam primò significat distinctionem, idcirco pluraliter dicitur de patre,& filio,ac spiritusancto,magis, quàm nomina merè essentialia. persona igitur dicitur secundum relationem, & includit in se id, ad quod dicitur sua relatio: quia is est sensus,persona, idest res distincta ab alia rationalis naturæ.Communitas autem personæ ad patrem, & filium, ac spiritumsanctum, est communitas secundnm rationem. Hæc Antisiodorensis,qui de his loquitur copiosè.

Aegidius.

¶ Aegidius demum de his scribit ita prolixè, cp tædium fuit perlegere. Contradicit etiam Thomæ in multis in ista materia,quàmuis in principali conclusione parum, aut nihil distet ab eo: quia concedit personam in diuiuis relationem insinuare.

Diony.

¶ Et verum est, cp in positione Thomæ aliqua cõtinentur, quæ parui sunt roboris, vt probationes quibus reprobare conatur acceptionem nominis personæ pro solo absoluto ad tempus:& cp deinde post inquisitionem hæreticorum impositum sit ad significandum relationem.Hoc enim Beatus Augustinus 7. de Tri. diffusè,& apertissimè scribit,quemadmodum, & Aegidius hic declarat, atq; in textu ostenditur. Et tunc habebant uiri catholici valde rationabilem, sufficientemq; causam ad instituendum in hoc nomine personæ aliquid nouæ significationis. Item,cp ait,cp sicut album non dicit persona de se,ita nec pater. Paternitas, namque formaliter relationem importat, quæ conuenire,& inesse non potest nisi supposito. Nam sicut generare, ita patrem esse solius excat suppositi. Verum est tamen, cp nomen hoc pater secundum se sumptum, commune est conuenire multis.Et quoniam (teste Alberto) materia ista est de difficilioribus huius libri materijs una, tam diffusè scripsi de ea.

Quæstio.

¶ Præterea circa distinctionem hanc quærit Bonauent.Petrus, Richardus, & alij quidam,An sicut in diuinis dicuntur plures personæ,ita dici possunt plures dij,plures essentiæ, & plures substantiæ.

Bonauẽt.

¶ Ad quòd Bonauentura respondet: In omni substantia,cui conuenit esse, & operari, necessariò intelligimus naturam,& habentẽ naturam.Cumq; Deo conueniat esse,& operari,ponimus in eo naturam.i.substantiam,siue essentiam, & habentem naturam.i.personam. Quemadmodũ autem rationalis creatura habet plures naturas, videlicet corporalem,ac spiritalem,seu corpus,& animã: sic econuerso in Deo propter summã ipsius simplicitatem in pluribus personis,ẽ una natura,quæ alio,& alio modo à personis habetur. Cum ergo sit ibi vna numero natura, non diuisa, nec numerata, ideò non sunt in diuinis plures substantiæ, nec plures essentiæ:sed quia habentes naturam sunt plures, rectè dicuntur plures personæ. Hinc quoque non licet dicere patrem,& filiũ, ac spiritum esse plures, aut tres Deos, qm̃ numerus plures significat plurificationẽ termini singularis secundũ suppositum,& formam in nomine substantiuo:quia plurale geminat suum singulare. cumque forma importata hoc nomine Deus, vtpotè deitas, non multiplicetur, non sunt plures,aut multi dij,nisi participatiuè. ¶ Idem Richardus,imò in isto concordant omnes. Quod eñ purè essentialiter, & absolutè dicitur in diuinis,nõ multiplicatur. Distinctio autem in diuinis accipitur à proprietatibus personalibus relatiuis,quæ pene originem opponuntur: ideò plures personæ dicuntur non à proprietatibus essentialibus,quæ oppositionem non habent adinuicẽ, neq; abinuicem realiter distinguunẽ sicut relationes originis,prout Thomas, Albertus,Aegidiusq; declarant.

Richard.

Petrus.

¶ Porro vt hæc clarius pateant, adijnuicem, quod de quæstione hac scribit Petrus,inquiens:Diuinorum essentialium nominum quædam significant essentiam non purè,sed cum relatione inclusa,vt æqualis, & similis: quæ ratione relationis inclusæ dicuntur in diuinis pluraliter, quia personæ æquales sunt,& inuicem coæquales.Quædam vero significãt essentiam purè,& hoc dupliciter. Primò per modum substantiæ, seu substantiuè: Secundò, per modum accidentis,vt nomina adiectiua,& verba,ac participia.Et quoniam adiectiua,& accidentia numerantur secundum numerum suorum substantiuorum,& subiectorum, seu suppositorũ,Deo ista pluraliter prædicantur in diuinis:non autẽ,quę substantiuè dicuntur,vt Deus,essentia.Hęc Petrus.

Quid

A

Quid significetur his nominibus vnus,vel vna,duo,vel duæ,tres,vel tria trinus,vel trinitas, plures,vel pluralitas,distinctio,vel distincta, cum his vtimur de Deo loquentes. Distinct. XXIIII.

Hic diligenter inquiri oportet, cum in trinitate non sit diuersitas, vel singularitas,nec multiplicitas, vel solitudo, quid significetur his nominibus,scilicet vnus, vel vna,duo, vel duæ,tres, vel tria, trinus,vel trinitas, plures, vel pluralitas,distinctæ,vel distinctio:cum dicitur vnus Deus,duæ personæ,vel tres personæ,plures personæ distinctæ sunt personæ.Vel cum dicitur distinctio personarum,pluralitas personarum,trinitas personarum,& hui usmodi.Videmur enim hoc dicentes,numerorũ quantitates,& rerũ multitudinem,vel multiplicitatẽ in Deo ponere.Quid ergo ista ibi significẽt,ipso de quo loqmur apiẽte,insinuaī curemus.

B

Magis illa dicuntur ad excludendum ea,quæ non sunt in Deo, quàm ad ponendum aliqua.

Si diligenter præmissis auctoritatum verbis intendimus,vt dictorum intelligentiam capiamus: magis videtur horum verborum vsus introductus ratione remouendi, atq; excludendi a simplicitate deitatis,quæ ibi non sunt,quàm ponendi aliqua.

C

Quid per vnum significetur, cum dicitur vnus Deus.

Cum enim dicitur vnus Deus,multitudo deorum excluditur,nec numeri quantitas in diuinitate ponitur.tanquã diceret, Deus est,nec multi sunt,vel plures dij.Vnde Ambrosius in libro de Trinitate,ait: Cũ vnum dicimus Deum, vnitas excludit numerum Deorum:nec quantitatem in Deo ponit,quia nec numerus,nec quantitas * in Deo est.

Ambrosi. li.1 de Tr. cap.11.

*ibi est.

D

Quo sensu dicitur, vnus est pater, vel vnus est filius.

Similiter cum dicitur, Vnus est pater,vel: Vnus est filius,& huiusmodi:ratio dicti hęc est,cp non sunt multi patres,vel multi filij,ita de similibus.Item cum dicimus plures esse personas,singularitatem, atq; solitudinem excludimus, nec diuersitatem,nec multiplicitatem ibi ponimus:quasi diceretur;Sine solitudine,ac singularitate personas cõtinemur.Vnde Hilarius in quarto libro de Trinitate sic ait:Dixit Deus,Faciamus hominem ad imaginem,& similitudinem nostram. Quero nũc,an solum Deum sibi locutũ existimes,an hũc sermonẽ eius intelligas ad alterũ extitisse. Si solum fuisse dicis, ipsius voce argueris,dicentis:Facimus,& nostram. Sustulit enim singularitatis,ac solitudinis intelligentiam professio consortij:quia aliquod consortiũ esse non potest ipsi solitario neq; solitudo solitarij recipit,faciamus:nec alieno à se diceret,nram. Attẽde lector his verbis, & vide quia nomine consortij pluralitatem significauit.Professio ergo consortij,est professio pluralitatis,quam professus est,dicens: Faciamus,& nram pluraliter.n. vtiunq; dicitur. Sed hac pfesione pluralitatis non diuersitatem,vel multitudinem posuit,sed solitudinem,& singularitatem negauit.Sic ergo cum dicimus plures personas, vel pluralitatem personarum,singularitatis,& solitudinis intelligentiam excludimus.

Ex qua intelligentia dicantur personæ plures.

Hilarius. Gene. nõ

E

Quid per ternarium significetur,cum dicitur tres personæ.

Ita etiam cum dicimus,tres personas, nomine ternarij non quantitatem numeri in Deo ponimus, vel aliquam diuersitatem: sed intelligentiam non ad alium nisi ad patrem,& filium, & spiritumsanctum dirigendam significamus: vt sit huius dicti intelligentia,Tres personę sunt, vel tres sunt pater,& filius,& spiritussanctus.i.nec tantum pater, nec tantũ filius,nec tantum pater, & filius in deitate sunt,sed etiam spiritussanctus; & nõ alius ab his. Similiter non tantũ est ibi hæc persona vel illa, vel hęc, & illa,sed hec & illa,& illa,& non alia. Et hoc fore intelligendum Augustinus satis ostendit, vbi dicit,cp illo nomine non diuersitatem intelligi voluit,sed singularitatem voluit.

Augusti. li 5 de Tr. cap 9 b

F

Quid per duo,cum dicitur,duæ personæ,vel pater,& filius duo sunt.

Similiter cum dicitur, duo sunt pater, & filius non dualitatis quantitatem ibi ponimus,sed hoc significamus,cp non est tantum pater,nec tantum filius,sed pater,& filius: & hic non est ille,ita & de alijs huiusmodi. Ita etiam cum dicimus, pater, & filius sunt duę personæ: hoc significamus, cp non tantum pater est persona, nec tantum filius est persona:sed pater est persona,& filius est persona,& hęc non est illa.

G

Ex quo sensu dicitur in personis distinctio,vel personæ distinctæ.

Cum aũt dicimus,distinctæ sunt personę,vel distinctio est in personis: confusionem

atque permixtionem excludimus,& hanc non esse illã significamus. Cumq; addimus, distinctæ sunt personæ proprietatibus,siue differentes proprietatibus:aliã esse hanc personam,& aliam illam suis proprietatibus significamus. & cum dicimus,& aliam, non diuersitatem,vel alienationem ibi ponimus,sed confusionẽ Sabellianam excludimus.

H

Quomodo ibi accipiatur discretio.

Ambrosi. li de Tri. cap. 2.

Ita etiam cum dicuntur discretæ personæ,vel cum dicitur discretio in personis esse, eandem intelligentiam facimus. Eodem enim modo ibi accipitur distinctio, quo discretio.Et congruè dicitur ibi esse discretio,vel distinctio,non diuersitas, vel diuisio,siue separatio.Vnde Ambrosius in primo li.de Tri.Non est ipse pater,qui filius,sed inter patrem,& filium expressa distinctio est.

I

Quomodo trinitas ibi accipiatur.

Cum verò dicitur Deus trinus, vel cum dicitur trinitas:id significari videtur, quod significatur cum dicitur,tres personæ:vt sicut non potest dici,pater est tres personæ,vel filius est tres personæ:ita non debet dici, pater est trinitas,vel filius est trinitas.

K

Hoc videtur contrarium esse prædictis.

Obiectio. Hinc non est prætermittendum,ꝙ cum supra dictum sit,Deum nec singularem,nec multiplicem esse confitendum,idq; sanctorum auctoritatibus sit confirmatum,in contrarium videtur sentire Isidorus dicens: Distinguendum est inter trinitatem,& vnitatẽ. Est enim vnitas simplex,& singularis,trinitas verò multiplex,& numerabilis: quia trinitas est trium vnitas.Ecce vnitatem dicit esse singularem,& trinitatẽ multiplicem & numerabilem.Sed ed hoc dicimus, quia singularem accepit sicut, & alij aceipiunt vnum:multiplicem verò,& numerabilem, sicut alij,dicunt trinum.

Isidorus.

Respon.

Summa distinct. 24.

IN tota hac distinctione inquiritur, & tractatur, qualiter Deo conueniant ea, quæ numerum, & diuersitatem,ac multiplicitatem important: & quid in diuinis significẽt,qualiter etiã vnus,& vnitas in Deo accipiant.

QVAESTIO I.

Arguit. 1. contra veritatem. HIc quæritur primò, *An Deo vere, ac proprie competat vnitas.* ¶Videtur,ꝙ non:Primò,quoniam S. Dionysius in libro de diuinis nominibus protestatur,quòd Deus est ante omne unum,& ante omnem unitatem,ac diuersitatem,& ante omnẽ diuersitatem,ac ordinem:ergo non conuenit ei esse vnum,aut unitatem. ¶Secundò, quoniam unum aliquid superaddit enti, alioquin non distingueretur ab eo,in simplicissimo autem Deo non est additio. ¶Tertiò, vnitas est principium numeri secundum Philosophum;atque,ut addit Boethius,vnitas est potentia omnis numerus. idcirco est reductiuè in genere quantitatis,sicut, & punctus. Deo autem non conuenit quantitas,ergo nec numerus. ¶Quartò,vnũ dicitur indiuisum in se, & diuisum ab alijs. Vnde uidetur,ꝙ omnè unum sit in se terminatum. Deus aũt in se interminatus est, non ergo est unus.

2

3

4

In oppositum. ¶ In contrarium sunt ratio naturalis, & scripturæ auctoritas, cum naturalis ratio (vt patuit) demonstret,quòd unus sit uerus Deus.

Alexand. ¶ Ad hoc Alexander respondet: Inter oẽs unitates, quæ possunt esse, aut apprehendi, aut intelligi, summa, & maxima est unitas dei, nec ei repugnat pluralitas personarum, aut notionũ.¶Et quòd dicitur,ꝙ maior est vnitas sine pluralitate,q̃ cum pluralitate:dicendum, ꝙ hoc uerum est in rebus creatis, non in diuinis: imò sicut vnitatẽ summæ potentiæ magis declarat multitudo creaturarum, atque effectuum,q̃ vnitas: ita pluralitas personarum amplius manifestat vnitatem diuinæ essentiæ, q̃ unitas personæ,aut notionis.Vnde secundum Augustinum,sicut uerbum declarat id quod habetur in animo,sic pluralitas personarum virtutem,ac vnitatem diuinæ pandit essentiæ.Itaq; in hoc vnitas,ac simplicitas vniuersalis essentiæ ab vnitate diuinæ essentiæ deficit,ꝙ quãuis utraq; cõicata sit pluribus,vniuersalis tñ essentia multiplicaẽ,ac numeraẽ in his quibus cõicatur, diuina uero essentia permanet numero vna,& eadẽ in personis. Denique,quicquid est in diuinis,ad unitatem reducitur,ac refertur.Nam patrem generare nil aliud est, q̃ patrẽ esse patrẽ, & patrem esse patrẽ nil aliud est, q̃ patrem esse,& patrem esse non aliud est,q̃ diuina essentia. Idẽ dicendum de filio,ac spũsancto. Sicq; oĩa ista,& relationes, ac nationes ad unitatem reducuntur essentiæ, atq; vt diuinus Diony.loquitur,gñationis fœcũditas declarat essentiæ vnitatẽ. Hinc ad Eugeniũ li. 2. scribit Bernardus:Inter oĩa,quæ rectè unum dicuntur, arcem tenet unitas trinitatis. Nempe in oĩbus in quibus communicat creatura cũ creatore, creator creaturam excedit in infinitũ. ideò sicut in bonitate,potestate,& sapiẽtia, ita in vnitate,& simplicitate creator eminet oĩbus incõparabiliter, & penitus infinitè.Hæc Alexãder. ¶De hac materia dicta sunt multa supra in 2.& 3. dist.vbi de distinctione attributorũ.& personarum tractatum est.Vbi ẽt ex dictis Henrici allegatum ẽ, & monstratũ,ꝙ oĩa, q̃ in Deo sunt,seu in diuinis,sunt purissima,ac simplicissima singularitas,q̃uis nomẽ singularis iuxta præhabita nõ dicat propriè in diuinis. Vñ vt Alexãder copiosè declarat, vnitas dei nõ compatit secũ pluralitatẽ naturarũ,nec principiorũ, sed personarum,& idearum,ac attributorũ,imò & notionũ,& relationũ;quæ ita à se inuicẽ realiter distinguũtur, ꝙ tñ in essentia vnum,& idẽ sunt. ¶Consonat Thomas:Deus,inquiens,verè,ac proprijssimè vnus est, quia ſm quod aliquid habet se ad indiuisionem, ita se habet ad vnitatem. nã teste Philosopho,ens dicitur unũ,qm indiuisum.ideò illa, q̃ sunt indiuisa p se,vt Socrates, veriùs vnũ sunt,q̃ quę sũt indiuisa p accides,vt Socrates,& albũ,quę simul unũ p accidens:& inter ea,q̃ sunt vnũ per se,perius unũ sunt, quæ sunt indiuisa simpliciter,q̃ quæ sũt indiuisa respectu alicuius gñis, vel speciei, aut ꝓportionis: q̃ eũa nõ dicunt simpliciter vnũ, sed unũ genere, vel specie

Obiectio. soluitur.

Auguſti.

Vnitas essentię vniuersalis cedit vnitati diuinæ essentię.

S. Dion.

Bernard.

Henricus.

Alexand.

Thomas.

Philosop.

specie,aut proportione:sed quod simpliciter indiuisum est, simpliciter unum est, vtpotè vnum numero. In hoc tamen est gradus.aliquid enim indiuisum est actu, quod tamen diuisum est in potentia, vel diuisione quantitatis, vel diuisione essentiali, vel secundum vtrunque,vt materialia ista composita, vel intellectu,vt cœlum.Aliquid etiam indiuisibile est actu,& potẽtia,& hoc multipliciter.quod dam enim habet in sua ratione aliquid præter rationem indiuisibilitatis, vt punctum, quod præter indiuisionẽ importat situm : aliquid vero est,quod nihil aliud importat,sed est ipsa sua indiuisibilitas, vt vnitas, quæ est principium numeri: & tamen inhæret alicui, quod non est ipsa unitas, puta subiecto. Vnde patet, ꝙ illud,in quo nulla est compositio partium, nulla continuitas dimensionis, nulla accidentium varietas, & ꝙ nulli inhæret, & quod nulli componibile est, est verè, & summè unum,ut concludit Boethius. Et hoc est Deus, cuius unitas est principium omnis unitatis, atq; mẽsura omnis rei: quia in omni genere,id quod est maximum,est principium cęterorũ : & quod est simplicissimum, mensura est reliquorum in genere suo. Hæc Thomas in Scripto.

Indiuisibile est aliquid actu & potẽtia multipliciter.

Boethius.

Ar.3. & 4. ¶ Qui etiã de vnitate Dei scribit in prima parte Summæ,quæst. 11. & in Summa cõtra gentiles li. 1.

Petrus. ¶ Cõcordat Petrus, qui etiam quærit hic,vtrum vnitas dicatur positiuè in Deo.cuius quæstionis solutio ualet ad intelligentiam horum.Itaque ait: De vno contingit loqui dupliciter. Primò, quantum ad rem intellectam. Secundò, quo ad intelligendi, seu innotescendi principium,sicut de puncto. Punctus enim secundum rationem essendi, dicit positionem in quanto:secundum rationem vero innotescendi, dicit priuationem, quoniam punctus est cuius pars non est.Cum enim sit simplex,minus uotum est sensui. idcirco describitur per abnegationem partis quantitatis tanquam per rem notiorem. Similiter unitas secundum rationem essendi dicit aliquid positiuè, secundum rationem vero innotescendi dicit priuationem.Cumq; diuisio sit notior sensui, ideò vnitas notificatur per diuisionis priuationem. Hæc Petrus.

Richard. ¶ Concordat Richardus, dicendo quòd vnitas in Deo, dicit diuinam essentiam, nec aliquid aliud positiuum . Quærit ergo Richardus,an unitas,quæ est principium numeri, sit in Deo. Ad quod respondet:Vnitatem esse principium numeri, intelligi potest dupliciter . primò , quòd sit effectiuum principium numeri . Sicq; unitas diuina est principium omnis numeri,& unitas, quæ sic est principium numeri, est in Deo . Secundò sic, quòd vnitas sit pars numeri simpliciter,& sic unitas, quæ est in Deo, nõ est principium numeri . Quamuis enim in Deo sit numerus personarum , non tamen est in eo numerus simpliciter, vt infra patebit.Denique vnitas dei & unitas creaturæ, non constituunt numerum simpliciter:quę namque constituunt simpliciter numerum, vniuocantur in aliquo: quia quæcunque simpliciter numerantur, sub communi aliquo numerantur.Deo autem,& creaturæ nihil est commune simpliciter nec unitati Dei, & creaturæ . Ideò non est propriè concedendum, ꝙ deus,& lapis sint duo quamuis Deus sit vnus,& lapis sit vnus, nisi eo modo,quo contingit aliqua numerari sub uno communi de eis analogicè dicto. Hæc Richardus.

Vnitas, q̃ principiũ est numeri, qualiter sit in Deo.

Bonauen. ¶ Bonauentura demum: Quorundam,inquit,& præsertim Magistri, fuit opinio , ꝙ quicquid sit de hoc nomine vnum in creaturis , in Deo nõ dicatur positiuè,sed deriuatiuè duntaxat. Et assumit auctoritatem , à sancto Hilario, quamuis ille apertè non dicat hoc:sed ait, ꝙ horum nominum usus inuentus est magis causa priuandi, quàm ponendi quicquàm in Deo.Et ratio fuit Magistri,qm̃ vnum positiuè sumptum,principium est quantitatis,ac numeri.Deus autem in se quantitatem non habet,neque in se est numerabilis, nec connumerabilis alijs . Et quamuis positio ista videatur probabilis,tñ cõmuniter nõ tenetur : qm̃ vnitas multò perfectiùs est in deo, q̃ creaturis , cum ergo in creaturis sit aliquid positiuè,multò magis in deo. ¶ Rursus,cum omnis vnitas ad primam vnitatẽ finaliter reducatur , nec finalis reductio sistat in priuatione, oportet,ꝙ vnitas dei sit aliquid positiuum.Idcirco dicendum,ꝙ loquendo de uno in creaturis , quantum ad rationem intelligendi, sic dicitur priuatiuè:sed dr̃ positiuè, quantum ad rem intellectam . Et ratio est, quia vnum habet tationem primi. Prima aũt non intelliguntur , nec notificantur à nobis nisi per posteriora.Porro loquendo de vno quantum ad rem intellectam,sit in rebus inferioribus habet respectũ,tam ad materiam,q̃ ad formã:& rõne respectus ad materiam,est in se indiuisum,potentia tñ diuisibile: & quia potẽtia materialis se habet per modum priuationis,idcirco,& vnum ſm istum respectum.Ratio ne vero respectus ad formam , quæ dat esse distinctum,& limitatum,sic unum dicit,quid positiuum, videlicet esse diuisum ab alijs . Cumq; in deo nihil sit materiale, sed formalitas summa, & maximè actualis, vnum in deo non nisi positiuè accipitur.in creaturis aũt in quibus attẽditur ſm formam , atq; materiam,interdum accipitur positiuè, aliquando priuatiuè.¶Si autem obijciatur,ꝙ unũ non est principium numerandi in deo,ergo non conuenit ei: dicendum , ꝙ unum dicit priuationem multitudinis ſcũdum generalem sui nominis rationem, sed priuatio illa,quàmuis nomine tenus exter priuatio, attamen realiter consistit positio : qm̃ quanto plus est priuatio diuisionis in aliquo,tanto in eo est maior perfectio . Cumque in deo sit perfectissima unitas, ipsa in deo accipitur per totius multitudinis priuationem omnimodam: sicq; unum uocatur , quod non habet in se multitudinem actu , neque potentia,nec per se,neque per accidens, neque per diuisionem,nec per aggregationem: & hoc est unũ perfectum,summum,& infinitum,quod non est in potentia ad numerum propriè sumptum,nec est connumerabile alij,sicq; soli conuenit deo Vñ constat quõ deus dicitur vnus positiuè , & qualiter̃ differt vnitas eius ab unitate creaturæ.Hęc Bonauentura.

Vnitas inest deo positiuè.

Obiectio. soluitur.

¶ Circa hæc quærit Albertus, an deus sit magis vnus,aut simplex,q̃ vnitas ipsa.Videtur,quòd non, quia in unitate nihil est nisi unitas, ergo simplicissima.Itẽ si deus est simplicior unitate,& magis vnus quàm illa: ergo ante unitatem est aliquid, cum tamen ipsa sit primum.¶Ad quod respondet:deus est magis unus,& simplex,quàm vnitas creata, quæ ꝓ respectum ad deum se habet sicut effectus, & est in potentia,atque componibilis alteri, quorũ nullum conuenit unitati in creatæ,quæ deus est,qui est ante omnem unitatem creatam tãquam causa ipsius . Hinc dicũt philosophi,ꝙ omne,quod est citra deũ, est hoc,& hoc. Atq; Auicebron in li. fontis vitæ fatetur: Primum creatũ,quod recipit à primo increato,recipiendo est duo,quia recipiẽs,& receptũ.Recipit enim esse à primò,& est quid unum receptum & participatũ. consideraẽ, namq; in eo aliquid per modum actus,& aliquid per modum potentiæ . Et

Albertus.

Deus est vnitate creata simplicior.

Auicebrõ

ita secundum diuersas considerationes vnitas creata dicitur vnitas, & duo. siquidem ratione indiuisibilitas dicitur vnitas, & dicitur duo, inquantum quid creatum constitutum in specie creaturæ. Hæc Albertus.

Dio. Car.

Solusitur argumenta initio quæstionis adducta.

¶ Veruntamen de hac re, an, s. vnitas, & numerus dicant aliquid positiuè in Deo, oportet plenius perscrutari. ¶ Nunc igitur respondendum ad obiecta, atque ad primum dicendum, ꝙ diuinus Dionysius vult dicere, quòd Deus est ante unitatem creatam, tanquàm exemplar, & finis, effectiuaq; causa illius, & quod ipsemet Deus est vnus, & vnitas supereſſentialiter, & infinitè eminentius, q̃ capere valeamus. Vnde ipsemet sanctus Dionysius iterum contestatur, ꝙ Deus est vnus, & unitas, ordo & numerus: quia uidelicet vnus, & unitas ex natura rei cõpetunt ei: ordo vero, & numerus per exemplar, & causam. Tamen quomodo numerus Deo conueniat, mox clariùs exprimetur. ¶ Ad secundũ, ꝙ vnitas Deo conueniens, est unitas entis, non determinati ad aliquod genus. Hinc Thomas ad istud respondet: Vnum dupliciter dicitur. est enim vnum, quod conuertitur cum ente, quod non est determinatum ad genus quantitatis, imò in omnibus entibus inuenitur; & sicut Deus est ens non aliquo esse quod non sit ipse, ita est unus non aliqua unitate, quæ non sit ipse, sed per essentiam suam; ideò maximè vnum. Aliud est unum, quod non conuertitur cum ente, quod non potest transsumi ad diuina quantum ad genus suum, quod est quantitas: sed quo ad differentiam suam, quæ ad perfectionem est pertinens, sicut indiuisibilitas, & prima ratio mensurandi, seu aliquid tale. Hoc autem unum, quod cum ente cõuertitur, nihil reale superaddit eidem, sicut nec verum, nec bonum, quæ conuertuntur cum ente. Et per hoc patet solutio tertij. Vnde, & vnitas, quæ est Deus, est omnis numerus actiua potentia, exemplariq; ratione, & supereſſentiali perfectione, qua omnium rerum, ac numerorum perfectionem in se supereminenter comprehendit, habet, & continet. ¶ Ad quartum Thomas respondet, ꝙ deus est aliquid determinatum in se. aliàs de ipso negari non possent creaturarum conditiones, ꝙ proprietates, non tamen dicitur determinatus quasi termino ullo finitus, sed quia per excellentiam sui simplicissimi esse, quod additionem non susçipit, a creaturis cunctis distinguitur.

S. Dion.

Ad 2.

Thomas. Vnum dupliciter dicitur.

Ad 2.

Ad 4.

QVAESTIO II.

Arguit 1. contra veritatem.

Isidorus.

2

3

4

Ambrosi.

5

SEcundò principaliter quæritur, *vtrum in Deo vere sit numerus, & an vnitas, ac numerus dicant in Deo quid positiuum* ¶ Videtur, quòd in Deo non sit numerus, quia de ratione numeri est numerorum diuersitas. In Deo autem (vt patuit) nulla consistit diuersitas. nam & teste Isidoro, numerus dicitur quasi nutus memoris, ideſt diuersitatis. ¶ Secundò, philosophus quarto metaphysicæ loquitur, numerus est multitudo mensurata per vnũ. Deus autem est infinitus, & immensuratus. ¶ Tertiò, quia Boethius in libro suo de Trin. in disseruit: Hoc verè est vnum, in quo nullus est numerus. & intelligit de diuinis, non ergo in Deo est numerus, cũ ipse sit verissimè, ac simplicissimè vnus. ¶ Quartò, Ambrosius asserit super Lucam: Nihil circunscriptum, nihil præscriptum, nihil mensum, nihil dimensum trinitas habet. In summa igitur trinitate nulla est numeratio. ¶ Idem probat auctoritatera tionibusq; Magistri in litera, auctoritatibus quoq; sanctorum, quos allegat.

In oppositum

¶ In oppositum est, ꝙ in canonica sua prima beatissimus ait Iohannes: Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus. 1 Ioh. 5.

¶ Rursus in diuinis est vera, & realis distinctio personarum. imò verissimè tres personæ, quæ designantur cum dicitur trinitas personarum, ergo est ibi numerus uerus. Quòd si ita est, constat, ꝙ vnitas & numerus positiuè in Deo dicantur.

Albertus.

¶ Ad hæc respondet Albertus: Numerus multipliciter consideratur. Quidam namque est numerus quantitatis discretæ, qui est aggregatio vnitatum, ita ꝙ facit separationem continuationis inter vnitatem, & unitatẽ, vt dicit philosophus. Si enim continuatio esset inter unitatem, & vnitatem, sicut inter punctum, & punctum in linea, non esset quantitas discreta. Et hunc numerum videtur Magister auferre à Deo. Nulla etenim discretio separãs vnũ ab alio, est in diuinis, vbi vna persona est in alia per substantialem identitatem:

Philosop

¶ Secundò accipitur numerus ex parte rei numeratæ, quia res numerata secundum quod accipit rationem vnius, quod potentia est numerus, sic rationem accipit numeri. Porro res numerata accipit rationem vnius à forma sua, non secundũ quod forma est, sed secundum quod terminat id, cui dat esse. Sunt enim tres actus formæ, seu eius quo res est. Primus est dare esse, secundus est dare rationẽ naturæ, seu speciei. Tertiùs est terminare, & ab hoc actu formę est ratio vnius, quia per hoc efficitur res in se. in diuisa, & diuisa ab alijs Sicq; benè dicimus, ꝙ Deus est unus, sed non debemus dicere personaliter hoc mõ, pater est unus, pater & filius sunt duo: pater, filius, & spũssanctus sunt tres, cum non sint à seinuicẽ per formam, & esse diuisi. Et sic denuo rectè ait Magister, ꝙ nõ est numerus in pſonis.

Formæ tres sunt actus.

¶ Tertiò dicitur numerus id, quod exit per multitudinem numerans potentiam vnius. & hoc dupliciter, puta secundum materiam, & secũdum formam. Secundum materiam, sicut dicimus decem vlnas esse numerum quantitatis panni, quoniam vlna decies iteratur in ipsa panni quantitate. secundum formam autem, sicut dicimus ea, quæ facta sunt, fiunt, & fient, esse numerum exemplarium diuinorum: sicque vnum uocatur mensura per modum principij ad esse, atque per modum formæ exemplaris, in prima causa, quæ est unum increatum numerans causata: non ꝙ iteretur in illis, vel quòd numeratio sua actiua quantitas sit illorum, vt quidam male intellexerunt: sed quòd forma vnius per relationem ad ipsum Deum, tanquàm ad exemplar, facit nnum, & unitatem in re & omnes formæ exemplatæ faciunt multitudinem. Itaque hoc modo solum Deum dicimus vnum, qui est principium effectiuum, & exemplar totius multitudinis creaturarum. & hoc unum non est potentia, seu potentialiter multa per sui iterationem, cum non sit multiplicabile, sed potestate sua productiua effectuum, & exemplarium multorum. Hæc est intentio Philosophi cum ait, Vnum est, quod non diuiditur & cet. Hoc quoque est, quod beatus Dionysius vltimo de diuinis nominibus capitul. ait: Theologia totam thearchiam, ideſt diuinam maiestatem laudat sicut omnium causam nominatione unius. Et dicitur unus Deus pater, & unus dominus IESVS CHRISTVS, & idem spiritussanctus propter excedentem totius diuinitatis simplicitatem, in qua oia singulariter sunt unita, & super substãtialiter præsunt. Propter, quod ad ipsam omnia

Philosop.

S. Dion.

Roma. 11.

nia meritò reuertuntur, ac reponuntur, à quo, ex quo, per quem, in quo. & ad quem omnia sunt, & coordinata sunt, & manent, quod & Algazel in sua metæphysica tangit.

Algazel.

¶ Quartò dicitur numerus ex parte rei numeratæ secundum, quid & simpliciter, scilicet pluralitas à distinguente quocunque modo causata: quemadmodum etiam dicimus punctum in medio continuantem, esse duo: quoniam vt duobus vtimur eo, videlicet, vt fine, & vt principio. centrum quoque in circulo dicimus esse multa in ratione principij, inquantum multæ lineæ egrediuntur ab eo ad circumferentiam. Sicq; personam sua proprietate distinctam, & determinatam, dicimus vnam: & duas personas distinctas, plures: atque hoc solo modo numerus positiuè est in diuinis, tali originis proprietate Et in hac numeri consideratione diminutus est Magister, quoniam iste numerus non est simpliciter numerus, sed numerus quidam, quem agit proprietas determinans, & distinguens: numeratumq; illo numero, est persona. Hæc Albertus.

¶ Denique idem doctor supra distinctione 19. de hac ipsa scribit materia. Concedendum est, ꝙ duæ, seu tres personæ in diuinis, sunt plures, quàm vna, loquendo de numero, quem facit ibi relatio: tamen vna non est pars duarum, aut trium, nec vnitas illa est pars binarij alicuius. Quod patet, quia in inferioribus est forma substantialis vniusçuiusque, cuius actus est rem in se terminare, atque ab alijs separare, in quibus nõ est eadem numero forma. per actum igitur illum forma facit rem esse vnam, & est vnitas eius. Cumq; vnitates duarum rerum sequantur formas substantiales, non suut vna, nec vnum: ideò vnitas huius, vnitasq; illius pariter sumptæ, reddunt binarium, & tres trinarium. In diuinis autẽ essentia non diuidit, sed potius vnit personas: ideò vnitas personæ, vt est persona, non est essentia sed notio, seu relatio distinguit personas. & numerum facit in eis. Attamen quoniam notio, aut relatio non diuidit personam à persona essentialiter, ideò non simpliciter facit pluralitatem, ergo nec simpliciter binarium, aut trinarium. Vnde quamuis in diuinis sint duæ personæ, non tamen binarius: & quamuis sit ibi pluralitas personarum, non tamen multitudo. Idcirco non æstimo concedendum, ꝙ vnum in diuinis sit pars duorum etiam discreta, sicut vnitas est pars binarij, vel ternarij: quoniam numerus, quem notio, siue relatio agit, non est simpliciter numerus. Hæc Albertus.

Quæstio.

¶ Rursus quærit ibidem, vtrum personæ differunt numero. Videtur ꝙ sic, quoniam numero discernuntur, nec vna est alia.

Damasce.

¶ Damascenus quoque affirmat, quòd differentia causa est numeri. cum igitur differãt abinuicem, videtur quod numero.

¶ Iterum, non differunt genere, nec specie, ergo numero. Ad quod respondet, ꝙ non differunt numero qui sit simpliciter numerus, sed differunt numero relationum, seu personarum, quod non est simpliciter differre numero, quoniam forma diuidens inquantum diuidens, causa est numeri. Quamuis ergo personæ abinuicem discernantur, non tamen propriè differunt: quia non habent differentias. sed per relationes distinguuntur, quod non est substantialiter diuersificari, neque simpliciter numerari. Ideò propriè loquendo non differunt genere, nec specie, nec numero: quoniam illa diuisio locum habet, vbi numerus sequitur multiplicationem, seu diuisionem essentiæ. in personis autem essentiæ vnitas perseuerat. Hæc Albertus.

¶ Concordat Vdalricus in Summa sua in pluribus locis, præsertim in vltimo tertij libri capitulo. Vdalricus

¶ Præterea Thomas hic asserit: Quemadmodum vnitatis ratio consistit in diuisione, sic ratio numeri, ac multitudinis consistit in diuisione distinctionẽve aliqua. Vnde ea, quæ inuenimus diuisa simpliciter, dicimus multa simpliciter: & quæ inuenimus diuisa secundum quid, dicimus multa secundum quid. Diuisio autem simpliciter attenditur, vel secundum essentiam, siuè formam, vel quantitatem, siue materiam. hinc ea, quæ differunt secundum essentiam, dicimus esse multa, vt hominem, & leonem: similiter duas partes lineę iam diuisę, dicimus lineas duas. Diuisio autem secundum quid, est quę attenditur secundum rei proprietates, sicut hominem album dicimus alium à se nigro: & adhuc magis est diuisio secundum quid in his, in quibus attenditur distinctio relationum rationis, non rei: velut si punctus dicatur multiplex, inquantum est diuersarum principium linearum. Itaque in diuinis non est numerus simpliciter, qui est per diuisionem essentiæ, aut quantitatis, sed numerus quidam videlicet numerus relationum: non tamen rationis, sed verè realium. sicque diuinarum numerus personarum, est medius inter numerum simpliciter dictum, & numerum rationis. Si autem comparemus numerum personarum ad numerum proprietatum absolutarum, quæ sunt in creaturis, habent se sicut excedentia, & excessa: quia si attendatur ratio distinctionis, inuenitur maior distinctio in proprietatibus absolutis creaturarum, quàm in diuinis personis: quoniam verbi gratia, color, & sapor essentialiter distinguũtur, habentq; aliud, & aliud esse accidentale, sed in diuinis personis est vnum, & idem esse, nec essentialiter sunt distinctæ. Si verò cõsideretur perfectio distinctorum, sic numerus personarum excedit in ratione distinctionis, ac numeri, quia relationes in diuinis sunt subsistentes: idcirco ad numerum relationum sequitur numerus personarum, non autem ad numerum proprietatum in creaturis: quoniam proprietates illæ non subsistentes, sed inhærentes. Hæc Thomas in Scripto. Thom. aqu.

Petrus.

¶ Consonat Petrus de hac re supra distinctione decimanona loquens: Numerus propriè sumptus est quantitas discreta, quæ in hoc differt, à quantitate continua, quòd partes quantitatis continuæ copulantur ad terminum vnum communem, vt lineæ partes ad punctum, & partes temporis ad instans. quantitas verò discreta est, cuius partes ita non copulantur ad terminum communem. Numerus ergo importat, & distinctionem, & separationem. Pater verò, & filius, & spiritussanctus non separationem habent, sed distinctionem, vt sanctus ait Ambrosius. idcirco non differunt numero simpliciter, sed numero cum additione determinante, vtpotè numero personarum, qui distinctionem tantum, non separationem importat. Et quantum ad hoc, veritatem sortitur, quòd loquitur Damascenus libro primo: Hæ tres sanctæ hypostases differunt numero. Porro communis illa auctoritas, Quæcunque differunt re, differunt genere, specie, aut numero: vera est de rebus in genere substantiæ, non de alijs quibuscunque. Hæc Petrus. Quantitas discreta qualiter differat a continua. Ambrosi. Damasce.

¶ At verò de hac quæstione, vtrũ vnitas, & numerus aliquid ponant in diuinis, ita ꝙ nõ dicantur ibi

Tho. aqu. Auicenna. tantum per remotionem, diffusè hic sanctus Thomas scribit: De quidditate vnitatis diuersa fuit opinio inter philosophos, atque theologos. Auicenna etenim dixit, ꝙ vnum, quod conuertitur cum ente, est idem quod vnum, quod est principium numeri: & quod multitudo, quæ est numerus, idem est cum multitudine, quæ diuidit ens. Sicq; vult, quòd vtrunque positiuè aliquid addit supra ea, quibus adiungitur, eo ꝙ in vno intelligitur esse, nõ solum, vt in subiecto, sed & sicut id, quod in suo clauditur intellectu. vnde vnum est, quoddam esse, quod non diuiditur. Et hoc esse nõ dicit, quod sit esse substantiç, quia sic non inuenirentur in generibus accidentis vnitas, & numerus, nec etiam est esse commune ad substantiam, & accidens, quia sic esset aliquis numerus, qui non esset accidens. Sed dicit, quòd est esse accidentis, & per illud esse adueniens potest cõpletum esse substantiæ substantia dicitur vna, sicut per albedinem dicitur alba, & inde probat, ꝙ numerus est accidens tantum. Et secundum hoc vnitas dicit intentionem accidentalem, atq; ex talium aggregatione intentionum efficitur numerus, qui est species quantitatis. Quam positionem sequentes quidam theologi, dicunt, ꝙ vnitas, & numerus transferuntur in prædicationẽ diuinam, non quantum ad esse accidentis, aut quantitatis, sed quod ad rationem propriam vnitatis, ac numeri. sicq; in Deo dicunt aliquid ponimus sicut scientia.

Philosop. Aristot. Auerrois; ¶ Alij philosophi, ut Aristoteles, & Auerrois, dicunt quod vnum, & multa, quæ diuidunt ens, realiter differant ab vno, quod est principium numeri, & à multitudine, quæ est species quantitatis. Et hoc rationabile est. non enim conuenit, aliquid contentum sub inferiori, esse differẽtiam superioris, sicut rationale non est differentia substantiæ, ita nec multitudo, quæ est sub quantitate, potest esse differentia entis simpliciter. Ideò dicũt, quòd unum, quod conuertitur cum ente, nil addit reale ei, cui adiungitur: quoniam res non dicitur una per dispositionẽ adiunctam, quia sic esset ire in infinitum, si dispositio illa adiuncta esset vna per aliquam additam vnitatem. Itaque dicunt, ꝙ vnum in suo intellectu claudit ens, & superaddit priuationẽ, seu negationem vtpotè indiuisionem: & ita unum quo ad id, quod addit super ens, non dicit nisi negationem. estq; cõuertibile cum ente, & sola ratione differt ab eo. Eadem ratione multitudo, quæ diuidit ens, non addit supra res multas nisi rationem diuisionis. Porro prima ratio diuisionis, qua vnum ab alio distinguitur, in affirmatione, & negatione consistit. ideò multitudo in sua ratione dicit negationem, prout multa sunt quorum unum non est alterum, cuius diuisionis negatio importatur in ratione vnius. Vnum vero prout est principium numeri superaddit enti esse mensuræ. cuius ratio primò inuenirur in vnitate, deinde in alijs numeris, ac deinceps in quantitatibus, quoque continuis, & exinde translatum est nomen mensura ad omnia alia genera, vt dicitur 10. metaphysicæ. Præterea quidam mediam viam tenent, consentientes Aristoteli in hoc, quod unum, quod um ente conuertitur, nihil reale addat enti, cui adiungitur: Auicennæ vero in hoc, quod dicit vnum, quod cõuertitur cum ente, & quod est principium numeri, non differre realiter. Et ita secundum eos vnum quodlibet modo sumptum, nil addit reale ei, cui adiungitur. Sed hoc stare non valet: quia si vnitas, quæ est principium numeri, dicat priuationem, tunc non erit nisi in anima, & ita nec numerus cuius extat principium, & ita nõ posset esse species in aliquo genere. Itaque quod vnitas, & numerus, ꝛm quod sunt in gñe quantitatis, non inueniuntur nisi in quibus inuenitur cõmensuratio quãtitatis. propter quod inueniuntur tantum in rebus habentibus quantitatem cõtinuam, propter quod iuxta philosophum nõ cognoscimus numerum nisi diuisione continui, & hic numerus subiectum est arithmetici, vt Auicenna testatur. Sicq; numerus iste, & vnitas non ueniunt in prædicationem diuinam, sed unum, & multitudo, prout consequuntur ipsum ens vniuersaliter. & ita nil addunt in diuinis nisi rationem negationis, sicut Magister dicit in litera. Hæc Thomas in Scripto.

Philosop.

¶ Insuper in prima parte Summæ, quæstione 11. vnum, inquit, non addit super ens nisi diuisionis negationem, idcirco cum ente conuertitur. Nam omne ens, aut simplex est, aut compositum, quod autẽ est simplex. est indiuisum actu, atque potentia compositum uero non habet esse quamdiu partes eius abinuicem sunt diuisæ, sed postq̃ componuntur, & constituunt ipsum. Qui autem dixerunt idem esse vnum, quod cõuertitur cum ente, & quod est principium numeri, in duas opiniones contrarias sunt diuisi. Nam qm̃ ens, quod conuertitur cum ente, non addit enti quicq̃ reale, sed significat substantiã rei, prout est indiuisa, Pythagoras, & Plato opinati sunt idem esse dicendũ de vno, quod est principiũ numeri: & qm̃ numerus componitur ex vnitatibus, crediderunt, quod numeri essent substantiæ oĩum rerum. Econtrariò Auicenna cõsiderans qđ vnum quod est principium numeri, addit aliquid supra substantiam rei, credidit quod etiam unum, quod conuertitur cum ente, addat aliquid supra essentiã entis, quod falsum est. Hæc Thomas in Summa.

Vnum cũ ente conuertitur. Pythago. Plato. Auicenna.

¶ Concordat Alexander: In diuinis, inquiẽs, non est numerus simpliciter, quia non est ibi differentia secundum substãtiam, sed est ibi, vt numerus, idest numerus secundum quid, vel cum additione. Ad intelligendum uero cur sanctus Dionysius dicat Deum esse numerum, aduertendum, ꝙ secundum Boethium li. de Trinitate, duplex est numerus, scilicet numerans, & numeratus. Deus ergo non est numerus numeratus, sed numerus numerãs, quia ipse dinumerat omnia. Hæc Alexander.

Alexand. S. Dion. Boethius.

¶ Durandus quoque circa hæc multa scribit, in quibus præallegatis contradicit doctoribus in non nullis, sed ineptè. quod, prolixitatem vitans, non prosequor.

Durand.

¶ Sed & dominus Antisiodorẽsis circa hæc multa scribit in Summa sua primo li. satis concorditer ad præallegatos doctores, cuius dicta sentialiter sunt inducta.

Antisiod.

¶ Insuper Scotus circa hæc loquitur: Si dicatur, quòd numerus habeat vnitatem formalem, respectu cuius formalitatis vnitates sunt materiales, & quasi materia formæ illius, sic non est numerus in diuinis: quoniam quælibet persona diuina est infinita, & quælibet proprietas personalis est idem, & eadem infinito, & nihil tale est potentiale, aut pars alicuius. Si autẽ dicatur, quòd numerus sit tantum vnus aggregatione vnitatũ sicut aceruus lapidum, sic etiam non est numerus in diuinis: quia sic aggregata simpliciter sunt diuersa, nec sunt, nec faciunt aliquid vnum per se. diuinæ aũt psonæ sunt substãtialiter idem alicui verè vni, puta diuinę essentię. Si demum dicatur, quod numerus habeat esse solum in intellectu, plura seu plures unitates simul concipiente, cum intellectus aliquis possit cõcipere tres personas simul, vel unam, nõ concipiendo tres, nec sit

Scotus.

sit tam perfectus conceptus cõcipiendo vnam personam, sicut tres personas cõcipiendo: posset poni, quasi vnus totalis conceptus Trinitatis in intellectu. Sed omittendo, an numerus ut in intellectu, & loquendo de numero in re, dico quòd numerus simpliciter dictus, non est in diuinis. sed est ibi numerus secundum quid, & cum additione, ut dictum est, & in numero illo fit abstractio ab omni, quod imperfectionis est in numeris. Hæc Scotus.

Soluũtur argumẽta initio quæstionis adducta.

¶ Ad argumenta dicendum, ꝙ probant duntaxat ꝙ in diuinis non sit numerus propriè, ac simpliciter dictus, qui diuersitatem, & essentialem distinctionẽ includit, sicut est declaratum. Nec in Deo est propriè multitudo, nisi pluralitas ex relationibus originis manans. Qualiter autem incircunscriptibili, Deo conueniat habere mensuram, aut mensurari, tactum est paulo ante, & pleniùs supra, vbi tractatum est de æternitate, qualiter sit mensura Dei, hæc namque mensuratio non est per aliquid realiter additum deitati. nec numerus in diuinis realiter

Boethius. differt à numeratis personis. Boethius quoque numerum essentialem, ac propriè dictum, non personalem, à diuinis excludit. Ex his omnia illa soluuntur de facili argumenta.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur, *an dictiones numerales, in diuinis dicant aliquid positiuum: & si aliquid dicant, an dicant substantiam, vel relationem potius.* Hęc quęstio duo includit. Primũ est, an dictiones illæ aliqd ponant in Deo, vel solum remoueant. Secundũ est, an prædicent essentiã, vel relationem. Prima pars q̃stionis istius depẽdet ex introductis. si enim vnitas, & numerus sunt in diuinis, certum est, ꝙ dictiones numerales, & partitiuæ, & quæ cõprehendunt utrũque, sicut nomen hoc Trinitas, dicãt aliquid positiuum in Deo. Et quia Magister dixit numerũ non conuenire diuinis, consequenter asseruit, ꝙ dictiones istę in diuinis nil ponant, sed solum remoueãt, sicut in textu diffusè habetur. Cum ergo ostensum fit, qualiter vnitas, & numerus Deo aliquo modo conueniant, unitas, utique propriè, numerus verò, ꝛm quid, dicendum, ꝙ dictiones illæ aliquid positiuè dicunt in Deo. Hinc ait Bonauẽtura: Opinio fuit Magistri, ꝙ nomina numeralia in diuinis nil ponũt, quia si ponerent aliquid, hoc esset numerus. numerus, autem non conuenit in diuinis, quoniã ubi numerus, ibi diuisio, separatio, & aggregatio, quæ in

Bonauen. Magistri opinio refellitur. Deo locum non habent. Verũ nec ista opinio, nec rõ eius conueniens est. Positio enim ista destruit semetipsam. ponit namq; quod nomina significantia pluralitatẽ, dicantur priuatiuè in Deo, similiter nomina designantia vnitatem: & si hoc ita est. i. si hæc sic inuicem opponuntur, ut utrumq; sit priuatio alterius, erit ibi circulatio in notificando: & si utrum que priuatio extat alterius, cum priuatio nõ sit priuatio priuationis, sed habitus alicuius, utrumq; aliquid ponit. & ita si dicantur priuatiuè, dicuntur, & positiuè. Idcirco positio in seipsa non valet. Ratio quoque eius non est conuenienter accepta. Nã numerus importat distinctionem, & ultra hoc aggregationis compositionem. quamuis autem in diuinis non sit aggregatio, nec compositio: est tamẽ ibi distinctio: ideò numerus non est penitus remouendus à diuinis, sed numerus talis. Magister autem omnino remouet, ideò deficit. vnde in isto articulo communiter non tenetur à magistris Parrhisiensibus. Hæc Bonauentura.

¶ Præterea de secunda parte quæstionis idẽ asserit doctor: Quidã dixerunt, ꝙ dictiones istæ numerales in Deo nihil dicũt, nisi quòd hoc nomen persona, pluraliter, ut si dicaf personа, & tres personę, idẽ subijciatur, & prædicet. Ratio aũt & modus intelligendi hoc, iste est: Quia si ponerẽtur formæ ab æterno fuisse, sicut fertur Plato posuisse ideas, tunc formæ huiusmodi plures essent, arq; in aliquo numero certo: & numerus iste non esset proprietas, nec passio sequens, sed ipsæmet formæ numerales, sicq; dicere tres psonas in diuinis, non est aliud nisi dicere ipsas personas. Veruntñ non oportet sic dieere, quia si oino est idẽ dicere, personæ, & tres personæ, esset nugatio, dum dr̃, tres personæ, seu una persona, vel duę personæ. & videret nihil plus dici, cum dr̃ tres sunt personæ, q̃ cum dr̃, personæ sunt personæ. hinc est alius modus dicẽdi, quod huiusmodi dictiones numerales dicuntur secundũ relationem, & importãt ipsas notiones: quia in diuinis important distinctionem, quæ est à proprietatibus, in diuinis. sicq; ly tres, importat trium personarum proprietates in cõcretione. notio autẽ inquantum cõuenit soli, uocatur proprietas: inquantũ verò distinguit ab alio, dicitur vnitas. Vnde dicuntur personæ tres proprietatibus suis distinctæ. ¶ Et si quæras, quid dr̃, quando dr̃ tres notiones, dicendum, ꝙ seipsis distinguuntur proprietates, seu notiones: idcirco non dicunt nisi notiones ipsas. ¶ Sed his obji- Obiectio.
ci potest, quia hæ dictiones numerales dicũt numerum, qui exprimit quantitatem, quantitas autem in diuinis in substantiam tranſit, ut Augustinus, Boethiusq; testantur. ergo hæ dictiones substantiam di
cunt non relationem. ¶ Præterea omnia nomina, 2
quę ad se dicuntur, secundùm substantiam prędicãtur, sed hæc nomina, duo & tres, dicuntur ad se, ergo non relatiuè. ¶ Dicendum ad primum, quod ad 1.
numerus in creaturis est quantitas, sed in Deo dicit relationem: quoniam in diuinis distinctio est per originem, non per additionem. ¶ Ad secun- ad 2.
dum, ꝙ nomen dicitur à se dupliciter, scilicet intra & extra, seu implicitè, & explicitè. Dictio autem numeralis dicit relationẽ intra, atq; implicitè, qa importat numeratorum distinctionẽ, & implicat relationẽ: sed nomẽ quod, nec intra, nec extra ad aliud dicitur, dicitur ꝛm substantiam. Hęc Bonauentura.

¶ Insuper quęrit hic doctor, vtrum vnus dicatur secundum substantiam in diuinis, & respondet, Cũ ratio unitatis sit distingui ab alijs, & indiuisum esse à se, & in diuinis ponamus essentiam ab alijs distinctam essentijs, & personas distinctas per proprietates, necesse est in diuinis ponere unitatem tam essentialẽ, q̃ personalem. cumq; persona non sit aliud quàm essentia, unitas essentiæ, & personæ non sunt realiter duæ vnitates, sed una, differẽs ratione. ideo vnitas de hac, & illa non prædicatur æquiuocè, qa nec huic, nec illi specialiter imponitur: sed utrique conuenit generalis ratio vnitatis. Quoniam ergo concretum specialem significationem, non suscipit ab abstracto, hoc nomen unus in diuinis importat, vnitatem essentialem, & personalem: & dum adiectiuè tenetur, indifferenter importat utranque, sed determinatur ad hanc, vel illam, per adiunctum: qa cum additur termino essentiali importat unitatem essentialem; cum verò additur termino notionali, aut personali, sicut cum dicitur, unus pater, importat unitatem notionalem, seu personalem. Porrò dum substantiatur, necesse est quod ex se determinetur. Cumque neutrum genus significet sub indistinctione, idcirco in neutro genere conuenienter appropriatur, & attribuitur vnitati essentiali. in masculino autem, quia importat distinctionem, ac certum

tum suppositum in diuinis, dicitq; rationem producentis, appropriatur vnitati personali. hinc unum non accipitur ut conuertibile cum ente, nisi in genere neutro. Idcirco non sequitur, pater, & filius, & spiritussanctus sunt vnus Deus, ergo sunt vnus: imò est ibi fallacia figuræ dictionis. Quamuis enim non varietur significatio per substantiationem, neque per generis diuersitatem, potest nihilominus uariari modus significandi, præsertim si usus id faciat, & ratio consonet usui. Hæc Bonauentura.

Tho. aqu. ¶Concordat Thomas: In diuinis, inquiens, non est aliqua vnitas, & multitudo, nisi secundum quod vnum & multa diuidunt ens commune, & ita non addunt reale, aliquid supra ens, de quo dicuntur. Propterea sicut ens communiter se habet ad absoluta, & relatiua, & consimiliter indistinctio, quam addit unitas, & distinctio, quam addit multitudo, ita vnum, & multa. hinc secundum quod diuersis iunguntur, significant essentiam, vel relationem. Vnitas quippe essentialis est ipsa diuina essentia, inquantum est indiuisa: & vnitas personalis, est vnitas proprietatis, ut est indiuisa, multitudo quoq; seu pluralitas personarum sunt ipsæ personæ secundum quod sunt distinctæ. Et quoniam non est ibi aliqua distinctio essentiarum, ideò nec aliqua pluralitas essentialis. Hæc Thomas in Scripto.

¶Amplius in prima parte Summæ quæstione 30. Omnis, ait, pluralitas consequitur diuisionem. Est autem duplex diuisio: una materialis, quæ fit ex diuisione continui, & hanc sequitur numerus, qui est species quantitatis. idcirco non est numerus talis, nisi in rebus materialibus, quantitatem habentibus. Alia est diuisio formalis, quæ fit per formas oppositas, seu diuersas: quam diuisionem sequitur multitudo, seu numerus non existens in genere speciali, sed transcendens, sicut, & ens, quod diuiditur per vnum, & multa: talisque multitudo non est nisi in rebus immaterialibus. Quidam ergo non considerantes nisi multitudinem, quę est species quantitatis discretæ, quæ in diuinis non est, dixerunt, quod termini numerales nil ponant in Deo, sed remouent tantum. Alij verò eandem multitudinem considerantes, dixerunt, quòd sicut scientia ponitur in Deo, non secundum rationem generis sui, quod est qualitas non conueniens Deo, sed secundum propriam rationem, quantum ad id, quod perfectionis includit: ita & numerus sit in Deo secundum propriam rationem, non secundum rationem generis sui, quod est quantitas. Nos verò dicimus, quod termini numerales secundum quod veniunt, in prędicationem diuinam, non sumuntur à numero, qui est species, quantitatis. quia sic non nisi metaphoricè dicerentur de Deo, quemadmodum aliæ proprietates corporalium rerum, vt longicudo, & latitudo: sed sumuntur à multitudine secundum, quod est transcendens. Multitudo verò sic sumpta, ita se habet ad multa, de quibus prædicatur, sicut vnum quod conuertitur cum ente, ad ens cui nil reale superaddit. hinc multitudo ita accepta, designat res, multas cum indiuisione circa vnamquamque earum. Verum numerus, qui est species, quantitatis, ponit quoddam accidens additum rebus numeratis. similiter vnum, quod est principiũ, numeri. termini autem numerales in diuinis significant ea, de quibus dicuntur, nihil addendo nisi negationem. Et quantum ad hoc, veritatem dixit Magister: quia cum dico, personæ sunt plures, significantur illæ personæ, & indiuisio circa vnum, quamque earum: quia de ratione multitudinis est, quòd ex unitatibus constet. Verùntamen auctoritates à Magistro inductæ, non probant sufficienter eius propositum, quamuis enim in diuinis pluralitate excludatur solitudo, & vnitate pluralitas deorum, non tamen sequitur, q̃ his nominibus hoc solum significetur: sicut albedine nigredo excluditur non tamen nomine albedinis sola nigredinis exclusio designatur. Hæc Thomas in Summa.

Petrus. ¶Petrus etiam his concordans: In diuinis: inquit, nulla est realis distinctio in essentia, sed solum modo in personis. Nomina igitur, quæ important realem distinctionem, oportet dici non secundum, substantiam, sed secundum personarum relationes. cumq; termini numerales designent realem in Deo distinctionem, dicunt relationem non tamen distinctè, sed indistinctè, nisi ex adiuncto ad certam relationem determinentur. ¶Ad quæstionem demum, qũa quærit, an vnum dicatur de Deo secundum essentiam, vel relationem, respondet sicut ex Bonauentura responsum est: & addit, quòd vnum dictũ essentialiter, non est principium multitudinis personarum, sed vnum dictum notionaliter.

Richard. ¶Idem Richardus, qui etiam quærit, an omnis numerus sit accidens. Et respondet, Numerus potest considerari dupliciter. primò secũdum esse suum reale, quod habet in entibus numeratis, & secundum esse suum imaginatum. Primò modo loquendo de numero,

Nõ omnis numerus, ẽ accidẽs. non est verum, quod oĩs numerus sit accidens, sicut nec verũ est, quod oĩs vnitas sit accidens. essentialis etenim vnitas est ipsa essenita rei. Cumq; ex q̃buslibet vnitatibus constituatur numerus, constat, q̃ numerus ex talibus unitatibus constitutus, sit idẽ cũ rebus, non accidẽs, neq; in genere, sed transcendẽs. Loquendo aũt de numero ſm esse suum imaginatum, omnis numerus est accidẽs: qm̃ imaginatio nostra non comprehendit substantiam, nisi per imaginationem, & nisi per accidens, quemadmodum, nec videri nisi per accidens potest. Hęc Richardus.

¶In cæteris, scripta Richardi sententialiter sunt inducta. Albertus demum in Scripto, & Vdalricus, in Summa consonant præinductis.

¶Ad quæstionẽ verò, qua quæritur, an unum, & vnitas, ac numerus dicant̃ de Deo, & creaturis uniuocè, respondet Albertus: Nec unum, nec vnitas, nec numerus dicitur, vniuocè de Deo, & creaturis, qm̃ Deo, & rebus creatis nihil vniuocè cõuenit. sed dicitur de eis æquiuocè, non quidem æquiuocatione per casum, & fortunã, ut canis, & asinus, uas, & animal, sed æquiuocatione analogiæ ad unũ, & nõ sicut ens est analogum ad substantiam, & accidẽs, vel sanum ad animal, & vrinã, vel medicum, ad artificem, & clysterẽ: sed secundũ analogiam causati, & exemplati, ad causam, atq; exemplar. ¶Si autem

Albertus. Obiectio. obijciatur, quæcunq; dicuntur secũdum magis, & minus, sunt comparabilia mutuò: Deus, & creatura dicuntur secundum magis, & minus, quoniam Deus est magis unus, bonus, & sapiens, quàm creata, ergo sunt comparabilia: quæ autem sunt comparabilia, extant vniuoca secundùm philosophum:

Dilutio. ¶Et respondendum, quòd Deus creator, & creata non sunt propriè comparabilia: quia quæ comparantur, secundum comparationis naturam susceptiua sunt æqualitatis. Idcirco abusiua est comparatio, qua dicitur, Deus est magis unus, quàm creatura: & tantum valet, Deus est magis vnus, quoniã est per se, & primò, imò, & incomparabiliter vnus ut causa, & exemplar, & creatura minus una, id est, à Deo, & ad Dei imitationem exemplata, atque relata, quid vnum.

QVAE-

QVAESTIO IIII.

arguitur contra ueritatem. QVartò quæritur, *An sit in Deo diuersitas.* ¶Videtur, quod sit. tres enim superbenedictæ, & supereſſentiales ꝑsonæ sunt tria suppoſita, & Aug. in li. de Trin. affirmat, ꝙ sunt tria. Hilarius, quoq; in li. suo de Trin. ait: Pater, & filius, & spiritussanctus sunt quidem per substantiam tria, sed per consonãtiam unum. Doctores item scholastici, in scriptis suis interdum vtuntur nomine diuersi, ac diuersitatis in diuinis, ut patuit sæpè.

In oppoſitum Thomas. ¶In oppoſitum est auctoritas literæ.

¶Ad hæc Thomas respondet: Circa fidẽ trinitatis fuerũt hæreſes duę pernicioſæ. Vna Arrij, asserẽtis personas in essentia differẽtes: alia Sabellij, affirmantis, ꝙ solo noĩe sint distinctæ. Cõcedenda sunt ergo, quę vtriq; hæresi aduersantur, & negãda quæ vtriq; sunt consona. Vndè contra Arrium quatuor ponit ecclesia. ſ. essentiæ vnitatẽ, & ex hoc confitetur Deum vnũ, & negat diuersitatẽ. Secundò ponit diuinæ essentiæ simplicitatẽ, ideò confitetur esse Deũ simplicẽ, & negat eum esse multiplicem, & negat à Deo multiplicitatem, vel diuisionem, quæ ponit rõnem totius, & patris, quæ simplicitati aduersantur: similiter ſeparationem, qm̃ propter essentię

Filius nõ est patri alienus. identitatẽ inſeparabiles sunt personæ. Tertiò ponit similitudinẽ in natura deitatis, prout significatur vt forma quædã. Hinc fatetur filium similem patri, & eũ alienum esse à patre negat, q̃uis sit alius: qm̃ alienum vocatur, quod est à natura alicuius extraneũ. Quartò ponit indiuisam virtutem, & magnitudinẽ trium personarũ. idcirco concedit vnam personam alteri esse æqualẽ, & parem, negatq; inæqualem, ac disparem. ¶Consimiliter ecclesia quatuor ponit cõtra Sabellium. Primò naturæ cõicationem suppoſitis pluribus. ideò prædicat in Deo pluralitatem, & excludit singularitatẽ. Secundò ponit, quòd pluralitas ista nõ solũ est rationis, sed etiam rei: qm̃ sunt tres res: ideò prædicat in Deo distinctionẽ, excluditq; vnicum. Tertiò ponit in rebus istis esse originis ordinẽ. Hinc asserit in diuinis discretionẽ, quæ ordinem quendam importat, & excludit confusionẽ. Quartò ponit tres personas esse vnitas societate amoris, qui est spiritussanctus. Propterea confitetur in diuinis consonantiam, atq; consortium, solitudinem verò excludit. Hilarius ergo dicendo patrem, & filium, ac spiritumsanctum esse per substantiam tria, substantiam accipit pro hypoſtaſi, seu persona, & tria pro tres, sicut & Augustinus. Hæc Thomas in Scripto. ¶Per quæ patet ad duo obiecta solutio. propriè namq; loquendo non est concedendum, quòd personæ diuinæ sunt tria, quamuis sint tria suppoſita. Doctores autem vtendo nomine diuersitatis in diuinis, extensè sumunt hoc nomen,

Soluũtur argumẽta initio quæſtionis adducta.

Bonauen. ¶Concordat Bonauentura, circa textũ dicendo: Cum dicimus plures esse personas, singularitatem, solitudinemq; excludimus: quoniã in diuinis recipimus vnitatem, non singularitatem, nec solitudinẽ: quia singularitas excludit cõmunicabilitatem, solitudo pluralitatem. Nos autem vnã ponimus essentiam in tribus personis. Notandum quoq; ex parte pluralitatis, quod recipimus ista quatuor in diuinis, alietatem, pluralitatem, distinctionem, discretionem: & econtrario quatuor ista vitamus, diuersitatem, multiplicitatẽ, diuisionem, separationem. Separatio namq; ſupponit diuisionem, diuiſio multiplicitatem, multiplicitas diuersitatẽ. Diuersitas autem notat formæ, seu naturæ distinctionem. Econuerſo discretio præſupponit distinctionem, distinctio pluralitatem, pluralitas alietatem: alietas quip-

pe non tantum attenditur penes formæ, sed etiam, quo ad personæ distinctionem. Differentia verò no minum horum est, quia alietas, & pluralitas important distinctionem à parte rei. distinctio, & discretio per comparationem ad nostram cognitionem. sed alietas per modum substantiæ, seu personę, pluralitas per modum quantitatis, quamuis in Deo nõ sit propriè quantitas: diuersitas verò attenditur penes substantiæ distinctionem, multiplicitas, quantum ad veram quantitatem, diuiſio penes poſitionem, seu discontinuationem, ſeparatio quantumę, ad vbi. Hæc Bonauentura.

QVAESTIO V.

QVintò quæritur, *qualiter trinus, ac trinitas Deo conueniat, & qualiter ista sit vera.* Deus est unus, & trinus, an etiam trinus, ac trinitas essentialiter in diuinis dicantur. ¶Circa hæc in Summa sua 1. li. Antiſiodorenſis loquitur: Vt̃ quod ista sit falſa, Deus est trinus & unus: quia ſi Deus est trinus, ergo est vnus Deus, & alius, seu ſecũdus Deus, & tertius Deus: quod nequaq; conceditur. ¶Item in hac oratione, Deus est trinus, & vnus, hoc nomẽ Deus, aut ſupponit pro essentia, aut pro persona. Nõ pro persona, ꝙa nulla est trina: nec pro essentia, ꝙa nec illa est trina, sed tm̃ vna. Si dicatur, quod ſupponit pro oĩbus diuinis personis ſimul, ergo pro Trinitate: & iste est ſensus, Trinitas est trina, & vna: quod falsum est, qm̃ Trinitas non est niſi una. ¶Ad hoc quidam dixerunt, ꝙ hoc nomen Deus, quandoq; ſupponit tantũ pro una prrſona, vt cum dicitur, Deus generat: aliquando pro duabus, sicut dum dicitur, Deus ſpirat: nonnunq; pro tribus ſimul, ut cum dicimus, Deus est Trinitas. Et hoc ideo est, quoniã vna, & eadem deitas est in patre, in patre quoque & filio, & itẽ in patre, & filio, ac ſpiritusanctο. Et hoc videtur velle Damaſcenus, qui ait primo libro: Oportet ſcire, quòd in personis diuinis vnitas, & indiuiſio est in re. Hinc quoq; ſm Augustinũ in verbis illis Apoſtoli, Regi autem ſeculorum immmortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria, per ſolum Deum intelligitur trinitas tota. Hinc nobis, videtur ꝙ cum dicitur, Deus est vnus, & trinus: hoc nomen Deus indiſtinctè ſupponit, pro tribus perſonis, & hæc dictio vnus, ſupponit formam tantum: & dictio ista trinus, ſignificat ternarium theologicum personarum, prout indiſtinctè ſupponuntur per hoc nomẽ Deus: quia determinat illum ternarium, in perſonis, ſecundum quod ſunt unius naturæ: qm̃ Trinitas dicitur ab iſtis nominibus tres, & vnus, ſicq; reſpicit, & ſuppoſitione, & formam ſignificatam: ꝙa per ſignificatum primò, puta ternarium, reſpicit tm̃ ſuppoſitionem: quantũ verò ad ſignificatã ſecundo vnitatem reſpicit formam. Hæc Antiſiodorenſis.

Albertus. ¶Qui de hac ſcribit ſubtiliter, ac diffusè. ¶Albertus quoq; hinc loqtur: Trinitas ſm Iſidorum dicit, quaſi triũ vnitas, & q̃uis ſm nomen importet eſſentiam in recto, cũ dicitur vnitas trium, tamen ſecundum rei ſignificationẽ est econtrario: ideò Trinitas est tres vniti, ſeu tres perſonæ unitæ, in una eſſentia. ideò hæc est vera, Deus est vnus, & trinus. & ly Deus ſupponit eſſentiã in ſuppoſito in cõmuni, ſeu indiſtinctè. ideò gratia eſſentiæ cõuenit ei prædicatũ hoc, vnus: & gratia ſuppoſitorũ cõuenit ei hoc, nomẽ, trinus. Hęc Alber. ¶Præterea Thomas hic ait: Tho aqu. In nomine trinitatis importatur vnitas & numerus quidam. Vnitas autẽ in diuinis est duplex, videlicet eſſentialis, ac perſonalis, ut dictũ est. Itaq; ſm quoſdã nomen trinitatis importat vnitatẽ, perſonalẽ tm̃ indiſtinctè: & ſm hoc exponitur nomen trinitatis

hoc

hoc modo, Trinitas quasi ter vnitas. ꝙ sunt ibi tres vnitates personales, & ſm hoc nomen Trinitatis absolutè relationẽ significat. Alij dicunt, ꝙ vnitas importata in noie Trinitatis, est vnitas essentialis: sicq; exponunt, trinitas. i. trium vnitas. Quod vr conue-
Isidorus. nientiùs esse, ꝙa & Isidorus sic exponit, & nos Deũ dicimus trinũ à Trinitate nec potest dici ter vnus, quia cum dicitur Deus vnus, significatur vnitas essentialis. & iuxtą hoc Trinitas designat utrunque, videlicet vnitatem essentiæ, distinctionemq; personarum. Vnde cum dicitur, Deus est trinus, significatur, quod est habens tres personas in vna essentia: imò quantum ad veram nominis significationem, cum dicitur Deus Trinitas, tantum est dicere, tres personæ vnius essentiæ, sicut Magister exponit in litera. Hæc Thomas in Scripto.

¶Insuper in prima parte Summæ quæstione 31. Nomen, inquit, Trinitatis in diuinis significat determinatum numerum personarum. quemadmodũ ergo ponitur personarũ pluralitas in diuinis, ita utendum est nomine trinitatis: quia hoc idẽ, quod significat pluralitas indeterminatè, significat trinitas determinatè. In Trinitate autem diuina datur intelligi tam numerus, q̃ personę numeratæ. cum ergo in ſymbolo dicitur, Trinitas in vnitate, nõ ponitur numerus in vnitate essentiæ, ſed personæ numeratæ dicuntur subsistere in unitate essentiæ, sicut suppositа dicuntur esse in natura sua specifica. Nec tamen
Trinitas diuina nõ est trina. est concedendum, quòd Trinitas sit trina, quia insinuarentur nouem res esse in Deo: quia cum dicitur, Trinitas est trina, ratione, numeri importati significatur multiplicatio eiusdem numeri in seipsũ, cum Trinitas importet distinctionem in suppositis de quibus dicitur. Hæc Thomas in Summa.

Bonauen. ¶His concordans Bonauentura, disseruit: In diuinis singulari modo est numerus, scilicet ex distinctione suppositorum seruata vnitate essentię. ideò speciali modo exprimenda est nomine, quod simul dicit pluralitatem, ac vnitatem. Qm̃ ergo hæc nomina trinus, & Trinitas, pluralitatem, & vnitatẽ importãt, idcirco similia sunt nominibus collectiuis: ſed qm̃ unitas collectiuorum, est unitas aggregationis, quæ pluralitatem consequit, in diuinis autẽ est vnitas formæ, quæ non est pluralitatẽ consequens; ideò tale nomen nõ est propriè collectiuũ. Propter quod dicit Magister, quod nomẽ Trinitatis est quasi collectiuũ. Vnde hęc noĩa aptissima sunt ad expri-
Trinitas duplicẽ habet etymologiam. mendum diuinarũ numerũ personarum simul cum vnitate naturæ. ¶Denique de hoc, qualis vnitas sit quã important hæc noĩa trinus, & Trinitas, solet sic dici: hoc nomẽ Trinitas, duplicem habet etymologiã. vno etenim modo dr̃ Trinitas, quasi ter vnitas. sicq; nomẽ numerale in eo includitur, & dicit relationẽ, ut termini numerales: & unitas eius est vnitas personalis, quæ pluificatur, nõ essentialis. Alia etymologia est Trinitas. i. trium unitas, & tunc unitas nõ multiplicatur, sed significatur, ut cõicabilis, tribus: & quia ista est vnitas essentialis, ideo nomen Trinitatis hoc modo designat vnitatẽ essentialem. Et hæc etymologia secunda habet sine dubio veritatem, sed prima non vr̃ veritatem habere. Nam cũ eandem habeant significationem trinus, & Trinitas, si prima etymologia est vera, tunc diceretur trinus, ter unus, quod non conuenit Deo. Idcirco dicendũ, ꝙ noĩa talia important unitatem formalem, puta essentiæ, cũ pluralitate, ideò quodãmodo habet naturã termini substantialis, in hoc, ꝙ de tribus singulariter prædicãtur: & item naturã termini numeratis, in hoc, ꝙ de nulla persona diuina dicunt̃ per se, quia nec pater est trinus, aut Trinitas, nec filius.

¶Si autẽ quæratur, an essentia diuina, vel deitas ipsa possit dici trina: dicendum, quòd hoc nomen trinus, importat unitatem, ut in cõcretione, & ita qna si pluribus inhærentem. idcirco de eo dicitur tantum, quòd cõcretiuè unitatem importat, sicut hoc nomen Deus, quod supponit personas. vnde conceditur ista, Deus est trinus: nõ ista, deitas est trina: quoniam deitas, non supponit personam, neq; hoc nomen Trinitas. Hæc Bonauentura.

Dionysi. ¶Sed huic ultimo dicto obuiare, vr̃, quod ĩ hymno cantat ecclesia. Te trina deitas, unaq; poscimus, & est hymnus à sancto Thoma cõpositus. Ad quod forsitan dici potest, quod abstractum ibi capitur pro concreto, uidelicet deitas pro Deo.

Richardꝰ. ¶His Richardus prorsus concordat, qui etiã quærit hic, an vnitas, & simplicitas sint distincta attributa in Deo. Et rñdet: Extendendo nomen attributi ad omnes perfectiones, & absolutas proprietates, diuinæ essentiæ, quæ de Deo verè, ac ꝓpriè prædicantur, sic unitas, atq; simplicitas sunt attributa distincta rõne, non re: qm̃ ea, quæ excluduntur per ea, distincta sunt. Vnitas, namq; diuisionem simplicitas compositionem excludit: imò diuisio est, quasi opposita compositioni. Hęc Richardus. Nam, & alia est formalis ratio unitatis, alia simplicitatis.

QVAESTIO VI.

QVæritur ergo adhuc pro euidentiori intelligẽtia inductorũ, *an unum conuertibile cum ente, & unum, quod est principium numeri, realiter differant.* ¶Videtur, ꝙ sic, quia sunt in diuersis prædica-
Respõsio. Henricus. mentis. ¶Ad hoc rñdet quarto quodlibero Hẽricus: Ad intelligendũ diuersitatem unitatis substantialis ab unitate accidẽtali, sciendum quia ut 5. ca. de diuinis noĩbus sanctus Dionysius: In monade omnis
S Dion. numerus ante subsistit: quod intelligi põt dupliciter, primò, ſm virtutem, & perfectionẽ in esse. Secũdò, ſm substantiam, & naturã. Prima modo monas penitus prima substãtialis, imò potius supersubstantialis, est vnitas diuinæ essentiæ: à qua primo intra se per sui cõicationem, ad intra, procedit primus numerus ternarius diuinarũ videlicet personarum: Secundò ab eadem ad extra procedit oĩs numerus multitudiuis creaturarum, ſm gradus, & ordines differentiũ ſpecie naturarum. Secũdò modo est duplex monas, seu unitas in creaturis, à qua numerus duplex procedit. una monas est substãtialis, alia accidentalis. unitas substantialis est, quælibet forma substantialis creaturæ in esse ſpecifico considerata, seu potius ipsa natura ſpecifica ſm suum esse, quidditatiuum accepta, ut humanitas, asininitas, quæ est pars numeri substãtialis, à qua unitate procedit numerus suppositorum ſpeciei eiusdem, qui numerus reuera est substantialis, quia realiter idem sunt natura, & res naturæ. i. suppositum. Est tamẽ accidentalis, pro tanto, inquantũ accidit naturæ à suppositis participari, & per ea multiplicari. Vnitas verò accidentalis, quæ est principiũ numeri accidentalis, utpote ſpecies quantitatis discretæ, est in magnitudine continua ſolum: & est accidẽtalis in re, quia per formam continuitatis, qua totum est accidentaliter vnum, actuq; indiuisum, & tam quo ad ſeparationẽ partium realem adinuicem, q̃ quo ad distinctam situationem earum in toto, natum est diuidi, & signari in plura. A tali etenim uno cõtinuo procedit numerus quãtitatis discretæ, cum unum illud actu diuiditur, aut ſignatur in partes ſuas integrales, q̃ numerus accidentalis est, quoniã quælibet unitatũ ſua-
rum est accidentalis. pluralitas quippe ex aggregatione

tione est vnitatum: quæ cũ fuerint disgregatæ, faciunt multitudinem: ſi verò fuerint cõgregatæ, ſeu indiuiſæ abinuicem, faciunt magnitudinem. Sicq; licèt ſecũdum intellectualem abſtractionem prior ſit ſimplicitate quantitas discreta, q̃ quantitas continua: tamen natura, & re prior est quantitas continua, cum ex ea quantitas generetur discreta: quæ per ſolam ſignationem partium in continuo præcedit abſtractione continuum: & utriuſq; quantitatis una est radix, puta materia. Generatio quoque quantitatis discretę ex continua duobus ſit modis. Primò, per realẽ continui diuiſionem, & partium eius ſeparationem. Secundò per intellectualem diuiſionem, ſeu actualem ſignificationem in cõtinuò permanente integro factam, ſecũdum quod aliqua magnitudo dicitur pedalis, bipedalis, aut tripedalis. ſicq; magnitudines in ſeipſis quodammodo, ſcilicet potentialiter, numeri ſunt ſm Philoſophum libro poſteriorum. Hæc Henricus. ¶His conſonare videtur, quod ait Durandus: Vnum, quod est principium numeri, dicit aliquid poſitiuum in quanto, cui competit ratio menſuræ reſpectu multitudinis: tamen menſura, quæ est relatio, non est de ſignificato ipſius. Non enim idem est eſſe aliquid numeri, & eſſe menſuram eius niſi ſicut fundamentum, & relatio ſequens, ſunt idẽ. Ex quo patet, quid dicat unũ quod est principium numeri, ſub uno, quod cũ ente conuertitur: quoniam dicit ſpecialẽ indiuiſionẽ in natura quantitatis, vel ultra dicit aliquid numeri. & In hoc dicit aliquid poſitiuum, quod cõuenit ei ratione ſui fundamenti. rationem autem menſuræ non importat niſi extrinſecè. Hæc Durandus.

¶Sed iſtud videtur cõtrarium poſitioni Thomæ, qui (ut paulo ante in ſecunda huius diſtinctionis patuit quæſtione) affirmat, quòd unum, quod est principium numeri, ſuperaddit enti eſſe menſuræ. Con-
Aegidius. tra quam poſitionem Aegidius, quoq; prolixè hic ſcribit, inter cætera loquens: Hoc dictum ſtare non poteſt, quoniam ſicut reprobatur opinio dicentiũ, ꝙ unum, quod est principium numeri, non dicit niſi quid priuatiuum: quod reprobatur, quoniã vnũ, iſtud conſtituit numerum, qui est realis ſpecies quãtitatis: ita improbatur, quòd unum dicat eſſe menſuræ, cum menſura exiſtat relatio, & ex relatione,
Dio. Car. non conſtituitur abſolutum, ſeu ſpecies quantitatis. Verum ad hoc pro defenſione ſancti Thomæ poterit reſponderi, quòd dicat unum hoc, addere eſſe menſuræ materialiter: quoniam ei, quod addit ultra ens, competit ratio menſuræ reſpectu multitudinis, ut etiam Durandus fatetur, & Thomas auctoritate Ariſtotelis idoneè probat: non tamen dicit vnum hoc menſuram, aut relationem formaliter, & per hoc omnia diſſoluuntur argumẽta Aegidij.

arguit̃ r. contra ueritatem.

QVAESTIO VII.

VLtimò quæritur, *an ſicut in diuinis ponitur unitas duplex, videlicet eſſentialis, & perſonalis, ita ponenda ſit in diuinis bonitas duplex, utpote eſſentialis, & perſonalis.* Videtur, ꝙ imò, quia non videtur maior ratio, de uno, q̃ alio. ¶Et rurſus, quoniam bonũ conuertibile est cum ente, quemadmodum vnum; ergo ſicut ens est duplex, videlicet abſolutum, & relatiuum, ſeu perſonale, etiã in diuinis, ita & bonũ.

Henricus. ¶Ad hoc doctor ſolẽnis in 1. quodlibeto: Reſpõdet: Aliquid diſtingui in diuinis penes eſſentiale, & perſonale, nõ contingit niſi ex hoc, ꝙ ipſum alia, ac alia ratione conuenit eſſentiæ, & perſonæ. idcirco ſi aliquid ſub vna, atq; eadem ratione eſſentiæ, ac perſonæ conueniat, hoc ſolum est eſſentiale: ſi verò ex ſua ſpeciali ratione cõueniat ſolum perſonæ, non eſſentiæ, ſolum est perſonale, ſicut hoc nomen pater propriè ſumptũ: ſi verò ſit nomen aliquod, cuius ratio conueniat tam eſſentiæ, q̃ perſonis, non tamẽ eodem modo, aut ſimili ratione, hoc est eſſentiale, & perſonale: quemadmodũ vnitas ex ſua formali ſignificatione in Deo dicit indiſtinctionem, ſicut in creaturis dicit indiuiſionem: & alia est ratio indiſtinctionis eſſentiæ, alia verò ratio indiſtinctionis perſonæ. Idcirco in Deo diſtinguitur duplex, ſ. eſſentialis, & perſonalis. eſſentialis propter ſuę ſubſtantiæ ſimplicitatẽ, qua à ſe est indiuiſus, & ab aliis cunctis creatis diuiſus: & perſonalis propter ſimplicitatem, & proprietatem relatiuã, qua quælibet perſona diuina in ſe est vna, ac indiſtincta, & ab aliis, perſonis diſtincta. Deitas verò, & bonitas ſub eadẽ rõne conueniunt eſſentiæ, ac perſonis. idcirco ſunt eſſentialia tantum, nec in Deo diſtinguitur deitas, aut bonitas duplex, videlicet eſſentialis, & perſonalis, ſed ſolũ eſſentialis bonitas conuenit Deo. Et huius cauſa rationalis aſſignatur, ꝙa videlicet vnitas, aliam habet rationem, q̃ bonitas: quia in ſua ratione indiuiſionẽ includit, quæ alia ratione conuenit eſſentię, q̃ perſonæ. Bonitas verò vocat̃, quod appetibile est, atq; amabile, ꝙ maximè conuenit ei, qui est omniũ ultimus finis. & hoc eadem rõne conuenit deitati, & eſſentiæ, & unicuiq; diuinæ, & increatæ perſonæ. Hæc Henricus. Concordat Richardus.

A *Quid ſignificetur cum dicitur pluraliter, tres perſonæ, vel duæ perſonæ.*

Diſtinctio. XXV.

PRæterea conſiderandũ est, cum hoc nomen perſona (ut prædictum est) ſm ſubſtantiã dicatur, quæ ſit intelligẽtia dicti, cũ pluraliter profertur, tres perſonæ, vel duę perſonæ: & cum dr̃, Alia est perſona patris, alia est perſona filij, alia est perſona ſpũſſancti. Si. n. in his locutionibus perſonæ vocabulum eſſentiæ intelligentiam facit, plures eſſentias confiteri videmur, & ita plures Deos. Si verò eſſentiæ ſignificationẽ ibi non tenet, alia est huius nominis ratio cum dr̃, Pater est perſona, vel filius est perſona: & alia cum dicitur, Pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſunt tres perſonæ: & cum dicitur, Alia est perſona patris, alia filij, & huiuſmodi.
Quid ſignificetur hoc nomine perſona.

B *Quòd videtur ſecundum eſſentiam dici, alia est perſona patris, alia filij, ſiue tres perſonæ: ut cum dicitur, pater est perſona, filius est perſona.*

Perſona enim, ut ſupra ait Aug, ad ſe dr̃. & idem est Deo esse perſonam, quod esse, ſicut idẽ est ei esse, quod Deũ esse. Vnde manifestè colligitur, ꝙ eſſentiam diuinam prædicamus, dicentes: Pater est perſona, filius est perſona, ſpũſſanctus est perſona. i. eſſentia diuina: & oĩno unum, & idem ſignificatur noĩe perſonæ. i. eſſentia diuina, cum dr̃, pater
Auguſt. li. 7 de Tr. capite. 6.
est

est persona, & filius est persona: quod significatur nomine Dei cum dī, pater est Deus, filius est Deus. Ita etiā idē significatur cum dī Deus est Deus, & Deus est persona. Vtroque .n. nomine essentia diuina intelligitur, quia utrumq; ſm substantiam dicitur. Cum verò dicitur, pater, & filius, & spiritussanctus sunt tres personæ: quid nomine personæ significamus an essentiā? Hoc .n. vī, si suprapositā verba Augustini diligenter scrutemur. Supra .n. dixit, q̄ ideò tres personas dicimus: quia id, quod persona est, cōe est tribus. Et itē quia pater est persona, & filius est persona: & spiritussanctus est persona, ideo tres personæ dicuntur. Videtur ergo eandem tenere significationem hoc nomen persona, cum dicitur tres personæ: quam habet cum dī, pater est persona, filius est persona, spiritussanctus est persona. Quia vt ostendit Aug. hoc dicitur .i. tres personæ, propter illud: quia id quod persona est, commune est eis. Id ergo, quod commune est eis, id est, patri, & filio, & spiritui sancto, videtur significari nomine personæ, cum dicitur tres personæ.

August. li. 7 de Tr. capite 4.

C

Aliter etiam videtur posse ostendi, quod secundum essentiam dicatur, etiam cum pluraliter profertur.

Aliter etiam vī posse ostendi, q̄ ibi nōie personæ significetur essentia, cum dicitur, tres personæ. Vt enim supra dixit Aug. Eā necessitate dicimus tres personas, ut responderemus quærentibus quid tres, vel quid tria. Cū ergo quæritur, quid tres, vel quid tria; conuenienter respondetur cum dicitur, tres personæ. At cum queritur, quid tres, vel q̄d tria, per quid de essentia quæritur. Non enim inuenitur, quid illi tres sint nisi essentia. Si ergo quæstioni, rectè respondemus, oportet ut respondendo essentiam significemus: alioquin non ostendimus quid tres sint. Si verò respondentes essentiam significamus; ipsam essentiam personæ nomine intelligimus, cum dicitur tres personæ.

Augustin. li. 7. de Tr. capite 4.

D

Opinio quorundam, qui putant essentiam significari nomine personæ, cum dicimus tres personas.

Quibusdam vī, q̄ nomine personæ significetur essentia, cū dicitur tres personæ, propterea, quia Aug. dicit ideo dici tres personas, quia cōmune est eis id, quod est persona. Vt sit talis intelligentia, Pater, & filius, & spiritussanctus sunt tres personę .i. sunt tres id habentes commune, quod est persona .i. tres sunt quorum quisq; est persona .i. essentia. Sed qūo iuxta hanc intelligētiam dicetur, alia est persona patris, alia filij. Et hoc etiam ita uolunt intelligere, s. alius est pater, & alius est filius, id tamen commune habentes, quod est persona. Et hoc confirmant auctoritate Augustini, qui in septimo li. de Trin. aīt: Tres personas ciusdem essentiæ, vel tres personas unam essentiam dicimus. Tres aūt personas ex eadem essentia nō dicimus, quasi aliud ibi sit, quod essentia est, aliud, quod persona est. Hac auctoritate, & præmissis conantur asserere in prædictis locutionibus, nomen personæ essentiam significare. Sed quid respondebunt ad id, quod ipse Aug. in lib. de fide ad Petrū dicit, scilicet quod aliud est pater in persona, siue personaliter, alius personaliter filius, alius personaliter spiritussanctus? Quomodo enim alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritussanctus, si in esse personam omnino conueniunt .i. si persona essentię tantum intelligentiam facit? Ideo nobis videtur aliter hoc posse dici congruentiùs, iuxta catholicorum doctorum auctoritates.

Augusti. ubi supra.

August. li. 7. de Trin. capite. 6.

August. de fide ad Petrum, c. 1.

E

Quod hoc nomen persona tripliciter in Trinitate accipitur: & hæc est vtilis, & catholica doctrina de persona, & personis.

Sciendum est igitur, q̄ hoc nomen persona multiplicem intelligētiā facit, non tamen. Et ut Hilarius ait in li. quarto de Tri. Intelligentia dictorum, ex causis est assumēda dicendi: quia non sermoni res, sed rei sermo subiectus est. Discernentes ergo dicēdi causas, huius nominis, s. persona, significationem distinguimus, dicentes, q̄ hoc nomen, s. persona, propriè ſm substantiam dī, & essentiam significat: sicut supra ostendit Aug. cum dicitur: Deus est persona, pater est persona. Quadam tñ necessitate, ut supra dixit Aug. translatū est hoc nomen, ut pluraliter diceretur tres personæ, cū quæreretur, quid tres, vel quid tria: ubi non significat essentiā .i. naturam diuinā, quæ cōis est tribus personis, sed subsistentias, vel hypostases ſm Græcos. Græci quippe (ut supra dixit Aug.) aliter accipiūt substantiam .i. hypostasim, aliter nos. Nos .n. substātiam dicimus essentiam siue naturā. Personas aūt dicimus, sicut illi dicūt substātias .i. hypostases. Si ergo nos, ita accipimus psonas, ut illi accipiūt substantias, vel hypostases. at illi aliter accipiūt hypostases, q̄ nos substantiā, aliter ergo nos accipimus personas, q̄ substātiā. Cū ergo dicimus tres personas, nō ibi psonæ nōie essentiā significamus. Quid ergo dicimus? Dicimus q̄ tres personæ sunt .i. tres substantiæ, s. tres entes: pro quo Græci dicunt tres hypostases.

Hilarius, li. 4. de Tr.

Augustin. li. 7 de Tr. capite. 4.

Tres personæ, tres substāti æ, tres entes tres hypostases.

Osten-

F

Ostendit verba Augustini conuenire huic sententiæ.

Et hic sensus adiuuatur ex verbis Augustini p̄missis, si interiùs intelligantur. Quia .n. pī est persona .i. essentia, & filius est persona & spūssanctus est p̄sona: ideò dicunt tres p̄sonæ .i. subsistētiæ, tres entes. Nō .n. possent dici tres subsistentiæ, vel tres entes, nisi singulus eorū esset p̄sona .i. essentia. Quia ergo eis cōe est id, qđ est persona .i. essentia, iō rectè dicunt tres p̄sonæ .i. subsistentiæ vel subsistētes: Vt sicut essentia, q̄ eis est cōis, verè, ac priè est, ita illi tres verè, ac ppriè, subsistentiæ, vel entes intelligañ. Ideoq; Aug. causas dē essentia, ne aliud intelligatur ibi esse personā, aliud essentia. Tres .n. personæ .i. subsistētiæ, vna sunt essentia, & vnius essentiæ: nō aūt sunt vna persona, vel vnius personæ, licet persona ſm substantiam dicatur aliqñ. nam si hoc diceretur confusio fieret in personis.

August. li 7 de Trin. capite. 6.

G

Obiectioni illorum hic respondet, qua nituntur probare personas secundum essentiam accipi, quia respondemus quærentibus, quid tres, vel quid tria.

Ad hoc aūt, quod illi dicūt, cum quæritur, quid tres, vel q̄d tria, de essentia quæritur, quia non inuenitur, quid illi tres sint nisi essentia, per hoc volentes nos inducere, vt nobis tabiliter. verum est, q̄ non inuenitur vnū aliq̄d, quod illi tres sint, nisi essentia. Vnū .n. sunt illi tres .i. essentia. Vnde veritas ait, Ego & pī vnum sumus. Veruntamen cum q̄ritur, q̄d tres, vel quid tria, non de essentia quæritur: nec ibi quid ad essentiam refertur. Sed cum fides catholica tres esse profiteretur, sicut Iohannes in epistola canonica ait. tres sunt, q̄ testimoniū perhibent in cælo: quærebatur, quid illi tres essent. i an essent tres res, & quæ tres res, & quo nōie illę tres res significarentur. Et ideo loquendi necessitate inuentum est hoc nomen persona ad respondendum, & dictum est, tres personæ.

Ioh. 10. f

1. Ioh 5. b

H

Quid tres res, & quid vna res hic dicitur.

Non aūt te moueat, q̄ diximus, tres res: Non .n. hoc dicentes, diuersarum rerū numerū ponimus in Trinitate: sed ita tres res dicimus, ut easdē esse unam, quādam summam rē confiteamur. Vnde Aug. in primo li. de doctrina Christiana sic ait: Res quibus fruendum est, nos beatos faciunt. Res ergo, quibus fruēdum est, sunt pī, & filius, & spiritussanctus. Eademq; Trinitas vna quædam summa res est, cōisq; fruentibus ea: si tamen res, & non rerum oīum causa sit. Non enim facilè potest inueniri nomen, quod tantæ excellentię conueniat, nisi quod melius dī Trinitas hæc vnus Deus. Sicut ergo tres res dicuntur, & hæ sunt vna res: ita tres subsistentiæ dicuntur, & hæ sunt vna essentia. Ecce ostensum est, quæ sit intelligentia huius nominis persona, cum dicimus tres personas.

Augustin. li. 1. de doctrina Christiana. ca. 3. & 5.

I

Ex quo sensu dicatur, alia est persona patris, alia filij, alia spiritussancti.

Nunc inspiciamus, vtrum secundum eandem rationem, & causam dicatur, alia est persona patris, alia filij, alia spiritussancti. Quod vtiq; sane intelligi potest, vt sit sensus talis: Alia est subsistentia, vel hypostasis patris, alia subsistentia filij, alia subsistentia spiritussancti. Et alia subsistentia pater, alia filius, alia spiritussanctus.

K

Quomodo hæc intelligantur, alius est pater in persona, alius filius, alius spiritussanctus.

Deinde quæritur, utrum ſm eandem rationem accipiatur, cum dī, Alius est pater in persona, alius in persona filius, alius in persona spiritussanctus: siue alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritussanctus. Ad quod dicimus, quia etsi posset eodem modo accipi, congruentiùs tamen ex ratione dicti alia variatur intelligentia, vt hic personæ nomine proprietas personæ intelligatur: ut sit sensus talis, Alius est in persona, vel personaliter pater .i. proprietate sua pater alius est, quàm filius, & filius proprietate sua alius, q̄ pater. Paternali enim proprietate distinguitur hypostasis, patris ab hypostasi filij, & hypostasis filij filiali proprietate discernitur à patre, & spiritussanctus ab utroque processibili proprietate distinguitur.

Persona hic .p sua .pprietate accipitur.

L

Quòd secundum hunc modum etiam in prædictis locutionibus potest accipi.

Hoc etiā modo sane potest accipi persona in præmissis locutionibus cum dī, alia est, persona patris, alia filij .i. alia est proprietas, qua pater est pī, alia qua filius est filius, alia,

qua

qua spiritussanctus est spiritussanctus, Ita etiam nomine personæ quidam proprietates intelligere volunt, cum dicuntur tres personæ: sed melius est ut subsistentias, vel hypostases intelligamus, cum dicimus tres personas. Et prædictis colligitur, q̃ nomen personæ in Trinitate triplicem tenet rationem. Est enim vbi facit intelligentiam essentiæ, & est vbi facit intelligentiam hypostasis, & est vbi facit intelligentiam proprietatis.

M *Auctoritatibus sanctorum ostendit, quod dixit.*

Quod autem f̃m substantiam dicatur, & etiam essentiam aliquãdo significet, supra ex dictis Augustini apertè ostendimus. Quod verò pro hypostasi, atq; proprietate accipiatur, auctoritatibus sanctorũ ostendi oportet, ne coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur. De hoc Hieronymus in expositione fidei catholicæ ad Alipium, & Augustinũ episcopos ita ait: Non est prorsus aliqs in Trinitate gradus, nihilq; quod inferius, superiusve dici possit: sed tota diuinitas sui perfectione æqualis est, ut exceptis vocabulis, quæ proprietatẽ indicant personarũ, quicquid de vna persona dr̃, de tribus possit dignissimè intelligi. Atq; vt confutantes Arriũ, vnam, eandemq; Trinitatis dicimus esse essentiam, vel substantiã, & Deũ vnum in tribus personis fatemur: ità etiam impietatẽ, Sabellij declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi patrem, non ipsum sibi filium, non ipsum sibi spũm sanctum esse dicentes: sed aliam patris, aliam filij, aliam spiritussancti esse personam. Non enim noĩa tantummodo, sed etiam nominum proprietates i. personas, vel (ut Græci exprimunt) hypostases i. subsistẽtias confitemur. Nec pater filij, vel spiritussancti personam aliquando excludit, nec filius, nec spiritussanctus patris nomen, personamq; recipit: sed pater semper pater, & filius semper filius, & spiritussanctus semper spiritussanctus. Itaque substantia unum sunt, sed personis, ac nominibus distinguuntur. Ecce hic apertè dicit Hieronymus, proprietates esse personas, & personas esse substãtias. Vnde manifestum fit, quod diximus, scilicet personæ nomine significari, & hypostasim, & proprietatem. Iohannes etiam Damascenus, personas dicit esse hypostases, & eas dicit entes, ita inquiens: In deitate unam naturam confitemur, & tres hypostases secũdũ veritatem entes, id est, personas.

Hieron.

Iohannes Damasce. li. 3. cap. 5.

Summa di stinct 25.

Hic rursus discutit, & scrutatur q̃d, & qualiter accipiatur in diuinis nomen personæ, quid significet, & qualiter exponẽdæ, ac intelligendę sint quędam orationes, in quibus hoc nomen persona continetur: & breuiter quantum capio, tota distinctio ista virtualiter sententialiterq; prælabita est supra præsertim in distinctione immediatè præcedente: atq; in illa, quæ ipsam immediatè præcedit: circa quas motæ, & determinatæ sunt quæstiones, quæ circa hunc locum possent, aut solent moueri, videlicet, quæ sit diffinitio personæ, & qualiter fit intelligenda. Vtrũ ratio, personæ vniuocè conueniat diuinis personis, vtrũ vniuocè cõpetat personis increatis, & creatis, vtrum persona sit nomen primæ, aut secundæ intentionis: multæq; similes quæstiones, quæ hic possent adduci, in prætactis sunt locis discussæ. Insuper, an tres personæ possint dici tres res, & nihilominus una res, supra distinctionibus primis huius voluminis copiosè, & clarè tractatum est, & qualiter sint vnum ens, & tres entes: idcirco de omnibus istis prolixitatem, & superfluitatem uitãs, pertranseo: & ad distinctionem vicesimam sextam. in qua pelagus est difficultatum, accedõ.

A *De proprietatibus personarum, & prius de hoc nomine hypostasis. Distinctio XXVI.*

Hieron.

NVnc de proprietatibus personarum, quas frequenter in hoc tractatu commemorauimus, aliquid loqui nos oportet. Sed primum audiamus, quid de hoc nomine hypostasis Hieronymus dicit. Ait enim sub hoc nomine venenum latere. Sed hoc dicit secundum quod hæretici eo vtebantur, vt simplices seducerent, scilicet pro persona, & pro essentia: ut siue diceretur vna tantum hypostasis, siue tres: minùs peritos ad inconueniens deducerent, cum non erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatum, nec ita eius significatio determinata, ut modo. Et ideo Hieronymus dicit hoc nomine non utendum fore sine distinctione, vel expositione: tunc scilicet quando cum hæreticis cõtendebatur, ita scribens de fide catholica ad Damasum papam: Ab Arrianorum prẽsule hypostaseon nouellum nomẽ à me homine Romano exigitur. Interrogamus, quid tres hypostases arbitrentur intelligi? Tres personas subsistentes aiunt. Respondemus, nos ita credere. Non sufficit eis sensus. Ipsum nomen efflagitant, quia nescio, quid ueneni in syllabis latet. Clamamus: Si quis tres hypostases i. tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Si quis autẽ hypostasin usiam intelligens, nõ tribus personis unã hypostasin indicit, alienus à Christo est, qui s. tres hypostases dicens, sub noĩe pietatis tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere, vnã substantiã, & tres personas pfectas æquales, taceamus tres hypostases, si placet. Nomen hoc non bonæ suspicionis est, cum in eodem verbo sensus dissentiunt. Aut sit rectum putatis, tres hypostases cum interpretationibus suis debere nos dicere, non negamus. Sed mihi credite, venenum sub melle latet. Transfigurat.n.se angelus sathanæ in angelum lucis. His verbis non negat vtendum esse noĩe hypostasis, sed hæreticos eo prauè vsos ostendit: contra quos cautela opus erat in distinctione significationis, alioquin sibi contradiceret, qui supra tres hypostases confitetur.

Hieronymus ad Damasum.

2. Cor 11.

B *De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis.*

Iam de proprietatibus personarum videamus, quæ etiam notiones siue relationes in scriptura plerunque dicuntur in illa sancta Trinitate: quæ ideo a nobis repetitur, vt cordi nostro tenacius infigatur. Ait Aug. in lib. de ad Petrum: Aliud est genuisse, q̃ natum esse, aliudq; est procedere, q̃ genuisse vel natum esse. Vnde manifestum est, q̃ alius est pater, alius filius, alius spiritussanctus. Et est proprium solius patris, non quia non est natus ipse, sed q̃ vnum filium genuit: propriumq; est solius filij, non quia ipse non genuit, sed quia de patris essentia natus est: proprium verò spiritussancti est, non quia nec natus est ipse, nec genuit, sed quia solus de patre, filioq; procedit. Ecce breuiter assignauit tres proprietates trium personarum, quarum vna non est alia. Hoc enim significauit, cum dixit: Aliud est genuisse, quàm natum esse, aliudq; procedere, id est, alia proprietas siue notio est generatio, & alia natiuitas, & alia processio: quæ alijs nominibus dicuntur, paternitas, filiatio. Has proprietates designant nomina personarum, s. pater, filius, spiritussanctus; quæ relatiua sunt, & ad seinuicem dicuntur, quia notãt relationes, quæ non sunt Deo accidentales, sed in ipsis personis ab æterno sunt immutabiliter: vt non appellantes sint relatiuæ, sed etiam relationes, siue notiones in rebus ipsis, scilicet in personis sint.

Augustin. de fide ad Petrum c. 1 & c. 2.

Quid sit proprium patris. qd filij & qd spiritussancti.

De nominibus relatiuis, quæ notant ipsas relationes.

C *Quòd non omnia, quæ de Deo dicuntur, secundum substantiam dicuntur: quædam enim secundum relationem dicuntur, nihil tamen secundum accidens.*

Quocirca sciendum est, non omne, quod dicitur de Deo, dici secundum substantiã: quia quędam dicuntur secundum relationem, quæ non est accidens, quia non est mutabilis. Vnde Augustin. in 5. lib. de Trinitate ait: Nihil in Deo secundum accidens dicitur, quia nihil ei accidit. Nec tamen omne, quod dicitur, secundum substantiam de Deo dicitur. In rebus creatis, atq; mutabilibus, quod non secundum substantiam dicitur, restat, vt secundum accidens dicatur. In Deo autem nihil quidem secundum accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est, aut amissibile. Nec tamen omne, quod dicitur de Deo, secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, sicut pater ad filium, & filius ad patrem: quod non est accidens, quia & ille semper est pater, & ille semper est filius, & ita semper, quia semper natus est filius, nec cœpit vnquam esse filius. Quòd si aliquando esse cœpisset, aut aliquando desineret esse filius, secundum accidens diceretur. Et quia pater non dicitur pater, nisi ex eo, quòd est ei filius: & filius non dicitur filius, nisi ex eo, q̃ habet patrem: non secundum substantiam hæc dicuntur, sed adinuicem ista dicuntur: neq; tamen secundum accidens, quia & q̃ dicitur pater, & q̃ dicitur filius, æternum, atque incommutabile est eis. Ecce apertè his verbis ostenditur, quædam dici de Deo secundum substantiam, quædam secundum relationem: nihil tamen secundum accidens. Ostenditur ẽt proprietas patris esse, q̃ habet filium, & proprietas filij, q̃ habet patrem. Ideoque cum dixit æternum, & incommutabile esse, quod pater dicitur, & quod filius dicitur, ita intelligi voluit i. proprietas, qua pater est pater, & proprietas, qua filius est filius, æterna est, & incommutabilis: quia & pater semper est pater, & filius semper filius. Vnde & Hilarius proprietates p̃sonarum assignans in 12. libro de Trin. ait: Si semper patri proprium est, q̃ semper est pater, necesse est semper filio proprium esse, q̃ semper est filius. Vbi enim semper pater est, semper, & filius est: ergo qui non semper pater est, non semper genuit. Item in eodem: Nato Deo manifestum est proprium esse, quòd filius est.

Aug. li. 5. de trin. c. 4. & 5.

Hilarius proprietates patris & filij determinat.

D *Quare dicatur esse proprium vnigeniti, quòd est filius Dei, cum etiam homines sint filij Dei.*

Hic quæritur, qũo dicat propriũ esse nato Deo, q̃ est Dei filius, vel genitus ex Deo, cum ẽt hoĩes filij Dei dicantur, & sint, f̃m illud: Filij excelsi oẽs. Et ad Moysen de populo Israel dñs ait: Filius meus primogenitus Israel. Sed magna est distantia, Homines.n. filij Dei sunt factura, non natiuitatis proprietate: Deus autem filius, originis proprie-

Pſal. 81. b Exodi 4. f

Diuinctio inter Deū filium, & hoīum filios

tate filius est, & veritate natiuitatis, non factura, vel adoptione. & illi quidē ante sunt, q̄ filij Dei sunt. Fiunt. n. filij, non nascuntur filij Dei. Vnde Hilarius solum Deum natū, originis proprietate Dei filium ostendens, inter ipsum, & hoīes filios Dei euidentissimè distinguit, in 12. lib. de Trin. ita dicens: Vero patri solus, qui ex Deo nascitur, verè filius est. & nos quidem filij Dei sumus, sed per factura. Fuimus. n. aliq̄n filij * iracundiæ, sed filij Dei per adoptionem effecti sumus potiùs, q̄ nascimur: & quia omne, quod fit, antequam fiat, non fuit, nos cum filij non fuissemus, efficitur. Ante. n. filij non eramus, sed per gr̄am facti sumus, non nati, neq; gn̄ati, sed acquisiti. Acquisiuit. n. nos Deus sibi, & per hoc dr̄ nos genuisse. Genuisse. n. Deum filios, nunquam cum proprietatis significatione cognoscimus dici. Ex adoptione. n. homo factus est filius Dei, non ex gn̄atione: neq; ei proprietas est, sed nuncupatio: ac per id, non verè filius est: quia nec propriè natus dr̄, nec semper fuit filius. Vnigenitus aūt Deus, nec fuit aliq̄n non filius, nec fuit aliquid antequam filius, nec quicquam ipse nisi filius. Atq; ita qui semper est filius, nascibilitatis proprietate, ac veritate filius est eius solius, qui genuit: & ille tantum, qui genuit, pr̄ ipsius est: quia sicut ille filius origine, ita ille pater generatione.

Hilarius lib. 12 de Trin.

Phes 2.a Rom. 8.

* Irę.

E

Quòd homo dicitur filius Trinitatis, & Trinitas potest dici pater hominum.

Homo verò, q̄ filius Dei est factura, non tm̄ pr̄is, sed & filij, & spūssancti filius est. i. totius Trinitatis, & Trinitas ipsa pr̄ eius dici pōt. Vnde Aug. in 5. lib. de Tri. dicit: Non potest Trinitas dici pr̄, nisi fortè translatiuè ad creaturam, pp adoptionem filiorū. Quod enim scriptum est, Audi Israel, dns Deus tuus, Deus vnus est: nō vtiq; excepto filio, aut spiritusancto oportet intelligi, quem; & vnum dm̄ Deum nr̄um rectè dicimus, etiam patrem nostrum per gratiam suam nos regenerantem. De hoc etiam Hilarius in 6. lib. de Trin. ait: Omnibus per fidem Deus pater est, quibus est pater per eam fidem, qua Iesum Christum Dei filium confitemur. Ecce ostensum est, quare proprium dicatur esse Dei nati, & filius est: quia. f. ipse solus natus, ppriè dr̄. Vnde Hilarius in lib. 3. de Trin. ait: Dns dicens, Clarifica filiū tuum: non solo nōie contestatus est se esse filium, sed & proprietate. Nos filij Dei sumus, sed nō talis hic filius. Hic. n. verus, & proprius est filius origine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione.

Augusti. li. 5. de Trini. c. 11. Deut. 6.

Hilarius li. 6 de tri.

Idem lib. 3. de Trin. Ioan. 17. a

F

Quòd spiritussanctus dicitur propriè donum Dei, quia proprietate est donum, vt filius natiuitate: & vtroq; modo dicitur relatiuè, & secundum eandem relationem.

Ita etiam de spiritusancto dicendum est, qui propriè dr̄ donum Dei, cum tm̄, & alia plura sint dona Dei. Sed spūssanctus ita proprietate immutabili, & æterna donum est, sicut filius proprietate est filius. Eo. n. dr̄ donum, quo spūssanctus: & vtroq; vtriq; nomine relatiuè dr̄, eademq; relatione dr̄ spiritussanctus, & donum, licet ipsa relatio non ita appareat in hoc nomine spūssanctus, sicut in hoc nōie donū. Vnde Aug. in 5. lib. de Tri. ait: Spiritussanctus, qui non est Trinitas, sed in Trinitate intelligitur: in eo, q̄ propriè dr̄ spūssanctus, relatiuè dr̄: cum & ad patrem, & ad filium refertur, quia spūssanctus, & patris, & filij spiritus est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nōie. Apparet aut, cum dr̄ donum Dei. Donum. n. est patris, & filij, quia a patre procedit, & a filio. Ergo spiritussanctus ineffabilis quædam patris, filiiq; communio est. Et ideo fortasse sic appellatur, ut iam diximus, nec iterare piget, quia patri, & filio potest eadem appellatio conuenire. Nam hoc ipse propriè dr̄, quod illi communiter: quia, & pater spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus. Vt ergo ex nomine, quod vtrique conuenit, vtriusque communio significetur, vocatur donum amborum spiritussanctus. Ecce habes quare spiritussanctus propriè dicatur donum, & q̄ relatiuè dicitur, siue donum, siue spiritussanctus: & q̄ nomen sibi proprium tenet, quod communiter patri, & filio conuenit, sed diuisim. Et est sciendum, q̄ cum pater, uel filius dicitur spiritus siue sanctus, neutrum relatiuè dicitur, sed secundum substantiam.

Augusti. li. 5. de Trin. c. 11. b

Quid sit spiritussanctus.

G

An pater, vel filius, vel trinitas, ipsa possit dici spiritussanctus.

Hic quæri potest, vtrum pater, vel filius, vel etiam ipsa Trinitas possit dici spiritussanctus, sicut diuinum dicitur, & spiritussanctus. De hoc Augustin. in quinto lib. de Trin. sic ait: Trinitas nullo modo potest dici filius. Spiritus verò sanctus potest quidē vniuersaliter dici secundum id, quod scriptum est: quoniam Deus spiritus est. Itaq; pater, & filius, & spiritussanctus: quoniam vnus Deus est, & vtique Deus sanctus est, & Deus

Augusti. li. 5 de Trin. cap. 11. Ioan. 4. d

Deus spiritus est, potest appellari Trinitas, & Spiritussanctus. Sed tamen tunc spiritussanctus relatiuè non dicitur, sed secundum essentiam: quia propriè spiritussanctus, qui non est Trinitas, sed in Trinitate, dicitur relatiuè.

H

Quidam putant spiritumsanctum non dici relatiuè ad patrem, & filiū, quia non vicissim respōdent sibi vocabula, sed falsò.

Quidam tamen putant spiritumsanctum, uel donum non dici relatiuè ad patrem, vel ad filium. Si. n. inquiunt, hæc relatiuè ad se dicuntur, suis inuicem sibi respondēt uocabulis: ut sicut dr̄ pater filij pater, & filius patris filius, ita dicatur pater spiritussancti, uel doni pater, & spiritussanctus, uel donum, patris spiritus, uel donum. Sed non ita est in omnibus relatiuis. Non. n. omnia, quæ relatiuè dicuntur, suis ad se * inuicem respondent uocabulis. Vnde August. horum elidens opinionem, in quinto lib. de Trin. Non te moueat, inquit, qm̄ diximus spiritumsanctum non ipsam Trinitatem, sed eum, qui est in Trinitate, relatiuè dici, licet non ei respondeat uicissim vocabulum eius ad quē refertur. Dicimus. n. spiritumsanctum patris, sed non uicissim dicimus patrem spiritussancti, ne filius eius intelligatur spiritussanctus. Item dicimus spiritumsanctum filij, sed non dicimus filium spiritussancti, ne pater eius intelligatur spiritussanctus. In multis. n. relatiuis hoc contingit, ut non inueniatur vocabulum, quo sibi vicissim respondeant. Cum ergo dicimus donum patris, & filij, non quidem possumus dicere patrem doni, aut filium doni: sed ut hæc uicissim respondeant, dicimus donum donatoris, & donatorem doni: quia hic potuit inueniri vsitatū vocabulū, illic non potuit. Donum ergo donatoris, & donator doni cum dicimus, relatiuè utrunq; ad inuicem dicimus: donator tamen non fuit Deus, nisi ex tempore, cum spiritussanctus sit donum etiam ab æterno.

*Vicissim.

Aug. li. 5. de trin. c. 12. a.

Summa distinct. 26.

Hoc loco tractat Magister de his, per quę p̄sonæ summæ, ac adorādæ a seinuicē formalite, ac ppriè distinguunt: pr̄æmittit tm̄ de significatione noīs huius hypostasis, & qualiter inter dū sub usu, & significatione ipsius obscura latuit fraudis venenū, put istud iā in duabus pręcedentibus distinctionibus est expressum. Cōsequenter ostendit, qualiter esse filium Dei, differēter compartat naturali, & vnigenito filio, & creaturis q̄busdā. Docet quoq; spm̄sctm̄ referri ad patrem, ac filium, quāuis non habeamus nomina, relationes, q̄ sunt inter spiritūssanctū, & patrem, ac filium, ppriè significantia. Hæc est distinctionis huius materia, in qua profundissimæ difficultates erumpunt.

QVAESTIO I.

Arguitur 1. contra veritatē.

QVæritur igitur primo, *An in diuinis ponendæ sint relatiuæ proprietates, per quas persona ab innicem distinguantur.* Vr̄, q̄ non, qm̄ quelibet increata persona tam simplex est, sicut diuina essentia, nec proprietas, notio, aut relatio reale aliquid superaddit essentiæ: ergo proprietas non potiùs est in persona, q̄ in essentia: aut si sunt proprietates in personis, non sunt in eis nisi f̄m rationem i. non realiter nec positiuè, sed solum f̄m nostram considerationem, quemadmodum sapientiam, iustitiam sanctitatem dicimus esse in Deo.

2 ¶Secundò, simplicissima distinguuntur abinuicem immediate seipsis, non per aliquid distinguens inexistens siue adiunctum, ut pater de generibus generali, & de puro actu, ac pura potentia, atq; de differentis ipsis. diuinæ autem, & superglorioſæ personæ sunt simplicissimæ, sicut diuina essentia: ergo non distinguuntur abinuinem per ppriet̄tes, aut relationes.

3 ¶Tertiò, si relatio nihil est in re nisi ipsa diuina essentia, non uidetur, q̄ possit esse ratio siue principium realis, & personalis distinctionis inter personas, quæ in ipsa essentia uerè conueniunt, imò substantialiter idem sunt.

4 Hilarius. ¶Quartò, Hilarius protestatur in libro de Trinitate, q̄ pater, & filius, & spiritussanctus solis differūt nominibus. si ergo in diuinis sunt proprietates, illæ erunt uocales, non reales. Damascenus quoque 2. lib. fatet, q̄ diuinæ personæ differunt cogitatione, seu consideratione, vel rōne, non re.

Damascē.

5 ¶Quintò, si personæ relatiuis proprietatibus distinguunt, ergo non erunt personæ proprietatibus illis abstractis: & tm̄ illis per intellectum abstractis, adhuc manet diuina essentia, quæ est res intellectualis naturæ, per se pfectè subsistens: ideo est persona. Est quoq; præhabitum, q̄ Deus se ipso persona est, non aliquo adiuncto, ut asserit Augustinus. Verum de isto, quòd. f. personę diuinæ per relationes originis distingui nō ualeant, inductæ sunt multæ rōnes supra distinct. 2. seu 3. ubi quæsitum est, an in simplici Deo queat esse uera, & realis pluralitas p̄sonarū.

Augustin.

¶In oppositum sunt, quæ inducuntur in litera, & quod sanctus ait Gregorius, ut in confessione ueræ, sempiternæq; deitatis, & in personis proprietas, & in essentia unitas, & in maiestate adoretur æqualitas.

In oppositum. Gregorius

¶Ad istud Thomas respondet: Apud omnes catholicos certum est, relationes esse in diuinis, sed in positione relationum inueniqntur diuersę doctorum sententiæ. Quidam enim (ut Porretani. i. sequaces Gilberti Porretani episcopi) dixerunt, q̄ relationes in diuinis tantum sunt assistentes, seu extra affixæ, non inexistentes. Quidam uerò, ut Præpositiuus, & eum sequentes, dixerunt, q̄ relationes in diuinis sunt ipsæ personæ: & q̄ aliq̄n in abstracto significātur, hoc est, per modum loquendi, quo communiter dicimus, Rogo tuam benignitatem. i. te benignum, utentes abstracto pro concreto, atque q̄ ita sint resoluendæ, & exponendæ oēs locutiones, in q̄bus relationes, seu proprietates in abstracto dicunt. Alij dicunt, q̄ relationes sunt personę, & sunt in personis secundum rei ueritatem. Omnesq; illi quantum ad aliquid, uerum dicunt. Vltima tamen ista positio plenam continet ueritatem. Pro cuius intellectu sciendum, q̄ in relatione sicut in cunctis accidētibus duo considerantur: unum est esse suum, f̄m quod in subiecto fundatur, f̄m quod aliquid ponit

Tho. aqu.

in ſubiecto, inquantum eſt accidens. Secundum eſt rō ſua, ſm quam refertur ad aliud, ſm quam in determinato gñe collocatur: & ex hac rōne non habet relatio, quòd aliquid ponat in eo, de quo dr̄, ſicut oēs formæ abſolutæ ex ſua rōne habent, quòd aliquid ponunt in eo, de quo dicuntur. Hinc inueniuntur quædam relationes nihil ponentes in eo, de quo prædicant. quod attendentes q̄dam philoſophi, aſſeruerunt, q̄ relatio non eſt aliquod entiū genus, nec aliquid in rerum natura, ſed ſolum quidam reſpectus, reſperſus in omnibus entibus: & q̄ relationes ſunt de intentionibus ſecundis, q̄ non habent eſſe niſi in aīa. Quorum opinioni conſentire vr̄ ēt Porretanorum opinio. Sed hoc falſum eſt, q̄a quod eſt tm̄ ens in aīa, non eſt in aliquo gñe determinato. Hinc diſtinguendum eſt inter relationes, quædā. n. ſunt, quæ habent aliquod fundamentum in re, ſup quod eſſe earū fundatur, ſicut æqualitas ſuper quantitatem: & illæ ſunt relationes reales. Alę ſunt relationes, quæ non habent fundamentum in re, de qua dicuntur, ſicut dextrum, & ſiniſtrum in illis, in quibus non ſunt determinatæ illæ poſitiones ſm naturam, ſicut determinatæ ſunt in partibus aīalis, in q̄bus iſtę relationes realiter ſunt, quia fundantur in diuerſis naturalibus uiribus ſuis determinatarum partium, in alijs uerò non ſunt niſi ſm rōnem habitudinis unius ad alterum, idcirco in eis ſunt relationes rōnis. Et hoc, ſ. q̄ ſunt relationes rōnis, cōtingit quatuor modis. Primò, ut tactum eſt, qñ relatio nō habet fundamentum in rei natura, ſuper quod fundatur, Vnde contingit, q̄ relatio qñq; realiter eſt in vno, & non in alio. quia in uno habet motum quendam ſupra quem fundatur, quem nō habet in alio, ut eſt in omnibus relationibus quibus creator refertur ad creaturam, quæ realiter ſunt in creaturis, nō in Deo. Secundò, qñ relatio nō habet realem diuerſitatem inter extrema, ſicut relatio identitatis: idcircirco nil ponit ſm rem, ſed ſolum ſm rōnem, ut cū dr̄, idem eidem idem. Tertiò, qñ deſignatur relatio aliqua entis ad non ens: ut cum dr̄, nos ſumus prio res futuris. quæ prioritas non eſt realis relatio, ſed rōnis, quia realis relatio exigit vtrunq; extremorū in actu. Quartò, qñ ponitur relatio relationis, uidelicet qñ una relatio eſt alterius relationis extremū. Ipſa namq; relatio per ſeipſam refertur, non per aliam. Et duos ultimos modos hos ponit Auicenna. Duo vero primi modi eliciuntur ex uerbis philoſophi. Cum ergo iſtæ relationes paternitas, & filiatio, fundamentum habeant in re, videlicet naturam, quæ communicatur, & eius cōicationem per gñationem: conſtat, q̄ realiter ſint in Deo, tñ pp Dei ſimplicitatem ſunt idem realiter cum perſonis in quibus ſunt, & pp ueritatem relationū oportet, quòd alio modo, ſeu diuerſimodè deſignent. Primi igitur, utpote Porretani, attendentes in relationibus ſolum, quòd ad alterum ſunt, & non fundamētum, quod habent in re, dixerunt relationes eſſe aſsiſtentes, quaſi ex habitudine alterius aduenientes. Secundi aūt uidentes fundamentum rei, & ſimplicem eſſe Deum, dixerunt relationes non eſſe in perſonis, ſed eſſe ipſas perſonas. Tertij conſiderantes utrunque, dixerunt, q̄ ſunt in perſonis pp ueram rōnem relationis, & quod tū ſunt ipſæ perſonæ pp ſimplicitatem diuinæ naturæ: quemadmodum deitas, bonitas, ſapientia, ſunt in Deo, & tñ ſunt ipſemet Deus. Hinc quod in lib. de Trin. ait Boethius, q̄ ad aliquid non prædicatur, intelligendum eſt inquātum eſt ad alterum, non prout ponit aliquid in ſubiecto. Hæc Thomas in Scripto.

Relationes nō sūt ſecūdę intentiones.

Auicenna.

Boethius.

¶Præterea de hac re Thomas loquitur in prima parte Summæ, q. 28. Solum in his, quæ ſunt ad aliquid, inuenitur aliquid ſm rōnem tm̄. in alijs namque generibus ſignificatur aliquid abſolutè, ac poſitiuè, ad aliquid uerò ſm propriam rōnem dicit reſpectum ad aliud: qui reſpectus interdum eſt in ipſa rerum natura, qñ uidelicet aliquæ res ſm naturā ſunt adinuicem ordinatæ, & inclinationem mutuā habent: & tales relationes oportet eſſe reales, ſicut in corpore graui eſt ordo, ac inclinatio ad locum deorſum. aliqñ uerò reſpectus ſignificatus per ea, quæ dicuntur ad aliquid, eſt tm̄ in apprehenſione rōnis, unum alteri conferentis: ſicut dum comparat hominem ad animal, ſicut genus ad ſpeciem. Porro dum aliquid procedit a principio eiuſdem naturæ. oportet, q̄ ambo, uidelicet tam procedens, q̄ id, a quo procedit, in eodem conueniant ordine: ſicq; neceſſe eſt, ut reales reſpectus adinuicem habeant. cumq; perſonæ in diuinis procedentes, procedant in identitate naturæ, neceſſe eſt, ut relationes, quæ ſecundum diuinas accipiuntur proceſsiones, ſint relationes reales. 1. p. q. 28. ar. 4.

¶Si autem obijciatur, q̄ relationes in diuinis fundantur ſuper actum intellectus, & uoluntatis, ergo ſunt rōnis duntaxat: dicendum, q̄ relationes, quæ ſequuntur ſolam operationem intellectus, ſunt in ipſis rebus intellectis relationes rationis ſolummodo: quoniam ratio noſtra adinuenit eas circa, & inter res intellectas. relationes uero, quæ conſequuntur operationem intellectus, quæ ſunt inter verbum intellectualiter procedens, & inter id, a quo p̄cedit, non ſunt relationes rōnis, ſed rei: quia & ipſe intellectus, ac rō res quædam eſt, & comparatur ad id realiter, quod intelligibiliter ab ipſo p̄cedit, quemadmodum res corporalis ad id, quod corporaliter ab ipſa p̄cedit. Hinc paternitas, & filiatio ſunt reales relationes in diuinis. Hæc Thomas in Summa. obiectio. Dilutio.

Relatio rationis ſit 4 modis.

¶Et conſequenter oſtendit ibidem, quòd in Deo ſint idem eſſentia, atque relatio, per ea, quæ iam ex Scripto ſuo ſunt introducta.

¶His conſonans Bonauentura: Omnes, inquit, catholici tractatores poſuerunt proprietates perſonarum in diuinis, ſed in modo ponēdi diuerſificati ſunt. Nam quidam perpendentes ſummam ſimplicitatem eſſe in perſonis ſicut in eſſentia, poſuerunt, quòd ſicut in eſſentia penitus idem eſt, quod eſt, & quo eſt, ſic in perſonis idem ſit, qui diſtinguitur, & quo. i. ſuppoſitum, atq; proprietas: ſicq; differret ſolo modo loquendi. Quod ſtare non poteſt, quia in eadem perſona ſunt proprietates differentes nō ſolum in modo loquendi, ſed & realiter. videmus. n. q̄ vna perſona uno modo refertur ad unam, ut pater ad filium. Videmus quoq; vnam perſonam uno mō, ſen una habitudine cōparari ad plures, ut ſpūſctm̄ ad patrem, & filium, & item unam perſonam pluribus modis comparari ad plures, ut filium ad patrē, & ſpūſanctum. Similiter uidemus plures perſonas eodem modo comparari ad unam, ut patrē, & filiū ad ſpūſctm̄. ergo unitas habitudinis non pōt accipi ex parte eſſentiæ, nec ex parte perſonæ, quæ refert, neq; ex parte perſonæ, ad quam refertur. Reſtat ergo, q̄ ſit alius modus dicendi ex parte rei. Hinc iam cōis tenet poſitio, in diuinis eſſe proprietates perſonales realiter differentes abinuicem, ac per hoc differētes etiam a perſonis aliquo modo. Quemadmodum. n. quia in eſſentia non plurificata ponimus plures perſonas, ideo modus dicendi eſſentialiter a mō dicendi perſonaliter differt, non ſolū dr̄ia ſumpta ex parte noſtri, ſed ex parte rei: & ſic ſentiēdū eſt de modo dicendi perſonaliter, atq; de modo dicendi notionaliter. Idcirco diſtinguunt magiſtri tres modos dicendi in diuinis ex parte rei, uidelicet eſſentialem, perſonalem, & notionalem: diciturq; cōiter, quòd tres ſunt in diuinis modi prædicandi, videlicet in quid, in quis, & quæ. Vnde incidit fallacia figuræ dictionis ex cōmutatione horum modorū, ſicut in creaturis ex cōmutatione p̄dicamentorum. Quemadmodum ergo in diuinis eſt uera eſſentia', & ueræ perſonæ, ita & ueræ proprietates p̄ſonarū. Proprietatis namq; eſt diſtinguere. ergo ſicut inter perſonas eſt uera diſtinctio, ſic in perſonis ſunt veraciter p̄prietates diſtinguentes Deniq; ſicut eſt alius modus q̄erendi de eſſentia, & perſona, ita eſt alius modus q̄erendi de eſſentia, & proprietate, ſiquidē de eſſentia q̄aritur per quid, de proprietate p quo modo: ergo ſicut ponitur in diuinis eſſentia, & perſona ſecundum ueritatem, ita, & proprietas. Tres modi prædicandi in diuinis.

¶Probatum eſt quoq; ſuperiùs, q̄ generatio, & p̄ceſsio differunt realiter, alioqnin non differrent p̄ſonæ. ergo gñatio, & ſpiratio differunt realiter, ſed tàm gñatio, q̄ ſpiratio eſt in una perſona, ut in patre. cum ergo p̄ſona ſit una realiter, & proprietates realiter plures, oportet ponere p̄prietates in diuinis realiter differentes: ſed nō dr̄ia eſſentiali, nec perſonali, cū ſint in eadē p̄ſona: ergo notionali. Quòd ſi nō differunt gñatio, atq; ſpiratio, ergo ſicut hæc eſt uera, p̄ſpirat ſpiritūſanctū: ita & hæc, & p̄ gñat ſpiritumſanctum, ſicq; ſpirituſſanctus eſſet filius.

¶Inſuper, ſicut prædictū eſt, pater, & filius ſunt vnū principiū ſpūſſancti, non unitate naturæ, cū & eadē natura ſit in ſpūſancto, ſicq; eſſet principiū ſuipſius: nec vnitate p̄ſonæ, cū ſint duæ perſonæ: ergo vnitate p̄prietatis, ſicq; oportet ponere p̄prietates in diuinis realiter, nō ſolum uocaliter. Hęc Bonauē.

Proprietates perſonales neceſſe eſt eſſe relationes.

Petrus.

¶Præterea ſecundum eundem doctorem has proprietates perſonales oportet eſſe relationes. Primò, quia ſunt incommunicabiles, uni ſoli conuenientes. Secundò, quia realiter differunt; ut modo probatū eſt. ſola autem relatio manet in diuinis diſtincta a diuina eſſentia. Ad cuius intelligentiam eſt notādum, q̄ relatio in aliquibus cōuenit cum alijs generibus, in aliquibus differt. conuenit namq; in hoc, q̄ eſt p̄dicamentum, & genus entis, & accidens. Differt uerò, qm̄ præter alia gña habet reſpectum non ſolum ad ſubiectum, ſed etiam ad obiectum, ſm habitudinem, ac dependentiam quandam. Sed quantum ad primas illas conditiones, relatio non conuenit Deo pp eius ſimplicitatem, & perfectionem. non enim relatio in Deo eſt prædicamentum, nec accidens, ſed quantum ad habitūdinem ponitur in diuinis, omni imperfectione, ac dependentia prorſus ſecluſa. & hoc propter ueram diſtinctionē, quæ creditur in diuinis, & propter ueram originem, ac habitudinem, ſeu reſpectum. Alia ergo prædicamenta in diuinis ſimpliciter tranſeunt in ſubſtantiam: relatio aūt quodammodo manet, & quodammodo tranſit: qm̄ alia gña non habēt reſpectum niſi ad ſubiectum, & quātum ad hoc tranſeunt: relatio vero ultra hoc dicit reſpectum ad obiectum, & quantū ad illum, manet. Non eſt ergo in Deo quantum ad id, quod notat cō poſitionem, dependentiam, aut imperfectionem: pp quod non eſt genus, neq; in genere, nec accidens, nec aliud à ſubſtantia. Vnde in diuinis non habet minùs de ente, ubi realiter idem eſt cum eſſentia, ſed in rebus creatis. Hæc Bonauentura.

¶His per omnia Petrus concordat, qui inter cætera q̄erens an conuenienter dicatur, alia eſt p̄ſona patris, alia filij, alia ſpirituſſancti, rūdet: In Deo eſt eſſentiæ vnitas, ac perſonarum pluralitas. nec vnum repugnat alteri: qm̄ perſonarum pluralitas ſumitur penes p̄prietates relatiuas, non abſolutas. Quāuis ergo dici nō queat alia eſſentia, attn̄ rectè dr̄ alia p̄ſona. ¶Et ſi obijciat, q̄ p̄ſona cōe quid eſt tribus p̄ſonis ſicut eſſentia, ergo nō magis dici fas eſt alia p̄ſona, q̄ eſſentia alia: rñdeē, q̄ non eſt ſimile, quia cōitas eſſentiæ eſt cōitas rei eiuſdem in numero, cōitas autem perſonæ eſt cōitas rōnis. Hæc Petrus. Obiectio. Dilutio.

¶Richardus quoq; rñdēs ad duas qōnes p̄actas, uidelicet an p̄prietates ſunt in diuinis, & an ſint ipſæ relationes, oīno cōcordat p̄inductis reſponſis Bonauenturæ, & parum aut nil ſuperaddit: ſed mouet hic alias quæſtiones, quas Bonauentura non monet, quę infra tangentur, atque ſoluentur. Richard.

¶Scripta demum Alberti videntur præhabitis cōſonare, quamuis in verbis eius unum videatur eſſe obſcurum. Sic etenim loquitur: Dico relationes eſſe in diuinis loquor de relationibus, q̄ ſunt perſonæ, & in perſonis ſm modum intelligendi: quia licet realiter loquendo relatio nihil ſit in perſona in diuinis, tñ ſm modum intelligendi diſtinguens eſt in diſtincto: & ſuppoſita p̄ſona nō ſupponitur relatio: ſicq; ponimus in uia perſona plures relationes. Albertus.

¶In uerbis his Alberti vr̄ obſcurū, quod ait, realiter loquēdo relatio nihil eſt in perſona in diuinis. Paternitas quippe realiter eſt in patre, filiatioq; in filio. & ſi relatio non eſt realiter in perſona diuina, ergo relatio non multiplicat diuinas p̄ſonas, ut ſcribit Boethius, nec per relationes ab inuicē diſtinguūtur. Idcirco Albertus (ut puto) vult dicere, q̄ p̄ tanto relatio realiter nihil eſt in perſona, q̄ nec realiter aliq̄d ſupaddit, nec accidentaliter ineſt. Nam & poſtea ſubdit: Relationes aliter ſunt in diuinis, & aliter in inferioribus. In diuinis namq; relationes ſunt exiſtētiæ modi, in inferioribus uero cauſam ex exiſtentiæ modis. Et hoc ideo, qm̄ in diuinis relationes ſunt diſtinguētes, atq; ſm intellectum ante relatiua. Vñ & iterū poſtea ſcribit: In numero generū nihil ita cōpetit in diuinis, ſicut relatio: & in ſpeciebus relationis nihil in diuinis ſic cōuenit, ſicut relatio originis. Qd̄ Albe. affirmat ad declarādū, q̄ ſola relatio multiplicat Trinitatē, put hoc ifra magis tractabit. Bo ethius.

¶His conſonant ſcripta Vdalrici in Suma ſua 3. li. dicentis: Ad aliq̄d eſt in diuinis verè, nō tranſumptiuē: quia ſcriptura docet patrem eſſe ueraciter gñantē, & filium naturaliter genitum, ac ſpiritumſanctū ab utroq; uerè eſſe ſpitatum. per quæ noīa deſignat uera rō eorum, quæ ad aliquid ſunt, quibus hoc ipſum eſt eſſe, ad aliquid ſe habere. Nec ſolū ſunt iſta in Deo ratione ſpecierum ſuarum, ut ea, quæ pertinent ad prædicamentum quantitatis, & qualitatis: ſed etiam ſm rōnem generis ſui, quod eſt ad aliquid ſiue relatio, qm̄ relatiua iſta in Deo ſunt, ut diſtincti ua perſonarum: diſtinguere uerò relatiuis non conuenit, niſi vt q̄dā reſpectus ſunt, quibus ea, q̄ ſunt ad aliq̄d cōparant ad alia. i. tales reſpectus eſt, p̄priè ipſa relatio. Veruntn̄ nō ſic, q̄ genus relationis, ut genus, ſit in Deo, cuius gñis ſpecies ſint p̄ſ, & filius: ſed q̄ nomē gñis huius cōe ſit creatori, & creaturis cōitate analogiæ, quēadmodū, & de prędicamento ſubſtātię diximus. Diſtinctio aūt in diuinis non pōt eſſe p abſoluta, qm̄ abſoluta oīa dicunt ſubſtantiam in diuinis, vt Auguſtinus, Boethiusq; teſtant. Cumque ea, q̄ ali orū ſunt diſtinctiua, oporteat eſſe diſtincta, oporteret in Deo eē diſtinctionē ſubſtātiæ ſi p abſoluta eēt diſtinctio p̄ſonarū. Hæc aūt diſtinctio eſt p fectionis, & nō diuidit diuinā eſſentiā. Sicq; hęc duo p̄dicamenta, uidelicet ſubſtātia & relatio, ſunt in diuinis Vdalricus. Auguſt. Boethius.

uinis sine compositione. Hoc namq; prædicamẽtũ ad aliquid, alium habet modum entitatis, q̃ cætera: quæ ex eo, ꝙ dicunt aliquid absolutum, essentias habent constantes in suis principijs absq; principijs sui subiecti. ad aliquid uerò non dicit nisi respectum, ita ꝙ respectus subiecti est sibi entitas, & quidditas sua: atq; hoc ipsum, quod est, alterius est. Ilte autẽ respectus habet duo in se, utpote esse suum, quod est in concretione ad subiectum: & rationem respectus, inquantum huiusmodi est. Primo modo, ad aliquid, in creaturis est accidens. Cumq; omnia nomina accidentium dicta de Deo, sint diuina substantia, etiam relatiua ista sic sumpta sunt idem, quod diuina essentia: nec ipso ad aliquid, ut sic sumpto, distinguuntur personæ: sed secundo modo, prout sũt respectus quidam ad alia, sine quibus intelligi nequeunt, quamuis illa non sint de ipsorum essentia. Et quia ad aliquid primo modo dicit esse respectus concretum cum subiecto, quidam dixerunt relationes in diuinis non esse nisi secundum quod sunt ipsæ personæ, & eas in abstracto non esse nisi expressiones personæ: ut si dicamus, rogo tuam benignitatem, id est, te benignum: attamen dicunt, ꝙ connotant coexistentiam correlatiuorum ideo non intendebant negare simpliciter relationes esse in Deo, qm̃ connotatio talis non est nisi secundum quod unum relatiuorum intelligitur in alio, sed verbis improprijs idem dixerunt: quia non nisi partem rõnis relationis considerauerunt, uidelicet, ut habet esse in subiecto: & non formale eius, quo relationis est referri ad alterum. Itaq; relatio secundum rationẽ respectus, potiùs est ad aliquid, quàm in aliquo: sed secundum esse sui respectus est in persona, & transit in substantiam: retinens tamen suam proprietatẽ a proprietate substantiæ, aut subiecti distinctam. Hæc Vdalricus.

Aegidius

¶Aegidius in his concordat Thomæ, ac Bonauenturæ, & ea declarat prolixè, quæ illi succinctim.

A lexand.

¶Ampliùs Alexander: Suppositis, inquit, rõne, & ordine originis in diuinis personis, necesse est ponere reales relationes in Deo. Concesso namq;, quòd natura diuina habeatur ab aliquo, necessariò sequitur distinctio secundum relationem, nihil detrahendo simplicitati diuinæ essentiæ. Intelligendo namq; diuinam naturam, necesse est, ut intelligatur in habente illam; & si intelligamus eam in habente ipsam ab alio, iam intelligimus eam cum proprietate incõmunicabili, qua separatur, uel distinguitur a nõ habente eam ab alio: & ex hoc introducitur differentia relationis, quia sic habetur sub duabus proprietatibus incommunicabiliùs. Et item dicendum de spiritusancto, qui est ab utroque: qui cum habeat eandem naturam à patre, & filio, iam sequitur, ꝙ ibi sit relatio alia, atque proprietas. Denique in alia quæstione pleniùs scribit de hoc: Nulla, inquiens, intentio, id est, ratio alicuius generis, nec quantitatis, nec qualitatis, nec cæterorum est, quæ non addat, aut minuat, uel mutet respectu substantiæ præter relationem: atq;, ut supra ostensum est, in diuino esse necessariò ponitur natura, & ordo naturæ secundum rationem originis. Verum, ut asserit Augustinus, cum dicitur pater, & filius, nõ indicatur substantia, sed origo, id est, non quid sit, sed unde quis sit, aut non sit. Si ergo quæratur origo, pater est Deus, de quo filius Deus, nullo uero est, de quo sit pater: & hæc propinquitatis sunt nomina, non naturæ: hinc relatiua dicuntur, siue ad aliquid, non tamen, ut accidens. Ratio namq; relationis est accidens, quæ consequitur substantiam aliquo modo cõpositam, sicut in creaturis. In principijs namq; substantiæ, quæ sunt materia, & forma, consideratur, quædam relatio, quæ non est accidentalis, sed connaturalis, sicut in esse materiæ coaccipitur ratio q̃dam potentiæ. Vnde materia dicit possibile quid ad formam. In essentia quoque formæ coaccipitur relatio actus, ſm quem est perfectio primæ materiæ. Relatio ergo potentiæ, & actus, accipitur in principijs substantiæ connaturaliter. multo igitur, imò in infinitum plùs, relatio in diuinis accipietur connaturalis, non accidentalis. Quo circa pensandum, ꝙ ad aliquid priùs est rõne accidentis simpliciter, tñ in creaturis mutabilibus sequitur. Intellectus enim accipit tria hæc, esse, & esse ad, & adesse. Esse, quod accipit, absolutè est esse substantiæ. Adesse verò accipit secundum rationem accidentis. accidens. n. est, quod adest, & abest. sed esse ad, accipit secundũ rõnem relationis, quę secundum esse suum refertur ad aliud. Cum igitur relatio est, quod est esse ad, prior est ratione eius, quod est adesse. hinc sequitur, ꝙ simpliciter loquendo, ratio relationis prior sit ratione accidentis. Hæc Alexander.

Antisiod.

¶Præterea de his in Summa sua primo libro tractat Antisiodorensis, recitans prætactans opiniones, & arguens contra eas; præsertim contra errorem Porretanorum. Veruntamen opinionem Præpositiui inductam, affirmat esse multum probabilem: Vidẽdum est, inquiens, quomodo. sustineri possit opinio magistri Præpositiui, dicentis, ꝙ sicut paternitas est pater, ita suppositа paternitate supponitur pater: nec est differentia, nisi in modo loquendi seu significandi. Cuius opinionis probabilitas apparet in hoc, qm̃ sicut Deus propter hoc, quod est omnimodè simplex, non eget aliqua actione ad hoc, ut agat in creaturam, sed seipso agit in eam: nec eget aliqua relatione, qua referatur ad creata, sed seipso refertur ad ea: ita pater, cũ sit omnimodè simplex, seipso refertur ad filium. Qui ergo opinionem istam vult sustinere, poterit ad instantias rñdere: ut cũ ita arguitur, Pater generat, & pater spirat, si in vtraq; propositione non denotatur nisi pater sic agens, idẽ erit dicere, pater generat, & pater spirat. Ad quod diceretur, ꝙ pater propter suam simplicitatem quãtum in se est, eodem modo se habet ad filium, & spiritum sanctum, tñ diuerso modo se habet ad illos, in quantum quasi ad plures effectus. i. productus, sicut Deus quãtum in se est, eodem modo se habet ad homines uniuersos, nihilominùs aliter habet se ad bonos, q̃ ad malos, similiter dico, ꝙ uerba hæc, generat, & spirat, quantum ad Deum patrem, idem significant, sed connotant diuersa ex modo significãdi. Hæc Antisiodorensis.

Præpositiui opinio defendit.

Diluitur instantiæ, cõtra Præpositiũ.

Dio. Car.

¶Verum si præinducta motiua, præsertim Bonauenturæ, ritè pensentur, solutiones istæ satisfacere non censentur. Nam & pater per intellectum, profert uerbum, & per uolũtatem spirat amorem: illaq; maxima, ꝙ idem inquantum idem, seu idẽ eodem mõ se habens, facit, seu agit idem, infallibiliter uera est apud theologos, atq; philosophos. pp quod oĩs distinctio, productorũ, ex parte producentis aliquo modo habet originem, sicut de hoc superiùs inducta sunt multa, atq; ex argumẽtis Scoti, & Francisci de Maronis, opinio illa pot clarissimè cõfutari. idcirco q̃ ad hoc, potiùs reor cõsentiendũ Alexãdro, Thomę, Alberto, Bonauẽturę, Petro, Richardo, Aegidio: quorũ positio in hac re nũc quasi ab oĩbus seruatur.

Solnũtur argumẽta initio q̃nis adducta.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd proprietates sunt in personis non quasi realiter ab ipsis distinctę, sicut & sapientia, pietas, atque iustitia est in Deo non

non tanquàm quid realiter distinctum à Deo, & tñ aliud conuenit Deo ratione iustitiæ, aliquid ratione misericordiæ. Neq; negandum est quin & proprietates, & relationes sint aliquo modo in diuina essentia tanquàm in fundamento, eo quòd omne relatiuum in aliquo absoluto fundetur. Qualiter autẽ hoc sit, & qualiter in una & eadem diuina essentia oppositę relationes originis queãt fundari, supra ex dictis doctorum, presertim, sancti doctoris in Summa cõtra gẽtiles, quantũ humanæ imbecillitati in prẽsenti possibile est, distinctione 2. & 3. ostensum est. Infra quoque tangentur rõnes Durandi & Scoti, satis idoneæ ad reprobandum illã opinionẽ. intẽdo quippe huic materiæ immorari, eo ꝙ doctores prẽcipui ualde, in huius distinctionis materijs videanť uarijs modis sẽ tire, quatenus diuersis opinionibus, atq; earũ motiuis hinc inde congruẽter attentis, veritas euidẽtiùs elucescat. ¶Ad scđm dicẽdũ ꝙ sicut diuinæ, & superbenedictæ psonæ sunt simplicissimæ, ita ꝙ in eis nõ est realis distinctio, q̃uis inter eas distinctio sit realis, utpote personalis: sic per eas ab inuicẽ distinguntť. i. non per aliquid reale adiunctũ, sed per proprietates eis consubstantiales, quæ nihilominus sunt in eis & rõne distinguunť ab ipsis, quæ rõ non est inanis, aut ficta, quia fundamentum habet in re, quemadmodũ inter intellectũ & volũtatẽ Dei extat talis distinctio, q̃uis realiter unum, & idẽ cosistant. ¶Ad tertiũ respõdetur, ꝙ quãuis unaquæque relatio in diuinis sit realiter ipsa diuina essentia, relationes tñ originis inter se realiter sunt distinctæ. idcirco distinguere queunt personas. Deniq; in creaturis dña prædicatur de specie, sicut rõnale de hoĩe. sicque realiter identificatur cum illa, & tñ distinguit eã ab alijs. Quid ergo miramur, si in diuinis essentialiter idẽ sit distinguẽs, atq; distinctum, dummodo formaliter. i. ratione nõ cassa distingnunť? Ad auctoritatẽ Hilarij respõsio certa, & clara est. non enim intendebat asserere, quòd diuinæ personæ solis distinguanť vocabulis, cum hoc sit Sabellianæ pfidiæ: sed per distinctionem noĩm exclusit distinctionẽ essentiæ, ita vt per noĩa intelligãtur proprietates noĩbus designantæ. ideo ſm Bonauenturã per noĩa iutellexit noĩm significata. ¶Ad auctoritatem ẽt Damasceni rũsum est supra speciali in qõne. Bonauẽtura verò hic scribit, quòd differre rõne contingit tripliciter. Primò ex parte nostræ apprehẽsionis, & sic bonitas & sapiẽtia differũt rõne in Deo. Secundò ex parte attributionis, quia uideliçet aliqs modus attribuitur vni, non alteri. sicque differunt rõne, essentia, persona, & notio. Tertiò, differre ratione, est differre secundum pluralitatem distinctionis, quæ non inducit diuersitatem in essentia, seu natura: & sic una persona differt ab alia ratione. Petrus autem breuiter respondet, dicendo quòd Damascenus sumit rationem pro relatione.

Ad 2.

Ad 3.

Arguitur. 1. contra veritatẽ.

Bonauent.

QVAESTIO II.

SEcundo q̃rit, *An proprietates relatiuæ, seu ipsæ relationes constituunt in diuinis personas, uel earum distinctionem solum ostendant.* ¶ Vt ꝙ non constituãt eas, quia relationes secũdum ordinem naturę, ac intelligentiæ sequuntur actus personales, & fundãtur in eis sicut paternitas in generatione. non enim est pater nisi gignendo. generare autem sicut & agere, est suppositorum. ergo Deus pater secundum ordinem naturæ & apprehensionis, est persona ante paternitatem, imò & ante generationem, non ergo paternitas constituit eum personam. ¶ Secundò, quòd procedit ab alio, eo ipso quo ꝓcedit ab ipso distinguitur, qm̃ nihil producit seipsum: ergo sola origine distinguuntur diuinę personæ. ¶ Tertiò, prima distinctio rerum debet esse per essentialia, & absoluta, quatenus ordo distinguentiũ correspõdeat ordini distinctorum. Prima aũt distinctio est diuinarũ distinctio personarũ, q̃ etiã cã est distinctionis, productionisq; creaturarũ: ergo personæ illæ super dignissimæ per absoluta abinuicẽ distinguunť. ¶ Quartò, oẽ respectiuũ ad aliquod absolutũ reducit. ergo prima realis distinctio non est p respectiua & absoluta. ¶ In oppositũ est, ꝙ ait Boethius, essentia seruat unitatem, relatio multiplicat personas. Personæ quoq; non distinguuntur per absoluta, ergo per relatiua.

3

4

In oppositum Boethius

¶Ad hoc Thomas rñdet: Quidã dicunt quòd principium distinctionis hypostasum diuinarum non sit relatio, imò ꝙ hypostases seipsis distinguunť per solam originem, & relationes manifestent distinctionem hypostasum: sicut in creaturis proprietates nõ faciunt differre secundum numerum, imò talis differentia causatur ex diuisione materiæ, sed eam tñ ostendunt. Hoc autem stare non potest, qm̃ quæ seipsis distinguuntur, ex seipsis aliquam habent rationem distinctionis: sicut substantia à quantitate per id, quod in intellectu est utriusque, quod est esse subsistens, quantũ ad substantiã: & esse mensuram, quo ad quantitatẽ. Si autem considerentur duæ hypostases, una hypostasis inquantũ hypostasis, nõ habet in intellectu vnde ab alia distinguanť, cum vtraq; sit hypostasis. ergo oportet ꝙ habeat hoc, inquantum est hæc hypostasis per aliquã determinationẽ existentẽ tem in ea, uel ſm determinatam materiam, sicut est in creaturis quid esse non ualet in Deo, uel ſm aliquid. Si aũt dicat, ꝙ hoc sit sola origo, ꝑ quã determinatè efficit, seu producitur ista hypostasis, tunc ꝑ originem intelligit, uel ipsa relatio originis, & hoc est, quod ponimus: aut origo, ut significat per modum operationis, & sic nullo modo habet, quod distinguat hypostases: imò oportet, ꝙ sit ab hypostasi distincta, qm̃ omnis operatio est individuorum distinctorum ſm philosophum. Ideo dicimus, ꝙ nihil aliud est principium distinctionis in diuinis, nisi relatio: cuius rõ est, quia oĩs distinctio, uel diuisio ſm philosophum 5. metaphysicæ, est uel per quantitatẽ, uel per formã. Porro in diuinis non est diuisio, neq; distinctio per quãtitatem, neq; materiã, cum in Deo nõ sit quantitas, neq; materia. est ergo ꝑ aliquã formã. Oĩs uero distinctionis formalis principium est aliqua oppositio, oppositionem largè sumendo, ꝑ ut ẽt imperfectũ, & perfectũ opponunť, inquantum in uno est negatio, priuatiove alterius. In oĩbus aũt oppositionibus alterũ est, ut perfectum, alterũ, ut imperfectũ, pręter relationẽ: quod patet per se in affirmatione, & negatione, in priuatione quoq;, & habitu. patet etiam in contrarijs, quia ſm Philosophum physicorum 1. semp unum contrarium est sicut nobilius, & alterum ut uilius: ideo in diuinis nulla talis põt esse distinctio, ubi est summa, & pura perfectio. Sed in relatiuis neutrum est sicut priuatio alteriùs, uel defectum ullum important: quia in relatinis nulla est oppositio ſm id, qđ relatiuũ in aliquo est, sed ſm id, quod ad aliud dr. Vñ q̃uis una relatio habet annexam negationẽ alterius in eodem supposito, non tñ ista negatio aliquem importat defectum: qa defectus non est nisi ſm aliquid, quod natum est eẽ in aliquo. Vnde cum id, quod habet oppositionem relatiuam ad ipsum, secũdũ rõnem oppositionis nõ ponat aliquid, sed ad aliquid, non sequitur imperfectio, uel defectus. Hinc solum talis oppositio cõpetit distinctioni personarum. Hæc Thomas in Scripto.

Relatio sola ẽ distinctionis prĩcipium in diuinis. Philosop.

Tho aqu.

¶Insuper in prima parte Summæ q̃one 40. In q̃buscunq; inquit pluribus inuenit̃ aliquid cõe, oportet quærere aliquid distinctiuum. Cumq; diuinæ p̃sonæ conueniant in essentia, necesse est quęrere quo distinguantur, ita ut plures sint. Inueniuntur aũt in diuinis duo, ſm quæ differunt, ſ. origo, atq; relatio: quæ quamuis non differant re, differunt tñ in modo significandi: quia origo significaf̃ per modũ actus, ut gñatio: relatio uero per modum formæ, sicut paternitas. Quidam igit̃ attendentes, q̃ relatio consequit̃ actum, dixerunt, q̃ hypostases in diuinis distinguunt̃ per originem, ita q̃ pater distinguitur a filio, qm̃ pater gñat, & filius gñatur: relationes uero, seu proprietates manifestent consequenter distinctionem hypostasum, quemadmodum in creaturis proprietates manifestãt distinctionem indiuiduorum. Sed hoc stare non põt pp̃ duo, Primò, quia ad hoc, quod aliqua duo intelligantur distincta, necesse est eorum distinctionem intelligi per aliquid utriq; intrinsecum, sicut in rebus creatis per materiam, uel per formam. origo aũt rei non significatur, ut aliq̃d ei intrinsecum, sed ut uia quædam a re, uel ad rem, sicut gñatio significatur, ut via ad genitum, & ut a gñante progrediens. ideo esse non põt, ut generans genitum sola distinguantur generatione, sed oportet intelligere, tàm in generante, q̃ in genito ea, quibus abinuicem distinguuntur, sed in diuinis personis non põt intelligi nisi essentia, & relatio, siue proprietas, vel notio. Cumq; in essentia conueniant, relinquitur, q̃ per relationes distinguantur. Secundò, quia distinctio in diuinis personis non est sic intelligenda, q̃ aliquid cõe diuidatur in eis, quia essentia cõis remanet indiuisa: sed oportet, q̃ ipsa distinguẽtia constituant res distinctas. sic autem relationes, seu proprietates constituunt hypostases, seu personas, inquantum sunt ipsæ personæ subsistentes, quẽ admodum paternitas est pater, qm̃ in diuinis non differt abstractum, & concretum: sed contra rõnem originis est, q̃ personam constituat, quia origo actiuè sumpta, significatur, vt progrediens a subsistente persona, ficq; præsupponit eam. origo verò passiuè accepta sicut natiuitas, significatur, ut uia ad personam, & nondum, ut eam constituens. Vnde meliùs dr̃, q̃ personæ distinguuntur relationibus, q̃ origine. Quamuis n. distinguantur utroq;, primo tñ, ac principaliùs per relationes ſm modum intelligẽdi. Nempè hoc nomen pater significat non solum proprietatem, sed etiam hypostasim: sed hoc nomẽ genitor, vel generans, significant tantum proprietatem, uel originem: quia hoc nomen pater, significat relationem, quæ est distinctiua, & constitutiua personæ, hoc autem nomen generans, seu genitus, significat originem, quæ nec est constitutiua, nec distinctiua. Hæc Thomas in Summa.

Personæ diuinæ nõ distinguũt̃ tñ origine.

Albertus.

¶At vero de hac re Albertus non scribit diffusè, sed introductis ad vtranq; partem motiuis respondet: In speciebus relationis nihil sic competit in diuinis, sicut relatio originis, qua alius est ab alio, & per hoc distinctus ab eo. Ex quibus uerbis elicitur, q̃ positio Thomæ concordat Albero.

Petrus.

¶Petrus quoq; his consonans: Proprietates, inquit, in diuinis personis sunt principium distinguẽdi, inquantum referuntur ad alterum: & etiam principium existendi, seu constituendi, inquantum dicunt originis principium. Nam cum in diuinis tñ sint duo prædicamenta, substantia, & relatio, nec possit esse personarum distinctio penes substantiã, oportet, ut sit penes relationem. Harum autem relationum simpliciores sunt, quæ immediatiùs se habent ad substantiam, ut sint relationes originis. idcirco per hmõi relationes oppositas est distinctio personarum, Oĩs namq; distinctio fit per oppositionis naturam. Cum ergo in oĩbus alijs oppositis vnũ extremorũ perfectũ sit, alterũ imperfectũ, p̃ter quã in relatiuis &c. vt sup. in verbis Thomæ. Hęc Petrus.

Dionysius

¶Verumtñ hic vltimo verbo vr̃ obijci posse, q̃ ét in relatiuis vnũ extremorũ pfectũ est respectu alterius, aliud impfectũ: ut patet in his relatiuis, dñs, seruus, magister, discipul⁹: causa, causatũ: & cõsimilib.

¶Præterea circa hæc partim aliter sentire videntur. Alexander, Bonauentura, & alij quidam.

Bonauẽt.

¶Bonauentura quippe hic loquitur: Quidam dicunt, q̃ in diuinis ꝓprietates non solum dant personis innotescere, sed ét esse: hoc est ꝓprietates relatiuæ non solum sunt principia cognoscendi, seu manifestandi personas, sed ét constituendi, distinguendiq; eas. alij dicunt, q̃ ꝓprietates non sunt rõ distinguendi personas, sed cognoscendi, & manifestandi distinctionem earum. Vr̃ aũt utraq; opinio aliquid ꝓbabilitatis habere. In diuinis namq; personis intelligimus, tàm originem, seu emanationem vnius ab alia, q̃ habitudinem, seu respectũ vnius ad aliam; atq; ſm rõnem, & ordinem intelligendi origo præcedit ipsum, qui oritur, similiter ſm rõnem intelligendi habitudo consequitur ipsum, qui refertur. Potest ergo ꝓprietas relatiua importare habitudinem tñ, & ita sequitur rõnem distinctionis, & per cõsequens distinctionem: estq; rõ innotescẽdi distinctionẽ, non distinguẽdi, ut dixit 2. opinio. Põt quoq; ꝓprietas importare utranq;, videlicet habitudinem, atq; originem: & sic non solum est rõ innotescẽdi, sed etiam distinguendi, ut ait prima opinio.

Dio, Car.

¶Ex quibus sit euidens, q̃ ſm eum diuinæ personæ distinguuntur origine, seu emanatione, non ꝓprietate, si proprietas solã habitudinem dicat, q̃ ſm ipsum non est nisi rõ innotescẽdi, & sequens distinctionem: si uero proprietas, tam originẽ, q̃ habitudinã exprimat, sic est rõ innotescendi, & distinguendi personas; innotescendi, ſm quod habitudinem denotat; distinguendi vero, ꝓut originem dicit.

Alexand.

¶Hinc demum differuit: Alexander: In diuinis non solum est relationum distinctio, sed etiam subsistentium rerum, videlicet personarum. Veruntñ relatio manifestat distinctionẽ in diuinis. Vnde respectu diuersarum proprietatum sunt plures res subsistentes, non quòd sint res subsistentes, seu personæ solum per illas relationes, imò etiam, & ipsis: sed respectu proprietatum, non respectu essentiæ, quia hypostasis dicit respectum ad proprietatem. Hæc Alexander.

Dion. Car.

¶Qui ẽt positionẽ. Præpositum de relationibus, ac notionibus

notionibus in diuinis satis commendare uidetur, & multum probabilem esse fatetur. Et circa hoc eadẽ scribit, quæ pauloante ex Summa Antisiodorensis scribit recitata.

¶Nihilominùs post hæc Alexander adiungit, quòd secundum communem opinionem notiones sint in diuinis ponendæ. & quamuis iã dixerit, quòd relatio manifestat distinctionem in diuinis, in alia tamen fassus est quæstionem, quòd licet personæ distinguantur seipsis, distinguitur tamen, & proprietatibus suis: nec distinctio illa per se istam excludit quoniam proprietates non ponunt numerum cum

Damasce.

personis. Allegat etiam Damascenum dicentem, quòd diuinæ, & sanctæ hypostases non differunt secundum substantiam, sed secundum characteristica idiomata, id est, determinatiuas proprietates.

Auguſt.

Similiter ex uerbis Augustini declarat, quòd quælibet diuina, & increata persona habet diuinam essentiam secundum specialem, & proprium sibi modũ: quoniam pater habet eam à seipso, id est, à nullo alio, filius à solo patre per generationem, spiritussanctus ab utroq; per processionem. Nam ait: unaquæque diuina persona, sicut loquitur Damascenus,

Damasce.

ꝓprium existentiæ possidet modum. & modus ille non significabitur nomine essentiæ, quę communis est tribus, nec nomine personę, cuius est ipse modus ideo significabitur, ut habitudo siue ꝓprietas. Hęc Alexander.

Dion. Car.

¶Ex quibus constat, quòd doctor iste, & item Albertus cum suis sequacibus per specialem modum existentiæ personarum non intelligunt aliquid absolutum, sed relatiuam potiùs proprietatem.

Richard.

¶Præterea diligenter aduertendum, quòd ad quæstionem propositam respondet Richardus: Inter diuinas, inquiens, personas consideratur duplex principium distinctionis. unum quasi effectiuum, & alterum quasi formale. Videtur ergo dicendum, quòd per ipsas emanationes distinguuntur personæ, quasi per effectiua distinctionis principia. generare namq;, & generari, sunt ratio distinctionis inter patrem, & filium. sic spirare, & spirari, sunt ratio distinctionis spiritussancti à patre, & filio, ad similitudinẽ causæ efficientis. actio enim ad causam efficientẽ reducitur. per relatiuas uero proprietates distinguunt̃ personæ tanq̃ per principia distinctionis formalia. una quippe persona distinguit̃ ab alia ꝓ suã formã constituentẽ, quasi ꝓ principiũ formale intrinsecũ: personalis uero proprietas est constituua personæ distinguuntur ergo personæ ab inuicem per suas proprietates personales, tanquam per formalia distinctionis principia. Non enim dici potest, quòd formaliter distinguantur ꝓ aliquid absolutũ, quia hoc cum summa simplicitate diuinæ essentiæ

Duplex principiũ distinctionis in diuinis.

Anſelmus

non ualet stare. Vnde Anselmus libro de processione spiritussancti: Pluralitas, inquit, sequit relationẽ, Hæc Richardus.

Dio, Car.

¶Ex hac rationabili responsione, & sapientiali distinctione uidentur præinductæ duæ positiones distinctione personarum per originem, aut per proprietates, posse concordari. Qui etenim dicunt eas distingui per originem, uerum dicunt, loquendo principio distinctionis quasi effectiuæ: q̃ uero opinantur eas per proprietates distingui, uerum dicunt, loquendo de principio distinctionis quasi formali intrinseco.

Aegidius.

¶Ampliùs circa hæc scribit Aegidius: Sicut in creaturis duplex consideratur distinctio, una quæ res creata differt à rebus alterius ſpei, ac naturę: alia ꝓ quam à suppositis suæ distinguitur naturæ, quẽadmodum Petrus per suam humanitatem differt à Leone, & equo, sed per indiuiduantia distinguitur à consortibus suæ naturæ: sic suo modo persona diuina per suæ deitatis naturam ab oĩbus distinguitur creaturis. Vna autem diuina persona distinguitur ab alia sibi consubstantiali persona, nõ ꝓ essentiam, sed per aliquid relatiuum, & ꝓpriũ sibi, atq; incomunicabile, & ꝓ illud constituitur in esse ꝓsonali, puta per relationem. Relatio autem dupliciter ꝓnũciatur, uidelicet per modũ proprietatis, ut cum dr̃ paternitas, filiatio: & per modũ actionis, seu etiam passionis, ut cum dr̃, generare, aut generari. Relatio enim secundum modum intelligendi semper sequitur aliquid aliud, seu alterum, sicut æqualitas quantitatem, similitudo qualitatem, uel actionẽ, aut passionem: sicut quis dr̃ pater, qm̃ genuit: & filius, qa est genitus. ficq; relationes in diuinis sequunt̃ originem, qa non sunt ibi relationes distinctiuæ nisi relationes originis. Et qa relatio in diuinis significat hoc duplici mõ, q̃dã dixerunt personas distingui origine, seu emanatione, cum, & Damascenus testetur primo libro: q̃ oĩa in diuinis sunt idem præter gñationem, & ingñationem, & processionẽ. Alij dicũt eas proprietate distingui. Sed qa originẽ sequit relatio, seu ꝓprietas, ita, q̃ origo est quasi principiũ ꝓprietatis: dicendũ, q̃ in diuinis personis origo se habet per modum principij distinctionis, ꝓprietas uero ꝓ modũ distinguentis, hypostasis autẽ, seu ꝓsona ꝓ modũ distincti. Sed qm̃ iuxta prehabita, distinctio in diuinis est ꝓ relationes, & ipsa ꝓprietas magis significatur ꝓ modũ relationis, q̃ origo, sicut paternitas. q̃ generatio: hinc magis ꝓpriè dicuntur personæ distingui per proprietates, q̃ ꝓ originem. Hæc Aegidius. Qui in hoc Thomæ consonat.

Damasce.

Durandus

¶Ampliùs circa hæc ait Durandus: Quidam dicunt non omnes diuinas personas per relationes distingui, quoniam præter tres personas relatiuè dictas, quas ponit fides, ponunt suppositum absolutũ in Deo: non tamen dicunt quatuor esse personas in diuinis, quia hoc absolutum suppositum non ponit (ut dicunt) in numerum cum tribus personis, sed est eis cõe, sicut alij dicunt diuinam essentiam eis eẽ cõem. Sed istud vr̃ erroneum, qm̃ suppositum, seu ꝓsona in natura intellectuali, dicit hoc aliquid subsistens, incommunicabile, & completum ultima cõpletione in illa natura, nec ultra determinabile ad esse personale: sed in diuinis nullum absolutum põt esse hmõi, cum omne absolutum sit tribus personis cõe. Alij dicunt personas tres non distingui per relationes, qm̃ dicunt eas constitui per modos absolutos, qui præsupponuntur relationibus, quod tñ non probant directè, sed indirectè duntaxat, dicentes, quòd eadem inconuenientia, quæ secundum ad uersarios ad istam positionem sequuntur, ad illam quoq; opinionem sequantur, quæ dicit personas ꝓ relationes distingui, similiterq; soluunt. Nos. n. ponimus personas relationibus distingui, ad euadendum cõpositionem in diuinis: quæ esset in diuinis, nisi distinctio personarum esset per relationes: atq; ad euadendum distinctionẽ diuinæ essentiæ ꝓ hoc, quod relationes oppositæ põt esse in diuina essentia tanquã in fundamento pp̃ infinitam eius fœcunditatem. Sed cõsimiliter põt dici de modis absolutis, qm̃ cũ sint modi rerũ, & nõ quidditates, nõ faciunt compositionem cum essentia. Rursus, plures hmõi in vna queũt fundari essẽtia, sicut plures relationes: ficq; ꝓ tales modos diuinæ ꝓsonæ põt constitui, & distingui. Hæc Durandus. Qui consequenter contra opinionem hanc arguit, ut infra tangetur.

¶Deinde

¶ Deinde quærit an ꝑsonæ distinguant̃ potius ꝑ relationes, q̃ per origines, & rn̄det, ꝙ ꝑ relationes. Ad qđ adducit motiua paulo añ ex Tho. inducta.

¶ Deinceps quærit, quòd à prælegatis doctoribus non quæritur, an relationes distinguant personas inquantum relationes, vel inquantum proprietates. Circa, quòd scribit: Videtur quibusdã, ꝙ sub ratione proprietatis, & nullo modo sub ratione relationis: tũ quia relatio, vt relatio, suum præsupponit fundamentum, ergo diuinæ relationes præsupponunt origines, in quibus (vt dictũ est) fundant̃, & per cõsequens personas distinctas: tum qa relatio, vt relatio, non habet nisi referre id, cuius est relatio, nõ constituere: sed hoc habet inquantũ proprietas & præintelligitur emanationibus. Verũ ista opinio nõ videtur idonea, qa si proprietas distinguit personas, vel inquãtũ est absoluta, vel inquantũ relatiua. si primũ, ergo ꝑsonæ diuinæ ꝑ absoluta distinguunt̃: si vt relatiua, ergo formalius conuenit relationi distinguere. ¶ Rursus si per proprietates fit distinctio suppositorum, ergo sicut distinctio suppositi absoluti fit per proprietatem absolutam, ita distinctio suppositi relatiui fit per proprietatem relatiuam.

¶ Item relationi originis inquantum talis conuenit distinguere: quia in se oppositionem includit ad suum correlatiũ ratione originis. Ad primum ergo motiuum opinionis illius, dicendum, ꝙ origines non sunt fundamentum relationum, sed secunda Dei essentia. Origines enim non sunt nisi ipsæmet relationes, videlicet à quo aliquid, & quod ab aliquo. Hinc qui præintelligeret personas origini bus, vel origines relationibus, male intelligeret: sed simul intelligenda est persona cõstituta cum sua relatione. Ad secundum dicendum, ꝙ relatio non habet constituere in esse, nisi illud esse sit referri: sed si est referri, qua ratione habet referre, eadem ratione habet dare tale esse, scilicet esse relatum. esse aũt personale in diuinis est esse relatum. idcirco relatio sub ratione relationis, pôt constituere diuinam personam in esse personali. Hæc Durandus. Cuius solutio ad primũ infra patebit, quid cõtineat veritatis.

Scotus.

¶ Insuper Scotus circa hæc scribit diffusè: Opinio, inquiens, Præpositiui dicit, ꝙ personæ distinguuntur seipsis. contra quod arguitur primò, Quæcunq; nõ sunt primò diuersa, per aliquid sui distinguuntur: quoniam, quæ se totis distinguuntur, sunt primò diuersa. si enim non sunt ꝓ primò diuersa, sed habent aliquid idem, in quo communicant, puta essentiã, tunc nõ eo distinguuntur, in quo sunt idem, sed distinguuntur aliquo sui, quo non sunt idem. diuinæ aũt personę non sunt primò diuersę, cum sint eiusdem essentiæ, ergo aliquo distinguuntur.

Propositi in opinio impugnatur.

¶ Præterea in patre est generatio actiua, & actiua spiratio, sed spiratione actiua non distinguitur à filio, cum, & illa filio insit: ergo pater non seipso toto primo distinguitur, sed aliquo, quod est in eo.

¶ Item, si pater se toto distinguitur à filio, pari ratione, & à spiritusancto: & si eodem modo distinguitur ab vtroq;, ergo eandem habet habitudinem ad vtrunque, & econtrariò, vt supra. Est ergo communis opinio, ꝙ personæ relationibus constituuntur, & distinguuntur. Absolutum etenim additum absoluto, necessariò facit compositionem. si ergo in absoluto personæ cõueniant, cõstat, ꝙ nõ eodem absoluto, quo cõueniunt, personaliter distinguunt̃. si igitur absoluto aliquo distinguunt̃, ergo ẽ ibi absolutum, & absolutũ, & ꝑ consequens compositio.

¶ Itẽ relatio vno modo potest trãsire in substantiam, & per hoc non facere cõpositionem cum absoluto: alio modo manet relatio, vel oĩ modo transit. & si nullo modo manet relatio, non distinguit personas, sicut, neq; essentia. si aũt omni modo maneret, induceret compositionẽ. Qualiter autem relatio possit constituere, & distinguere personas declaratur per hoc, ꝙ relatio necessariò distinguitur ab opposito suo realiter, qm̃ idem non producit seipsum: ergo erit realis aliquorũ, quæ in diuinis, sunt relatio, nec potest ibi esse per informationem, ergo est subsistens. Nec ex hoc sequitur distinctio essentiæ, qm̃ idem illimitatum, seu infinitum, potest esse fundamẽtum oppositarum relationum: & tunc ista relatio dicitur uno modo manere, & alio modo trãsire. Et istud intelligendum est de relationibus originis, quia hæ primò pullulant in diuina essentia: quoniam primò in essentia Dei est duplex fœcunditas, eo ꝙ ibi sit infinitus intellectus, & infinita voluntas: quibus mediãtibus pullulant relationes originis pertinentes ad communicabilitatem naturæ.

Dionysi. Carthu.

¶ Itaq; Scotus satis fideliter hanc narrat positionem cõem, quæ ferè iam ab oĩbus tenetur, probationes quoq; & auctoritates, qbus innititur. deinde multipliciter arguit contra eã, & qualdã auctoritates contra eã saltem secundũ apparentiam introducit. quo facto, ponit quandã opinionẽ iudicio plurimorum valde absurdam, videlicet, ꝙ personæ diuinæ constituantur, & distinguãtur per absolutas, proprietates, ac realitates, quas tn̄ dicit non facere compositionẽ cum diuina essentia, quamuis ex natura rei, seu formaliter differãt ab eadẽ: & nihilominus dicit relatiuas proprietas esse veraciter in personis, & quasi aduentitias personis iam constitutis in esse. hancq; opinionẽ multipliciter nititur roborare, fulcire, & colorare, atq; ad eam magis videtur per assensum diuertere: non tamen cum absoluta assertione, sed opinatiuè. Nam, & obiecta, quæ contra communem illam doctorum positionẽ induxit, soluit, insinuans utranque opinionem probabiliter posse defendi. opinionẽ, quoq; Præpositiui redarguit. Quid autem de his veriùs, atq; fidelius videatur tenendũ, paulo post exprimetur. prius tamen recitanda est hic opinio cuiusdam famosi doctoris, qui tamen in hac materia vt̃ non modicè deuiare.

Positio Scoti plurimorum iudicio absurda.

¶ Itaq; dominus Gulielmus Parrhisiensis episcopus, in tractatu suo de Trinitate, defendit, atq; proviribus persuadet diuinas personas nõ constitui, neque distingui per relationes, proprietatesve relatiuas: imò relationem dicit nil reale, aut positiuũ constere, neq; in Deo, neq; in creaturis, sed intentionẽ tantum, seu ens rationis. Et inter cætera scribit sic: Si similitudo causa est duarum albedinum, necessariò esset eiusdem essentiæ secundum speciem. Amplius, qualiter aget album in album per albedinem ipsam, cum album nequaquam passibile sit ab albo per albedinem ipsam? & qualiter aget albedo in proprium subiectum, quoniam ab albedine similitudo procedit, qua album dicitur simile albo: aut quomodo hæc albedo, effluet de se tam differentẽ essentiam, puta similitudinem, quæ relatio, & ens reale uocatur? correlatiua autem albedo ad hoc adiuuat, ut albedo causet per se similitudinem duarum albedinum. Item unde aget subiectum album, quod est in oriente, in subiectum similiter album, quod est in occidente: vel subiectum, quod est sub terra, in subiectum, quod est super terram? Manifestum est ergo, huic albo nihil omnino per naturam aduenire ex eo, quod aliud est album, cum hęc albedò æquè quieta sit ab omni actione, & motu, siue aliud album sit, siue non.

Guil. Par.

¶ Insu-

¶ Insuper, si similitudo alborum differt ab albedine, poterit per intellectum similitudo ab albo, atque albedine abstrahi, & destructo uno alborum, intelligi: sicq; esset similitudo inter album, & non albũ. Hæc Gulielmus.

¶ Ex quibus conatur probare, quod relatio nil addat reale proprio fundamento, Insuper, quòd ẽt in diuinis ita sit, sic nitiẽ persuadere: Necesse est patrem eoipso esse patrem, quo, & istum, demonstrato aliquo, aut non. Si sic, idem esset esse patrem, & esse istum. sed hoc est impossibile, cum esse istum, sit absolutum: & esse patrem, sit relatiuum. Si ergo ẽst aliud esse istum esse patrem, intentio, seu ratio patris aliquid addit ad intentionem, seu rationẽ eius, quod est iste. paternitas ergo est aliquid additum isti, pręter intentionem, seu rationem, qua est iste: & ita in Deo patre non idem erit, esse istum, & esse patrem: sicq; esse patrem, erit, uelut accidentale, & aduẽtitium suppositio patris, uel à foris affixum, quod dici non potest. sicq; relatio non erit nisi intentio, & non quid reale in Deo.

¶ Meritò igitur quæritur, qualis sit differentia inter patrem, & filium, quorum est in essentia unitas. Quòd si quis dixerit, quòd dixerunt relatione, rectè respondet: sed sola relatio impedire non potest mutuam de se inuicem prædicationem. Nam, & apud nos idem est pater, & filius respectu diuersorum, idcirco necesse est aliam esse differentiam inter patrem, & filium. Nam, & intelligere possumus patrẽ nõ genuisse, & tamẽ adhuc esse, & esse hunc.

¶ Amplius, iste, qui genuit inquãtum iste, aut differt ab eo, qui genitus est inquantum ille, aut non. Si non, ergo uterque est idem: si uero differt, ergo pręter relationem est differentia inter eos. Hæc Gulielmus.

Dionysius

¶ Verum ista opinio uidetur magis à ueritate recedere, q̃ prætacta à Scoto narrata opinio. Vtraque quidem concordat in hoc, quòd diuinæ superglorioſæ personæ distinguantur per absoluta: sed ista adijcit ad errorem, quòd relatio nec in Deo, neque in creaturis sit ens reale, sed solum ens rationis.

Personæ diuinę nõ distinguũtur absolutis proprietatibus.

Ad reprobationem autem utriusq; opinionis, quãtum ad hoc, quod dicit supersublimes adorandas personas ꝑ absolutas proprietates distingui, prorsus sufficiunt auctoritates sanctorum, & argumentationes doctorum ad hoc hinc inde, & etiam in hac quæstione inductæ: nunc tamen aliqua sunt addenda, & specialiter cõtra errorem de realitate relationis iam tactum, & breuiter ex doctrina sancti Dionysij in libro suo de trinitate, quę quidã de diuinis characteribus, alij aliter nuncupant, & ex toto processu beati Augustini in libro suo de trinitate, Boethij quoque in suo de trinitate tractatu, Anselmi ẽt in libro de processione spiritussancti, & Alibi, ac Damasceni primo libro clarissimè innotescit, quòd quicquid in diuinis dicitur purè absolutè, tribus supersanctis personis extat commune. Impossibile ergo est, personas illas altissimas per absoluta, seu per absolutas proprietates esse distinctas, imò tales proprietates unicuiq; diuinæ personæ uerè conueniunt.

Dio Mar.

¶ Præterea nihil purè absolutum in diuinis multiplicatur, imò quicquid absolutè dicitur ibi permanet numero unũ: & sicut de qualibet persona diuina seorsum, ac singulatim, ita de duabus, ac tribus simul non propriè pluraliter, sed singulariter prædicatur. nullum igitur tale distinguit multiplicatve personas, imò in illo personæ sunt unum, & idem.

¶ Insuper, ea, quæ sola ratione, & non realiter ab inuicem distinguuntur, non sunt ratio realis, ac supositalis distinctionis in alijs: sed proprietates absolutæ non distinguuntur abinuicem realiter, ut patet ex dictis: non ergo personæ per eas realiter distinguuntur.

¶ Ampliùs, si per proprietates absolutas distinguerentur personæ. hoc præcipuè esset per eas, quæ cum personis conuenientiã habent maiorem, & quæ eis magis appropriatur, sicut potentia patri, sapientia filio, pietas spiritui sancto: non tamen distinguuntur per eas, ut clarum est, cum illæ unicuique personæ conueniant. Nam filius non solum uocatur sapiẽtia, uerum etiam uirtus, & brachium, ac dextera patris: atque ut circa hæc, argumentatur, & infert Durandus, cum isti non assignent, nec exprimant proprietates illas absolutas, per quas personæ secundum eos distinctæ sunt, sicut nos assignamus proprietates relatiuas, per quas cõfitemur eas esse distinctas, uidet opinio eorum esse fictitiũ. Porro si dicant, quòd latent, nec sine reuelatione queant agnosci, quæritur unde ipsi sciant, aut opinentur, uel potiùs somnient eas esse, cum nec ex scripturis, nec ex sanctis doctoribus suam queant opinionem probare, imo ex scripturis, & dictis sanctorum probetur oppositum, ut patuit, & patebit: nec innitantur nisi persuasionibus, & imaginationibus propriæ rationis, & adinuentionis humanæ, quod in materia fidei prorsus cauendum est: imo quæ dicunt, non solum sanctis theologis, sed communi quoque, ac solidiori doctrinæ philosophorum contrarientur, ut quod ait Gulielmus relationem non dicere, quid reale: quod ut iam ostendetur, peripateticorum obuiat documentis. An forsan istis scholasticis disputatoribus desuper reuelatum, aut inspiratum est, quod quantum ex scripturis rationalibusque motiuis perpendi ualet, nec apostolis, neq; prophetis est reuelatum, aut inspiratum? Nonne ipse Deus incarnatus, huius doctrinæ doctor præcipuus, in toto euangelio Deum patrem nomine patris, & seipsum nomine filij, ac unigeniti hubertim expressit, & tandem ipsam superbeatissimam Trinitatem distinctè insinuans, ac formam baptizandi præfigens, relatiuis eam expressit nominibus: In nomine, inquiens, patris, & filij, & spiritussancti? Sic & Iohannes apostolus: Tres, inquit, sunt qui testimonium perhibent in cœlo. pater, verbũ, & spiritussanctus.

Durandus

Matth 28. 1. Ioan. 5.

Scotus.

¶ Præterea si dicatur, ut Scotus tangit, quod ideo Christus non expressit Trinitatem nominibus absolutis, quia discipuli non erãt capaces, hoc nihil est, cum, & multa alia prorsus incomprehensibilia docuerit eos. Ampliùs, nomina ista pater, & filius, tàm uerè, ac propriè conueniunt diuinis personis, q̃ verè conuenit uni eorum generare, & alteri generari. sed uni earum verè, & ex natura rei conuenit generare, & alteri generari, imo tàm uerè, ac propriè, ut dicat Apostolus: Pater domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. ergo personæ illi gignenti conuenit nomen hoc pater verè, & propriè, imò, & principaliùs, quàm alicui creaturæ: personæq; genitæ, tàm propriè conuenit hoc nomen filius. Et ex hoc soluitur argumentum Scoti, qui ad probandum, quòd personæ diuinæ non distinguuntur per proprietates relatiuas, potissimè allegat, quod Prouerbiorum penultimo Salomon ait, Quod nomen est eius? & quod nomen filij eius, si nosti? per quod dicit insinuari, quòd nomen hoc filius, non sit nomen

Ephes. 3.

Prouer. 30.

filio

filio Dei propriè competẽs, ita quòd exprimat proprietatem, qua filius à patre distinguitur. & simili modo arguitur de patre. quòd argumẽtum nullius vigoris est. Non enim Salomon quærit hoc, ad infinuandum, quòd nomen patris, & nomen filij non sint nomina propriè conuenientia personis diuinis, & exprimẽtia proprietates distinctiuas ipsarũ. sed ad innuendum, quòd tam pater, quàm filius sint innominabiles, ineffabiles, & incomprehensibiles eo modo communiter Deum ineffabilem, innominabilemq; fatentur non solum theologi, sed item philosophi, sicut, & supra est declaratum: quia uidelicet res significata per nomina in infinitum excellentius conuenit Deo, quàm capere ualeamus. Hęc paucis tacta sint contra præfatum errorem.

Relatio nõ est tantum ens rationis. Themist. Auicẽna

¶ Nunc specialiter reprobandus est error ille de realitate relationum, contra quem primò militat, quod Themistius, Auicenna, & alij celebriores peripatetici contestantur, ens reale, seu ens extra animam diuidi in decem prædicamenta, quorũ vnum consistit relatio, & quòd essentiæ prædicamentorum sunt impermixtæ, quod Boethius quoque, & Boethius. Philosop. peritiores philosophi Christiani fatentur: prædicamenta quippe sunt generalissima, & primò diuersa vt Aristoteles etiam docet.

¶ Insuper illa opinio non videtur catholicè posse defendi, quia secundum fidei veritatem septem sunt sacramenta ecclesiæ, quorum vnum est matrimonium, quod secundum doctores cõcorditer super quartum, non est nisi relatio, scilicet habitudo, & vinculum coniugatorum. cum igitur realiter sint septẽ sacramenta ecclesiæ, relatio est ens reale.

prẽlatura. ¶ Amplius dignitas episcopalis, prælatica, dominium, iurisdictio, præsidentia superiorum, sunt relationes, vt constat, & sunt aliquid in re, competitq; eis realis effectus, & honor eis debetur.

Algazel ¶ Rursus, vt Auicenna, & Algazel in metaphysica sua conscribunt, amicitia est relatio, seu mutuus amor amicorum adinuicem, quæ amicitia non est tantum in vno eorum. stultumq; esset asserere amicitiam illam non esse quid reale. Philosop.

¶ Denique teste Philosopho, quædam sunt relatiua secundum esse, & quædam secundum dici. certumq; est iuxta intentionem Philosophi, relatiua secundum esse, realem importare relationem. Vnde circa principium libri de quatuor cõæqueuis dicit Albertus. accidens, quod non nisi ens rationis Albertus. Boethius. est, nõ in prædicamento. prædicamenta namq; secundum Boethium sunt decem rerum principia, significantia ens reale.

¶ Adhuc autem inter consanguineos est consanguinitas verè realis, quæ tamen secundum doctores existit relatio. At vero, quod non est quid reale, non causat realem effectum: sed ordo, seu ordinatio, quæ est relatio, habet realem effectum, sicut experientia docet, quod candelæ accensæ, & multa similia ordinatè disposita, magis delectant, agunt aut terrent, quàm ineptè disposita: similiter soni, & Canti. 6. voces, hominesq; armati. vnde in Canticis ait scriptura: Terribilis, vt castrorum acies ordinata. Multa his consimilia ad idem possent induci, quæ & alibi ex verbis Alexandri, Thomæ, Alberti, Bonauenturæ, Aegidij, Richardi, & aliorum diffusius introduxi. idcirco hæc pauca pro præsenti sufficiant.

Augusti. ¶ Demum qa Gulielmus, & Scotus conaf defendere, q opiniones eorum prætactæ non sunt dictis Augusti. Boethij, Damasceni, Anselmi, Richardi de sctõ Victore, cõtrarię, nunc monstrabo oppositum.

Quod ergo summæ increatæ, & superfelices personę relatiuè dicantur, relationibusq; constituantur, distinguantur, & usque ad Trinitatem multiplicentur, innotescit ex eo, quod quinto de Trinitate capitulo octauo loquitur Augustinus: Illud precipuè teneamus, quicquid ad se dicitur præstantissima illa, & diuina sublimitas, substantialiter dici: quod autem ad aliquid, non substantialiter, sed relatiuè: tantamque uim esse eiusdem substantiæ in patre, & filio, & spiritu sancto, ut quicquid de singulis ad seipsos dicitur, utpotè absolutè, non pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur.

¶ Præterea 11. ei usdẽ libri capitulo contestatur: Quòd propriè singula. i. singulæ personę in Trinitate dicuntur nullo modo ad seipsa, sed ad inuicem, vel ad creaturam dicuntur, ideo relatiuè, non substantialiter ea dr manifestum est. In exordio quoq; libri octaui: Diximus, inquit, alibi ea dici propriè in illa Trinitate ad singulas personas distinctè pertinentia, quæ relatiuè dicuntur adinuicem. Multa his consimilia in libro de Trinitate, & alibi asserit Augustinus, & ea ad propositũ tam diffusè, ac euidenter prosequitur, ut nulli beneuolo, docili, non immãsuo, processum sancti illius considerati possit esse incertum, quin intentio fuerit Augustini, docere, q diuinæ personæ relationibus sint distinctæ: & q quicquid absolutè, ac essentialiter dicitur in diuinis, esse unũ, & immultiplicabile, ac tribus personis commune, atque in singulari numero prædicabile de eisdem, nec per aliquid tale personas distingui. sed identificari. Ideò verba Augustini aliter uelle exponere, & ad oppositum retorquere, est delirare, & manifesta abusio.

¶ Nunc idem ex verbis Boethij est monstrandũ. Boethius. Ait ergo pclarus ille philosophus, ac sublimis theologus, vir sanctus, ac martyr Christi, in suo de Trinitate tractatu: Pater. & filius ad aliquid dicuntur, nihilq; differunt nisi sola relatione. Et quod aliqui dicunt, q Boethius sumit ibi relationẽ non propriè pro relatiua proprietate, sed pro origine, pater esse erroneũ si quis totum processum Boethij, & præcedentia, ac sub sequentia ritè intueatur. In toto, nãque illo tractatu sumit relationẽ pro ad aliqd propriè. Vnde & ante præallegata verba præmisit: Age nunc de relatiuis speculemur, pro quibus oẽ, quod dictũ est, sumpsimus ad disputationẽ. Nihilominus etiã dato, q sumeret ibi relationẽ pro origine, adhuc sequereꝛ, quod diuinæ personæ nõ distingueꝛetur per absolutas proprietates, qm & origo in diuinis dr relatiuè, non absolutè, ut generatio, ut certũ est, & oẽs fatentur. Insuper in eodem: Deus, inquit, nullas differentias habet, q̃bus differat à Deo, & à nulla differt persona. Vbi autẽ differentiæ absunt, abest pluralitas: & ubi abest pluralitas, adest vnitas: nõ ergo est ex parte absoluti pluralitas. Triũ igitur personarũ idoneè cõstituta est unitas in substantia, uidelicet in oi, quod substãtialiter conuenit eis. Sed qm nulla relatio ad seipsam potest referri, qm prædicatio, quæ est fm seipsam. i. fm substantiam caꝛet relatione, hic facta est trinitatis numerositas in eo, quod est pdicatio relationis: seruata verò unitas est in eo, quod est indifferentia substãtię aut operationis, vel eius, quæ secũdũ se dr prædicationis. Ex his concludit Boethius: Ita igitur substãtia continet unitatem, relatio multiplicat trinitatẽ.

¶ Insuper 1 epistola ad sanctũ Iohannẽ Romanæ ecclesię scribit, diaconũ: Quęcũq; de diuina substãtia pdicant, videlicet absolutè, ea trib9 psonis oportet esse cõia. idq; signi erit, quæ sint, quę de deitatis substan-

substantia prædicentur, supple substantialiter, quod quæcunq; hoc modo prædicantur de ea, de singulis quoq; personis simul acceptis singulariter prædicantur. Ex q̃bus intelligimus, patrem, & filium, & spm̃sanctum non de diuinitate substantialiter dici. Hæc Boethius. ¶ Cuius verba sunt adeo clara, totiesq; eundem exprimentia sensum, ut nemo queat ea aliter interptari, vel ad oppositum rõnabiliter retorquere, & oĩa Augustini eloquijs consonant. Damasce.

¶ Amplius Damescenus lib. 1. capit. 11. In sancta, ait, & super substantiali, & incõprehensibili, atq; altissima trinitate, commune est unum, & unũquodque eorum. i. quodlibet diuinum suppositum, se habet ad alterum non minùs, q̃ ad seipsum: quia secundum omnia unum sunt præter ingenerationem, & generationem, & processionem. Vnum em Deum cognoscimus. in solis uero proprietatibus paternitatis, & filiationis, & processionis, differentiam intelligimus, & secundum causam, & causabile. i. fm originem, & productionem passiuam, & secundum habitudinem hypostaseos. i. secundum modum existentiæ personarum. Deinde eodem fatetur ca. q relatiua ꝓprietas inuariabiliter in unaquaq; manet psona, ita q pater est uerè, ac ꝓpriè pater, filius uerè, ac propriè filius, spũssanctus uerè, ac propriè spiritussanctus. Vnde, & 10. cap. fatsus est: Propter patrem habent filius, & spũssanctus omnia quæ habent, hoc est, qa pater habet ea præter generationem, & ingenerationem, & processionẽ. In his em hypostaticis ꝓprietatibus differunt hæ tres sanctæ Damasce. hypostases. Hæc Damascenus. ¶ Ex quibus lucidissimè constat, q secundum eum supdignissimæ tres personæ nequaq̃ distinguuntur per ꝓprietates absolutas, sed relatiuas. Et hoc uerum est, siue ingenerationem, generationem, & ꝓcessionem accipit ꝓut dicunt originẽ quantum ad generationem, & ꝓcessionem, siue originis negationem quantũ ad ingenerationem, siue dicant relatiuam ꝓprietatem: quoniam nullo modo absolutè dicuntur.

¶ Sanctus quoq; Bernardus ad Eugenium Papam affirmat diuinas personas ꝓprietate distingui, in essentia conuenire. Hinc in libro de ꝓcessione spũssancti inquit Anselmus: Hæc sola causa pluralitatis est in Deo, ut pater, & filius, & spũssanctus de se inuicem dici non possint, qa duobus modis est Deus de Deo, uidelicet nascendo, ac ꝓcedendo, quod totum potest dici relatio. Nam: qm̃ filius est de Deo nascendo, & spũssanctus ꝓcedẽdo, ipsa diuersitate natiuitatis, ac processionis referuntur adinuicem, vt diuersi, alij q; abinuicem. Filius quoq; ideo nõ est spũssanctus, nec spũssanctus est filius: qm̃ filius nascendo habet esse à patre, spũssanctus aũt nõ nascendo, sed ꝓcedendo. Prædicta igit relationis oppositio, quæ ex hoc nascitur, qa pdictis duobus modis ẽ Deus de Deo, ꝓhibet patrem, & filium, & spũsctm̃ de inuicem dici, & propria singulorum alijs tribui. Anselmus Ecce in uerbis his S. Anselmus clarissimè contestat, q tota rõ pluralitatis, distinctionisq; psonarum, sit oppositio relatiua, q̃ est relatio originis, quã relationẽ, seu potiùs relationis oppositionẽ nasci fatet ex distincta originatione, seu emanatione filij à pre, & spũssancti à patre, ac filio. Et q̃uis ex uerbis eius uideatur insinuari, q distinctio psonarũ sit ex diste rẽti origine, q, & iuxta ꝓhabita aliquo mõ uerũ est, tñ ipse Anselmus relatiõi, & eius oppositiõi totũ ascribit. Vñ, & cõsequẽter palã differunt, & ꝓtacta sua uerba quasi exposuit: Sic ergo, inqens, huiꝰ unitatis, & huius relationis cõsequẽtię se contemperant, ut nec pluralitas q̃ sequitur relationem, transeat ad ea in q̃bus sonat simplicitas unitatis prædictæ: nec unitas cohibeat pluralitatem, ubi eadem significaꝛ relatio, quatenus, nec unitas amittat aliq̃ consequens suũ, ubi nõ obuiat aliqua relationis oppositio: nec relatio ꝓdat, quod suũ est. ubi nõ obsit unitas inseparabilis, sicq; relatio ꝓhiber filiũ, aut spũsanctũ esse patrẽ. Nec aliqd obuiat consequentię indentitis, nisi aliqua de ꝓdictis oppositio relationis. Hanc veritatẽ Anselmus in lib. ꝓallegato tã euidẽter tãq; frequenter expsit, ut nemo ueritatis zelator possit ambigere istud fuisse de mẽte sancti illius: & uerba eius ad oppositũ retorquere, est ꝓrsus ꝓposterum.

¶ His manifestè concordat Richardus de sancto Victore in lib. suo de trinitate, in diuersis capitulis, ac partialibus libris. Itaq; 4. lib. 11. cap. Richard. Ecce in uenimus non esse impossibile plures esse psonas in unitate substantiæ, consequens est, ut q̃ramus q̃o possit esse alteritas. i. distinctio psonarum sine alteritate substantiarũ. In discernendis itaq; psonis opus est (ut arbritror) gemina cõsideratione, ut sciamus uidelicet, & qualis sit ipsa psona, & vñ habeat esse. Vna consideratione istarum versaꝛ in discernenda rei qualitate, & ꝓprietate, alia in inuestiganda rei origine. Et sic consequenter docet ibidem, & deinde in diuersis capitulis, q psonarũ distinctio assigneꝛ utroq; modo, ꝓsertim penes originem, & consequenter penes discretiuam ꝓprietatem ex origine ortam.

¶ At uero psuasiones Gulielmi inductæ ad probandũ, q relatio non sit qd reale, soluunt faciliter: Ad persuationes Gulielmi. Par. tũ, ut ait Boethius sicut quædam sunt magnæ difficultatis propter suæ eccellentiam entitatis, ut substantiæ seꝑaratæ, potissimè Deus: sic q̃dam sunt ad intelligendum difficilia ꝓpter entitatis suæ modicitatem, sicut materia prima tempus, & motus, atq; relatio, ut frequenter saltem in creaturis. Naturalis ergo condependentia siue connexio relatiorũ adinuicem, causa est, q relatio realis conseq̃t unitatem substantiæ, uel qualitatis, aut quantitatis, seu actionem, aut passionem, uel emanationem, & itẽ, q uno relatiuorũ deficiente, relatio deficit in alio, q̃uis localiter multũ distante: quemadmodũ, & uidemus lumẽ diffusũ mox interire, ipso luminari subtracto. Nec oportet, ut semp sit ꝑalis actio causans fundamentum relationis, & ipsam relationem, imò relatio naturaliter consequi potest sine noua causalitate, sicut, & ꝓpriũ consequitur speciem.

¶ Postremò, opinio illa dicentium, q psonæ diuinæ per absolutas distinguanꝰ ꝓprietates, vt nõ solũ erronea, sed ẽt periculosa, & ad defendẽdũ illicita, utpote ꝑ determinationẽ ecclesiæ. Sicdẽ. Inpocẽtius III. in gñali cõcilio ipso cõcilio approbante, edidit decretalẽ, q̃ incipit, Firmiter credimus: í quo errorẽ abbatis Ioachim cõdẽnauit, in qua decretali inter cætera dixit: Hæc sancta Trinitas fm cõem essentiã indiuidua, fm psonales ꝓprietates discreta. Certũ est aũt, q ꝑ psonales ꝓprietates intelligat pr̃nitatẽ, filiationẽ, & ꝓcessionẽ, sicut & expositores testanꝰ, nõ ergo ꝑ absolutas ꝓprietates distinctę sũt. Ex quo ẽt seq̃ celeꝛ, stare nõ posse, qđ Scotus hic scribit ipsã ecclesiã nõ determinasse oppositũ opinionis, dicẽtis, qđ psonę ꝑ absolutas sint distinctæ proprietates. ¶ Solutio obiectorũ in exordio q̃nis factorũ, patet ex dictis. Quãuis. n. relationes sint cum essentia realiter idẽ, nihilominùs ueręsunt, & fundanꝰ in ea, aliudq; cõuenit essẽtiæ inquãtũ essentia, & inquãtũ relatio, sicut, & aliud cõuenit Deo rõne iustitiæ, aliud rõne clemẽtiæ. Relationes quoq; q̃uis nõ sint ab essentia realiter distinctæ, attamen inter se realiter

Relatio ac quiri põt sine noua actione.

Contra Scotum.

Soluuntur argumẽta initio q̃nis adducta.

se realiter distinguuntur. propter quod in personis ratio sunt realis, & personalis distinctionis.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur, *Utrum abstractis per intellectum proprietatibus relatiuis à personis, remaneant ipsæ personæ distinctæ, vel saltem res per se subsistentes.* ¶ Videtur, quòd non, quia (vt dictum est) relationes, seu relatiuæ proprietates sunt ipsæmet personæ subsistentes. ergo proprietatibus illis intellectis non esse, nil remanet de personis, nec ipsæ hypostases permanent subsistentes. Essentia namq; de se communicabilis, per proprietatem determinata, vocatur hypostasis, & incommunicabilis redditur: ergo pptietate subtracta, nõ manet incõmunicabilis.

Alexand. ¶ Secundò sic, & est ratio Alexandri: Pater non solum habet, quod est pater, sed etiã, quod est quis, seu iste; aut ergo ab eodem, aut non. Si ab eodem, videretur, quòd filius non esset quis, nec iste, quia non habet paternitatem, qua pater est pater: si non ab eodem, ergo ab alio, quàm à paternitate habet pater, ꝙ sit hypostasis, seu persona. quis enim, seu iste, designat hypostasim.

¶ Tertiò, indiuiduum non manet indiuiduum in diuiduantibus ab eo remotis, sicut nec album pmanet album subtracta albedine: ergo nec hypostasis, aut persona est manens, vna proprietate abstracta.

In oppositum Augusti. ¶ In contrarium arguitur, ꝙ secundum Augusti num libro de Trinitate, In omni relatiuo ẽ aliquid accipere præter relationem, vtpotè fundamentum relationis. Vnde affirmat, quòd in relatiuo ẽ aliquid non relatiuum. sed personæ in diuinis, vt pater, & filius, relatiuè dicuntur: ergo relationibus intellectuali apprehensione abstractis, manet quid absolutum, & hoc est res verè subsistens, cum in Deo nihil sit accidens, nec vniuersale.

¶ Itẽ subtracta personæ sua proprietate, adhuc manet deitas, ac natura, quæ est quid per se subsistens, quemadmodũ in rebus creatis, si indiuiduantia ab idiuiduo subtrahant, manet natura specifica.

Ad 2. ¶ Ad hoc Thomas respondet: Hic est duplex opinio. Vna, quòd sicut in rebus creatis per intellectũ abstractis relationibus, ac ,pprietatibus, adhuc manent ipsæ hypostases seipsis distinctæ, sic etiam in diuinis. Vnde dicunt, ꝙ abstracta personalitate, id est relatione constituente personam, adhuc manet hypostasis. Sed hoc videtur fidei repugnare propter duo: primò, qm̃ cum pluralitas semper causetur ab aliqua distinctione, & distinctio sit, vel per essentiã, vel per quantitatem, vel per relationem, impossibile est in Deo esse aliquam distinctionem, nisi quam agat relatio. Hinc relationibus per intellectũ sublatis, tollitur ipse intellectus distinctiuis. Secũdò, quoniam in diuinis nihil prædicatur per accidens, vel sicut forma alicui præexistẽdi inhærens. Vnde quicquid significatur ibi per modum formæ, totum est subsistens. Hinc sicut remota essentia per intellectum, non remanet aliquid quasi recipiens illam essentiam, quoniam ipsamet essentia est subsistens: ita remota per intellectum bonitate, non remanet aliquid recipiens bonitatẽ, quia ipsa bonitas est subsistens conformiter remota per intellectũ relatione, non remanet aliquid, quasi substratum illi relationi, qm̃ ipsamet relatio ẽ subsistens. Vnde abstracta relatione, nihil manet propriè loquẽdo, nec absolutũ, nec relatiuũ, nec hypostasis, nec essentia. Sed verum est, ꝙ essentia potest intelligi non intellecta bonitate, vt dicit Boethius in suis hebdomadibus, similiter potest intelligi essentia, non intellecta paternitate, aut relatione, sicut Iudæi intelligunt, qui non intelligunt sic per modum abstractionis. sed non potest intelligi, quòd in diuinis remoueatur relatio, & remaneat aliquid subsistens, aut substratum relationi, quoniam ipsamet relatio subsistit. Idcirco concedimus cum alijs, quòd remota relatione, non remanet hypostasis distincta in diuinis: tum quia non manet distinctio, tum quia non manet, subsistens relationi. sed verum est, quòd quamuis nunquam essent relationes, per quas fides distinguit personas, quòd Deus esset substantia, & persona absoluta, ex hoc, quod subsisteret in esse suo, & quasi subsisteret essentialibus proprietatibus suis, quibus ab essentijs alijs distingueretur. Est ergo in diuinis accipere absolutum, & relatiuum, non quòd relatio sit quid aliud ab absoluto, & illi adueniens, acipsum distinguens: sed per omnimodam reiidentitatem: imo id, quod distinguitur relatione, est ipsa relatio, & hoc potest significari per modum relationis, atq; hypostasis.

Boethius.

Obiectio. ¶ Præterea si obijciatur, quòd hypostasis ponitur in diffinitione personæ, ergo potest intelligi, non intellecta persona, quoniam aliquid superaddit.

Dilutio. ¶ Dicendum quod hypostasis ponitur in diffinitione personæ, quia persona aliquid addit super hypostasim non quidem relationem, quia relatio est de intellectu hypostasis diuinæ, sicut est de intellectu personæ: sed addit determinatam rationem relationis, utpotè pertinentis ad dignitatem: ideò remota relatione, nec intellectus hypostasis, nec intellectus personæ permanet in diuinis. Nam & ex ipso, quod ponitur, & vocatur diuina hypostasis, ponitur in nobili proprietate subsistens: sicque ratio nobilitatis, quam addit persona, includitur in hoc, quod est diuina hypostasis. Vnde sicut hypostasis humana nihil minus dicit, quàm persona, ita nec hypostasis.

Persona quid; super addat hypostasi.

Soluitur secundum argumentum. ¶ Dicendum quoque quòd pater paternitate habet, quod sit pater, & quòd sit quis, seu iste, non tamen sequitur, quòd filius non sit quis, & iste, quia quod pater habet paternitate, filius habet filiatione, quæ etiam extat relatio. idcirco abstracta relatione, nec pater est quis, nec filius: & tamen vterque realiter est, quis sua relatione, sicut uterque est persona sua personalitate: & tamen personalitas unius non est personalitas alterius, ut patet ex dictis de communitate personæ. Hæc Thomas in Scripto. Ex quibus patet ad obiecta solutio.

artic. 3. Abstractio intellect' duplex. ¶ At verò in prima parte Summæ quæstione 40. Duplex, inquit, fit per intellectum abstractio. Vna, secundum quod vniuersale abstrahitur à particulari: Alia, secundum quod forma abstrahitur à materia, ut forma circuli à materia omni sensibili. Inter quas abstractiones differentia hæc est, quod in abstractione vniuersalis à particulari non remanet id, à quo fit abstractio. remota enim ab homine differentia rationali, non manet homo, sed animal tantum. in abstractione autem formæ à materia, utraque manet in intellecta. abstrahendo enim formam circuli ab ære, manet seorsum in intellectu nostro tam intellectus circuli, quàm intellectus æris. Quamuis autem in diuinis non sint uniuersale, & particulare, nec forma, neque materia, tamen secundum modum significandi inuenitur, aliqua similitudo horum in diuinis, secundum quem modum asserit Damascenus, quod substantia est commune, hypostasis verò particulare. Loquendo

Damasc.

quendo ergo de prima abstractione, remanet proprietatibus abstractis essentia communis, non autem hypostasis. sed de secunda abstractione loquendo, remotis proprietatibus non personalibus, remanet intellectus hypostasum: remota uero proprietate personali, tollitur intellectus hypostasis. Nõ enim ,pprietates personales aduenium hypostasibus sicut forma præexistenti subiecto, sed ferunt secũ sua supposita: & tamen sunt ipsæ subsistentes personæ. Hypostasis quippe significat quid distinctum, cum sit individua substantia. Cumq; relatio in diuinis distinguat, constituatq; personas, constat, ꝙ abstractis relationibus personalis, nõ maneant hypostases. Verũ (ut dictũ est) quidã dicunt personas distingui origine, nõ relatione: ut pater dicat hypostasis, qa nõ est ab alio: filius, p hoc, ꝙ est ab alio p generationem: & quòd relationes aduenientes tamquam proprietates ad dignitatem pertinentes, constituunt rationem personæ, pp quod personalitates uocantur. sicq; remotis relationibus, manent hyhostases, non personæ. Sed hoc stare non potest, propter duo: primò, quia relationes constituunt, & distinguunt hypostases, sicut probatum est. secundò: qm̃ omnis hypostasis naturæ intellectualis est persona, sicq: ad hoc, quod esset hypostasis, & non persona, oporteret abstrahi ex parte naturę rõalitatẽ, nõ aũt ex parte personæ ,pprietatẽ. Hæc Thomas in Sũma.

Relationibus remotis, nec hypostases manent.

Dionysius ¶ Videntur autem hæ duæ responsiones inuicem dissentire, quia in scripto affirmat, quod abstractis ,pprietatibus relatiuis, nihil manet propriè, nec absolutum, nec relatiuum, nec hypostasis, neque essentia: hic uerò dicit, quod abstractis proprietatibus, manet communis essentia, non ipsa hypostasis. Sed hoc forsitan poterit concordari p duplicis abstractionis distinctionem, quanquam non appareat quomodo: quia secundum utranq; abstractionem dicit hic tolli intellectum personæ, remota persona li proprietate. Vel ideo dicit essentiam remanere in prima illa abstractione, remota proprietate, quia adhuc potest intelligi.

Richard. ¶ Richardus quoq; circa hanc qõnẽ narrat vtrãq; opinionẽ, & magis declinat ad istã, quę Thomę est.

Bonauẽt. ¶ Porro Bonauentura pro parte eadem scribit: Duplex inquiens, circa hoc fuit opinio, quidã eñ dixerunt, quòd abstractis proprietatibus, impossibile est intelligere hypostases distinctas: quia huiusmodi proprietates in diuinis non solum dant personis innotescere, sed etiã esse. sicq; eis abstractis, abstrahitur psonis eẽ, & distinctũ esse. Alij opinant, quòd abstractis ,pprietatibus, adhuc sit intelligere distinctionem in hypostasibus: quoniam proprietates ſm ipsos non sunt ratio distinguendi personas ſm rẽm, sed manifestando distinctionem earum, hinc dicunt, quòd abstracta paternitate, & filiatione, adhuc contingit intelligere qui ab alio, & à quo alius. Et si quæratur quomodo distinguuntur, dicunt, quòd seipsis. Etsi bene attendimus, utraque opinio aliquid habet probabilitatis. In diuinis. n. personis consideratur tam origo, q̃ habitudo, atq; ſm rationem intelligendi origo præcedit eum qui oritur, habitudoq; sequitur ipsum, qui refertur. põt ergo proprietas relatiua tantum habitudinẽ importare, & ita consequitur rationem distinctionis, & est ratio innotescendi distinctionem, non distinguendi. Sic enim potest intelligi distinctio, quia intelligitur qui ab alio, & à quo alius. potest quoq; proprietas importare utrunq;, uidelicet originẽ, & relationẽ. & sic est ratione tã innotescendi, q̃ distinguendi p sonas: sicq; subtracta ,pprietate, non põt psona intelligi. Hæc Bonauentura. ¶ Ampliùs super his loquit Alexander, Abstracto ordine naturali, seu naturæ à diuinis p intellectũ, adhuc pñt intelligi hypostases, ita, ꝙ adhuc potest ibi intelligi unus, & unus, attñ indistinctè. Idcirco notandũ, ꝙ hypostasis cum sit substantia, aliqñ dicit, seu significat p modũ substantię ,pnominalis, hoc est, sub qualitate indeterminata, sicut substantia ,pnominalis: aliqñ dicit p modũ substantiæ nominalis singularis, ut Socrates: & tũc dicit sub qualitate determinata, & definita siue distincta, si tũc sit circa rẽ rõnalis naturę singularẽ, dicereť esse psona. Abstracto ergo ordine naturę à diuinis, q est ſm istas ,pprietates, nõ ab alio, & à quo alius, esset adhuc intelligere primo mõ hypostases in diuinis, qa possit intelligi, unª & unª tñ indistinctæ, sicut substantia ,pnominalis dat intelligere substãtiã, sed nõ possent ibi intelligi psonę, quę dicunt p modũ singularis substantiæ nominalis, sub ,pprietate incomunicabilis, & discreta.

Alexãder.

Quæstio. ¶ Circa hoc quærit utrum abstractis per intellectum hypostasibus, seu personis, possit adhuc intelligi ordo naturæ in esse diuino. Videtur, ꝙ non, quia abstractis personis non intelligitur aliquis, q à nullo, & à quo alius, nec aliquis, q ab aliquo, & à quo alius, nec aliquis, qui sit ab alio, & à quo nullus: & ſm has diuisiones intelligitur ordo naturæ, & est in diuinis. Dicendum, quòd abstractis personis non est in diuinis intelligere ordinem naturæ, quia hic ordo in diuinis ponit rationẽ originis, ad quam in substantia requiritur alius, & alius, cum nulla res producat seipsam. Alius est ordo intelligentiæ, qui non ponit ordinẽ ex pte rei, sed ex pte nr̃æ acceptionis; sicq; dicimus, ꝙ essentia ꝓcedit potentiam atque scientiam in diuinis: cum tamen realiter idem sint. Si ergo abstractis personis adhuc intelligeretur in Deo mens, notitia, amor: non esset inter hæc ordo naturæ, sed intelligentiæ tantum; quia non esset notitia illa emanans à mente, nec amor ab utroq;: imo mens illa esset notitia sua, & amor, quamuis secundum acceptionem intellectus nostri priùs intelligeretur mens, quàm notitia, & notitia priùs, quàm amor. Hæc Alexander.

Antisiod. ¶ Circa hæc scribit Antisiodorẽsis in Summa sua libro primo: Quæritur, abstracta personalitate à persona, quid maneat: quia, aut aliquid remaneat, aut nihil, si nihil, sequitur, quòd hoc nomen persona sit adiectiuum, quia præcisè significat personalitatem concretiuè, uel quasi concretiuè: si aliquid manet, uel hoc est persona, uel essentia: non persona; qm̃ sicut abstracta humanitate ab homine, non remanet homo: sic abstracta personalitate, non manet persona, remanet ergo essentia, & ita in significatione psonæ intelligit personalitas quasi concretiuè, & essentia subiectiuè: ergo hoc nomẽ persona supponit essentia. Dicendum quòd duplex est abstractio, s. secundũ rem, & secundum intellectum. Si igitur qõ intelligatur de abstractione secundum intellectum, dicimus, quòd aliquid remanet, s. hoc vniuersale, res; quia persona idem intellectu est, quod res distincta rõnalis: sicq: facta abstractione intellectuali, remanet persona quamuis non secundum quod persona, sed in hoc uniuersali res, sicut abstracta hac dria rõnale ab homine, manet homo in hoc uniuersali animal. Porro si intelligatur de abstractione reali, dicimus impossibile esse, quòd personalitas abstrahaſ a persona realiter, cum personalitas illa in diuinis sit psona. Hæc Antisiodorensis.

Dio. Car. ¶ Cuius rñsio vt cõcordare cũ practa rñsione Thomę, dicẽtis, ꝙ abstracta relatiõe adhuc manet essentia.

¶ Respon-

Albertus.

¶ Responsio demum Alberti ad istam quæstionem, concordat omnino cum responsione Thomę inducta ex prima parte Summæ suæ, ita vt ex scriptis magistri sui Alberti videatur ita scripsisse,

Durandus

¶ Amplius, Durandus ad istud respondens: Aliquid, ait, potest circũscribi ab alio dupliciter. Primò, ꝙ intelligatur sine alio esse. secundò, ꝙ intelligatur altero non intellecto, quemadmodum intelligitur coruus, nõ intellecta sua nigredine. Primo modo impossibile est, verè intelligere distinctionem personarum, circunscriptis per intellectum relationibus, quoniam sine relationibus non potest esse distinctio personarum. Verum an possint circumscribi secundo modo, ita quòd intelligantur personæ distinctæ non intellectis relationibus, agnoscendũ quòd diuinæ personæ, & earum distinctio duplici ter potest intelligi. Vno in speciali, secundum specialem, & propriam rationem suam, ac nomen, vt sunt pater, & filius, ac spiritussanctus. Alio modo in generali, vt intelligendo, ꝙ in diuinis suut tres personæ. Primo modo impossibile est circumscribere per intellectũ relationes à personis, & à distinctione earum, qm̃ de formali intellectu personarum taliter acceptarum sunt ipsæ speciales relationes, sicut de intellectu patris est paternitas. Si uerò personæ, & earum distinctio accipiantur solũ in gñali, vt ꝙ in diuinis sunt plures personæ, sic aliqui dicũt, ꝙ personæ possunt intelligi non intellectis proprietatibus relatiuis: qm̃ intellectus põt concipere, quod est cõius, & in plus, non concipiendo id, quod est speciale, atq; in minus, sicut concipere põt aĩal non concipiendo leonẽ: sed distingui cõiùs est, q̃ sic distingui, videlicet relatiuè: ergo intellectus concipere põt personas diuinas distingui, absq; hoc qui intelligat eas distingui per relatiuas ꝓprietates, imò relationibus prorsus nõ intellectis, cum non sint de intellectu diuinarum personarũ, nec distinctionis ipsarum, accipiẽdo vtraq; in cõi. Hæc Durandus.

Circũscribitur aliquid ab alio dupliciter.

QVAESTIO IIII.

Argúit. 1. contra veritatem.

QVartò quæritur, *De numero relationum, & proprietatum, ac notionum, & qualiter inter se distinguantur*. ¶ Et primò videtur, ꝙ tot rerũ distinctio, & tãtus numerus distinctorum, deroget simplicitati diuinæ. Secũdò, si quinq; sunt notiones, videt ꝙ Deus. tã verè dicatur quinus propter quinqueptitam notionum distinctionẽ, sicut dr̃ ternus ꝓp ternariũ psonarũ. Tertiò, cũ ista realiter idẽ sint; quia in Deo nõ est nisi substantia, atq; relatio, videtur, ꝙ æqualis sit omniũ numerus horũ, cuius oppositum oẽs nũc tenent. Quartò, dictũ est sæpe, ꝙ in diuinis relationes sunt ipsæ personæ. cũ ergo non sint nisi tres psonæ in Deo, nõ erit nisi triplex in eo relatio.

In oppositum Alexãder.

¶ In oppositũ est cõcors theologorum traditio.

Notio multipliciter dicitur.

¶ Ad hoc Alexander respõdet: Proprietas appellatur, quòd conuenit vni soli, ipsum distinguẽs ab alijs. Relatio autem, qua vnus refertur ad aliũ. Notio aũt, qua res innotescit Et hæc multipliciter dicitur. Cum enim notio sit id, quo res sit nota, multis modis ipsa notio dicit̃. Primò ex parte cognoscibilis, & sic est forma, vel dispositio, qua res extat noscibilis. Secundò ex parte cognoscentis, & sic est species rei in anima, per quam cognoscit. Tertiò, ex parte rei exteriùs, per quam res noscitur, sicut causa occulta per manifestum effectum. Tribus igitur modis accipitur notio rei, ac iuxta hoc notio Dei dicitur vno modo creatura, inquantum est Dei effectus, per quem ipse cognoscit, quasi extrinseco medio, iuxta illud Apostoli: Inuisibilia Dei per ea, q̃ facta sunt cognoscunt̃. Vnde & sanctus Dionysius: Ipsa, inqt, apparentis mundi operatio, est inuisibilium Dei propositio. Alio modo notio dr̃ species veritatis menti rationali impressa, qua velut specie, & similitudine noscit̃ Deus. & his duobus modis notio dicitur, quid creatum, uel concreatum. Tertiò dicitur ipsa dispositio formæ, quæ Deus est, & Trinitas, qua cognoscibilis est: & hæc est notio increata, & dicitur modis duobus. Primò dispositio formæ, qua cognoscitur in vnitate, atq; in indistinctione: sicq; notio est diuina essentia, inquãtum cognoscibilis. Secundò, dispositio, qua noscitur in personarum distinctione, & ita nunc sumitur notio. sicq; dicẽdum, quòd in diuinis proprietas est id, quo est distinctio personæ à persona. Relatio verò in Trinitate est habitudo personarũ in inuicem, sed in creaturis est relatio personarum ad inuicẽ. Vnde apud Iohannem loquitur Christus: Ego in patre meo, & pater in me. Notio autem est per se prima, ac propria ratio distinctionis, & relationis, ut per quod distinguitur persona à persona, vel per quod refertur persona ad personam. Sciendum quoque, quod vocatur proprietas, quoniam vni conuenit soli, ut generari patri. hinc proprietas est vnum distinguẽs ab alio. Notio autem est, hunc ab illo distinctum notificans. Itaque prima, & propria discretio Trinitatis, consistit in tribus his, relatio proprietas, notio: quoniam sicut essentia facit esse, ita & proprietas facit differre. Relatio autem referri, & notio in relatione distinctum facit cognosci.

Roman. 2. Dionysi.

Ioh. 14.

Quinque sunt notiones in diuinis.

¶ Præterea de numero horum idem asserit doctor: Cum in diuinis triplex modus sit prædicandi, videlicet quod quis, quo: quod, designat essentiã: quis, personam: quo, notionem. Quinque aut̃ sunt notiones. Pater enim est persona non ab alio, & à quo alius per generationem, & alius per spirationem. & in hoc quod dicitur persona non ab alio, intelligitur notio innascibilitatis, & cum dicitur, à quo alius per generationem, intelligitur notio paternitatis. Porrò cum dicitur, à quo alius per spirationem insinuatur notio communis patri, ac filio. i. spiratio. Filius verò est persona ab alio per generationem, & à quo alius per spirationem, & cum dicitur, ab alio per generationem notatur, notio filiationis. cum verò dr̃, à quo alius per spirationẽ, notatur alia notio iam prædicta. Item spiritussanctus est persona ab alio per spirationem, in quo intelligitur notio processionis. Quinq; ergo sunt notiones, tres patris, innascibilitas, paternitas, communis spiratio: quarum duæ primæ ei sunt proprię, tertia cõis est patri, ac filio. Duæ quoq; sunt filij, quarum una (puta filiatio) est propria ei. alia est cõmunis patri, ac filio, puta communis spiratio, & vna est propria spirituisancto, videlicet processio. Sed quatuor sunt relationes, quia innascibilitas non est relatio nisi per priuationem. Paternitas verò, & filiatio, atque communis spiratio, & processio, sunt relationes. Quatuor etiam sunt proprietates, videlicet innascibilitas, paternitas, filiatio, processio. Communis quippe spiratio non conuenit vni soli. Idcirco non nominatur proprietas. sicque quinq; sunt notiones, quatuor relationes tm̃, & quatuor proprietates tantum. Et hæc cõmunis est opinio de numero notionum, proprietatum, & relationum.

Quatuor sunt relationes in diuinis.

Obiectio. Damasco.

¶ Sed obijci põt, quia ſm Damascenũ tres hypostases in oĩbus idem sunt, præter ingenerationẽ, & generationẽ, & processionem. Paternitas aut̃ non est aliqua harum, nec cõis spiratio, ergo non sunt notio-

notiones, & ita sunt tm̃ tres notiones. Damascenus sub tribus illis cõprehendit quinq; notiones, quia ingñationem vocat innascibilitatẽ: gñationem aũt actiuè dictã, dicit pr̃nitatẽ: passiuè dictã, filiationẽ. Similiter in processione intelligit respectus ad principiũ, & ita ad spirationẽ actiuã. ¶ Sed iterum argui põt, ꝙ sint sex relationes, qa relationes multiplicantur ſm habitudines extremorũ. cum ergo sint in diuinis tres ꝑsonę, inter quas tanq̃ inter extrema sunt habitudines relatiuę, uideãt, ꝙ ibi sint sex relationes.

Obiect 2.

Dilutio.

¶ Dicendũ, ꝙ hoc sequeret̃, si vnaquaq; ꝑsona propria relatione, seu habitudine ad aliã refereret̃. Pater aũt non refertur relatione ꝓpria ad spũmsanctum, nec filius, imò pr̃, & filius referunt̃ ad spiritũsctũm vna cõi relatione. Idcirco sunt tm̃ quatuor relationes. vna qua pr̃, & filio referunt̃ ad spũsctũ, & una qua spũssanctus refert̃ ad eos sicut ad vnum principium. Vna quoq; qua pr̃ refert̃ ad filiũ, & vna qua filius ad patrẽ. Tres vero sunt proprietates ꝑsonales, vtpotè personarum constitutiuæ. Hæc Alexander.

Tho. Aqu.

¶ Præterea Thomas: Differentia, inquit, notionis proprietatis, & relationis, põt tripliciter assignari. Primò, quantũ ad rationẽ significationis, & sic paternitas vocat̃ relatio, ſm quod pater per eã referr̃ ad filium. Dicitur quoq; propriè ꝓprietas, prout soli conuenit patri. Vocatur, & notio, ſm quod est formale principium innotescendi patrem. Secũdò assignatur differentia horum quantum ad ordinẽ intelligendi: quia cum nihil possit esse principiũ in notescendi aliquid, nisi sit proprium ei, ideò intellectum notionis præcedit intellectus proprietatis. Et quia proprietas non conuenit nisi rei distinctæ ab alijs, & distinctio in diuinis non est nisi ꝑ oppositionẽ relationis, hinc in diuinis intellectũ proprietatis præcedit intellectus relationis. Tertiò, quantum ad numerũ, qm̃ quinque sunt notiones, &c. vt supra. Sufficientia demum notionum sic patet. Nã ad hoc ꝙ aliquid notio nuncupat̃, tria requiruntur. Primò ꝙ ad originem pertineat, quia relationibus originit distinguuntur personæ. Secundò, ꝙ spectat ad dignitatem, quia hypostasis est ꝑsona distincta proprietate ad dignitatem pertinente. Tertiò, ꝙ dicat aliquid speciale, quia cõmune non est sufficiẽs principium innotescendi. Itaq; pertinens ad originem, põt significari, vel affirmatiuè, vel nggatiuè. si affirmatiuè, vel dicetur ſm rõnem principij, vt à quo alius: vel ſm rõnem eius, quod ẽ à principio, vt qui ab alio, quorũ utrunq; dicit originem in cõmuni. ideò neutrum est notio, nisi determineť ad specialem modum originis, qui non est nisi duplex, videlicet per modum naturæ, & ꝑ modũ amoris, vt dictum est sæpe. Et ſm vtrunq; habemus duas relationes. Vnam, quæ designat rationẽ principij: & aliam, quæ designat rõnem eius, quod ẽ à principio. Et ita sunt quatuor notiones, videlicet paternitas, & filiatio, quãtum ad modum originis naturæ. processio, & cõis spiratio, quantum ad modum originis amoris, seu voluntatis. Si autem significatur negatiuè, aut negatur ratio principij, aut ratio est, quod est à principio. Si ratio principij, non est pertinens ad dignitatem: ideò non potest esse notio spiritussancti, non esse principium alicuius diuinæ personæ. Si autea negatur ratio eius, quod est à principio, hoc est vel in generali, vel in speciali. si in speciali, non põt notio esse. quia quo affirmatio est specialior, eo negatio apposita exiſtit communior, sicut non homo est communius, quàm nõ animal. quia omne non animal est non homo, sed non conuertitur. Si autẽ in generali, sic erit negatio specialis, & ad dignitatem pertinens. Vnde facit notio nem patris, qua est innascibilitas, q̃ significat nõ esse ab alio ſm, quod est ꝓprietas patris. Innascibilitas, quoq; nõ est propriè relatio, nisi ꝑ reductionẽ, ſm quod negatio ad genus affirmationis reducit̃. Hæc Tho. in Scripto.

¶ Insuper in prima parte Summæ, quæstione 32. affirmat: Diuina, ratione suæ simplicitatis per nomina abstracta significamus, quę etiam propter eorũ subsistentiam, & complementum per concreta nomina designamus. & oportuit sic significare nõ solum nomina essentialia, sed etiam personalia, ita quòd sicut dicimus Deum, & deitatem, sic patrem, & paternitatem, ad quod coegit nos hæreticorum instantia. Cum enim confiteamur patrem, & filiũ, & spiritumsanctum, unum esse Deum, & tres personas, quærentibus quo sint unus Deus, & quo sint tres personæ, sicut respondetur, quòd essentia, seu deitate sunt unum, & unus Deus, ita oportuit esse nomina quędam abstracta, quibus responderi possęt per quid, seu quo distinguantur, & huiusmodi sunt proprietates, seu notiones in abstracto significatæ, sicut paternitas, filiatio. ideò essentia significatur in diuinis, ut quid, persona ut quis, proprietas, vt quo. Secundò ad hoc coegit, quia una persona diuina refertur ad duas, ut pater ad filium, & spiritumsanctum, non una relatione, quia sic filius, & spiritussanctus una relatione referrentur ad patrem. sicq; cum sola relatio in diuinis multiplicet trinitatem, sequeretur, ꝙ filius, & spiritussanctus non eẽnt duæ personæ. Nec potest dici, vt dixit Præpositiuus ꝙ sicut Deus vno modo se habet ad creaturas, non econtrariò, sic pater una relatione referatur ad filium, & spiritum, cum tamen ipsi duabus relationibus referantur ad patrem. quia cum ratio specifica relatiui consistat in hoc, ꝙ ad aliud se habet, necesse est, ꝙ duæ relationes non sint̃ distinctæ ſm speciẽ si ex opposito una relatio corrũdeat eis. alia autem est relatio domini, & alia patris, secundum diuersitatem filiationis, ac seruitutis. filius verò, & spiritussanctus non secũdum relationes eiusdem rationis referuntur ad patrem, sicut cuncta creata secundũ relationem seruitutis referuntur ad Deum. ideò nõ est simile, præsertim cum Deus non referatur ad creaturam relatione reali. Hæc Thomas in Summa.

Articul. 2.

¶ Concordat Petrus, cuius scripta præinductis verbis Alexandri, & Thomæ sententialiter cõtineri tur. Sed, & scripta Alberti, & Vdalrici his consonat.

Petrus.

¶ Ad primum igitur respondendum, ꝙ sicut diuinæ simplicitati non obuiat personarum pluralitas, ita nec relationum, nec proprietatũ, nec notionum distinctio, prout supra pro uiribus est ostensum. Ad secundum Antisiodorensis respondet, ꝙ ista est falsa, Deus est quinus, qm̃ non sunt quinque personæ. vnde cum dicitur Deus est quinus, si hoc nomen Deus teneatur pro essentia, sensus est, diuina essentia est communis quinq; personis, quod cõstat falsum. Si autem sumatur pro trinitate, aut una vel duabus personis, semper est falsa: quia nec una persona, nec duæ, nec trinitas tota est quinq; personæ. ¶ Ad alia duo est vna responsio, ꝙ scilicet propter diuersam rõnem essentię, & personæ, atq; relationum, proprietatum, & notionum, id accidit, quẽ admodũ, & diuina eẽntia, & ꝑsona realiter idẽ sũt: & cũ nõ sit nisi una essentia: tamẽ sunt tres personę.

Soluuntur argumẽta initio qst. adducta.

¶ Insuper Antisiodorẽsis hic scribit: De notionibus multę sũt opiniones. Dicũt. n. Porretani, ꝙ multo plures sunt notiones, q̃ qnq;, & notiones nõ sũt ipsę diuinę ꝑsonę. Alia ẽ opinio Præpositiui, quod non sunt notiones, nisi ſm modũ loquendi. Tertia

Antisiod.

opinio est cõmunis, ꝙ quinq; sunt notiones. Duas aũt opiniones illas primas impugnat Antisiodoren sis, sicut iã supra ex alijs doctoribꝰ sunt impugnatę.

Bonauen. ¶ Bonauentura quoque concordat dictis Alexãdri, & Thomæ. Recitat tamen varias aliorum opiniones, qualiter quidam dixerunt tres tantum consistere notiones: quoniam tantum sunt tres personæ, quæ innotescunt per eas. sed meliùs dicuntur esse quinque, quoniam eadem res per plura potest cognosci, & ita eiusdẽ personæ possunt plures existere notiones. Concordant Aegidius, Richardus. Thomas de Argentina, alijq; communiter.

QVAESTIO V.

QVintò qnæritur, *an sine periculo infidelitatis liceat de notionibus, relationibus, proprietatibusq; in diuinis contraria opinari, & diuersa sentire.* ¶ Videtur, ꝙ non, quia secundum Augustinum primò de Trinitate, nullibi periculosiùs erratur, quàm vbi de summa trinitate tractatur, ergo periculosissimum est falsum aliquid de prædictis in Deo sentire. ¶ Secundò, quo veritas supernaturalis, increata, & summa est sanctior, atque præstantior, eò sceleratiùs est falsum quid perhibere de ea: & tamen hoc fit, quando contraria proferũtur, ac tenentur de ea, hoc ergo sceleratissimum esse videtur. ¶ Tertiò, omne mẽdacium est peccatum, maximè tamen mendacium in materia fidei. ¶ Quartò, quoniam Salomon protestatur: Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. incautũ ergo, imò, & præsumptuosum, temerariumq; videtur, talia alta, & ĩcomprehẽsibilia perscrutari, & de incertis ferre sententiam. Specialiter autem posset inquiri, an opinio illa Gilberti Porretani existat hæretica. Videtur, ꝙ imò, quia aliqui doctores apertè hoc dicunt. Ex illa etiam opinione sequitur aliquid fidei sanctæ contrarium, vt probant Gulielmus Parrhisiensis in libro de Trinitate, ac alij quidam.

In oppositum. ¶ In oppositum est, quia si non liceret de prædictis contraria opinari, ac diuersa sentire, doctores scholastici multis, & magis inuoluerentur periculis. In materijs quoque opinabilibus videtur licitũ esse uaria opinari, quamdiu nõ dicitur aliquid veritati scripturæ, aut determinationi ecclesiæ absonũ.

Antisiod. ¶ Ad hoc Antisiodorensis in Summa sua primo libro respondet: Neutra opinionum illarum de notionibus est hæretica, quia à sacra scriptura non habemus de notionibus determinatum quid sit tenendum. ideò licet magistris circa hoc opinari, sed nõ licet eis asserere. Si enim quis asserat de Deo, quòd non est determinatum in sacra scriptura, vel quòd non sequatur directè ex fide, peccat mortaliter, quia seipsum cunstituit supra Deum. Iudex quippe est supra id de Deo iudicat. Talis autem est ordo iudicandi, ut Deus iudicet omnia, spiritualis uero homo iudicet omnia, quæ sub se sunt, vtpotè ipsos homines animales, inferioraq; omnia. Animalis verò homo nõ potest iudicare de spiritualibus, & de homine spirituali, quia nõ percipit ea, quę Dei sunt sed potest iudicare porcos, & talia tantum. Qui ergo sua auctoritate asserit quid de Deo, ponit se supra Deũ iudicando, & ita peccat mortaliter. Et ista est superbia intellectus, quam prohibet Apostolus dicens: Non plus sapere, q̃ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Porro magistri theologiæ nihil affirmant, sed solum opinantur inquirendo detalibus ad defensionem fidei cõtra hæreticos. Idcirco non peccant, q̃uis animus eorum magis inclinetur ad vnam partem, q̃ ad aliam, quod est opinari. Verumtamen si quis in sua opinione glorietur de suo ingenio, peccati sed si tam leuiter, & modicè glorietur, quod ad correctionẽ paratus sit, veniale peccatum est Et de hoc ait Ambrosius, ꝙ fert secum lignum, fœnum, & stipulam. Si uero glorietur tam vehementer, quòd pertinax sit, peccatum mortale censetur. Hæc Antisiodorensis.

Ambrosi.

Diony. ¶ Ex quibus patet, quàm periculosum sit de diuinis, & incertis asserere, & communi doctrinæ deuotorum, ac solidorum doctorũ dissentire, curiosisq; nouitatibus insudare. Ex eisdem elicitur, q̃ grauiter peccent homines seculares carnales, de religiosis iudicando, passionati, quoque religiosi (si tamen religiosi) de religiosis uerè spiritalibus, & internis.

Alexand. ¶ His Alexander concordans: Non est, inqt, probabile tam peritos uiros, vt l. fuit Gilbertus, hæresim sensisse, licet uerba eorum uiderẽtur aliquibus hæresim resonare, nec fuit inter eos cõtradictio ſm rem, aut ſm intellectũ: quia vt dicit Lombardus 32 distinctione primi Sententiarum, alia est rõ intelligentiæ essentiæ, alia personæ, siue hypostasis: similiter, imò, & plus alia est rõ intelligentiæ ipsius essentiæ, & alia proprietatis, & iuxta hoc, processerunt Porretani, ponẽtes assistentiam formarum, seu relationum manere, cum in libro de Trinitate dicat Boethius, ꝙ quædam prædicamenta rem mõstrant, quędam uero quasi circũstantiam rei. & illa quidem sic prædicantur, vt aliquid esse ostendant: illa uero nõ ut esse, sed potius extrinsecus quid assignãt. Et subdit in eodem libro Boethius: Relatio non dicit ad id, quo prædicatur, quasi ipsa ſm rem sit persona, vel in persona, de qua prędicatur, aut dicitur, quod totum referendũ est ad intelligẽtiæ rationem: quia si refertur ad rationem rei, saperet hæresim: atq; secundum hoc sermo ponẽtium assistentiam formarum. i. relationum, vel notionum, potuit condẽnari. Rursus est identitas rei, sicq; verum est dicere, quod essentia, persona, & proprietas sunt idẽ in re, & sic loquebantur contrariæ opinantes, qui. s. relationes, & notiones posuerunt in Deo. Si verò ponẽtes assistentiam illã, credebant sic esse in Deo sicut in creaturis, in hæresim lapsi sunt: vel si dixerunt de Deo, quòd nec de Deo, neq; de creaturis est uerũ. Proprietas. n. in creaturis non est persona, neq; eẽntia, sed aliter ẽ in Deo. Hæc Alexãder, ad quæstionẽ qua q̃rit; an opinio illa Gilberti hęretica sit cẽsenda.

Boethius.

Albertus. ¶ Porro Albertus ad hoc absolutè rñdet, quòd opinio illa Porretanorum falsa est, atq; hæretica, & ab Alexandro papa in Remensi concilio condennata. Aut enim Porretanus ponit relationem esse aliquod ens in diuinis, aut nihil. si aliquid, illud est, vel substãtia, vel accidens: si accidens, ergo esset in aliquo inhærenter, quod in diuinis locum non habet: si substantia, ergo non est affixum, neq; assistit, sed est substantialiter ipsa res diuina. Si vero sit nihil, sequitur quòd personæ non distinguantur. Hæc Albertus. Idem Vdalricus in Summa sna 3. libro.

Vdalricus ¶ Quocirca sciendum, quod inxta Vdalricũ ibidem Gilbertus videtur habuisse occasionẽ suæ opinionis ex uerbis Boethij libro de Trinitate, ut iam etiã patuit ex uerbis Alexandri. Verũtamen Gilbertus mentem Boethij non satis bene aduertit, nec excusari potest in toto, vt statim clariùs ostendetur.

Bernard. ¶ Quod autem albertus, & Vdalricus dicunt opinionem Gilberti damnatã in Remensi concilio sub papa Alexandro, videt aliqualiter deuium. Factum enim ẽ hoc sub papa Eugenio, præsente sancto Bernardo, quemadmodũ in vita Sẽti Bernardi lib. 3. recitat, & ipse beatus pr̃ Bernardus super Cãtica tangit,

git, sicut, & Alexander hic refert. Itaq; 3. lib. de vita magni patris nostri Bernardi, refertur, ꝙ Gilbertus cognomento Porreta, Pictauorum episcopus in sacris literis plurimum exercitatus, & sublimiora se perscrutatus ad insipientiam sibi, in concilio, quod in vrbe Remorum papa Eugenius celebrauit, vocatus est, & ibi biduana disputatione à sctõ Bernardo cõuictus, tãdẽ suũ reuocauit errorẽ, & indulgentiã impetrauit, pśertim qm̃ à principio fassus fuit se ita sentire sine obstinatione, & correctioni ecclesię vel le stare. ¶ Amplius de hac quæstione scribit Thomas in 1. parte Sũmæ suæ, q. 32. Ad fidem aliquid pertinet dupliciter. Primò directè, vt ea, quæ principaliter tradita sunt ad credendum, sicut, ꝙ Deus est vnus, & trinus. Et circa talia falsum opinari, hæreticum est, præsertim si cum pertinacia fiat. Secundò indirectè, vt ea ex quibus sequitur aliquid contrarium fidei, vt si quis Samuelem dicat non fuisse filium Helchanæ, ex qua assertione sequeretur falsam esse scripturam. Et circa talia potest aliquid falsum opinari sine periculo hæresis, antequam consideretur, aut determinatum si, ꝙ ex eo sequitur aliquid fidei sanctæ contrarium, & præsertim si non pertinaciter adhæreatur: sed postq̃ manifestum est, ꝙ ex hoc sequitur aliquid contrariũ fidei, & maximè si hoc ab ecclesia fuerit determinatum, ex tunc circa hoc errare non esset absq; hęretica prauitate. Ideò mõ multa reputantur hæretica, quæ talia non reputabãtur ante determinationẽ ecclesiæ. Sicq; dicendũ est, quòd circa notiones aliqui sine periculo hæresis sunt opinati contraria, nõ intẽdentes aliqd fidei contrariũ sustinere. Hæc Thomas in Summa.

Tho. Aqu. articul. 4.

Quatenus liceat fidei contraria opinari, aut credere.

¶ Ex his patet solutio ad obiecta. Verum est equidem, periculosissimum sit circa superbeatissimam trinitatem errare, cum temeraria obstinata, aut indiscreta assertione, nõ aũt cum pia æstimatione, cũ præparatione cordis ad correctionem. Per qđ duo prima soluunt obiecta. Ad tertium rñdetur, ꝙ mendacium propriè est cum intentione fallendi, aut recedendi à ueritate, aliquid cõtra veritatem dicere, aut sentire, quod in opinione scholastica, quamuis erronea locum nõ habet. Deniq; vt prætacta de relationibus, & notionibus clariùs intelligantur, adhuc vnam super hoc quæstionem mouebo.

QVAESTIO VI.

Arguitur contra veritatem. SExtò quæritur, *An relatio in diuinis sit assistens, seu extra affixa, vel potius verè insistens.* ¶ Videtur, ꝙ solum assistat, quia inquantum relatio, respicit alterum, vtpotè correlatiuum, seu obiectũ: & ita secundum Boethium est sicut assistens: imò inquantum insistẽs, transit in substantiã, nec manet relatio, ꝙ ut in libro suo de trinitate affirmat Boethius, cõmẽtatoresq; eius Gilbertus, Tho. Albertus, ac alij.

Henricus. ¶ Ad istud quodlibeto 5. Henricus satis diligenter, & exquisitè respondet: Quæstio, inquiens, ista non quærit de relatione, vt est nomen secundæ intentionis, prout exprimitur nomine isto relatio, siue ad aliquid, sed prout est nomen primæ intentionis, vt paternitas, filiatio, &c. sicq; circa significatũ suum duplicem importat respectum, videlicet vnũ ad substãtiam, seu subiectum, alium ad oppositum seu obiectum. Relatio autem, vt est nomen secũdæ intentionis, solum notat respectum, seu habitudinẽ ad obiectum. Vtrunque autem eorum, de quo quæstio quærit in relatione, vt est primæ intentionis, at tenditur penes respectum, quem habet in Deo ad ipsam substantiam, super quam nil addit reale, nec accidentaliter aduenit ei. Cumq; inseparabilis sit à diuina essentia, nec sit pars, aut accidens eius, quidam dixerunt eam insistere diuinæ essentiæ, vt per ly in, denotarent inseparabilem essentiæ, ac relationis coniunctionem. Per actũ verò sistendi remouerent inhærentiam accidentis, ac partis. Et isti totaliter respexerunt ad relationis realitatem, quã habet à suo fundamento. Alij verò respicientes ad rõnem prædicamenti ad aliquid, quod vt tale, non respicit nisi ad alterum, seu aliud extra se, dixerunt relationem assistere, vt quia tam pars essentialis, q̃ accidẽs subintrant quodammodo ipsam rem, vtrunque illorum excluderent uerbo hoc assistendi, quod denotat aliquod esse extrinsecum. Veruntñ, quia assistens non penitus a mouetur ab eo, cui assistit, per hoc ipsum verbum insinuabant inseparabilitatem relationis à diuina essentia. Verum cũ relatio duo requirat, puta subiectum, in quo fundatur, & obiectum, quod respicit: idcirco vtraque positio illa defecit, alpiciẽdo solum ad alterum horum duorum. Hinc intuendo utrunque, dicendum, ꝙ cum relatio sit proprium prædicamentum manens in Deo ſm propriam rationem: non tamen inquantum est accidens, sed prout se habet ad alterũ, ita ꝙ in Deo est res ipsa subsistens: hinc sicut in creaturis relatio est res, cui conuenit esse, alteri inhærendo in respectu, & comparatione ad aliud, sic in Deo relatio sit res, quæ est ipsum esse in se subsistendo in respectu ad alterum. sicq; respiciendo ad id, quod est reale fundamentale, & quasi materiale in significato relationis, ipsa propriè dicitur essentiæ diuinæ insistens, prout ædificium fundamento suo insistit, atq; innititur. aspiciendo verò ad formale relationis, quod est esse ad aliquid, relatio dicitur quodãmodo assistens, quia huiusmodi modum habet non tam ex natura sui fundamenti, quàm ex correspondentia sui obiecti sicut in libro de trinitate ait Boethius de domino, in quo insinuat relatio dominij, scilicet potestas coercẽdi subiectos, quæ per extrinsecum aliquid conuenit domino. Attamen per hoc non intendit Boethius, quòd relatio sit omnino assistens, quasi nil à suo habeat fundamẽto, & totam suam realitatem, accipiat ab obiecto, sed dicit hoc ad insinuãdum, quòd relatio habet esse reale, à suo fundamento non absolutè, sed potius sub quodam respectu. Hæc Henricus, qui hæc, atque consimilia quædam vehementer prolixè exponit, sicut Aegidius. Per hoc patet obiecti solutio.

Relatio in diuinis, neque est insistens neque assistens.

Boethius.

Henricus.

QVAESTIO VII.

SEptimò quæritur, *An in diuinis sit aliquod suppositum absolutum.* ¶ Videtur, ꝙ sic, quia Augustinus septimò de Trinitate apertissimè dicit, quòd Deus est ipso, quo Deus, est persona, & quòd persona ex prima sua significatione dr̃ absolutè in Deo.

Arguit. 1. contra veritatem.

¶ Secundò, aliquæ actiones conueniunt Deo essentialiter, & absolutè, vt intelligere, velle, creare, actiones autem sunt suppositorum. 2

¶ Tertiò, diuina essentia est intellectualis substantia per se subsistens, ergo est persona. 3

¶ In oppositũ est, qa ſm hoc esset in Deo quaternitas psonarũ, imò, & tres psonę essent vna psona. In oppositum.

¶ Ad hanc quæstionem respondet Henricus quinto quodlibeto, vbi, & causam indiuiduationis prolixè inquirit, & tandem concludit: Cum determinatio formæ constituat rationem suppositi absoluti, forma autem deitatis sit indeterminabilis, vtpotè illimitata, ac purum esse, idcirco in ipsa nulla ratio suppositi absoluti potest considerari, nec vlla ratio indiuiduationis, sed est in ipsa singularitas pura absque omni ratione determinabilis, & indiuiduabilis. Quicunque ergo vtitur intelli-

Henricus.

gere deitatẽ ſub ratione ſuppoſiti abſoluti, incidit inconueniens duplex. Vnum, quòd intelligit deitatem, vt formam determinatam, & limitatam. Vñ & philoſophi, qui deitatem veram cognouerunt, & ſi eam conceperunt, & intellexerunt, vt quandam ſingularitatem: nũquam tamen intellexerunt eam, vt ſuppoſito determinatam, ita ꝙ circa eam dixiſſent vllo modo conſiderari rationem ſuppoſiti, niſi extendendo rõnem ſuppoſiti ad rationẽ ſingularis in ſe exiſtentis, iuxta quod 7. de trinitate ca. 4. loquit Aug. Ois res ad ſeipſam ſubſiſtit, quãto magis Deus vbi verus eſt intellectus, intelligendo rationem ſingularis: falſus aũt, intelligendo rationem ſubſiſtentis non ſolum per determinationẽ, ſed etiam abſq; omni determinatione, qñ ſicut formam creaturæ procedentem in eſſe ſiue in materia, ſiue extra eã, impoſsibile eſt eſſe, aut intelligere, ſubſiſtere ſua ſingularitate abſoluta, abſq; negatione, qua negatur eſſe aliud ab intra, vel ab extra: ſic impoſsibile eſt formam deitatis eſſe, aut intelligere, vt ſubſiſtẽtem ſua abſoluta ſingularitate, abſq; eo, ꝙ circa ipſam ſint, & intelligantur rationes reſpectuum, qui non determinant eam, ſed rationem ſuppoſiti, quod cũ ea conſtituunt, ſicq; ſicut forma creaturæ non põt intelligi, vt forma tm̃, niſi ſub rõne negationis, ita nec deitas niſi ſub ratione reſpectus. Et faciunt reſpectus hic, ſ. in diuinis, ſuppoſita ſicut in creaturis negationes, hoc excepto, ꝙ negatio ibi formam limitat, atque determinat, & diſtinguit ſuppoſita in rebus diuerſis. in Deo aũt nõ determinat reſpectus formam, ſed ſuppoſitum, communicando diuerſis ſuppoſitis eandem rem numero. propter quod vbi terminatur communicabilitas formæ creatæ, videlicet cum ſingulariter fuerit exiſtens, ibi incipit cõmunicabilitas formæ deitatis, vtpotè à ſingularitate ſuæ naturæ. Et hoc ideò, qm̃ ſingularitatẽ habet abſque omni determinatione limitatione Hinc ſimplicitate, & fecunditate naturæ requirente, neceſſe eſt eã relatiuè cõmunicari. & relatiuis reſpectibus ſubſiſtere in ſuppoſitis relatiuis, & nullatenus abſolutè. Nunq̃ enim eſt rõ ſuppoſiti ſine rõne alicuius determinationis, quæ in Deo eſſe non põt, niſi ſuppoſitorum relatiuorũ. Qualitercunq; eñ intelligat ſuppoſitum abſolutum, ſiue ſingularitate abſolutè ſubſiſtente, ſicut philoſophi poſuerũt in Deo, & vniuerſaliter in ſubſtantijs ſeparatis, ſiue natura de ſe vniuerſali in ſuppoſito aliquo determinata, relationes illi ſuperueniẽtes nõ ſunt fundamẽta in eſſentia niſi, vt in ſuppoſito, & ita nõ rõne illa, qua eẽntia eſt eſſentia, ſed rõne, qua eſſentia in ſuppoſito, ſicq; relationes illę eẽnt ſuppoſiti, ꝓprietates, & nullo mõ ꝑ eſſe ſuũ fundatæ cõſtitutione ſuppoſiti alteriꝰ. Nullum ergo ſuppoſitũ abſolutũ in Deo ponendũ eſt, ſed ſolũ tria ſuppoſita relatiua cõſtituta relationibus fundatis in ſingulari deitatis eẽntia. Hæc Hẽ.

Augustin.

Dion.

¶ Cuius ſcripta uidentur obſcura, vel in quid nominis pro magna parte ſtantia. Philoſophi enim dixerunt, ꝙ cauſa prima ſit de ſe maximè hæc. & ꝙ actus purus eo ipſo, quo purus actus, ſit ſummè incommiſcibilis alijs per ſe, & in ſe ſeparatim ſubſiſtens. ſicq; dixerunt Deum eſſe abſolutam perſonã ſi nunc vſque affirmant philoſophi, Sarraceni, Iudæi. An verò dicendus ſit Deus etiam ſimili mõ ſuppoſitũ, põt diſtingui de ſignificatione nominis huius ſuppoſiti. Veruntñ cum de rõne ſuppoſiti, ac perſonæ videat eſſe incõmunicabilitas, & diuina eſſentia communicabilis ſit, imò, & cõmunicata, atq; communis tribus perſonis, non videt ei propriè cõuenire rõ ſuppoſiti, aut perſonæ. Philoſophi aũt, & ceteri, qui pluralitatẽ perſonarum in Deo negabãt, dixerunt diuinã eſſentiã nequaq̃ cõmunicabilẽ eſſe ꝑſonis, ideò, nõ eſt mirũ, ꝙ poſuerũt in Deo ſuppoſitũ abſolutũ, aut certè (ſi hoc meliùs ſonat) abſolutam perſonã. ¶ Circa hæc ſcribit Richardus: Quidã dixerunt, ꝙ in diuinis eſt hypoſtaſis conſtituta per abſolutã proprietatẽ, non vna cõis tribus perſonis, ſed tres ſm̃, quòd tres ſunt perſonæ, dicentes, ꝙ in perſona patris eſt aliqua res cõſtituta per proprietatem abſolutam, qua generat, & quã ſm̃ rõnẽ intelligendi conſequit̃ habitudo paternitatis. Similiter in filio ſit aliqua res abſoluta, qua gñatur, & quã ſm̃ rõnem intelligendi conſequit̃ habitudo filiationis, atq; in ſpũſancto aliqua res abſoluta, quę ſpiratur, quã ſm̃ rõnem intelligendi cõſequit̃ habitudo paſſiuæ ſpirationis. quia (vt dicunt) gñatio nõ terminatur immediatè ad relationẽ, ſicut, & 5 innuitur Phyſicorum, ꝙmq; eſſentia nõ generet, nec ſpiret; neq; relatio videt̃ aliquid abſolutũ eſſe in ꝑre, & filio, qđ in ꝑre generet, & in filio genereť, quod nõ eſt, vt apparet, niſi hypoſtaſis. Dicuntq; iſti, ꝙ ꝑnitas nõ ſit cõſtitutiua ꝑris ſub rõne, qua ꝑſona eſt, ſed ſolũ ſub rõne, qua referť ad filiũ. Similiter dicũt de filiatione reſpectu filij, & dicũt, ꝙ ſicut ꝓprietates relatiuę cõparatæ ad eſſentiã ſunt realiter idem cũ ea, & tñ inter ſe diſtinguunť, ſic iſtæ tres res abſolutę, quas vocãt hypoſtaſes, cõparatæ ad eſſentiã, ſunt idẽ, quod illa, & tñ ſunt inter ſe diſtinctæ, ꝑ abſoluta à ſeipſis. Hæc aũt opinio videť derogare ſimplicitati diuinę. ideò alij dixerunt in diuinis eſſe aliquã hypoſtaſim conſtitutã ꝑ abſolutã proprietatẽ, cõem ꝑri, & filio & ſpũſancto, ſicut eſſentia eis cõis eſt. Dicũt. n. ꝙ illa hypoſtaſis eſt diuina eſſentia, vt in ſe exiſtẽs, & ꝙ iſta ſit rõ, ꝙ nomẽ perſonæ antiqtus ſignificabat eſſentiã. Oís eñ eẽntia intellectualis in ſe exiſtẽs, perſona ẽ. Alij, qbus cõſentio, dicũt, ꝙ diuinis nõ ſit aliqua ꝑſona per ꝓprietatẽ abſolutã cõſtituta, ſed tm̃ modò ꝑ proprietatẽ relatiuã, vt oſtẽſum eſt ſupra. Hæc Richardus. ¶ Porro, vt veritas horum clariùs pateat, referam verba Auguſtini ſeptimò de trinitate dicentis: Non aliud eſt Deo eſſe, aliud perſonam eſſe, ſed omnino idem. Nam ſi eſſe ad ſe dr̃, perſona vero relatiuè, ſicq; patrem, & filium ac ſpiritumſanctum dicamus tres perſonas, ſicut dicuntur aliqui tres amici, aut tres propinqui, quod ſint adinuicẽ tales, non quilibet ad ſe, &c. ¶ Ex dictis, quoque pater ad argumenta ſolutio. Nam quid dicendum ſit ad verba hæc. Auguſtini, patuit ante. Ad ſecundum dicendum, ꝙ actio rectè aſſcribitur rei per ſe ſubſiſtenti, quamuis ei non conueniat plenè ratio ſuppoſiti, ſeu perſonæ. Dictum eſt quoque, ꝙ trinitas, ſeu tres perſonæ ſunt una ſumma res, qua ſola fruendũ eſt. Sunt enim vnus Deus, vna eſſentia, vnus creator vnum principium omniũ rerum, & ita vna res per ſe ſubſiſtens. Quamuis etiam, quis probabiliter vellet defendere, quòd Deo ſit ſuppoſitũ abſolutũ, ſeu abſoluta perſonalitas, non tñ cogeretur cõcedere, quòd in diuinis ſint quatuor perſonæ: quia perſona abſoluta nõ poneret in numerum cum perſonis dictis relatiuè, ſed eſſet realiter idem cũ vnaquaque illarũ. Et cum in diuinis tres res relatiuæ realiter abiuicem diſtinctæ, videlicet tres perſonæ, ſunt una res ſumma, & abſoluta, vtpotè vna eſſentia: ita tres perſonę relatiuę, dicerent̃ una ꝑſona abſolutè accepta. Veruntñ magis catholicè ſonat, non ponere in Deo abſolutã ꝑſonã ob cauſam ꝓhibitã. Qui aũr dicunt diuinas perſonas cõſtitui, & diſtingui ꝑ abſolutas ꝓprietates, forſan cõcederẽt, ꝙ in diuinis ſint tres ꝑſonę abſolutę, qđ iuxta poſtęa male ſonaret.

Richard.

Augustin.

Soluuntur argumẽta A ſecundũ

Aristotel.

Quæ-

QVAESTIO. VIII.

Octaua quæritur, *an in diuinis relatio per prius fundetur in eſſentia, quàm in perſona.* ¶ Ad hoc reſpondet Quodlibeto quartò Henricus: Relatio in diuinis non eſt niſi realis reſpectus vnius perſonæ ad aliam fundatus in eadem diuina eſſentia diſtinguens perſonas ab inuicem, propter quod neceſſariò habet eſſe in duobus, videlicet in eſſentia, & perſona, ſed diuerſimodè: quoniam eſt in eſſentia, tanquam in primò ſuo fundamento, & in perſona, tanquam in diſtincto, & conſtituto per ſe, & in quantum perſona ſubſiſtit in eſſentia, vt conſtituta per eam. Quoniam ergo ſimul natura, ac naturali intelligentia eſſentia exiſtit in perſona, atque perſona ſubſiſtit in eſſentia, ideò ſimul in natura, & naturali intelligentia, ſeu ęquè primò relatio perſonalis eſt in eſſentia vno modo, & in eſſentia alio modo. Relatio quippe, & eſſentia in Deo ſubſtantialiter conſtituunt ipſum ſuppoſitum: quia per hoc, quòd relatio habet eſſe in eſſentia, conſtituere habet perſonam, & eſſe in ipſa perſona. Per vtrunque enim æquè primò, & immediatè conſtituta perſona, eſt conſtituta, & relatio in vtroque, Hæc Henricus.

Diony.

¶ Cuius verba ſunt ſanè intelligenda. Non enim perſona diuina conſtituta eſt ex eſſentia, & relatione, quaſi ex diſtinctis principijs, nec ipſa perſona compoſita eſt: imò eſſentia, & relatio vnum ſunt, ſed iuxta modum intelligendi eſſentia tribus perſonis communis, in conſtitutione perſonæ habet ſe quaſi per modum diſtinguibilis: relatio autem, quę propria eſt perſonæ, per modum diſtinguentis, & perſona per modum diſtincti. Vnde, & alibi dicit Henricus quintò videlicet Quòdlibeto: In Deo realis relatio fundatur in eſſentia, ratione, qua ſecundum ſe eſſentia eſt, & ſingularitas quædam, non autem ratione, qua eſt eſſentia huius, vel illius perſonæ. hoc namque non conuenit ei, niſi per relationem in ſe fundatam: quia per hoc, quòd relatio habet eſſe, & fundari in eſſentia, ſimul conſtituit rationem ſuppoſiti.

Henricus.

An eaſdem proprietates aſsignent Auguſtinus, & Hilarius. & an iſtæ ſint, quæ dicuntur paternitas, & filiatio, & proceſsio.

Diſtinctio XXVII.

A

Hic quæri poteſt, Vtrum proprietates quas Hilarius ſupra aſſignauit, ſcilicet, ꝙ pater ſemper eſt pater, & filius ſemper eſt filius: ſint illæ ędem proprietates, quas Auguſtinus ſuperiùs diſtinxit, dicens proprium eſſe patris, ꝙ genuit filium: & proprium filij, ꝙ genitus eſt patre: & ſpiritusſancti, ꝙ ab vtroque procedit. Ac deinde, vtrum, & iſtæ ſint illæ, quę dicuntur, paternitas, filiatio, proceſſio. Videtur, ꝙ non ſint cædem proprietates, quas ponit Hilarius, & illæ quas ponit Auguſtinus. Si enim eædem ſunt, idem eſt ergo patri eſſe parrem, & genuiſſe filium, quod vtique quidam concedunt. Si autem hoc eſt, cui ergo conuenit, vt ſit pater, ei conuenit genuiſſe filium. Natura ergo diuina ſi pater eſt, genuit filium. ſi vero nõ genuit, pater non eſt. Sed quis audeat dicere, aut ꝙ ipſa genuit filium, aut ꝙ ipſa pater non ſit? Si autem ipſa pater eſt, nec filium genuit. Non eſt ergo idem dicere, aliquid eſſe patrem, & gignere filium. Et ita non videtur vna, eademq; eſſe proprietas.

B

Reſponſio, vbi oſtendit eaſdem eſſe proprietates.

Quõ ſint intelligendà verbũ Hilarij li 3 de Trin.

Ad quod ſine præiudicio aliorum dicimus, ꝙ eaſdem proprietates notauit vterque, licet diuerſis verbis. Quòd enim Hilarius ait, ita intelligi debet: Proprium patris eſt, ꝙ ſemper pater eſt, id eſt, proprietas patris eſt, qua ſemper pater eſt. Semper vero pater eſt, quia ſemper genuit filium. Ita, & proprium filij eſt, ꝙ ſemper filius eſt: id eſt, proprietas filij eſt, qua ſemper filius eſt. Filius vero ſemper eſt, quia ſemper genitus eſt. Ergo proprietas, qua pater, pater eſt, eſt quia ſemper genuit, & hæc eadem dicitur paternitas, vel gñatio. Et proprietas, qua filius ſp eſt filius, eſt quia ſemper genitus eſt à patre, & hęc eadem dicitur filiatio, vel genitura, vel natiuitas, vel origo, vel naſcibilitas. Sic, & proprietas, qua ſpirituſſanctus eſt ſpirituſſanctus, vel donum, eſt quia procedit ab vtroq;, & hęc eadem dr̃ proceſſio. In præmiſſis ergo locutionibus eædẽ ſignificatę ſunt proprietates.

C

Quomodo non eſt omnino idem dicere, eſſe patrem, & genuiſſe, vel habere filium, ita, & de alijs.

Nec tamen videtur nobis oĩno eſſe idem dicere, aliquid eſſe patrem, & genuiſſe filiũ, vel aliquid eſſe filium, & habere patrem, vel eſſe ſpũm ſanctum, & procedere ab vtroq; alioquin pater non eſſet nomen hypoſtaſis, id eſt, perſonę, ſed ꝓprietatis tantũ: ſimiliter filius, & ſpũſſanctus. Et ita non ꝑ tria nomina ſignificarentur tres perſonæ. Ideoq; dicimus, quia patris nomen non tm̃ relationem notat, ſed etiam hypoſtaſim, id eſt, ſubſtantiam ſignificat: ita & filius, & ſpũſſanctus. Relationũ vero vocabula, ſ. paternitas, filiatio, proceſſio: vel gignere, gigni, procedere: ipſas tantum relationes, nõ hypoſtaſes ſignificant, ſiue habere filiũ, & habere ꝑrem: vt verbi gratia, cũ dicimus, Deus eſt pater: nomine patris, & relationem notamus, & diuinã hypoſtaſim ſignificamus: vt ſit intelligẽtia

talis,Deus,vel diuina essentia est pater.id est,ille qui genuit, scilicet et hypostasis,quæ habet filium. Similiter Deus est filius,id est,hypostasis genita,vel habens patrem. Ita etiã, Deus est spiritusſanctus : id est, hypostasis procedens ab vtroque, siue ille,qui procedit. Cum vero nomina relationum ponimusin prædicatis, notiones ipsas tantum significamus,non hypostases:vt cum dicimus, Deus genuit,id est,habet filium: & Deus genitus est,id est,habet patrem. Et tunc oportet intelligi in subiectis hypostases tãtum,non essentiam, quæ illis proprietatibus determinantur.

Quid intelligatur cũ dr Deus genitus est.

D *Quòd proprietates determinant hypostases, non substantiam, id est, naturam.*

Illæ enim proprietates singulæ singulis propriè conueniunt personis, & per eas personæ determinantur, & à se inuicem differunt,sed à se non secedunt . Vnde Iohannes Damascenus:Non differunt ab inuicem hypostases secundum substantiam,sed secundum characteristica idiomata,id est,determinatiuas proprietates . Characteristica vero,id est,determinatiua sunt hypostaseon, & non naturæ : etenim hypostases determinant.Item esse quidem intemporaliter, & æternaliter dicimus diuinam verbi hypostasim simplicem,omnia habentem, quæ habet pater, vt eius homonsion, id est,consubstantialem, natiuitatis modo, & habitudine à paternali hypostasi differentem, nunquam verò à paternali hypostasi secedentem.Idem apertiùs exprimens personales proprietates,in eodem ait: Differentiam hypostaseon,id est personarum in tribus proprietatibus,ideſt paternali,& filiali,& processibili recognoscimus. Insecessibiles autẽ ipsas hypostases, & indistabiles inuicem , & vnitas quidem inconfusibiliter : tres enim sunt, etsi vnitæ,diuisas autem indistanter. Etenim singula perfecta est hypostasis:& propriam proprietatem,scilicet existentiæ modum proprium possidet,sed vnitæ sunt substantia, & non distant,neque secedunt à paternali hypostasi.Ecce hic hebes distinctas tres illas proprietates, quæ supra diuersis significatæ sunt modis.

Damasce. li.3. cap.6.

Hic distinguũtur ꝓprietates apertè.

E *Quòd sunt alia nomina personarum,easdem proprietates notantia, scilicet genitus,genitor,verbum,imago.*

Hic non est prætermittendum,ꝙ sicut pater, & filius,& spirituſſanctus nomina personarum sunt,& proprietates personales designant:ita etiam sunt,& alia nomina personarum,ideſt quæ ipsas personas significant,& earũ proprietates denotant,& easdem quas,& nomina prædicta. Vnde,& relatiuè dicuntur,scilicet genitor,genitus,verbum, imago.Vnde Augustinus in quinto libro de Trinitate ait:Videndum est,inquit,hoc significari cum dicitur genitus,quòd significatur cũ dicitur filius . Ideò enim filius, quia genitus:& quia filius, vtique genitus. Sicut autem filius ad patrem,sic genitus ad genitorem refertur:& sicut pater ad filium,ita genitor ad genitum . Idem in Vltimo libro de Trinitate:Verbum quidem solus filius accipitur,non simul pater,& filius tanquam ambo sint vnum verbum. Sic enim verbum dicitur * quomodo imago,non autem pater, & filius simul ambo imago,sed filius solus est imago patris,quemadmodum,& filius. Idem in septimo libro de Trinitate : Verbum secundum quòd sapientia est,& essentia, hoc est,quod pater:secundum quod verbum,nõ hoc est,quod pater:quia verbum non est pater,& verbum relatiuè dicitur sicut filius . Item in eodem : Sicut filius ad patrem refertur,ita, & verbum ad eum,cuius est verbum refertur,cum dicitur verbum.Et propterea non eo verbum,quo sapientia dicitur, quia verbũ non ad se dicitur, sed tantum relatiuè dicitur ad eum,cuius est verbum,sicut filius ad patrẽ . Eo quippe est filius,quo verbum: & eo est verbum, quo filius. sapientia vero,quo essentia : & ideò quia pater,& filius sunt vna essentia,& vna sapientia.Item in eodem: Non est pater ipse verbum,sicut nec filius, nec imago . Quid autem absurdiùs, quàm imaginem ad se dici? Idem in quinto: Dicitur relatiuè filius,relatiuè etiam dicitur verbum,& imago , & in omnibus his vocabulis ad patrem refertur. Nihil autem horum pater dicitur.

Aug.5. de Tr ca.6. Ibidem.

Idem 6. de Trin.ca.2.

Idem 7. de Trin ca.2.

Itẽ vbi su. Quod non eo verbũ dr quo sapientia.

Aug. 7. de Tri. ca. 3. Quo dicitur verbũ, & quo filius .

Idem 7. de Trin.ca.2.

* quodammodo

F *Breuiter summam colligit intelligentia prædictorum.*

Apertè ostensum est,ꝙ sicut filius,vel genitus relatiuè dicitur ad patrem,ita verbum & imago. Et ꝙ eo dicitur verbum,siue imago,quo filius,id est,eadem proprietate, siue notione dicitur verbum,& imago qua filius,sed non eo,quo verbum dicitur sapientia, vel essentia:quia non notione,qua dicitur verbum,dicitur sapientia.Nam sapientia dicitur secundum essentiam, non secundum relationem.

Generalis

G *Generalis regula eorum, quæ ad se, & eorum, quæ relatiuè dicuntur: quicquid enim ad se, simul ambo dicuntur, sed non ita in prædictis relatiuis.*

Et est hic aduertenda quædam generalis regula eorum,quę ad se,& eorum,quę relatiuè dicũtur de patre, & filio. Quicquid enim ad se*dicuntur,vt ait Augustinus in sexto libro de Trinitate,non dr alter sine altero.i.quicquid dicuntur,quod substantiã eorum oñdat,ambo simul dicunt.Ergo nec pater est Deus sine filio,nec filius sine pre : sed ambo simul Deus,sed nõ ambo simul pr,nõ ambo simul filius,vel verbum,vel imago.

* dicitur

Aug. 6. de Tri cap. 2.

H *An secundum substantiam dicatur Deus de Deo, & huiusmodi.*

Hic quæritur,cum dicitur Deus de Deo,lumen de lumine, & huiusmodi, vtrum dicantur secundum substantiam . Nam secundum relationem constat ista non dici . Si vero secundum substantiam dicuntur simul ambo , scilicet pater, & filius,possunt dici Deus de Deo, lumen de lumine, secundum prædictam regulam . Ad quod dicimus, quia licet Deus secundum substantiam dicatur,& lumen , & sapientia , & huiusmodi, & nunquam relatiuè accipiantur: aliquandò tamen pro relatiuis, id est, pro personis, sed non relatiuè accipiuntur:vt cum dicitur,Deus genuit Deum:alterum pro patre,alterum pro filio ponimus.similiter cum dicitur, Deus de Deo,lumen de lumine.In alijs quoque locutionibus sępe reperiuntur nomina essentię ad significationem personarum deducta:vt cum dicitur,Deus natus,Deus mortuus, Deus passus,vbi filius tantum significatur.Ita & de solo filio intelligitur cum dicitur,Deus de Deo,& huiusmodi.Vñ Augusſt. quærens quomodo huiusmodi dicantur,in sexto libro de Trinitate ait . Quomodo Deus de Deo,lumen de lumine dr? Non esn simul ambo Deus de Deo,sed solus filius Deo,s.patre:nec ambo simul lumen de lumine, sed solus filius de lumine patre.

Responſio

Auguſt.de Tri li.6. cap. 2.

I *Quòd tantum secundum nomen substantiæ dicitur illud de illo, non secundum nomina personarum .*

Et est sciendum, ꝙ secundum nomina substantiæ tantum dicitur illud de illo , licet ibi illa nomina substantiam non significent. Secundum verò eadem nomina personarum, nunquam dicitur illud de illo,sicut verbũ de verbo,vel filius de filio:quia huiusmodi nomina diuersis personis conuenire non possunt. Quòd Augustinus licet obscurè in eodem libro ita dicit: Hoc solum de eis dici non potest, illud de illo, quòd simul ambo non sunt , id est,illo solo nomine non possumus vti ad ostendendum vnum de vno,quod simul ambobus non conuenit: sicut verbum de verbo dici non potest, quia non simul ambo verbum:nec imago de imagine,nec filius de filio,quia non simul ambo filius,vel imago . Et sicut nomina substantiæ aliquando intelligẽtiam personarum distinctè faciunt, ita etiam interdum totius trinitatis simul . Vnde Augustinus in eodem libro ait:In patris nomine ipse pater per se pronunciatur, in Dei vero nomine,& ipse pater,& filius,& spirituſſanctus:vt cum dicitur, Nemo bonus nisi solus Deus, quia trinitas est vnus solus Deus.

Au.vbi su.

Aug 6. de Trinit. c.8 Lucę 18. d Mar. 10.

Summa distinct. 27.

POstquam in præcedenti distinctione tractatum est de proprietatibus superſubstantialium,& supereſſentialium personarũ,prout constitutiuæ,ac distinctiuæ sunt personarum ipsarum : hic tractatur de eisdem proprietatibus,prout alijs nominibus exprimuntur, & de quibusdam nominibus earũdem:sensusq; huius distinctionis hinc inde præhabitus est.itaq; sicut patet in textu , qui planus est, primò quæritur in eodem,an idem sit esse patrem,ac genuisse &c.& circa hoc arguit,ac soluit instantiam,Specialiter verò agitur hic de verbo, qualiter conueniat in diuinis.

QVAESTIO I.

Arguitur primo contra veritatem.

HIc quæritur primò, *Vtrum proprietates personarum in diuinis ab inuicem distinguantur realiter.* ¶Videtur,ꝙ sic,quia distinguunt personas ab inuicem distinctione reali, vtpotè personali. Dicendum , quòd non , quia eidem personæ conueniunt plures proprietates, vt patuit.

¶Ad hoc Thomas respondet: Quamuis in diuinis sint quinque notiones: non tamen quinque res realiter distinctæ ab inuicem,sed tres tantum,vt pater, filius,spirituſſanctus:seu paternitas,filiatio.processio,seu passiua spiratio. Propriè namque aliqua multiplicantur in illo,cuius differentijs distinguuntur porro differentia in diuinis non est nisi per oppositionem relationis . Ideò in diuinis non sunt plures proprietates, aut notiones ab inuicem re distinctæ, quàm exigit oppositio illa relationis . Propter,quod paternitas, & filiatio sunt res duæ,paternitas autem , & communis spiratio non sunt duæ res, quia non opponuntur relatiuè : sunt tamen duæ relationes : quoniam distinguuntur differentijs relationis, inquantum relatio . Cum enim relatio dicatur secundum respectum ad alium, differentiæ relationis erunt secundum quod varijs modis est alterum . cumque pater referatur ad filium paternitate, atque ad spiritumſanctum communi spiratione paternitas, & communis spiratio sunt duę relationes,duęq; notiones.¶Siautẽ obijciatur,

Tho. Aqu.

Obiect. 1.

quia relatio est mediũ inter duo extrema tanquam inter terminos duos, quemadmodum eadem est uia ab Athenis, vsque ad Thebas, & econtra, ergo pater, & filius eadem numero, relatione adinuicem referuntur.

2 ¶ Secundò, in diuinis nihil est distinctum realiter, nisi per oppositionem relatiuam. sed sicut inter attributa diuinæ essentiæ non est oppositio, propter quod de se inuicem prædicantur, vt sapientia est bonitas, sic proprietates eiusdem personæ non habent inter se oppositionem: alias non possent esse in eadem persona. Non ergo sunt plures, imò, & de se inuicem prædicantur.

Ad 2. ¶ Dicendum ad primum, quòd quidam (vt ait Auicenna) dixerunt, quod eadem numero relatio in vtroque sit extremorum. Quòd non valet, quia accidens vnum nõ potest in duobus esse subiectis. Idcirco, dicendum, quòd in vtroque extremorum est vna relatio differens ab alia in quibusdam secundum speciem, sicut in illis, quæ diuersis nominibus exprimuntur vtrinque, vt paternitas, & filiatio: in aliquibus vero non differunt specie, sed numero tantum, vt quando vtrinque est vnum nomen, vt in similitudine, & æqualitate. tuncq; relatio, quę est in vno, vt in subiecto, est in altero, vt in termino; seu obiecto, & econuerso. & ita relatio secundum esse suum, prout habet fundamentum in re, non est medium, sed extremum: sed secundum respectum est medium, ideò realiter distinguuntur.

Nõ est ea dẽ numero relatio in vtroq; extremorum.

Ad 2. ¶ Ad secundum, quòd sicut attributa essentialia non sunt plures res, ita nec proprietates vnius personæ, sed sunt vna res, quę est illa persona. Attamen cum relatio maneat in diuinis etiam secundum sui generis rationem, manet quoque relationis distinctio, inquantum relatio. ideò dici potest, quòd sunt plures relationes, & quòd una non prædicatur de alia. Sic vero non est de essentialibus, quæ non manent in diuinis secundum communem generis rationem. Idcirco non distinguuntur secundum rationem alicuius communis, cuius ratio sit in Deo, si accipiatur commune secundum quod est nomẽ primæ intentionis. Si autem sumatur commune rationis secundum quod est nomen secundæ intentionis, sic commune est eis, quod sunt attributa. Cumq; diuidant unum commune rationis, secundum hoc non prædicantur de inuicem, Non enim dicimus, quod hoc attributũ sit illud, imò dicimus, quòd sit aliud attributum ab illo. Sed quia non diuidunt vnum commune reale, ideò ratione diuinæ simplicitatis prædicantur de inuicem secundum, quodcunque nomen primæ intentionis, vt potentia est sapientia &c. Hæc Thomas in Scripto.

Diony. ¶ Cuius verba, quibus ait paternitatem, & communem spirationem non esse res duas, seu non distingui realiter, non uidentur consonare præhabitis ex Alberto, Bonauentura, alijsq; quibusdam, dicentibus, quod generare, & spirare realiter distinguantur. paternitas autem est generatio ipsa actiua, & spirare est communis spiratio, qua pater, & filius, & spirant spiritumsanctum. Præterea paternitas est idem, quod pater. Non autem est idem, quod filiatio, aut filius, & tamen communis spiratio est realiter idem, quod pater, & filius, qui sunt vnus spirator, & aliquo modo duo spirãtes, qui sunt sua communis spiratio. Verum ad hanc difficultatem ex dictis, ac dicendis poterit haberi responsio.

Petrus. Richard. ¶ Concordant præinductæ responsioni Thomæ Petrus, & Richardus. Tamen istam difficultatem de distinctione inter paternitatem, & communem spirationem. remittit Richardus ad distinctionem sequentem. Albertus autem, Bonauentura, & alij multi hoc loco non mouẽt hanc quæstionem, quia præinductis circa alias distinctiones videtur patere. Aegidius tamen hic mouet eam, & in conclusione concordat cum Thoma, sed declarationem eius dicit deficere. Verum, vt tactum est supra frequenter, ipse scripta Thomæ multoties nititur improbare, sed irrationabiliter, atq; inualidè, sicut, & præcedẽti distinctione reprobare conatur distinctionem, quam inter relationem, notionem, & proprietatem ponit vir sanctus, dicendo proprietatem esse, quæ conuenit uni soli. contra quod obijcit, quia secundum hoc innascibilitas esset proprietas patris, nec essent tantum tres proprietates. Et tamẽ, quod Thomas dicit, Alexander, Albertus, Bonauentura, alijq; communiter dicunt. Nec valet illa obiectio, quia secundum præfatos doctores in diuinis sunt tantum tres proprietates personales, quamuis ponãtur ibi quatuor proprietates: quoniam aliquid plus est de ratione proprietatis personalis, q̃ de ratione proprietatis, prout pcedenti distinctione ostensum est.

Albertus Bonauen. Aegidius. Dion contra Aegid.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *an in diuinis secundum rationem intelligentia, ordinemque naturæ actus personalis sit prior relatiua proprietate, hoc est, an pater sit pater, quia genuit: vel potius ideò genuit, quia est pater.* Arguit. 1. contra ve

¶ Videtur, quòd actus personalis sit prior.

¶ Primò, quoniam paternitas fundatur in generatione sicut in fundamento. Fundamentum autem prius est eo, quod fundatur in ipso.

¶ Secundò, quia in litera ex verbis Augustini asseritur, quòd Deus dicitur pater, quia genuit. 2 Augusti.

¶ Tertiò, quia in libro de processione spiritussancti ait Anselmus, quòd pater genuit, quia Deus. Nõ ergo relatio ista paternitas, est ratio, quod genuit. 3 Anselm.

¶ Quartò, in filio generari secundũ conceptum intellectus est ante filiationem. Imò si in filio filiatio præcederet generationem passiuam, filius esset filius antequam generaretur. Sed sicut se habet filius ad generationem passiuam, sic pater ad generationem actiuam: Ergo, & in patre generatio paternitate est prior. 4

¶ In oppositum est, quia iuxta præhabita paternitas est proprietas relatiua, constitutiua patris in esse personali. si ergo competit ei generare, antequàm patrem esse, ergo actualis, & realis actio conuenit ei antequàm conuenit esse personam. qđ dici nõ valet, cũ esse, & agere sint suppositorũ. In oppositum.

¶ Rursus, paternitas est quasi vltimum, ac formale, constitutiuumq; patris in esse distincto. ergo est ei ratio operandi, ac generandi.

¶ Ad hoc respondet Albertus: In diuinis aliter est, quàm in inferioribus, quia in inferioribus relationes sunt tantum relationes. nec constituunt personas, atque ex mutationibus præuijs innascuntur. porro in diuinis non sunt tantum relationes, sed etiam proprietates. sicq; habent actum constitutiuæ differentiæ, similem. Ideò in diuinis relationes sunt ante actus notionales, seu personales secundum intellectum. Propterea auctoritas Augustini iam allegata, intelligenda est de relatione, vt est relatio tantum, quoniam pater non refertur ad filium inquantum in seipso constitutus est persona, sed potius quia genuit. Albertus. Augustꝰ. Obiectio.

¶ Si aũt obijciat, quia pater, aut generat inquantum pater, aut inquãtum Deus, aut inquantũ Deus pater,

pater, aut quoniam innascibilis, aut quia principium spiratiuum. non enim pluribus modis potest considerari, sed non generat secundũ quod Deus, quoniam, & filio conueniret, cum & ipse sit Deus, nec generat inquantum pater: quia Anselmus in libro de processione spiritussancti affirmat, quod ridiculum extet hoc dicere. & addit, quod gignit, ut Deus. Nec generat ut innascibilis, quoniam sic non comparatur ad filium, & adhuc minus comparatur ad ipsum, inquantum spiratiuum principium. Anselm.

Dilutio. Ad hoc dico, quòd generat inquantum Deus pater. Idcirco Anselmus dicens, quòd generat inquantum Deus, non expresit totam rationem gignendi, sed partem: quoniam virtus generandi originaliter est à natura, sed actus, atque proprietas est ipsius patris. Sunt tamen, qui dicunt, quòd generat, quia innascibilis, quia sic quærit consortem cui delicias, & diuitias suas communicet. Sed hi (salua pace ipsorum) non intelligunt quæstionem, quia dum quæritur an gignit, quia pater, vel econuerso: quæritur de ratione generantis, ut est gignens, & non quare generet. Hæc Albertus.

Vdalricꝰ. ¶ Hęc Vdalricus in Summa sua libro tertio diffusiùs prosequens: Distinctionem, inquit, oportet esse per proprietates. Istæ autem proprietates inquantum sunt proprietates, non distinguunt nisi

Boethius. accidentaliter: quoniam dicit Boethius in comto suo super Porphyrium, quod licèt proprietas semper consequatur subiectum: tamen cum non sit de constituentibus ipsum esse, est de genere accidentium. Vnde sic ipsæ proprietates potius consequuntur hypostases constitutas, quàm constituãt eas. Item inquantum sunt proprietates originis, sic per accidens consequuntur actum originis. potiusq; notificant substantialem distinctionẽ, quàm ipsam causent. Sic namque per se homo generat hominem, & per accidens pater generat filium. Insuper inquantum sunt proprietates diuinæ, non constituunt hypostasim, nec hypostasum distinctionem, cum in vna persona sint duæ proprietates. sed inquantum sunt proprietates originis in diuinis, habentes rationem oppositorum respectuum, constituunt, & distinguunt personas. Nam ratione oppositionis respectuum, important distinctionem realem sine compositione, & diuersitate, sicut expositum est. Itaque actus originis præcedit relationem, inquantum relatio est, & est causa, seu ratio relationis: quia relatio talis fundatur in operatione, ut dicitur quinto Metaphysicæ. Si verò sumatur relatio, ut est in Deo, & ut constitutiua personæ, ita secundum intellectum præcedit originis actum, cum actiones sint suppositorum. quod etiã verum est de communi spiratione, quæ est relatio. Potentia, namque spirandi, quæ est essentia sumpta sub ratione huius relationis in patre, & filio, est principium huius actus, qui est spirare. Hæc Vdalricus.

Philosop.

Tho. Aq. ¶ Concordat Thomas hic loquens: Secundum illos, qui dicunt, quòd relationes non constituunt nec distinguunt personas, sed tantum manifestent distinctas, & constitutas, relatio absolutè sequitur actionem personalem secundum modum, & ordinem intelligendi, sed quia non inuenitur aliquid distinguens, constituensque personas, nisi relatio originis secundum rationem suæ oppositionis, idcirco dicendum, quòd relatio hoc modo secundũ intellectum præcedit actionem personalem. Itaque dico, quòd relatio potest considerari triplicitər. Primò, inquantum relatio absolutè, & ex hoc

Relatio tripliciter cõsideratur.

non habet, quod præcedat operationem, sed potius, quod sequitur eam, ut patet in creaturis. Secundò, ut relatio diuina, quæ est personam constituens, imò & ipsa persona subsistens. sicque secundum intellectum præcedit actionem personalem. Tertiò, inquantum est ipsamet operatio personalis, & sic sunt idem, & simul secundum intellectum, ac rem.

¶ Ad auctoritatem igitur Augustini dicendum, quod attendit ad relationem, ut est relatio, & non vt est relatio talis diuina constitutiua personæ. Meliùs quoque dici potest, quòd in hoc, quod dicitur: Quia genuit, pater est: non importatur aliquis ordo causæ, sed magis identitas relationis. Vnde & ipse Augustinus testatur, quòd ideò est filius, quoniam genitus: & quia filius, ideò genitus. Hæc Thomas in Scripto.

Augustin. Anselm. ¶ Qui etiam ad auctoritatem Anselmi respondet sicut Albertus: Principium, inquiens, generationis in diuinis, non potest esse tantum natura: nec solum proprietas, sed natura diuina ut est in patre, vel ipsa proprietas, quæ est paternitas. Hinc Anselmus non expresit totum, quod ad principium generationis exigitur. Verum, ut totum complectamur, oportet dici, quòd pater generat, non tãtum quoniam Deus est, nec solum quoniam pater est, sed quoniam Deus pater.

Petrus. ¶ His consonans Petrus: Omnis, inquit, actio egreditur à suppposito aliquo per formam, quę sit operationis principium existentem in ipso, in supposito autem patris, quadruplex forma intelligitur. Vna communis patri, ac filio, atque spiritui-sancto, utpotè deitas. Secunda communis sibi, ac filio, scilicet communis spiratio. Tertia sibi communis per comparationem ad principium à quo, scilicet innascibilitas. Quarta sibi propria per comparationem ad id, quod est à patre, hoc est, ad filium, puta paternitas. Actus igitur generandi à patre egreditur non per formam deitatis, quoniam actus iste non est communis Trinitatis, quemadmodum deitas: nec per formam communis spirationis, quoniam generatio non est patri, filioque communis: neq; per formam innascibilitatis, quia iunascilitas originem priuat passiuam, nec ponit actiuam. oportet ergo ut egrediatur per formam paternitatis.

¶ Porrò homine patre naturaliter prior est forma, qua in se subsistit, quàm forma, per quam actũ generationis producit: hoc est, quàm potentia generandi, & potentia illa naturaliter prior est actu, quem educit, actusque ille prior est naturaliter relatione, quam causat. Sed in Deo patre totum hoc verisimè est simplici modo, quoniam totum in eo idem est re, videlicet paternitas, qua subsistit, potentia, qua agit actus ipse, & relatio consequẽs actum. Secundum tamen intellectum, prius intelligitur paternitas, ut forma patris constitutiua, qua personaliter in se subsistit, deinde ut potentia generatiua, qua agit, deinde, ut actus generationis, & ultimo ut relatio. Hæc Petrus.

¶ Insuper in prima parte Summæ quæstione qua dragesima scribit Thomas: Origo in diuinis significatur dupliciter, utpotè actiuè, & passiuè. Actiuè quidem, sicut generatio attribuitur patri. spiratio quoque, quæ est actus notionalis, patri, ac filio. passiuè autem, sicut generatio, seu natiuitas, filio, processio spiritussancto. Origenes, itaque passiuè significatæ, præcedunt secundum intellectum simpliciter proprietates procedentium, personarum etiam

arti 4.

Actus notionales non præintelligũtur proprietatibus.

etiam personales: quia origo passiuè significata, significatur ut uia ad personam proprietate constitutam. Similiter origo actiuè designata, prior est secundum intellectum, quàm relatio non personalis personæ originantis, sicut actus notionalis spirationis secundum intellectum præcedit proprietatem relatiuam innominatam, communem patri, & filio. Personalis verò proprietas considerari potest dupliciter. Prima, ut relatio, & sic rursus secundum intellectum præsupponit actum notionalem: quia relatio inquantum huiusmodi, fundatur super actum. Alio modo secundum quod est constitutiua personæ. sicque oportet quòd præintelligatur relatio actui notionali, sicut persona agens præintelligitur actioni. Hæc Thomas in Summa.

Richard⁹. ¶At verò Richardus: Ad hanc, inquit quæstionem aliqui dicunt, quòd proprietas non est ratio actus personalis in patre. non enim generat homo quoniam pater, sed econuerso. generat autem inquantum est quædam hypostasis completè constituta per suam essentiam, & per paternitatem, quæ secundariò includitur in significato innascilitatis, & completè, distincta est ab omni hypostasi alterius essentiæ. distinguibilis, quoque per proprietatem relatiuam ab omni hypostasi eiusdem essentiæ habens omnimodam primitatem respectu omnis emanationis, per quam est in ea fontalis plenitudo ad omnem emanationem.

¶Alijs autem non placet ista opinio propter rationes præhabitas. Nam dicunt personas per proprietates absolutas constitui, & distingui, contra quod satis argumentatum est supra. Hinc alij tenent, quòd proprietas relatiua constitutiua est ratio actus personalis, propter motiua ad hoc inducta,

¶In commento, quoque liberi de maximis theologiæ habetur, quia cum dicitur, Pater est principium filij, pater prædicat paternitatem. Dicunt ergo, quod de intellectu patris sunt subsistentia per se, generatio quoque actiua, & habitudo ad filium, quæ in paternitate differunt solum secundum rationem. Proprietas enim paternitatis est res subsistens, & est generatio ipsa actiua, & habitudo. & inquantum est res subsistens, est ipse pater. Et quoniam generare præsupponit secundum rationem intelligendi rem subsistentem cuius sit actus, ideò paternitas inquantum est subsistens præcedit secundum rationem intelligendi ipsum generare: sed inquantum est habitudo ad filium, sequitur secundum rationem intelligendi ipsum generare. Idcirco si quis bene inspiciat, dici potest, quòd ideo est pater, quoniam generat accipiendo paternitatem tantummodo, inquantum est habitus ad filium. Potest etiam verè dici, quòd ideo generat, quia pater, accipiendo paternitatem, inquantum est res subsistens constitutiua hypostasis patris. Sicque forsitan concordari possent opiniones. Hæc Richardus,

Durandus ¶Durandus demum hic ait: Aliquid præintelligi alteri, potest esse dupliciter.

¶Primò, quia potest intelligi altero non intellecto, non econuerso, sicut animal potest intelligi nõ intellecto homine, non econtra.

¶Secundò, quoniam actus intellectus cadit super utrunque, & dicit unum esse prius alio secundum rem, vel intellectum. Itaque proprietas relatiua ut constitutiua, prior est secundum intellectum actibus notionalibus primo modo, imò & seipsa ut est relatio: quoniam est in plus, atque communius, & potest intelligi non intellectis actibus illis. Si autem proprietas accipiatur in speciali, ut paternitas, sic dicendum, quòd paternitas, ut relatio, præcedit seipsam ut est constitutiua, sed actum notionalem non præcedit. Primum patet, quia paternitas non potest intelligi absque ratione relationis: potest tamen intelligi absque ratione proprietatis constituentis: ergo paternitas, ut relatio, hoc modo prior est seipsa ut constitutiua. De ratione namque paternitatis est relatio: non autem esse constitutiuum personæ. ergo impossibile est intelligere paternitatem in aliquo, non intelligendo rationem relationis. sed benè intelligi potest paternitas esse in aliquo, non intelligendo quòd sit constitutiua personæ.

¶Si autem quæratur de prioritate secundo modo, videtur dicendum quòd intellectus non potest verè intelligere, quòd relationes præcedant actus notionales: quia persona non potest intelligi priùs constituta, quàm producens, aut relata, ita quòd actus intellectus cadat super utrunque, dicendo: hoc prius est alio: quoniam intellectus apprehendens personam prius esse constitutam, quàm producentem, aut relatam, apprehendit eam ut constitutam in esse personali per rationem, seu proprietatem absolutam. sic autem apprehendi, est contra rationem personæ diuinæ, de cuius ratione est proprietas relatiua personæ constitutiua, Hæc Durandus,

QVAESTIO III.

Arguitur primo cõtra veritatem. TErtiò quæritur, *An verbum proprie dicatur in diuinis*. ¶Et circa hoc multa possunt inquiri, uidelicet an sit nomen essentiale, an personale, seu notionale, & an denotet respectum ad creaturam.

¶Videtur, quod non conueniat in diuinis, quoniam verbum, dicit quid sonans, ac transiens, Deus autem est insensibilis, & inuariabiliter stabilis.

2 ¶Secundò, verbum dicit quid initiatum, utpotè egrediens, & prolatum, ergo non conuenit Deo æterno,

3 ¶Tertiò, vilia non sunt Deo attribuenda. sed nomen verbi tam ville est, ut de rebus dicamus inanibus, non sunt nisi verba,

In oppositum. ¶In contrarium est scriptura, auctoritasque doctorum, qui super illud Iohannis, In principio erat verbum, fatentur non potuisse vnigenitum Dei filium aptiore nomine exprimi, quàm nomine verbi.

Bonauen. ¶Ad hoc Bonauentura respondet: Quemadmodum ratio paternitatis per priùs est in Deo, quàm in creaturis, quamuis nomen translatum sit à nobis ad Deum, sicut & ratio lucis, ac sapientiæ, atque similium: sic etiam ratio verbi, & significatum eius, per priùs, ac nobiliùs est in Deo, quàm in nobis, cum tamen à nobis translatum sit ad Deum. Translatio autem fit propter duo. Primò propter expressam similitudinem. Secundò propter nostrã instructionem. Quantum ad primum, similitudo est verbi creati ad increatum. ad quam similitudinem insinuandam Augustinus decimoquinto, de Trinitate, distinguit & ponit triplicem differentiã verbi. Vnum est verbum sensibile, aliud intelligibile, tertium medio modo se habens, quod est verbum imaginarium. Verbum sensibile attenditur in prolatione vocis, verbum intelligibile in rei cogitatione, verbum medium in cogitatione vo-

Translatio fit propter duo.

Augustin.

cis.

Verbi triplex differentia. cis. Et sic inter ea est ordo, quoniam primo cogitat homo aliquid quid sit: secundo, qualiter debeat cogitatum pronunciare: tertiò illud pronunciat. Sicut igitur ratio, seu aliqua similitudo Trinitatis reperitur in sensu, atque in ratione conuersa ad sensum, & in ratione secundum se, sic & ratio verbi. Et quemadmodum Trinitas creata, quæ est expressa increatæ trinitatis similitudo, non est in sensu, neque in inferiori parte rationis, in ratione secundum se: sic cum verbum dicatur tripliciter, in nullo consistit summæ Trinitatis similitudo expressa, nisi in intelligibili verbo. Quæ similitudo secundum Augustinum in tribus attenditur, scilicet quantum ad originem, seu emanationem, quantum ad dispositionem, & quantum ad vnionem. Quæ tria considerantur in filio Dei, puta origo, seu emanatio, secundum quam est filius: dispositio æterna, secundum quam dicitur mundus archetypus, ars rationibus plena: & unio, secundum quod dicitur factus homo. Est ergo similitudo inter verbum nostrum, & verbum Dei æternum in origine. Quémadmodum enim filius Dei procedit, ac nascitur, per modum naturæ, similis patri per omnia, sic verbum intellectus nostri à mente procedit. Et est etiam similitudo quantum ad dispositionem, quoniam sicut in verbo suo cuncta disposuit Deus: sic homo rationabiliter nil operatur, nisi quod mente prægocitat. Quemadmodum etiam verbum vnitum est carni humanæ, sic verbum intelligibile vnitur voci sensibili, ut innotescat, & nihilominus integrum manet in mente, sicut & verbum Dei in patre. Veruntamen est dissimilitudo in multis, quoniam sæpè cogitamus, quæ ignoramus, & sic verbo nostro commiscetur fallacia. Frequenter quoque cogitamus, quæ volumus, & ita iuncta est verbo nostro displicentia. Sed & sæpè cogitamus, quæ non possumus, sicque verbo nostro iungitur impotentia. Porrò verbum Dei æternaliter verissimum, placentissimum, omnipotentissimumque consistit. Hinc expressa æterni verbi similitudo non consistit in verbo nostro in se, nisi iuncta sit ei certitudo notitiæ, complacentia, atque potentia, quod est verbum affectiuum, & operatiuum. Vnde 9. de Trinitate loquitur Augustinus: Verbum est cum amore notitia. quod si uirtus addatur, erit similitudo expressior, utpotè verbum amorosum, & efficax. Transfertur ergo verbum ad diuina à verbo interiori secundum similitudines, & conditiones prædictas, & ista est ratio translationis ex parte rei. Ratio verò ex parte nostri est, quia omnia intelligimus per creata. Quoniam ergo cum audimus patrem, & filium, in diuinis cogitamus de patre filioque carnali, idcirco ut eleuemur ad cogitandum spiritualem generationem, diuinissimus Iohannes, qui totus fuit in contemplatione deitatis erectus, usus est nomine verbi, dicens: In principio erat verbum. quod qui intelligit, multum proficit in cognitione filij Dei.

Expressa similitudo Trinitatis in intelligibili verbo cõsistit in tribus.

Augusti.

Iohan.1.

Basilius. ¶Vnde Basilius: Filio Dei attribuitur sensus, sapientia, virtus, verbum, & lumen. Sensus, quo omnia cognoscuntur: sapientia, qua omnia disponuntur: virtus, qua fiunt. verbum, quo proferuntur: lumen, quo clarescunt. Hæc Bonauentura.

¶De hac verò materia introducta sunt plurima distinctione secunda, & tertia, supra ex alijs opusculis eiusdem doctoris, ac aliorum.

Petrus. Augustin. Anselm. Damasce. ¶Hinc Petrus: Secundum Augustinum decimo de Trinitate, Anselmum in monologion, & Damascenum primo libro, triplex est verbum in nobis: intelligibile, imaginabile, sensibile. Per verbum intelligibile cognoscimus rem per suam speciem. Hoc verbum potissimè assimilatur verbo æterno essentialiter genito. Per verbum imaginabile, speciem vocis exprimendæ intus formamus. Hoc verbum assimilatur verbo æterno incarnari præuiso. Per verbum sensibile vocem proferimus. Et hoc verbum assimilatur verbo Dei actualiter incarnato. Hæc Petrus.

Tho. Aq. arti. 1. ¶In idem redit, quod Thomas hic scribit de hoc triplici verbo. Vnde & in prima parte Summæ suæ quæstione tricesimaquarta. Primò, inquit, & principaliter verbum vocatur interior mentis conceptus. Secundariò autem, nox interioris conceptus significatiua. Tertiò, ipsa imaginatio vocis. Quartò, figuratiuè, atque impropriè dicitur verbum res ipsa verbo significata, ut dum facto aliquo demonstrato, quis dicit: Hoc est verbum, quod dixit tibi. Dicitur autem verbum propriè in Deo, secundum quod verbum significat ipsius intellectum conceptum. Hæc Thomas de cuius dictis modo pertranseo, quoniam supra ex his, & ex Summa contra gentiles allegata sunt multa.

Albertus. August. ¶Præterea circa hæc scribit Albertus: Augustinus nono de Trinitate diffiniens verbum, dicendo: Verbum est cum amore notitia, diffinit verbum secundum quod manifestatur in imagine, id est, in anima rationali, in qua verbum procedit à mente sicut filius à patre, iuxta illud in Psalmo: Eructauit cor meum verbum bonum. Et quia secundum Augustinum non est perfectè æqualitas inter mentem, & verbum, nisi cum mens dicit seipsam, & tunc semper est notitia cum amore: quoniam tantam se dicit quanta est, & tantam se amat quanta est. Sicque verbum eius semper est cum amore. Dicit autem Hieronymus in prologo galeato, quod logos græcè, latinè dicitur verbum, & ratio, & supputatio, & causa, quæ omnia possunt ad Dei filium retorqueri. Ipse enim est verbum. Et duplex est consideratio filij, inquantum est verbum: quoniam verbum accipi potest notionaliter tantum, & sic propriè dicitur verbum. potest etiam accipi verbum notionaliter, connotando essentiam per respectum ad creaturas. & ita accipi potest tripliciter. Primò, in ratione finis. nam ipse filius Dei sicut, & pater, est omnium causa finalis. & sic dicitur ratio rei. Secundò, in ratione formæ exemplaris. sicque vocatur supputatio, propter respectum exemplarium ad numerum proportionis existentiæ rerum. Tertiò, in ratione causæ efficientis. sicque appellatur causa, qua cuncta subsistunt. Insuper verbum est conceptus practici intellectus, prout à sancto Basilio sumitur. sicque includit cognitionem, & operationem. Illa quoque cognitio consideratur dupliciter. Primò, ut absoluta in se. Secundò, ut ordinata ad alia. Si ut ordinata ad alia, sic verbum vocatur, quo fit enunciatio. Si ut absoluta, hoc est aut per modum principij ad cognoscendum, & sic dicitur lumen, quo omnia declarantur: aut per modum cogniti, & hoc dupliciter. Primò simpliciter, & sic dicitur sensus. Secundò in ordine ad Deum, & sic sapientia nuncupatur.

Hieronym. ad Paulinum. Albertus.

Basilius.

Dio mag. ¶Amplius, Sanctus Dionysius libro de diuinis nominibus capitulo septimo ait, quòd Deus dicitur verbum tanquam sapientiæ, & intellectus largitor, ut omnium causas habens in se, omnia in se capiens, & per cuncta incedens, ut omni simplicitate simplicior. Hæc autem diuisio tota datur secundum

cundum, quod verbum connotat respectum ad creaturas, connotatque effectum in eis. Ille verò effectus dupliciter attenditur. Primò, secundum immediatum, & proprium actum verbi. Secundò, penes id, cuius, vel de quo est verbum. Propriè quippe actus verbi est, dare sapientiam, & intellectum per interiorem auditum. Sicque verbum æternum vocatur largitor sapientiæ, ac intellectus. Si verò sumatur verbum per comparationem ad rem, de qua est, hoc contingit tripliciter. Primò, ut in causa, & ita dicitur in se habens causas omnium exemplares. Secundò, ut in effectu. & sic dicitur omnia videns. Tertiò, ut in proprietate primæ causæ regentis effectum. sicque incedit per omnia, & penetrat cuncta tanquam omni simplicitate simplicior.

Quæstio. ¶Circa hoc quæritur, cum filius Dei sit ratio, & idea, sicut, & verbum, An pluraliter possit dici verba, sicut pluraliter dicitur rationes, atque ideæ.

Verbũ nõ prædicare de filio Dei pluraliter Dicendum quòd non, quoniam verbum propriè, ac principaliter est verbum ipsius dicentis, ratio autem dicit respectum ad id, de quo est: quod cum sit multiplex, ratio pluraliter dicitur. Attamen filius non propriè dicitur rationes, seu ideæ plures, sed habens plures ideas, ac rationes. Sic etiam filius dicitur supputatio, quamuis supputatio multitudinem quandam dicere videatur: quoniam supputatio illa suprema multitudinem non habet ex parte supputantis, sed creaturarum. Ideo multiplicitas illa non impedit simplicitatem diuinam, sicut nec multiplicitas idearum. Hæc Albertus.

Vdalricꝰ. ¶Concordat Vdalricus in summa sua tertio libro, ex quo supra allegata, sunt aliqua ad istud spectantia. Richardus quoque dictis Thomæ, & Bonauenturæ concordet, & quæ addit, infra ponentur. Durandus quoque consonat præinductis, ponens quatuor acceptiones verbi quas Thomas, & asserens verbum propriè esse, & accipi in diuinis. Sed ex hoc patet error eorum, quæ alibi sæpe dicit, affirmans, quòd filius non procedat à patre per intellectum, & quòd pater non generet filium intelligendo seipsum, ita quòd dato per impossibile quod intellectus non esset in Deo, nihilominus generaret: quod totum tã falsum est, quàm verum est, verbum propriè esse in Deo, & ipsum verbum esse mentis conceptum, emanationemque intellectus, ut supra ex dictis sanctorum copiosè ostensum est. Scribit quoque & aliæ quædam circa distinctionem istam subtilia, quæ paulo post inducentur.

Alexãder. Quæstio. ¶Amplius, doctor irrefragabilis circa hæc multas mouet dubitationes. Primò, ad cuius verbi creati similitudinem dicatur verbum in Deo. Ad quod modo respondetur, quòd ad similitudinem verbi intelligibilis, ac mentalis, quod omnem præcedit loquelam, & apud omnes gentes unum est.

Quæstio. ¶Secundò, an prior sit intentio, seu ratio verbi, quàm notitiæ, aut sapientiæ. Et respondet, quòd cum verbum propriè sumptum à notitia sit, procedens, sicut & dispositio à sapientia, ratio notitiæ, ac sapientiæ prior est, nisi sumatur notitia pro notitia genita, seu producta, iuxta quod Augusti. Eccl. 1. ait Augustinus: Verbum est notitia cum amore. Si autem obiciatur illud Ecclesiastici, Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Dicendum, quòd exponendum est hoc, de sapientia creata, non increata.

Quæstio. ¶Tertiò quærit, secundum quam intentionem notitiæ, dicatur verbum, videlicet an secundum rationem notitiæ practicæ, an cognitiuæ, aut speculatiuæ. Et respondet, Verbum increatum triplicem habet actum. Vnus est, quòd pater omnia per ipsum operatur. Secundus, quòd pater per verbum suum seipsum declarat, ut dicit Beda super illud. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Tertius, quòd verbo reuelat prophetis futura. Itaque verbum quantum ad primum actum, magis dicitur iuxta proprietatem, intentionem, & rationem notitiæ practicæ. Vnde in Ecclesiastico habetur: Initium omnis operis, verbum. Sed quantum ad tertium actum, dicitur iuxta intentionem notitiæ speculatiuæ. Verum quo ad actum secundum, quo est ostensiuum voluntatis bonitatisque patris, dicitur iuxta intentionem notitiæ speculatiuæ, prout se extendit ad actum: quia ad hoc nobis Deus voluntatem, & bonitatem suam declarat, ut secundum eam uiuamus indesinenter in seculo isto.

Matt 11. Beda li. 3 sup Lucã cap. 42. Eccl. 38.

Quæstio. ¶Quartò quærit, an nomine verbi notetur effectus in creatura. Ad quod respondebitur, ut infra.

Quæstio. ¶Quintò quærit, an filius Dei possit dici cogitatio sicut verbum. Et respondet, Cogitatio dicit motum mentis imperfectum, atque uolubilem. Dicitur enim cogitatio, quasi coagitatio. Ideo Augustinus: Verbum, inquit, sic dicitur, ut Dei cogitatio non dicatur, ne quid uolubile in Deo esse credatur. Si autem obijciatur illud Anselmi in Monologion. Nil aliud est summo spiritui dicere, q̃ cogitando intueri. Et quod per Ieremiam dominus contestatur. Ego cogito cogitationes. Dicendum, quod cogitatio ibi extensè accipitur, pro actu conceptuque mentis.

Augusti. Anselm. Iere 29.

Quæstio. ¶Sexto quærit, an ratio verbi conueniat filio tantum, hoc est, an verbum sit nomen personale, vel essentiale. Ad quod respondebitur statim. Istud quippe est unum de principalibus huius distinctionis quæsitis. Ad quod Alexander sic arguit: Anselmus in Monologion ait, Vnaquæque persona in diuinis seipsam, & alias dicit, ergo pater dicit se, & filius dicit se, & spiritussanctus dicit se. Dicere autem est verbum proferre. ergo quælibet persona in diuina profert intra se verbum. quod verò unicuique personæ conuenit, essentialiter dicitur in diuinis. Secundò, verbum est notitia cum amore, secundum Augustinum de Trinitate, sed notitia illa est aliquid absolutum, non relatiuum. In oppositum est Augustinus, decimoquinto de Trinitate: In hac, inquiens, Trinitate nihil dicitur verbum nisi filius, nec donum nisi spiritus sanctus. Anselmus quoque in Monologion: Mirum, unumquenque se, & alios dicere, & unum solum ibi verbum esse, quod tamen nullatenus dici potest verbum trium, sed tantum unius eorum, cuius est filius, & imago.

Anselm. Augusti.

Alexãder. ¶Ad hoc Alexander respondetur: Loqui, ac dicere multipliciter accipitur in diuinis. Aliquando namque dicit essentiam, non connotando aliquid in creatura, ut cum dicimus: Pater dicit seu loquitur se, & tamen cointelligitur ibi aliquo modo verbum: quoniam cointelligitur intelligentia, quæ filio appropriatur. Istud etenim dicere non est nisi intelligere, iuxta illud Anselmi: Quid est summo spiritui dicere, nisi cogitando se intueri? Aliquando dicere sumitur notionaliter, ut cum dicimus: Pater loquitur verbum. Nam idem est, patrem verbum proferre, quod generare. Hinc

super

Psalm.61. super illud psalmi, Semel locutus est Deus, ait Glossa: Semel locutus est Deus, quia verbum æternaliter genuit. Aliquando autem sumitur notionaliter, & cõnotat effectum in creatura, ut ad Hebræos: Locutus est nobis in filio. Interdum sumitur essentialiter, & notat indistinctè effectum trium personarum, sicut in Iob: Locutus est dominus ad sathan. Quandoque notat effectum appropriatum personæ alicui, iuxta illud: Non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Et sicut dicere accipitur modis his, ita & verbum. Sumendo enim dicere essentialiter & absolutè, tres sunt dicentes, id est, intelligentes, quorum est vnum intelligere, & vna intelligentia, & per consequens vnum verbum essentialiter sumptum: quoniam intelligentia appropriata est idem quod verbum. Denique vnaquæque diuina persona dicit, id est, indicat se, & aliam, sumendo dicere absolutè prout respicit dicibile. sicque dicit se, & alia non ut verbum prolatum, sed ut rem indicatam. Creaturam quoque dicit Deus secundum duplicem sensum. Primò, quia producit eam, secundum illud in psalmo: Ipse dixit, & facta sunt. Secundò, quia eam declarat. sicque frequenter legitur in prophetis: Locutus est dominus. Hæc Alexander.

Hebræ. 1. Iob 1. Matth. 10. Psal. 32. & 148. Deus quomodo dicat creaturam.

Quæstio. ¶Præterea quæritur circa illud Augustini 15. de Trinit. Pater tanquam seipsum dicens genuit verbum. Non enim seipsum perfectè dixisset, si minus esset in filio, quàm in seipso. Ex quo videtur, quòd idem sit, se dicere, quod generare. ergo sequitur, seipsum perfectè dixit, ergo seipsum perfectè genuit. Dicendum, quòd non sequitur. Cum enim dicitur, Perfectè se dixit, sumendo dicere notionaliter, sensus est, quòd exprimendo se genuit sibi æqualem, non seipsum, sed similem producendo. Itaque in patre idem est se proferre, & generare, sed non est idem in patre se proferre, & generare.

Thomas. ¶Præterea ad quæstionem hanc, An verbum dicatur in Deo personaliter, an essentialiter, Thomas respondet: Circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim dixerunt, quòd dicere in Deo dicatur tripliciter, scilicet purè essentialiter, ac notionaliter, & etiam essentialiter cum connotatione effectus in creatura: & quòd actui dicendi non correspondet verbum nisi dum notionaliter sumitur, quia verbum secundum eos, non dicitur nisi personaliter. Sed non videtur, quòd posset esse dicere sine verbo. Alij dicunt, quòd dicere non sit nisi intellectum suum manifestare. & sicut homo potest intellectum suum manifestare alteri verbo vocali, & sibijpsi uerbo interiori, sic dicunt Deum, utroque modo suum manifestare intellectum, uidelicet condendo creata, quæ sunt, quasi vocalia Dei verba, & generando filium, qui est verbum cordis sui, quo manifestat se apud seipsum. Sicque secundum eos verbum dictum de Deo, semper est personale. Sed hoc non videtur, quia si inquiratur, quid sit verbum, quo, quis sibimet loquitur, non inuenitur esse nisi conceptio intellectus: quæ conceptio est, uel ipsa operatio, quæ est intelligere, vel ipsa species, quæ est similitudo rei intellectæ. nec sine horum utroque potest, quis intelligere. Vtrunque namque istorum est quo, quis formaliter intelligit. Ideò impossibile est, quòd ita sumendo verbum, aliquis intelligat, nisi verbo intellectus sui, quod sit, vel actio intelligendi, uel ratio actionis illius, habens se ad eam ut medium cognoscendi, quæ ratio est species rei intellectæ. Cumque Deus pater intelligat, si in diuinis non esset verbum nisi personale, quod est filius, oporteret, quòd pater in telligeret filio, quasi formaliter, quod improbatum est supra Idcirco dicendum cum alijs, quòd verbũ ex virtute nominis sui, potest tam essentialiter, q̃ personaliter accipi. Non enim significat tantum relationem, sicut hoc nomen pater: sed imponitur ad significandam rem aliquam absolutam simul cũ respectu, sicut hoc nomen scientia: ita quòd verbum importat relationem ad id, à quo est, videlicet ad dicentem, sicut scientia ad scibile. Huiusmodi autem relationis in diuinis ponuntur dupliciter, quoniam aliquæ sunt reales, quæ requirunt realem ab inuicem distinctionem. quædam sunt rationis, sicut relatio importata hoc nomine operatio, quod dicit respectum implicitum ad operantem. Si ergo relatio importata nomine verbi sit tantum relatio rationis, nil prohibet verbum essentialiter accipi. Et hoc videtur ad rationem sufficere verbi, pro ut à nobis transsumitur ad diuina: quia in nobis (vt dictum est) nil aliud est verbum cordis, nisi species intellecta, uel actio intellectualis, quorum nullum in Deo realiter distinguitur à diuina essentia. Porrò, si importet talem relationem, quæ realem requirit distinctionem, oportet, quòd personaliter dicatur in Deo: quoniam non est realis in diuinis distinctio nisi personarum. Et est simile de amore, qui secundum eandem distinctionem essentialiter, ac personaliter dicitur in diuinis, ut dictum est ante. Veruntamen in usu sanctorum, communiterq; loquentium, Verbum in diuinis realem relationem realiter distinguentem importat. Vnde Augustinus affirmat, quòd verbum est idem, quòd sapientia genita Hinc quæstio ista parum ualet, quia non est de re, sed de nominis significatione, quæ extat ad placitum. Propter quod in ea plurimum ualet vsus, quia nominibus est utendum ut plures secundum Philosophum, de rebus autem iudicandum est secundum sapientes: quia dum constat de rebus, frustra habetur controuersia de verbis, ut dicit Magister libro tertio decimaquarta, distinctione. Attamen ea, quæ in diuinis dicuntur, non sunt extendenda nisi secundum quod eis utitur sacra scriptura. Denique verbum personaliter soli conuenit filio, qui procedit secundum rationem similitudinis per modum naturæ, & intellectus, non spiritui sancto, qui procedit per modum amoris, & voluntatis. Hæc Thomas in Scripto.

Verbum potest accipi essentialiter & personaliter. Augusti. Philosop.

Petrus. ¶Verum ab hac responsione videtur Petrus hoc loco parumper recedere. Etenim ait, Verbum diuinum maximè dicitur ad similitudinem verbi interioris. ad completam autem rationem verbi interioris tria concurrunt. Primum est, ipsius intellectus super intelligibile conuersio. secundum est, similitudinis eius in se naturalis generatio. tertium ordo manifestandi se in illo, vel sibijpsi, vel alteri. Non enim species rei quiescens in memoria, dicitur verbum: sed species informans aciem cogitantis, genita ab illa, ac illi simillima, atque illius manifestatiua. Primum horum trium conuenit essentiæ, cuilibetque diuinæ personæ. Secundum verò non conuenit essentiæ, neque patri, quia non producuntur: neque spiritui sancto, quia non procedis per modum similitudinis, & naturæ, ideò non est imago: sed filio soli, cui & tertium conuenit, ut patuit supra. Ideo verbum in diuinis non essentialiter, ut quibusdam est uisum, sed personaliter tantum accipitur, & soli filio conuenit secundũ sanctos, Ambrosium, Augustinũ, & alios. Hæc Petrus.

¶Præte-

¶Præterea huic responsioni satis concordat Thomas in prima parte Summæ suæ, quæstione tricesima quarta: Verbum, inquiens, in diuinis si propriè sumatur, est nomen personale, & nullo modo essentiale. Verbum namque in nobis tripliciter sumitur propriè.

Verbũ in nobis tripliciter sumitur.

¶Primò etenim, & manifestiùs sumitur pro verbo vocali, quod ab interiori procedit, quantum ad duo, quæ sunt in ipso, quæ sunt uox ipsa, & significatio vocis. principaliter tamen interior mentis conceptio dicitur verbum, & secundariò uox illius cõceptionis significatiua. Tertiò imaginatio vocis verbum vocatur. Arriani autem ne cogerentur fateri filium Dei esse patri consubstantialem, & intra ipsum manentem, dixerunt, quòd verbum in Deo dicitur metaphoricè, atque impropriè. Sciendum quoque, ꝙ nullum eorum, quæ ad intellectum pertinent, dicitur personaliter in diuinis, nisi verbum. Solum etenim verbum, in intellectu significat aliquid ab alio manans. Id namque quod intellectus format concipiendo, est verbum ipsius. Intellectus autem secundum quod est per speciem intelligibilem in actu, consideratur absolutè. & similiter intelligere, quod ita se habet ad intellectum in actu, sicut esse ad ens in actu. Non enim intelligere significat actionem ab intelligente egredientem, sed in eo manentem. idcirco dum verbum vocatur notitia, non sumitur notitia pro actu, ac habitu cognoscentis, sed pro eo, quod intellectus concipit cognoscendo. Propter quod secundum Augustinum, Verbum est sapientia genita, quod nihil est nisi cõceptio sapientis, quę & pari modo potest notitia genita nuncupari. Conformiter potest intelligi illud Anselmi, Dicere Dei est cogitando intueri, inquantum videlicet intuitu cogitationis diuinæ concipitur verbum Dei. Attamen nomen cogitationis nó propriè conuenit Deo. Idcirco Anselmus cogitationem sumpsit in propriè pro contemplatione.

Augusti.

Anselm.

Obiectio.

¶Si verò obijciatur, quòd secundum Anselmum, quælibet diuina persona est dicens: respondendũ, ꝙ sicut verbum, ita & dicere non nisi personaliter dicitur in diuinis, sed dici conueniunt cuilibet diuinæ personæ, quia non solum verbum, sed & res verbo significata dicitur, seu profertur, soliq; filio conuenit dici eo modo, quo dici conuenit tantum verbo. Pater quippe intelligendo se, & filium, & spiritum sanctum, cunctaque alia, quæ in eius scientia continentur, concipit verbum: ut sic tota Trinitas dicatur, imò & quælibet creatura. Cumque dicere non sit nisi verbum proferre, solus pater in diuinis est propriè dicens, cum tamen unaquæque diuina persona sit intelligens, & intellecta, & per consequens verbo dicta. Hæc in Summa.

Richard.

¶His verbis Thomæ, ac Petri omnino concordat Richardus, qui etiam aliqualiter improbat quod Thomas ait in Scripto. Verbum in diuinis non solum personaliter, sed & essentialiter accipi. Allegat quoque Richardus Trismegistum in libro de diuinitate, dicentem ad discipulum suum Asclepium: Cognoscens rerum naturas, inuocet, adoret, collaudet autem mẽtemq; diuinam. Et videtur Richardus sentire, ꝙ per artem intellexit verbum æternũ. Sic equidem ait: Forte Trismegistus in libris prophetarum aliquid repperit de emanatione personarum, uel fuit edoctus ab aliquo, uel forsan Deus sibi reuelauit per aliquam gratiam gratisdatã. Deus enim aliqua manifestauit philosophis, quæ in lumine purè naturali inuenire nó potuissent, ut videtur ad Romanos sentire Apostolus. Hæc Richardus.

Trismeg.

Rom. 1.

¶Veruntamen breuiter dici posset, quòd Trismegistus per artem Dei intellexit practicam eius scientiam, seu dispositionem fiendorum fontalem. Namquidam philosophi non ponentes in Deo emanationem adintra, posuerunt artem in eo, dicentes, quòd sicut ars humana imitatur naturam, ita natura imitatur artem increatam.

Dionysi⁹.

¶Insuper positio Thomæ in Scripto consonat dictis Alberti, qui scribit hic: Iudicio meo dicere est æquiuocum ad personale, & essentiale. Non enim video, qualiter queat defendi, quòd Deus non intellectis personis diuinis, seu emanatione ad intra non existente, non possit se dicere, seque manifestare perfectè. Imò videtur impotens, si non posset. Sed hoc dicere erit essentiale, nec correspondebit ei uerbum personaliter ab ipso procedens. Hinc sine præiudicio dico, quod verbum accipitur tribus modis.

Albertus.

¶Primò pro dicto, seu dictione manifestante intellectum dicentis: sicque dicitur generaliter respectu cuiuscunque dicentis.

¶Secundò, prout addit super hoc processionem & distinctionem à dicente. & sic dicere non conuenit nisi patri, nec verbum, nisi filio. Tertiò, prout addit super hæc duo respectum ad creaturas, & sic designat, & connotat diuinam essentiam. Primo modo unaquęque diuina persona dicit se, & quamlibet diuinam personam. Secundò modo solus pater dicit solum filium. Tertiò modo Deus pater dicit omnes creaturas, iuxta illud in psalmo: Ipse dixit, & facta sunt, id est, genuit verbum, in quo erat, ut fieret. Hæc Albertus. Qui & verbum Anselmi exponens: Secundum intentionem, inquit, sanctorum, Dicere Dei est ad similitudinem dictionis interioris, & est cogitando se intueri. Attamen differt dicere ab intelligere, atque cognoscere. Intelligere enim se, non dicit nisi conuersionem intellectus super se. sed cognoscere se, est cognitionem sui apud se habere. Dicere verò se, est manifestare se per aliquid à se procedens, quod sibi sit simile, sicut & nostrum verbum, manifestat nostrũ conceptum. Hæc Albertus.

Psal. 32. & 148.

Dicere differt ab intelligere, & cognoscere.

¶Amplius Bonauentura hic recitat aliorum opiniones, & reprobat quasdam, sicut & Thomas: deinde improbat opinionem dicentium, quod verbum interdum essentialiter, quandoq; personaliter accipiatur: quia ut ait, hoc est contra Augustinum, dicentem quod verbum eo ipso, quo verbum, dicitur ad alterum: & contra Anselmum, qui ait, Apertissimum est, quòd verbum non est ille cuius est verbum. Hinc Bonauentura respondet: Dicere est idem quod loqui. Loqui autem contingit dupliciter, scilicet ad se, & ad alterum. Loqui verò ad se, nihil aliud est, quàm aliquid mente concipere. mẽs verò concipit intelligendo, & intelligendo aliud concipit simile alij. sed concipiendo se, concipit simile sibi. Mens ergo dicendo se, apud se cõcipit verbum per omnia simile sibi, & hoc est verbum conceptum. Alio modo dicere ad alterũ, est conceptũ mentis exprimere, & huic dicere correspondet verbum prolatum. Et sicut in nobis dupliciter sumitur dicere, ita in Deo. Nam dicere Dei apud se, est intelligendo concipere, quod est generare similem sibi prolem, cui dicere correspõdet verbum natum, id est, verbum æternum. Secundò, dicere Dei est exteriùs se exprimere: & sic dicere Dei, est per creaturã se declarare. Huicq; dicere correspondet verbum creatũ, ac temporale. Concedendum est ergo, quòd verbum sicut & dicere, dupliciter sumitur, vtpo-

Bonauen.

Augusti.

Anselm.

utpotè æternaliter, & temporaliter. Verbumque temporale non est Deus, neque in Deo, sed creatura. Verbum autem æternum est Deus, & est solum illius cuius est concipere. Ideo rationes probantes verbum notionaliter accipi, sunt simpliciter concedendæ, & quod dicere non capitur essentialiter, nisi respectu verbi creati, atque vt temporalem notat effectum. Hec Bonauentura.

Aegidius.

¶Postremò Aegidius hic recitat positionẽ Thomæ in Scripto, sicut modo narrata est, & dicat eam in tribus deficere. primò, quoniam verbum nec est species intelligibilis, nec actio intellectus. Secundò, quia nec specie intelligibili, nec verbo formaliter intelligimus. Tertiò, quia verbum non dicit, quid absolutum cum respectu. ¶Ad quæ dico cum sancto doctore, quòd quæstio ista est de nomine potius, quàm de re. Idcirco in ea multum cauillari videtur inutile. An autem verbum sit actio intellectus, paulò post inquiretur. de quo quicquid quis dicat, certũ est, quòd tam specie intelligibili, quàm actu intelligendi, seu verbo mentali formaliter intelligamus, nisi fortè stemus in terminis. Per id nãque formaliter intelligere dicimur, quod est forma le principium intelligendi, vel ipsa intellectio actua lis: sicut videre asserimus radio visuali, seu similitudine coloris existente in oculo, & ipsa visione. Ad actum autem intelligendi concurrit species intelligibilis tanquam formale principium intelligendi, & ipsa actualis intellectio, seu mentis conceptio tanquam forma denominans. ergo vtroque illorum formaliter intelligimus. An verò verbum posit aliquo modo essentialiter accipi, Thomas, & Albertus rationabiliter satis declarant. quod tamen est de quibus nominis disceptare. Tenet ergo Aegidius, quod verbum solum personaliter, relatiue, notionaliterve dicatur in Deo.

Dionysi⁹.

Soluuntur argumẽta initio quæstionis adducta.

¶Ad obiecta dicendum, quòd dum verbũ Deo asscribitur, omnis imperfectio, & vnitas, quæ ei in creaturis adiuncta sunt, penitus remouentur. Verbum autem mentale, quod ad diuina teansfertur, non est sonans vile, ac transiens, sed in luce mentis quiescens: per quod pater primi, tertijq; solutio.

ad secũ dũ

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum propriè sumptum, dicitur quid prolatum, & originatum, non tamen propriè initiatum, aut principiatum. imò potest esse, atque in Deo est proferenti, ac gignenti coæternum. ¶Nunc restat ostendere, an verbum in diuinis semper dicat respectum ad creata, quod est unum de principalibus dubijs huius distinctionis. Videtur quòd sic: quoniam Deus unico actu intelligendi genuit verbũ, quod est ipsius imago, & omnium rerum creatarum exemplar, ut Augustinus, Anselmus, alijq; concorditer dicunt. ergo sicut verbum dicit respectum ad proferentem, ita ad creaturas. secundò, quia in verbo Dei cuncta relucent, & ipsum est ars rationibus plena, ac mundus archetypus, ut asserit Augustinus sed per omnia ista notatur respectus ad creaturas. tertio, super illud, In principio erat verbum, dicunt quidam expositores, quòd verbum importat respectum non solum ad patrem, sed etiam ad creata.

Quæstio. Arguitur primo cõtra veritatem.

2

Iohan. 1.

3

In oppositum.

¶In oppositum est, quia quæ connotat effectum in creatura, non competunt Deo ab æterno. Verbum autem æternaliter conuenit Deo.

Th. Aqui.

¶Ad hoc sanctus doctor respondet: Verbum in diuinis non semper dicitur per respectum ad creaturas, sed aliquando dicitur cum respectu, interdũ sine respectu. Verbum namque siue dicatur essentialiter, siue personaliter, species est concepta, in qua est similitudo eius quod dicitur, ac dicentis, dum quis dicit seipsum. porro diuina essentia, seu pater præhabet in se similitudinem omnis creaturæ tanquam exemplar. Idcirco quod significatur, ut species, aut similitudo patris, aut diuinæ essentiæ, si perfecta sit similitudo, continebit in se similitudinẽ omnium rerum. Sed quamuis aliquid sit species, uel similitudo alterius non oportet, ꝙ semper quãdocunque quis conuertitur in speciem illam, conuertatur in id, cuius est species, aut similitudo, quia in speciem, seu imaginem potest quis conuerti, tendere, seu moueri dupliciter. Primò, secundũ quod est species rei illius, sicq; idem est motus, seu eadem conuersio in speciem rei, & in rem. Secundò, prout species illa est res, quædam. & ita non oportet, quod eadẽ conuersione conuertatur homo in speciem, & in rem cuius est species, ut cum quis considerat imaginem, seu statuam, inquantum est corpus lapidem. Itaq; cum Deus sit similitudo, & species exemplaris omnium rerum, potest intellectus, dupliciter ferri in ipsum. Primo absolutè, prout Deus est res quædam. Secundò, inquantum ipse est omnium rerum similitudo. atque utroq; modo Deus seipsum cognoscit, & supra se conuertitur, non diuersa, sed unica actione. Vnde si verbum sumatur prout consequitur diuini intellectus intuitum, prout conuertitur super se, inquantum est similitudo, & exemplar omnium rerum, tunc etiam accipitur in verbo respectus ad creaturam, ut est respectus artis ad artificiata. sicq; propriè conuenit verbo nomen artis. Si tamen verbum accipitur secundum ordinem manifestationis ad alterum, sic semper dicit respectum ad creaturam: quoniam talis manifestatio intellectus diuini est per creaturarum eductionem. Hinc & verbum secundum Augustinum super Iohannem, est operatiua potentia patris per modum artis. Sciendum quoq; ꝙ artifex potest conuerti ad speciem artis suæ tripliciter. Primò, prout species est similitudo rei per ipsam fiendæ. sicq; absolutè conuertitur in rem artificiatam, non habendo vllam considerationem de arte sua secundum se. Secundò, in ipsam speciem artis secũdum esse, quod habet in anima eius, & ita est consideratio absoluta ipsius speciei secundum quod est res quædam, nec sic aliquid de re artificiata considerat. Tertiò, comparando vnum ad aliud, quando considerat speciem apud se existentem esse causam eorum, quæ ab ipso sunt. Sic quoque est de intellectu diuino, secundum quod conuertitur supra seipsum, inquantum est res quædam, vel prout est similitudo rerum tantum, aut prout res illa, quæ est rerum similitudo, est causa eorum, quæ sibi conformat. Hæc Thomas in Scripto.

Augusti. artifex cõuertit ad speciem artis suæ tripliciter.

Artic. 3.

¶Hinc quoque in Summa prima parte, quæstione 34. In verbo, inquit, importatur respectus ad creaturam. Deus enim se cognoscendo, omnem creaturam cognoscit. Verbum autem mente conceptum, est repræsentatiuum omnium, quæ actualiter intelliguntur. & quoniã Deus se, & alia vniuersa uno intelligit actu, unicum verbum eius est expressiuũ, non solum patris, sed etiã omnis rei creatæ. Et sicut scientia Dei est solum cognoscitiua eius quod est ipsius Dei, sed ut est creaturarum, est non solum cognoscitiua, sed & factiua: sic verbum Dei est solum expressiuum eorũ, quæ sunt in patre. creaturarum verò non solum est expressiuum, sed etiã operatiuũ. Hæc in Summa, quæ & magistraliora uidetur prædictis. Tamen ea, quæ ait in Scripto concordant dictis Alberti hoc loco, quæ & paulo ante

præta-

præacta sunt. Et de his acutè scribit Thomas in Summa contra gentiles primo libro, ut partim prę habitum est, & infra habebitur.

Alexãder. ¶Circa hoc loquitur Alexander: Aliud est dicere, Pater dicit verbum, & pater verbo dicit creaturas, quemadmodum dicitur decimoquinto de Trinitate. Pater.n. nosci se in se, & omnia nosci in filio, sed hoc est ei nosse, quod dicere, ergo pater dicit se, & dicendo se generat filium. Secundum hoc ergo quòd pater dicit verbum, non ponitur respectus creaturam. imò hoc verbum, est verbũ ipsius dicentis. Dicit quoq; pater omnia in hoc verbo, id est, produxit. ergo ratione illius, quo dicitur omnia in hoc verbo fecisse, ac disposuisse, habet hoc verbum cointellectum creaturæ. Porrò dum dicitur pater verbum hoc esse locutus, insinuatnr, & notio, utpotè genuit, & quod creaturæ est, scilicet fecit. Quorum primum est ibi principaliter, secundũ connotanter. Veruntamen per hoc non notatur dependentia, neq; realis relatio verbi ad creata, sed econtra, Hinc Damascenus asserit primo libro: Verbum Dei est subsistens electiuum, & operatiuum.

Damasce. Heb. 11. Et ad Hebręos ait Apostolus: Fide aptata credimus secula verbo Dei. Glossa, sicut exemplum exemplari. Hoc quippe verbum est similitudo Dei patris perfecta. creatura verò est similitudo huius verbi aliquantula, non expressa. Hæc Alexander.

Bonauen. Anselm. ¶Cõcordat Bonauentura, dicendo: Sicut ait Anselmus, tunc verbum generatur, ac dicitur, dum similitudo, aut imago alicuius cognoscibilis mente cõcipitur. Et verbum hoc respicit, quod respicit similitudo concepta. Pater autem vno actu generat verbum, quod est similitudo sua naturalis perfecta, & similitudo rerũ exemplatiua, & operatiua. sicq; verbum tenet, quasi medium inter patrem, & creaturas, qui dicitur operari per verbum. Et ultra attribuitur ipsi verbo, quòd sit virtus, & sapientia patris. sicque habet respectum ad patrem dicentem, & ad creata per modum exemplaritatis, & artis dispositiuæ, & virtutis operatiuæ. Et quoniam ista non dicunt respectum in actu, sed solum in habitu, sicut exemplar, & donum: ideò ab æterno conueniunt Deo, qui multa nouit, & potest quæ non facit. Hęc Bonauentura.

Petrus. ¶Consonat Petrus: Verbum, inquiẽs, propriè dicitur similitudo genita in mente à specie rei cognoscibilis in memoria cognoscẽtis. & secundũ quod fit multiplicatio speciei, fit similitudo verbi. Quoniam ergo non eadem specie intelligimus nosipsos & alia, idcirco diuersas species, in intelligentia generamus. Deus verò eadem specie se, & alia cuncta intelligit. hinc eandem speciem, id est, similitudinem, scilicet filium, ad se, & ad proferenda omnia genuit. Ideo verbum eius habet similitudinem cum ipso, inquantum est imago ipsius: atque cum aliys, inquantum est exemplar illorum. Primus autem respectus inest ei secundum actum, alius secundum habitum. Hæc Petrus.

Aegidius. Dionysi⁹. ¶Positio demum Richardi eadem est cum prędicta responsione Bonauenturæ. ¶Præterea Aegidius refert hic positionem Thomæ in Scripto iam tactam, & distinctionem à sancto doctore positam, dicit superuacuam esse: quæ tamen magistralis est, ac apertissimè uera, per quam & declaratur qualiter sine idolatriæ uitio, fideles adorent imagines, quas infelices idolatræ idolatranter adorant. Obiectio quoque Aegidij debilis est, fundata in loco à simili, qui debilissimus perhibetur. Et dato, quod omne relatiũ sit aliquid præter id, quod dicitur relatiuè, non tamen omne relatiuum habet rationẽ signi, aut imaginis. ¶Veruntamẽ etiam quæstio ista est partim de nomine, utpotè an verbum dicat sem per respectum ad creaturas. ideò non est immoderatiùs ponderãdum, quòd diuersi circa hoc diuersimodè sentiunt. Nam, & quidem notabiliter dicũt:

Dicere in diuinis quadrupliciter dicitur. Primò, essentialiter, & sic quęlibet persona dicit se, quemadmodum lux lucendo ostendit se. Secundò originaliter, sicque pater dicit se generando filium sicut lux lucem. Et sic verbum dicitur propriè in diuinis. Vnde Richardus de sancto Victore, Verbum nascitur de corde solo, & ipso propalatur mentis intentio. Etenim verbum generare, est propriè, & perfectissimè dicere. Tertiò, notionaliter, prout ducit in filij cognitionem. Quartò causaliter, sicque Dei dicere est creaturas producere. Ex dictis patet solutio ad obiectum, quod verbum non denotet effectum in creatura: nam dicit respectum ad creaturam non actu, sed habitu. Ideo conuenit in diuinis ab æterno. Quo circa pẽsandum, quod ait Thomas: Cum relationes sequantur actiones, quædam nomina important relationem in Deo, fundatam in actione transeunte in exteriorem effectum, sicut creare, & gubernare. & talia dicuntur de Deo ex tempore. Quædam relationes sequuntur actionem diuinam non transeuntem in exteriorem effectum, sed intus manentem, ut sunt scire, & velle. & talia nõ dicuntur de Deo. Et huiusmodi relatio ad creaturam importatur nomine verbi. Hæc Thomas.

Dicere in diuinis quadrupliciter sumitur.

Richard.

Th. Aqui. 1. p. q. 34. ar. 3. ad pri.

Scotus quoque concedit, quòd nomen verbi sit personale, & quod dicit respectum ad creaturas.

Scotus.

¶Circa hæc quærit Scotus, vtrum verbum intellectus creati sit intellectio actualis. Videtur, quod non, quia octauo de Trinitate loquitur Augustinus phantasma Carthaginis in anima est verbum eius, ergo verbum est species, non actio. Secundò, verbum mentale est, quod significatur verbo vocali. sed verbum vocale non significat mentis conceptũ aut actum, imo designat rem ipsam. Contra, quintodecimo de Trinitate asserit Augustinus: Verbum est visio de visione. Et alibi, Verbum, inquit, est notitia cum amore. Itemq; verbum est notitia genita.

Quæstio. Augusti.

Augusti.

¶Circa hæc recitat Scotus positionem Henrici superiùs introductam, utpotè, q intellectus noster primò est in potentia ad actum primum, quem habet ab obiecto, & ipse intellectus factus in actu ex sua immaterialitate conuertit se super se, ut est actuus, ita quòd primus eius actus, est passio, prout intelligere dicitur quoddam pati. & conuersio eius super se, est agere. Et sequitur tertio conuersio intellectus nudi super se informatũ, & in isto gignitur verbum, seu notitia declaratiua, ita quòd primò ponitur actus simplex: Deinde conuersiuus, quæ ambo præsupponuntur verbo. & tertiò est ibi gignitio, i. prolatio verbi. Porrò Scotus ad quæstionem istam respondens: Certum est, inquit, quòd verbũ non est sine cognitione actuali, quia secundum Augustinum quintodecimo de Trinitate, Verbum verè est genitum de memoria, seu de scientia in memoria existente. à cognoscente: namque & cognito (puta obiecto) patitur, id est, generatur notitia. Insuper certum est, quòd verbum est secunda pars imaginis, cum sit proles, & simile generanti, ex quibus infertur, quòd nihil ad memoriam pertinẽs est verbum, nec species, nec habitus: quoniam possunt esse sine cognitione actuali. Sed de intelligentia dr à quibusdam, quòd est gignitio speciei de memoria, & de intelligẽtia, ut in specie illa genita sit obiectum

Augusti.

præsens intelligibile. Sed contra, quia sufficit præsentialitas prima obiecti in memoria, ut actu cognoscitur: quoniam eadem potentia habens obiectum præsens, una eius præsentialitate potest actum suum elicere. ergò ponere in eadem potentia dupli cem speciem uidetur superfluum, cum memoria, & intelligentia sint eadem potentia. Obiectum. quo que non est in se uerbum: quoniam præsens est in memoria sine actuali cognitione: non autem sic uerbum. Nec obiectum cognitum est uerbum, cum nõ sit immediatè genitum, sed actus gignitur immediatè in quo subest obiectum. Dico ergo, q̃ de imperfectione est uerbi, q̃ sequitur inquisitionem. imò quælibet notitia genita, uerbũ est. Et sicut est in creaturis q̃dam imperfecta notitia, ita, & uerbum imperfectum. Quæ autem est de perfecta memoria, perfectum est uerbum, & hoc præcipuè est notitia diffinitiua.

Argumenta Scoti soluuntur ad 2.

¶Hæc Scotus, qui ad primum obiectum respõder, quòd phantasma Carthaginis dicitur verbum eius causaliter, non formaliter. ¶Ad secũdum, quòd uerbum uocale immediatè significat rem, tamẽ mediante conceptu: quia signum non imponitur rei nisi mediante conceptu, & intellectione, quæ est verbum. Et tamen signum rei immediatum, dat intelligere conceptum non tanquam signatum.

Durandus ¶Circa hæc scribit Durandus: Conceptus mentis non habet rationem uerbi, nisi prout induit rationem manifestatiui. De ratione autem uerbi nostri mentalis, prout per ipsum manuducimur in cognitionem uerbi æterni, duo uidentur esse. Primum est, q̃ sit aliquid in intellectu consistens, ac manens. Ex quo elicimus, quòd uerbum Dei consubstantiale sit patri: quoniam manet in corde patris quicquid autem in Deo est, idem cum ipso consistit. Secundum est, quòd procedat ab aliquo quia profertur. Et ex hoc concludimus, quòd filius patris æterni sit personaliter à patre distinctus. Hinc insufficiẽter dicunt, qui asserunt, quòd uerbum sit ipsa quiditas rei intellecta diffinitiuè, quæ se habet ad intellectum solum obiectiuè, nec est in intellectu subiectiuè. Contra quos est, quod Augustinus ait quinto de Trinitate, Verbum esse cogitationem formatã. Verbum ergo mentale, est aliquid realiter in intellectu existens. Cumq; in intellectu nõ sint nisi actus, & habitus, ac ultra hos sit in eo secũdum quosdam duplex forma, una, quæ imprimitur intellectui, utpote species intelligibilis, quæ omnem actum intelligendi præcedit: alia, quam intellectus iam factus in actu format de re intellecta, formando conceptum diffinitiuum, aut enunciatiuum, inquirendum, quid horum sit uerbum. Et statim patet, quod uerbum non est habitus, aut species intelligibilis impressa: quia hæc ambo manent in intellectu nil actualiter considerante. Verbum autem non est nisi in intellectu actualiter considerante. restat ergo, quòd sit actus intelligendi, seu intellectio actualis, aut forma, seu species, quam intellectus actualiter format de re intellecta. Et secundum hoc sunt duæ opiniones. Vna dicentium, quod uerbum est species illa sic formata de re. Alia, quod sit actus intelligendi. Prima opinio a suis sic declaratur. De ratione verbi sunt duo. Vnum est, quòd sit repræsentatiuum rei principaliter intellectæ. Aliud, quòd sit per actum dicendi productũ. Dicere autem est actus intelligentis secundum quod talis. Verbum ergo est aliquid productum per actum intelligentis, repræsentatiuum rei intellectæ. Hoc autem non competit actui intellectus, sed speciei ita formatæ. Huic opinioni non puto consentiendum, ait Durandus,

Augusti.

quia secundum philosophum per actiones has immanentes, quæ sunt intelligere, dicere, non constituitur in nobis aliquid aliud. Est ergo opinio alia, quod uerbum in nobis sit ipsemet actus intelligendi, quemadmodum in Monolgion fert Anselmus, quòd dicere mentale est cogitando intueri. Intueri autem est actus intelligendi. Has opiniones cum suis motiuis prosequitur Durandus diffusè, & tandem concludit, quòd uerbum in diuinis sumitur propriè essentialiter, & non personaliter, nisi ex quadam appropriatione. Et circa hoc scribit multa inepta, & friuola, sicut & alibi sæpe, videlicet, quòd filius non procedit a patre per actionem intellectus, nec spiritussanctus a patre, ac filio per actionem, & emanationem uolũtatis, quòd supra ex scripturis, & dictis sanctorum est clarissimè reprobatum. Insuper dicit, quod emanatio actus intelligendi ab intelligente, & uerbi à dicente, non est realis, sed tantum secundum rationem, quod constat esse falsum, cum in omni mente creata realiter distinguantur esse, & agere, seu essentia, & actio: & ipsa intellectio actualis realiter profluit ab intellectuali uirtute intelligentis. similiter uerbum à proferente realiter manat, atque distinguitur. De his, & consimilibus dictis Durandi pertranseo, quia apertè contraria sunt veris, ac solidis documeutis Alexandri, Thomæ, Alberti, Bonauenturæ, & cæterorum iam præallegatorum doctorrm.

Philosop.

Anselmus

Dionysius

¶Nunc diligentiùs perscrutabor, quid de quæstione hac senserit Thomas. Et sicut ex prætactis eius uerbis patescit, ipse interdum dicit, quòd uerbum mentale sit, uel actus intelligendi, uel species intellecti. interdum uero simpliciter dicit, quòd sit species illa secundum modum iam tactum. Edidit autem uir sanctus de hac re specialem tractatulum, qui intitulatur de natura uerbi, ubi de ista materia loquitur exquisitè, inter cætera dicens: Similitudo rei intellectæ est, per quam informatur intellectus ad inrelligendum. Intellectus namque intelligere nequit, nisi secundum quod fit in actu per similitudinem istam. Hæc ergo similitudo se habet in intelligendo, sicut intelligendi principium, quemadmodum calor est principium calefactionis, non sicut terminus intelligendi. Hoc itaque est primò, & per se intellectum, seu id, quod intelligitur, quod intellectus capit, seu concipit de re intellecta, siue illud sit diffinitio, seu enunciatio, secundum quod duę sunt operationes intellectus, ut tertio fertur de anima. Hoc autem sic ab intellectu conceptum, uocatur uerbum interiùs, seu mentale. Hoc etiã est, quod significatur per uocem. Non enim uox exterior significat intellectum, aut intelligibilem eius formam, aut speciem. aut ipsum intelligere, sed ipsius intellectus conceptum: quo mediante significat rem: ut cum dico, homo: uel homo est animal. Cum enim intellectus intelligit aliquid, format conceptum illius rei, quam uoce significat. Intelligere ergo non fit nisi aliquid in mente intelligentis concipiatur, quod dicitur uerbum. Non enim dicimur intelligere, sed cogitare intelligendo antequam conceptio aliqua in mente nostra stabiliatur. Denique intellectus noster intelligendo ad quatuor ordinem potest habere, uidelicet ad rem, quæ intelligitur: ad speciem intelligibilem, qua fit ipse intellectus in actu, & ad intelligere sunm, atque ad ipsius intellectus conceptionem, quæ conceptio differt à tribus pfatis. Primò a rebus

Tho. aqu. Nota de natura uerbi cordis.

Philosop.

intellectis: quia res intellectæ quandoque sunt extrà animam. conceptio autem intellectus non est nisi in intellectu. Differt quoque a specie intelligibili; quoniam illa est, ut principium actionis intelligendi. Et item ab actione, quia conceptio illa consideratur, ut terminus actionis, & tanquam quid constitutum per ipsius intellectus actionem. Intellectus quippè sua actione format rei diffinitionem, seu propositionem, & hoc uerbum est similitudo rei intellectæ.

¶Sciendum prætereà, quòd potentia intellectiua primò aliquid apprehendit simpliciter, & hic actus uocatur intelligentia. Secundò, id, quod apprehendit, ordinat ad aliquid cognoscendum, vel operandum: & hæc nominatur intentio. Dum verò persistit in acquisitione eius, quod intendit, vocatur excogitatio. Dum autem, quod est cogitatum, examinat per aliqua certa, dicitur scire, vel sapere, quod est phronesis, id est, sacientia cuius est iudicare, ut primo Metaphysicæ dicitur. Ex quo demum habet aliquid quasi pro certo examinatũ, cogitat quomodo possit alijs illud manifestare, & hæc est dispositio interioris sermonis, ex quo exterior procedit locutio. Sciendum quoque, quòd sicut secundum actionem, quæ tendit exteriorem materiam, est processio quædam ad extra: ita secundum actionem, quæ manet in ipso agente, quædam processio est ad intra, quòd maximè patet in intellectu, cuius actio, scilicet intelligere, manet in ipso intelligente. Quandocunque namq; intelligit, ex hoc ipso, quòd intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ ex notitia eius procedens. & dicitur uerbum cordis, significatum uerbo uocis. Notandum est etiam, q intellectus secundum quod est in actu, per speciem intelligibilem consideratur absolutè: similiter intelligere, quod se habet ad intellectum sicut esse ad ens in actu. Non enim intelligere est actionem ab intelligente foris emanare, sed in intelligente manere. Cum ergo dicitur, quòd uerbum est notitia, non sumitur notitia pro actu intellectus cognoscẽtis, neq; pro aliquo habitu eius, sed pro eo, quod intellectus concipit cognoscendo. Præterea uerbũ conuenientiam habet maiorem cum re dicta, q̃ cũ dicente, quamuis sit in dicente, ut in subiecto. Vnũquodque enim ab illo naturam sortitur, à quo speciem accipit. Verbum verò accipit speciem a re dicta, non dicente, nisi forsan quando quis dicit seipsum. Sic quippè verbum lapidis differt a verbo leonis. Verbum etiam a diuersis dictum de eadem re, idem est specie: quoniam effectus quilibet magis conuenit cum principio, quo agens agit, quàm cum agente, cui solum assimilatur ratione ipsius principij. Hoc enim est, quod communicatur effectui per actionem agentis. similitudo autem rei dictæ, est principium, quo verbum efficitur, quæ & in uerbo reperitur a dicente sibi communicata. Hinc ipsum uerbum quandoque uocatur rei similitudo, quandoque verò nominatur verbum rei, vbi cunq; res illa, aut similitudo rei exprimitur, siue in patre imaginatiua, sicut phantasma Carthaginis est verbum Carthaginis, secundum Augustinum: siue in intellectu, in quo ratio verbi inuenitur perfectè, quod ad imaginem pertinet Trinitatis. Itaque uerbum intellectus nascitur ex notitia alicuius in memoria existentis. Sicq; primus processus in gignitione uerbi, est dum intellectus accipit a memoria, quod a memoria sibi offertur, non eam spoliãs, sed similitudinem habitu in ea sibi assumens. & hoc est simile illi, quod in memoria habetur. Adhuc tamen non habet rationem verbi perfectam, sed lumen intellectus agentis inuoluit speciem, quam a phantasmate abstrahit. & hoc lumen accipit intellectus possibilis simul cum specie illa. & hoc lumen diffunditur cum obiectum formatur, & manet cum obiecto formato, & ista similitudo verbum vocatur, cum in ea quidditas rei intelligitur. quæ similitudo in fine relinquitur perfecta, & genita, atque expressa ab intellectu, quæ est uerbum expressum, & rei dictæ expressiuum: quia res non intelligitur, nisi in eo, quod est tanquam speculum, in quo res est, ac relucet, & cernitur. Verbum igitur cordis est ultimum, quod potest in se intellectus efficere, & hoc est, in quo quidditas rei recipitur. Imo ipsum est quidditatis similitudo, ad quam intelligere terminatur. Sic etenim habet rationem obiecti intus. Verbum ergo est, in quo intelligitur quidditas: sicut lux est, in qua videtur color. Species vero est id, quo perficitur ipsa cognitio, quemadmodum species coloris in uisu exteriori. & foret similius, si lux ex specie coloris generaretur, sicut uerbum ex specie. Hæc Thomas ibidem. Cuius verba aliqualiter difficilia, & obscura uidentur, & impugnantur a Scoto, & Durãdo, ac alijs multis.

Philosop.

Petrus.

¶Petrus verò eis consentire videtur, dicendo: Verbum propriè dicitur similitudo genita in mente a speciei rei in memoria quiescente. Et ponitur huius exemplum de speculo colori opposito, in quo speculo per lumen sensibile generatur coloris similitudo. Et si alij speculo opponeretur, speculum aliud fieret generatio similitudinis coloris a speculo in speculum.

Richard.

¶Denique ad intelligendum lucidiùs mentem Thomæ, confert, quòd scribit Richardus supra distinctione vicesimasecunda in responsione quæstionis, qua quærit: Vtrum nomina per priùs significent rem, quàm conceptum, quem facit intellectus de re. Vbi inter cætera ait: Sicut in dicendo rem, sensibiliter possunt tria considerari, uidelicet uocis formatio, & vox ipsa formata, ac res per vocẽ significatur: sic in intelligendo rei quidditatem, tria considerari possunt, quæ sunt formatio ipsius conceptus, & ipse conceptus formatus, ac quidditas rei distinctè intellecta. Cum enim intellectus possibilis aliquo modo in actum reductus est, ita ut rem primo indistinctè, & imperfectè cognoscat, procedit: principaliter tamen in virtute intellectus agentis, diuidendo, & differentiam conuenientem rei imperfectè cognitæ inquirendo, ac componendo, differentiamque repugnantem abijciendo: & sic procedendo discurrit, quousque attingat ad aliquid conuertibile cum re, & per hunc discursum est ipsius conceptus formatio. Ipse verò conceptus formatus est immediatus terminus illius discursus. & est quoddam ens diminutum, constitutum a ratione, atque rei cognitæ elaboratum exemplar, intellectui præsens, in quo intellectus intuetur distinctè rem, cuius est illud exemplar: nec manet in intellectu, nisi quandiu actu intelligit: & hoc dicitur primum obiectum nostræ distinctæ intellectionis. quidditas autem cuius est exemplar, est secundarium intellectionis obiectum. Aliqui tamẽ negant tale exemplar, dicentes distinctæ intellectionis obiectum immediatum esse, quidditatem distinctè repræsentatam, & ipsam intellectionem actualem dicunt posse vocari ipsius intellectus conceptũ. Et conceptum huiusmodi dicunt nonnulli p priùs significari per nomen, q̃ rem, quoniam ordine naturæ

turæ priùs intelligimus conceptum rei, quàm rem significatam per nomen. Alij dicunt rem primò, ac principaliter significari per nomen, tamen mediante conceptu, Hæc Richardus.

Dio. Car.

¶Qui recitatiuè hæc scribit, non declinans ad vnam positionum istarum potiùs, quàm ad aliam. Positio tamen recitata ex Scoto, planior rationabiliorque videtur: quia non solum in memoria partis sensitiuæ continetur rei phantasma, sed & in memoria partis intellectiuæ est species intelligibilis abstracta, quiescens, & manens, actuali intellectione cessante. Vnde ad intelligendum rursus actualiter, non videtur alia species, seu similitudo intelligibilis necessaria, quæ ab illa specie multiplicetur, gignatur, aut extrahatur. Sed & conceptio rei quid aliud est, quàm apprehensio, seu intellectio eius? Et quanto plùs proficit intellectus in cognitione rei, tanto per eandem speciem intelligibilem, rem clariùs intuetur. Istud quoque uidetur esse de mente Augustini, qui in sermone quodam de beatissimo Iohanne Baptista, testatur: Vox sonus, & index est cogitationis, verbũ verò ipsa cogitatio. Et super illud Iohannis. In principio erat verbum: Quid, inquit, factum est in corde tuo cum audires, Deus? & respondet, substantia quædam summa, intellectualis, immensa. Certumque est, quòd per substantiam illam infactibilem, inuariabilem, intelligat apprehensionem, conceptum, seu aliquantulam cognitionem illius, quam intellectionem dicit esse verbum mentale eius, qui Deum fideliter apprehendit, cum audit hoc nomen Deus.

Augustin.

Ioan. 1.

A

Quòd non tantum tres prædictæ proprietates sunt in personis, sed etiam quæ alijs significantur nominibus, vt ingenitus.

Distinctio. XXVII.

PRæterea considerari oportet, quòd non tantum tres prædictæ proprietates, siue notiones in personis sunt, verumetiam aliæ, quæ alijs notantur nominibus. Nam etiam hoc nomen ingenitus relatiuè dicitur de patre tantum, & aliam designat notionem, quàm pater, vel genitor. Non est enim idem, esse patrem, & esse ingenitum, id est, non ea notione pater dicitur, qua ingenitus. Pater enim (vt prædictum est) dicitur secundum proprietatem generationis, ingenitus autem secundum proprietatem innascibilitatis. Differt ergo pater a filio auctoritate generationis, differt etiam proprietate innascibilitatis, id est, quia ingenitus. Vnde Augustinus distinguens inter proprietatem, qua pater dicitur: & illam, qua dicitur ingenitus, in quinto libro de Trinitate sic ait: Non est hoc dicere ingenitum, quod est patrem dicere: quia & si filium non genuisset, nihil prohiberet dicere cum ingenitum. Et si gignat quisque filium, non ex eo ipse est ingenitus, quia geniti homines gignunt alios. Non ergo ideo dicitur pater, quia ingenitus. Ideoque cum de Deo patre vtrunque dicatur, alia notio est, qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Genitor enim dicitur ad genitum, id est, filium. Cum vero ingenitus dicitur, non quid sit, sed quid non sit ostenditur. Hoc exemplis planum faciendum est. Quod dicitur ingenitus, hic ostenditur, quod non sit filius: sed genitus, & ingenitus commodè dicuntur. filius autem latinè dicitur. Sed vt dicatur infilius, non admittit loquendi consuetudo. Nihil tamen intellectui demitur si dicatur non filius, quemadmodum etiam si dicatur non genitus, pro eo, quod dicitur ingenitus, nihil aliud dicitur. Ideo non est in rebus considerandum, quid vel sinat, vel non sinat dici vsus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. Non ergo iam tantum dicamus ingenitum, sed etiam non genitum: quod tantum valet. Nunquid ergo aliud dicimus quam non lium? Negatiua porro particula non id efficit, vt quod sine illa relatiuè dicitur, eadem præposita substantialiter dicatur: sed id, tantum negatur, quod sine illa aiebatur, sicut in alijs prædicamentis cum dicimus, homo est, substantiam designamus. Qui ergo dicit, non homo est: non aliud genus prædicamenti enunciat, sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio, homo est: sic secundum substantiam nego, cum dico, non homo est. At si tantum valet, quod dicitur genitus, quantum valet, quod dicitur filius: tantundem ergo valet, quod dicitur non genitus, quantum valet, quod dicitur non filius. Relatiuè autem negamus, dicendo non genitus. Ingenitus porro quid est, nisi non genitus? Non ergo recreditur a relatiuo prædicamento, cum ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad se dicitur, sed quod ex genitore sit, ostenditur, ita cum dicitur ingenitus, non ad se dicitur, sed quod ex genitore non sit ostenditur: utrunque tamen relatiuè dicitur. Quod autem relatiuè pronunciatur, non indicat substantiam. Quamuis ergo diuer-

Auguſt. li. 5. de Trin. cap. 6.

Auguſt. li. 5. de Trinit. c. 7.

sum sit genitus, & ingenitus, tamen non indicat diuersam substantiam: quia sicut filius ad patrem, & non filius ad non patrem refertur ita genitus ad genitorem, & non genitus ad non genitorem referatur necesse est. Ecce euidenter ostendit, quòd ingenitus relatiuè dicitur, & de solo patre accipitur. Aliaque notio est, qua dicitur ingenitus, alia, qua pater. Atque tantum valet cum dicitur ingenitus, quantum non genitus, vel non filius.

B

An sicut solus pater dicitur ingenitus, dici debeat non genitus, vel non filius.

Ideo solet quæri, vtrum sicut solus pater dicitur ingenitus: ita ipse solus debeat dici non genitus, vel non filius: vt nec etiam spiritussanctus possit dici non filius, vel non genitus. Quibusdam videtur, quòd pater solus debeat dici non genitus, vel non filius: spiritus verò sanctus sicut non dicitur ingenitus, ita (inquiunt) non est dicendus non genitus, vel non filius. Debet quidem dici, & credi spiritussanctus non esse genitus: vel non esse filius: sed non debet dici esse non genitus, vel non filius. Alijs autem videtur, quòd cum spiritussanctus non possit dici ingenitus, potest tamen dici non genitus, vel non filius. Quod autem Augustinus supra ait, tantum valere cum dicitur ingenitus, quantum cum dicitur, non genitus, vel non filius: etymologiam nominis ostendendo eum dixisse, dicunt, non rationem prædicationis.

Opinio quorũdã.

Aliorum opinio.

C

Quæ sit proprietas, secundum quam dicitur pater ingenitus.

Si autem vis scire, quæ sit proprietas, secundum quam dicitur pater ingenitus, audi Hilarium ipsam vocantem innascibilitatem in quarto libro de Trinitate ita aientem: Est unus ab vno, scilicet ab ingenito genitus, proprietate videlicet in vnoquoque, & originis innascibilitatis. Significata ergo in scripturis personarum intelligentia, & distinctio innascibilitatis, natiuitatisque sensu, solitarius Deus non est opinandus. Discretio ergo, vel distinctio personarum in scripturis posita est, in nullo autem naturæ distinctio.

Hilarius 4. de Trin.

D

Arriani nitebantur probare alterius substantiæ patrem, alterius filium: quia ille ingenitus, iste genitus: quibus respondens Ambrosius, dixit se hoc nomen in scripturis non legisse diuinis.

Illud etiam taceri non oportet, quod Arriani ex eo probare nitebantur alterius substantiæ esse patrem, alterius filium: quia ille ingenitus, & iste genitus dicitur: cum diuersum sit esse ingenitum, & esse genitum. Vnde Ambrosius eorum quæstioni respondens, dicit se in diuinis scripturis hoc nomen, scilicet ingenitus, non legisse, ita inquiens in quarto libro de spiritusancto: Cum dudum audierint quidam dicentibus nobis, filium Dei, qui generatus est, patri qui generauit, inæqualem esse non posse: quamuis ille generatus sit, iste generauit: quia generatio est naturæ: aduersus quidem illam quæstionem uocem sibi arbitrantur accluſam, sed tergiuersatione damnabili in eodem loco vestigium vertunt, vt putent mutationem fieri quæstionis mutatione sermonis, dicentes: Quomodo possunt esse ingenitus, & genitus vnius naturæ, atque substantiæ? Ergo, vt respondeam mihi propositæ quæstioni, primò omnium in diuinis scripturis ingenitus nusquam inuenio, non legi, non audiui. Cuius ergo mutabilitatis sunt homines huiusmodi, vt nos dicant ea vsurpare, quæ non sunt scripta, cum ea, quæ sunt scripta dicamus, & ipsi obijciant, quod scriptum non sit? Nonne ipsi sibi aduersantur, & auctoritatem calumniæ suæ derogant? Attendè lector: quoniam hoc nomine ingenitus, nolebat vti Ambrosius propter hæreticos. Ita & nos subticere quædam oportet propter calumniantium insidias, quę catholicis, ac pijs lectoribus securè credi possunt. Sunt etenim quędam, quæ non tantę sunt religionis, & auctoritatis, vt eis non oporteat semper confitendo, ac recipiendo inseruire, verum silentio aliquando prętiri

Ambro. in libr. de incar. do. sacramento cap 8.

quæunt:

queunt: nec illius tamen sunt peruersitatis, quin cum opportunum fuerit, eis uti liberum habeamus.

An diuersum sit, esse patrem, & esse filium.

E Præterea quæri solet, cum supra dictum sit, quia aliud est dicere ingenitum, aliud patrem: & quòd diuersum sit genitus, & ingenitus, utrum similiter diuersum sit esse patrem, & esse filium, an idem. Ad quod dicimus, quia ex eodem sensu, quo dicitur diuersum, genitus, & ingenitus: & quo dicitur non esse idem, dicere genitum, & ingenitum: potest dici non esse idem, sed diuersum, esse patrem, & esse filium, uel esse spiritumsanctum: quia non ea notione pater est pater, quia filius est filius, uel qua spiritussanctus est spiritussanctus. Ideoque ex hoc sensu concedimus, quod aliud est esse patrem, & aliud est esse filium: quia alia notio est, qua pater est pater, alia, qua filius est filius. Sed si transponas, ut dicas, aliud est patrem esse, aliud filium esse: variatur intelligentia, & ideo non conceditur. Est enim sensus talis, ac si dicatur: aliud est, quo pater est, non quidem pater, sed est: aliud quo filius est, non quidem filius, sed est: quod penitus falsum est. Eo enim pater est, quo pater Deus est, id est, per essentiam, uel naturam: ac filius eo Deus est quo pater Deus est. Eo ergo filius est, quo pater est. Et ita idem est patrem esse, & filium esse: sed non est idem, esse patrem, & esse filium. Vnde Augustinus in quinto libro de Trinitate ait: Quamuis diuersum sit, esse patrem, & esse filium, non est tamen diuersa substantia: quia non hoc secundum substantiam dicitur, sed secundum relatiuum: quod tamen relatiuum non est accidens, quia non est mutabile. Ecce diuersum esse dicit, esse patrem, & esse filium: quod iuxta rationem prædictam accipi oportet, quia scilicet alia notio est, qua est pater, alia qua est filius. Non enim secundum essentiam pater dicitur pater, vel filius filius, sed secundum relationem.

Augustl. 5. de trinit. c. 5.

F

Quomodo dicatur sapientia genita, vel nata, an secundum relationem, an secundum substantiam.

Sciendum quoque est, quod sicut solus filius dicitur verbum, uel imago, ita etiam ipse solus dicitur sapientia nata, vel genita. Et ideo queritur, utrum hoc relatiuè dicatur: & si relatiuè dicitur, an secundum eandem relationem, qua dicitur uerbum, & imago. De hoc Augustinus in septimo libro de Trinitate ita ait: Id dici accipiamus cum dicitur uerbum, ac si dicatur, nata sapientia, ut sit, & filius, & imago. Et hæc duo cum dicuntur, id est, nata sapientia, in uno eorum eo, quod est nata, & verbum, & imago, & filius intelligatur. Et in his omnibus nominibus non ostendatur essentia, quia relatiuè dicuntur. At in altero, quod est sapientia, etiam essentia demonstretur: quoniam, & ad se dicitur: seipsa enim est sapiens, & hoc est eius esse, quod sapere. vnde pater, & filius simul vna sapientia, quia vna essentia. Cauè lector qualiter hoc intelligas, quod hic dicit Augustinus. Videtur enim dicere, quod cum dicitur nata sapientia, ibi sapientia essentiam significet: & nata, relationem notet. Quod si ita est, cogimur dicere, essentiam diuinam esse natam: quod superioribus repugnat. Sed ad hoc dicimus, quod in altero, id est, in eo, quod nata est, eadem notio intelligatur: quæ notatur, cum dicitur, verbum, & imago. In altero uero, scilicet sapientia, demonstratur essentia, id est demonstratur, quòd filius sit essentia, quia sapientia secundum essentiam dicitur. Et ideo cum dicitur nata sapientia, intelligatur, quod ipse, qui natus est, essentia est: ibi tamen sapientia non pro essentia, sed pro hypostasi facit intelligentiam: ut sicut quando dicitur uerbum, uel filius, intelligitur hypostasis cum sua proprietate. Item cum dicitur nata sapientia, idem intelligitur, id est, genita hypostasis. Ideo uigilanter ait, idem esse intelligendum, cum dicitur uerbum, & cum dicitur nata sapientia, id est, eadem relatio, eademque hypostasis, cui inest illa proprietas. Et ex hoc adiuuatur illud, quod superiùs diximus, scilicet cum dicitur pater, vel filius, uel spiritussanctus: non tantum illæ proprietates significantur, ut cum dicitur, paternitas, filiatio, sed etiam hypostases cum suis proprietatibus.

Aug. lib. 7 de trin. c. 2

Qualiter intelligenda sint præmissa uerba Augustini.

Quòd imago aliquando dicitur secundum essentiam.

August. de fide ad Petrũ. c. 1. Hilarius li. 5. de Trinitate.

GIllud etiam sciri oportet, quia cum suprà dictum sit, imaginem relatiuè dici de filio, sicut uerbum, uel filius: interdum tamen reperitur secundum substantiam dici. Vnde Augustinus in libro de fide ad Petrum dicit, quod una est sanctæ Trinitatis essentialiter diuinitas, & imago, ad quam factus est homo. Hilarius etiam in quinto libro de Trinitate ait: Homo fit ad communem imaginem. Nomen non discrepat, natura non differt. Vna est enim ad quam homo creatus est, species. Ex his uerbis ostenditur, quòd imago aliquando essentiæ intelligentiam facit: & tunc ad se dicitur, & non relatiuè.

Summa distinct. 28.

HIc determinatur de notionibus personarum, quæ non sunt personales, quia non sunt constitutiuæ personarum, quamuis personæ cognoscantur per eas specialiter de innascibilitate, quæ est notio patris: & de communi spiratione, de qua agitur sequenti distinctione. Circa primum mouet, qualiter ingenitus relatiuè dicatur, & an idem sit, quod innascibilis, an etiam solus pater dicendus sit non genitus, sicut dicitur ingenitus. Insuper tractat hic de quibusdam nominibus filio proprijs, quia uocatur sapientia genita, & imago. Quocirca in fine distinctionis huius declarat, quòd imago interdum absolutè, & essentialiter dicitur in diuinis, quamuis impropriè.

QVAESTIO I.

Arguitur 1. contra veritatẽ.

HIc quæritur primo, *Utrum innascibilitas sit proprietas personæ patris. Et an sit proprietas personalis.* in qua quæstione duo tanguntur.

¶ Arguitur primo, quòd non sit proprietas, nec notio patris. Primò: quoniam non notificat, quid sit pater, sed quid non sit, cum sit, quid negatiuum.

2 ¶ Secundò, quia in litera dicitur, quòd idem sit ingenitum, & innascabile. Ingenitum autem idem est, quod non genitum, quod connenit spirituisancto. ergo, & innascibile conuenit ei, & ita non est proprietas patris.

In oppositum. Antisiod.

¶ In oppositum sunt, quæ continentur in litera.

¶ Ad hoc Antisiodorensis in Summa sua libro primo respondet: De innascibilitate sunt multæ opiniones. Quidam enim dixerunt, quòd innascibilitas est proprietas quædam, quæ inest patri eo, quòd ipse a nullo est, & alij sunt ab eo. Contra quod obijcitur, quia eadem ratione (ut apparet) inest proprietas aliqua spirituisancto, eo quòd nulla persona est ab eo, & ipse est ab alijs, puta a patre, & filio. Similiter filio inest proprietas quędam, eo quòd ipse est ab alio, & alius est ab ipso. sicque essent plures proprietates, & notiones quam supra expressum est. Ideo alij sic exponunt: Pater est innascibilis, & innascibilitas conuenit ei, eo quòd ipse a nullo sit, & ipse est principium aliorum. Sed contra hoc quoque obijcitur: quoniam pater non est principium aliorum, nisi uel per generationem, uel per spirationem, uel per creationem: ergo innascibilitas non est alia notio a generatione, aut spiratione. Hinc alij dicunt, quod innascibilitas est vniuersalis auctoritas, aut principalitas, quæ in solo est patre. diuina uero essentia non habet auctoritatem nisi respectu creaturarum. Sed contra hoc, Aut dicitur vniuersalis principalitas, quia pater est principium omnium, uel quia abstractè, & vniuersaliter intelligitur. Si primo modo, non erit alia notio, quàm generatio, seu spiratio, uel creatio. Si secundo modo, adhuc sequitur idem: quia in re non est uniuersale præter suppositа, aut indiuidua, aut singularia. Propter hoc alij dicunt, quòd innascibilitas est plenitudo fontalis existens in patre. & quòd non est ad aliquid, quamuis sit alicuius: non tamen est ad aliquid. Contra hoc est, quia ut asserit Augustinus: Quicquid dicitur de Deo, aut dicitur secundum essentiam, aut secundum relationem. si ergo fontalis plenitudo non dicitur de patre secundum relationem, dicitur de eo secundum essentiam. ergo dicitur de diuina essentia, ergo & innascibilitas: quod est falsum. Fontis quoque inquãtum est fons, est fluere: ergo dicitur ad aliquid.

Innascibilitas ẽ notio patris per modũ priuationis.

¶ Alij igitur (quibus consentimus) fatentur, ꝙ innascibilitas est notio patris per modũ priuationis. Est.n. innascibilitas priuatio essendi ab alio in eo, à quo sunt alij oẽs: nec est ab alio, sicut dignitas est alicui regi, ꝙ habet regnũ non ab alio. Atq; per hoc distinguit pater ab alijs personis diuinis, quę admodũ ouis non signata ab oue signata. Probat ét Augu. ꝙ innascibilitas sit alia notio, ꝙ paternitas: quia si pater nunquã genuisset, nihilominùs esset ingenitus, seu innascibilis. Contra quod obijci pót, quia si pr̃ non genuisset, non esset in eo paternitas: ergo innascibilitas nõ esset alia notio, ꝙ paternitas. imò si non esset paternitas, non esset patris persona, cum paternitas constituat patris personam. Dicendum, quòd Augustinus habuit respectum non ad naturam essendi, sed intelligendi. Hæc Antisiodorensis.

Augustia.

Albertus.

¶ In sup Albertus hic scribit: Innascibilitas est notio principij non existentis de principio. Importat namque negationem fundatam super ens. Nam aliter est negatio de primis, aliter de posterioribus, ut si dicam, homo non est asinus, negatio illa causatur ab oppositione, uel disparatione p̃dicati, & subiecti: quæ disparatio causat ex diuersis differentijs hominis, & asini. Ideo illa negatio habet aliquid priùs se in quo fundatur. Cum aũt dico, Primum est, quod nihil ante se habet: negatio fundat̃ sup naturam primi, cuius natura est, quòd nihil est priùs eo. Ideo exponi non potest per affirmationem, sicut prædicta negatio. Vnde si dixero, Homo non est asinus, dices, quod uerũ est: & si quæsieris causam, dices: qm̃ homo est animal rationale, asinus irrationale. ficq; causam negationis per affirmationẽ exponis. Si aũt dixero, Primum est ante, quod nihil est, dices, quod uerum est: & si quæram, quare dices, quia primum est principium: & ponis affirmationem, quæ prior est negatione, sed non ponis affirmationem priorem eo, de quo fit negatio, quia negatio fuit de primo. ficq; illud per affirmationẽ innotescere neqt, sed innotescit per negationẽ, ut dicit hic Augustin.

Dico

August.

Dico ergo, quòd innascibilitas non priuatiuè, sed negatiuè habet exponi. Verum negatio duplex est, utpote in genere, & extra genus. Si ergo negatio neget in genere principij tantum, sic innascibile idem erit, quod non ens ab alio principio secundum naturæ ordinem. Si autem totum negaret, quod est in suo opposito in genere, tunc innascibile conueniret etiam spirituisancto.

Soluitur, Obiectio

¶ Si autem obijciatur, quòd negatio non facit aliquid innotescere, respondendum est, quòd verum est de negatione extra genus. Talis uero non est negatio, quæ cadit in ratione primi, atq; principij. Hæc Albertus.

Vdalricus

¶ Concordat Vdalricus in Summa sua libro tertio, hæc plenius exprimens: Hoc, inquiens, nomen auctor, addit in diuinis supra rationem principij non esse ab alio, quod soli conuenit patri, ideo solus pater auctor dicitur in diuinis, quamuis, & filius dicatur principium. Ex qua auctoritate habet pater proprietatem innascibilitatis, qua ipse ingenitus nuncupatur, de quo nomine diuersimodè locuti sunt sancti. Ideo exponendum est nomen hoc, quatenus discordia ad concordiam reducatur. Sciendum ergo, quòd hoc nomen ingenitus, secundum quod priuatiuum, non conuenit Deo: quoniam omnis priuatio eo quòd relinquat subiectum cum aptitudine sine actu, imperfectionem, & potentialitatem includit: sed prout sumitur negatiuè, adhuc multipliciter dicitur, quemadmodum, & affirmatio ei opposita: quia si unum oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum. Porro generatio, quæ est affirmatio opposita, dupliciter capitur.

Generatio dupliciter dicitur.

¶ Primò, pro omni exitu in esse substantiale. sicque, & creatio uocatur generatio. Vnde in Genesi, Istæ sunt generationes cæli, & terræ.

Gene. 2.

¶ Secundò, specialiter pro productione ex substantia producentis, siue hoc sit secundum completam rationem generationis, sicut in uiuis, quibus genitum secundum materiam, & formam, id est, uim formatiuam exit a generantibus, siue sit secundum rationem generationis incompletam, ut in generatione simplicium, seu elementorum, ubi generans formam suam in alienam diffundit materiam. sicque generatio diuiditur contra creationem, & factionem, ut dicit Damascenus libro primo octauo capitulo: quia creatio est ex nihilo, factio autem ex aliena materia, & non ex substantia producentis. Conformiter ingenitum dupliciter sumitur. Primò, pro increato, ut asserit Damascenus libro primo capitulo nono. Secundò, prout dicit negationem generationis specialiter dictæ, & sic loquimur nunc de ipso. Primo modo omnis substantia est genita, aut ingenita, id est, creata, aut increata, non autem secundo modo. Ingenitum itaq; primo modo acceptum, non potest esse notio alicuius personæ diuinæ, cum sit attributum essentiæ, quo Deus dicitur increatus: sed sumptum secundo modo, uel dicit negationem extra genus, uel dicit negationem in genere diuinæ naturæ. Primò modo ingenitum est idem, quod non ens ab alio p̃ generationem, siue simpliciter sit à nullo, siue sit ab alio per creationem, aut spirationem, dummodo non sit ab ipso per generatioem. sicque non solum conuenit creatori, sed etiam primis suppositis cuiuslibet speciei creatæ, & dictum de creatore, non conuenit filio, sed patri, & spirituisancto, atque diuinæ essentiæ, & rursus non est notio, cum sit commune creatori, & creaturæ diuinæ quoque essentiæ, ac personis duabus. Sumptum uerò secundo modo, adhuc tripliciter dicitur: quia uel negatio negat genus generationis, quod est esse ab alio: uel negat speciem supponendo genus, ut sit quasi species, uel differentia diuidens genus hoc, quod est esse ab alio. Denique, inquantum negatio ista fundatur super affirmatiuum modum existendi ab alio aliter, quàm per generationem, tunc, uel negat speciem solam: nec supponendo genus, nec illud negando, nisi secundum quod est in specie. Si primo modo, cum sint tantum duo genera in diuinis substantia, & relatio, uel negatur illa (uidelicet generatio) ut est in genere diuinæ naturæ, uel ut est in genere principij in diuinis. Si negat genus generationis in genere diuinæ naturæ, sic ingenitum idem est, quod ens in diuina natura non existens ab alio, & sic conuenit patri, ac diuinæ essentiæ, nec est notio personæ, cum sit attributum essentiæ, quo Deus uocatur primus. Si autem negat esse ab alio in genere principij in diuinis, sic ingenitum est in diuinis principium, non principiatum, sicque soli conuenit patri, & est notio eius inquantum illa negatio fundatur super affirmationem, uidelicet super hoc, quòd pater est principium deitatis, id est, principium totiùs processus, qui diuinæ naturæ uirtute est in diuinis. Non enim solum procedunt à patre filius, & spirituissanctus, uerumetiam, quòd à filio procedit spirituissanctus, conuenit filio à patre. Hinc pater potest tripliciter notificari. Primò, inquantum absoluta ratio actiui principij conuenit ei soli, secundum quam rationem ipse solus est auctor, & principium non de principio in diuinis, quod in creaturis esset primum principium, quia in eis est priùs, & posteriùs. sicque notificatur per ingenitum prætacto modo acceptum. Secundò, inquantum ipse est principium per generationem, & sic paternitas est notio eius. Tertiò, ut producit spirando, & sic communis spiratio eius est notio. Nec solum est notio patris ly, ingenitum, sed item proprietas: quoniam conuenit ei soli. Veruntamen non est proprietas personalis: quoniam præsupponit rationem principij, puta paternitatem, quæ est proprietas patris constitutiua: quia quod primum est in re, est constitutiuum ipsius. Hinc innascibilitas non est personalis proprietas patris, quamuis sit proprietas suæ personæ.

Pater in diuinis notificatur tripliciter

¶ Hinc constat, quòd secundum abnegationem duorum modorum processionis diuinæ ad intra, non oportet patri duas attribuere notiones: quia ingenitum est notio, prout negat genus processionis, uidelicet esse ab alio, in quo includitur utriusque processionis negatio. Ex eodem patet, cur potiùs notio ista nominatur negatione generationis, quàm passiuæ spirationis: uidelicet quia generatio communiter dicta, includit omnem modum substantialis emanationis.

¶ Postremò, ingenitum, seu innascibile relatiuè dicitur in diuinis, & uocatur relatiuum saltem per reductionem, ita quòd sicut genitus dicitur relatiuè, inquantum est idem, quòd filius, ita ingenitus inquantum est idem, quod non filius, prout sexto de Trinitate loquitur Augustinus Hæc Vdalricus.

Augustin.

¶ In his autẽ uidet quædã dissensio, in hoc quod Antisiodorensis dicit innascibile, seu ingenitum

Dio. Car.

esse notionem, prout sumitur priuatiuè, Albertus uero, & Vdalricus dicunt oppositum, utpote, quod sit notio prout dicitur negatiuè, & non priuatiuè. sed hoc faciliter concordatur. Nempè, & Thomas in hoc Antisiodorensi concordat, & paulo post tangetur concordantia horum.

Tho aqu

¶Itaque Thomas hic scribit: Secundum Augusti num pater est principium totius deitatis. Vnde si in diuinis esset ordo, qui poneret prius, & posterius, pater diceretur primum principium. sed quoniam ibi non est ordo talis, loco illius, quod est primum, dicimus principium, non de principio. Deinde ponit Thomas, qualiter triplici notione noscatur, sicut ex Vdalrico iam positum est. Consequenter soluendo argumentum hoc, si ingenitum est proprietas patris, hoc est, uel ut negatiuè, uel ut priuatiuè accipitur: respondet, ingenitus non importat absolutam negationem, sed aliquo modo priuationem. Omnis namq; negatio, quæ est in aliquo determinato subiecto, potest dici priuatio.

Philosop.

Propter quod quarto Metaphysicæ dicitur, quòd priuatio est negatio in subiecto, aut in substantia. Negatio igitur quam importat ingenitus, intelligitur ut fundata in ratione principij, ut est notio patris; & ita non conuenit diuinæ essentiæ neque spiritui sancto, quibus non conuenit esse principium per originem alicuius diuinæ personæ, nec filio; cui conuenit affirmatio opposita. Hinc tamen non sequitur, quod patre sit imperfectio aliqua.

Qualiter priuatio dici queat de pfe ctione.

Quàuis enim priuatio sit semper eius, quod natum est haberi, hoc tamen contingit tripliciter, ut quinto Metaphysicæ dicitur. Primo, quando aliquid non habet, quod natum est haberi à quocunque, quàuis ipsum non sit natum illud habere, quemadmodum pes dicitur non habere uisum. Secundo, quando non habet illud, quod natum est haberi à genere suo, quamuis non ab ipso nec ab aliquo suæ speciei, sicut talpa non habet uisum, uel quando non habet illud, quod natum est habere, quando, & ubi atque secundum alias conditiones, sicque pro priè nominatur priuatio, & imperfectionem includit. Hæc Thomas.

Conciliatio inter Antisio & Albertum

¶Ex quibus habetur prætactæ dissensionis concordia. Albertus siquidem, & Vdalricus, ac alij quidam dicentes ingenitum, seu innascibile, prout est notio, non accipi priuatiuè, loquuntur de priuatione propriè sumpta, uidelicet tertio modo; imò sic nihil priuatiuè dicitur in diuinis, nec quippiam sic priuatiuè conuenit Deo. Qui uerò dicunt ingenitum accipi priuatiuè, sumunt priuationem extensè. uidelicet primo, aut secundo modo.

q.33. ar.4.

¶Præterea quæstionem hanc etiam mouet Thomas in prima parte Summæ suæ, & cuncta, quę scribit ibi, in prænductis iam continentur.

Richard.

¶Concordat Richardus, & addit: Tres notiones patris non distinguuntur per comparationem ad personam patris, in qua sunt inter se, neque ab ipsa persona: quia comparatæ ad ipsam personam, realiter idem sunt cum ea, sed distinguuntur per hoc, quod innascibilitas inquantum est notio ab alijs distincta, significat negationem relationis realis, id est, realem relationem negatiuè modo prætacto, Paternitas uero, & actiua spiratio significant relationes reales, spiratio uero actiua distinguitur à paternitate, inquantum secundum relationem intelligendi præsupponit filium, quem pater produxit per generationem actiuam, quæ est realiter idem cum paternitate. Et ita inquantum spiratio actiua est actus filij, est quasi per paternitatem mediante filio, uel secundum quosdam, inquantum spiratio est per modum uoluntatis, & generatio, cum qua paternitas realiter idem est, est per modum naturæ. Quamuis autem actiua spiratio non distinguatur a patre, distinguitur tamen à generatione actiua: quoniam amor non procedit, nisi simul à mente, & à mentis conceptu ideo actiua spiratio, quæ est productio amoris spirari, & actiua generatio, quæ est productio illius conceptus, qui uerbum est, inter se habent distinctionem. Hæc Richardus.

Quæstio. Petrus.

¶Præterea petrus quærit hic, An plures propriè tates in persona patris. Et respondet: Proprietates unius personæ, cum sint proprietates relatiuæ, dupliciter possunt considerari. Primò, per comparationem ad subiectum, in quo sunt. Secundò, quo ad subiectum respectu cuius sunt. Primo modo comparantur ad idem eodem modo: Secundò modo, ad diuersa, & diuerso modo, sumendo diuersum extensè. Ideo primo modo cum nullam retineant respectu subiecti naturam relatiuæ oppositionis, quæ sola in diuinis distinguit, sunt idem cum illo, in quo sunt, nec inter se differunt: sed secundo modo abinuicem differunt, sicut in simili diuinæ personæ ad essentiam comparatæ, non differunt; comparatę uero ad inuicem, differunt. Sed personæ differunt proprietatibus, proprietates uerò seipsis, quemadmodum species differunt differentijs, differentiæ autem seipsis. Hæc Petrus.

Qualiter ingenitū notio sit patris.

¶Qui etiam ad principalem quæstionem propositam, scilicet an ingenitum sit notio patris, respondet: Ingenitum, seu non natum dupliciter sumitur, scilicet priuatiuè, & sic non conuenit Deo: & negatiuè, & hoc dupliciter: quia aut dicit negationem in genere. & sic est ens non ab alio per generationem, sicque conuenit spiritui sancto; aut dicit negationem simpliciter, sicq; est idē quod non ens ab alio. & hoc rursus dupliciter. Primò, ut sit puta negatio, & sic conuenit essentiæ, nec est notio: uel ut sit negatio fundata super contrarium, & sic conuenit parri, estque notio eius, indicans in eo dignitatem primi principij, uel potiùs principij non de principio. Siquidem per rationem principij ponitur in patre notio duplex, puta paternitas, atque communis spiratio: per rationem uero non de principio, ponitur in eo tertia notio, scilicet innascibilitas. Hæc Petrus, qui in hoc concordat Alberto, quòd dicit ingenitum, seu innascibilitatem non conuenire patri prout sumitur priuatiuè.

Bonauēt.

¶Ampliùs circa hæc scribit Bonauentura: Sicut dicit communis positio, & habetur ex uerbis sanctorum Augustini, atque Hilarij, ac Magistri, paternitas est personalis notio patris. Ad hoc enim quod relatio aliqua personalis dicatur, requiritur, quòd dicat alicuius personæ habitudinem primam, ac propriam per modum positionis, & completionis. Innascibilitas autem primo suo intellectu non dicit positionem, & quo ad intellectum suum secundum, seu consequentem, non dicit specialem relationem, sed plenitudinem fontalem. Ideo non est personalis proprietas, seu relatio patris, sed notio. Hæc Bonauentura.

Quæstio.

¶Qui consequenter hic scisciatur, utrum improcessibilitas sit notio patris. Et resondet, Nihil potest esse notio in diuinis, nisi dicat respectum positiuum ex intellectu suo primo, aut consequente.

Improcessibilitas non est notis distincta ab alijs

sequente. Si enim solum priuat relationem, conuenit essentiæ sicut personæ. Quemadmodum enim pater non producitur, ita nec essentia. Et sicut spiritussanctus non producit personam ad intra, sic neque essentia. Et sicut ingenitus non potest esse notio, nisi ponat positiuum respectum exconsequenti, sic & inspirabilis non potest notio esse, nisi ponat respectum positiuum. Hunc autem non ponit, nisi secundum quod ponit primitatem respectu spirationis, sicut innascibilitas respectu generationis, ut sicut innascibilis dicitur, quia nec generatur, nec generationem consequitur: sic improcesibilis, seu inspirabilis appellatur, qui nec procedit, nec processionem consequitur. Et quoniam omnis emanatio in diuinis est generatio, uel generationem consequitur, quoniam generatio dicit personam emanationem, ideo innascibilis priuat omnem emanationem: ideo dicit fontalem plenitudinem non tantum respectu generationis, sed etiam spirationis. Hinc innascibilitas non est generatio, neque spiratio, sed improcesibilitas: quoniam nec spiratur, nec spirationem consequitur: & quo ad hoc, non excluditur filius, qui etiam non spiratur, nec spirationem consequitur. Improcesibilis ergo non priuat nisi unam emanationem. Ideo solum dicit partem plenitudinis illius fontalis. Idcirco improcesibilitas non potest esse notio in patre distincta ab innascibilitate, nec in filio a spiratione, nec plenitudinem importat fontalem nisi in spirando. Quamuis itaque improcesibilitas dicere queat nobilitatem, tamen cum non distinguatur ab alijs assignatis, non ponit in numerum cum alijs. Hæc Bonauentura.

Alexāder.

¶Præterea Alexander ad quæstionem hanc, Vtrum innascibilitas sit notio, vel proprietas, eadem scribit, quæ iam ex Summa Antisiodorensis inducta sunt. Ad id uero utrum sit proprietas patris, respondet: Ingenitus sicut & ignorantia dupliciter dicitur, scilicet negatiuè, & quasi contrariè. Primò modo conuenit patri, secundo modo conuenit spiritui sancto. Idcirco ingenitus non potest esse notio communis utrique, cum non dicatur de eis secundum eandem acceptionem. Ingenitus quoque prout dicitur quasi contrariè, & tantum sicut ualet sicut habens proprietatem distinctam, & quasi contrariam generationi, non est notio alia à processione. Et enim spiritussanctus eo quòd procedat ab alio per spirationem, nuncupatur hoc modo ingenitus. Hæc Alexander.

Scotus.

¶Scotus etiam ait hic: Secundum Philosophum

Philosop.

quinto Metaphysicæ, quot modis dicitur positiuum, tot etiam dicitur priuatiuum. Idcirco hoc nomen ingenitum, omnem habet multiplicitatem, quam habet nomen hoc, genitum. Genitum uerò, quamuis significet terminum, id est, personam genitam, utpote filium: tamen accipitur pro omni eo, quod est in filio. Similiter accipitur genitum ad productum in communi, prout præsupponit generationem, quamuis non producatur generatione. Deinde pandit quomodo priuatio multis modis dicatur, sicut nunc habitum est, sicque declarat qualiter ingenitum sit proprietas patris, & uidetur satis consonare iam dictis. Deinde subiungit, quod ingenitum, seu innascibilitas potest dici proprietas constitutiua patris, secundum quod est propria patri: quia præintelligitur omni origini, & communicationi essentiæ. Et intelligendo essentiam cum negatione communicationis, uidetur haberi suppositum: quia negatio illa incommunicabilis est, nec potest esse in pluribus. Negatio namque actualis communicationis ipsius essentiæ in nullo potest esse nisi in patre, quia essentia alijs personis acquiritur. Hæc Scotus.

Dionysius

¶Verum hæc eius opinio omnibus præallegatis magnis doctoribus extat contraria, & multipliciter inuenitur erronea, sicut ex rationibus præallegatorum doctorum ostenditur. Proprietas autem constitutiua patris existit paternitas: nec ulla persona formaliter constituitur sola negatione. Et iuxta inducta, innascibilitas auctoritatem, & paternitatem præsupponit, & sequitur eam. Sed & contra opinionem istam diffusè scribit Durandus, argumenta eius soluendo, & motiua alterius positionis tangendo. Positiuum quippè personam oportet per proprietatem positiuam constitui, sicut omne ens positiuum per aliquid positiuum formaliter tale est. Innascibilitas autem cum formaliter sit negatio, aut priuatio, de se nihil formaliter ponit: imò aliquid præsupponit, & super positiuum fundatur, nec est relatio nisi per reductionem. Diuinæ autem personæ constituuntur per proprietates directa, atque formaliter relatiuas, & positiuas, uel (ut alij opinantur) per huiusmodi origines, sicut ante probatum est.

Innascibilitas non est persona patris cōstitutiua

Durandus

Tho. aqu.

¶Hinc Thomas ad istud, An innascibilitas sit personalis proprietas patris, respondens: Quemadmodum, inquit, in inferioribus quicquid consequitur ad esse perfectum rei, non est constitutiuum illius: sic in diuinis quicquid secundum intellectum præsupponit aliquid, quo persona constituitur, non potest esse constitutiuum personæ. Propter quod communis spiratio non potest esse proprietas personalis: quoniam præsupponit in patre generationem actiuam, atque in filio generationem passiuam, quibus illæ personæ constituuntur. Similiter innascibilitas cum dicat negationem, quæ fundatur super rationem principij, ut dictum est, præsupponit secundum intellectum rationem principij super quam fundatur, uidelicet paternitatem. Idcirco non potest constituere patris personam, nec esse proprietas personalis. Hæc Thomas.

Ad secundā partem quæstio.

Durādus.

¶Cuius dicti delaratio, ac confirmatio est, quod scribit Durandus: Paternitas, inquiens, & innascibilitas generaliter sumptæ, non habent inter se ordinem, ita ut unum priùs sit altero. Aliquis namque est pater, qui non est innascibilis, ut in hominibus patet. Innascibile quoque potest alicui conuenire sine paternitate, ut si in diuinis non esset nisi unum suppositum absolutum, ut putant Iudæi, & Sarraceni. Hinc intellectus unius non præsupponit intellectum alterius. Veruntamen prout diuinis conueniunt, habent inter se ordinem sic, quòd paternitas prior est innascibilitate: quia paternitas dicit primam relationem fundatam super auctoritatem principij uniuersalis, innascibilitas uerò dicit priuationem essendi ab alio. sed priùs, & essentialiùs conuenit uniuersali principio esse primum principium primi producti, quàm non esse ab alio. Hæc Durandus.

Soluūtur argumēta initio quæst. adducta. Augustin.

¶Solutio demum obiectionum, ex dictis est clara. Innascibilitas enim secundum quod est notio atque proprietas, non dicit tantum negationem; & quamuis non nisi negationem insinuaret, adhuc aliquo modo patrem notificaret, Augustino dicente: Non modica pars notitiæ Dei est, scire

quid

quid Deus non sit. imò secundum diuinum Dionysium, diuina veriùs, magisque propriè innotescunt nobis in vita hac per negatiua, quàm per positiua.

S. Diony.

Ad 2.

¶ Ad secundum responsum est, quoniam ingenitum, & inaccescibile multis modis sumuntur, & prout sunt notio, ac proprietas patris, non conueniunt spiritui sancto.

Aegidius.

¶ At vero præinductis concordat Aegidius, inter cætera loquens: Notionem in diuinis oportet aliquo modo ad originem pertinere. Ad originem verò aliquid pertinet, vel quia originem negat, vel quia originem ponit. Nam vt ait Philosophus, Negationes entium aliquo modo pertinent ad ens. Conformiter negationes relationum, atque originum aliquo modo relationem important, vel ad originem reducuntur. sicque ingenitum est notio patris, inquantum negat eum ab aliquo esse productum. Tres quoque patris notiones ita se habent, quòd vna aliam secundum modum intelligendi aliquo modo præsupponit. Innascibilitas namque præsupponit communem spirationem, & paternitatem. Nunquam enim de aliquo ente aliquid negatur, nisi quia de illo aliquid affirmatur. Negatiua etenim ab affirmatiua accipit robur. Non ergo genitum negaretur de patre, nisi aliquid affirmaretur verè de eo. Hæc Aegidius.

Philosop.

Diony.

¶ Cui à multis contradicitur in hoc, quòd ait innascibilitatem præsupponere communem spirationem. sic enim præsupponeret filiationem, ac filium, cui cum patre actiua spiratio est communis. Rursus ait Aegidius: Quicquid notificat aliquid, potest dici notio eius. Non autem notificatur aliquid, nisi per ea secundum, quæ ab alijs distinguitur. Hæc verbum Aegidij videtur pati instantiam, quia non solum notificatur species per suam differentiã, qua ab alijs distinguitur speciebus, sed item per suum genus, quo cum alijs speciebus conuenit, atque communicat. Denique communis spiratio est notio patris: & tamen per eam conuenit cum filio, nec à filio per eam distinguitur. Et si ad ista detur responsio aliqua, rursus obijceret, quòd etiam per conuertibilia cum ente res notificatur, per quę à nullis distinguitur secundum, quod conuertibilia sunt.

Aegidius.

QVAESTIO II.

Secundò principaliter quæritur, Vtrum ingenitus, seu innascibilis dicatur secundum substantiam vel secundum relationem:

¶ Sed ad istud ex dictis patet solutio: tamen aliquid pleniùs potest super hoc dici.

Bonauen.

¶ Itaque Bonauentura respondet: Omnes in hoc conueniunt, quòd ingenitus dicitur secundum relationem, sed differenter.

Nam quidam dixerunt, quòd ingenitus solum dicit relationis priuationem idque sufficere ad hoc, quod dicatur notionaliter, quia priuatio potest esse principium distinguendi, & innotescendi, sicut ouis non signata, distinguitur à signata. Negatio quoque dicit nobilitatem, sicut non regi nobilitas est in rege, & non causari in causa, ac non produci in producente. Sed ista opinio stare non valet, quia pura negatio non distinguit. Negatio namque relationis de essentia dicitur: nec dicit nobilitatem, quia omnis nobilitas dicit aliquid positiuum. Alij ergo dixerunt, quod ingenitus dicitur relatiuè, ac positiuè, quia priuando unam relationem ponit aliam, quemadmodum inæquale priuando æqualitatem, ponit relationem illi oppositum: sic ingenitum priuando relationem ad genitorem, ponit relationem oppositam ad non genitorem, & hoc dicunt sensisse Augustinum libro de Trinitate dicentem: Sicut genitus refertur ad genitorem, ita non genitus ad non genitorem. sed nec hoc potest saluari, quia non genitus, aut dicitur ad principiatum, aut ad principium. si ad principiatum, ergo respectu illius non potest dici hoc nomen ingenitus, cum genitus dicatur in respectu ad principium, & idem significatum sit nominibus geniti, atque ingeniti, solaque differant negatione. Ergo necesse est, quòd ingenitus dicatur respectu principij. sicque pater poneretur habere principium. Hinc tertius modus dicendi est, quòd ingenitus prout est notio patris, dicit relationem partim priuatiuè, partimque positiuè. Idcirco notandum, quia (ut ait Augustinus) idem est ingenitus, & non genitus. Non genitus autem tripliciter accipi potest, sicut non album quoniam potest esse negatio in genere, vel extra genus, vel partim in genere, uel partim extra genus. Ingenitum enim importat ordinem in ratione generis remoti, & ordinem ad principium in ratione proximi, ac etiam ordinem talem per modum naturæ in ratione completiui. Si ergo ingenitus sit negatio, extra genus, sic dicitur ingenitus, quòd non generatur, nec etiam habet ordinem, aut relationem. & sic dicit purè priuationem, & dicitur de essentia: nec dicitur secundum substantiam, neque secundum relationem, eo quòd solum priuatio sit. Alio modo potest ingenitus esse negatio in genere, & uocatur ingenitum, quod non generatur. Habet tamen ordinem, seu relationem ad principium, sicque dicit relationem abstractam. Non tamen ex hoc dicit nobilitatem, & sic conuenit spiritui sancto: non tamen est notio. Tertiò modo potest esse negatio, quodammodo in genere, & quodammodo extra genus. sicque nominatur ingenitum, quod non generatur. Habet tamen ordinem non ad principium de quo sit, sed ad principiatum, seu productum ab ipso. sicque dicit nobilitatem, & est notio patris. Verum quoniam ingenitus de ratione sui nominis non videtur dicere nisi priuationem, uel negationem generationis, idcirco dicendum est quarto modo, quòd ingenitum secundum quod propriè conuenit patri, dicit relationem priuatiuè, & ex hoc ipso dicit ex consequenti relationem positiuè, quia non generari dicitur, qui simpliciter non generantur, & sic conuenit non tantum patri. sed essentiæ quoque, ac spiritui sancto. Sed ultra hunc intellectum prout propriè conuenit patri, addit, quòd pater non generatur, nec per generationem accipitur: & ita excluditur essentia, quæ per generationem accipitur, sed sic adhuc conuenit spiritui sancto. Itaque prout conuenit soli patri, sic appellatur ingenitus, qui nec generatur, nec per generationem accipitur, nec generationem consequitur. Per quorum primum excluditur filius, per secundum essentia, per tertium spiritus sanctus, cuius processio generationem aliquo modo consequitur, sicque ingenitum includit paternitatem, plenitudinemque fontalem. Hæc Bonauentura.

Augustin.

Auguſt.

Quatenus ingenitus ſoli patri cõueniat.

¶ Alexander quoque hic asserit: Augustinus in libro de Trinitate contra Arrium dicit in diuinis non

non sequi, hoc non prædicatur secundum substantiam, ergo prædicatur secundum accidens, sed in creaturis id sequitur, in quibus relatio continentur sub accidente. In diuinis autem non est, ut accidens, sed retinet modum suum. Arrius autem sic arguebat: Quicquid dicitur de Deo, dicitur de eo secundum substantiam, uel secundum accidens. sed esse ingenitum prædicatur de patre, & esse genitum de filio. ergo utrunque secundum substantiam dicitur, ergo pater, & filius substantialiter distinguuntur.

Ioan. 10.

¶ Ad quod quinto de Trinitate Augustinus respondet: Quicquid de Deo dicitur, secundum substantiam dicitur, ergo, quod dictum est, Ego, & pater unum sumus, secundum substantiam dictum est, ergo pater, & filius secundum substantiam unum, & idem sunt. Deinde ostendit Augustinus ibidem, aliquid dici de Deo non solum secundum substantiam, sed, & secundum relationem. Hæc Alexander.

Richard.

¶ Hinc fatetur Richardus respondendo ad quæstionem, qua quæritur, Vtrum innascibilitas sit realis relatio. Innascibilitas quantum ad id, quod primo significat, non est realis relatio, sed negatio alicuius realis relationis, cum sit negatio emanationis ab alio: quantum uerò ad id, quod secundariò importat, dicit rem aliquam, puta primitatem ad omnem emanationem, quæ primitas dicit habitualem respectum ad originatum. Vnde uidetur in se comprehendere, & illam proprietatem, quæ formaliter est (ut sic loquar) de significato potentiæ generatiuæ, & illam quæ formaliter est de significato potentiæ spiratiuæ. Porro cum dicitur, quòd non genitus refertur ad nõ genitorẽ intelligendum est hoc de relatione secundum rationem tantum. Nec nego quin innascibilitas quantum ad id, quod primo significat, importet relationem secundum rationem: quia negationes dici possunt res rationis, inquantum apprehenduntur à ratione per suas affirmationes. Relatio autem quæ consequitur id, quod per eam refertur, non nisi secundum quod ab intellectu apprehenditur, dicitur relatio secundum rationem, non secundũ rem. Hæc Richardus.

Innascibilitas dicit realem relationem.

Petrus. Aliquid ẽ in gñe dupliciter.

¶ Præterea circa hæc asserit Petrus: Aliquid dicitur esse in genere dupliciter. Primò per se, ut quod recipit generis prædicationem, sicut homo est in genere substantiæ. Secundò per reductionem, & hoc dupliciter. Primò per reductionem, directam, ut principium generis, sicut punctus est in genere quantitatis, materia, & forma substantialis in prædicamento substantiæ. Secundò per reductionem indirectam, puta per alium, ut priuationes, & negationes reducuntur ad idem genus cũ habitibus, & affirmationibus suis, per quas habent esse, atque cognosci. Hæcque reductio fit non per ipsam negationem quæ in nullo genere ponit, sed per rem negatam: quoniam esse intelligitur in non esse, & affirmatio in negatione, ut primo Perihermenias dicitur.

Philosop.

Soluitur obiectio.

¶ Si autem obijciatur, quòd negatio addita termino relatiuo, negat relationem: ergo innascibilis, seu ingenitus non est in genere relationis: Dicendum, quòd quamuis negatio remoueat prædicationem generis, sicque remoueat esse in genere per se, **non tamen remouet reductionẽ ad genus. Hæc Petrus.**

QVAESTIO III.

Tertio quæritur, An innascibilitas sit idem, quod paternitas. ¶ Videtur quòd sic, quia in filio idem sunt filiatio, & natiuitas. Item utrunque eorum est ipsemet pater.

¶ Ad hoc respondet Albertus: Vna notionum istarum non prædicatur de alia, nec dici potest, Paternitas est innascibilitas, sicut nec dici potest ratio cognoscendi patrem, inquantum non est de principio: est ratio cognoscendi patrem, inquantum est principium filij. Et sic non potest dici relatio, qua refertur pater inquantum non est de principio, est relatio, qua refertur ad filium. Notio quippe accipit esse notionis ratione innotescendi. Relatio autem accipit esse relationis à ratione referendi. Paternitas quoque, & innascibilitas non habent oppositionem secundum aliquod genus oppositionis, sed sunt notiones, & relationes disparatæ. Nec ex hoc, quod uniuntur in una persona, confertur ei, quòd sint una relatio unave notio: sicut ex hoc, quòd albedo, & musica uniuntur in Socrate, non confertur, quòd una sint qualitas. Hæc Albertus.

Albertus.

Quæstio.

¶ Qui etiam circa hoc quærit, an possit concedi, quod paternitas sit innascibilis, sicut, quod pater est innascibilis. Et respondet, quod si ly innascibilis tenetur adiectiuè, non est concedendum, quòd, uel paternitas, aut essentia sit innascibilis: quoniam significatur innascibilitas inhærere paternitati siue essentiæ: cum tamen una notio non inhæreat alteri, Aut tenetur substantiuè, hoc est, innascibilis pro patre: & sic conceditur utraque. Hæc idem.

Alexãder.

¶ Hinc Alexander: Distinctè, inquit, sunt istæ proprietates, quia per paternitatem cognoscitur pater, ut est principium filij, per innascibilitatem uerò, ut à nullo. Quamuis ergo pater, & innascibilis sint idem personaliter: quoniam eadem est persona cui conuenit utraque notio ista, non tamen sunt unum, & idem notionaliter: quoniam non est notio una, & eadem, sicut nec eadem habitudo. Denique tota trinitas dicitur auctor respectu creaturæ. Auctor quoque dicitur notionaliter, & hoc tripliciter. quia interdum importat innascibilitatem, ut cum dicitur absolutè, Pater est auctor: quandoque uero paternitatem, ut cum dicitur, Pater auctor est filij. Aliquando spirationem actiuam, sicut cum dicitur, Pater est auctor spiritus sancti. Hæc Alexander.

Auctor dicitur notionaliter.

Petrus.

¶ Concordat Petrus, dicendo: Inter paternitatem, & innascibilitatem colligitur differentia triplex. Prima, quia innascibilitas dicitur negatiuè, paternitas positiuè. Secunda, quia innascibilitas dicitur per comparationem ad principium: paternitas autem per comparationem ad id, quod est a principio, puta ad filium, qui est a patre. Tertia, quia innascibilitas, ut est notio, præsupponit paternitatem in generali: quoniam prout est notio patris, non est pura negatio. imò fundata est super rationem uniuersalis principij, uel est ei coniuncta. ergo præsupponit in ea habitudinem principij. Itaque secundum intellectum præcedit paternitatem, & communem spirationem in generali. hinc innascibilitas non potest idem esse, quod paternitas, quamuis inseparabiliter concomitetur eam in diuinis, non tamen in inferioribus. Hæc Petrus.

Richard.

¶ Insuper qualiter intelligenda sunt ista, clariùs elucescit

eluceſcit ex verbis Richardi, dicentis: Innaſcibilitas quantum ad id, quod primò eſt de eius ſignificato, non eſt eadem notio cum paternitate. Sic enim innaſcibilitas dicit negationem principij, hoc eſt, ipſum innaſcibilem negat eſſe ab aliquo: paternitas verò dicit poſitiuam relationem ad productum à patre. Si autem conſideretur innaſcibilitas quantum ad id, quod ſecundariò eſt de eius ſignificato, ſic realiter idem eſt cum paternitate, & actiua ſpiratione. Innaſcibilitas namque ſecundariò ſignificat primitatem, quæ ad omnem emanationem & ad generationem, atque ſpirationem ſe habet communiter, nec realiter differt ab eis, hoc eſt, à paternitate, ſeu generatione, & actiua ſpiratione. Hęc Richardus.

Innaſcibilitas nō eſt eadem notio cum paternitate.

Bonauen. ¶ At vero Bonauentura reſpondet, quòd innaſcibilitas etiam quantum ad ſecundarium ſuum ſignificatum, differt à paternitate: quoniam pater dicit relationem principij ſolum quantum ad filium, innaſcibilis vero dicit ſecundariò primitatem plenitudinemve fontalem non ſolum ad generandum, ſed etiam ad ſpirandum. Sed iſta faciliter concordantur, quia Richardus vult dicere, quòd innaſcibilitas, & paternitas ſint idem realiter, nō tamen conuertibiliter, ſicut ſuperiùs, & inferiùs. Et quia primitas illa ſe habet in plus, quàm paternitas, dicit Bonauentura, quod ſint diſtinguenda.

Cōciliatio inter Richar. & Bonauēturā.

Quæſtio. ¶ Præterea quidam doctores hic quæſunt, an pater propter tres ſuas notiones valeat dici trinus. quæ quæſtio ſimilis eſt quæſtioni ſuperiùs motæ, videlicet vtrum Deus propter quinque ſuas notiones dicendus ſit quinus, ſicut propter tres perſonas vocatur trinus. Ad quam ſupra ex Antiſiodorenſi reſponſum eſt.

Richard. ¶ Richardus verò reſpondet ad prætactum quæſitum: Quamuis in patre tres notiones exiſtant, tamen in eo non eſt niſi vna perſonalis proprietas, per quam in eſſe perſonali conſtituitur, ab alijsque diſtinguitur. Perſonæ ergo diuinæ iuxta numerum proprietatum perſonalium numerantur, ſicut, & res creatæ penes formas ſubſtantiales, non autem penes proprietates, relationes, ſeu notiones non perſonales, nec conſtitutiuas, ſicut nec creata numerantur penes formas accidentales. Pater ergo eſt vnus, non trinus: quia in eo eſt tantum vna proprietas perſonalis. Hæc Richardus. Idem Petrus.

Pater non eſt trinus ꝓpter tres notiones.

Soluuntur argumēta initio quæſtionis adducta. ¶ Ad primum obiectum in principio tertiæ quęſtionis motum, dicendum quod natiuitas, & filiatio in filio differunt nomine tantum, nec habent ſe, vt poſitiuum, & priuatiuum, ſeu negatiuum, quemadmodum paternitas, & innaſcibilitas. Ideò non eſt ſimile. ¶ Ad ſecundum, quòd ſicut non ſequitur, tā pater, quàm filius ſunt diuina eſſentia, ergo ſunt vna perſona: ita non ſequitur, tam innaſcibilitas, quàm paternitas ſunt idem, quod pater, ergo ſunt notio, ſeu proprietas una. Innaſcibilitas quoque in quantum pura negatio, aut priuatio, non cenſetur idem, quod poſitiuum, ſeu pater.

Ad 2.

Quæſtio. Scotus. ¶ Hoc loco quærit Scotus, vtrum prima perſona, videlicet pater, conſtituatur poſitiua relatione ad ſecundam, puta ad filium. Sed iſtud videtur ab eo ſufficiēter quæſitum, & determinatum ſupra diſtinctione uigeſima ſexta, ubi quaſi probabiliter tenuit, quòd diuinæ perſonę cōſtituuntur per abſolutas proprietates, quod & hic rurſus ait de prīs perſona, & arguit ita: In patre non eſt niſi eſſentia ingenita, & ſpiratio, atq; relatio ad ſecundā perſonā, id eſt, paternitas, qua refert ad filiū. Relatiua aūt ſunt ſimul natura. Quocūq; ergo priùs eſt unū relatiuorum, & reliquum. Si igitur pater conſtituitur paternitate, paternitas prior eſt patris perſona, ergo & filiatio. imò & filius. Deinde ponit communem doctorum reſponſionem, dicendo: Dicitur quòd relatio ut proprietas, conſtituit patris perſonam, & præcedit generationem actiuam: ſed ut relatio ſequitur. Iſtud autem non multum ualet in re, quamuis in intellectu poſsit talis conſideratio eſſe. Nam quæro de relatione ſecundum quod eſt proprietas, an ſit ad ſe, vel ad alterum: quoniam licèt ſit conceptus, communis abſoluto, & relato, quia neutrum illorum includit conceptus ille de per ſe in ſuo intellectu: tamen nihil eſt ſubſiſtens in ſe, niſi ſit formaliter abſolutum, vel relatiuum. Ideo hæc proprietas vt hæc, aut eſt ad ſe, uel ad alterum: ſi eſt ad ſe', ergo perſona conſtituta per eam, eſt ad ſe, nec dicitur relatiuè. Relatio verò, ſeu ad aliquid, conſtituit aliquid. Vnde quamuis poſsit ſic, & ſic conſiderari: ſemper tamen in re includit hoc, vel illud. Contraria ergo opinio eſt, quòd pater non conſtituitur relatione, ſed abſoluta proprietate: quoniam non eſt intelligibile, quòd aliquis ſit pater niſi præintelligatur ingenitum, nec hoc niſi per poſitiuum proprium, & non per eſſentiam, ergo per aliquid aliud. Primum patet, quia in ratione propinquæ potentiæ in diuinis, requiritur conuenientia ſuppoſiti ad agendi. Hoc autem in prima perſona eſt, non habere eſſentiam ab alio. Hæc Scotus.

Diony cōtra Scotū.

¶ Qui diſputationem iſtam prolixè proſequitur.

¶ Verum ſicut vigeſimaſexta diſtinctione oſtenſum eſt, opinio iſta eſt apertiſsimè, & impalliabiliter contra doctrinam ſanctorum, præſertim Auguſtini, Hilarij, Boethij, & Anſelmi, & contra Damaſcenum, Richardum de ſancto Victore, imò & contra doctrinam diuini, & magni Dionyſij in libro ſuo de diuinis characteribus. Derogat quoque ſimplicitati diuinæ, & eſt contra communem theologorum traditionem, imò quod amplius ligat, & contra decretalem Innocentij in generali concilio, in qua continetur, quòd diuinæ perſonæ ab inuicem diſtinguuntur per proprietates. Quod certum eſt de proprietatibus relatiuis eſſe intelligendum, cum nullus doctor authenticus uſq; ad tempus illud legatur aliter docuiſſe. Denique motiua hæc Scoti nil prorſus concludunt, nec dicta ualentiſsimorum doctorum Alexandri, Thomæ, Alberti, Bonauenturæ ſequaciumque eorum inualidant. Nempè cum dicunt relationem conſiderari dupliciter, videlicet ut proprietatem, & ut relationem, atque ut proprietatem conſtituere perſonam, & actum notionalem præcedere, ſed ut relationem ſequi: Dum inquam ſic dicunt, nequaquam intendunt, quod noſtra conſideratio aliquid agat, aut uariet in diuinis, cum ab æterno ante omnem conſiderationem mentis, creatæ ſic fuerit in re ipſa. ſed hoc intendunt docere, & declarare, quòd conſideratio noſtra, circa diuina non eſt inanis, nec caſſa, ſed uera, fidelis, ac ſolida, utpotè habens fundamentum in re: quoniam ſicut diuina eſſentia ſuperſimpliciſsima manens, & abſque omni diſtinctione formali, ſeu non identitate ex natura rei, ob ſuam infinitatem continet in ſe verè, ac plenè omnem prorſus perfectionem, ita quòd ualde diuerſa, ac plurima ei conueniunt, ſecundum quod ipſa eſt omnium perfectionum eminentiſsimè contentiua, ita quod indulget ut pietas, punit ut æquitas, diſponit ut ſapientia, producit ut potentia,

tia, gignit, ut intellectus in patre, ſpirat, ut uoluntas in patre, & filio. Ita diuina relatio ex ſua excellentia inquantum diuina, atque realiter idem cum diuina eſſentia, habet, includit, & comprehendit in ſe tam id, quod eſt perſonalis proprietatis, ſicque conſtituit tam id, quod eſt relationis. Imo & ipſa ſubſiſtens eſt, nec realiter differt ab actione notionali: ideo non eſt iudicandum de ea ſicut de relatione creata. Hæc iſto in loco breuiter tetigiſſe ſufficiat, quia ſuperiùs vigeſima ſexta diſtinctione diffuſiùs ſunt expreſſa. Videtur quoque in hic Scotus ſibijpſi contrarius, quia iam pauloante ſenſiſſe uidetur, quod pater conſtituatur per notionem innaſcibilitatis, quæ notio ſecundum Auguſtinum dicitur relatiuè. Non ergo conſtituitur per proprietatem aliquam abſolutam. Veruntamen ut apparet. Scotus in his loquitur opinatiuè magis, quàm aſſertiuè.

Auguſt.

QVAESTIO III.

Arguitur 1. contra veritatē. QVartò principaliter quæritur. *An imago conueniat ſolo filio in diuinis.* ¶ Videtur, quòd non, quia intellectuales creaturæ, ut homo. & angelus uocantur imago Dei, ſed ſpiritus ſanctus incomparabiliter ſimilior eſt Deo patri, quàm aliqua creatura, ergo incomparabiliter præ illis conuenit ei eſſe imaginem Dei.

2 ¶ Secundò, ſpiritus ſanctus æqualis eſt patri, ac filio propter eandem magnitudinem, quam habet cum illis, ergo, & perfectè ſimilis eſt eiſdem, propter eandem ſanctitatem, æquitatem, & pietatem cum ipſis.

¶ Quemadmodum enim unum in quantitate facit æquale, ſic unum in qualitate efficit ſimile.

3 Damaſce. ¶ Tertiò: quoniam Damaſcenus teſtatur, quòd ſpiritus ſanctus imago eſt filij, ſicut filius imago eſt patris.

4 ¶ Quartò, ſpiritus ſanctus procedit per modum amoris. Amor autem in ſimilitudine fundatur, ergo ſimilitudo conuenit ſpiritui ſancto ex natura, & uiſiùæ proceſsionis.

In oppoſitum. ¶ In oppoſitum ſunt, quæ continentur in litera. Hic primò uidendum eſt, quid ſit imago, & qualiter intelligendæ ſunt diffinitiones, ſeu deſcriptiones ipſius. Et item quot modis dicatur, ac qualiter appropriatum, ſeu proprium ſit nomen imaginis unigenito filio Dei.

Tho. aqu. ¶ Circa primum ſcribit hic Thomas: Ratio imaginis in imitatione conſiſtit. Dicitur enim imago quaſi imitago. De ratione autem imitationis ſunt duo conſideranda, uidelicet id, in quo eſt imitatio, & ea, quæ ſe imitantur, ſeu quorum unum imitatur aliud. Porro id, in quo, uel reſpectu cuius eſt imitatio, eſt qualitas aliqua, ſeu forma per modum qualitatis ſignificata. Hinc de ratione imaginis eſt ſimilitudo, ſed oportet, quòd ſit adæquatio aliquā in huiuſmodi qualitate ſecundum quantitatem, aut proportionem, ſicut in imagine parua eſt proportio partium ad inuicem ſicut in re magna, cuius paruum illud extat imago. Ideo ponitur adæquatio in diffinitione imaginis, cum dicitur. Imago eſt rei ad rem coæquandam indiſcreta, & unita ſimilitudo exigitur quoq;, quòd qualitas illa ſit expreſſum, & proximum ſignum naturæ, ac ſpeciei ipſius. Non enim dicimus, quòd qui imitatur aliquem in albedine, ſit imago illius: ſed qui imitatur alium in figura, quę eſt expreſſum, ſeu euidens, & proximum ſignū naturę ſpecificę. Videmus enim

Que requirantur ad rōnē imaginis.

diuerſarum ſpecierum in animalibus diuerſas eſſe figuras. Propter quod dixit Auerrois: Sicut res differunt figuris, ita, & formis ſuis ſpecificis. Ex parte etiam imitantium duo ſunt conſideranda, ui delicet relatio qualitatis, ſeu ſimilitudo quæ fundatur in illo uno, in quo ſe imitantur. & ultra hoc ordo: quia poſteriùs factum ad ſimilitudinem alterius, ſeu prioris, uocatur imago: & priùs illud ad cuius ſimilitudinem factum eſt, appellatur exemplar, quamuis unum interdum abuſiuè ponatur pro alio. Auerrois. Imago, & exemplar differunt.

¶ Idcirco Hilarius ad deſignificandum relationem, ordinemque imitantium ſe, dixit: Imago eſt eius rei, ad quam imaginatur. atque ad deſignandum in quo eſt imitatio, addidit: Species indifferens. Diffinitio quoque imaginis, quam ſanctus ponit Hilarius, dicens: Imago eſt eius rei, ad quam imaginatur, ſpecies indifferens, datur per cauſam. Non enim ſpecies illa, in qua ſit imitatio, eſt imago. Imò imago cauſatur ex indifferentia ſpeciei. Vnde, & alij dicunt, imago eſt rerum differentium eadem qualitas. Quæ etiam deſcriptio datur per cauſam, quia imago non eſt qualitas, ſed relatio in qualitate fundata. Nec eſt circulatio, cū dicitur: Imago eſt eius rei ad quam imaginatur, ſed eſt ibi circunlocutio exemplaris, & ponitur in uirtute diſtinctionis vnius. Hilarius.

¶ Si autem obijciatur, quòd creatura a Deo diſtat, ac deficit infinitè, ergo non habet cum Deo ſpeciem indifferentem. Dicendum, quòd vnumquodque quantum attingit ad rationem indifferentiæ, tantum attingit ad rationem imaginis, & econtra, inuenitur autem gradus perfectionis imaginis. Dicitur namque quandoque imago alterius id, in quo inuenitur aliquid ſimile qualitati alterius, quæ deſignat, & exprimit naturam ipſius: quamuis illa natura non inueniatur in ea, quemadmodum lapidea ſtatua dicitur imago hominis. ſicque imago Dei eſt in creatura, & imago regis in nummo. Et hic eſt imperfectus modus imaginis. Perfectior uerò mudus imaginis eſt, dum qualitati, quæ deſignat naturam, ſubeſt eadem natura in ſpecie, ſicut eſt imago hominis patris in filio ſuo: quoniam habet ſimilitudinem in figura, & in natura, quam figura deſignat. Perfectiſsima uerò imaginis ratio, quando eadem numero forma, & natura eſt in imitante, & in eo, quod imitatur. ſicque filius Dei perfectiſsima eſt imago patris æterni: quoniam omnia attributa diuina per modum qualitatis ſignificata, quæ ſunt in patre, ſunt in filio eadem numero. Hæc Thomas in Scripto de diffinitionibus imaginis. Obiectio ſoluitur. Qualiter imago dei ſit in hoīe.

¶ Idem ſcribit in prima parte Summæ quæſtione trigeſimaquinta, ubi, & addit: Ad rationem imaginis non ſufficit ratio ſimilitudinis, ſeu figuræ, imo exigitur, & origo: quia, ut aſſerit Aug. in lib. octogintatrium quæſtionum, Vnum ouum non eſt imago alterius, quia non eſt expreſſum de illo. Ad hoc ergo, quòd aliquid ſit uerè, ac propriè imago, requiritur, quòd procedat ex alio ſimili ei in ſpecie, uel ſaltem in ſigno ſpeciei. Ea verò, quæ proceſsionem, ſeu originem in diuinis important, perſonalia nuncupantur. Hæc imago propriè nomen eſt perſonale. Hæc in Summa. Articu 1.

¶ Inſuper de hoc utpote: An imago in diuinis perſonaliter, & relatiuè dicatur, ſcribit Thomas hoc loco: Imago dupliciter ſumitur. Primò, pro eo, quod alterum imitatur. Secundò, pro eo in quo conſiſtit imitatio. Primo modo, qui, & proprius eſt, diuina eſſentia non poteſt dici imago, ſed exemplar, Diuinæ eſſentiæ nō conuenit rō imaginis, ꝓpriè.

plar, cuius imago est creatura. Nempe ante diuinã essentiam nihil est, quod ipsa imitetur, sed vna persona hoc modo imago est eius, à qua emanat. Sed sumendo imaginem secundo modo, diuina essentia est imago: quia in ipsa est imitatio duplex, secundum quod filius in ipsa est natura diuina, quam habet à patre, imitatur eundem. Alia est imitatio creaturæ ad creatorem imperfecta, & secundum aliquã participationem bonitatis, aut perfectionis diuinæ. Primo modo imago in recto significat diuinam essentiam, in obliquo personas. Sic etenim idem est imago quod diuina natura personarum in ea se imitantium. Hæc Thomas.

Tho. Aqu.

¶ De his hic plura ex Thoma, alijsq; conscriberem, nisi supra distinctione secunda, & alijs quibusdam distinctionibus essent præhabita. Nihilominus aliqua breuiter addam, quę ibi forsan non sunt inducta.

Quatenus imago soli conueniat filio in diuinis.

¶ Itaque de hoc, an imago tantum conueniat filio, scribit hic doctor sanctus: Imago prout personaliter dicitur, tantum conuenit filio, & non spirituisancto, cuius ratio diuersimodè assignatur. Quidam etenim dicunt, quòd cum imago dicat imitationem in exterioribus, & notionalia sint in diuinis quasi exteriora, filius conuenienter dicitur patris imago: quoniam imitatur patrem in aliqua notione, vtpotè in communi spiratione: non autem spiritussanctus, qui nullam notionem habet cum patre communem. Sed hoc non videtur conueniẽs propter duo. Primò, quoniam notionalia in diuinis non magis se habent per modum exteriorum, quàm essentialia, potissimè ea, quæ assequũtur substantiam. Ideò imitatio in illis, scilicet essentialibus adhuc faceret rationem imaginis. Secũdò, quia penes relationem originis non attenditur in diuinis similitudo, neque æqualitas, nec dissimilitudo, nec inæqualitas, vt habitum est supra ex uerbis Augustini distinctione vigesima. Hinc alij dicunt, quòd impossibile sit, unius rei plures esse imagines immediatè in rem illam ducentes, nisi per materiam diuisas: nec econtra idem potest esse imago plurium, nisi taliter diuisorum. Quod rursus stare non potest propter duo. Primò, quoniam dici posset, quòd sicut spiritussanctus refertur ad patrem, & filium sicut ad vnum principium, ita sit imago amborum tanquam unius principij sui. quemadmodum homo vocatur totius trinitatis imago. Secundò, quoniam non est maior ratio, cur non ualeãt esse vnius plures imagines, quàm quod vni sint plures similes, & æquales. Nam quòd vni sunt plures similes, & æquales, est per distinctionem relationum. Hinc dicendum cum alijs, quòd quamuis diuersitas rationis attributorum non sufficiat ad distinctionem processionum realem: sufficit tamẽ ad diuersas notiones earum, vt dictum est supra distinctione decimatertia. Ideò quamuis spiritussanctus sua processione accipiat diuinam naturam: tamẽ cum sua processio non sit per modum naturæ, & per consequẽs non dicatur filius, sic filius ex ratione, & modo suę processionis habet, quòd sit imago, & inquantum procedit, vt filius: quoniã filius nominatur ex hoc, quòd habet naturam patris, & inquantum procedit, vt verbum. Nam verbum est quædam similitudo rei intellectæ in intellectu. Spiritussanctus autẽ non habet hoc ex ratione suæ processionis, quia procedit vt amor. Ideò sicut non dicitur filius, quamuis accipiat sua processione naturam patris: ita nec imago, quamuis similitudinem habeat cum patre. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Porrò in prima parte summæ quæstione trigesima quinta: Doctores, inquit, Græcorum communiter dicunt spiritumsanctum esse imaginem patris, ac filij, sicut filius imago est patris. Doctores verò latini soli filio attribuunt rationem imaginis, quia hoc non inuenitur in scriptura canonica nisi de filio, de quo fertur ad Colossenses: Qui est imago Dei inuisibilis. Et ad Hebræos, Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Et causam huius quidam assignant, dicentes, quia imaginis non est imago, filius autem imago est. sed hoc nihil est, quando non itur in infinitum. Hæc in Summa.

articul. 2.

Coloss 1. Hebræ. 1.

¶ Veruntamen ratio illa, quam Thomas in Scripto redarguit, cur scilicet spiritussanctus non vocatur imago, non uidetur penitus refutanda, quia & aliqui magni eam assignant.

Dionys.

¶ Vnde & Petrus: Ex tribus, ait, causis colligitur, quare solus filius dicatur imago in diuinis. Vna ex parte eius, à quo procedit, quia filius procedit ab vno, spiritussanctus à duobus. unum aulem magis repræsentatiuum potest esse vnius, quàm unũ duorum, præsertim inquantum sunt duo. Secunda ex parte modi procedendi: quoniam filius procedit per modum naturæ, spiritussanctus per modum voluntatis. Intentio autem naturæ magis desertendit ad assimilationem, quàm intentio uoluntatis. Tertia, ex ratione alterum producendi: quia imago attenditur maximè circa exteriorem habitudinem. Filius autem conuenit cum patre non solum in interiori essentia, sed etiam in habitudine principij ad aliam personam, uidelicet ad spiritumsanctum. Hæc est ratio Richardi de sancto Victore. Hæc Petrus.

Petrus.

Tribus ex causis colligitur solum filiũ esse imaginem.

¶ Concordat Richardus, & addit quod imago communiter sumpta accipitur in diuinis, vel solum essentialiter, scilicet pro diuina essentia; vel essentialiter, & personaliter simul, videlicet pro vnitate essentiæ, & Trinitate personarum, ad quarum imitationem facta est rationalis creatura. Græci autem, dicentes quòd imago filij est spiritussanctus, accipiunt imaginem largè pro omni re producta ab alio in similitudinem substantiæ. sed positio latinorum est conuenientior, quia scripturis conformior. Hæc Richardus.

Richard.

Dio. Car.

¶ Præterea ratio, qua Thomas improbat, quòd aliqui dicunt ideo filium dici imaginem patris magis, quàm spiritum sanctum, quoniam filius conuenit cum patre in notione, utpotè in communi spiratione, non videtur idonea. Allegat enim Augustinum supra vigesima distinctione dicentem, quòd secundum relationem originis non attenditur in diuinis similitudo, æqualitas, dissimilitudo, aut inæqualitas, sed Augustinus non dicit hoc ibi, nec alibi, & si alicubi ait hoc: non tamen ad istum sensum quo id Thomas allegat. Sciendum ergo, quod supra distinctione vigesima allegantur verba Augustini contra Maximinum Arrianum, probare conantem, quòd filius minor sit patre, quia genitus est ab illo. Cum enim sit genitus, accepit à patre essentiam, atque potentiam, ergo ex se impotens est. Ad quod Augustinus respondet, non sequi, genitus est, ergo minor est generante: quia eandem accipiendo à patre naturam, ac potestatem per generationem, æqualis est patri. atque in multis uidemus, quòd genitum accipit nascendo gignentis naturam. Ecce quòd Augustinus, non dicit hoc, sed magis contrarium. Denique de ratione patris propriè dicti, est quòd habeat filium in

Augusti.

in natura similem sibi. Nam pater sic diffinitur, quod sit res producens sibi simile in natura. Vel pater est, qui de sua substantia producit sibi similem in natura, sicq; similitudo de ratione est patris, & paternitatem concernit.

¶ Ampliùs, ipsemet Thomas probat filium esse imaginem patris ratione originis, seu suæ processionis, ut pote generationis, quia procedit per modũ naturæ, & intellectus. Generatio autem in diuinis est ipsa paternitas: & si ratione ab inuicem distinguantur, inquantum diuersimodè significantur, tamen utrunq; dicitur relatiuè, quemadmodum, & origo, atq; processio. Istud idcirco sic tango, quia doctores præcipui, imò, & ipsius Thomæ magistri Alexander, & Albertus, præfatam rationem assignant, & alia quædam affirmant, quæ Thomas hic reprobat.

Alexand.

¶ Alexander quippe: Imago, inquit, est expressa similitudo, quæ in creatura determinatur, inquantum ad figuram, quantitatem, & materiam. In creaturis enim filius materiam habet à patre, in diuinis autem determinatur simpliciter, quantum ad naturam, & rationem naturæ. Est enim filius ens à patre communicans cum patre in natura, & ratione naturæ: hoc est, in notione, qua sunt unum principiũ spirituſſanti. Porro spiritussanctus habet unitatem cum patre in essentia, sed non in communi notione, qua ab eis persona alia, producatur. cumq; ratio imaginis sit ens ab alio indifferens illi in natura, & ratione naturæ, ideo esse imaginem patris conuenit filio, non spirituisancto. Rõ quoq; imaginis posita ab Hilario, conuenit filio tantum: quoniam nomine speciei intelligit Hilarius non solum conformitatem naturę, sed etiam communitatem notionis.

Hilarius

Richard.

¶ Ex hoc est, quod dicit Richardus in libro suo de Trinitate: Si filius rectè dictus est imago patris ratione expressæ similitudinis, cur non etiam spiritussanctus, qui utriq; similis est, & æqualis, sed huius quæstionis nodum (ut credo) celeriter soluimus, si ad proprietatum considerationem recurrimus. Commune etenim est tribus personis, plenitudinem omnem habere: commune uero patri, ac filio non tam habere, quàm dare, pprium autem spiritui sancto, eam habere, nec alij dare. In hoc solus filius expressam similitudinem patris in se habet, & imaginem, quòd sicut diuinitatis plenitudo manat de uno, ita de alio. Insuper filius uocatur multipliciter patris imago. Primò quasi effectiuè: quoniam pater per filium quasi per artem, exemplaremq; rõnem creaturis imprimit sui imaginem, quemadmodum artifex inprimit æri imaginem Herculis, ex imagine Herculis in suo animo consistente. Et quia sicut à patre per filium est in nobis imago creationis, ita à spũsancto imago recreationis. idcirco spũssanctus filij imago uocatur à Damasceno.

Filius uocatur imago patris multipliciter.

¶ Amplius, saluo semper meliori iudicio, spirituſsanctus non potest propriè dici imago filij, cum filius sit imago. sicq; si spirituſsanctus diceretur imago filij, imaginis esset imago, quod non conuenit dicere. & est exemplum, dum à re exteriori nascitur similitudo in mente artificis, expressa imago est. Si autem per eam artifex statuam operetur ad similitudinẽ Herculis, non dicetur statua illa imago similitudinis consistentis in mente, sed Herculis. Nec dicitur spirituſsanctus esse patris imago, quia non est expressissima similitudo ipsius: quia in filio est expressior similitudo. Propriè quoque non dicitur imago nisi unius duntaxat, ut imago Achillis non est nisi Achilis. Itaque filius propriè dicitur

Spirituſsanctus nõ dr ꝓpriè imago patris, aut filij.

imago, & speculum, quia in eo uidetur pater, quem repræsentat: sicut uerbum, quia patrem notificat. Hæc Alexander.

¶ Albertus demum pro parte hæc eadem scribit: Ad intellectum, inquiens, imaginis tria (ut mihi apparet) concurrunt. Primò, quòd sit alterius: quoniam nihil suijpsius est imago propriè. Secundò, quòd ducat in unum tantum. Non enim potest esse immediata ductio imaginati in duos, ut duo sunt, sed potest esse mediata ita, quod primo ducat in alium, & consequenter in alium. Tertium est, quod perfectè impleat repræsentando naturam, quòd commune est filio, atque spiritui sancto. Hæc Albertus.

Albertus.

¶ His quoque concordat Aegidius, declarans tres rationes prætactas, propter quas spiritussanctus dicitur non esse imago in diuinis, validas esse.

Aegidius.

¶ At uero Durandus scribit hic, quædam præinductis contraria, dicens, quòd imago non conuenit propriè in diuinis, quia nec essentiæ, nec personis: quoniam de ratione imaginis est similitudo: inter diuinas autem personas non est propria, & realis similitudo: quoniam talis similitudo non est inter diuinas personas, quo ad relationes originis: quia secundum Augustinum, quis de quo, non est quæstio æqualitatis, nec similitudinis. Oportet ergo, quòd attendatur secundum essentiam acceptam sub ratione qualitatis. Diuinæ autem personæ sunt in essentia vnum, & idem, ergo non similes in eadem. Similitudo namque, & identitas distinguuntur, & unum super quod fundatur similitudo, non est unum numero, sed specie.

Durãdus.

Augusti.

¶ Verum ista opinio uidetur non solum erronea, sed item periculosa. Primò, quia scriptura canonica loquendo simpliciter, attribuit unigenito filio esse imaginem patris, sicut & esse uerbum illius. Secundò, quia doctores, & sancti patres concorditer dicunt filium propriè, ac solum esse imaginem patris, imò quòd sit naturalis, perfecta, & unica patris imago. Quæ aũt naturaliter, & perfectè, ac unicè cõueniunt diuinæ personæ, cõueniunt ei, & propriè. Tertiò, quia super illud Iohãnis: Ego, & pater unum sumus, loquitur Augustinus, quòd filius Dei hoc dixit propter omnimodam similitudinem, quę ei cum patre est. & diffusè prosequitur ibi, qualiter filius Dei sit Deo patri perfectè, ac summè simillimus.

Dionysius contra Durandum.

Ioan. 1.

August.

¶ Hinc Alexander, Albertus, & alij dicunt, quòd filius est expressissima similitudo, ac imago patris, uel si hoc aptiùs sonat, ꝙ in filio est expressissima similitudo cum patre. Quod autem tàm excellentissimè conuenit filio, conuenit ei, & propriè, imo & ꝓprijssimè. Et sicut paternitas ex natura rei per prius conuenit Deo, & creaturis per quandam participationem, imitationemq; tenuem, sicut ait Apostolus, Pater domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas nominatur in cœlo, & in terra: sic similitudo, & imago ex natura rei primo, ac proprijssimè, atq; plenissimè dicuntur, & competunt in diuinis, & in creaturis duntaxat per tenuem participationẽ imperfectè imitatiuam.

Alexãder. Albertus.

Ephes. 3.

¶ Ad motiuum ergo Durandi rñdeo, quòd filio propriè cõuenit esse imaginẽ tam quo ad notionẽ, seu relationem originis, quæ est cõis spiratio, sicut iam patuit ex Richardo de sancto Victore, Alexandro, Alberto, Petro, Aegidio: tam quo ad essentiam per modum formæ, seu qualitatis: uel quasi qualitatis significatiuam, videlicet, quo ad oia attributa diuina

Ad argu. Durandi.

uina. Cumq; obijcitur, quòd secundum Augustinum, quis de quo, non est quæstio æqualitatis, aut similitudinis, dico, quòd uerum est loquendo formaliter, directè, & immediatè: non autem concomitanter. Nmpe quis de quo, est quæstio originis, sed in diuinis origo est ipsa relatio, sicut paternitas generatio, & ex origine, seu generatione consequitur, personam originatam, productam, seu genitam genitori esse similem, & æqualem, imò, & consubstantialem, sicut ostensum est.

Ad 2. ¶ Cum vero obijcitur, quòd vnum super quod fundatur similitudo, est vnum specie, non numero: dico quod verum est in creaturis, in quibus unum numero nequit esse in pluribus. non autem in diuinis, in quibus vna numero essentia est in supergloriosis, & superbenedictis, superalrisfimisq; personis. Nec vnitas illa minuit, sed auget, complet, & perficit rationem imaginis, ita quod eminentissimè conuenit filio, prout Albertus, Thomas, Petrus, Richardus, Aegidiusq; declarant.

Ad 3. ¶ Cumq; obijcitur, ꝙ filius in essentia est vnum & idem cum patre, ergo non similis: dico quod quamuis essentia sit in se penitus vna, & eadem, sicut, & quodlibet attributum: tamen modus, quo est in patre, distinguitur à modo, quo est in filio, inquantum pater habet eam à seipso, id est, fontaliter & non ab alio. Filius autem à patre, & ita diuersa consideratione sunt in essentia vnum, & idem, & filius in ipsa essentia attributaliter significata, hoc est in sapientia, sanctitate, iustitia, est similis patri. In diuinis quoque vnitas, seu identitas, & similitudo, realiter idem sunt sicut essentia, & persona Ideò penes idem in re potest vtrunque attendi, dum ipsæ personæ, quarum una fertur imago alteriùs, abinuicem realiter distinguantur: quia nihil propriè est sui ipsius imago.

Henricus. Quæstio. ¶ Postremò Henricus quodlibeto 4. mouet hanc quæstionem, an spiritussanctns possit dici imago sicut, & filius. Ad quod respondet per omnia, sicut modo ex Thoma responsum est.

Imago. nomen est filio Dei, ꝓ priũ nõ ap propriatũ ¶ Durandus verò hic scribit, quòd esse imaginem conuenit tam filio, quàm spiritui sancto, magis tamen filio per appropriationem: & in hoc videtur Durandus Græcus effectus. Vnde, & ipse allegat ad hoc Græcorum doctores, sed nostrum est sequi doctores latinos, non tamen contradicere Græcis, in quibus catholicè sunt locuti.

¶ Quod verò Durandus ait, esse imaginem, magis conuenire filio per appropriationem, non videtur rite prolatum: quoniam si imago propriè sumatur, non est nomen appropriatum, sed proprium filio, sicut, & verbum, secundum Augustinum, & alios sanctos catholicosque doctores. De hac demum materia ex Antisiodorensi, & Gulielmo Parrhisiensi, atque Vdalrico supra allegata sunt multa.

De principio, quod relatiuè dicitur, & multiplicem notat relationem. Distinctio XXIX.

A

De his, q̃ propriè, & æternaliter dicunt de Deo secundũ relationem, seu appriatẽ non personalẽ, q̃ est cõis spirario significata per hoc nomẽ principiũ.

EST præterea aliud nomen multiplicem notans relationem, scilicet principium. Dicitur enim principium semper ad aliquid: & dicitur pater principium, & filius principium, & spiritussanctus principium, sed differenter. Nã pater dicitur principium ad filium, & ad spiritussanctum. Vnde Augustinus in quarto libro de Trinitate ait: Pater est principium totius diuinitatis, vel si melius dicitur, deitatis: quia ipse à nullo est. Nõ enim habet de quo sit, vel de quo procedat: sed ab eo, & filius est genitus, & spiritussanctus procedit. Non ergo dicitur principium totius deitatis, quod uel sui, vel diuinæ essentiæ principiũ sit, sed quia principium est filij, & spiritussancti, in quibus singulis tota diuinitas est. Filius ad spiritumcipium est filij, & spiritussancti, in quibus singulis tota diuinitas est. Filius ad spiritumsanctum dicitur principium. Spiritus verò sanctus non dicitur principium, nisi ad creaturas, ad quas pater etiam dicitur principium, & filius, & Trinitas ipsa simul: & singulãrum personarum, principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium est sine principio, filius principium de principio spiritussanctus principium de vtroque, id est, de patre, & filio.

Quomodo pater principium dicitur Augu. lib. 4. de Trinita. c. 20.

Quõ filius, & ad quid dicat̃ principium, & ꝑ̃ussancti & etiam Trinitas.

Quòd ab æterno pater est principium, & filius, sed spiritussanctus non, imò cœpit esse principium.

B

Et pater an æterno principium est filij, & pater, & filius principium spiritussancti: quia filius est à patre, & spiritussanctus ab utroque. Spiritus verò sanctus non ab æterno principium est, sed esse cœpit: quia non dicitur principium, nisi ad creaturas. Cũ ergo creaturæ esse cœperunt, & spiritussanctus esse cœpit principium earum. Ita etiam pater, & filius esse cœpit cum spiritusancto unum principium creaturarum, quia creaturæ esse cœperunt à patre, & filio, & spiritusancto: & dicuntur hi tres, non tria, sed vnum principium omnium creaturarum, quia uno, eodemque modo principium rerum sunt. Non enim aliter sunt res à patre, & aliter à filio, sed penitus eodem modo. Ideo Apostolus intelligens hanc Trinitatem esse unum principium rerum, ait: Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cum verò audiuimus omnia esse ex Deo, ut ait Augustinus de natura boni, omnes vtique naturas intelligere debemus, & omnia, quæ naturalia sunt. Non enim ex ipso sunt peccata, quæ naturam non seruant, sed uitiant, quæ ex uoluntate peccantium nascuntur. Omnium ergo, quæ naturaliter sunt, vnum principium est pater cum filio, & spiritusancto, & hoc esse cœpit. Ab æterno autem

Quomõ hi tres, sunt creaturæ principiũ.

Rom. 11. b

August. de natura boni. cap. 28.

* naturaliter.

pater

pater principium est filij generatione, & pater, & filius vnum principium spiritussancti. Vnde Augustinus in quinto libro de Trinitate ita ait: Dicitur relatiuè pater, idèq; relatiuè dicitur principium. Sed pater ad filiũ dicitur, principium verò ad omnia, quæ ab ipso sunt. Et principium dicitur filius. Cum enim diceretur ei: Tu quis es? Respõdit:

Iohan. 8. d Principium, qui, & loquor uobis. Sed nunquid patris principium est. imò, creatorem se voluit ostendere, cum se dixit esse principium, sicut, & pater principium est creaturæ, quia ab ipso sunt omnia. Cum verò dicimus, & patrem principium, & filium principium, non duo principia creaturæ dicimus, quia pater, & filius simul ad creaturam vnũ principium est, sicut vnus creator. Si autem quicquid in se manet, & gignit, vel operatur aliquid, principium est eius rei, quam gignit, vel eius quam operatur: nõ possumus negare etiam spiritumsanctum recte dici principium, quia non eum separamus ab appellatione creatoris. Quia scriptum est de illo, quòd operetur, & vtique in se manẽs operatur. Non enim in aliquid eorum, quæ operatur, ipse mutatur, & vertitur. Vnum ergo principium ad creaturam cum patre, & filio est spiritussanctus, non duo, vel tria principia. Ecce apertè ostendit Augustinus, patrem, & filium, & spiritumsanctum esse vnum principium rerum, idest vno, eodemq; modo esse principium, & illum modum satis

* simul aperuit, quia scilicet operantur omnia: & quia * similiter operantur hi tres, ideò vnum principium esse dicuntur.

Quod pater adgeter no est principiũ filij, & ꝑ̃, & filius, & spiritussancti. August. de Trin lib 5 capit. 13.

Hic adiungit de spiritusancto quod ipse principiũ sit Iohan 5.

C

Hic ostendit quomodo pater sit principium filij, & ipse, & filius principium spiritussancti.

Deinde in eodem libro continuè ostendit, quomodo pater dicatur principium ad filium, & ad spiritumsanctum ipse, & filius, dicens ideò patrem esse principium filij, quia genuit eum: & patrem, & filium esse principium spiritussancti, quia spiritussanctus procedit, vel datur ab vtroque. Ait enim ita: Si gignens ad id, ꝙ gignitur, principium est: pater ad filium principium est, quia genuit eum. Vtrum autem, & ad spiritumsanctum principiũ sit pater, quia dictum est, De ꝑ̃ procedit, nõ parua quæstio est. Quod si ita est, non iam principium eius tantum erit rei, quam gignit, vel facit, sed, & eius, quam dat, & quæ procedit ab ipso. Si ergo, ꝙ datur, vel quod procedit, principium habet à quo datur, vel procedit, fatendum est patrem, vel filium unum principium esse spiritussancti, non duo principia. Sed sicut pater, & filius ad creaturam relatiuè vnus creator, & unus dominus dicitur, sic relatiuè ad spiritumsanctum unum principium. Ad creaturam uero pater, & filius, & spiritussanctus unum principium sunt, sicut unus creator, & unus dominus. Ecce habes, ꝙ pater principium filij dicitur, quia genuit eum. Qua ergo notione est pater, ea principium filij dicitur, id est generatione, secundum quam etiam dicitur auctor filij. Vnde Hilarius in quartò libro de Trinitate ita ait: Ipso quo pater dicitur, eius quem genuit auctor ostenditur: id nomen habens, quod neque ex alio profectum intelligatur, & ex quo is, qui genitus est, subsitisse doceatur. Nouit ecclesia unum innascibilem Deum, nouit unigenitum Dei filium. Confitetur patrem ab origine liberum, confitetur, & filij originem ab initio, in ipsum ab initio, sed ab initiabili: non per seipsum, sed ab eo, qui à nemine est, natum ab æterno, natiuitatem scilicet ex paterna æternitate sumentem. Edita est hæc fidei professio, sed professionis ratio nondum exposita est: & ideò quærenda, scilicet quomodo intelligendum sit, quod ait filij originem esse ab initio, & non ipsum esse ab initio, sed ab initiabili. Hoc utique subdens, determinauit quomodo acceperit initium: inquiens originem filij esse ab initio, ac si diceret: non ita intelligas originem filij esse ab initio, quasi ipse filius habeat initium, sed quia ipse est ab initiabili, id est, à patre, à quo sunt omnia. Nam licet filius sit principium de principio, non est tamen concedendum, quòd filius habeat principium. Cumq; filius sit principium de principio, & pater principium non de principio, non est principium de principio, principium sine principio, sicut filius non est pater: neque tamen duo principia, sed unum: sicut pater, & filius non duo creatores, sed unus creator.

Augu li 5 de trinitate ca 14.

Ioan. 15. d

Ibidem b

Hilarius 4 lib. de tri.

Nota filiũ nõn cẽ ab initio, sed ab initiabili.

Hilarius.

D

Cum pater, & filius sint vnum principium spiritussancti, quæritur an eadem notione.

Vnum autem principium sunt pater, & filius, non tantũ creaturarum, ut dictũ est supra, sed etiam spiritussancti: ideò quæri solet, utrum eadẽ notione pr̃ sit principium spiritussancti,

Quæstio.

rituſſancti,& filius,an ſit alia notio, qua pater dicatur principium ſpirituſſancti,& alia, qua filius. Ad quod dicimuscum pater dicatur principium ſpirituſſancti,& filius, quia ſpirituſſanctus procedit, vel datur ab vtroque, nec aliter procedit, vel datur à patre, quàm à filio,ſane intelligi poteſt,patrem, & filium eadem relatione,vel notione principium dici ſpirituſſancti.Si verò quæritur,quę ſit illa notio,quã ibi notat principium, nomen eius non habemus:ſed non eſt ipſa paternitas,vel filiatio,imò notio quædam, quæ patris eſt,& filij, quia ab æterno pater, & filius vnum principium eſt ſpirituſſancti. Donator autem(vt prædictum eſt)dicitur pater, vel filius ex tempore,ſicut ſpirituſſanctus *donum,vel donatum.

Reſponſio

*datum

Summa diſtinct. 29.

IN hac diſtinctione ſpecialiter, edocetur, qualiter nomen principij conueniat in diuinis, videlicet quomodo conueniat patri reſpectu filij, patri quoque, & filio reſpectu ſpirituſſancti, imò, & toti ſuperdignisſimæ trinitati reſpectu creaturarum. Sicq; tractatur hic de notione conueniente patri, ac filio reſpectu ſpirituſſancti, quam notionem Auguſtinus in litera dicit innominatam: quia uidelicet ſuo tempore non fuit ei nomen impoſitum. Nunc autem vocatur communis ſpiratio, quod complexum accipitur in virtute unius vocabuli. Hæc quoque notio, quæ eſt communis ſpiratio, quamuis ſit vna quatuor relationum in diuinis: non tamen eſt relatio perſonalis, id eſt, conſtitutiua perſonæ,ſed conuenit patri. ac filio, qui ſunt duæ perſonæ. Hinc etiã non eſt proprietas perſonæ, quia non conuenit tantum vni perſonæ, nec eſt proprietas perſonalis: quia nullam perſonam coſtituit.

Auguſt.

QVAESTIO I.

Arguit. 1. contra veritatem.

HIc quæritur primo, *Vtrum vna perſona diuina ſit principium alterius,& ſi ſic,quomodo dicatur ibi principium, an eſſentialiter, an relatiuè.*

¶ Videtur,quòd non, quoniam vbi principium, ibi ordo prioris, & poſterioris, qui in diuinis locum non habet.

2 ¶ Secundò, quia principium videtur principiato formaliùs, actualiùs principaliùsq; conſiſtere, quia ſe habet per modum influentis, ac dantis.

Actu. 20. Et aut aſſerit Chriſtus.Beatiùs eſt dare, quàm accipere.

3 ¶ Tertiò, quia principium dicitur reſpectiuè ad principiatum: perſonæ autem diuinæ non conuenit ratio principiati, cùm hoc habeat rationem poſterioris,ac dependentis. Multa his conſimilia poſſent hic fieri argumenta, quæ ſupra interdum ſunt tacta.

In oppoſitum.

¶ In oppoſitum eſt ſcriptura, & documentum Auguſtini in litera.

Alexand.

¶ Ad hoc Alexander reſpondet, qui circa materiam hanc mouet plurimas quæſtiones inter cætera ſcribens: Hoc nomen principium, in diuinis tripliciter ſumitur. Nam primò pater dicitur principium filij per generationem. Secundò, pater dicitur in filio principium ſpirituſſancti per ſpirationem. Tertiò pater cum filio,& ſpirituſancto uocatur communiter principium vniuerſæ creaturæ per creationem. Primo modo nomen principij ſoli conuenit patri:ſecundo modò patri,& filio: tertio modo, vnicuique ſupereſſentiali, & ſuperſanctæ perſonæ.Et ſicut Auguſtinus teſtatur,Pater eſt principium ſine principio. Filius verò principium de principio, ſpirituſſanctus principium eſt de vtroque atque cum patre, & filio principium eſt totius creaturæ.

Principiũ tripliciter ſumitur.

Auguſt.

¶ Quæritur ergo cum dicitur, Pater eſt principium ſine principio, vtrum principium dicatur eſſentialiter, an notionaliter. Videtur, quòd non eſſentialiter, quia eſſentia non eſt principium filij: nec notionaliter,quia non ſumitur ibi pro innaſcibilitate, quæ non dicitur directè reſpectiuè: nec pro paternitate, quæ dicitur ſolum reſpectu filij. Principium uerò dicitur non ſolum reſpectu filij, ſed,& reſpectu ſpirituſſancti.nec pro communi ſpiratione,cum illa conueniat filio, cuinon conuenit eſſe principium ſine principio. Similiter quæritur, cum filius dicitur eſſe principium de principio, qualiter ſumatur ibi principium. Conformiter cum ſpirituſſanctus dicitur eſſe principiũ de vtroque, quæri poteſt qualiter accipiatur ibi principium. Et reſpondendum,quòd notiones, ſeu proprietates, vel relationes aliquando deſignantur diſtinctè,ſicut dum dicitur: Pater filiatio, proceſſio: aliquando indiſtinctè, vt cum dicitur: Principium, origo,ſimile,vel æquale. Cum itaque dicitur, pater eſt principium ſine principio, circũlocutio illa dicit paternitatem,& innaſcibilitatem: tamen confuſè. Cum etenim dicitur ſine principio,importatur notio innaſcibilitatis, qua pater eſt non ab alio. Cum verò dicitur principium notatur,à quo alius, inſinuaturq; notio paternitatis ſecundum, ſed indiſtinctè à communi notione,quæ eſt actiua ſpiratio. Dicitur pater principium ſine principio,ſicque pater vocatur principium ſecundum notiones duas, non ſecundum vnam duntaxat: attamen confuſè, & indiſtinctè.Similiter dum filius nominatur principium de principio,ſecundum notiones plures,& indiſtinctas hoc dicitur, Cum enim dicitur pe principio, deſignatur eſſe ab alio. ſicque filiatio importatur,ſed indiſtinctè. Cum enim dicitur principium, notatur quod aliquis ſit ab eo, ſicque notio ſpirationis actiuæ innuitur indiſtinctè. Dicitur ergo filius principium de principio notionaliter ſecundum plures,videlicet duas notiones,& indiſtinctè. Porro cum dicitur ſpirituſſanctus principium de vtroque, principium dicit eſſentiam, & ſupponit pro perſona ſpirituſſancti, propter adiunctum illud de vtroque, ſicut cum dicitur Deus de Deo. Vel dicendum, quòd cum dicitur principium de vtroque,duplex ordo notatur per hoc nomenprincipium: quia ſecundum nomen ſuum dicit ordinem ad creata, ſed virtute præpoſitionis adiunctæ dicit ordinem quaſi ad priùs. ſicque notat ordinem, qui eſt proceſſio, ſeu paſſiua ſpiratio. Hæc Alexander.

Quæſtio.

Bonauen.

¶ Circa hæc ait Bonauentura: In diuinis eſt vera, & completisſima emanatio, ſeu origo. Ad hoc autem, quòd ſit perfectisſima, eſt neceſſe, quòd emanans habeat cum producente æqualitatem omnimodam, ac in ſubſtantia vnitatem, quia nihil

Quibus nõ minib⁹ apte poſſit ex primi emanatio in diuinis.

nihil poteſt Deo æquari niſi Deus. Vt ergo origo,& emanatio iſta conueniẽter,atq; catholicè exprimatur, recipienda ſunt nomina exprimentia originis veritatem, & refutanda ſunt nomina deſignantia imperfectionem, diuerſitatem, & inæqualitatem. Quoniam ergo principium, & principiatum dicunt originis veritatem,vtrunque recipitur in diuinis, præſertim principium: non autem poſteriùs, quod dicit imperfectionem. neque initium, quod dicit imperfectam durationem,puta inceptionem. nec cauſa, quæ importat diuerſitatem, quoniam cauſa deſcribitur ad cuius eſſe ſequitur aliud: nec finis reſpectu diuinæ perſonæ, quia finis eſt principalior medijs ordinatis in ipſum. Nomen verò producentis, & producti, conuenit in diuinis: quia poſsibile eſt productum producenti æquari.

Diluitur obiectio.

¶ Cum ergo obijcitur, quòd ad principium ſequitur priùs, & priùs dicitur per relationem ad poſteriùs. Ad hoc reſponſum eſt ſupra,& dici poteſt, quòd ſicut iuxta Hilarium, Pater eſt maior,non tamen eſt filius minor: ſic quãuis pater dicatur prior non tamen filius poſterior.Hęc Bonauentura.Iſtud autem ſupra clariùs eſt expreſſum.

Hilarius.

¶ Et quamuis Bouauentura hic dicat,quòd principiatum dicitur in diuinis, Thomas tamen,& alij, quidam (vt patuit ſupra) dicunt, quòd principiatum non conuenit diuinæ perſonæ ob cauſam prę habitam. Iſtud tamen in quid nominis pro magna parte ſtare videtur.

Tho. Aqu.

¶ Denique Thomas: Ad ſignificandum, inquit, diuinarum originem perſonarum, vti oportet nominibus competentibus modo illius originis, in qua planè origine tota eſſentia unius perſonæ in alia perſona ſuſcipitur. Hinc ad deſignandum ordinem illius originis. non congruit nomen hoc cauſa.

Quæ noĩa incõueniẽter exprimãt originẽ in diuinis.

¶ Primò,quoniam omnis cauſa, vel eſt extra eſſentiam,vt cauſa efficiens, & finalis: vel eſt pars eſſentię,ſicut materia, & forma.

¶ Secundò, quoniam omnis cauſa habet ordinem principij ad eſſe ſui cauſati, quod per ipſam conſtitnitur.pater autem non habet aliquem ordinem principij ad eſſe filij ſui, quemadmodum, nec ad proprium eſſe,cum vnum,& idem ſit eſſe ambornm,ſicut,& una eſſentia.Ideò pater non eſt cauſa filij ſui,ſed principium:quia principium dicit ordinem originis abſolutè,non determinando aliquem modum,qui ab origine perſonarum ſit alienus. Inuenitur namque principium quoddam, quod non eſt extra eſſentiam principiati, ut punctus à quo fluit linea. & eſt quoddam principium, quod non habet influentiam ad eſſe principiati, ſicut terminus à quo dicitur principium motus, & mane principium eſt diei. Nomen verò auctoris addit ſuper rationem principij hoc, quod eſt non eſſe ab alio. Ideò ſolus pater dicitur auctor, quamuis, & filius vocẽtur principium notionaliter. Hæc in Scripto.

Diony.

¶ In cuius verbis impugnari poſſet, quòd ait omnem cauſam eſſe extra eſſentiam rei, vel eſſe partem eſſentiæ. Quamuis enim in rebus materialibus materia, & forma ſint partes eſſentiæ ſecundum opinionem multorum: tamen in ſubſtantijs ſeparatis forma eſt tota eſſentia, ſicut, & ipſemet Thomas in tractatu ſuo de eſſe, & eſſentia alibique fatetur.

Artic. 1.

¶ Inſuper in prima parte Summæ, quæſtionè triceſimatertia:Principium,inquit, nihil aliud ſignificat, quàm id à quo aliquid procedit. Cumq; filius procedat à patre,conſtat,quòd pater ſit eius principium. Græci autem etiam dicunt patrem eſſe cauſam filij. Sed latini nomine cauſæ non vtuntur in diuinis, propter cauſas iam tactas. Principium namque communius eſt,quàm cauſa,ſicut, & cauſa,quàm elementum.Similiter Græci concedunt filium,ac ſpiritumſanctum principiari,quod non eſt in vſu doctorum noſtrorum. Quamuis enim attribuamus patri aliquid auctoritatis reſpectu filij rationeprincipij: nil tamen ad ſubiectionem minorationemvè pertinens attribuimus filio, aut ſpirituſancto, vt uitetur omnis errandi occaſio.Quamuis nomen principij, quantum ad id, à quo nomen ipſum imponitur ad ſignificandum, videatur à prioritate ſumptum, quia in creaturis principium aliquo modo priùs eſt principiato:non tamen prioritatem ſignificat,ſed originem. Hæc in Summa,ex quibus patet ſolutio ad obiecta.

¶ Aegidius autem quamuis in concluſione horum concordet cum Thoma, concedendo, quòd pater ſit principium filij, & non cauſa:declarationem tamen Thomæ redarguit.Quia (vt ait ipſe Aegidius) ſicut nullum principium in rebus creatis plenariè repræſentat rationem,qua Deo patri conuenit eſſe principium filij ſui,ſic nulla cauſa in creaturis hoc repræſentat. Et ſicut una cauſa magis repræſentat hoc,quàm alia,ita, & vnum principium. Ratio autem cauſæ potiſsimè conuenit fini, ratio principij cauſæ efficienti in creaturis,ratio elementi cauſę materiali,ratio eſſentiæ cauſæ formali,ſicq; ſecundum proceſſum declarationis Thomæ iam habitum, non plus competeret Deo ratio principij, quàm ratio cauſæ.

Aegidius.

¶ Verum repræhenſio iſta Aegidij eſt inepta,ſicut ex verbis Thomæ facile eſt probare. Ratio namque principij quanto communior, & illimitatior, tanto congruentior eſt in diuinis. cum ergo in ratione, & deſcriptione principij nil contineatur, quod deroget ſimplicitati diuinæ, aut emanationi,diſtinctionive perſonarum, ſicut in deſcriptione cauſæ,qua dicitur:Cauſa eſt,ad cuius eſſe ſequitur aliud, palam eſt, quòd ratio principij magis, quàm ratio cauſæ congruat in diuinis. Hoc breuiter tetigiſſe ſufficiat, quia Aegidius nimis prolixè iſta proſequitur.

Diony. cõtra Aegid.

¶ Obiecta pro maiori parte ſoluta ſunt: tamen ad primum dicendum, quòd quamuis in creaturis ad eſſe principij ſequitur ordo prioris, & poſterioris, quia in rebus creatis effectus eſt imperfectior cauſa, & dependens aliquo modo ab illa: non tamen ita eſt in diuinis, vbi productum omnino æquale eſt producenti in omni perfectione. Cum autem nomina creaturarum transferimus ad diuina, abijcimus quicquid imperfectionis adiunctum eſt. Hinc quoque in diuinis perſona producens non eſt formalior, actualior, aut principalior producta:quia in Deo nulla potentialitas, nulla dependentia, nulla imperfectio eſt adiuncta necnon eſſe præcedit eſſe, ſed potius eſt ibi proceſſus actus ab actu,& puri actus à puro actu, prout iſta ſuperiùs ſuis locis diffuſiùs ſunt expreſſa. Patet igitur ex prædictis, quòd principium in diuinis ſemper dicitur relatiuè: ſed dum perſona uocatur principium alterius diuinæ perſonæ,notatur relatio notioque realis: dum verò Deus trinitas, ſeu quæcunque diuina perſona appellatur principium creaturæ, inſinuatur relatio rationis in Deo, atque realis in creaturis.

Soluuntur obiecta in tioſtionis adducta.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *an principium dicatur vniuocè de Deo respectu vnius personæ ad aliam, & respectu ad creaturam: An etiam vniuocè accipiatur principium, dum pater dicitur principium filij, & cum ipse pater, ac filius feruntur principium spiritussancti.*

¶ Videtur, quòd non, quia nihil vniuocè conuenit Deo, & creaturis. alia etiam ratione, notione, & relatione dicitur pater principium filij, & alia spiritussancti.

¶ Secundò, æternum, & temporale non uniuocantur in aliquo. sed pater est principium filij ab æterno, creaturarum autem ex tempore.

2

¶ In oppositum est, quòd vna, & eadem ratione pater dicitur principium filij, principium spiritussancti, & principium creaturarum. Dicitur enim principium filij, sicut iam patuit: quoniam filius ab ipso procedit. eadem autem ratione dicitur principium spiritussancti, & etiam creaturæ. ideò dicit sanctus Basilius, quòd filio commune est cum creaturis, accipere esse à patre.

In oppositum.

Basilius.

¶ Ad hoc respondet Albertus: Principium dupliciter accipi potest. Primò, à communi ratione accipiendi ab alio, & hoc commune, seu ratio ista communis conuenit principio æterno, & temporali per priùs, & posteriùs, vt innuit Basilius. Hoc quoque commune vniuocum est ad generationem, & spirationem, id est, vniuocè competit patri respectu productionis filij, & productionis spiritussancti, vniuocatione non generis, vel speciei: quoniam in diuinis non est ratio uniuersalis, sed proportionis quæ proportio fundatur super hoc cõmune, quòd sicut filius non à se, sed ab alio habet essentiam, ita & spiritussanctus. Si autem accipiatur ratio principij, à speciali modo accipiendi, videlicet per generationem, aut spirationem, vel creationem, tunc triplici ratione diceretur de tribus. Quamuis ergo nihil vniuocum sit æterno, & temporali, aliquid tamen est eis analogum analogia frequenter prætacta. Et hoc est æquiuocum, in hoc, quòd potest inducere locum sophisticum, qui est æquiuocum. sed non est æquiuocum per casum, & fortunam, sed secundum priùs, & posteriùs dictum. & hoc innuunt sancti Basilij verba, dicentis, quòd accipere cum omni creatura commune est filio: habere autem, per naturam eius est, qui solus ex natura est patris. Itaque respectus ille in communi, analogicè vnus est. Hæc Albertus.

Albertus.

¶ Circa hæc loquitur Alexander: Principium secundum hos tres modos non æquiuocè dicitur, sed secundum analogiam, hoc est, secundum priùs, & posteriùs secundum intelligentiæ rationem, hoc est, secundum ordinem intelligendi. Esse namque alicuius principium, idem est, quod origo ad illud. esse autem origo ad alium, est vel ex substantia propria, vel non de substantia. Si non de substantia, sic dicitur principium creaturæ trinitas ipsa. Si de substantia, hoc est, vel per modum naturæ, & per generationem, sicque pater est principium filij: Vel per modum voluntatis, & spirationem, & sic pater, & filius sunt principium spiritussancti.

Alexand.

¶ Si autem obijciatur, quòd paucitas, seu pluralitas suppositorum non mutat nominis rationem. Nam homo vniuocè dicitur de paucis, & multis in diuiduis suis. sed principium modis præfatis acceptum non differt nisi secundum paucitatem, & pluralitatem suppositorum, videlicet quoniam solus pater est principium filij, pater, & filius sunt principium spiritussancti, pater verò, & filius, & spiritussanctus sunt principium creaturarum.

Obiectio.

¶ Dicendum, quòd principium in diuinis non solum differt secundum paucitatem, & pluralitatem suppositorum, sed secundum rationem principij, eo quòd principium uno modo est de substantia sua producens, alio modo ex nihilo. Producere autem de se, & producere ex nihilo, aut ex alio, sunt actus differentes ratione, & diffinitione. Hæc Alexander.

Dilutio.

¶ Insuper de hac, & præcedenti quæstione scribit Bonauentura: Nomen aliquod accipi differenter in diuinis, potest esse tripliciter. Primò, quo ad suppositum. Secundò, quo ad significatum. Tertiò, quantum ad connotatum. Primo modo differenter accipitur nomen hoc Deus, cum dicitur, Deus est trinitas, & Deus generat: quia in prima accipitur pro natura, in secunda pro persona: & hoc non inducit aliquam multiplicitatem, aut æquiuocationem. Secundo modo contingit nomen differenter accipi quantum ad significatum, secundum quod nomen in vna sui acceptione significat essentiam, in alia personam, sicut hoc nomen pater, cum dicitur: Pater vnigeniti filij, & Pater noster. Et hoc inducit æquiuocationem: quoniam est diuersitas significationis non in re ipsa, sed in significando. Tertio modo contingit nomen differenter accipi ratione connotati, quemadmodum principium dictum essentialiter, connotat effectum in creatura: dictum vero personaliter, nihil connotat creatum. & istud inducit multiplicitatem secundum analogiam, non secundum æquiuocationem. secundum analogiam quidem: quoniam nomen accipitur pro diuersis, seu diuersa importat, quæ non habent nisi vnitatem proportionis: Idcirco necesse est ibi incidere analogiam, non æquiuocationem: quiæ æquiuocatio plures habet institutiones, atque pro qualibet determinatè accipitur, vt in hoc nomine canis. sed non ita se habet principium, quia impositum est ab actu producendi, non creandi, nec generandi. Hinc sicut producere de productione vnigeniti filij, & productione creaturæ non dicitur æquiuocè, sed analogicè: ita & nomen hoc principium, secundum has tres comparationes accipitur differenter. Hæc Bonauentura.

Bonauen.

Principiũ dicitur de diuinis, & creaturis analogicè.

¶ Idem Petrus, & addit, quòd quamuis hoc tertio modo sit analogia: si tamen accipiamus creatorem, & creaturam quautum ad res, est æquiuocatio quia res illæ maximè distant, & differunt: sed quantum ad rationes imponendi nomina, potest ibi esse conuenientia aliqua, & analogia secundum priùs, & posteriùs. Hæc Petrus.

Petrus.

¶ Porro positio Thomæ prorsus concordat præinductæ responsioni Alberti. Attamen quoniam planior est, breuiter est tangenda. Idem, inquit, iudicium est de principio, & origine super quam ratio fundatur principij. Potest autem origo considerari dupliciter. Primò, secundum communem rationem originis, quæ est aliquid ab alio esse. sicq; una ratio est communis ad originem personarum, & creaturarum, non vnitate vniuocationis, sed analogiæ. Conformiter nomen principij considerari potest secundum determinatum modum originis, & ita sunt diuersæ, ac speciales rationes originis, atque principij. Verum hoc non facit æquiuocationem, imò sic secundum philosophum ratio animalis secundum unumquodque, id est, secundum quamlibet speciem eius, est alia. Hæc Thomas in Scripto.

Tho. Aqu.

¶ Richar-

¶ Richardus quoque concordat, dicendo. Principium non dicitur vniuocè de Deo respectu emanationis personæ, & respectu creaturæ, quia ratio principij non inuenitur æqualiter utrobique. Principiatio namque creaturarum est quasi quid exemplatum à principiatione personæ diuinæ. Per priùs ergo reperiur ratio principiationis productione personæ, quàm creaturæ. Nec tamen dicitur purè æquiuocè, quoniam maior extat illa communitas, quàm uocis soliùs. Ratio ergo principij analogicè dicitur de Deo, prout est principium diuinæ personæ, & prout est principium creaturæ. Et loquitur de principio ratione habitudinis suæ, non ratione potentiæ, in qua radicatur hæc habitudo.

Richard.

Obiectio.

¶ Si autem obijciatur id, quod conuenit diuinæ essentiæ, & personæ, conuenit eis vniuocè, quemadmodum essentia, & persona sunt idem: sed producere ad intra conuenit Deo ex parte personæ, creare verò essentialiter, & ex parte naturæ. ergo hi actus conueniunt Deo vniuocè.

Dilutio.

¶ Dicendum, quòd maior est vera, quando aliquid absolutum dicitur, de utroque, sicut eum dicitur: Essentia est æterna, & persona est æterna. Et item quando aliquid dicitur de vtroque per relationem ad creaturam, vt si dicatur: Deus est principium creaturæ, Pater est principium creaturę, quia tunc ratio principij est eadem vtrobique. Sed ita non est cum aliquid dicitur de una persona per relationem ad aliam, & de essentia in relatione ad creaturam. Hæc Richardus.

Scotus.

¶ Præterea Scotus uidetur à dictis aliqualiter dissentire: Loquendo, inquiens, de principio, quo quis producit, si non vniuocè dicitur, sed principium essentiale dicit respectum ad extra, & relationem rationis; & inquantum est principium originis ad intra, est realis relatio. Alia verò non habent uniuocum aliquod, sicut nec homo mortuus, & homo viuus. Nam relatio rationis est relatio secundum quid. Si autem loquamur de principio personalitatis, prout dicitur de generante, & spirante: sic est vniuocum principium, quemadmodum relatio dicitur vniuocè de paternitate, & filiatione, similiter generatio, productio, & spiratio dicuntur uniuocè. Vnde de istis est conceptus communis, non tantum uox, sed saluatur conceptus talis in hoc, & in illo principio.

Obiect.

¶ Si autem obijciatur, quòd principiatio filij, est per modum intellectus, & principatio spiritussancti per modum uoluntatis, quæ non sunt eiusdem, sed alteriùs rationis, ergo principium respectu generationis, & spirationis prædicatur æquiuocè.

Dilutio.

¶ Respondendum, quòd principium ad extra, & ad intra non sunt rationis eiusdem, sed emanationes illæ adintra sunt eiusdem rationis, non sicut res eiusdem speciei, sed sicut genus est principiũ idem commune. Vnde sicut homo, & leo habent aliquod commune in quid, vt animal, quod prædicatur de eis in quid, quamuis differant sub animali proprijs rationibus: sic principiare filium, & principiare spiritumsanctum, proprijs rationibus differunt. Et tamen habent principium commune uniuocum in quid. Hęc Scotus.

Dionysius.

¶ Cuius responsio videtur dissonare à positione Alexandri, & Alberti, dicendum quòd principium in diuinis dicitur vniuocè respectu generationis, & spirationis, non vniuocatione generis, aut speciei, sed proportionis. Hæc tamen dissentio in se parua videtur, & forsitan magis consistens in modis loquendi, quàm in re.

¶ Durandus demum hic infert opinionem quorundam, qui dicunt: quòd nomen principij dicitur vniuocè, cum Deus dicitur principium creaturarum, & una persona fertur principium alteriùs personæ diuinæ. quod probant sic: Quod non variat conceptum minus communem, non variat conceptum magis communem. quæ enim sunt vnus triangulus, sunt vna figura, non econuerso, vt quintò Metaphysicæ patet. sed causa est minus commune, quàm principium. ergo quod non uariat conceptum causæ, non uariat conceptum principij. sed causare in aliena natura, & in propria, non uariat conceptum causæ. Nam causa vniuoca, & causa æquiuoca ad idem pertinent genus causæ, & vniuocè, scilicet ad genus causæ efficientis: ergo principiare in natura sua, vt in diuina, & in natura aliena sicut creata, non variat conceptum causæ, quin hinc inde existat vniuocus. Sed istud non valet, quoniam principiare in natura sua, vel aliena, dummodo vtraque differat secundum numerum, non variat rationem causæ, neque principij: tamen principiare in natura sua eadem secundum numerum, variat rationem principij variatione, quæ est secundum quid, & simpliciter. Idcirco dicendum, quod principium dicitur analogicè in diuinis respectu vnius personæ ad aliam, & respectu creaturarum. Eadem quippe ratio est de potentia, & de principio, cum potentia sit principium transmutandi aliud, vel transmutandi ab altero. sed potentia non dicitur vniuocè de potentia creandi, & de potentia generandi in Deo. alioquin potentia generandi contineretur sub omnipotentia, sicut creandi potentia. ergo principium non dicitur vniuocè de principio generandi, ac spirandi, quæ intrinsecè sunt in Deo, & de potentia creandi, sed analogicè. Hæc Durandus.

Durand.

Philosop.

¶ Postremò, ad intelligendum hæc, cõfert, quod hic scribit Aegidius: Tam diuinarum personarum, quàm creaturarum emanatio est à Deo per intellectum, & voluntatem, diuersimodè tamẽ, quoniam actus intelligendi, quo Deus intelligit se, & actus volendi quo vult se, est ratio intelligendi, volendiq; alia, & per consequens causandi ea. Porro intelligendo se producit filium, & volendo se producit spiritumsanctum. sicq; productio diuinarum personarum est causa, & ratio productionis creaturarum. Non ergo eadem ratione producit ad intra, & ad extra, nisi secundum priùs, & posteriùs. Hæc Aegidius, qui ista prolixissimè scribit. Obiectorum solutio patet ex dictis.

Aegidius.

QVAESTIO III.

Tertiò quæritur, *de quo per priùs dicatur in Deo principium, an respectu emanationis ad intra, vel potius respectu productionis ad extra.* ¶ Et ex dictis sequi videtur, quòd per priùs respectu emanationis adintra, cum illa sit prior, & dignior, exéplar quoq; & causa principiationis ad extra. Veruntñ ad hoc videntur diuersi diuersimodè rñdere. ¶ Itaque Thomas respondet in Scripto: Processio creaturarum ex processione est diuinarum personarũ. hinc absolutè loquendo, per priùs dicitur principiũ respectu ꝑsonæ, & productionis ad intra, q̃ respectu creaturarũ. Veruntñ intuendũ, q̃ in principio ſm, quod dr̃ respectu creaturæ, est considerare ipsam habitudinem ad creata, quæ temporalis est, & id in

Tho. Aqu.

quo habitudo illa fundatur, videlicet virtus, & operatio Dei, in quibus tamen non est ratio principij ad extra, nisi quasi habitualiter. sicq; secundo modo considerando principium, ipsum principium per priùs dicitur respectu creaturæ, quàm respectu diuinæ personæ, cuius principij ratio consistit in proprietate. Et istud est uerum, per modum, quo secundum intellectum essentiale dicitur priùs notionali, sed hoc non est nisi secundum quid. Hæc Thomas.

Albertus. ¶ Concordat omnino Albertus, ponitq; simile de potentia generandi, & potentia creandi, vt dictum est supra.

Durãdus. ¶ Circa hæc ait Durandus: Principium, inquiens dupliciter accipi potest. Primò, pro eo, quod est ratio productiui: Secundò, pro actuali habitudine, seu relatione producentis ad productum. Si igitur primo modo sumatur principium, priùs competit in diuinis respectu creaturarum: quoniam creaturæ plus participant de ratione causati, & principiati, quàm persona diuina producta. Creatura namque est aliud a creatore: non autem persona producta, à persona diuina producente. Si verò principium accipiatur pro actuali habitudine, seu relatione principij productiui ad productum, sic principium per priùs dicitur respectu personæ diuinæ productæ, cum habitudo, & relatio inter personas sit realis, & æternalis. relatio autem Dei ad creaturas, est solum relatio rationis. Hæc Durandus.

Durand. ¶ Cuius verba non uidentur posse saluari. De ratione enim veræ productionis non est substantialis distinctio inter producentem, atque productum, sed sufficit distinctio personalis. Imò, vt Alexãder. Thomas, Bonauentura, & alij quidam declarant, ad perfectissimam emanationem, atq; ueris simam generationem, id pertinet, ut genitum, ac productum eandem numero naturam habeat cum gignente, vt sit ei plenariè simile, & æquale, sicut est in diuinis, quamuis ad hoc cognoscendum natura lis ratio non pertingat, nec in creaturis ita inuenia tur. Quemadmodum ergo paternitas, & generatio

Ephe. 3. (teste Apostolo) per priùs conuenit Deo, quàm creaturis, quamuis filius in diuinis non distinguatur substantialiter à patre, ita & productio, quamuis producentis, & producti una numero si natura. Ad hoc ualent, & aliæ rationes, ad hoc probandũ inductæ. Rursus, sicut fœcunditas cõuenit Deo eminentiùs per comparationem ad emanationem adintra, quàm quo ad creaturarũ productionem, sic & ratio principij, & actiua productio. Hinc substantialis identitas producti cum producente, rationem, & perfectionem productiui principij, seu productionis, ac principij non minuit, sed complet, & perficit. Hinc Aegidius, & Richardus absolutè concedunt, quòd principium in diuinis per priùs dicitur respectu diuinæ personæ, præsertim quia esse principium diuinæ personæ, competit ab æterno personæ diuinæ producenti.

Aegidius. Richard.

Alexand. ¶ Postremò de hoc Alexander sic loquitur: Quæritur, cui primò conueniat ratio principij, ad quod potest absolutè dici, quòd principium per priùs dicitur de principio generationis, quàm creationis: tamen quo ad humanam intelligentiam, est econtra: quoniam ordinem æternorum non noscimus nisi per ordinem creaturarum.

Quæstio. ¶ Quæritur etiam, utrum principium prout dicitur essentialiter, priùs sit secundum ordinem intelligendi, quàm principium secundum, quod dicitur notionaliter. Dicendum, quòd duplex est ordo intelligendi. Vnus secundum apprehensionem naturalis rationis, sicque ratio principij essentialiter sumpti, est prior: quoniam ratio naturalis priùs accipit de essentia, quòd sit principium absolutè, quàm intelligat, quod in diuinis persona principium sit personæ. Alius ordo est secundum fidei apprehensionem, & sic prior est ratio principij notionaliter dicti. Fides etenim docet personam priùs esse principium diuinæ personæ, quàm personam, seu Deum esse principium creaturæ. Hæc Alexander.

QVAESTIO IIII.

QVartò quæritur, *an sit una proprietas, aut notio in patre, & filio, secundum quam dicuntur principium spiritussancti, utpotè communis spiratio*

Arguit 1. contra ueritatem. ¶ Videtur, quòd non, quoniam una, & eadem notio non est nisi in uno subsistente. pater autem, & filius sunt duæ subsistentes personæ. non est ergo in eis notio una.

2 ¶ Secundò, agere est suppositi, seu personæ. Si ergo patri, ac filio una, & eadem conuenit actio, puta actiua spiratio, videtur, q̃ sint una persona.

In oppositum ¶ In contrarium sunt, quæ scribuntur in litera, atque communis theologorum doctrina.

Alexand. ¶ Ad hoc Alexander respondet: Pater, & filius spirant spiritumsanctum secundum aliquid vnum in eis, vt docet ISIDORVS in libro suo de Trinitate, Anselmus quoque in libro de processione spiritussancti. Ad quod etiam in litera adducuntur testimonia Augustini. Pater enim, & filius sunt vnum in natura, & in uoluntate, ac in potentia spiratiua. sicq; ab eis procedit amor amborum, immediatè à voluntate eorum non essentialiter, sed notionaliter sumpta, vt iam ante sæpius dictũ est clariùs. Etenim spiritussanctus est amor, & emanatio voluntatis. Hæc Alexander.

Isidorus. Anselmus.

Tho. Aqu. ¶ Thomas quoque hic scribit: Vna numero notio est patris, ac filij, secundum quam dicuntur, & sunt principium, imò, & vnum principium spiritussancti. Distinctionem enim rerum secundum formam non inuenimus nisi dupliciter. Primò, secundum quod commune distinguitur per plures rationes, aut differentias speciales, quemadmodum genus diuiditur in species plures. Alio modo secundum quod natura specialiter distinguitur in plura secundum numerum. Hic autem secundus modus non potest esse in diuinis. Primò, quoniam multiplicatio vnius speciei secundum numerum, non est ex aliquo formali adiuncto, sed ex principio materiali diuiso. ratio namque speciei specialissimæ, constituitur per aduentum vltimæ formæ. In diuinis verò non consistit materia. Cumq; natura communis non multiplicetur nisi secundum esse, quod in indiuiduis habet, eo quòd tota quidditas in specie sit completa. in diuinis autem nõ est nisi vnum esse, non potest aliquid secundum rationem specialem in diuinis sumptum multiplicari numero. Relinquitur ergo, q̃ quicquid est in diuinis, aut remaneat indistinctum numero vnum, sicut diuina essentia tribus personis communis: vel habeat rationem communem distinguibilem secundum plures rationes speciales, sicut relatio communis est tribus, non tamen vna numero. Cum ergo spiratio dicat specialem rationem principij secundum specialem modum originis, impossibile est, quòd ipsa sit nisi vna in patre, & filio. Hæc Thomas.

Vna est patris, & filij notio secundum quã sunt principium spiritussancti

¶ Verum cõtra hæc solito sibi more instat Aegidius,

dius, quia relatio sicut, & accidentia communiter, quãuis non habeant materiam ex qua: habent tamen materiam in qua. cumq; communis spiratio conueniat patri, & filio, qui sunt duo suppositа, in quibus est ipsa spiratio, tanquam in materia, videretur secundum hæc, q̃ penes illa suppositа numeretur. Sed ista obiectio non est apta, cum in diuinis relatio non sit accidens, nec in aliquo, vt in materia, imò est subsistens persona.

Tho. Aqu. ¶ Veruntamen Thomas hoc loco in solutione tertij argumenti effatur: Ex hoc, quòd pater conuenit cum filio in aliqua notione, videlicet communi spiratione, non dicitur magis vnum esse cũ filio, quàm cum spiritussancto. Hoc autem non uidetur posse defendi, quoniam istud est per se notum, & omnibus clarum, quòd sicut entia tanto minus vnum sunt, quanto plus ab inuicem disconueniunt: sic tãto plus vnum sunt, quanto magis in aliquo conueniunt. & hoc in diuinis potissimè ita est, vbi nullum est accidens. Propter quod conuenientia personarum non attenditur nisi in his, quæ realiter idem sunt cum personis. Vnde, & actiua spiratio patri, filioq; communis est realiter. ipse pater, & filius, secundum quod sunt unum spiratiuum principium spiritussancti, seu duæ personæ in vna notione, & actione communicantes, aut aliquid tale, prout hoc aptiùs, atque formaliùs exprimi poterit.

Dio. Car. ¶ Ex quibus patet ad obiecta solutio. Verum est enim, quòd pater, & filius inquantum in notione ista communicant, sunt vnum subsistens principium spiratiuum, sicut, & tres supersanctæ personæ, inquantum vnus creator: & inquantum in vna potentia creatiua, ac creatione actiua conuenientes, sunt vnum subsistens principium creatiuum: non tamen sunt vna persona, nec pater, & filius sunt vna persona: quamuis unum principium, unus creator, & vt aliqui dicunt, vnus spirator. Hæc autem superiùs declarata sunt plenius.

¶ Præterea quæri hic posset, An pater, & filius sint vnum principium spiritussancti. & si vnum principium, an sint etiam idem principium. Et rursus, an sint vnus & idem spirator. ad quæ supra responsiones doctorum sunt introductæ.

Oppositio Richardus ¶ Postremò Richardus hic quærit, An sit peccatum, aliquid veritati contrarium opinari de principiatione spiritussancti. Hæc autem quæstio similis est quæstioni superiùs motæ, An liceat de notionibus contraria opinari imò: quæstio ista. Richardi re ipsa eadem esse videtur quæstioni supra inductæ, An mortaliter peccent, qui negant spiritumsanctum, à filio quoque procedere. Itaque ad propositam quæstionem respondet Richardus: Opinari aliquid veritati contrarium de principiatione spiritussancti, quantum ad id, quod nobis de ea in scripturis expressum est, vel ab ecclesia determinatum, est peccatum erroris: & si adsit pertinacia defendendi, est hæresis. Si autem sit aliquid verum ad principiationem pertinens spiritussancti, quod non habeatur in scriptura, nec expresè determinatum sit ab ecclesia, sic opinari aliquid illi veritati contrarium, antequam uideatur ad talem opinionem sequi contrarium aliquid veritati expressæ in scripturis, aut determinatæ ab ecclesia de principiatione spiritussancti, potest esse sine peccato, si talis opinio non sit pertinaciæ iuncta, nec procedat ex negligentia inquirendi, quod verum est. Sin autem, esset peccatum. Hæc Richardus. Videtur quoque quibusdam, quòd inuincibilis error excusat simplices, & indoctos.

Non semper peccat, qui aliquã fidei cõtrarium opinatur.

Quæstio. Alexãder. Albertus. Bonauentura ¶ Quæritur item hic, An esse principium creaturarum, conueniat Deo ab æterno, vel ex tempore. Ad quòd Alexander, Albertus, & Bonauentura respondet, q̃ si Deus dicatur principium creaturarum, à potestate, seu quasi ab habitu, aut habituali virtute creandi, conuenit ei ab æterno. Si autem dicatur principium creaturarum ab actu creandi, non conuenit ei nisi ex tempore. Et quia communiter sumitur principium creandi ab actu creationis, idcirco in litera dicitur, quòd conuenit Deo ex tempore esse principium creaturarum.

A *De his, quæ temporaliter de Deo dicuntur, & relatiuè secundum accidens: quod non Deo, sed creaturis accidit. Dist. XXX.*

SVnt enim quędam, quæ ex tempore de Deo dicuntur, eiq; tẽporaliter conueniunt sine sui mutatione: & relatiuè dicuntur secundum accidens, non quod accidit Deo, sed quod accidit creaturis, vt creator, dominus, refugium, datum, vel donatum, & huiusmodi. De his Augustinus in quinto libro de Trinitate ait: Creator relatiuè dicitur ad creaturam, sicut dominus ad seruum. Item. Non aliquem moueat, q̃ spiritussanctus cum sit coæternus patri, & filio, dicitur tamen aliquid ex tempore, veluti hoc ipsum, quod donatum diximuus. Nã sempiternè spiritussanctus est donum, temporaliter autem donatum. Et si dominus non dicitur, nisi cum habere incipit seruum, etiam ista appellatio relatiua ex tempore est Deo. Non enim sempiterna creatura est, cuius ille dominus est. Ergo dominum esse, non sempiternum habet, nec cogamur etiam creaturam sempiternam dicere: quia ille sempiternè non dominaretur, nisi etiam ista sempiternè famularetur. Sicut autem non potest esse seruus, qui non habet dominum, sic nec dominus, qui nõ habet seruum.

Augustin. 5 de. Trin. cap 13. Idem c. 16

B *Oppositio, quòd non ex tempore sit dominus, quia est dominus temporis, quod non est ex tempore.*

Sed hic aliquis dicet, quòd non ex tempore competit Deo, hęc appellatio, quia dr̃ dominus, quia non est tantum dominus rerum, quæ ex tempore cęperunt, sed ẽt illius rei, quæ non cępit ex tpe, id est, ipsius temporis, quod non cępit ex tempore, quia non erat ante tempus, q̃ inciperet. Et ideò non cępit esse dominus ex tempore. Ad quòd dici potest, quia licet non cœperit ex tpe dominus esse temporis, cœpit tamen esse dominus

temporis:quia non ſemper fuit tempus, & ipſius hominis ex tempore cœpit eſſe dominus. De hoc Auguſtinus in eodem libro continuè ita ait: Quiſquis extiterit, qui æternum Deum ſinlum dicat,tempora verò nnn eſſe æterna,propter varietatem,& mutabilitatem:ſed tamen ipſa tempora non in tempore eſſe cepiſſe,quia non erat tempus,antequam tempora inciperent: & ideò non in rempore accidere Deo, vt dominus eſſet: quia ipſorum temporum dominus erat,quæ vtique non in tēpore eſſe cœperunt: quid reſpondebit de homine,qui in tempore factus eſt, cuius vtique dominus non erat ante quam eſſet?Certè vt dominus hominis eſſet,ex tempore accidit Deo.Et vt omnis a moueatur controuerſia,certè vt tuus dominus eſſet,vel meus, qui modo eſſe cœpimus,ex tempore habuit. Quomodo ergo obtinebimus, nihil ſecundum accidens dici Deum? Niſi quia ipſius naturæ nihil aceidit, quo mutetur: vt ea ſint accidentia relatiua, quæ cum aliqua mutatione rerum, de quibus dicuntur,accidunt,ſicut amicus relatiuè dicitur.Non enim amicus eſſe incipit,niſi cum amare cœperit.Fit ergo aliqua mutatio voluntatis,vt amicus dicatur,Nummus verò,cum dicitur præcium, relatiuè dicitur: nec tamen mutatus eſt,cum eſſe cœpit prēcium:nec cum dicitur pignus, & huiuſmodi. Si ergo numerus poteſt *nūlla ſui mutatione toties dici relatiuè, vt neque cum incipit dici,neque cum deſinit:aliquid in eius natura,vel forma, qua nūmus eſt,mutationis fiat: quanto faciliùs de illa incommutabili Dei ſubſtantia debemus accipere, ꝙ ita dicatur relatiuè aliquid ad creaturam, vt;quāmuis temporaliter incipiat dici:non tamen ipſi ſubſtantiæ Dei accidiſſe aliquid intelligatur,ſed illi creaturæ, ad quam dicitur? Qualiter etiam refugium noſtrum dicitur? Refugium enim noſtrum dicitur Deus relatiuè. ad nos enim refertur.& tunc refugium noſtrum fit, cum ad eum refugimus. Nunquid tunc fit aliquid in eis natura,quod, antequam refugeremus ad eum,non erat? In nobis etgo fit aliqua mutatio, qui ad eum refugiendo, efficimur meliores:in illo autem nulla. Sic,& pater noſter eſſe incipit, cum per eius gratiam regeneramur: qui dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri.Subſtantia ergo noſtra mutatur in meliùs,cum filij eius efficimur.Similiter,& ille pater noſter eſſe incipit,ſed nulla ſui commutatione ſubſtantię. Quod ergo temporaliter dici incipit Deus,quòd antea non dicebatur, manifeſtum eſt relatiuè dici: non tamen ſecundum accidens Dei, quòd aliquid ei acciderit, ſed planè ſecundum accidens eius,ad quod dici aliquid Deus incipit rēlatiuè.Ex hisapertè oſtenditur,quòd quædam de Deo temporaliter dicuntur relatiuè ad creaturas ſine mutatione deitatis,ſed non ſine mutatione creaturæ: & ita accidens eſt in creatura,non in creatore:& appellatio,qua creatura dicitur relatiuè ad creatorē,rēlatiua eſt: & relationem notat,quæ eſt in ipſa creatura.Appellatio verò illa,qua creator relatiuè dicitur ad creaturam,relatiua quidem eſt:ſed nullam notat relationem,quæ ſit in creatore.

Augustin. li 5 d Tri. cap. 16.

Pſal. 45.

Ioh. 1. b.

*ſine vlla.

C *Hic ſoluitur quæſtio,qua quærebatur,vtrum ſpirituſſanctus dicatur datum relatiuè ad ſe,cum ipſe det ſe.*

Hic poteſt ſolui quæſtio ſuperiùs propoſita, vbi quærebatur, cum ſpirituſſanctus datum dicatur,vel donatum:quod autem datur,refertur, & ad eum,qui dat, & ad illum, cui datur:& cum ſpirituſſanctus det ſeipſum, vtrum ad ſelpſum relatiuè dicatur, cum dicitur dari,vel donari. Cui quæſtioni reſpondentes,dicimus ſpiritumſanctum dici datum,vel donatum relatiuè,& ad dantem,& ad illum,cui datur.Dans autem,ſiue donatur,eſt pater cum filio,& ſpirituſancto:Nec tamen dicimus ſpiritumſanctum referri ad ſe,ſed appellatio dati,vel donati refertur,& ad dantem,& ad recipientem:quia non poteſt aliquid dici datum, niſi ab aliquo,& alicui detur.Cum autem ſpirituſſanctus dari à ſe, vel datus à ſe dicitur, relatiuè quidem dicitur ad illum, cui datur, & eſt appellatio relatiua,& in illo cui datur, mutatio fit,non in dante.

Solutio.

Sūma Diſtinct. 30.

IN præcedentibus quibuſdam diſtinctionibus tractatum eſt de his, quæ relatiuè dicuntur de Deo relatione reali, ratione emanationis ad intra,& immanentis; hic tractatur de his,quæ Deo conueniunt relatiuè relatione rationis quantum eſt ex parte Dei, & ex parte emanationis ad extra:propter quòd dicuntur de ipſo per cauſam, ſeu habitudinem, atque ex tempore.Itaque circa hoc quærit,opponi,& ſoluit,ac tandem in fine diſtinctionis reſpondet ad quæſtionem ſuperius motam, non ſolutam.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *an aliquid conueniat inuariabili Deo ex tempore, ſeu de nouo, vtque per accidens.*

Arguit. 1. contra veritatem.

¶ Videtur, ꝙ non, qm̄ ſicut enti mutabili, prorſus inſtabili diuerſa cōueniunt rone ſuæ inſtabilitatis, ſic enti inuariabili ęternaliter vniformi, ſemper cōueniūt eadem.cū ergo Deus glorioſus, & excelſus ſit ſummè incōparabiliterq; inuariabilis,& vniformiſſimè habēs ſe,ſp eadē prædicanť de eo, & nūquam quicquam de nouo. Secundò, prædicatum affirmatiuum inſinuat aliquid ineſſe, aut conuenire ſubiecto. quicquid verò eſt in Deo, aut conuenit ei, eſt ipſemet Deus, nec realiter differt ab eius eſſentia. ſed nullum temporale eſt Deus,nec aliquid tale prę dicatur de æterno, ergo nihil de nouo, aut ex tempore conuenit Deo. Tertiò, ſi talia prædicantur de Deo, aut prædicantur per ſe, aut per accidens. Si per ſe, ergo ab æterno cōpetunt ei. Si per accidens. ergo aliquid accidit Deo, & accidens eſt in eo.

Albertus.

¶ Ad iſta reſpondet Albertus: Multa ex tempore conueniunt Deo, nec prædicantur de eo per accidens,nec uno modo,ſed quędam per cauſam,ſicut ipſe dicitur ſalus noſtra, quia eſt cauſa noſtræ ſalutis: quædam per habitudinem relationemve rationis,ut cum dicitur creator, rex, dominus noſter. Propriè namq; loquendo,non eodem modo Deus dicitur ſalus noſtra,& dominus noſter.Huiuſmodi tamen prædicata quantum ad id,quod prædicant, ſunt de conuenientibus Deo per ſe, ſeu ſubſtantialiter,quoniam prædicant,& deſignant ſubſtantiam Dei: quantum verò ad modum prædicandi, aut ſignificandi,prædicant eam ut habentem ſe ad aliqd quod deduxit in eſſe.nec hoc ponitur in Deo,quaſi quid nouum,aut accidentale in ipſo,ſed in depēdentia rei cauſatæ ad ipſum. Cum enim huiuſmodi dependentiā intelligere nequeamus, niſi intelligamus aliquo modo habitudinem Dei ad creaturam, ideò nominamus eſſentiam Dei in habitudine ad illa. Quod ſi quæſieris, an aliqd in re,hoc eſt,in Deo correſpondeat habitudini,ſeu dependentię,aut intellectui illi, dicendum, ꝙ imò, videlicet verisima actio Dei,qua creaturam produxit, conſeruat, aut regit,quæ actio Dei quamuis ſit eius ſubſtantia, nō tamē eodem modo ſignificatur,& ille modus ſignificandi importatur in nomine. Si rurſus quæratur, an tale prædicatum ſit per ſe conueniens Deo, dico ꝙ hoc conuenit Deo per ſe, ꝙ ſit creator: quoniam conuenit ei ſoli,nec tamen oporter, ꝙ ſemper ſeu ab æterno. quia hoc nomen creator nominat cauſam agentem per intellectum, & voluntatem. Ideò q̄uis ſoli conueniat Deo,& gratia eſſentiæ,ac omnipotentiæ ſuę,non tamen ab æterno,quoniam liberè agit. Quidam verò dicunt, ꝙ conuenit Deo per accidens,& diſtinguunt duplex per accidens, ſ.accidens inhærens, & accidens gratia alterius cō ueniens,quod eſt extraneum, nec propter ſe ineſt, vel non per ſe. ſicque dicunt, ꝙ conuenit Deo eſſe creatorē gratia connotati in creatura, & non gratia ſui. Sed hoc ego non audeo dicere, ꝙ Deo conueniat aliquid non gratia ſui: quoniam connotato potiùs conuenit eſſe gratia diuinæ eſſentiæ, quàm econtra.Idcirco mihi videtur, ꝙ huiuſmodi verba ſeu nomina deſignāt diuinam eſſentiam cum habitudine ad creatum in modo ſignificandi cum ſubſtātia actus primi agentis, qui actus quamuis ſit idē ſubſtantialiter cum Deo:tamen aliter ſignificatur, & conuenit Deo gratia potentiæ ſuæ agentis. Nec tamen conuenit ab æterno: quoniam habitudinem illam, quam ſimul cum eſſentia diuina importat, non facit intellectus noſter ſine creatura ad quam creator ſe habet, qui licēt non modo ſe habeat ab æterno, & non modo creet, modo non creet, quantum ad ſe,vt ſcilicet in ſeipſo unquam aliter, & aliter ſe habeat, nihilominus creatura modo creatur, non ante: & hoc propter ſapientiam Dei prædeterminantem, ac præordinantem exitum creaturarū ineſſe. Idcirco non ſequitur, ꝙ ſemper Deo conueniat:quoniam aliter eſt in voluntariè agentibus, aliter in his, quæ agunt per ſolam naturam præter intentionem,& voluntatem. Hæc Albertus.

Vdalric.

¶ Hinc in Summa ſua libro 2. ait Vdalricus: Nominū ſignificantium ſubſtantiam: Dei primò,& nō ex conſequenti, quædā ſolam dicunt diuinam ſubſtantiam, ut omnia nomina ſubſtantialia, quæ Deo conueniunt ab æterno, quædam connotant effectū in creatura,ut dominus,rex,creator:ſquæ dicuntur de Deo creatura exiſtēte, ad quam Deus ſignificat referri. Nam relatiua ſimul eſſe oportet. Iſti tamen reſpectus non ſunt realiter niſi in creatura. Nam quamuis in ad aliquid nō ſit motus per ſe,eo ꝙ relatiua ſint formæ ſimplices non habentes medium, ut poſſint ſucceſsiuè fluere de non eſſe ad eſſe, ut requirit natura motus, tamen in aliquid eſt motus per accidens: quia realis relatio conſequitur motum: quoniam ſemper fundatur ſuper aliquid abſolutum. Nomina autem tēporaliter dicta de Deo, ſignificant diuinam eſſentiam ſub ratione creantis, aut diſponentis creaturam. Porrò, ꝙ neceſſarium ſit multa de Deo dici ex tempore, probatur faciliter. Nam filius Dei ait: Pater meus, uſque modo operatur,& ego operor. Ex nouo autem effectu nouus innaſcitur creaturæ reſpectus ad cauſam ſuam agentem. Et hoc ſignificatur dum Deus deſignatur in noua & temporali habitudine ad creaturam. Horum nominum quædam prædicantur de Deo, per cauſam, ſicut cum dicitur: Deus noſter refugium, & virtus, adiutor &c. Hæc Vdalricus, qui plura ſcribit de his, quæ omitto, quia coincidunt cum prædictis.

Iohan. 5.

Pſal. 45.

Dionyſi.

¶ Verum uerbis Vdalrici videtur obijci poſſe, ꝙ etiam ſubſtantiæ ſeparatæ,in quibus non eſt motus propriè ſucceſsiuus, præſertim ſecundum philoſophos, habent realem relationem ad Deum, quæ non videtur conſecuta motum huiuſmodi, nec per motum talem innata.

Thomas. Neceſſe ē aliquadici de Deo ex tempore.

¶ Cōſonat Thomas: Neceſſe eſt, inquiens, aliqua de Deo dici ex tempore. Cum n. eſſe cuiuſlibet rei fluat à Deo nō ſolum eſſe vniuerſi, ſed & cuiuſlibet partis eius, oportet ꝙ Deus deſignetur cum habitudine principij ad ea, quæ ſunt ab ipſo. Imo & ſi mūdus ponatur ſemper fuiſſe, ut quidam ſenſerūt philoſophi, oporter, ꝙ nomina deſignantia habitudinem illam ab æterno, dicantur de Deo: quia relatio ſecundum actum exigit duo extrema actualiter eſſe. Idcirco non poteſt Deus referri ad creaturam, vt actuale principium creature, niſi creatura exiſtēte in actu, quod non ſemper fuit, ſed ex tempore. Hoc autem non conuenit de alijs, quæ abſolutè dicuntur de Deo, ꝙ ſ. dicātur de eo ex tempore, quia quæ abſolutè dicuntur ſm proprias rationes, aliquid ponunt in eo, de quo prædicantur, ut quantitas, qualitas. Vnde nihil horum inuenitur, quod nō realiter ſit in eo, de quo verè, ac propriè prædicatur. Hinc non poſſunt de aliquo ex tempore dici, niſi id mutetur per ſuſceptionem eius, quod ante non habuit. Relatio autem ex ſua ratione non habet, quod ponat aliquid in eo, de quo dicitur, ſed dicit habitudinem tantū ad aliud. Vnde ut dictum eſt, inuenitur relatio aliqua non exiſtens realiter in eo, de quo dicitur. Idcirco in talibus habitudines illo de nouo dicuntur de aliquo, non per ſui mutationem, ſed illius, de quo dicuntur. ¶ Cū ergo obijciatur, quoniam nomina illa, quæ ex tempore prædicantur de Deo, aut conueniunt ei per ſe, aut per accidens: Dicendum quòd ſecundum Magiſtrum iſta prædicantur per accidens, nō quod ſit in Deo, ſed in creatura. Veruntamen aduertendum, quòd

Diluitur obiectio.

in istis nominibus duo considerantur, videlicet habitudo siue relatio, & id super quod fundatur in Deo: quemadmodum habitudo creationis actiuæ habet pro fundamento in Deo virtutem diuinam; cuius est educere res in esse de nihilo. Si ergo considereturhoc, ꝙ habet pro fundamento, dicuntur per se, & Deo conueniunt ab æterno: quantum ad illud, quia essentia, uirtus, & operatio ab æterno est in Deo. Sed quantum ad habitudinem, per accidẽs dicuntur de Deo: accidens verò dupliciter sumitur. Primò, pro natura condiuisa substantiæ. sicq; in Deo nullum est accidens. Secundò pro eo, quod conuenit per aliud, prout dicimus, ꝙ album ædificat per accidens: quia adiungitur ei, quod per se est causa ædificationis, videlicet ædificatori. sicq; per accidens conuenit Deo referri ad aliud extra se. Non enim dicitur relatiuè, nisi quoniam aliud refertur ad ipsum, quemadmodum quinto Metaphysicæ ait philosophus, quòd scibile dicitur relatiuũ, Philosop. non quia ipsum refertur, sed quia aliud puta scientia, refertur ad ipsum. Nec tamen sequitur, quòd habitudo illa, quæ designatur in Deo, conueniat alteri per se: sed magis respectus oppositus, qui est esse creaturam, aut esse seruum, vel aliquid tale. Hæc Thomas in Scripto.

Dionysi⁹. ¶Qui in hac ultima responsionis suæ particula parumper à præinducta responsione Alberti recedit. Albertus quippe (ut tactum est) ait se dicere nõ audere, ꝙ aliquid conueniat Deo non gratia sui, sed gratia connotati, cum potius connotato conueniat esse gratia Dei. Pro quorum concordantia apparet dicendum, ꝙ aliquid competat Deo formaliter gratia, seu ex parte, & habitudine creaturæ, sed efficienter gratia Dei conuenit connotato; atq; creato esse, & quod est. In prima etiã parte Sũmæ de hac materia scribit, q̃ (si non fallit memoria) introducta sunt supra. ideo omittitur hoc loco.

Petrus. Prędicãre aliquid de aliquo 4. modis. ¶Petrus demum circa hæc loquitur: Quatuor modis prædicatur aliquid de aliquo. Primò per essentiam, ut homo est animal. Secundò per denominationem, seu inhærentiam, ut homo est albus: His duobus modis aliquid de nouo prædicari de aliquo immediatè, importat mutationem in illo, & his modis nihil de nouo prædicatur de Deo. Tertiò modo aliquid prædicatur de alio per causam, ut dies est sol, aut latio solis. Quartò per habitudinem, seu respectum, ut iste est dexter illi. His q; duobus modis aliquid de nouo prædicari de alio, non importat mutationem, ut patet de dextro ad sinistrum. Primò horum duorum modorum ultimorũ prædicantur de Deo illa, quæ absolutè dicuntur, ut Psal. 70. patientia mea, salus mea. Secundò autem horũ modorum prędicantur de Deo ea, quæ relatiuè conueniunt ei, ut dominus, & creator, quæ principaliter significant diuinam essentiam, & important effectum in creatura secundum rem. ideò, quia respectus iste est temporalis, non possunt prædicari de Deo nisi ex tempore ratione patris, sicut totum copulatum interimitur interemptione partis vnius. Hæc Petrus.

Richard. ¶Insuper Richardus hic scribit diffusiùs: Illud, inquiens, quod prædicatur de aliquo, aut dicit illius essentiam, aut aliquid de essentia. aut aliquod accidens absolutum inhærens, aut causam illius, Qualiter ꝓdicetur aliquid de Deo ex tẽpore. aut eius effectum, aut relationem ipsum denominãtem, aut actionem illius transeuntem in rem exteriorem, aut actionem alterius pasiuè significatam, aut rem vnitam ei, de quo dicitur. Primò modo nil nil conuenit Deo ex tempore: quoniam quicquid pertinet ad eius essentiam, conuenit sibi ab æterno. Secundò modo nil prędicatur de Deo ex tempore, neq; ab æterno, quia in Deo nullum est accidens, nec tertio modo: quoniam Deus causam non habet. Sed quartò modo, videlicet per effectum aliq̃d conuenit Deo ex tempore. sicq; dicitur salus nostra, patientia nostra. similiter quinto modo, utpotè relatiuè, aliquid prædicatur de Deo; uidelicet esse dominum, regẽ, creatorem. Sic & sextò modo: quoniam punit iniquos, & incendit damnatos. Itemq; septimò modo, ut cũ dicimus, Deus vocaliter laudatur, adoratur. sed & modo octauo aliquid prędicatur, sicut cum dicimus, Deus est homo. ¶Porrò ad id, an aliquid dicatur de Deo per accidẽs, respõdet Richardus: Aliquid dici de Deo per accidens, quadrupliciter potest intelligi. Primò, ꝙ illud sit accidens Deo inhærens, sicq; nil prædicatur de Deo per accidens. Secundò, quod illud sit accidens alteri inhærens, sicq; aliquid prædicatur de Deo per accidens, ut dominus, & creator, quantum ad id, ꝙ habitudinem dicunt, quæ habitudo realiter est in creatura, & secundum rationem in Deo. Tertiò dicitur aliquid prædicari de Deo secundũ accidẽs, quoniam contingenter, non necessariè conuenit ipsi, vt creare, gubernare, quos actus posset non facere. Quartò, quoniam conuenit ei ratione naturæ assumptæ, ut esse passum. Hæc Richardus.

An aliq̃d dicatur de Deo per accidens.

Bonauen. ¶Concordat Bonauentura dicendo: Aliquid dicitur de aliquo ex tempore dupliciter. Primò, quia ipsum est temporale. secundò: quoniam dicit respectum ad temporale. Primò modo nil prædicatur, de Deo per essentiam, cum ipse sit æternus: neq; per inhærentiam, quia in ipsum non cadit accidẽs: sed per causam, cum Deus dicitur patientia nostra, vel per vnionem in Christo. Alio modo dicitur aliquid ex tempore: quoniam ratione nominis sui dicit cõparationem, ad aliquid temporale, ut dominus, & creator: quæ tamen de sua principali significatione important essentiam. Dominus enim importat dominium, quod est potestas coercendi subditos, quę potestas est diuina essẽtia, ac summa maiestas. Creator quoq; significat diuinam essentiam. Vtrunq; verò designat respectum ad creaturam, connotatúe creatum, ac temporale. Quoniam ergo quod implicat in se contingens, ac necessarium, denominatur totum contingens. Similiter quod includit æternum, ac temporale, totum denominatur temporale, propter naturam totius copulati, quod ponit utranq; partem, & falsificatur pro parte utraq;, atque pro altera: hinc talia dicuntur ex tempore, nõ ratione principalis significati, sed connotati. Itaq; non omne, quod dicitur de Deo ex tempore, prædicatur de eo per causam, sed vel dicitur per causam, aut per vnionem, aut per quandam comparationem, seu relationem. ¶Si autem obijciatur, quia omne, quod prædicatur de Deo, est æternum, ergo nullum tale est temporale. Distinguendum est, quia æternum tenetur, aut adiectiuè, aut substantiuè. Si adiectiuè, sic falsum est: quoniam aliquid prædicatur de Deo, cuius duratio non est æterna, vt esse dominum huius. Si substantiuè, sic verum est: quoniam sensus est. quòd esse, quòd prædicatur de Deo, sit æternale. Nec tamen sequitur, Deus est æternus, ergo & illud sic dictum de Deo, est æternum imò est fallacia accidentis, sicut hic, creatio est Deus, & Deus est æternus, ergo creatio est æterna. Hæc Bonauentura.

Obiectio soluitur.

¶Ad aliã quæstionis partem idem doctor rñdet: Aliquid dr̃ per accidens tripliciter. Primò per oppositionem

positionem ad substãtiã, utpotè, quod inhęret. sicq; nihil dr̃ Deo per accidens. Secundò per oppositionẽ ad per se, & sic dr̃ per accidens, quod conueniat per aliud ab essentia, ut cum dr̃: paries disgregatus est, qa hoc conueniat ei per albedinẽ. Tertiò per oppositionẽ ad necessarium, vt creare, iustificare. & de his modis dictũ est, qualiter Deo conueniãt &c.

Alexand. Hæc idẽ ¶Præterea Alexander circa hæc scribit dif fusè. Nẽpè quæsito, quo quærit, An Deus cœpit ex tpe esse dñs rerum, rñdemus: Deus, ait, cœpit esse dñs* tẽpori coæquæuorũ ex tpe, ſm quod dicuntur in actu: qa non põt intelligi creatura, nisi intelligatur ens ex nihilo. sicq; intelligit mutabilitas, quæ sine tpe nequit intelligi. Vnde non põt intelligi creatura, nisi intelligatur tẽpus. Hinc oportet dicere, ꝙ Deus cœpit esse dñs tẽporis simul cum tẽpore. Sed qm̃ intelligere possumus tps non intelligendo creaturã hanc, vel illam, ideo dici põt de alijs creaturis ꝙ cœpit esse dñs earum ex tpe, qm̃ tps intelligi potest ante creaturã. Cœpit igitur esse dñs temporis cũ tpe, aliarum rerum, ex tẽpore. Veruntñ hoc nomen dñs qñq; ponitur absolutè, & tunc notat essentiam tm̃, & ab æterno cõuenit Deo. qñq; respectiuè, tuncq; principaliter designat essentiã, & secundariò relationẽ. & est sensus, Deus est dñs. i. Deus est Deus, cui creatura subiecta est. Similiter noſa ista, creator, & cõsimilia, principaliter significant essentiã, secũdariò correlationẽ creaturæ inexistentem. Est etenim sensus, Deus est creator. i. Deus est Deus, à quo creatura incipit esse. Non tñ hoc nomẽ creator ab æterno cõuenit Deo. Destruere, namq; facilius est, q̃ construere ſm philosophum. Nam ad hoc ꝙ Petrus sit hõ albus, duo necessaria sunt, s. ut sit homo, & ut sit albus. Ad hoc, aũt ꝙ non sit hõ albus, sufficit alterũ, utpotè, ꝙ nõ sit albus. Ita à simili, ad hoc, ꝙ Deus sit creator, duo sunt necessaria, utpote ꝙ sit Deus, & ꝙ ab ipso esse incipiat creatura. Ad hoc autẽ, ꝙ non sit creator, sufficit, ꝙ ab eo non inceperit creatura. ¶Præterea si obijciatur prædictis, ꝙ dñs semper dr̃ respectiuè, sed hoc dupliciter: quia notari põt respectus in habitu, & respectus in actu. Si in habitu, sic conuenit Deo ab æterno, ꝙ est dominus. i dominabilis, seu dominatiuus, seu potens coercere subditos quãdo cũq;. & est sensus, Deus est dñs. i. Deus est Deus cui subijcibilis est creatura, siue fit, siue non fit. Si verò noteẽ respectus in actu, cõuenit Deo ex tpe. Estque idẽ, quod dominator. & est sensus, Deus est dñs. i. Deus ẽ dñs, cui subiecta ẽ creatura. Hæc Alexãder.

Obiectio. Augusti. Dilucio.

Dionysi⁹. ¶Quãuis aũt verba hæc Alexandri, & præfatorũ doctorũ sint vera, non tñ sunt ita intelligenda, qua si esse dñm, vel creatorem, aut regẽ, aut saluatorẽ, nõ conueniant diuinæ personæ, sed solũ essentiæ, seu Deo absolutè accepto imò cõueniunt unicuiq; diuinę personæ, nisi ꝙ unigenito filio specialiter cõuenit esse saluatorem. sed ideò doctores affirmant noſa hæc diuinã significare essentiã, quia rõne deitatis, & essentię, non rõne relationis radicaliter, seu fundamẽtaliter, ac principaliter conueniũt Deo, & personis. & relatio rõnis importata in eis, fundatur super essentiã, & virtutẽ, operationemq; Dei cõem personnis. q̃ operatio est realiter diuina essentia.

Soluuntur argumẽta initio quę stionis adducta. ¶Ex his patet ad obiecta solutio. Ad primũ enim dicendum, ꝙ inuariabilissimo Deo de nouo nil cõuenit per mutationẽ factam in ipso, sed per hoc, ꝙ aliquid de nouo aliter habet se ad ipsum, nec ipse quã tũ est ex parte ipsius, aliter, & aliter habet se ad creata. Imo qcquid de nouo, uel ex tẽpore operatur in eis, ab æterna, & inuariabili eius dispositione, ac voluntate procedit. ¶Ad secundũ ꝙ oia nomina, quæ sic ex tempore prædicantur de Deo, relationẽ important ſm Durandum. Et quamuis illa relatio nõ sit realiter in Deo, tamen fundamẽtum eius est realiter in eo, & nomina illa vtrunque significant, & ita verè designant, quid reale in Deo consistere, quod est virtus, & actio creatiua, quæ est ipsemet Deus. Ad tertium patet ex dictis formalis solutio. ad secũ dũ

QVAESTIO II.

SEcundò solet hic principaliter q̃ri, *An noſa ista dicta de Deo ex tempore designent diuinam essentiam, seu uirtum secundũ substantiã dicãtur de Deo.* ¶Verum ad hoc, in præcedenti q̃stione responsum est, & dictũ, ꝙ principaliter diuinã important essentiã. Pleniùs tñ respondendo, tangam Bonauenturæ solutionẽ: Aliquid, inqd, prædicari, aut dici ſm relationẽ, contingit dupliciter. Primò ſm rẽ, secundò penes modũ. Realis aũt relatio triplex est. Aliquãdo .n. fundatur super proprietatẽ accidentalẽ, ut similitudo in duplici albedine. Aliqñ super dependentiã essentialẽ, sicut respectus, seu relatio materiæ ad formã. Nam ut ait philosophus, materia hoc ipsum Philosop. quod est, est ad alterũ. Aliqñ super originem naturalẽ, sicut effectus ad causam, & filij ad patrẽ. Prima relatio non põt esse in Deo, qa in ipso nulla est accidentalis proprietas. Nec secũda, qa in Deo nulla est dependentia. Tertia est in Deo nõ respectu creaturæ, sed personæ diuinæ: qm̃ ista relatio non dicit nisi distinctionẽ, atq; originis ordinẽ, quæ sunt in diuinis. Vna quoq; persona diuina realiter hẽt se aliter ad unam, q̃ aliã per relationẽ realem. Ad creaturã verò Deus, non habet ordinẽ, nec aliã, & aliam habitudinẽ Ideo relatio ad creaturã, nequaq̃ realiter est in Deo. Porrò creatura ad Deũ ordinem, & habitudinẽ habet oĩbus modis prætactis, videlicet mediãte proprietate accidẽtali, & dependẽtia essentiali, & origine naturali. Ideo ſm oẽm modum refertur creatura ad Deũ relatione reali. Prædicta itaque noſa dicta de Deo, nõ important relationẽ in Deo ſm rem, sed solum ſm modum intelligẽdi, cui relationi rõnis correspondet in Deo diuina essentia. Hinc & philosophus 11. primæ philosophiæ testatur, ꝙ summũ, & primum bonũ, non ordinatur, ad ista creata. Et rursus fatet, ꝙ Deus non habet ordinẽ, nec habitudinẽ ullam ad alia. Atq; in libro de causis asseritur, ꝙ prima causa eodẽ modo se habet ad oĩa, sed alia non eodẽ mõ se habent ad ipsã. Ideo noſa illa, quæ ex tẽpore dicuntur de Deo, dicunt purè substantiã circa ipsum ſm rem: relationẽ verò in ipso, ſm modũ intelligendi, sed in creatura relationẽ dicunt realẽ. Hæc Bonauentura. ¶Hinc Thomas: Nihil aũt dr̃ de Deo ex tẽpore, nisi quòd habitudinẽ importat ad creaturã. Habitudo autem Dei ad creaturã, põt designari dupliciter. Primò, secũdũ quod creatura refertur ad ipsum, sicut in primũ principiũ. Secundò, prout refertur in ipsum, sicut in terminũ, seu ultimum finẽ. Si primò, mõ hoc contingit dupliciter. Aut .n. propria prædicatione prædicat aliq̃d de Deo ex tẽpore, quod designat habitudinẽ principij ad principiatũ, aut aliquid, quod designat ipsum principiatũ à Deo, ut qñ prædicatio est per causam, sicut dum dr̃, Deus est spes nostra. Si primo modo, hoc contingit dupliciter. Aliqñ. n. nomẽ imponitur ad significandum habitudinem ipsam, sicut hoc nomen Deus, & huiusmodi, q̃ sunt relatiua ſm esse. & talia dicta de Deo, sunt quidem relatiua, qñ & ex primo suo intellectu designant Philosop. Th. Aqui.

gnant habitudinẽ, quæ est secundum rationem in Deo, & ex consequenti designant essentiam, secundũ quod talis habitudo fundatur in aliquo essentialiter in Deo. Aliquando aũt nomẽ imponitur ad significandũ id super quod fundatẽ habitudo, sicut hoc nomen scientia significat qualitatẽ, quã sequitur respectus quidã ad scibile. Hinc ista non sunt relatiua ſm esse, sed solum ſm dici. Ideò principaliter important rẽ alterius prædicamenti, & ex consequenti notant relationẽ. Ita etiam est in Deo, ut patet in noſe hoc creator, quod imponitur ad significandũ actionẽ diuinam, quæ est Dei essentia: quam actionẽ consequitur habitudo quædã ad creaturam: & ista designant diuinã essentiam, & ex consequenti respectũ ad creaturã. Similis ratio est in illis, in quibus est prædicatio per causam, qm̃ tales locutiones resoluuntur in habitudines causę, ut cũ dr̃: Deus est patientia nostra. i. causa patientiæ nostræ. In omnibus quoq; his, q̃ dicuntur de Deo ex tẽpore, & important habitudinẽ principij simpliciter, verum est ꝙ toti conueniunt Trinitati. Si verò considereẽ relatio creaturæ ad creatorẽ, sicut ad terminum, põt talis creaturę relatio ad creatorẽ esse ad aliquid essentiale, uel ad aliquid personale. & hoc contingit tripliciter. Primò ſm operationem, quemadmodũ aliquis potest intelligere, aut nominare Deum, aut paternitatẽ. Secundò penes exemplaritatem, ut in creatione rerũ est terminatio in similitudinem essentialiũ attributorum, atq; in charitatis infusione est terminatio processionis tẽporalis ſpiritusſancti. Vel est terminatio ſm esse, & iſte modus est singularis in incarnatione, per quã humana natura assumpta est ad esse, & unitatem diuinæ personæ, non ad vnitatẽ diuinæ naturæ. Verum ista relatio, qua refertur creatura ad Deum, sicut ad terminum, includit ex consequenti in se relationem, quæ est ad Deũ tanquam ad principiũ. Vnde in omnibus, quæ dicũtur de Deo secundũ habitudinem ad creaturam, ex eo ꝙ creatura refertur in Deum sicut in terminũ, considerandum est, ꝙ quantum ad habitudinẽ termini, possunt conuenire uni tantum personæ: sed ratio principij, quæ ibi includitur ex cõsequenti, toti conuenit Trinitati. sicq; secundum habitudinem unam possunt importare intellectũ personæ, & ſm habitudinem aliam intellectum essentiæ. Vt cum dicitur incarnatus, hoc solum conuenit filio: quoniã solum ad eius personam est incarnatio terminata, quam tamen tota Trinitas fecit. Hęc Bonauentura.

Petrus. ¶Concordat Petrus: Omnia, inq̃ens, quæ dicuntur de Deo, habitudinẽ Dei ad creaturã important per effectũ in creatura causatum: & ꝙ effectus ille cõis est tribus personis, ideo principaliter designãt diuinã essentiã. Horum verò tria sunt genera. Nam quædã connotant respectum ad creaturæ specialẽ ad Deum solum, ut ad principiũ, sicut hoc nomen creator. & hæc toti Trinitati conueniunt. Quædam connotant respectum æternum personæ, ad personam, ut ad principium, ut missus: & ista conueniũt personæ, cui respectus ille conuenit tantum. Quædam connotant respectum temporalem creaturæ, determinatum ad unam personam: quoniam connotant respectum ad Deum, ut ad terminum, nõ ut ad principium tantum, ut incarnatus, passus. & hęc conueniunt uni personæ tantum. Hæc Petrus.

Dionyſi⁹. ¶Porrò in his vr̃ aliqualis dissensio, in hoc, ꝙ nomina ista, q̃ ex tempore dicuntur de Deo, ſm Petrũ & alios quosdã prẽallegatos principaliter designãt essentiã, & ſm Thomam, ac alios quosdã ex primo suo intellectu significant relationẽ, & ex consequẽti essentiam. Quo circa videtur, ꝙ formaliter designant relationẽ, essentiam verò quaſi materialiter, tanq̃ fundamentum relationis illius. Et qm̃ inter hæc duo essentia principale est, forſan, & principale significatũ ab aliquibus appellatur, præsertim cũ relatio illa nil reale ponat in Deo. ¶Hinc Richardus: Ea quæ dicuntur de Deo ex tẽpore, aut ipſam relationẽ significant primò, aut eam dant intellegere ex consequenti. Eorũ namq; quæ ex tpe prædicãtur de Deo, quædã significant rẽ super quã fundatẽ habitudo, sicut creator, & gubernator: quędã significãt diuinã actionem intrinsecus, quæ Deus est, & connotant habitudinẽ in actu, quæ est in creatura ſm rem, & oppoſita habitudo est in Deo, secundũ rationem. Quædam imponuntur ad significandum ipſam habitudinẽ, ut hæc nomina dominus, superior, quæ significant relationẽ, quæ est in Deo secũdum rationẽ: & oppoſita habitudo est in creatura, secundum rem, atq; ex consequenti dant intelligere diuinã subſtantiam tanquã rem, quæ à tali habitudine denominatur. Quædam significãt diuinam actionem passiuè significatam, ut incarnatus, missus. Dantq; intelligere relationem realem personæ missæ ad personam, à qua emanat, quia non mittitur nisi persona emanans. Incarnatus quoq; dat intelligere habitudinẽ unius personæ ad aliam, qm̃ soli filio conuenit. Connotant etiam noſa illa relationem realem in creatura, & in Deo secundum rationem. Quædam uerò significãt creaturam, sicut homo dictus de Deo, significat naturam humanam, & realem in eo relationem ad verbi personã, atq; in persona verbi æterni relationem secũdũ rationem ad naturam humanam. Vnde cum dicitur, Deus est homo, esse hominem significat unionẽ naturæ humanę cum diuina persona, & ex cõsequenti significat naturam humanam, ac personã diuinam. Hæc Richardus. ¶Albertus demũ hic ait: Doctores hoc loco tribus modis diuerſificantur. Quidam etenim dicunt, ꝙ noſa ista ex tempore conuenientia Deo, quo ad id, cui imponuntur, designant essentiã: sed quo ad id, à quo nomen imponitẽ, dicunt habitudinẽ ad creata. Quibus obijcitur, ꝙ hoc nomen creator imponitur ab actu creantis, qui actus nõ conuenit nisi Deo creanti. Et si dicatur, ꝙ creator vocatur ab habitu, uel potestate creandi, faciliùs patet propoſitum, quia potestas, & habitus non nisi Deo cõueniunt. Alij ergo ſolutionem illorum emẽdare volentes, dixerunt ꝙ huiuſmodi noſa tam, quantũ ad id, à quo nomen imponitur, tam quantũ ad id, cui imponitur, ſignificant diuinã essentiam: sed propter connotatũ non conueniunt ab æterno. Et hoc derisibile est, ꝙ creator, rex & huiuſmodi imponantur à diuina essentia, cũ ipſum nomẽ innuat aliud, utpotè ab actu creãdi se esse impoſitum. Damaſcenusq; dicat, ꝙ ſignificat habitudinẽ eorum, à quibus distinguitur Deus. Ideo placet mihi sententia Damaſceni dicentis, ꝙ ſignificãt diuinam essentiã ſub habitudine ad creata. ¶Et ſi quærantur, an tempus incepit, dicendum, ꝙ tempus incepit in primo, & indiuiſibili ſuo, quod est nunc. Hæc Albertus.

Richard.

Albertus.

Damaſce.

Quæstio.

Arguitur primo cõtra veritatem.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritr̃, *Vtrum noſa iſta, quæ ex tempore competunt Deo, dicant realem relationẽ in ipſo.*

¶Ad quod q̃uis iam sæpè responſum ſit, tñ plenius inde tractandũ est. & apparet primò, ꝙ dicant realẽ relationẽ in Deo, qm̃ Deus verè realiter & excellentiſimè dominus est, rex creator, & in ipſo est verũ, ac ſummum dr̃ium, iuriſdictio, auctoritas, quæ noſa dicũt relationẽ, & ita in ipſo ẽ relatio ad creata.

¶Secun-

2 ¶Secundò, quia ſm philoſophum 5. Metaphyſicæ, ſeruus, & dominus sunt relatiua ſm esse, & talia dicunt realem in vtroq; extremo relationem. ¶Philoſop.

3 Tertiò, ſi iſta non dicunt in Deo relationem nisi ſm rationem, ergo rationis actu cessante non congruunt Deo, nec ipse verè realiter dominus, rex, & creator poterit dici. ¶Quartò, in Deo est realis præsidentia, & superpoſitio, atque causalitas reſpectu creaturarum, ergo & vera, ac realis relatio: quoniam omnia ista sunt relationes.

4

In oppoſitum. ¶In oppoſitũ est concors theologorum doctrina. Nec. n. cõuenit Deo realis depẽdentia ad creata.

Albertus. ¶Ad hoc rñdet Albertus: Noſa talia noſant diuinã essentiam ſub habitudine ad creata, quæ habitudo in Deo non ponit nisi actũ; qui est idẽ cum uoluntate, & ſubſtantia Dei agẽtis. Dependentia, verò quæ addit, in noſtro est intellectu, non in Deo. Et hoc ideo fit, qm̃ intellectus noſter accipit dependẽtiam realẽ, quam non põt intelligere, ut realem dependentiam, nisi etiã habitudinem, quandã ponat in cauſa, quæ habitudo non erit oino fruſtra: fulcitur. n. in actu cauſæ, q̃uis nõ dicat accidens in Deo: & gratia habitudinis huius noſa iſta habent ſua cõ notata nata in creatura. ¶Si aũt obijciatur, quia oẽs relationes ad conuertentiã dictæ, & non ſemper cõuenientes, ex mutatione cauſantur, Deus verò immutabilis est: Reſpondendum, ꝙ talia relatiua non ſemper requirũt mutationem, & realẽ reſpectum in utroq; relatiuorum, ut patet in duplo, & dimidio. Sint. n duo bicubita, alterumq; mutetr̃ per unius cubiti abciſionẽ, iam factum est dimidiũ, & erit ſubduplum, & alterũ duplum, abſq; ſui mutatione, cũ tñ duplum, & ſubduplum dicantur ad conuertẽtiã. sicq; dicere poſſumus de creatore, & creatura. Et illæ relationes, quæ notant habitudinem ſm intellectum tm̃, à Gilberto Porretano dicebantur aſsiſtentes, & nihil prædicare in eo, de quo dicebantur. attamẽ dici põt, ꝙ intellectus ponens eas in Deo, fulcitur in actu creantis, & gubernãtis. Hæc Albertus.

Diluitur obiectio.

Th. Aqui. ¶Conſonat Thomas: Secundũ theologos, inquiẽs, atq; philoſophos cõiter, verum est ꝙ relationes, q̃bus Deus ad creaturã refertur, non ſunt in ipſo ſm rẽ, ſed ſolum ſm rationem: qm̃ intellectus noſter nõ põt accipere aliquid relatiuè ad aliud dici, nisi ſub oppoſita habitudine intelligat ipſum. Porrò rõ in intellectu rerũ tripliciter habet ſe. Qñq; enim apprehendit aliquid, quod est in re, ſm quod res illa apprehenditur, ſicut dum apprehendit lapidis formã. Interdum verò apprehendit aliq̃d, quod nullo mõ est in re, ut dum imaginatur chimęrã. Aliquãdo verò apprehẽdit aliq̃d, cui ſubeſt in re, quædam natura, non tm̃ ſm rationem, qua apprehenditur, ut in apprehenſione vniuerſalis. Cõſimiliter in relationibus, quas intellectus noſter Deo attribuit. Inuenit, namq; in Deo virtutẽ, & actionẽ, qua producitur creatura relationẽ habens ad Deũ, cui essentiæ, ſeu virtuti, uel actioni habitudinẽ attribuit, & noſa relatiua ei imponit ſm quod ipſam intelligit. Ideo intellectus ſic agẽs, non est caſſus, & vanus, qm̃ habet ſibi in re aliq̃d correſpondens. Deniq; relatiuorum est triplex diuerſitas, qm̃ quædã ſunt quorum utrũque importat relationẽ rõnis, non realem, ut dum ens refertur ad nõ ens. Alia, quorũ vtrunq; importat realem relationẽ. Alia, quorum vnũ importat relationẽ realem, aliud rõnis, ut ſcientia, & ſcibile. Huius aũt diuerſitatis est ratio iſta, qm̃ id, ſuper quod fundatur relatio, interdũ inuenitur in altero tm̃, aliquando in utroq;, ſicut relatio ſcientiæ ad ſcibile, fundatr̃ ſuper apprehẽſionẽ ſm esse ſpirituale, quod tm̃ est in ſciente, nõ in ſcibili. Ideo realis relatio est in ſcientia, non in ſcibili ad ſcientiam. Ecõtrario est de amante, atq; amato, quia amoris relatio fundatr̃ ſuper appetitum boni, quod nõ ſolum exiſtit in anima. Ideo in vtroq; relatio est realis, ut loquitur Auicenna: qm̃ in utroq; est diſpoſitio, per quam refertur ad alterum. Et qm̃ oẽs relationes creaturæ, ad Deũ, fundãtur ſuper modum, quo à Deo accipiũt, qui modus non est in Deo, qm̃ creaturæ, non aſſequuntur perfectionẽ modi, ſecundum quem Deus operatur in eis: hinc relationibus creaturarum, ad Deum non correſpondet realis in Deo relatio. Hęc Thomas. Idem Richardus. Concordat, & Petrus.

Auicenna

¶Circa hæc ſcribit Scotus: Dicunt aliqui, ꝙ nulla relatio dr̃ de Deo, ex tẽpore, imò nec relatio rationis, imò est tm̃ appellatio noua: qm̃ ſicut potest intelligi, ut in actu & in potentia, ſic relationes fundatæ ſuper actionẽ uariantur, ſicut calefactium, quia calefacere põt: calefacturum, qm̃ calefaciet. Similiter relationes ad propoſitũ. Nam ſicut fundamentũ est idem diuerſimodè conſideratũ, ſic relatio eadem est, & uariatur ſm nomen. Vnde relatio creantis fuit ab æterno ratio creatiui. ficq; relatio aptitudinalis, & relatio realis ſunt vna relatio. Dicitr̃ quo que cõiter, ꝙ relatio Dei ad creaturam nõ est realis. Hoc loco Scotus proſequitur quorundã opiniones. Ipſe aũt conſentit prẽhabitis in hoc, ꝙ relatio creatoris ad creata, nõ est realis. ¶Inſuper Durandus hic ſcribit prolixè, aliorũ opiniones narrando, videlicet, ꝙ relatio Dei ad creata realis ſit, & quid circa hoc alij opinentur. Ipſe verò doctores ſequitur præinductos, ꝙ non ſit relatio illa realis. De ſcriptis autem Scoti, & Durandi pertranſeo, qm̃ claritatem expoſitæ veritatis magis videntur obſcuritate inuoluere, quàm elucidare. ¶Alexander demum cira hæc plura inquirit, cuius determinationes, virtualiter ſunt inductæ, ſententialiterq; expreſſæ.

Scotus.

Durand⁹.

Alexand.

Relatiuorum triplex est differentia.

Ad primũ ergo dicendum, ꝙ in Deo est verũ, & ſummũ dominium, & ipſe realiter, atq; veriſimè vniuerſorum dr̃s est, rex, & creator. ſed illud dominiũ nõ est realis relatio, aut reſpectus ad creaturas, imò est poteſtas, & omnipotentia coercendi, ſubijciẽdiq; omnia ſibi, ſuper quã ratio negocians circa Deum, fundat relationẽ, & reſpectũ ipſius ad creaturas. ¶Ad ſecundum, ꝙ dominus in creaturis, nõ in ente increato realem importat relationem. ¶Ad tertium, ꝙ actu rationis, aut etiã omnis mẽtis creatæ ceſſante, maneret Deus verè poteſtatem, & præſidentiam habẽs, ac dominus, quantum ad poteſtatem, & iuriſdictionem altiſſimam, ſuper quam fundamentalis eſſet relatio ſecundũ dici, ſed non quantum ad realem reſpectum, relationemq; actualem. ¶Ad quartum dicendum, ſicut ad primum.

Soluũtur argumẽta initio quæſtionis adducta.

ad 2.

ad 3.

ad 4.

Quæſtio. Petrus.

¶Circa hæc quærit Petrus: Vtrũ Deus fuerit dr̃s ab æterno. Et rñdet, dicendum ſimpliciter, ꝙ non, qa ab æterno non fuit creatura, reſpectu cuius dr̃. ¶Si quæratur, an cœpit eſſe dr̃s ex tẽpore. Reſpondendũ, ꝙ rerum, quæ cœperunt eſſe in tẽpore, ipſe cœpit eſſe dr̃s ex tpe. Quod ſi inueſtigetur an cœpit eſſe dr̃s tpis, diſtinguendum est, quia tempus dupliciter ſumitur. Primò propriè pro mẽſura mutationis ſucceſsiuę, & ſic non fuit tẽpus in primo inſtãti creationis rerũ, ſed cœpit. ideo Deus nõ cœpit eſſe dr̃s ex tẽpore ſic accepto, Imò ante tempus, puta in æuo, non tamen ab æterno. Secundò tẽpus ſumit largè, pro mẽſura cuiuſlibet mutationis, ſicq; in inſtãti creationis extitit tps. i. primum nunc tẽporis. Cum itaq; dr̃, Deus cœpit eſſe dr̃s ex tpe, ly ex denotat ordinẽ. Aut ergo notat conſequentiã, & ſic

& sic non cœpit esse dñs tpis ex tẽpore: aut cõcomitantiam tm̃, & ita cœpit esse dñs temporis ex tpe largè sumpto. i. simul cum tempore. Hæc Petrus.

¶Præterea recolendũ, ꝙ doctores etiã præcipui ad prætactã q̃stionem diuersimodè rñderunt. Quidã etenim sicut & Petrus, hic dixerunt, ꝙ esse dñm nõ conuenit Deo ab æterno. Idẽ dicit Aegidius allegans ad hoc euidentẽ Augustini auctoritatẽ 5. de Tri. uidelicet, ꝙ non debeamus dicere Deũ ab æterno dñm extitisse, ne cogamur fieri creaturã quoq; ab æterno fuisse: quia non põt dñs appellari, nisi sit cui dñetur. ¶Alij, ut Thomas de Argẽtina, cõcedũt ꝙ ab ęterno fuerit dñs. Verũ ad ista assignaẽ cõcordia: qm̃ dñs dr̃, vel ab actu dominãdi, uel à potestate, & habitu dñandi & primo mõ conuenit ex tpe, creatura producta: secũdo mõ, cõuenit ab æterno. Veruntn̄ aptiùs reor, ꝙ nõ conuenerit ab æterno. Propriè nãq; loquẽdo, nomẽ hoc dñs dicit relationẽ. relatio aũt non dr̃ propriè ab aptitudine, sed ab actu, sicut nõ dr̃ aliquis propriè pater, qm̃ põt, aut potuit generare, sed qm̃ genuit. sic non propriè dr̃ dñs, quia põt seruum habere, sed qm̃ habet seruum.

Thomas Argenti.

Aegidius.

Auguſt.

A

Quomodo dicatur filius æqualis patri, an secundum substantiam, an secundum relationem. ita & similis. Distinctio. XXI.

Hilarius li. 3. d Tr.

Præterea considerari oportet, cũ personæ coæquales sibi sint, utrũ relatiuè hoc dicatur, an ſm substantiã: & si relatiuè, utrũ ſm relationem, an ſm essentiã consideranda sit æqualitas. Deinde quid sit ipsa æqualitas. Ad qđ dicimus, qa sicut simile nihil sibi est (similitudo. n. vt ait Hilarius, sibijpsi nõ est) ita & æquale aliqd sibi non dr̃: ac per hoc sicut simile, ita & æquale relatiuè dr̃. Dicitur ergo relatiuè filius æqualis patri, & utriq; spũssanctus. Est tm̃ æqualis patri filius, & utriq; spiritussanctus propter summã simplicitatẽ essentiæ, & vnitatem.

Auguſt. li. 5. de Tri. capite. 6.

Æqualis est ergo filius patri ſm substantiam, non secùdum relationem. Vnde Aug. in quinto li. de Tri. ait: Quærimus secundũ quid æqualis sit patri filius. Nõ secundum, hoc ꝙ ad patrem dr̃ filius, æqualis est patri. Restat ergo ut secũdum id æqualis sit, ꝙ ad se dr̃.

Idem li 6. de Trin. capite. 4.

Quicquid autem ad se dr̃, ſm substantiam dicitur. Restat ergo ut secundum substantiã sit æqualis. Eadem ergo est vtriusq; substantia. Item in VI. li. Satis est videre nullo modo filium æqualẽ esse patri, si in aliquo s. quod pertineat ad significandum eius substantiã, inæqualis inuenitur. In omnibus ergo æqualis est patri filius, & est eiusdem substantiæ. Æqualis est etiã spiritussanctus, & patri, & filio, & in omnibus æqualis, propter summã simplicitatem illius substantię. Ex his perspicuum fit, ꝙ secundum substantiam filius est æqualis patri, & utrique spiritussanctus: & appellatio tantum relatiua est. Æqualitas ergo patris, & filij non est relatio, vel notio, sed *naturalis, vnitas, & identitas.

* propter naturæ vnitatem, indiſparitas.

B

Hic, quomodo dicatur similis, & quid sit similitudo.

Hoc idem etiã dicimus de simili, & similitudine. Cum. n. dr̃ filius similis patri, relatiuè qdem dr̃, sed similis est patri propter vnitatẽ essentię. Est ergo appellatio tm̃ relatiua, similitudo verò indifferens essentia. Vnde quibusdã non indoctè videtur, nomine æqualitatis, vel similitudinis non aliqd poni, sed remoueri: ut ea ratione dicatur filius, æqualis patri, quia nec maior est eo, nec minor, & hoc propter vnitatẽ essentię. Ita & similis dr̃, quia nec diuersus, nec alienus, nec in aliquo dissimilis: & hoc propter essentię simplicitatem. Non ergo secundum quod filius est genitus à patrę, æqualis, vel inæqualis est patri, nec similis, vel dissimilis, sed æqualis, & similis secundum substantiam.

C

De sententia sancti Hilarij, qua in Trinitate personarum propria ostendit.

Auguſt. li. 6. de Trin. capite. 10.

Nõ est igitur hic p̃termittendũ, ꝙ uir illustris Hilarius, pprietates personarũ assignãs, dicit in pr̃e esse æternitatem, speciem in imagine, usum in munere: q̃ tantæ difficultatis sunt verba, ut in eorũ intelligentia, atq; explanatione vehementer laborauerit Aug. ut ipse oñdit in 6. li. de Tri. dicens: Quidã cum vellet breuissimè singularũ in Trinitate p̃sonarũ insinuare ppria, Aeternitas est, inqt, in patre, species in imagine, vsus in munere. Et qa non mediocris auctoritatis in tractatione scripturarũ, & assertione fidei vir extitit (Hæc. n. Hilarius in libris suis posuit) horum verborum. i. pr̃is, & imaginis, & muneris, & æternitatis, & speciei, & usus abditã scrutatus intelligentiã quantum ualeo, non eũ secutum arbitror in æternitatis vocabulo, nisi ꝙ pr̃ non habet patrem, de quo sit: filius aũt de pr̃e est, ut sit, atq; ut illi coęternus sit. Imago. n. si perfectè implet illud, cuius imago est, ipsa coæquatur ei, non illud imagini suæ, in qua imagine speciẽ noũauit, credo, pp pulchritudinem, ubi tanta est congruentia, & prima æqualitas, & prima similitudo nulla in re dissidens, & nullo mõ inæqualis: & nulla ex parte dissimilis, sed ad identitatem rñdemus ei *cuius imago est. Vbi est prima, & summa uita, cui non est aliud uiuere, & aliud esse, sed idem. Et primus, ac summus intellectus, cui non est aliud uiuere, & aliud intelligere, sed idem. Hoc est unum tanquam verbum perfectum, cui non desit aliquid: & ars quędam omnipotentis, & sapientis Dei, plena omnium rationum viuentium

Quo ſenſu inteligenda verba Hilarij

Quare paternitas patri attribuitur. Quare imagini ſi hatio.

* cui

Quo ſenſu dixerit:

uentium incommutabilium: & omnes vnum in ea, sicut ipsa vnum de vno cum quo unum. Ibi nouit omnia Deus, quæ fecit per ipsam.

imago ſi perfectè implet.

Hilarius in libro de synodis: Imago eius, ad quam imaginatur species, indefferẽs est. Neq; n. ipse sibi quisquã imago est, sed eũ cuius imago est, necesse est vt imago demõstret. Imago ergo est rei ad rẽ coæquandã, & imaginata, & indiscreta similitudo. Est ergo pater, est etiã filius: quia imago patris est filius: & qa imago est, ut rei imago sit, speciẽ necesse est, & naturã, & essentiã secũdũ qđ imago est, in se habeat auctoris.

D

Hic de spiritusancto, quare vsus dicatur.

Augu. li. 6. de Trinita c. 10.

Est aũt ineffabilis quidã complexus pr̃is, & imaginis, qui non est sine perfruitione, sine charitate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, fęlicitas, vel beatitudo, si tm̃ aliqua humana voce digna dr̃ vsus, ab illo appellata est breuiter: & est in trinitate spũssanctus, non genitus, sed genitoris, genitiq; suauitas, ingeniti largitate, atq; hubertate perfundẽs oẽs creaturas pro captu earũ. Itaq; illa tria si à se inuicẽ determinari vñr, & in se infinita sunt. Qui videt hoc, vel ex pte, vel p̃ speculũ in ænigmate, gaudeat cognoscẽs, Deũ, & gratias agat: q verò non videt, rendat per pietatẽ fidei ad videndum: non per cæcitatẽ ad calumniandum: qm̃ vnus est Deus, sed tm̃ Trinitas. Ecce habes qualiter verba Hilarij præmissa accipienda sint, licèt tantæ sint profunditatis, ut etiã adhibita expositione vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus: cum & ipsa eorum explanatio, quàm hic Augustinus edidit, plurimũ in se habeat difficultatis, & ambiguitatis.

1 Co. 13. d

E

Quòd secundum hanc expositionem non distinguuntur ibi proprietates personarum tres.

Non enim secundum p̃missam expositionem distinguũtur hic tres illę proprietates superiùs assignatæ, sed ipsæ hypostases distinctæ abinuicem monstrantur: æternitatis tamen nomine eadem vĩ designata proprietas, quam notat hoc nomen ingenitus. Sed videamus, quid sit, quod agit. Imago si perfectè implet, cuius imago est, ipsa coęquatur ei, non illud suę imagini. Videtur enim dicere, ꝙ filius, qui est imago patris, patri coęquatur, non pater filio, cum & filius dicatur æqualis patri in scriptura, & pater, filio: sed filius hoc habet à patre, ut sit ei æqualis: pater autem non habet à filio, & tamen filius plenè, ac perfectè æqualis est patri, id est, imago est cuius est imago.

F

Quare dicatur Hilarius propria personarum assignasse in verbis prædictis, cum ibi non sint expressæ proprietates.

Propria ergo personarum in prędictis verbis assignasse dicitur Hilarius, quia relatiua nomina personarum posuit, scilicet patris, imaginis, & muneris: quę relatiuè dicuntur de personis, & proprietates notant quibus distinguuntur personę. Ita enim dicitur spiritussanctus munus relatiuè, sicut donum. Veruntamen ipsas proprietates alijs tribus nominibus non significauit, iuxta prędictam Aug. expositionem, nisi solo noïe æternitatis: quo non ipsam paternitatẽ, sed eam voluit intelligi notionem, qua dr̃ ingenitus.

G

Quod earundem personarum distinctionem notat Augustinus alijs verbis sine expressione trium personarum.

Augu. 1. de doctri. Chriſtiana. ca. 5.

Illud ẽt sciri oportet, ꝙ earundem trium personarum distinctionẽ Augu. ostendere volẽs, sine expressione illarũ trium proprietatũ supiùs cõmemoratarũ in I. li. de doctrina Chr̃iana sic ait: In patre est vnitas, in filio æqualitas, in spũsancto vnitatis, æqualitatisq; cõcordia. Et hæc tria unum oĩa pp patrem, æqualia oĩa propter filiũ, connexa oĩa propter spm̃ sctm̃. Itaq; pater, & filius, & spũssanctus, & singulus quisq; horum Deus est: & simul oẽs vnus Deus, & singulus quisq; horum plena substantia est, & simul oẽs vna substantia. pater, nec filius est, nec spiritussanctus, & filius, nec pater est, nec spũssanctus, spũssanctus nec pater est, nec filius. Sed pater tantum pater, & filius tantum filius, & spiritussanctus tm̃ spiritussanctus. Eadem tribus æternitas, eadem incõmutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In verbis apertè insinuatur personarum trium distinctio.

H

Quare patri attribuatur vnitas, & filio æqualitas.

Sed plurimos mouet, ꝙ patri attribuit vnitatem, filio æqualitatem. Cum. n. unitas dicatur ſm substantiam, non tm̃ in patre est, sed etiam in filio, & in spiritusancto, & æqualitas una est patris, & filij, & spiritussancti. Cur ergo pr̃i attribuitur unitas, & filio æqualitas? Fortè eadem ratione attribuitur patri unitas ſm Augustinum, qua supra eidem æternitas ſm Hilarium: quia videlicet pater ita est, ut ab alio non sit: & quia filium genuit vnũ secum Deum, & spũssanctus ab eo procedit unus cum eo Deus. Vnitas ergo in patre esse dr̃, quia nec est aliquid aliud, à quo sit. Non. n. ab alio est, nec ab eo aliquis

uel

vel aliqd est ab ęterno,quod unum cum eo nō sit.filius.n.& spirituſsanctus unum ſunt
Ioh. 10.f cum pr̃e.Vnde veritas ait:Ego,& pater vnum ſumus. *Hilarius in libro de ſynodis:Si quis innaſcibilē. & ſine initio dicat filium,quaſi duo ſine principio, & duo innaſcibilia,& duo innata,dicens,duos faciat Deos anathema ſit.Caput.n.quod eſt principium omnium.filius. Caput autem quod eſt principium Chriſti,Deus.Sic.n.ad vnum initiabile omnium initium per filium vniuerſa referimus. Filiū innaſcibilem conſiteri,impiiſſimum eſt. Iam.n.non erit vnus Deus:quia Deum unum prædicari,natura unius innaſcibilis Dei exigit. Cum ergo Deus vnus ſit, duo innaſcibiles eſſe non poſſunt:cum idcirco Deus unus ſit,& filius Dei Deus ſit,quia innaſcibilitas ſola penes unum ſit:filius autem idcirco Deus,quia ex innaſcibili eſſentia natus exiſtat.Caput enim omnium filius eſt,ſed caput filij Deus eſt:& ad vnum Deū omnia hoc gradu,& hac confeſsione referuntur,cum ab eo ſumant uniuerſa principium,cum ipſe principiam ſit.Idem in eodem:Omnibus creaturis ſubſtantiam voluntas Dei attulit,ſed naturam dedit filio ex impaſsibili,ac non nata ſubſtantia perfecta natiuitas. Talia enim cuncta creata ſunt, qualia Deus eſſe voluit. Filius autem natus ex Deo, ſubſiſtit qualis Deus eſt. Nec diſsimilem ſui edidit natura naturam, ſed ex ſubſtantia Dei genitus naturæ ſecundum originem attulit, non ſecundum creaturas voluntatis eſſentiam.*

I *Quare pater,& filius dicantur eſſe vnum,vel vnus Deus,ſed non unus: quia res eiuſdem naturæ,rectè poſſunt dici vnum ſimpliciter eſſe & cum adiectione: res verò diuerſæ naturæ,non poſſunt dici vnum, niſi dicatur, quid vnum.*

Hic dici oportet, qp pater,& filius, & ſpirituſsanctus rectè dicūtur eſſe vnum,& vnus Deus,ſed non vnus. Res.n.duæ uel plures rectè poſſunt dici eſſe,ſi ſint unius eſſentiæ,& earum vna ſit natura.Vnus autem nō pōt dici de diuerſis rebus, niſi addatur quid vnus,
Auguſt.li. 6. de Tri. capite. 3.a vel vna:quo addito,rectè pōt dici de rebus,& vnius,& diuerſæ ſubſtantiæ. Vnde Augu. in ſexto li.de Tri.ſic ait: Neſcio utrum inueniatur in ſcripturis dictū, unum ſunt quorū eſt diuerſa natura.Si aūt,& aliqua plura ſunt eiuſdē naturæ,& diuerſa ſentiant,non ſunt vnū inquantū diuerſa ſentiunt. Cum ergo ſic dr̃ unum,vt non addatur,qd unum: & plura unū dicuntur,eadē natura,atq; eſſentia,nō diſsidens,neq; diſſentiens ſignifica-
1.Cor. 3.b tur. Vnde Paulus & Apollo,q & ambo hoīes erant,& idē ſentiebant,vnum eſſe dicunt cum dr̃:&,qui plantat,& q rigat,unum ſunt.Cum verò addit,qd unum,& pōt ſignificari aliqd ex pluribus unū factū,q̃uis diuerſa natura; ſicut aīa, & corpus nō poſſunt, utiq; dici vnū.Quid.n.tā diuerſum,niſi addatur,uel ſub intelligatur,qd unum.i.unus hō?Vñ
1.Cor.6.d Apoſtolus:Qui adhęret,inq t,dño,ſpūs vnus eſt. Non dixit,vnus eſt, uel vnum ſunt:ſed addit,ſpūs. *Diuerſi ſunt.n.natura ſpiritus hoīs,& ſpūs Dei,ſed inhærendo fit ſpūs hoīs, unus ſpiritus cum Deo,qa particeps fit veritatis,& beatitudinis illius.Si ergo de his,q̃ diuerſæ ſubſtantię ſunt,rectè dr̃,cp ſint vnus ſpiritus: q̃to magis,q unius ſubſtantiæ ſunt,rectè dicuntur unus Deus eſſe? Pr̃ ergo,& filius unum ſunt,utiq; ſm vnitatem *eſſentiæ,& vnus Deus.In quo,& Arriana hęreſis dānatur,q̃ patrem & filiū,& ſpm̃ ſctm̃ (vt ait Aug. in li.de hęreſibus) nō vult eſſe vnius,eiuſdemq; ſubſtantię,atq; naturę,uel ut expreſsius dicatur,eſſentię:q̃ Græcè dr̃ οὐσία,ſed filium eſſe creaturā. Necnō & Sabelliana, q̃(ut ait Aug.in eodem li.) dicebat Chr̃m eundē ipſum,& patrē, & ſpm̃ ſctm̃ eſſe,ut eſſet Trinitas noīum ſine ſubſiſtentia pſonarum. Vtranq; peſtē(ut ait Aug.ſuper Ioh.)elidit ueritas,dicens:Ego,& pr̃ unum ſumus.Vtrunq; audi,& aduerte,unū,& ſumus:& à Charybdi,& à Scylla liberaberis. Quod.n.dixit unū liberat te ab Arrio:cp dixit ſumus liberat à Sabellio. Si unum,ergo nō diuerſum. Si ſumus,ergo pr̃,& filius.Sumus.n.nō diceret de uno,nec unum de diuerſo. Erubeſcant ergo. Sabelliani,q dicunt ipſum eſſe patrem,q eſt filius,confundentes perſonas:q & dicti ſunt Patripaſsiani,qa dicunt patrū fuiſſe paſſum.Arriani uerò dicunt aliud patrē eſſe,aliud filium,nō unā ſubſtantiam,ſed duas:patrem maiorem,filium minorem. Noli hoc dicere tu catholice. In medio ergo nauiga, utrunq; piculosū latus deuita,& dic: Pr̃,pr̃ eſt:& filius,filius eſt. Alius pr̃,alius filius,ſed nō aliud:imò hoc ipſum,qa unus Deus.Ecce oſtenſum eſt,quare unitas in patre eſſe dicatur, cum tres illi unum ſint. *Hilarius in libro de ſynodis:Minus forte expreſsè videtur de indifferenti ſimilitudine patris,& filij,fides locutū eſſe,cum de patre,& filio,& ſpiritu ſancto ita ſenſerit ſignificatā in nominibus propriam vniuſcuiſq; nominatorum,ſubſtantiā,& ordinem,& gloriam,ut ſint quidē per ſubſtantiam tria,per conſonantiam verò unum.Volens ergo congregata ſanctorū ſynodus impietatem eā perimere,quæ vnitatem patris,& filij,& ſpirituſsancti nūm numero illuderet,vt non ſubſiſtente cauſa vniuſcniuſq; nominis triplex nuncupatio obtineret ſub falſitate noīum vnionē,& pater ſolus,atq; vnus idē & ipſe haberet,& ſpūſsancti nomen,& filij:idcirco tres ſubſtantias eſſe dixerunt,ſubſiſtentium perſonas per ſubſtantiā edocentes,non ſubſtantiā patris,& filij diuerſitate diſsimili eſſentiæ ſeparantes. Quod autē dictum eſt,vt ſint quidem per ſubſtantiā tria,per conſonantiā verò vnum:non habet calumniā,*

quia

quia cognominato ſpiritu,ideſt paracleto,conſonantiæ poriùs,q̃ eſſentiæ per ſimilitudinem ſubſtantiæ prædicari conuenit vnitatem.Item in eodem:Cum Deū patrem confitemur,& Chriſtum Dei filium puædicamus, & inter hæc diuortium duum Deorum ſit irreligioſa confeſsio, non poſſunt ſecundū naturæ indifferentiā, & nomen indifferens,non vnum eſſe in eſſentiæ generatione,quorū eſſentiæ nomen non licèt eſſe niſi vnum. Non enim religioſa vnitas nominis indifferentis naturæ eſſentia conſtitutā perſonam genitæ ademit eſſentiæ:vt vnica,ac ſingularis Dei ſubſtantia per vnionem nominis intelligatur,cum vtriuſq; eſſentiæ nominum, ideſt, vnus Deus, ob indiſcretæ in vtroq; naturæ indiſſimilem ſubſtantiam prædicetur.

Quare dicitur eſſe æqualitas in filio, cum ſit vna æqualitas trium,& concordia ſpirituſancto.

Nunc videamus quare æqualitas dicatur eſſe in filio,cū vna, & ſumma æqualitas ſit triū.Hoc ideo fortè dictū eſt,quia filius genitus eſt à patre ęqualis gignenti,& dono,qđ ab vtroq; procedit:& ideo illa tria dicuntur eſſe æqualia pp filium. Filius enim habet à patre, vt ſit ei æqualis,& ſpirituſancto:& ſpirituſsanctus ab vtroq; hēt, vt ſit æqualis vtrique.Hoc aūt ſine aſſertionis ſupercilio,& maioris intelligētiæ præiudicio dicimus, malentes in apertione tam clauſorum ſermonū peritiores audire, q̃ aliquid alijs influere.

Quare in ſpirituſancto dicitur eſſe vtriuſque concordia, vel connexio.

Quod autem in ſpirituſancto dicitur eſſe vtriuſq; concordia,& per eum oīa connexa,facilior eſt intelligentia,nobis præmiſſa ad mentē reuocantibus. Supra enim ſecundum auctoritates ſanctorum dictum eſt, quòd ſpirituſsanctus amor eſt, quo pater diligit filium,& filius patrē.Rectè ergo ſpirituſsanctus dicitur connexio, vel concordia patris,& filij,& per eum omnia connexa.Vnde Augu.in quinto lib. de Trin.Communio quædam conſubſtantialis patris,& filij eſt amborum ſpirituſsanctus. Idem in ſeptimo lib.de Trin.Spirituſsanctus eſt ſumma charitas,vtrunq; coniungās,nosq; ſubiungens.
Augu. de Trin. li.5. c.11. Idem li.7.de Trini.cap.3.

Sſima diſtin.31.

POſtquam tractatum eſt de proprijs perſonarum,hic determinatur de appropriatis earum.Præmittunturq; aliqua de æqualitate,& ſimilitudine perſonarum, & qualiter attendantur penès eſſentiam, non penès relationem,iuxta ſenſum ſupra inductum. Deinde fit mentio de appropriatis perſonarum, quo circa manifeſtatur profunditas verborū S. Hilarij, & expoſitio eorundem ſm Auguſtinum. Conſequēter ponitur appropriatio perſonarum,à ſancto tradita Auguſtino: & qualiter illa coincidat cum appropriatione Hilarij.Finaliterq; inducitur aſsignatio ab Apoſtolo poſita. Hæc eſt diſtinctionis huius materia.

QVAESTIO I.

MOdo quæritur, *An appropriatio Hilarij,vt pote quòd in patre eſt æternitas,in imagine,ideſt filio eſt ſpecies,in munere, ideſt in ſpirituſancto eſt vſus,extet conueniens.* ¶Videtur,cp nō,ſupra enim diſtinct. 8. eſt dictum,cp æternitas eſt proprietas eſſentiæ,nō ergo perſonæ.
Argultur 1.cōtra veritatem.

¶ Secundò,qa præhabitū eſt, cp genus,& ſpecies in diuinis locū non habent. Nō ergo ſpecies appropriandā eſt filio.
2.

¶ Tertiò, Deo fruendū eſt,non utendum, vt patuit diſtinct. 12. Nō ergo vſus,ſed fruitio eſt in ſpirituſancto.
3.

¶Inſup arguitur, cp non cōueniat diuinis,ſuperbeatiſsimisq; perſonis quicq̃ appropriari,cū hoc videatur eſſe errandi occaſio,qa ex hoc poteſt quis æſtimare,cp nō ſint eis cuncta communia.
4.

¶Amplius,patri vr̃ maximè appropriandū eſſe principium,filio veritas, ſeu ſapiētia,ſpirituſancto tranquillitas.
5.

¶Ad hæc Alexā der reſpōdet:Ratio appropriationis Hilarij hęc eſt. Aeternitas nāq; eſt ens nō ab alio eſſentialiter, & pr̃ eſt ens nō ab alio pſonaliter. cū ergo ītellectus eius quod eſt nō eſſe ab alio, intelligit in rōne æternitatis,ideo patri appropriat æternitas, ſ. pp conuenientiam illā. Porrò ſpecies appropriatur filio,eo, cp ſpecies ſit ratio,atq; principiū cognoſcēdi, qm̃ vnumquodq; per ſuā cognoſcit ſpeciem.Cumq; generatio filij à pr̃e ſit per modū notitiæ, ſeu ſicut notitia procedit à mēte,hinc ſpecies filio appropriat. Vſus verò appropriat ſpirituſancto ratione operationis & vtilitatis, cuius principium proximū eſt volūtas. proceſsio aūt ſpirituſsancti eſt,ſicut procedit volūtas,ſeu amor à notitia,& à mente,Deniq; cum ęternitas dicatur per priuationē initij, & finis, & initiū dupſex ſit,puta initium originis,& initium durationis, ſi dicatur ęternitas p priuationē initij durationis,cōmunis eſt tribus pſonis. ſi aūt per priuationē initij ſiue durationis ſiue originis,cedit in proprietatē patris. & ſic ſumpſit Hilarius. Hæc Alexander.

Aeternitas cur ſit patri appropriata.

Spēs cur appropriet ur filio.

¶Circa hæc ſcribit Bonauētura:Appropriatio Hilarij fit ad explanandū perſonarū originē ſeu emanationē. cūq; pr̃ origine careat, ideo qđ importat priuationē principij,debuit ei appropriari,puta æternitas:quę quāuis ex ſuo noīe nō deſignet niſi priuationē initij durationis, tñ p appropriationē dicit priuationē oīs principij Porrò ſpirituſsanctus procedit p modū volūtatis, & amoris.Hinc ei appropriatur nomen,qđ actū exprimit volūtatis,vtpotè vſus. Nā vti eſt aſſumere aliqd in facultatē volūtatis, ſiue ad vtendū ſiue ad fruendū. Qm̃ ergo aſſumptio ad fruendū eſt per amorē, ſimiliter ad vtendū, eo cp amor ſit pōdus,& ordo trahens, & ordinās ad amatū,ideo vſus rectè appropriat ſpirituiſctō.Itaq; vſus accipit hic nō prout diuidit ō fruitionem, ſed put dicit amoris cōplexum actūq; liberum. Atverò filius procedit p modū naturę,ſimilitudinisq; expreſsæ.Idcirco procedit p modū cognitionis,qa expreſsa ſimilitudo eſt ratio cognoſcēdi. Cumq; emanet p modum expreſſę ſimilitudinis,& cognitionis,hēt in ſe oīum rationē, atq; exēplar,hinc hēt perfectæ pulchritudinis rationē. Cum enim ſit pfecta,& expreſſa ſimilitudo, ideo pulcher eſt in cōparatione ad exprimentē.Cumq; habeat cognoſcēdi rationē, nō tm̃ vnius, ſed, & totius vniuerſitatis, iō pulchrū pulcherrimus ipſe mundū mente gerens,eminentiſſimam pulchritudinē habet ad oēm pulchritudinē exemplatā.Ex his duobus perfectiſsima relinquitur
Bonauen.
Boetius.

Auguſt. pulchritudo. Nempe, vt asserit Auguſt. pulchritudo non est nisi æqualitas numerosa. Qm̃ ergo filius ad patrem hẽt pulchritudinem æqualitatis, quia perfectè exprimit patrem, vt plena imago, in cõparatione quoq; ad creaturas habet oĩum rationes tanquã ars plena rationibus cunctorum viuentiũ. Hinc ei ſpecies, ideſt pulchritudo rectè appropriat. Etenim nomẽ ſpeciei importat pulchritudinem, iuxta illud:

Porphy. Species Priami digna est imperio, & similitudinẽ cognoscendiq; rationem. Natura siquidẽ producit ſibi ſimile, & æquale pro poſſe. idcirco cũ filius emanet per modũ naturæ, habet rationẽ expreſſæ, & perfectæ ſimilitudinis. & ex eo, q̃ hẽt rationẽ perfectæ ſimilitudinis, hẽt rõnem cognitionis, & rõne vtriuſque hẽt ſummę pulchritudinis rationẽ. Hęc Bonau.

Thomas. ¶Thomas quoq; his conſonãs: De appropriatione, inquit, contingit loqui dupliciter. Primò ex parte rei, ſecũdo ex parte noſtri, & vtrobiq; conueniẽtia inuenitur. Quãuis enim attributa eſſentialia tribus perſonis extent cõmunia, tñ vnum ſm rationẽ ſuam magis hẽt ſimilitudinem cum proprio vnius perſonæ, quàm alterius. Ideo huic perſonæ magis appropriatur. Verbi gratia, Potentia habet in ratione ſua principiũ. Potentia enim eſt principiũ transmutandi. ideo patri appropriatur, qui eſt principiũ ſine principio: & ſapientia filio, qui procedit, vt verbũ: bonitas ſpirituiſancto, qui procedit, vt amor cuius obiectum eſt bonũ. ſicq; ſimilitudo appropriatæ ad propriũ perſonæ, facit conuenientiã appropriationis ex parte rei, quæ etiam eſſet, ſi homo nõ eſſet nec aliqua creatura. Secundò, ex parte noſtra cõuenientiã facit vtilitas conſequens. Inuenitur namq; diſtinctio, & ordo in attributis diuinis, ſed differenter: qm̃ in perſonis eſt diſtinctio, & ordo realis, in attributis verò ſm rationem. Hinc quãuis per attributa non poſsimus ſufficienter, & diſtinctè aſcendere ad cognoſcendum propria perſonarum, tñ inſpicimus in appropriatis aliquã perſonarũ ſimilitudinẽ, ſicq; valet appropriatio talis ad aliquã fidei manifeſtationẽ, quãuis imperfectam, quemadmodũ & ex veſtigio atque imagine ſumit aliqua via perſuaſiua ad manifeſtationẽ, & notitiam perſonarũ. Denique appropriatũ formaliter ſumptũ, videlicet inquantũ appropriatum, includit in ſe proprij rationem, illis quoq; attributis præcipuè cõpetit appropriari perſonis, quæ ex ſua ratione habent ſimilitudinem, vel ad originem perſonarũ, ſicut potentia, quæ eſt principiũ productionis, vel ad determinatum modũ originis, vt bonitas ad proceſsionem amoris, ſapientia verò ad verbi proceſsionem. Nam, & proceſsiones perſonarũ ad intra diſtinguuntur, ac nominantur ſm diuerſas rationes attributorum, ſm quod dicimus, q̃ ſpirituſſanctus procedit per modũ voluntatis, & filius per modum naturæ, & intellectus. Hæc Thomas in Scripto, in determinatione q̃ſtionis qua quærit in generali, an eſſentialia attributa diuinis appropriẽt perſonis. ¶Inſuper de appropriatione Hilarij S. Doctor: In appropriatione, ait, Hilarij ponũtur tria propria nomina perſonarũ: videlicet pater, imago, & munus: & tria appropriata, quæ ſunt æternitas, ſpecies, vſus. Cuius appropriationis ratio eſt. Aeternitas enim in ſua ratione includit duo. vnum eſt, quòd eſt oĩs durationis principium, inquãtum eſt prima mẽſura. Vnde ab eo fluunt æuũ, & tẽpus, ſicq; hẽt ſimilitudinẽ ad propria patris, quæ ei conueniunt: inquantum eſt principiũ per generationẽ, & ſpirationẽ: hoc eſt, ad paternitatẽ, & cõem ſpirationem. Secundò hẽt in ratione ſua priuationẽ principij, & in hoc conuenit cũ proprietate patris, quæ cõuenit patri, inquantũ eſt auctor: vel principium nõ de principio, hoc eſt: cũ innaſcibilitate. Inſuper ad rationẽ pulchritudinis duo concurrunt, ſm S. Dionyſium c. 4. de diuinis nominibus, vtpotè cõſonãtia, & claritas. Dicit enim, q̃ Deus eſt oĩs pulchritudinis cauſa, inquantũ eſt cauſa conſonãtię, & claritatis. Vnde, & homines dicimus pulchros, qui proportionata habent membra, ſplendidumq; colorẽ. His duobus Philoſophus addit tertium 4. Ethicorũ quo ait: Pulchritudo nõ eſt niſi in corpore magno. Propter qd̃ homines parui poſſunt dici cõmenſurati, atq; formoſi, nõ pulchri. & ſm hæc tria pulchritudo cõuenit cũ proprijs filij. Inquantũ enim filius eſt imago patris perfecta, ſic inter patrẽ, & ipſum perfecta eſt conſonantia: quia ſimilis, & æqualis eſt patri plenariè ſine omni diſſimilitudine, & inæqualitate. Inquantũ verò verus eſt filius, habet perfectè patris naturam. ſicq; magnitudinẽ habet, quæ in perfectione cõſiſtit naturæ diuinæ, ſed inquantũ eſt verbum patris, perfectam habet claritatẽ ſuper oĩa irradiantẽ, & in qua cuncta reſplendent. Rurſus triplex conſonantia eſt in filio. Eſt enim in eo conſonantia ad patrem, cui omnino eſt ſimilis, & æqualis; conſonantia quoq; ad ſeipſum, in quo oĩa attributa diuina ſunt, & vnũ conſiſtũt: & item ad creaturas, quarum ipſe exẽplar eſt. Amplius, vſus duo dicit in ſua ratione. Primum eſt, q̃ aliquid ſit aſſumptũ in facultatẽ voluntatis. ſicq; conuenit ſpirituiſancto, inquãtum eſt amor, qui in voluntatis eſt poteſtate. Secundum eſt, q̃ eſt ordinatũ ad alterum, qui & ordo conuenit ſpirituiſancto, inquantũ ipſe amor, qui eſt ſpirituſſanctus, non tm̃ eſt in filium, ſed in oẽs etiam creaturas redũdat, ſm q̃ ſibi cõpetit nomen doni. Itaq; vſus, vt ſumit hic, cõmuniter ſumitur, vtpotè prout vti eſt aliquid in facultatẽ aſſumere, non ſtrictè, prout dicit relationẽ in finẽ. Vſus namq;, vt ſumitur cõiter, etiam notat beatitudinem, & fruitionem, vt patet in expoſitione verborũ Hilarij ab Auguſtino inducta. Habet quoq; in ſe rationẽ ordinis non in finem, ſed ad effectus, quos ſua bonitate perfundit huberrimè. Hæc Thomas in Scripto.

Dionyſi⁹ Areopag.

Philoſo.

Triplex eſt conſonantia in Dei filio.

Vſus duo dicit ĩ ſua ratione.

art. 7. ¶De hac demũ materia ſcribit in prima parte Sũmę quæſt. 39. & quæ ſcribit ibidem, videntur in iam dictis, moxq; dicendis, ſatis virtualiter contineri. & ſi quæ ex illis addenda uidentur, paulòpoſt apponẽtur prę habitis. ¶Petrus concordat. Richardus quoque hic proteſtatur: Non appropriatur patri æternitas, quia realiter ei magis cõueniat, quàm filio, aut ſpirituiſancto, ſed qm̃ primò occurſu maiorem hẽt apparentiam conuenientiæ, ſeu aſsimilationis cum proprio patris, quàm filij, aut ſpirituſſancti. Præcipuam enim conuenientiam habet cum innaſcibilitate, quia à nullo eſt. Idem dicendũ de appropriatis filij, ac ſpirituſſancti. Hæc Richardus. ¶Qui iſta benè declarat, ſed ſenſus uerborũ eius præhabitus eſt. In quibus habet difficultatem, q̃ ait iſta appropriari perſonis, qm̃ primo occurſu maiorem cõuenientię apparentiam habent cum proprijs perſonarum. Ex quibus ſequi uidetur, q̃ appropriatio iſta ſolum ſit ſm apparentiam, non exiſtentiam. & ſic inanis, caſſa, & ficta uidetur, ſi nihil ei correſpõdet in re. Si militer his uerbis Richardi uidetur contrariari, qd̃ nunc ex Thoma inductum eſt, aſſerente, quòd appropriatio iſta uno modo attenditur ex parte rei: qua uidelicet quædam attributa ex propria ratione maiorem conuenientiam habent cum proprio perſonæ unius, quàm alterius (quod uerum reor) alio modo ex parte noſtra. Sed idcirco (ni fallor) Richardus ſic loquitur, quoniã res ſignificata nomine attributi

Petrus. Richard

Dio. Car.

attributi, ſeu appropriati, tam verè atque perfectè in alijs eſt perſonis, ſicut in ea cui appropriatur. Ni hilominus ipſum appropriatum ſecundum rationẽ ſuam propriam, ac formalẽ, magis aſsimilatur proprio vnius perſonæ, quàm alterius. Verum res ipſa vna, & eadem, ac ſimpliciſsima, eſt in tribus ſupernenerandis, ſuperglorioſiſsimis, incõparabilibusq; perſonis. Præterea qualiter vſus approprietur ſpiritui ſãcto, Richardus declarat modo aliqualiter ſpeciali, dicendo: Vſus ſiue accipiatur propriè, & in ſignificatione actiua, ſiue impropriè pro frui, conuenienter appropriatur ſpirituiſancto, non quia magis realiter conuenit ſpirituiſancto, quàm patri, & filio: quælibet enim perſona vtitur creatura, attamen qm̃ vti eſt diligere aliquid propter aliud, & ſpirituſſanctus eſt amor ſpiratus: hinc vti inquantum eſt actus amoris, magis aſsimilatur, & conuenit cũ proprio ſpirituſſancti. Vti verò paſsiuè nulli conuenit perſonæ diuinæ, quoniam nõ eſt eis vtendum, ſed fruẽdum. Rurſus, cum frui aliquo ſit illi inhærere amore propter ipſum, & quamuis vna quæque diuina perſona fruatur alijs diuinis perſonis ſicut ſeipſa, tamẽ ipſa fruitio ratione amoris in ſua ratione incluſi, potiſsimè aſsimilatur proprio ſpirituſſancti. Auguſtinus autem vſum videtur pro fruitione accipere, qm̃ ait, q̃ complexus patris, ac filij non eſt ſine fruitione, charitate, & gaudio. Videturq; velle, q̃ ratione fruitionis illius, vſus approprietur ſpirituiſancto. Hæc Richardus.

Vti paſsiuè nulli cõuenit diuinę perſonæ.

Auguſti

Albertus. ¶De his ſcribit Albertus diffusè, ſed ſenſus verborum eius in præhabitis continetur.

Vdalric⁹. appropriatum quod ſit. ¶Vdalricus demum in Summa ſuo lib. 3. loquit: Appropriatum dicit acceſſum ad proprium, & dicitur appropriatum, non quia ſolũ conuenit vni perſonæ, quia ſic propriũ eſſet: nec ideo, quia antonomaticè conuenit ei, quia in ſumma Trinitate nõ eſt maius, & minùs, ſed qm̃ rationes nominum inter ſe magis conueniunt. Cum igitur in diuinis vnaquæque perfectio ſuam ſeruet proprietatem, patet, q̃ appropriatio non eſt à noſtro intellectu niſi cõpletiuè, ſed cauſatur à re, quę etiam eſſet, quamuis nullus intellectus creatus conſisteret. Nihilominus ſancti cum ſumma diligentia exquiſierunt ipſa appropriata, quia per ipſa tanquam per notiora deuenimus in fidem, intellectumq; propriorum. ſicq; aptitudo appropriabilitatis, quæ eſt ex parte rei, p̃ nos in actum reducitur. Interdum quoq; fit appropriatio, ad inſinuandum, q̃ propria nomina perſonarũ non conueniunt eis cum imperfectione, prout conueniunt creaturis. ſicq; ſecundum Aug. quia in rebus humanis patri ſolet ineſſe ex antiquitate infirmitas, filio ex inexperientia ignorantia, ſpiritui ex ſpirituoſitate tumor, & animoſitas: idcirco oppoſita horũ appropriantur diuinis perſonis, ad innuẽdum, q̃ nihil tale in eis ſit. Sicq; patri appropriatur potentia, filio ſapientia, ſpirituiſancto bonitas, benignitas, beneuolentia. Veruntamen ratio iſta appropriationis non valet, niſi præfatam rationem, vtpotè conuenientiam cum proprio, habeat ſibi cõiunctam. aliter namq; appropriatio eſſet ſolum ſecundum nos, nec haberet fundamentũ in re. ¶Et ſi quę ratur an appropriatũ neceſſariò præſupponat proprium: dicendum, q̃ imò, loquendo de appropriato formaliter. nec ſic eſſent appropriata, ſi non eſſent propria perſonarum. Hęc Vdalricus. Qui conſequenter appropriationẽ Hilarij benè, & ſatis prolixè exponit, patetq; ſenſus ex dictis, tamen de ſpiritui ſancto adiungit: Cum ſecundum expoſitionem Auguſtini, vſus dicatur delectatio, iucũditasve amborum, non intelligitur hoc de iucunditate, aut delectatione principiata ab eis, vt ſunt diſtinctæ perſonæ à ſpirituſancto. Hoc namque eſt propriũ ſpirituſſancti magis, quàm appropriatum, cum includatur in ratione amoris perſonalis, atq; ſpirati, ſed intelligitur de delectatione, & iucunditate, qua pater, & filius formaliter ſunt beati, quæ includitur in amore eſſentiali. Sic quippe ſunt appropriata ſpirituiſancto, ſicut, & amor eſſentialis. Hæc Vdalricus. Concordat Durandus.

Auguſti. Cauſa appropriatorũ ex parte noſtra.

Quæſtio.

Auguſt.

¶Ad obiecta patet pro parte ſolutio. Aeternitas quippe, vt tactum eſt, alia conſideratione ponitur proprietas diuinæ eſſentiæ, & appropriatũ patris. Soluũtur argumẽta initio quæſtionis adducta. ad 2.

¶Ad ſecundum, quòd ſpecies non ſumitur hic prout eſt vniuerſale, & vnum quinque prædicabilium. quomodo autem ſumatur iam patuit. Scribit autem circa hoc Petrus: Species multipliciter ſumitur. Primò pro forma vniuerſali, quæ prædicatur de pluribus. ſecundò pro forma ſubſtantiali, quædat eſſe. Tertiò pro exteriori formoſitate, quæ eſt in quarta ſpecie qualitatis. Quartò pro forma intelligibili. Ad tertium, quòd vti nõ capitur hic prout diſtinguitur contra frui. ad 3. ad 4.

¶Ad vltimum appropriatio iſta non eſt directè errandi occaſio, ſed manuductio ad intelligendum propria perſonarum, ſicut oſtenſum eſt.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *An appropriatio Auguſtini ſit apta, cum dicitur, In patre eſt vnitas, in filio æqualitas, in ſpirituſancto vnitatis, & æqualitatis connexio.* ¶Videtur, q̃ non, quia iam ſupra contentum eſt, q̃ ſpirituſſanctus eſt vnitas, ſeu vnio patris, ac filij. ergo ſpirituiſancto appropriãda eſt vnitas. ¶Secũdò, quia in patre eſt maior pluralitas notionum, quàm in filio, aut ſpirituſancto, in filio quoque maior, quàm in ſpirituſancto. imò in ſpirituſancto nõ eſt niſi vna relatio, vnaq; notio, ergo vnitas appropriãda eſt ei. Tertiò, ſimilitudo præſertim eſt de imaginis ratione, & magis, quàm æqualitas, ergo ſimilitudo potiùs, quàm æqualitas appropriãda eſt filio, qui propriè eſt imago. ¶Quartò, ens, & vnum conuertuntur, ſed ens non appropriatur, ergo nec vnum. ¶Quintò, vnitas patri appropriata, aut eſt vnitas principium numeri, aut vnitas entis. ¶Ad hoc Thomas reſpondet: Vnitas quantum ad id, q̃ poſitiuè aliquid dicit, habet rationem principij, ſecundũ quod vnitas eſt principium numeri. ſicq; ſimilitudinem habet cum duabus proprietatibus patris, videlicet cum paternitate, qua dicitur principium filij: & cum cõmuni ſpiratione, qua ſimul cum filio eſt principium ſpirituſſancti. Sed prout ratio vnitatis conſiſtit in negatione, ſic negat diuiſionem, & per compoſitionem præexiſtentem. ſicq; negat rationẽ principij eam integrantis, quoniam ea, in quę res diuiditur, ſunt principia integrantia ipſam: & ſic vnitas ſimilitudinem habet cum innaſcibilitate, ſicut æternitas, vt ait Magiſter. Aequalitas quoq; appropriatur, & conuenit filio ſecundum proprium ſuæ proceſsionis modum, vt patet in cunctis perſonalibus nominibus filij. Ex hoc nempe dicitur filius, q̃ eandem, & æqualẽ recipit naturam, quam generãs habet. imago item, & verbũ perfectum, in ſua ratione includuut æqualitatẽ. Sic, & nexus appropriatur ſpiritui ſancto ex modo ſuæ proceſsionis, inquantum eſt amor patris, & filij, quo vniuntur: atque cõnectit nos Deo, inquantum eſt donum, & charitas. Itaq; vnitas ſumpta abſolutè, ſecundum quod ha-

Arguitur 1. cõtra veritatem. 2.

Aequalitas appropriatur filio.

Nexus appropriatur ſpirituiſancto.

bet rationem principij, patri appropriatur: sed sumpta pro vnione plurium in vno amore, attribuitur spiritui sancto. Porrò nexus, seu connexio amoris, est propriũ spiritus sancti. Sed quia quæcunq; conueniunt in aliquo, dici possunt connexa in illo: hinc cõnexio absolutè dicta, non nisi conuenientiã quãdam importat. sicque est appropriatum, non Proprium spiritus sancti. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus. ¶Circa hæc loquitur Petrus: Tres sunt primæ generales intentiones, seu rationes, videlicet vnum, verum, bonũ. Bonitas appropriatur spiritui sancto, veritas filio, vnitas patri. Vnũ verò dupliciter capitur. Primò, vt conuertibile est cũ ente. & sic non est in aliquo genere determinato, sed circuit oẽ genus, vt ens. Secundò, vt est principiũ numeri, & sic est in quantitatis prædicamento. Vtroq; autem modo appropriatur patri. Primò ratione primitatis, inquantum est vna generalium rationum primarum: secũdò, inquantum est principium numeri. Nam omnis multitudo à patre tanquam à principio primo profluxit. Quamuis verò vnum, & ens conuertũtur, tamen formaliter distinguuntur: quia ens dicitur absolutè, vnum aũt in comparatione ad alia, à quibus distinguitur, & quibus cõnumeratur. Insuper æqualitas filio appropriatur. quamuis enim æquale sit relatiuum æquiparantiæ, & ob hoc vtriq; extremo æqualiter competat, prout dicit respectum solũ, non motum ad illum, plus tamen appropriatur proprio filij, qđ est imago. Rursus, in filio est summa, & prima æqualitas ad patrem, quoad actus essentiales, & notionales, non in spiritu sancto. Concordia verò præsupponit quandã pluralitatem, solum aũt spiritum sanctum præcedit ſm intellectũ pluralitas, puta dualitas patris, ac filij. Idcirco concordia appropriatur spiritui sancto. Denique spiritus sanctus est propriè amor spiratus. concordia verò in creaturis, est effectus amoris. & sic conuenientiam specialem habet cũ amore, qui est propriũ spiritus sancti. Triplex demũ concordia ponitur inter patrem, & filiũ. Vna in essentiali amore, qui est diuina essentia. Hæc concordia cõmunis est tribus personis, sed appropriatur spiritui sancto pp assimilationem cum proprio eius, sicut, & charitas. Secunda patris, & filij concordia, est in amore notionali, scilicet in cõmuni spiratione, quæ est proprietas patris, & filij: nec est appropriabilis spiritui sancto, quia non conuenit ei. imò est relatio opposita ei, seu eius relationi. Tertia concordia est in amore personali, puta in spiritu sancto. Hæc propria, nõ appropriata dicitur spiritui sancto, qm ipse est illa. ¶Si autem obijciatur q̃ ſm Apostolum, Filius est pax nostra, qui fecit inter patrẽ, & inter mortales concordiã, imò filio appropriatur concordia: Dicendum, q̃ verum est, loquendo de concordia humana ad Deum. Hæc Petrus. Concordat Richardus. ¶At verò scripta Alberti hic consonant Thomæ, imò, quæ Albertus scribit obscuriùs, Thomas expressit lucidiùs. Vdalricus verò de his scribit in Sũma sua lib. 3. satis prolixè, nec vacat oĩa recitare. cõcordat tñ dictis, atq; dicẽdis.

Cõcordia appropriatur spiritui sancto.

Triplex concordia est inter patrem, & filium.

Diluitur obiectio. Ephe. 2.

Albertus.

Bonauen. ¶Bonauẽtura verò hic protestatur: Quemadmodum appropriatio Hilarij est ad explicandũ personarum originem, ita hæc Augustini ad exprimendum ordinem personarum. Cum ergo persona patris sit prima antequam non est alia, & quæ non est ex alia, ideo ei appropriata est vnitas, quæ est prima in numero, & antequã nihil est in numero. & quia persona filij est secunda, patrem plenariè repræsentans, conuenit ei æqualitas, & etiam ratione primæ, atque perfectæ associationis, quæ primò intelligitur in filio, cum sit secũda in Summa Trinitate persona. Cumque spiritus sanctus sit tertia in Trinitate persona, appropriatur ei cõcordia, quæ ponit duos concordabiles, & tertium concordantem. Ideo primo incipit concordia, vbi primò intelligitur tertia oriri persona, sicque dicitur concordia, quia distinctos connectit, quod conuenit spiritui sancto secundum rationem suæ emanationis. Filio autem secundum rationem mediationum, quoniam mediator est Dei, & hominum per naturam assumptam. Hæc Bonauentura.

¶Concordant Durãdus, & Thomas de Argent.

1. Tim. 2. Alexan. ¶Præterea Alexander: Vnitas, inquit, appropriatur patri duplici ratione. Prima, qm̃ sicut pater non est ab alio, ita nec vnitas. Secũda, quoniam sicut pater genuit filium vnum, sic vnitas per se multiplicata generat vnitatem. Aequalitas autem appropriatur filio triplici ratione. Primò, quoniam æqualitas nõ potest esse nisi sint duo. Filius autem est, qui primò intelligitur esse post patrem, vt supra. Secundò, quia omnis inæqualitas per æqualitatem reducitur ad vnitatem. Aequalitas namq; est principium in proportionibus. sicut vnitas in numeris. Quoniam ergo rationalis creatura reconciliatur patri per filium, patri attribuitur vnitas, inæqualitas verò rationali creaturę ratione culpę. Hinc filio appropriatur æqualitas tanquam medio reductionis creaturæ ad patrem. Tertia est, quia primo in filio intelligitur æqualitas, & primo accipit eam, & dat. sed spiritus sanctus non accipit eam primo, nec dat eam alicui diuinæ personæ. Porrò cõcordia attribuitur spiritui sancto ratione quadruplici. prima, qm̃ ipse est signum connexionis patris, & filij. Secunda, qm̃ ipse vnus existens, est simul à patre, & filio, qui conueniunt, & vniuntur in eo tanquã in communi germine suo. Tertia, quia procedit ab eis ſm quod vnũ sunt, atque ſm vnam notionem, quæ est communis spiratio. Quarta, quia spiritui sancto adscribitur cõseruatio totius boni, ac esse. In patre ergo origo est vnitatis, in filio inchoatio pluralitatis, in spiritu sancto consummatio Trinitatis. Hæc Alexander.

Vnitas cur patri sit ap propriata.

Cõcordia cur sit attributa spiritui sancto.

Soluũtur argumẽta initio quæstionis adducta. ad 2. ad 3. ¶Ex his patet pro maxima parte instantiarum solutio, quia ad primam dicẽdum, q̃ vnitas prout appropriatur patri, ipsaq; vnitas, vel potiùs vnio, quę appropriatur spiritui sancto, diuersimodè accipiuntur. ¶Ad secũdam, q̃ omnia, quæ sunt in patre, sunt substantialiter idẽ, quod pater, nec vna persona diuina est minùs simplex, quàm alia. ¶Ad tertiã Thomas respondet, q̃ sicut æqualitas appropriatur filio, ita, & similitudo. sed Augustinus ponit æqualitatem, qm̃ in diuinis similitudo includit æqualitatẽ, non econtra. Cum enim in diuinis non sit quãtitas nisi virtutis, quæ fundantur in aliqua forma: sequitur, q̃ quęcunque conueniunt in quantitate virtuali, conueniunt in forma, & ita si sunt æqualia, oportet, q̃ sint similia, non autem ecõtra, quia æqualitas priuat excessum, quem non priuat similitudo: quoniam duo quorum alter est albior alio, sunt similes in albedine, non æquales. Cætera patent.

DE PLENIORI EXPOSITIONE appropriationum istarum, ac aliarum.

Antisiod. EST insuper alia appropriatio, qua ſm Augusti num patri appropriatur potentia, filio sapientia, spiritui sancto beneuolẽtia, vt tactum est supra. cuius appropriationis plures rationes assignat Antisiodorensis in Summa sua libro primo, quorum vna præhabita est, vtpotè ad remouendum carnalis imaginationis errorem, uidelicet ne pater ex antiquitate putetur infirmior, filius ex productione insipientior. Secunda ratio est, qm̃ sicut ex patre profluit filius, & ex utroq; spiritus sanctus, sic ex potentia oritur sapientia, & ex ambabus bona uoluntas, quæ est aĩæ bonitas. Ex intellectuali equidẽ potentia sapientia nascitur. Tertia, quia uiderunt Philosophi, q̃ sine intellectu non est beatitudo, & q̃ in intellectu potissimè beatitudo cõsistit. cumq; Deus beatissimus sit, posuerunt eum summam intelligentiã esse. Viderunt quoq;, q̃ nullius rei sine socio sit iucunda possessio, posuerunt summũ intellectũ ab æterno sociũ habuisse, quem uocauerunt noyn, & uerbũ patris, ac filium Dei. & hæc ratio specialiter tangit, cur filio sapientia approprietur. Quarta est, qm̃ filius est uerbũ, ars, & imago, rationaleq; ſpecũlũ patris, in quo cuncta uidentur. & quia per intellectum procedit à patre attributa ad intellectũ pertinentia, vt sapiẽtia, veritas, ars, ratio, idea, ei appropriantur. Hæc Antisiodorensis. Qui denuo ait ibidem: Quamuis (ſm Ambrosium) idem sit, quod ait Apostolus, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, tamen ſm Augustinum per uerba ista notatur distinctio personarũ: quia ſm Augustinum ex ipso, dicitur propter patrem: per ipsum, pp filium: in ipso, pp spiritum sanctum. Ambrosius aũt respectum habuit ad proprietatem, non ad appropriationem. Ideo pp id, q̃ significant uoces, dixit, q̃ tria illa sint idem. Nihilominus quantũ ad appropriationẽ, con notantur distincta. Nam quantũ ad proprietatẽ, significant tres istæ propositiones causalitatẽ, quam habent tres personæ ad creaturas: sed quantum ad appropriationẽ, hæc præpositio ex, præter causalitatẽ significat auctoritatem primã, quæ soli conuenit patri. Similiter præpositio, per, præter causalitatem significat subauctoritatem, quæ est in filio respectu patris. Præpositio uerò, in, significat conseruationẽ in esse, quæ ad Dei pertinet bonitatem, quæ appropriatur spiritui sancto. sicq; quod dr̃ in ipso, spiritui sancto appropriatur. & ita non sunt idem hæc tria. Sed quantũ ad significationem præpositionum, ſm quam per præpositiones non significatur nisi causalitas, idem sunt: quia de qualibet diuina persona dici singulatim potest, q̃ ex ipsa, per ipsam, & in ipsa sunt omnia. Porrò cum dicitur, omnia sunt ex patre per filiũ, præpositio, per, notat subauctoritatem in filio respectu pr̃is, & causalitatem in filio respectu creaturarũ. Vnde quod dicitur, omnia sunt ex patre, vel à patre per filium, tñ est dicere: pater omnia operatur per filium. & q̃ præpositio, per, notat hic subauctoritatem ſm consuetudinem sacræ scripturæ. Quoties enim præpositio per construitur cũ uerbo transitiuo, notat auctoritatem ſm consuetudinem scripturarum. Veruntamen ſm communem usum loquendi, præpositio per iuncta uerbo transitiuo, potest notare tam auctoritatem, quàm subauctoritatem. propter quod ambæ hæ conceduntur, Seruus operatur per Dominum suum, & Dominus operatur per seruum suum. Hæc Antisiodorensis.

Ambros? Roma. 11. Augusti.

Præpositio per notat auctoritatem si cõseruat cum verbo transitiuo.

Aegidius. ¶Aegidius demum de præinductis materijs scribit multum prolixè, concorditer tñ ad præinducta, cuius scripta in dictis, atq; dicendis uirtualiter continentur. Nam, & appropriationes sanctorum Augustini, & Hilarij præhabitis modis interpretatur.

Tho. Arg. ¶Thomas uerò de Argentina: De attributis, inquit, dupliciter loqui cõtingit. Primò ſm rem, sicq; omnino sunt unum, & idem, nec appropriantur. Secundò penès propriam rationem eorũ, & sic quædam appropriãtur, quędã non. Appropriatio quippe non aliud est, quàm specialis attributio rationi alicuius conformitatis cum proprio alicuius personæ. Hanc appropriationẽ habet consuetudo scripturæ, quæ opera manifestatiua potentiæ attribuit patri: opera uerò manifestatiua sapientiæ, filio: & manifestatiua bonitatis, spiritui sancto. Deniq; appropriationem Hilarij, appropriantis patri æternitatem, filio pulchritudinẽ, spiritui sancto usum, Augustinus exprimit alijs uerbis, approprians pr̃i unitatem, quia à nullo est, & alia cuncta ab ipso: filio q̃qualitatem, quia perfecta imago est patris: spiritui sancto unitatis, & æqualitatis connexionem, cũ sit amor amborum. Est item appropriatio quarta, quã patri ascribitur ratio principiandi, & originãdi, cũ ipse sit summè principium: Filio autem ratio exemplandi, qm̃ summè pulchrum, & sapientiale principium: spiritui sancto ratio faciendi, vel conseruandi, quoniam ipse est summè bonum, atque proficuum. Hæc Thomas de Argentina.

Hilarius.

1. p q. 39. artic. 8. ¶Præterea de uniuersis appropriationibus istis, & distinctionibus earundem, pulchrè loquitur in prima parte Summę S. Thomas: Intellectus, inquiẽs, noster, qui ex creaturis in cognitionem manuducitur Dei, considerat Deum ſm modum, quẽ ex creaturis assumit. In consideratione autem rei creatæ quatuor per ordinem nobis occurunt. Primò namque consideratur res absolutè, inquantum est ens quoddam. Secunda consideratio rei est, inquãtum est una. Tertia, prout est efficax seu habens virtutẽ ad operãdum. Quarta, ſm habitudinem eius ad alia. Conformiter quadruplex consideratio ista circa Deum nobis occurrit, atque ſm primam cõsiderationem, qua consideratur Deus absolutè ſm esse suum, sumitur appropriatio Hilarij, ſm quam æternitas appropriatur patri, ſpecies filio, vsus spiritui sancto. Aeternitas quippe inquantum significat nõ esse principiatum, similitudinem hẽt cum proprio patris, qui est principium sine principio. Species autem seu pulchritudo similitudinem habet cum proprijs filij. Ad pulchritudinem enim tria exiguntur. Primũ est integritas, seu perfectio rei. Diminuta nãque sunt turpia. Secundũ est proportio, seu consonantia debita. Tertium claritas, seu viuidus color. Quantum ad primum horũ, ſpecies similitudinem habet cum proprio filij: inquantum est filius, habẽs in se verè, & perfectè naturam patris. Quantum ad ſm similitudinem habet cum proprio filij, inquantum filius est imago patris expressa. Imago etenim dicitur pulchra, dũ perfectè rem repræsentat, quãtis turpẽ. Quantum ad tertiũ, conuenit cũ proprio filij ſm quod filius est verbum, quòd est lux, ac splẽdor intellectus. Vsus uerò similitudinem hẽt cum proprijs spiritus sancti, ut iã supra expositum est. Essentia verò, & operatio nõ dicuntur appropriata, qm̃ ratione eorum ob suam cõitatem nõ inuenitur aliquid similitudinẽ habẽs cum proprijs pſonarũ.

Essentia, & operatio cur nõ dicantur appropriata Augusti.

¶Secundò consideratur Deus, ut unus, & sic Augustinus patri attribuit unitatẽ, filio æqualitatẽ, spiritui sancto concordiã, seu connexionem: quæ tria unitatem important differenter. Nam unitas dicit absolutè, non præsupponens aliud aliquid. ideo appropriatur, qui nullã pręsupponit personam, quia à nullo est. Aequalitas aũt importat unitatẽ in respectu ad alterũ, quia æquale uocatur, quod hẽt unam quãtitatem cum alio. Idcirco æqualitas appropriatur filio, qui est principium de principio. Connexio uerò importat unitatem aliquorum duorum. Hinc appropriatur spiritui sancto, qui est à duobus.

¶Iuxta tertiam considerationẽ, qua cõsideratur

Deus, vt virtutem ſufficientem ad cauſandum in ſe habens, ſumitur tertia appropriatio, ſcilicet potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis, quæ appropriatio fit ſm rationem ſimilitudinis, ſi conſideretur quid in diuinis exiſtat perſonis: & ſm rationem diſſimilitudinis, ſi conſidereť quid ſit in creaturis. Potentia quippe habet rationē principij, ſicq; ſimilitudinem hēt cum patre cęleſti, ſed deficit qñq; patri terreno ob ſenectutē. Sapientia ſimilitudinem hēt cum filio cęleſti, inquantū eſt verbū, quod aliud non eſt niſi cō ceptus ſapientiæ. Deficit autem ſapientia interdum filio terreno ob temporis paucitatē. Bonitas demū cum ſit ratio, & obiectum amoris, ſimilitudinē habet cum ſpiritu diuino, inquantum ſpiritus ille eſt amor. ſed repugnātiam habere videtur ad ſpiritum terrenum, ſm quod ſpiritus ille importat violentiā Iſaiæ 26. quandā, & impulſionem, iuxta id Iſaiæ: Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem. Virtus autem appropriatur filio, atque ſpirituiſancto, non prout virtus dicitur potentia rei, ſed prout interdū virtus vocatur id, qđ à potentia rei procedit, prout dicimus aliqđ factū virtuoſum, eſſe virtutē agētis.

¶ Inſuper iuxta quartam cōſiderationem, prout cōſideratur Deus in habitudine ad ſuos effectus, ſumitur appropriatio illa, ex quo, per quē, & in quo. Hæc enim præpoſitio ex, importat qñque habitudinem cauſæ efficientis, quę cōuenit Deo ratione ſuę actiuæ potentiæ. Vnde appropriatur patri ſicut potentia. Sed præpoſitio, per, deſignat aliquando mediam cauſam, ſm qđ faber operari dicitur per martellum. & ita ly per quem, non eſt appropriatū, ſed Ioan. 1. proprium filij, iuxta illud Ioānis: Oīa per ipſum facta ſunt, non ꝙ filius ſit inſtrumentum, ſed qm eſt principium de principio. Interdum verò per quē, deſignat habitudinem formæ, per quam agēs operatur, ſicut artifex operatur per artem ſuam. ſicque ſicut ſapiētia, & ars, ita per quem appropriať filio. Hæc aūt præpoſitio in propriè denotat habitudinē

Deus continet res duplicīter. continentis. Deus verò continet res dupliciter. Primò, ſm earum ſimilitudines, ſm quod omnia continentur in ſcientia Dei. ſicq;, ꝙ dicitur in ipſo, appropriatur filio, qui eſt ars rationibus plena. Secundò, inquantum conſeruat eas in eſſe ſua bonitate, easq; regit ad finem conuenientem dirigēdo, & italy in quo, appropriatur ſpirituiſancto, ſicut, & bonitas. Nec oportet, ꝙ habitudo cauſę finalis, quāuis ſit prima cauſarū, approprietur patri: quia perſonę diuinę, quarū principium eſt pater, non procedūt ad finem, cū quælibet earū ſit vltimus, ſed naturali proceſſione, quæ magis ad rationē naturalis potentiæ videtur. ¶ Amplius, veritas inuenitur filio appropriari, qui ait: Ego ſum via, veritas, & vita. Similiter Ioan. 14. liber vitæ, iuxta illud Pſalmi: In capite libri ſcriptū Pſal. 39. eſt de me. gloſſa, ideſt apud patrem, qui eſt caput meum Similiter, Qui eſt. Nam ſuper illud Iſaiæ, Ecce ego ad gentes, loquitur gloſſa: Filius loquit̄, qui Iſaiæ 65. dixit ad Moyſen: Ego ſum, qui ſum. Exod. 3.

Quæſtio. ¶ Et quæritur an ſint propria, an appropriata. & apparet, ꝙ propria. veritas namq; ſm Auguſtinum in libro de vera religione, eſt ſūma ſimilitudo principij abſq; diſſimilitudine omni, quod videtur proprium filio. Liber quoq; vitæ ſignificat ens ab alio. omnis etenim liber ab aliquo ſcribitur, & ſicut vī proprium filio habenti principium. Dicendum, ꝙ veritas cum ad intellectū pertineat, eſt appropriatum, non propriū filij. Veritas enim conſiderať dupliciter, vtpotè, vt eſt in intellectu, & vt eſt in re. Quemadmodū ergo intellectus, & res ſimpliciter ſumpta, ſunt eſſentialia, non perſonalia: ita, & veritas. Diffinitio quoq; Auguſtini prætacta, dať de veritate, put filio appropriať. At verò liber vitę in recto importat notitiā, in obliquo vitam: qm̄ liber vitæ eſt notitia eorū, qui habituri ſunt vitam æternā, & ſic filio appropriať, quāuis vita approprietur ſpirituſancto, inquantū eſt amor. Eſſe aūt ſcriptū, non eſt de ratione libri, inquantū eſt liber, ſed inquantū eſt quoddam artificiatū. Hinc liber vitæ non importat originē, nec eſt nomen perſonale, ſed appropriatum perſonæ, videlicet filio. Nomen vero hoc, Qui eſt, appropriatur filio non ſm propriam rationem, ſed ratione adiuncti: inquantum videlicet in locutione Dei ad Moyſen, ꝓfigurabatur liberatio generis humani facta per filium. Hæc Thomas in Sūma.

¶ Deniq; doctor deuotus in breuiloquio, atq; cō Bonauen. pendio ſuo: De pluralitate, inquit, appropriatorum docet ſcriptura, ꝙ quāuis omnia eſſentialia diuinis perſonis æqualiter, ac indifferenter conueniāt, nihi lominus patri appropriatur vnitas, filio æqualitas, ſpirituiſancto bonitas. Et iuxta hanc ſumitur appropriatio illa Hilarij: Aeternitas eſt in patre, ſpecies in imagine, vſus in munere. Sed & iuxta hanc ſumitur appropriatio tertia, ſcilicet in patre eſt ratio principiandi, in filio ratio exēplādi, in ſpirituſancto ratio finiendi. Iuxta quam ſumitur quarta, qua patri omnipotentia, filio omniſciētia, ſpirituiſancto beneuolentia appropriať. Hæc aūt dicunť appropriari, non ꝙ propria fiant cum ſemper exiſtāt communia, ſed qm̄ ducunt ad intelligentiam notitiamq; propriorum perſonarū ipſarum. Cum enim primū principium nobiliſſimū perfectiſſimumq; conſiſtat, nobiliſſimæ, ac generaliſſimę conditiones entis reperiūtur in eo in ſummo. Hæ aūt ſunt, vnum, verū, & bonum: quæ contrahūt ens ſm rationem, non ſm ſuppoſita. Nam vnum, nominat ens connumerale, qđ patet per indiuiſionem ſui in ſe. verum, ſm qđ cognoſcibile, quod patet per indiuiſionem ſui à propria ſpecie: bonum, ſm quod cōmunicabile, quod patet per indiuiſionem ſui à propria operatione. Et quia hæc triplex indiuiſio habet ſe ſm ordinem quantum ad rationem intelligendi, ita ꝙ verū præſupponit vnum, & bonum præſupponit verum, & vnum: hinc iſta tanquàm generalia, & perfecta attribuuntur principio primo in ſummo, & attribuuntur tribus perſonis: qm̄ ordinata ita ſunt, ꝙ ſummè vnum approprietur patri, qui eſt perſonarum origo: ſummè verū, filio, qui eſt à patre, vt verbū: ſummè bonū, ſpirituiſancto, qui eſt ab vtroq;, vt amor, & donum. Et qm̄ ſummè vnū eſt ſummè primum, vtpotè oī carens inceptione, ſummè verum eſt ſummè æquale, & pulchrū, ſummè bonum eſt ſummè vtilè, & proficuū: hinc oritur ſecūda appropriatio, quæ eſt æternitas in pře, quia non habet principiū: ſpecies in imagine, ideſt in verbo, qa eſt ſummè pulchrū: uſus in munere, ideſt in ſpirituſancto, quia eſt ſummè proficuū, & cōmunicatiuum. Quod p alia verba inſinuat Auguſtinus dicēdo: In pře vnitas, in Auguſt. filio ęqualitas, in ſpirituſctō vnitatis æqualitatis q; concordia. Rurſus, qm̄ ſummè vnum, & primū tenet rationē principiandi, & originandi, ſummè pulchrū rationē tenet exemplandi, & exprimēdi, ſummè bonū, & proficuum rationē finiendi, & conſeruandi, qm̄ bonū, & finis ſunt idem: hinc oriť tertia ratio appropriandi, efficientiā, ſeu oīpotentiam patri, exēplaritatem filio, finalitatem ſpirituiſctō attribuēs. Rurſus, qa à primo, & ſummo principio fluit oē poſſe, à primo, & ſummo exēplari oē ſcire, atq; ad ſummū finem tendit oē vellè, idcirco neceſſe eſt primum eſſe oīpotentiſſimum, omni ſapientiſſimū

&

& beneuolentiſſimum. Vnitas autem ſumma, & prima rediens ſuper ſeipſam reditione completa, eſt omnipotentiſſima. ſic & veritas ſapiētiſſima, & bonitas beneuolentiſſima. & hæc appropriantur perſonis, quia inſinuant ordinem. Volūtas quippe dat præintelligere cognitionem. Voluntas quoque, & cognitio præſupponunt potentiam, quoniam poſſe ſcire eſt aliquid poſſe. Verum hæc tria, potentia, ſapientia, clementia, ſeu beneuolentia, ſunt ex quibus potiſſimè laudatur in ſcripturis trinitas ſumma. Hæc Bonauentura.

Roma 11. Alexāder. ¶ At vero præinductis ex Antiſiodorenſi de appropriatione illa Apoſtoli, ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, cōcordat per omnia, quod loquitur Alexander: Hæc, inquiens, præpoſitio, ex, eſt nota primi principij. ideò conuenit ei, qui eſt ſimpliciter primum principium. per, vero eſt nota principij, quo ſit operatio, vt eſt inſtrumentum agentis, ſicut artifex agit per dolabrum: vel nota principij, quo eſt operatio, tanquam medij inter agentem, & actionem, vt artifex operatur per artem, aut ſapientiam. ſicq; denotat filium, tanquam principium de principio, per quod facta ſunt omnia. In, vero notat continentiam, quæ ſpectat ad bonitatem, quæ ſpirituſancto appropriatur, ſicq;, per, in ipſo, inſinuatur ſpirituſanctus. Hæc Alexander.

Auguſt. ¶ Præterea verba Auguſtini dicentis, Omnia vnū ſunt propter patrem, æqualia propter filium, connexa propter ſpiritumſanctum, exponit Alexāder, dicendo: Cum dicitur, Oīa hæc vnum ſunt propter patrem, prepoſitio, propter, notat auctoritatē, quæ eſt in patre. pater. n. à ſe habet, ꝙ ſit vnum, filius vero, & ſpirituſanctus hoc habent à patre: Cū vero dī, omnia æqualia ſunt propter filium, notetur rō oſtenſiua, qm̄ filius trium perſonarū æqualitatem oſtendit. Cum aūt dicuntur cōnexa propter ſpiritū ſanctum, notatur quaſi rō formalis in ſpūſancto, in eo, ꝙ eſt amor, quo pater, & filius ſe diligūt. Velut alij dicūt, ly propter dicit rōnem ſigni, aut cognoſcendi, qm̄ ſpūſanctus eſt nobis cauſa cognoſcēdi, ꝙ pater, & filius ſunt vnū principiū ſpūſancti. & in hoc connexu non dī connexus patri, aut filio, ſed cōnexus patris, & filij, pp ſeipſum. Hæc Alexander.

1. p. q. 39. artic. 8. Auguſt. ¶ De hoc quoque ſcribit Thomas in prima parte Sūmæ: Auguſtinus dicit hæc tria, ſcilicet tres perſonas, eſſe vnum propter patrem. Vnumquodque enim attribuitur illi, à quo primo conſiſtit, ſicut inferiora dicuntur uiuere propter animam uegetatiuam, in qua primo inuenit̄ vita in inferioribus iſtis. Vnitas autem ſtatim inuenitur in patre etiam alijs perſonis per impoſſibile remotis. ideò aliæ perſonæ habent unitatem à patre. remotis uero alijs perſonis, non inuenitur in patre æqualitas, quę mox in uenitur in eo, poſito filio ſuo. Idcirco dicuntur omnia illa æqualia propter filium, non ꝙ filius ſit patri principium æqualitatis, cū pater à filio nil habeat, ſed quia pater non poſſet dici æqualis, niſi ei æqualis eſſet filius ſuus: quia æqualitas attenditur primo ad filium. Similiter ſi non eſſet ſpirituſanctus, qui eſt duorum nexus, non poſſet intelligi vnitas connexionis inter patrem, & filium. Ideò omnia dicuntur connexa propter ſpiritumſanctum, quoniā poſito ſpirituſancto, inuenitur vnde, & cur pater, & filius valeāt dici connexi. Hæc Thomas in Summa.

¶ Idē ait in ſcripto, & addit: Si cōſideremus proprietates perſonarū, in patre inuenitur natura quaſi primi principij. Et quia in qualibet natura inueniť vnū principium, nō de principio in gñe illo, à cuius vnitate eſt, ꝙ vna natura in oībus propageť, ideò omnia dicuntur unū propter patrem. Si verò cōſideremus propriū filij ſm omnia propria ſua, cōuenit ei, ꝙ patrem adęquet tam in quantum filius, q; in quantū imago & verbum. Quemadmodum autem relationes creaturarū ad Deum, reſultant ex creaturis, put in Deum referuntur: ita relationes, q; bus parer refertur ad filium, ſuppoſitis relationibus diſtinguentibus, reſultant ex hoc, ꝙ filius refertur ad patrē. & propter hoc pater dī æqualis filio, inquantū filius patrē coæquat. Ex quo etiam ſequitur, ꝙ ſpūſanctus ſit vtriq; æqualis. Niſi enim filius, q; eſt principium ſpirituſancti, eſſet patri æqualis, nullo modo æqualē ſibi amorem ſpiraret. Sicq; ex filij æqualitate reſultat quodāmodo in tota Trinitate æqualitas. Poſſet etiā breuiter dici, ꝙ omnia dicuntur vnū propter patrem. i. propter, vnitatem eſſentialē, quæ patri appropriatur. Vnde cum omnia vnum dicuntur propter patrē, ly propter, nō tantum dicit habitudinem principij per modum efficientis, ſed item per modū formæ, inquantum unitatem principij ſequitur unitas formæ, puta diuinæ eſſentiæ, qua in diuinis omnia unum ſunt. Hæc Thomas in Scripto.

Dion. Car. ¶ Quemadmodum autem prætactū eſt, ſanctus doctor in Sūma reſpondendo ad iſta, ſic ait: Intellectus noſter, qui ex creaturis manuducitur in Dei cognitionem, oportet, quòd Deum conſideret ſecundum modum, quē ex creaturis aſſumit. Hęc, & verba his conſimilia ſæpius ſcribit, quæ aptè dicta uiderentur ſaltem uno reſpectu, ſi non haberemus in hac vita cognitionem de Deo, niſi ex naturali ratione, rerumq; creatarum conſideratione. Sed quoniā de diuinis præſertim de ſupernaturalibus his, quæ ſola fide tenentur, habemus cognitionē nō ex creaturis naturali ratione, ſed ex diuinis ſcripturis, & reuelatione ſupernaturali facta ſanctis àpoſtolis, & prophetis. Imò dato, quòd non cognoſceremus Deum niſi ex creaturis, & ratione, adhuc tñ oporteret nos ad cognitionē Dei aſcendere per remotionē, & negationem, ut etiam quidam philoſophi, Alphorabius, Auicenna & Algazel, Philoſophus, quoque tertiò de anima de ſimpliciū, & inuiſibilium intelligentia tangit. Imò hoc fuit infeliciſſimis hæreſiarchis errandi occaſio, ꝙ prę ſumpſerunt iudicare & ſentire de Deo ſecundū, quod ex creaturis elicere poterunt. Ideo verbum illud videtur obſcurum.

Petrus. ¶ Petrus demū hic loquitur: Cum omnia dicuntur vnum propter patrē, æqualia propter filium, cōnexa propter ſpm̄ſanctum: ly, omnia, aut diſtribuit ſolum pro rebus increatis, aut etiam pro creatis. Si primò modo, ꝓpoſitio illa notat ſolum cauſam quaſi formalem appropriatam, nō propriam. ut ſit ſenſus, Omnia ſunt unum propter patrem, id eſt, omnes diuinæ perſonæ ſunt unum vnitate, quaſi formaliter. ſiquidem cauſa formalis non eſt verè in Deo ad intra: Sunt ergo unum unitate, ſicut album albedine, uel potius ſicut homo humanitate: quæ vnitas quamuis conueniat tribus perſonis, tamen patri appropriatur. Si ſecundo modo, ſic notat etiā cauſam formalem, exemplarem, appropriatam reſpectu creaturarum: ut ſit ſenſus, omnia ſunt unum propter patrem, id eſt, propter vnitatem exemplarem, quæ patri appropriatur. Hæc Petrus.

Obiectio. ¶ Si autē obijciatur, pr̄, & filius eſſentialiter ſunt connexi, ergo malè aſſeritur, ꝙ omnia ſunt connexa propter ſpiritumſanctum.

Dilutio. ¶ Dicendū, ꝙ licèt nō ſint connexi connexione eſſentiali propter ſpiritūſanctum, ſunt tamen connexi connexione, q̄ appropriatur ſpūſancto. Cōnexione verò perſonali cōnexi ſunt quaſi formaliter propter ſpm̄ſanctum ita, ꝙ

præpositio propter, notat habitudinem quasi causæ formalis, non à forma inhærente, sed à forma ab ipsis, ad quos forma comparatur egrediente: quêadmodum glutinum à duobus corporibus glutinosis egreditur, quo formaliter connectuntur. Hęc Petrus, & alij quidam.

Quæstio. Bonauen. Qualiter fiat homo vnum cũ Deo.

¶ Præterea circa distinctionem hanc quærit Bonauentura; Vtrum Deus possit dici vnum cũ creatura. Et respõdet, Quemadmodum ait Augustinus, ad hoc, ꝙ aliqua vnum sint, non sufficit conformitas voluntatis. Imò necesse est præsupponi conuenientiam in natura, quoniam ergo Deus, & creatura summè differũt in natura, non debent dici vnũ. Sed qñ homo iustus conformatur per charitatem voluntati diuinæ, & ei præ cęteris cunctis adhęret, rectè dicitur vnum cum Deo cum aliqua determi-

1. Cor. 6. natione, videlicet vnus spiritus, iuxta illud Apostoli; Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Hæc Bonauentura.

Quæstio.

¶ Veruntamen in Christo per hypostaticã vnionem Deus, & homo sunt vnum, seu vna persona.

¶ Iterum quærit hic Bonauentura, An vna creatura possit dici vnum cum alia. & respondet, Duæ creaturæ distinctæ non possunt habere vnitatẽ nisi per conformitatem. quælibet autem conformitas non facit dici vnum simpliciter, sed illa, quæ est cõformitas simpliciter, non ſm quid. Porrò ad plenam conformitatem requiritur triplex conformitas in natura, in voluntate, & operatione. Et quando illa tria concurrunt ad aliqua duo, tunc duo illa dicuntur vnum, vt Paulus, & Apollo in natura conformes, quia vterque homo. In voluntate similiter, quia vterque salutem quærebat fidelium. In actione similiter, quoniam ambo ad illã proximis procurandam se extendebant, Paulus plantando, Apollo rigando. Si autem sit conformitas in natura solummodo, non possunt dici vnum nisi secundum quid, & cum determinatione diminutiua, vt vnum genere, vnum specie. Si solũ conformes sunt voluntate, dicuntur vnus spiritus, qui dicit amorẽ. Si sunt vnum in natura, & voluntate, dici possunt vnum corpus, & vna anima. Si sint vnũ in natura, & actione, possunt dici vnum cũ determinatione, non vnum simpliciter, vt fornicator cum meretrice dicitur vnum corpus, tñ non possunt dici vnum simpliciter, quemadmodum maritus, & vxor. Nec mali ita sunt vnum, vt viri boni. Hęc Bonauentura.

Plena conformitas tria requirit.

Qualiter vna creatura possit dici vna cum alia. 1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

¶ In principio demum huius distinctionis tractat Magister de relatiuis, seu relationibus quibusdam, videlicet de æqualitate, & similitudine, de quibus hoc loco pertrãseo: quoniam supra distinctione 19. de ipsis tractatum est.

A *Vtrum pater, vel filius spiritussancto diligat, cum diligere idem Deo sit quod esse. Distinctio XXXII.*

HIc oritur quæstio ex prædictis deducta. Dictum est supra, atq; sanctorum auctoritatibus ostensum, quòd spiritussanctus est communio patris, & filij, & amor, quo pater, & filius seinuicem diligunt. Ideo quæritur, vtrum pater, vel filius per spiritum sanctum diligat. Quod vtique videtur oportere dici secundum auctoritates suprà positas, quibus ostenditur, spiritum sanctum esse, quo genitus à gignente diligatur, genitoremque suum diligat. Sed econtra si pater, vel filius dicatur diligere per spiritum sanctum, videtur esse per spiritum sanctum: quia

Aug 15. de Trin. c. 5. non est aliud Deo esse, & aliud diligere, sed idẽ: quia, vt ait Augustinus in decimoquinto libro de Trinitate. Quicquid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiam est intelligendum: vt bonus, magnus, immortalis, sapiens, diligens, & huiusmodi. Ideoq; si pater, vel filius diligit per spiritum sanctum, per ipsum spiritum esse videtur: neque tantum essentia sua diligit, sed etiam dono.

B *Hæc quæstio insolubilis est, humanum superans sensum, in qua auctoritates sibi occurrunt.*

Aug 6. de Trin c 5. Huic quæstioni cum altitudinem nimiæ profunditatis contineat, id solum respondemus, quod Augustinus significare videtur, scilicet quod pater, & filius se diligant, & vnitatem seruent, non solum essentia sua, sed suo dono proprio: quod licèt suprà positum sit: iterare tamen non piget, quia sic expedit. Ait ergo Augustinus in 6. libro de Trinitate ita: Manifestum est, quod non aliquis duorum est quo vterque coniungitur, quo genitus à gignente diligatur, genitoremque suum diligant; sintq; non participatione, sed essentia sua: neque dono superioris alicuius, sed suo proprio seruantes vnitatem pa-

Augu. 15. de Trinit. cap 7. cis. Ecce hic dicit, quod essentia sua. & dono suo seruãt vnitatem. Idem in decimoquinto libro de Trinitate ait: In illa Trinitate quis audeat dicere, patrem nec se, nec filium, nec spiritum sanctum diligere nisi per spiritum sanctum? Hic apertè ostendit, patrem non tantum per spiritum sanctum diligere, non autem simpliciter dicit patrem non diligere per spiritum sanctum.

C *Vtrum pater sit sapiens sapientia, quam genuit, sicut diligit amore, qui ex ipso procedit.*

Præterea diligenter inuestigari oportet, vtrum pater sapiens sit sapientia quam genuit,

nuit, quæ tantũ filius est: quod videtur à simili posse probari. Si enim pater diligit amore, qui ab ipso procedit, cur non, & sapientia, vel intelligentia, quam ipse genuit, sapit, vel intelligit? Hanc quæstionem vrgere videtur, vt ait Augustinus in sexto libro de Trinitate, quod scripsit Apostolus, dicens Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Vbi quæritur, vtrum ita potens quam genuit. Sed absit, vt ita sit: quia si hoc est ibi esse, quod sapere, non per illam sapientiam, quam genuit sapiens, dicitur pater: alioquin non ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia, quam genuit, causa est illi, vt sapiens sit: etiam, vt sit, ipsa illi causa est: quod fieri non potest, nisi gignendo eum, aut faciendo: sed nec genitricem, nec conditricem patris vllo modo quisquam dixerit sapiẽtiam. Quid enim est insanius? Ergo pater ipsa sapiẽtia est, qua sapiens est. Filius verò dicitur sapientia patris, & virtus patris, non quia pater per eum sit sapiens, vel potens: sed quia filius sapientia, & virtus, est de patre sapientia, & virtute. Ex his ergo patet, quod pater non est sapiens sapientia genita, sed seipso sapientia ingenita. *Augustinus in libro 83. quæstionum: Cum sapiens Deus dicitur, & ea sapientia sapiens dicitur, sine qua eum, vel fuisse aliquando, vel esse posse nefas est credere: non participatione sapientiæ sapiens dicitur, sicut anima, quæ & esse, & non esse sapiens potest: sed quod ipse eam genuerit, qua sapiens dicitur sapientia. Animaduerte lector patrem dici sapientem genita sapientia, quod alijs obuiat testimonijs. Verum hoc Augustinus corrigit in libro retractationum. inquiens: Dixi in libro 83. quæstionum de patre, quod eam genuit, qua sapiens dicitur, sapientiam. Sed melius istam quæstionem in libro postea de Trinitate tractaui.*

Aug. li. 83 quæst. q. 23

Aug. l. 1 retract. c. 2

D *Vtrum filius sit sapiens sapientia genita, vel ingenita.*

Post hæc quæri solet à quibusdam, vtrum filius sit sapiens sapientia genita, vel ingenita. Si enim non est sapiens sapientia genita, nec seipso sapiens est. Si verò sapientia genita sapiens est, non videtur sapiens esse sapientia ingenita: & ita non videtur esse sapiẽs

Ioan. 10. a à patre, cum à patre habeat omnia. Ad quod dicimus, quia vna est sapientia patris, & filij, & spiritussancti, sicut vna essentia. quia sapientia in illius naturæ simplicitate est essentia: & tamen filius tantum est sapientia genita, & pater tantum est sapientia ingenita: & sapientia genita est de sapientia ingenita, vel à sapientia ingenita. Et cum idem sit ibi, esse quod sapientem esse, relinquitur, vt sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. Non ergo filius dicitur sapientia Dei tanquam ipse solus intelligens sit, vel sapiens sibi, & patri, & spiritui sancto, quia, vt ait Augustinus in decimoquinto libro de Trinitate: Si solus ibi filius intelligit, & sibi, & patri, & spiritui sancto, ad illam reditur ab

Aug 15. de Trin. c 7. surditatem, vt pater non sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapientia sapientiam genuerit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse, quam genuit. Vbi enim non est intelligentia, nec sapientia potest esse. Ideoque si pater non intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri, profecto filius patrem sapientem facit. Et si hoc est Deo esse, quod sapere, & ea illi est essentia, quæ sapientia: non filius à patre, quod verum est, sed à filio potius pater habet essentiam: quod absurdissimum, atque falsissimum est. Est ergo Deus pater sapiens ea, quæ ipse est, sua sapientia: & filius, sapientia patris est sapiens de sapientia, quæ est pater, de quo est genitus filius. Ita, & pater est intelligens ea, quæ ipse est, sua intelligentia. Non enim esset sapiens, qui non esset intelligens. Filius autem intelligentia patris, de intelligentia genitus est, quæ est pater, de qua, & intelligens est. Proinde pater est sapientia, & filius sapientia, & vterque vna est sapientia: & tamen solus pater est ingenita sapientia. & filius solus genita sapientia: nec tamen alia sapientia pater, alia sapientia filius: sed vna, eademque est: sicut pater est Deus ingenitus, & filius est Deus genitus, neque Deus genitus est Deus ingenitus: non ideo tamen alius Deus est pater, alius Deus filius, sed vnus Deus vterque, non autem vnus. Alius est enim genitus, alius ingenitus, sed non alius Deus: imò vterque vnum, siue vnus Deus. Ita non est sapientia genita, sapientia ingenita: sed alia est sapientia genita, alia ingenita: non tamen est alia sapientia sed vna, eademque sapientia.

E *An filius sit sapiens seipso, vel per seipsum.*

Ex prædictis constat, quod filius non est sapiens à se, neque de se. sed de patre, & à patre. Quæri autem solet, vtrum filius sit sapiens seipso, uel per seipsum. Quidam dicunt multiplicem hic fieri intelligentiã, & ideo distinguendum fore, ita, vt cum dicis filium esse sapientem seipso, vel per seipsum, si sui natura, & essentia sapientem intelligas, verus sit intellectus: si verò à seipso, vel de seipso sapientem esse intelligas, falsitati subiectam

Solutio secundum quosdam.

Aliorum determinatio. Hilarius libro 9. de Trinit.

ctam habes intelligentiam. Alij verò simpliciter,& absque determinatione concedũt huiusmodi locutiones, filius est sapiẽs per se,sed non à se,vel de se: & filius est Deus per se,& est per se, sed non à se,vel de se.Hoc confirmantes verbis Hilarij,qui filium non à se,sed per se agere in libro nono de Trinitate ait. Naturæ,inquit,cui contradicis hæreticè,hæc vnitas est,vt ita per se agat filius,ne à se agat: & ita non à se agat, vt per se agat. Intellige filium agentem,& per eum patrem agentem. Non à se agit,cum pater in eo manere monstratur. Per se agit,cum secundum natiuitatem filij agit ipse,quæ placita sunt.Infirmus sit non à se agendo,nisi à Deo ipse agit:non sit verò in vnitate naturæ, si quæ agit,& in quibus placet,non per se agit.Sic,vt ergo (inquiunt) filius per se agit, sed non à se:ita,& filius debet dici sapiens per se, sed non à se. Sic,& ipse per se Deus est,vel esse dicendus est, vt aiunt, sed non à se, vel de se.

F

An vna tantum sit sapientia patris.

Post hæc à quibusdam solet quæri,vtrum vna tantum sit sapientia patris.Quod non esse,nituntur probare hoc modo:filius,inquiunt,est sapientia patris genita,qua pater sapiens non est.Est igitur aliqua sapientia patris,qua sapiens non est.Est autem,& sapientia patris ingenita,& ea pater sapiens est. Est ergo quædam sapientia patris,qua sapiens est,& ipsa non est illa sapientia patris,qua pater sapiens non est. Non est ergo vna tantum sapientia patris. Item sapientia ingenita est sapientia patris,& sapientia genita est sapientia patris.Non est autem sapientia ingenita,sapientia genita. Non est igitur vna tantum patris sapientia. Hæc, & his similia tanquam Sophistica, & à veritate longinqua,cunctisque in Theologia peritis patentia, abijcimus, responso indigna

Cauillus Sophisticus.

*auertẽtes.

tes. Id tamen adijcientes,quia vna est tantum sapientia patris,sed non vno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa,quam genuit,& sapientia patris dicitur ea,qua sapiens est.Diuersa est ergo ratio dicti.Illa enim dicitur patris,quia eam genuit: & ea dicitur sapientia patris:quia ea sapit. Vna est tamen sapientia patris, quia sapientia genita est eadem sapientia,& ea,qua sapiens est:siue ea,qua sapiens est,intelligatur persona patris,siue essentia patris:quia persona patris, quæ intelligitur cum dicitur sapientia ingenita:& persona filij,quæ significatur cum dicitur sapientia genita: vna,eademq; sapientia est,quæ essentia diuina intelligitur communis tribus personis.

G

Quòd in Trinitate est dilectio, quæ est Trinitas, & tamen spiritussanctus est dilectio, quæ non est Trinitas:nec ideo duæ sunt dilectiones, ita, & de sapientia.

Et sicut in Trinitate dilectio est,quæ est pater,filius,& spiritussanctus, quæ est ipsa essentia deitatis,& tamen spiritussanctus dilectio est,quę non est pater,vel filius,nec ideo duæ dilectiones sunt in Trinitate: quia dilectio,quæ propriè spiritussanctus est,est dilectio,quæ Trinitas est: non tamen ipsa Trinitas est,sicut spiritussanctus est essentia, quæ Trinitas est,non tamen ipsa Trinitas est :ita in Trinitate sapientia est, quæ est pater, & filius,& spiritussanctus,quæ est essentia diuina: & tamen filius est sapientia,quæ non est pater,vel spiritussanctus. Nec ideo duæ sapiẽtiæ ibi sunt,quia sapientia,quæ propriè est filius, est sapientia,quæ est Trinitas:ipsa tamen non est Trinitas,sicut filius est essentia, quæ est trinitas, ipse tamen non est Trinitas.

H

Qua ratione pater non dicitur sapiens ea sapientia, quam genuit, eadem videtur debere dici, quòd non sit diligens pater, vel filius dilectione, quæ ab vtroque procedit.

Præterea diligenter notandum est,quòd ea ratione,qua pr̃ non dr̃ sapiens ea sapientia,quã genuit,videt fore dicendum,quòd pr̃ non diligat filium,vel filius patrem ea dilectione, quæ ab vtroq; procedit, s. quæ propriè spiritussanctus est. Sicut enim idem est Deo sapere,qd̃ esse,ita est ei idem diligere,qd̃ esse. Ideoq; sicut negatur pater esse sapiẽs sapientia,quã genuit:quia si ea diceretur sapiens,non ipsa ab eo, sed ipse ab ea intelligeretur esse: ita videtur non debere concedi,quòd pr̃, vel filius diligat dilectione, quæ tm̃ spiritussanctus est:quia si ea diligit pr̃,vel filius,non spiritussanctus videtur esse à pr̃e, & filio,sed pr̃,& filius à spiritusancto:quia idem est ibi diligere,quod esse.At supra dictum

est

est,atque auctoritate Augustini sancitum, quòd in Trinitate tria sunt: vnus diligẽs eũ, qui de illo est,& vnus diligens eum de quo est,& ipsa dilectio: & non est aliquis duorũ, quo genitus à gignente diligitur,& genitorem suum diligit.Quibus verbis apertè significatur,patrem filium, & filium patrem diligere, ea scilicet dilectione,quæ non est aliquis eorum,sed tantum spiritussanctus. Cum idem ergo sit ibi diligere,quod esse,quomodo dicitur pater, vel filius nõ esse ea dilectione,qua alter alterum diligit, cum ideo pater negetur sapere sapientia,quam genuit,ne ea esse intelligatur?

I

Quòd, & hæc quæstio inexplicabilis est, quæ excellit infirmitatem hominis.

Difficilem mihi fateor hanc quæstionem,præcipuè cum exprædictis oriatur, quæ similem videtur habere rationem: quod meæ intelligentiæ attendens infirmitas, turbatur, cupiens magis ex dictis sanctorum referre,quàm afferre. Optimus enim lector est, inquit Hilarius in primo libro de Trinitate, qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potiùs, quàm imponat, & retulerit magis,quàm attulerit: neque cogat id videri dictis contineri,quod ante lectionem præsumpserit intelligendum. Cum ergo de rebus Dei sermo est,concedamus Deo sui cognitionem, dictisq; eius pia veneratione famulemur.Inuestiget ergo diligenter pius lector rationem dictorum,si fortè dictorum aliquam valeat reperire causam, qua nota ipsa præmissa quæstio aliquatenus explicari valeat. Ego autem hanc quæstionem non absoluens,sed errorem excludens: profiteor non esse dictum patrem diligere filium,vel filium patrem ea dilectione, quæ ab vtroque procedit: quæ non est aliquis eorum, sed tantum spiritussanctus, tanquam ea dilectione pater sit,vel filius. Sed sic ea pater diligit filium,& filius patrem,vt etiam pater per se ea,quæ ipse est,dilectione diligat,sic,& filius:non autem sicut pater per se,non diligat,& filius,sed per eam tantum. Quis hæc in illa Trinitate(inquit Augustinus)opinari,vel affirmari præsumat?Eam tamen quæstionem lectorum diligentiæ plenius dijudicandam,atque absoluendam relinquimus, ad hoc minùs sufficientes.

Hilari⁹ 1. de Trinit.

Augu. de Tri. li. 15. cap 7.

Súma distin. 3a.

IN hac distinctione mouet Magister duas principales quæstiones, quarũ prima est, An pater,& filius diligãt se spiritusancto. Secunda, an pater sit sapiens sapientia genita,& circa easdem mouet,& alias quæstiones annexas,vt patet in litera,& in processu patebit.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *An pater,& filius seinuicem diligant spiritusancto.* Et quidem de hac materia dicta sunt aliqua supra distinctione decima. In hac autem quæstione multæ quæstiones cõtinẽtur implicitæ. Prima,an pater diligat spiritusancto.Secunda,an filius diligat spiritusancto. Tertia, an pater, & filius seinuicem diligant spiritusancto. Denique sicut Magister acutè tangit in textu,& arguit,grandis est difficultas quæstionis istius,quę tamen nunc à præclaris doctoribus euidenter quantum ab humana imbecillitate fieri põt in vita hac, declarata, atque soluta est.Duoq; sunt, quæ præcipuè reddunt eam ad soluendum difficilem. Primũ

Augustꝰ.

est,quia B.Augustinus manifestè retractat,& negat affirmatiuam partem quæstionis huic consimilis: vtpotè, vtrum pater sit sapiens sapientia genita, tũ tamen in vtraque videatur eadem ratio.Nam sicut Deo idem est esse,& sapere seu intelligere,sic idem est Deo esse atq; diligere. & hoc est secundũ quod facit hic difficultatem, eo quod tam sapere, quàm diligere, seu tam intelligere, quàm velle in diuinis est absolutum. sicq; conuenit vnicuiq; summæ, ac adorandæ personæ per se,& per suam essentiam, & qua ratione vnum etiam aliud videtur posse relatiuè,ac notionaliter accipi.& sic in præfatis quæstionibus erit eadem negandi,concedendiq; ratio.

¶Primò igitur quęro,An pater diligat spiritusancto. Videtur, quod non, quoniam pater seipso est, ergo seipso diligit, quia in eo sunt penitùs idem esse, & diligere, & vtrunque ei conuenit absolutè.

Arguitur 1. contra veritatẽ. 2.

¶Secũdò,pater in se, & per se omnino perfectus est, ergo diligere sicut, & omnis perfectio reliqua, competit ei ex se, & per se, non ab alia quacunque persona.Hinc quidam sic arguunt:Cum dicitur,Pater diligit spiritusancto, oportet quod ablatiuus ille in alicuius causæ habitudine construatur, vel rationem formalem designet. talis autem cõstructio potest resolui, & exponi per aliquam præpositionẽ designantem huiusmodi causam, aut rationem. si ergo pater diligit spiritusancto,ergo diligit à spiritusancto, vel per spiritumsanctum, vel ex spiritusancto: quorum nullum potest cõcedi, eo quòd spiritussanctus nullam habeat rationem,aut habitudinem principij respectu patris, sed econtrario.

¶Tertiò, cum dicitur,Pater diligit spiritusancto, 3. verbum istud diligere,importat actum essentialem aut notionem. si essentialem, ergo pari ratione pater est,viuit,& vult spiritusancto.si notionalem, ergo pater spirat spiritusancto, cum diligere notionaliter sumptum, sit spirare. Eisdem, & consimilibus rationibus potest probari, quòd filius non diligat spiritusancto,& item quod pater, ac filius non diligant seinuicem spiritusancto.Quod etiam specialibus rationibus potest probari, quoniam si sic, sequi videtur, quòd pater diligat seipsum spiritusancto, similiter filius, atque quòd pater, & filius diligant rationales, & intellectuales creaturas spiritusancto.Posset quęri,an spiritussanctus diligat se per se,& ex se,& an diligat patrem,& filium per se.Omnes quæstiones hæ dependent, & eandem seu similem requirunt declarationem,ac solutionem.

¶Circa hæc scribit Antisiodorensis in Súma sua lib. 1.Dicunt quidam,q̃ cum dr̃,Pater,& filius diligũt se spiritusancto, ablatiuus ille spiritusancto, nõ est causatiuus,sed significatiuus. Nã spiritussanctus

Antisiod.

non

non est causa, nec quasi causa, ꝙ pater, & filius se diligunt, sed signū: quia hoc ipsum ꝙ pater & filius simul eodē mō, atq; concorditur spirant spūsanctū, signū est mutuę dilectionis eorum. Filius aūt nō est ita expresse signū, ꝙ pr̄ est sapiens. Ideo non cōcedi tur ista, Pater est sapiēs sapientia genita. Quāuis etenim filius cū factus est hō, indicauit nobis sapientiā patris: tamen inq̄tū est ab æterno Deus, nō est ita expresse signū sciæ patris. Magister Præpositiuus ait, ꝙ cū dicitur, Pater, & filius diligūt se spūsancto, iste sit sensus: Pr̄, & filius diligunt se per ipm̄sanctum, & ꝙ ly per notat sub auctoritatē. Est equidē regula, ꝙ ppositiō, per, iuncta verbis trāsitiuis, notat sub auctoritatē; cum alijs verò, auctoritatē. Cum. n. dico rex corripit ciues huius ciuitatis per ꝓpositum, per notat sub auctoritatē. si aūt dicitur, iste est bonus ꝓ illū, notat auctoritatē. Similiter cum dico, Pater, & filius diligunt se spūsancto, vel per spm̄sanctum notatur subauctoritas per ablatiuū, & per ly per, propter transitionē verbi. Idcirco est vera, estq; sensus: Pater, & filius diligūt se spūsancto, vel per spm̄sanctū. i. spiritussanctus diligit patrē, & filiū, & hoc habet à patre Hæc verò est falsa. Pater est sapiēs filio, vel per filiū: q̄a notatur auctoritas per ablatiuū, & per præpositionē, eū non sit ibi transitiuū. sicq; præpositio illa exigeret, quòd filius esset auctor patri, ꝙ ipse pater est sapiēs. ¶ Contra primā opinionē obijcitur, q̄a quòd pater genuit filium, q̄ est summa sapientia, cuius radij sunt oēs sapientiæ creatæ, est expressissimū signum, ꝙ pater est sapiēs: ergo illa esset vera, Pater est sapiens filio. Itē signū non conuenit, eis, quorū est signū. Si ergo Spūssanctus nō est nisi signū, ꝙ Pater & filius diligunt se, non esset nexus, nec amor amborū. Non. n. est nexus patris, & filij, nisi q̄a est amor vtriusque. Consimilis obiectio fieri pōt cōtra opinionem secundam, q̄a per hoc, quòd spūssanctus diligit patrē, & filium, & habet hoc ab eis, nō est spūssanctus nexus vtriusq;: sicut si ego diligo duos, nō ꝓp hoc sunt inter se connexi. Imò possunt esse inimici ad inuicē. Itē spiritussanctus procedit à patre, & filio per modū benignitatis, & ita ut donū, atq; ut primum donum, quod est amor: ergo spūssanctus propriè amor est, quo pater diligit filiū & ecōtra. sed amor propriè loquēdo, informat patrē, & filium, ita ꝙ inest eis nō inhæsiuè ergo, cum dr̄, pater & filius diligūt se spiritusancto, ablatiuus propriè est formalis. quod quidā concedūt, dicentes ꝙ dilectio propriè dr̄ de spūsancto. Et ad obiecta respondent, ꝙ dilectio in diuinis interdū sumitur essentialiter, dicente Apostolo: Pater transtulit nos in regnū filij, dilectionis suæ. i. filij sui dilecti. Aliquādo personaliter secūdū quod amor propriè dicitur de spiritusancto, sicq; accipitur dilectio, cū dicitur: Pater & filius diligunt se spūsancto, & ita diligere non significat esse, sed sapere & intelligere significat esse. Deniq;, primo & summo verbo omnia sunt dicibilia, ergo primo, & summo amore omnia sunt amabilia. Formaliter ergo pr̄, & filius diligunt se, prout ablatiuus formalis est. ¶ Præterea in Deo sunt omnia bona, ergo & amor naturalis, ac amor gratuitus. De naturali amore intelliguntur prætacta verba Apostoli. Cū ergo dilectio Dei naturalis sit essentialis, oportet quòd amor gratuitus sit personalis. Quāuis enim in Deo sint idem in re amor naturalis, atq; gratuitus, sicut essentia, & persona, tamē vno nominato alter nō nominatur. Ideo amor gratuitus propriè dr̄ spiritussanctus. ¶ Amplius, Augustinus dicit: Non est alter amborū, quo genitus à genitore diligitur, genitoremq; diligit genitus, nec do

Præpositiuus.

Coloss. 1.

Augustin.

no alicuius superioris. sed suo dono proprio sunt, conformes formaliter, ergo spiritussanctus, ꝓpriè est amor, & nexus, ac concordia patris, & filij. ¶ Verūtamē contra positionem istam, quā sine præiudicio sentētiæ melioris concedimus, obijci potest: diligere est alicui bonū velle, si ergo pater, & filius diligunt se spiritusancto, ergo volunt sibi bonū spiritusancto. Sed velle in Deo est esse, quoniā posse, scire, velle, sunt tria operādi principia, quæ in Deo, sunt ipsum esse ipsius. si ergo pater, & filius uolunt, spiritusancto, ergo sunt spiritusancto, & sic sunt ab ipso, nō ipse ab eis. ¶ Rursus, vna est beatitudo patris, & filij, & spiritussancti. Nihil aūt commune est trinitati nisi essētia, ergo beatitudo significat essentiā. beatitudo aūt consistit in cognitione, & dilectione. Dilectio ergo dicit essentiā, & ita non dicitur propriè de spūsancto. ¶ Ad primum dicendū, ꝙ sicut in Deo est duplex amor, ita & duplex volūtas, uidelicet naturalis, & gratuita. Velle autem gratuitū in diuinis, non est esse. Idcirco instantia illa non valet. ¶ Ad secundū, ꝙ beatitudo essentialiter non cōsistit nisi in cognitione. Dilectio aūt non est de essentia beatitudinis, sed est cōsummatio eius. Dicit etenim Aug. ꝙ dilectio nō facit beatum, sed fruitio. Et Christus in Euang. Hæc est uita æterna, ut cognoscāt. imò in amore est languor. ¶ Sed rursus obijci potest, q̄a cum dicitur, Pater, & filius diligūt se spiritusancto; diligere se spūsancto, aut dicitur ſm substantiā, aut secundum relationē. si secundū substantiam, ergo est falsa, sicut probatum est: q̄a diligere substantialiter sumptū, est esse. Si secūdū relationē, ergo dilectio significat paternitatē. ¶ Dicendum, ꝙ multipliciter aliquid dr̄ de patre per relationē. Primò, cū aliquid prędicatur relatiuè, ut pr̄ est filij pater. Secūdò, cū prædicatur aliquid absolutè, quod tñ significat relationē intrinsecus, ut cum dr̄, Pater est persona. Tertiò, cū prædicatur ipsa relatio, ut cū dr̄: Pater est paternitas. Quartò, cū ex modo significandi, aut ex natura rei, importatur relatio. Ex mō significādi, ut cū dicitur. Ille est, patre demōstrato. Ex natura rei importatur relatio per hoc nomē dilectio, sicut ꝓ nomē doni. Nā spūssanctus est donum relatione æterna ſm August. Hæc Antisiodorensis.

¶ Porrò in his Alexander aliter, sentire vr̄: Quidam, ingens, dicunt ꝙ in hac locutione, pater, & filius diligunt se spūsancto, notat formalis constructio per ablatiuū, sicut si diceret: Isti duo hoīes diligunt se amore cōi. sed contra, spūssanctus non est causa, aut rō formalis patris, aut filij, aut alicuius in patre & filio: q̄a sic aliquo mō cedere in rōne principij respectu patris, & filij. Itē si dicatur, quòd ablatiuus significat spm̄sanctū ut formam, non tamē ut causam formalem: obijcitur, q̄a si dicatur forma respectu patris, & filij, ergo aliquā proprietatē formæ tenebit respectu eorū. Formæ autē est continere, vnire, perficere, quorū nullum cōuenit spūsancto respectu patris, & filij. Si. n. dicatur, spūssanctus est unitas patris, & filij, & unitatis est unire, nō propter hoc pater, & filius uniuntur. Illa etenim vniūtur, quæ fiunt vnum, nihil autē fit vnū in diuinis personis, ut sanctus ait Bernardus. Nā, & fieri sequitur tempus. Generaliter quoq; omnis forma dicit rationē principij, seu causalitatis respectu eius, cuius dicitur forma. Si ergo ablatiuus formaliter accipiatur cum dicitur, pater & filius diligunt se spiritusancto, signabitur, quòd spiritussanctus sit aliquo modo causa, aut principium amoris patris, ac filij. Insuper, quamuis legatur, quòd spiritussanctus sit nexus patris ac filij, non tamen, quod connectat patrē &

Obiecti 1.

Obiecti 2.

Ad primū

Ad 2dm.

Augustī. Iohan. 17. Obiectio.

Dilectio.

Bernard⁹

Alexāder.

& filiū. Fuerunt quoq;, qui dicerēt, ꝙ diligere sumitur essentialiter, & notionaliter. Essentialiter cū dr̄, Pater, & filius diligunt se essentia sua. Notionaliter, cum dr̄, pater, & filius diligūt se spiritusancto. sicq; ipsum diligere notat spirationē. Vnde sic exponūt, Pr̄, & filius diligunt se spiritusancto, idest spirāt spiritumsanctū à se Et illā, pr̄ diligit filium spiritusancto, idest spirat spiritumsanctū ad filium. & filius diligit patrem spiritusancto, idest spirat spiritumsanctū ad patrem. Isteq; ablatiuus spiritusancto, dicit rationē eius, q̄d est de principio, nō in ratione principij. Similiter diligunt nos spiritusancto. i. spirant spiritumsanctū ad nos. Iuxta horū positionem quidā dixerūt, ꝙ in Deo est duplex diligere, vtpotè naturale, & gratuitū, ita ꝙ diligere gratuitū est notionale, & idem q̄d amorem spirare, & hoc modo pr̄, & filius se diligunt spiritusancto formaliter. Quorū opinio vr̄ partim deficere, ac reprobari. Vnde vr̄ dicendū, ꝙ spiritussanctus est amor, quo pr̄, & filius se inuicem diligunt: nec tñ sequitur, ꝙ diligant se spiritusancto, aut per spiritumsanctū. Hoc. n. ponit Augu. 15. de Trinitate, nec ponit alterū horum. Sermones aūt scripturę, & sanctorū circa vnitatē essentię, Trinitatēq; personarū, non sunt extendendi, maximè cum sit altera ratio dicendi, cum dr̄, spiritussanctus, & cum dr̄ amor pris, & filij. Nā spiritussanctus propriū nomen est personæ, amor verò appropriabile est: & est appropriatum, cum dr̄ amor pris, ac filij. ¶ Præterea si quęratur, qualis habitudo notetur cum dr̄ pr̄, & filius diligunt se spiritusancto: dicendum, ꝙ non notatur habitudo formalis, sed formæ existentis ab his, quorū est forma, inquantū diligūt. Vinculū enim, vel nexus, seu copula cedit in rationē eorū, quorū est nexus, seu vinculū. Nec ēt sequitur, diligunt se spiritusancto, ergo spirant se spiritusancto, quāuis notionaliter diligāt se spiritusancto. Spirare enim dicit respectum ad spiritumsanctū, vt procedentem à pr̄e, ac filio. Diligere vero respectū ad spiritumsanctum, vt est nexus, & amor. Sicque quāuis eadem notio designetur, non tamen eodem modo, & est fallacia quasi secundum accidens in huiusmodi argumentis. Hæc Alexander.

Augustī.

Quæstio.

Albertus.

Augustī.

¶ Albertus dēmū hic ait, De hac quæstione sunt multæ opiniones. Prima dicentiū, ꝙ oēs tales locutiones sint falsæ, & ab Augustino retractatæ in simili, dū retractauit, q̄d dixerat, pr̄ est sapiens sapiētia. Contra quos est, q̄d non solū Aug. sed, & alij sancti ponunt, ꝙ pr̄, & filius diligūt se spiritusancto, sicut, & supra dist. 10. patuit. Alij dicunt, ꝙ propositio illa sit vera, quāuis impropria, & exponunt sic eam: Pr̄, & filius diligunt se spiritusancto. i. dilectione essentialiter dicta, tñ appropriabili spiritusancto. Cōtra hos est, ꝙ ſm hanc opinionē spiritussanctus nō remoueretur, cum pr̄, & filius dicunt diligere spiritusancto, quia, & spiritusctūs diligit vnamquāq; diuinam personā essentiali dilectione, sed Aug. dicit, ꝙ spiritussanctus non est alter duorū, quo genitus à genitore diligit. ¶ Tertij sequunt Simonē Tornacēsem, dicentes, ꝙ propositio illa sit vera, ac propria, sic, ꝙ ablatiuus cōstruit in ratione signi. Contra q̄d disputatum iā est. ¶ Quarta est opinio Antisiodorēsis, contra quā ēt iam disputatum est ab Alexandro. Attamen opinionē illā saluando, dici posset, ꝙ duplex est forma, puta exterior, atq; interior. Interior quæ cōfert esse. Exterior duplex est. Vna cōtinēs, & terminās rem, vt locus. Alia, ad quā fit res, vt exemplar, aut paradigma. & nullo horū modorū dr̄ ablatiuus ille cōstrui in habitudine quasi causæ formalis, sed est quasi forma, quæ hēt actum formæ, & cadit ab actu causæ. Cum. n. dico causa formalis, duo dico, videlicet causalitatē, & hoc hēt influentiā super causatū: & formā, quæ hēt multos actus, vtpotè dare esse, & rationē, terminare, vnire. & in hoc vltimo actu spirituscactus est quasi forma patris, ac filij, qm̄ vnit eos nō effectiuè, sed sicut id, in quo vniūtur, q̄d per ablatiuum illū significatur. & ꝓ hoc soluerentur obiecta. ¶ Quinta opinio est, q̄d cum dicitur, pr̄, & filius diligunt se spiritusancto, ablatiuus ille cōstruitur in ratione effectus, & non causę, aut signi. Et hæc videt esse opinio Magistri Hugonis de S. Victore in Epistola de processione spiritussancti ad B. Bernardū, dicentis: Pr̄ diligere dr̄ spiritusctō, q̄d non ita intelligitur, quasi spiritussanctus auctor aut origo existat, q̄d pr̄ est, & ꝓ suo arbitrio amat q̄d amat: sed quod pr̄ eam dilectionē, qua filius diligitur, quæ, & spiritussanctus est, agat atq; illius auctor, & origo cōsistat. Dicitur ergo pr̄ spiritusancto diligere, non q̄d pr̄ per eum habeat dilectionē, sed exhibeat, & impendat. Et ad hoc Hugo inducit, q̄d pater ſm scripturas, & sanctos operatur per filiū, non q̄d à filio accipiat aliquid, sed q̄d potentię operatiuæ est auctor in filio. Verū contra hoc esse vide tur, quòd cū dr̄, pr̄ operatur per filium, notatur effectus in creatura, in quā trāsit opus: cum verò dr̄, pr̄ diligit filium spiritusancto, aut econuerso, non notatur aliquis effectus in quē trāseat dilectio, sed potiùs significatur trans sire in filium: vel econtra in patrem, cum dr̄, filius diligit patrem spiritusancto. Sed ad hoc respondēt prædictæ opinionis sequaces, quòd quāuis in prætactis locutionibus pr̄, & filius distinguantur quasi materię, ac termini dilectionis, nō est tñ ita in re, sed magis pr̄, & filius sunt res subsistentes, à quibus egreditur actus dilectionis: & spirituscactus est terminus dilectionis, seu actus illius, quia diuina natura dupliciter cōcatur, videlicet per generationē, & spirationē, quæ spiratio importatur per dilectionem. Hinc quemadmodū cū dr̄, Pater dicit verbo, per verbum notatur nō ratio dicti ex parte dicti, sed potiùs quasi effectus actus ipsius: ita cum dr̄, pr̄, & filius diligunt se spiritusancto, notatur materia diligendi quasi effectus, ꝓ ablatiuum illū spiritusancto. Verum qm̄ modus ille loquendi extraneus est, potiùs puto, ꝙ ablatiuus ille construit in habitudine existentis de principio, q̄d hēt quasi actum formæ in vniendo. Et hæc est sexta positio, quæ cōplectitur duas, videlicet quartam, & quintā, quantum ad id, q̄d rectè dicunt, estq; simile cum dr̄, pater dicit verbo, per ly verbo significatur existens de principio, scilicet filius, qui est de patre per actū dicēdi ad intra quasi effectum prolationis internæ, & insuper notat rationem eorū, quæ dicuntur in verbo, quæ tñ non dicuntur in verbo nisi verbi prolatione. Ita dicendum est hic pr̄, & filius diligunt se spiritusancto, ita quod ly se teneatur intrāsitiuè. sic enim considerando verbum diligendi, inquantum est notionale, id q̄d supponitur in re ablatiui, est principiatum, & est quasi effectus patris, ac filij diligentium. Cum q; considerandus sit ēt modus procedendi, quo procedit ipse spirituscactus, vt amor naturæ connectens, ideo accusatiuus ille se, efficitur materia dilectionis, in quam transit. & de his dictum est suprà distinctione decima. & ista positio magis consonat sanctis. Denique in prælegata Epistola scribit magister Hugo, alloquens S. Bernardū: Si spirituscactus diceretur amor cordis, sicut dicitur amor patris, ac filij: quis quę so posset negare te spiritusctō diligere, idest amore tuo diligere? ergo à simili, prout etiam ibi probare intendit

Hugo Victorinus.

Idem.

Simō Tornacen.

dit Hugo, Pater, & filius diligunt se spũsancto, qui est amor eorũ. Et rursus: Animus, inquit, humanus amor non est, sed ab ipso amor procedit. ideo seipso non diligit: sed amore qui ab ipso procedit. Porrò Deus pater amor est, & spiritussanctus ipsius est amor. ideo pater amat seipso, & etiam amat spiritu sancto. Vnde iterum ait ibi: Si spiritussanctus amor est vtriusq;, cur pater, & filius nõ dicantur suo amore, i. spiritusancto diligere? Itemq;, si tu rectè diligere perhiberis amore, qui procedit de te, ergo pater & filius rectè dicuntur diligere amore, qui ab ipsis procedit. Ecce soluta est quæstio quã insolubilem putant, dicũt & scribunt. In qbus verbis tangere videtur auctorẽ libri istius, qui in hac distinctione dicit q̃stionem istam insolubilem esse. Hæc Albertus.

Dio. Car. ¶Veruntamẽ quamuis verba ista venerabilis magistri Hugonis catholicè, atq; salubriter sint prolata, non tamen ita censentur quæstionis huius difficultatem euacuare, elucidare, aut tollere, quin Magister in textu meritò dicat quæstionem hanc insolubilem præ sua difficultate, & profunditate. Nos quippe diligere perhibemur amore seu dilectione procedente de corde nostro, à quo amore formaliter influent, aliterq; habemus, ꝙ verè diligimus, & amantes vocamur, nec sine illo amore valemus diligere. Sic autem pater & filius non amant spiritusancto, nec ab illo vllam influentiã sortiuntur, & si dicantur diligere spiritusancto tãquam aliquo existente & progrediente ab eis per modũ formæ quã tum ad actum vniendi, & sicut arbor floret non solum floritione, sed etiam flore, vt infra tangetur: difficile videtur exponere, cur non simili modo pater dicatur sapiens sapientia à se genita, tanquam re à se existente, & emanante, quemadmodum flos deriuatur ex arbore, præsertim quia sic argui potest de actu intelligendi, & sapiendi, sicut Hugo arguit de actu amandi. Nam sicut diligere dicimur dilectione ex voluntate nostra progrediente, sic intelligere, & sapere perhibemur intellectione, seu intelligentia, ac sapiẽtia actuali ex nostro intellectu manante. Et si dicatur, ꝙ amor designatur ut tendens in alterum, sapientia ut quiescens hoc non vr impedire denominationẽ. De amore quoq; absolutè nõ notionaliter sumpto, qui est alicui bonum velle, dictum illud verificatur. Multa his cõsimilia quæstionis huius difficultatem augentia, possent hic tangi.

Exod. 19. sed bestia ista non audet tangere montem, ne lapidetur, nec maiestatem immoderanter scrutari, ne

Prou. 25. opprimatur à gloria. Hinc ut apparet, ritè dixit Magister insolubilem esse hanc quæstionem, quoniam in hac vita à viatore plenè solui, & capi non valet.

Albertus. ¶Insuper dicit Albertus, ꝙ ista pater & filius diligunt se spiritusancto, sit magis propria quàm ista, pater & filius diligunt se per spiritumsanctum: quoniam præpositio per, aliquod notat per modũ causalitatis, & in propositione illa ablatiuus cadit à ratione causalitatis sicut expositum est. Hæc vero, pater & filius diligunt se à spiritusancto, nequaquam conceditur: quia ly à, solum notat principium, quasi efficiens. Sed ista, diligunt se per spiritumsanctũ, aliquo modo admittitur, quia ly per quando adiungitur casuali, quod est distincti, aut diuersi suppositi à recto, qui in eadem ponitur locutione, notat

Propositius. rationem principiati in re casuali, ut dicit Præpositiuus: sicut cum dicitur, pater operatur per filium. Similiter hic, Pater & filius diligũt per spiritumsanctum. Hæc autem proprijssima est, pater & filius diligunt se in spiritusancto, qm̃ præpositio, in, notat vnionem nexus, & conuenientiam vinculi. Atque adhuc magis propriè ista, pater & filius diligunt se amore, qui est spiritussanctus, quoniam amor magis propriè dicit rationem amandi, q̃ spiritussanctus, propter quod ista, diligunt se amore procedente, est minus propria, quàm præcedens, quia ly procedente trahit amorem ad significandum, vt ab ipsis esse, & non vt vniens eos. Hæc Albertus.

Vdalric⁹. ¶Concordat Vdalricus, inter cætera loquens in Summa sua 3. libro. Verbũ hoc diligunt in diuinis interdum importat dilectionẽ notionalem, quę nõ est spũssanctus, sed est actiua spiratio, in qua uniuntur pater & filius, & per ipsam distinguuntur à spiritusancto. Augustinus quoq; qui sexto de Trinitate asserit patrem non esse sapientem sapientia genita, ex hoc, quod tunc eædem essent sapientia genita, atq; ingenita, quoniam idem est patri esse, ac sapere: in eodem libro affirmat, ꝙ pater & filius diligunt se spiritusancto, seruantq; unitatem spiritus in vinculo pacis, cum tamen in diuinis etiam idem

Ephe. 4. sit esse, & diligere, sicut esse & sapere. Ratio verò diuersitatis hæc est, quoniam sapientia in diuinis solum dicitur essentialiter, amor verò etiam personaliter. Quòd si pater & filius dicerentur se diligere dilectione essentiali, simile esset, ac si pater diceretur sapiens sapientia genita, & vtrumq; ex eadẽ radice existere falsum, sed sic non intelligitur cum dicitur, pater diligit se spiritusancto. imò intelligitur de dilectione notionali, respectu cuius spiritussanctus se habet per modum principiati per ipsam. Nempè in hoc verbo diligunt, duo importantur. Vnum est actiua processio, sicq; ablatiuus spiritusancto, non cõstruitur, cum verbo hoc diligunt in ratione principij, sed principiati: sicut cũ dico, curro cursu, cursus non est principium currentis, sed principiatum ab ipso, sic dilectio non est principiũ suę actiuę processionis, sed principiatum eiusdem. Si autem consideretur modus procedẽdi spiritussancti, puta modus amoris: sic ablatiuus construitur cum verbo hoc diligunt in ratione formę, ut sit sensus: Pater & filius diligunt spiritusancto, id est, spirant amorẽ, qui est spiritussanctus, quo quasi formaliter ad inuicem conuertuntur, non utiq; forma substantiãli, quia tunc essent spiritusancto, nec forma consequente substantiam, quæ sit absoluta forma inhærens ei cuius est forma, sed forma consequente substantiã, relata ad alterum. & ideo potius existente ab aliquo, q̃ in aliquo. Illa etenim nihil ponit in eo, cuius est forma, sed potius principiati ab eo cuius est forma, sicut cum dr̃: Isti se diligũt amicitia. Vnde cum pater, & filius distincti sunt, diligãt se, & omnis diligens necessariò diligat suo amore, Pater & filius sic diligunt amore, qui est ipsorũ ut distincti sunt, qui amor est spiritussanctus. Eadẽ ratione diuisim dici potest, Pater diligit se spiritussancto. Nam quamuis pater & filius uniantur in spiratione actiua: illa tamen distinctarum est personarũ, inquantum distinctæ sunt, ita ut reduplicatio ista, inquantum, denotat rationem agentium, non agendi seu actionis. Hocque connotatur in prædicta distinctione locutionum. Hæc Vdalricus.

Tho. Aq. ¶Denique Thomas refert hic aliquorũ opiniones, & arguit contra eas, quemadmodum ex Alberto inductum est, & tandem refert positionem Hugonis, quam testatur præ cæteris veritatem perfectius continere, à qua tamen (ut patuit) parumper recedit Albertus, positioni Alexandri consentiens. Thomas verò positionem Hugonis declarans: Ad explanationem, inquit, eius sciendum, quòd ꝼm diuersam naturã generis, diuersus est modus denominationis.

Secundũ diuersã naturã generis est, & modꝰ de-

nominãd diuersus. minationis. quædã etenim genera ex sua rõne significant, vt inhærens, vt qualitas, quãtitas: & à talibus non fit denominatio nisi per formam inhærentem, quæ est principiũ eius, quod denominatur ꝼm esse illius subsistantiale, aut accidentale. Quædam vero ex sua ratione significant, vt ab alio ens, & non vt inhærens, sicut præcipuè patet in actione: qm̃ actio secundum quod actio, significatur, vt ab agente, & quod est in agente, hoc accidit ei inquantum est, accidens. Vñ in genere actionis denominatã agens ab eo, quod est ab ipso, non eb eo, quod principiũ est agentis siue agendi, qa ab actione dr̃ agens. Nec tñ actio principium est agentis, sed econuerso. Et si ꝙ impossibile poneretur aliquã esse actionem in creaturis, quæ non sit accidens, non esset inhærens, & tñ denominaret agentem. sicq; agẽs denominaret ab eo, quod est ab ipso, nec ei inhæret. Sed quia cuiusli bet actionis principium est aliqua forma inhærens, ideò aliquid põt dici agens duobus modis, vtpotè ipsa actione, quę agentẽ denominat, & non est principium eius. Et item ipsa forma, quæ est principium actionis in agente, atque secundum quid principiũ est agẽtis. Sicq; dicimus ignem moueri sursum suo proprio motu, ac leuitate. Quibus visis, patet respõsio. Diligere etenim in diuinis accipi potest essentialiter, & sic non importat processionem nisi secundum rationem, & etiam notionaliter, prout importat processionem realem amoris ab amante. & ab vtroque modo inuenitur amor dupliciter dici, reddendo singula singulis, vtpotè vt qualitas, prout amor designat habitum amantis: & item, vt operatio, prout amor significat actum, vel passionẽ amãtis in amatum, vel ab amante. Si itaq; diligere sumatur essentialiter, cum dicitur, pater diligit filium, dicetur pater denominatiuè diligere amore, qui est actus essentialis: & charitate, tanq̃ principio illius amoris, quæ charitas est diuina essentia. Si autem diligere sumatur notionaliter, ~~tunc~~ amor si designet formam, quæ est principium actus istius, dicetur pater diligere filium ipsa proprietate, quæ est principium processionis spiritussancti, quæ est communis spiratio, sicut paternitas est principium generationis filij. Porro si amor nominet ipsam actionem procedentem, sic pater dicitur diligere filium amore, qui est spiritussanctus, vel spiritusancto, quamuis hoc non tam expressam contineat veritatem. Consimiliter est in alijs nominibus personalibus, quæ personam significant per modum operationis, vt verbum. Idcirco conceditur, quòd pater dicit verbo suo. Hæc Thomas in Scripto.

Articul 2. ¶Denique in prima parte Summę quæstione 37. Quidam, ait, dixerunt, ꝙ dum dicitur, pater, & filius amant se spiritusancto, ablatiuus construitur in habitudine effectus formalis, & ita propinquiùs accesserunt ad veritatem. Dum enim res cõuenienter de nominentur à suis formis, vt album ab albedine, homo ab humanitate, omne id, à quo aliquid denominatur, quantum ad hoc habet rationem, seu habitudinem formæ, quamuis non sit forma in se. Contingit autem aliquid denominari per id, quod ab ipso procedit, non solum sicut agens denominatur ab actione, sed etiam sicut termino actionis, qui est effectus, quando ipse effectus in intellectu actionis includitur. Dicimus enim, quòd ignis est calefaciens calefactione, quamuis calefactio non sit calor, qui est quædam forma ignis, sed actio ab igne progrediens. Dicimus quoque, quòd arbor est florens floribus, quamuis flores non sint forma arboris, sed eius effectus. Secũdum

Qualiter pater diligat filium spiritusancto. hoc ergo dicendũ, ꝙ prout diligere essentialiter sumit, pr̃, & filius nõ diligunt se spũsancto, sed sua essentia. Vñ 11. de Tri. loqtur Aug. Quis audeat dicere, patrẽ, nec se, nec filiũ suũ, nec spm̃sctm̃ diligere nisi per spm̃sctm̃? Sed prout diligere notionaliter sumit, nihil est aliud, q̃ spirare amorẽ, sicut dicere est verbũ producere, & florere est florẽ emittere, seu causare. Quemadmodũ ergo dr̃ arbor florens floribus, ita pr̃ est dicens verbo seu filio seipsum, & creaturas. Pr̃ quoq; & filius diligũt spũsancto seu amore ab ipsis procedente se inuicẽ, & creata. Pr̃ quippe nõ solum filiũ, sed & se, ac nos diligit spũsancto: quia (ut dictũ est) diligere notionaliter sumptũ, non solum importat productionẽ personæ diuinæ, sed etiam personam productam per modũ amoris, qui amor habet habitudinẽ, seu respectum ad rem dilectam. Hinc queadmodũ pater dicit se, & omnẽ creaturam verbo quod genuit, inquantũ verbum illud sufficienter repræsentat patrẽ, & omne creatum, ita diligit se, & omnem creaturã spiritusancto, inquantũ spiritussanctus procedit, ut amor primæ bonitatis, ꝼm quã pater amat se, omnemq; creaturam. Ex quibus constat, ꝙ in verbo, atq; in amore procedẽte, quasi secũdariò importatur respectus ad creaturã, inquantum videlicet veritas, & bonitas diuina est principiũ, & ratio intelligendi, & amandi omnẽ creaturã. Hæc Thomas in Summa. ¶Consonat Petrus, dicens: Cũ dicitur, pater, & filius diligũt se spiritusancto, sensus est: Spirãt spiritũsanctum, ut amorem unius in alterũ. Hanc positionem tenendo, dicendũ, ꝙ uerba quædam significãt motum ad animã ut sapere: quædã ãb anima, sicut diligere. Similiter noĩa quædam significant rẽ per modũ inhærentis ipsi animæ, ut sapiẽtia: quædã per modũ egredientis, ut amor. Et qm̃ egressus iste potest esse ꝼm rem, & item ꝼm modum intelligendi; ideo talia accipi, queunt personaliter, & essentialiter: illa uerò, quę significãt per modum formæ inhærentis, non nisi essentialiter capiũtur: quia designant rem suam non per modũ originis, sed qualitatis. Hinc patet quare dici nõ posit, pater sapit sapientia genita, qm̃ notaret filius respectu patris habitudinẽ habere causalem. sed dici potest, pater diligit filiũ spiritusancto, & econuerso, quia per hoc nõ notatur spiritussanctus habitudinem aliquã causalem habere respectu patris, ac filij, imò ablatiuus dicit habitudinem effectus secundũ rem, habitudinem vero formæ solum ꝼm modum intelligendi, i. ꝼm denominationẽ: sicut cũ dicitur, isti loquunt verbo, vel currunt cursu, seu agũt actione, in quibus idem significatur per verbum, & ablatiuũ, sed per ablatiuum ut qualitas denuncians, per verbum ut actus egrediẽs à supposito: sicut cũ dicitur, pater dicit verbo, & diligit spiritusancto: in quibus locutionibus utrũq; verbum, videlicet dicit, & diligit, significat actũ notionalem & terminum actus, seu notionem simul, & personã, quæ notio, quasi forma denominans designatur, cũ additur nomen personæ. Sapientia verò semper essentialiter sumitur, quo ad significationem. Dilectio autem essentialiter, & personaliter accipi potest. Hæc Petrus. ¶Præterea Richardus quæstionem

Petrus. Richardꝰ. Quæstio. huius distinctionis mouet hoc modo. Vtrum quælibet persona diuina se, & quamlibet personam diuinam diligat spiritusancto, & an quælibet persona diuina diligat nos spiritusancto. Atque ad primam respondet. Vna quæque persona diuina se, & quamlibet aliam personam diuinam, diligit spiritusancto, quoniam pater diligit filium spiritusancto, & econuerso. Pater quoque se diligit spiritusancto,

Vnaquæq; diuina persona diligit se, & q̃libet aliã spũsancto,

tusancto, filius etiam diligit se spiritusancto, sed & spiritussanctus diligit se spiritusancto, Pater item, & filius diligũt spiritumsanctũ spiritusancto. Quod autem pater diligat filium spiritusancto, & ecõuerso, ita declaro: Quædã nomina significant rem suã vt in alio sicut sapientia, & bonitas: quædam vt ab alio, quemadmodum actio. & sicut ea, quæ significãt rem suam, vt in alio, possunt denominare illud in quo sunt, sic actio, quæ significat rem suam, vt ab alio, potest denominare id, à quo est. Ideò sicut ista est vera, iste scit scientia, ita, & hæc, iste amat amore à se procedente. Cum igitur in diuinis hoc nomen spiritussanctus designat rem suam, vt ab alio procedentem, ideò amore hoc personali denominari possunt pater, & filius. Hinc si per ly diligere significet amor personalis, vere dicitur: pater diligit filiũ spiritusancto, & conuerso. sicq; ablatiuus construitur non in habitudine causæ, sed rei productæ habẽtis actum formæ in denominãdo. Si autem diligere dicat essentialem amorem, pater, & filius non diligũt se spiritusancto: quia ex hoc, quòd pater, & filius amant se amore essentiali, emanat ab eis amor personalis, qm̃ actiones personales in actibus essentialibus radicari, & fundari dicũtur, Consimiliter dico, quòd pater diligit se spiritusancto, & filius diligit se spiritusancto loquendo de notionali, seu personali amore: quoniam notionaliter diligere aliquem, est amorem spirare in ipsum, vt in obiectũ. cumq; amorem hunc pater non solum spiret in filiũ, vt in obiectum, sed etiam in seipsum, vt in obiectum: similiter filius non solum spiret istum amorem in patrem, vt in obiectum. sed etiam obiectaliter in seipsum, ideò hoc amore pater non solum diligit filium, sed etiã semetipsum. & idem dicendum de filio. Dico quoque, quod spiritussanctus diligit se spiritusancto essentiali amore, inquantum spiritussanctus est realiter diuina essentia, essentialisq; amor, non tamen à seipso: quoniam quicquid habet, habet à patre, & filio, sed diligit se per seipsum, secundum quod ly per, dicit habitudinem quasi similem habitudini formæ. Amore autem notionali non diligit se seipso, quia in illa amore requiritur emanatio. Insuper dico, quod pater, & filius diligunt spiritumsanctum spiritusancto, notionali non essentiali amore. sicq; per actum diligendi, & per accusatiuum, & ablatiuum eadem res significatur, sed per actum significatur, vt actio: per accusatiuum, vt terminus actionis: per ablatiuum, vt aliquo modo similis actui formali in denominando, sicut cum dico, intelligo intelligere actu intelligendi, quia per hoc, quod dico intelligo, significo idem vt actionem, quod significo per intelligere vt terminũ: & quod significo cum dico, actu intelligendi, vt habens aliquo modo similitudinem formæ in denominando, ita quòd cum dicitur, pater, & filius diligunt spiritumsanctum spiritusancto, spiritussanctus, vt significatus per actum diligendi, prior est secundum rationem intelligendi seipso significato, vt est terminus actus: atque inquantum significatur per hunc ablatiuum spiritusancto, prior est secundum rationem intelligendi seipso significato per actum, & seipso significato, vt est terminus actus. Non enim inconueniens est, vt idem sub diuersis rationibus sit priùs seipso secundum rationem intelligendi. Hæc Richardus.

Bonauen. ¶ Præterea respõsio Bonauenturę cõcordat Thomæ, & in eis verbis quasi totaliter continetur, & addit, quod diligere essentialiter sumptũ, designat voluntatis cõplacentiam, quæ cõmunis est tribus personis. Sumptum uerò notionaliter, dicit uoluntatis fœcunditatem, quæ inest solum duabus personis ad producendum personam diuinam.

¶ Verum à præinducta responsione Richardi uidetur Bonauentura aliqualiter dissentire, dicendo: Spiritussanctus est amor nectens patrem cum filio, & econtra, nec licèt inferre: ergo pater diligit seipsum spiritusancto. & denuo, diligere spiritusancto non conuenit tribus personis ratione spirationis, quam spiritussanctus importat. Hæc Bonauentura.

¶ Hæc tamen dissensio uidetur concordabilis esse, ut paulò post forsan tangetur. Et sicut Thomas, sic, & Bonauentura sequitur, & commendat hic responsionem Hugonis de Sancto Victore, qualiter uera sit ista, pater, & filius diligunt se spiritusancto, ita quòd ablatiuus ille construitur in ratione effectus formalis, uominãdo effectum id, quod à principio est. Allegat quoque Sanctum Bernardum de diuino amore dicentem: Amas te amabilis Domine, cum à patre, & filio procedit spiritussanctus amor patris in filium, & filij ad patrem, & tantus amor, vt sit vnicus. Bernard.

¶ At uerò de hac materia non scribit Durandus in Scripto suo, quod uidi, sed, ut in eiusdem margine additur, in alio suo scripto quærit sic primo, Vtrum hæc sit vera, Pater, & filius diligunt se spiritusancto. Secũdò, an pater diligat se spiritusancto, & filius se spiritusancto. Tertiò, an spirituſſanctus diligat se spiritusancto. Durãdus.

¶ Ad primam respondit, quod sic, quoniam spiritussanctus procedit à patre, & filio, vt amor. sed quilibet diligit amore à se procedente.

¶ Ad secundam quoq; respondet, quòd sic, qm̃ sicut se habet dicere ad verbum, ita diligere ad spiritumsanctum. Sed hæc est uera, Pater dicit se uerbo: ergo, & ista, Pater diligit se spiritusancto. Simili modo filius diligit se spiritusancto.

¶ Ad tertiam dicit, quòd eius solutio patet ex dictis. Vnde, & illam uidetur concedere. Spiritussanctus diligit se spiritusancto, ita quod ly, se, construitur ibi quasi in habitudine formæ, aut actus, quemadmodum dicitur, iste uidet uisione. Multæ sunt namque proprietates formæ, uidelicet distinguere, continere, manifestare, unire, &c. Hæc Durandus.

¶ Deniq; Scotus: Amor, ait, in nobis inquantum est quid productum, habet ad voluntatem producentem relationem secundi modi, & illa forsan est mutua: habet ét ad obiectum aliam relationẽ pertinentem ad tertium modum relatiuorum, quę non est mutua. Nam sicut scientia refertur ad scibile, ita amor ad amabile, non econtra. Et sicut amor hẽt formaliter habitudinem aliquam ad obiectum, ita id, quod producit amorem, põt denominari ab habitudine illa, si esset verbum impositum hoc actiuè significãs. Ita dico in diuinis, quod spirituſſanctus ui productionis non quidem propriè, sed appropriatè est amor oĩs entis necessariò amati. Propterea habet aliquam relationem rationis formaliter ad sic amatum: & producens ipsum amorem, potest denominari ab eadem habitudine quasi principiatiuè. sicq; habitudo, vt principiatiuè denominans, importatur per hoc verbum diligere, qm̃ dicunt pr̃, & filius se diligere spiritusancto. Hoc quippe est patrem, filiumq; producere amorem, qui est pr̃is, ac filij: quemadmodum pr̃em dicere se uerbo, est producere uerbum, quod est declarãs ipsum patrem. Vnde cũ dicitur, pater, & filius diligunt se spiritu- Scotus.

ritusancto, verbũ hoc diligere, nec merè essentialiter, nec merè notionaliter sumit, sed cõnotat notionẽ, videlicet spũsancti productionẽ, & significat illã habitudinẽ consequentẽ spm̃sanctũ ad amatũ non formaliter, sed principiatiuè: & rõne illius habitudinis sequẽtis, é essentiale, quãtum ad illius habitudinis terminũ, qm̃ terminus illè non tm̃ est spũssanctus, sed & omne necessariò amabile, & quo ad hoc fit cõuersio, nõ quantũ ad notionale connotatũ. Similiter dicere sumit, nec merè essentialiter, nec merè notionaliter, qm̃ cõcedit pr̃se dicere verbo. Imò connotat notionẽ, puta gignitionẽ, & importat habitudinem declaratiui ad oẽ declarabile. Hæc Scotus. ¶ Qui etiã reph̃dit exẽplum illud ab alijs introductũ, videlicet arbor floret floribus: qm̃ florere nõ est verbũ actiuum, sed neutrũ. & arborẽ florere floribus, non significat formaliter, producere flores, imò si poneretr̃ verbum actiuũ, dicendo, arbor florificat floribus, esset falsa. Sed rñsio Thomæ, ac Bonauenturæ Hugonẽ sequẽtiũ, planior, aptiorq; videt̃, nec habitudo illa ad creata, aut creabilia, q̃ nõ est nisi relatio rõnis, impedit quin diligere absolutè loquendo sumat̃ notionaliter, dum dr̃, pater, & filius diligunt se spũsancto. Nã & quidã doctores præfati fatent in verbo, & in amore infinuari respectũ quendam ad creaturas, qui nihilominus protestant̃ verbũ illud diligere, sumi notionaliter in ptacta locutione. Exẽplum quoq; e illud, arbor floret floribus, à Thoma & Richardo specialiter positũ, videtur oĩno conueniẽs. Quãuis. n. florere sit verbũ neutrũ in mõ significandi, tm̃ reipsa arbor se habet per modũ causalis principij respectu florũ, foliorũ, & fructuũ, q̃ nascũtur ex arbore, q̃uis ad horũ productionẽ cõcurrãt, & alia actiua principia, quemadmodũ etiã terra est causale principiũ bladi, & graminũ, ac terræ nascẽtium, sicut in Isaia fat̃ scriptura: Terra, pfert germẽ suũ, & hortus semen suũ germinat. Itemq;, sicut descendit imber de cęlo, & inebriat terrã, & germinare eã facit. In canticis quoq;, Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiũt. ¶ Amplius, Aegidius circa hæc scribit, plixè, positionẽq; recitat Thomæ, & asserit eã in duobus deficere. Primò in hoc, q̃ dicit paternitatẽ esse principium gñationis filij, atq; cõem spirationem esse principiũ processionis spiritussancti. Qm̃ pater nõ est potẽs gñare paternitate, sed natura. Secundò, in hoc, q̃ Thomas ait ablatiuũ cõstrui in habitudine actus cũ dr̃, pater, & filius diligũt se spũsancto, cũ tm̃ ablatiuus ille cõstruat̃ in habitudine cõstituti ex actu. ¶ Verũ ista soluunt̃ faciliter. quamuis. n. paternitas, vt est relatio ſm rõnem, & ordinẽ intelligendi cõsequens actũ gñationis, nõ sit gñationis principiũ, tm̃ inquãtum est proprietas cõstitutiua personæ patris, est quasi prior, atq; principiũ generationis, prout declaratũ est supra. Similiter cũ dicit Thomas amorem notionaliter sumptũ, significare, vel formã, quæ est principium actus, videlicet cõem spirationẽ, vel actũ, seu actionẽ procedentẽ realiter, per ipsum actũ intelligit spm̃sanctũ, seu spiratũ amorẽ, q̃ est quid constitutũ per actũ diligentes essentialiter sumptæ, vt patuit. Ideò reprehensio illa Aegidij videt̃ multiplicatio verborũ inutilis, & ipse Aegidius eidem positioni consentit, ſm quod Hugo eam deprõpsit. Nec sequit̃, pater potẽs est gñare natura, ergo non paternitate, prout paternitas est constitutiua proprietas. imò dico, quòd pater potens est generare natura, & intellectu, seu fęcunda memoria, & pateruitate, prout hæc supra expressa sunt. Idcirco stare non valet, quod Aegidius scribit communem spirationem non esse principium processionis spirituſſancti. & in hoc non solum contradicit Thomæ, sed etiam Alberto, Vdalrico, Richardo, Petro, ac alijs multis, vt constat ex præinductis. ¶ Nunc diligentiùs inquirendũ, an Deus pr̃ diligat semetipsum spiritusancto. Ad qđ quãuis modo respondum sit, tñ de hoc plenius loqui oportet Itaq: ad hoc respondet hic S. Doctor, quod sicut pr̃ nec se, nec filiũ diligit spiritusancto, de essentiali dilectione loquẽdo, ita sicut amat filiũ spiritusancto, sic, & seipsum eodem spiritu diligit loquẽdo de dilectione notionali: quia diligere notionaliter nihil aliud dicit, q̃ esse principium amoris personalis, qui est spirituſſanctus: qui amor, q̃a significaanr per modũ operationis, denominat patrem à quo est. Cũq; tota ratio dilectionis, quæ est in filio, sit in pr̃e, & econuerso, ex neutra parte põt impediri, quin pr̃ se diligat spiritusancto, videlicet nec ex parte spirãtis amorẽ, nec ex parte diligibilis qm̃ pr̃ ex vna parte sufficiẽs principiũ est spirituſsãcti, atq; ex alia parte sufficiẽs ratio diligibilitatis in ipso est, & ét in spiritusancto. Vnde sicut pr̃ diligit filiũ spirituſctõ, ita, & se. Eodẽ nãq; amore diligit filiũ suũ, & se, sed, & spiritũsanctũ diligit pr̃ spũcto.

¶ Si aũt quæratur, an spirituſſanctus diligat se spiritusancto. Dicendũ, q̃ imò, si intelligat̃ de essentiali dilectione, qm̃ sicut seipso Deus est, ita seipso essentialiter amat. Si verò intelligat̃ de dilectione notionali, tũc in verbo isto diligere importatur quasi duplex actus, videlicet ipse actus amoris, q̃ significat personã spirituſſancti, & ipsa amoris amissio: quia diligere notionale, est amorem spirare, quod non cõuenit spũsancto. Vñ nec ista concedit̃, q̃ spirituſſanctus se amat spiritusancto. Si aũt ab intellectu verbi istius diligit, separetur actus originis per quam efficitur notionale, & remaneret solũ, quod personale est, sic cõueniret spirituisancto: quia procedit, vt operatio subsistens, propter quod ipsa operatio est operans, sicq; spirituſſanctus seipso diligeret se, & patrẽ: & tunc diligere non notaret emissionem amoris nisi ſm rõnem, nec importaret aliquid notionale, sed tm̃ personã alio mõ significatam. Vñ diligere põt tripliciter sumi. Primò, ſm quod dicit essentiã tm̃, & exitũ essentialis operationis, seu dilectionis ab ea solũ ſm rationẽ. Secundò, prout nomi nat solũ personã spũssancti, & sic etiam nõ designat exitum nisi secundum rationem, & iuxta hoc conuenit solũ spirituisancto diligere, sed ista acceptio incõsueta est. Tertiò, pr out dicit exitũ realem, sicq; simul importat notionem actiuã, seu communẽ spirationem, & spirituſſancti personam, sicq; non conuenit nisi patri, & filio. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Verum in his quoq; contradicit Aegidius magistro suo Thomæ, affirmãs eius rñsionẽ in duobus deficere. Primò, qm̃ spirituſſanctus nõ significatur per modum operationis, seu actus. Secundò, qm̃ pater diligit spiritusancto, siue diligere sumatur essentialiter siue notionaliter. Sed primum horũ duorũ, modici est momẽti: quia in quid nominis videt̃ cõsistere, imò sicut iuxta Philosophum Deus est purus actus, sic q̃libet diuina persona potest significari, vt act⁹. Operatio quoq; frequẽter vocat̃ dilectio ipsa egrediẽs, & res producta. Sed̃m vero istorũ magni est ponderis, qa in hoc Aegidius cõtradicit cũctis prælegatis doctoribus, & cõi scholæ theologorũ. Opinionẽ vero suã sic persuadet: Pr̃ dicẽdo se, producit verbũ, & intelligendo se gñat verbũ. & tm̃ dicere propriè sumptum, est notionale, intelligere vero essentiale. Vtroq; ergo mõ producit verbũ, videlicet actu essentiali, & notionali, non tm̃ eodẽ modo: qm̃

Quæstio.

Thom. Aqu.

Pater diligit seipsũ spũsancto

Diligere tripliciter sumitur.

Aegidius.

Philosop.

pater dicendo se, verbum prdoucit: & intelligẽdo, generat verbum: & tñ vtrunq; verbum denominat patrem. Dicimus enim, ꝙ pater dicit verbo, & intelligit se in verbo. Quemadmodum autem pater dicẽdo, & intelligendo se producit verbum, sic pater & filius diligendo se dilectione essentiali, quæ correspondet ei, quod est intelligere, & diligendo se dilectione notionali, qua correspondet ei, quod est dicere, spirant spiritum sanctũ. Ideò ſm vtranq; dilectionem spiritus sanctus denominat patrem, & filiũ.

Diony. Sed huius error opinionis patet ex prætactis doctorum argumẽtationibus, qm̃ Deo patri idẽ oino est esse, & diligere essentialiter sumptum. Idcirco si pater essentialiter diligeret spiritum sancto, esset spiritus sancto. & eadẽ est rõ falsitatis huius propositionis, atque illius, quam Augustinus tractat, videlicet pater est sapiens sapiẽtia genita. Deniq; actus essentialis cõis est tribus supersanctis, & superexcelsis personis. Idcirco si pater gigneret verbũ intelligendo se essentiali intellectione, sp iritussanctus, quoq; gigneret verbũ, præsertim cũ illa intellectio sit vna, & eadem numero in tribus personis altissimis. Quamuis ergo actus notionales in actibus personalibus fundentur, & radicentur, nõ tñ conceditur, ꝙ actus essenciales sint proxima principia emanationũ ad intra. Præterea, quàmuis pater, & filius denominentur ab actu notionalis dilectionis, ita ꝙ dicuntur se diligere spũsancto, quia per hoc spũssanctus non insinuatur, vt principium, seu rõ actus illius in patre, & filio, sed potius econtra, pater & filius designantur principiũ spiritussancti: quia notionaliter diligere, est amorẽ producere, seu spirare. Nõ tñ possunt pr̃ & filius ita denominari ab essentiali dilectione respectu spiritussancti, ita vt dicantur se diligere spiritu sancto essentiali dilectione: quia sic spũssanctus significaret, vt principiũ, seu rõ dilectionis illius in patre, & filio. Et breuiter, opinio ista Aegidij ostẽditur multũ abusiua, grossa, erronea. ¶ Consequenter scrutãdum, an pater, & filius diligant rõnales, & intellectuales creaturas spiritu sancto. & q̃uis iã habitũ sit, quid ad hoc Thomas rñdeat in prima parte Summæ, nunc tñ addenda est rñsio eius in Scripto. Itaq; ait hic: Concedendum est simpliciter, ꝙ pater & filius diligunt nos spũsancto, quemadmodum supra 10. distinctione habet. Quocirca sciẽdum, ꝙ diuina ꝓcessio personarum est quædam origo, atque exemplar emanationis creaturarũ, quia in omni genere primũ est causa sequentium: tñ efficientia creaturarum attribuitur cõi essentiæ. Vnde cũ pater, & filius dicuntur nos diligere spiritu sancto, verbum illud diligere, potest essentialiter, notionaliterq; teneri. & vtroq; mõ propositio vera est. Si enim tenetur essentialiter, tunc in verbo dilectionis designat totius efficientia trinitatis, & in ablatiuo designante personam spiritus sancti, designatur ratio efficiẽtiæ non ex parte efficientis, sed effectorum, seu causatorum: quorum ratio, & origo est spiritus sancti processio, sicut & verbum æternũ. Sed verbum, ſm quod exierunt à Deo per intellectũ: spiritussanctus vero, ſm quod liberè exierũt per voluntatẽ, ad quã pertinet amor. ideò propriè dr̃ Deus diligere creaturam spiritu sancto, non verbo. Si aũt diligere notionaliter capiatur, rursus vera est ista locutio, pater diligit nos spiritu sancto, aliã tñ habet rõnẽ veritatis, qm̃ verbum hoc diligit, non importat ex principali intentione habitudinem efficientiæ respectu creaturæ. imò principaliter denotat rõnẽ efficiẽtiæ huius respectu effectuũ, atq; ex consequẽti dat intelligere habitudinem efficientiæ: vt sit sensus, Pr̃ diligit creaturam spiritui sancto, ideſt spirat personalẽ amorẽ, q̃ est ratio oĩs liberalis collationis, creaturis à Deo exhibitæ. Hęc Thomas in Scripto, & in hoc satis cõcordat Aegidius. ¶ Richardus ẽt consonat: Quælibet, inquiẽs, persona diuina nos diligit spiritu sancto. In diuinis nãq; est amor essentialis, & notionalis. Amor verò essentialis Dei ad nos, accipi põt dupliciter. Primò, ratione significati. secũdò, ratione effectus connotati. Primò modo dici non potest, ꝙ pr̃ & filius diligunt nos spiritu sancto, quia ſm rationem intelligendi priùs est amor essentialis, q̃ spirituss anctus. Si aũt accipiatur pro connotato, quod est collatio alicuius doni gratuiti, sic quælibet persona diuina diligit nos spiritu sancto appropriatè, nõ propriè, ita ꝙ illa collatio appropriatur spirituisancto, quãuis efficienter à tota sit superaltissima Trinitate. Si aũt intelligatur de amore notionali, qui cõprehendit personam, & emanationẽ verbaliter significatam, sic pr̃, & filius diligũt nos spiritu sancto, qm̃ spirant in nos spiritum sanctum tanq̃ in obiectum. Quemadmodũ enim pr̃ vnũ verbum ꝓducit, quo se, & oĩa alia dicit, sic pr̃, & filius spirant amorem vnũ, quo se, & oĩa alia diligunt, sed spirituss anctus non diligit nos spiritu sancto, seu notionali, sed tm̃ essentiali amore, qa diligere notionaliter est amorẽ increatũ spirare in dilectum, vt in obiectum. Verũtamen spirituss anctus, qui est amor personalis, diligit nos seipso amore essentiali, sic intelligendo, ꝙ diligit nos ꝓ suam essentiam, quæ realiter idẽ est quod ipse. Hæc Richardus. ¶ Si aũt quis instet, quia eodẽ amore diligit Deus oẽm creaturã: sed nõ diligit creaturã irrationalẽ spiritui sctõ, quia nõ spirat eũ in illã, ergo nec aliã. Rursus dilectio Dei in creaturis cõis est tribus personis, sed diligere creaturã spiritui sctõ, non conuenit spiritui sctõ, ergo nec alijs diuinis ꝑsonis. ¶ Dicendũ ad primam, ꝙ minor est falsa. Deus. n. diligit essentiali dilectione oẽm creaturã spiritui sctõ, notionaliter verò solummodo istos. Nihilominus eodẽ amore diligit oẽm creaturã, qa realiter idẽ est amor essentialis, & notionalis. ¶ Ad ſm, ꝙ dilectio illa cõis est tribus supergloriosis ꝑsonis respectu cõnotati effectus, quãuis appropriẽ spiritui sctõ, sicut, & bonitas. Hinc quãuis spirituss anctus nõ diligat se, aliãq; ꝑsonã diuinã notionaliter seipso, diligit tñ creaturã essentialiter, & ꝑsonaliter seipso, rõne effectus cõnotati egredientis ab ipso. Hæc Petrus, & Richardus in ſnia. Petrus quoq; in ꝑdictis cõcordat scriptis Thomæ, atq; Richardi.

Richardꝰ.

Spirituss̃ctus nõ diligit nos amore notionali.

Obiect. 1.

2.

Ad primã.

Ad scãm.

Tho. Arg.

¶ Insuper Thomas de Argentina concordantiã dictis, nisi ꝙ dicit istã non esse cõcedendã, pr̃, & filius diligunt se per spiritum sanctum, quæ tñ ſm doctores quosdã præallegatos ſm quendam modum concedit. Dicit quoq;, ꝙ spirituss anctus est amor, seu charitas ſm triplicem modũ. Primò essentialiter, inquantũ cum pr̃e, & filio vnus est Deus. Tres quippe ꝑsonæ, inquantũ sunt vnum in essentia, diligũt se essentiali amore, qui spiritui sctõ appropriat. Secũdò, ꝑsonaliter, qm̃ ipse est nexus pr̃is, & filij, q̃ diligunt se amore ab ipsis procedente, vtpotè spiritui sctõ. Tertiò, exẽplariter, qm̃ ipse spirituss anctus non solũ est causa efficiẽs amoris gratuiti, q̃ consistit in nobis, sed ẽt exẽplar, ac finis illius amoris. Nã spiritus sactus est amor spiratus, & increatus, à quo exẽplatur, seu exẽplatiuè in nobis producit charitas, quę finaliter tendit in illud increatum exẽplar. Hæc ille. Ex habitis quoq; patet ad obiecta solutio.

Spirituss̃ctus est amor scm̃ triplicem̃ modum.

Arguitur primo cõ

QVAESTIO II.

NVnc quærendum, *An pater sit sapiens sapientia genita*. Videt̃, ꝙ sic, qm̃ vnu lquisq; denominatur sapiens à sapientia sua. sed filius Dei est sapientia patris, iuxta illud Apostoli: prædicamus Chr̃um Dei virtutem, & Dei sapientiã Chr̃us vero est sapientia genita. ¶ Secũdò, Gregorius ꝓbat filiũ patri esse æqualẽ, ex hoc, ꝙ filius ẽ sapientia pr̃is, de rogaretq; pr̃i, si sapientia eius minor ipse cõsisteret. Hoc aũt argumentũ efficaciã non haberet, nisi pater denominaret à sapientia, q̃ est vnigenitus filius eius, quæ est sapiẽtia genita. ¶ Tertiò, dictũ est sæpe, ꝙ filius est ars Dei patris rationibus plena. Artifex vero architectus ab arte sua dicitur sapiens. ¶ Quartò, pater dicitur amans amore à se procedente, qui est amor spiratus. ergo, & sapiens est dicendus sapientia à se ꝓcedente, q̃ est sapiẽtia genita. ¶ Quintò, pater oĩa noscit, & videt in filio, ergo sapiens est eodem: qm̃ illo sapiens quis vocatur, quo intra se conspicit, & cognoscit. ¶ In cõtrarium sunt, quæ habentur in litera, qm̃ Deo idẽ est esse, & sapiẽtẽ existere. & ita seipso est sapiens, nec sapientem filiũ genuisset nisi in se est, & ex se sapiẽs extitisset. ¶ Ad hoc Bonauentura rñdet: Esse sapientem in diuinis essentialiter dr̃. ideò sine distinctione dicendũ, ꝙ ista sit falsa, Pater est sapiens sapientia genita. & si alicubi legit̃ ab aliquo sancto concessa, est exponenda. Vnde, & Augustinus in libro retractationum: Meliùs, inquit, illam quæstionem in libris de Trinitate tractaui, ostendens non valere argumẽtum, quo sic argui alibi: Si pater fuit sine filio, cũ filius sit eius sapiẽtia, ergo pater fuit insipiens. quod non sequitur, quoniam sapientia conuenit vnicuique diuinæ personę. Quamuis autẽ sit concedendum, ꝙ filius est sapientia patris, non tamen, quòd pater est sapiens sapientia genita. Dupliciter nanq; quid dicitur sapiẽtia alicuius. Primò sicut subiecti, & ita denominat illud. Secundò tanquam principiatum ab illo. Genitiuus enim importat originem. cumq; filius sit sapientia originem habens à patre, rectè vocatur sapientia patris. Verum cum dicitur, Pater est sapiens sapientia genita, ablatiuus construitur in ratione alicuius causalitatis, aut in habitudine formæ siue principij, præsertimq; formę. ideò falsa est, quoniam filius, nec forma est, nec principium pr̃is, aut sapientiæ eius ¶ Si quæratur cur non construit in ratione formalis effectus, quemadmodum amor cum amante, à quo procedit, Dicendum ꝙ non est simile, cuius duplex est causa, vna communis, alia specialis. Ratio communis sumpta est à creaturis, qm̃ quidam sunt actus, qui dicunt motum à rebus ad animam, vt sapientia: quidam vero ab anima ad res, sicut amare. Ideò comparatio amoris ad amantem, consistit in ratione exeuntis, nõ in ratione percipientis. Ideò amor de se importat formam, & effectum. Sapientia vero, quia significat, vt ad intelligẽtem, non vt ab intelligente. ideò ablatiuus ille tantum importat formam, non effectum. Alia ratio specialis est in diuinis, quoniam amor procedens, proprièꝫ & non per appropriationem est amor. similiter diligere notionaliter dictum. vnde importat originem. Sapientia vero semper essentialiter dicitur. Propter quod esse sapientem, nequaquam notionaliter prædicatur. & per hoc ad primum, & ad quartum solutio elucesit. ¶ Aduertendum quoq; ꝙ differt dicere, pater nouit filio, & pater nouit in filio: quia cum dicitur, nouit filio, ablatiuus designat rõnẽ formæ, siue principij cognoscendi. ideò falsa est. Hæc aũt, nouit in filio, est distinguenda: qm̃ præpositio, in, cum suo casuali põt determinare hoc verbũ nouit, in cõparatione ad subiectum: & ita est falsa, cum sit sensus, filius est patri rõ cognoscendi. Potest etiam verbum illud determinare in comparatione ad obiectũ, & tunc est vera, estq; sensus, quod filius sit rebus cognitis ratio, & exemplar, & causa exemplandi passiuè. Quod autem iste valeat esse sensus, hinc constat: Qui perfectè cognoscit rem aliquam, cognoscit omne, quod est in illo. Cumq; pater cognoscat filium perfectè, & omnia sint in filio sicut in summo, ac splendidissimo exemplari, sequitur, ꝙ pater omnia cognoscit in filio. per quod patet ad quintum solutio. Hæc Bonauentura.

tra veritatem.

2. Corin. 1. Gregoriꝰ.

In oppositum.

Bonauen.

Augustin.

Pater non est sapiens sapientia genita.

¶ Circa hæc scribit Thomas: Quamuis concedẽ, ꝙ pater omnia dicat verbo, nullatenus tamen cõceditur, ꝙ sit sapiens sapientia genita. & hoc propter diuersum modum significandi in vtroq;. Verbum enim significat ꝓ modum operationis, quę denominat illud à quo egreditur, vtpotè operantẽ. Propter, quod pater denominat dicens verbo genito, quem admodum amans amore spirato. Sapientia vero significatur per modũ formæ, seu habitus quiescẽtis in eo, cuius est. Ideò nullus denominatur sapiens, nisi ab eo, quod est in ipso, nõ per id, quod est, aut manat ab eo. Quicquid autem significat esse in aliquo per modum formæ, vel substantialis, vel accidentalis, significatur vt principiũ alicuius in ipso, qm̃ forma dat esse, & est principium operationis in eo, in quo est. Filius verò respectu patris nullam habet rationem principij, ideo pater non est sapiẽs filio, aut sapiẽtia genita. Deniq; dupliciter dicitur aliquis videre, aut cognoscere in alio. Primò, sicut in quo accipit cognitionem, sicut discipulus in verbo magistri, & ita pater non nouit, nec videt cuncta in filio. Secũdò, sicut in quo rem cognitã intuet̃, aut representatã conspicit, sicut ędificator videt artem suam in domo, quã prudenter construxit. & sicut quis videt in scriptura libri, quod scit, sicq; pater cũcta videt in filio, in quo oĩum rerũ rationes resplendent.

Cognoscere aliquod in alio dupliciter dicitur.

Quæstio. ¶ Sed quæri põt, an pater seipsum in filio videat, an etiam videat se pater in creaturis, Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ quamuis pater in verbo suo æterno videat creaturam, non tamen seipsum. sed cũ pater perfectissimè repræsentetur, atq; reluceat in filio suo, tãquam in naturali, & perfecta imagine, & in suæ speculo maiestatis, non video causam, cur nõ potiùs videat seipsum in filio quam creata. Hinc quoq; incõueniẽs non est, vt pr̃ modo prædicto dicat̃ se videre in creaturis, inquantũ in ipsis ꝓ modũ imaginis, aut vestigij repræsentat̃. Hæc Thomas in Scripto. Cõcordant oĩno Petrus, & Richardus. ¶ Alberus demum hic ait: Sicut non est concedendũ, ꝙ pater est sapiens sapientia genita, ita nec ista, Pater est sapiẽs in sapientia genita, quia insinuatur per ablatiuũ, ꝙ pr̃ rationẽ sapientiæ habeat à filio, vel in filio, quorum nullũ est verum: qm̃ in seipso est sapiens. Eadẽ ratione nõ concedunt̃ istæ, pr̃ sapit filio, vel sapit à filio, vel sapit per filiũ. Conceditur tñ, ꝙ pater in filio, & scit, ac videt cũcta in filio. Vnde antiqui doctores istius villę, puta *Parrhisius, dixerunt, ꝙ cũ dr̃, pr̃ oĩa nouit in filio, seu in verbo, determinatio ista in verbo, põt referri ad verbum hoc nouit, aut scit ex parte scibilis, & ita est falsa. vel ex parte eorũ de quibus extat scientia, q̃ sunt materia actus verbi, in quę trãsit, & ita est vera: qm̃ filius principiũ est scitorũ, non pr̃is scibilis. ¶ Porrò si quæraꝫ, an pr̃ nouit se in verbo, aut filio, vr̃ ꝙ sic: quia in eo qd̃ est manifestatiuũ alicuius, noscitur id, qd̃ manifestat̃ in illo, sed verbũ æternũ est pfectè manifestatiuũ pr̃is dicẽtis: Ad qd̃ puto dicendũ, illã nõ esse concedendã. Filius enim non põt esse ratio, vt pr̃ cognoscat, quãuis sit ratio, vt pr̃ cognoscat̃ ab aliquo, ſm qd̃ ait: Pr̃, manifestaui

Quæstio.

Albertus.

Quæstio.

Quæstio.

Pater, & filius diligunt nos spũsancto.

nifestaui nomẽ tuũ hominibus. Et per hoc ſoluitur
Iohan. 17. argumẽtum, qm̃ filius non ſic manifeſtat, vt det patri notitiam, ſed potius accipiendo à patre, vt alijs
Diony. manifeſtet. Hęc Albertus. ¶ Verũ in hoc videtur prę tacta rn̄ſio Thomæ verior eſſe, quæ ait, ꝙ ꝓpoſitio iſta ſit vera, Pater nouit, & videt, & ſcit ſe in verbo, ſicut nunc patuit. Nempe ſi ideò vera non eſſet, qm̃ filius nõ eſt patri rõ cognoſcendi ſeipſum, nec verum eſſet, Pater videt oĩa, puta creata in filio & in verbo: qm̃ filius nõ eſt patri ratio cognoſcẽdi creata. Et tñ Albertus cõcedit, ꝙ pater nouit in filio oĩa
Vdalricus præter ſe, vtpotè filiũ, & ſpiritũſanctũ, atq; creata. ¶ Vdalricus demum in Sũma ſua libro 3. ſcribit: Cum filius dicitur ſapientia patris, non eſt intelligẽdum, ꝙ pater formaliter ſapiens ſit ea, aut per eam. Nec dicit põt, ꝙ pater ſit ſapiens ſapiẽtia genita, vt obiectio. Aliud namq; eſt dicere, patrem cognoſcere hõc obiectum, & patrem eſſe ſapientem aliquo, vt obiecto. Omne etenim cognitum à patre, eſt ſuæ cognitionis primum, ſecundariũ ve obiectũ. Cum aũt dicimus, pater cognoſcit filiũ, filius eſt obiectũ ſapientiæ, ſeu notitiæ patris. Qui aũt ſapiens eſt aliquo, vt obiecto, per illud eſt ſapiens. Ideò ſicut falſum eſt, patrem eſſe ſapientem per filium, ita falſum
Auguſt. eſt, ꝙ pater ſit ſapiẽs filio, vt obiecto. Vnde qđ 6. de Tri. aſſerit Aug. ꝙ pr̃ nouit oĩa in verbo, intelligendum eſt ita, ꝙ pater intelligendo ſe, vt eſt principiũ verbi, quod eſt ars rõnibus plena, cognoſcit ipſum verbum in ſe: atq; inquantum eſt rõ oĩum, quemad modum, & pater cognoſcendo ſe, inquantum cauſa eſt, cognoſcit omnes creaturas, à quibus nil accipit, quãuis ſint ſuæ cognitionis obiectũ. imò ſua ſcientia eſt cauſa earum: ſic pater per ſeipſum cognoſcendo verbum, nihil accipit à verbo. imò dicẽdo ſe tali cognitione eſt principium filij, qui à ſapientia patris originatur. Hinc propriè loquendo, filius non habet dici obiectum, nec rõ, nec mediũ, nec ſpecies paterni intellectus, qm̃ pater, nec hoc, quod eſt intellectiuum, nec intelligere, nec quo fit intellectio, accipit à filio. Hæc Vdalricus, qui in his videtur prætactam Alberti reſponſionem tueri, & ſequi, non tamen eſt contra Thomam, imò per eius diſtinctionem magiſtralẽ iam poſitã, ſaluatur eius reſponſio. Nec ipſe vult dicere, ꝙ pater ſic aliquid videt, aut noſcit in filio, quòd aliquid accipit ab eo dem. ¶ Quod præterea dicit Vdalricus idcirco filiũ
Diony. nõ debere propriè dici obiectum intellectus pateri, quia pater non accipit à filio hoc, quod eſt intellectum, nec intelligere, nec medium intelligendi: videtur reprobationi patere, cum certum ſit patrem à nullo quicq̃ horum accipere, ſaltẽ reali acceptione, nec à ſua eſſentia, neq; à ſua perſona. ſicq; nihil horum videretur poſſe propriè dici obiectũ intellectus paterni. Itellectus autem, qui ab obiecto ſuo recipit ſpeciem intelligibilem, aut ipſum intelligere, aut aliquid aliud, vocatur paſſiua potẽtia, vt eſt
Philoſop. intellectus paſſibilis, cuius actum philoſophus nominat quoddam pati, quod totum longe eſt ab intellectu paterno diuino, & increato, qui eſt purus actus, & a philoſophis appellaẽ intellectus vniuerſaliter agens. ¶ Inſuper Alexander ſuper his loquit:
Alexãder. Nullo modo concedenda eſt hæc, Pater ſapit per filium. Refert nãq; qm̃ hęc propoſitio, per, adiũgitur verbo tranſitiuo, quia tunc notat ſubauctoritatem in cauſali, ſicut cum dicitur: Rex regit ꝑ prępoſitũ. Cum vero adiungitur verbo abſoluto, notaẽ auctoritas, vt cum dicitur: Rex regnat per præpoſitũ. Similiter cum dicitur, Pater operatur ꝑ filium, notaẽ ſubauctoritas in filio reſpectu patris. Verum dũ dicitur, Pater ſapit, ſeu ſapiẽs eſt ꝑ filium, notaẽ auctoritas in filio reſpectu patris, & hæc nullo modo eſt concedenda. Nec obſtat, ꝙ filius dicitur ars patris, quia hoc dicitur de arte producta, non de arte formaliter in exiſtente. ¶ Si autem quis inſtet, quia in li
Obiectio. bro retractationum loquitur Auguſtinus: dixi de
Auguſtin. patre, ꝙ ipſe ſapiens eſt ſapientia, quam genuit. ſed quæſtionem hanc meliùs in libro de Trinitate tractaui, ex quo videt, quod, & alibi bene dixit, patrẽ
Dilatio. eſſe ſapientẽ ſapiẽtia genita. Rn̄dendum, quòd propoſitio illa dupliciter poteſt intelligi, qm̃ ſenſus eſſe poteſt, Pater genuit filium, qui eſt ſapientia, qua ſapientia. i. quo filio pater eſt ſapiens. Si ſimplicem, vera eſt, & ſenſus, Pater genuit filium, qui eſt ſapientia, quæ ſapiẽtia eſt eſſentia, qua pater eſt ſapiens. Sicq; intellexit Auguſtinus in libro 83. quæſtionum. ſed in lib. de Trinitate meliùs inde ſcripſit. Hæc Alexander.
Diony. ¶ Cuius verbis obuiare videtur, ꝙ ſecundũ alios doctores propoſitio illa nullo modo eſt admittenda. Ad quod puto dicendum, ꝙ ſenſus iſte ab Alexãdro inductus, videtur ſatis extraneus. Ideò alij dicere volunt, ꝙ nullo mõ eſt concedenda in ſenſu, quem propriè facit. Videtur quoq; Alexander ſenſiſſe non eſſe concedendum, ꝙ pater videt, aut nouit ſe in filio, & ꝙ illa dumtaxat pater nouit in filio, duorum filius extat principium. quod & Albertus inſinuat. Sed ad hoc, ꝙ aliquid ſit ratio cognoſcendi alia, non oportet, ꝙ ſit illorum productiuũ principium. Idcirco de hoc adhuc plus placet reſponſio. Thomę. ¶ Amplius Scotus: Primò, ait, videamus
Scotus. de intellectu nr̄o. Ibi enim memoria gignit actualẽ notitiam, quæ etiam ad memoriam duplicem habet relationem. Vnam geniti ad gignens, & hæc eſt ſecundo modo relatiuorum, ac mutua. Aliam declarantis ad declaratum, quæ eſt tertij modi relatiorum, nec mutua. Quemadmodum autem notitia genita declarat formaliter obiectum latens in memoria, ita ꝙ producit notitiam actualem, & dat illi iſtam vim declarandi, ita poteſt dici declarare illa notitia quaſi effectiuè. Si enim aliquis producat ſpeculum, & in eo imagines relucentes, hoc ſpeculum formaliter declararet relucentia illa, tamen illud producens ſpeculum effectiuè declarat. Et hoc clariùs pateret, ſi actus in diuinis, qui non ſunt veræ factiones, ſignificarentur per neutra, non actua. nunc autem ſignificantur per verba actiua propter habitudinem illam, quam habent ad obiectũ, in quod tranſeunt. Tunc nanq; ſi eſſent neutra, ſignificarẽt formaliter illam realitatem in eſſe ſubiecto, à quo imponuntur. tuncq; poſſent talia verba actiua ab eiſdem formis imponi, quæ ſignificarent talium productionem, & notitia genita, eſſet forma obiecti: producens vero, diceretur formaliter formam cauſare. Quemadmodum ſimilitudo poteſt eſſe, in quo fundatur relatio actiui, & paſſiui, ita quòd ſicut aſſimilans eſt ſimilitudinem præſtans, ita tunc declarans actiuè ſignificatum, eſſet efficiens ipſam declarationem formalem in ipſo animæ actu, ſiue in aliquo intellectus illius. Ad propoſitum, verbum æternum à patre exprimitur, & iſta expreſſio eſt relatio originis. Hæc autem expreſſio ex vi productionis ſuæ notitia infinita, quæ eſt omnis declarabilis declaratiua, habere conuincitur relationem realem ad exprimentem, à quo gignitur, ſed aliam, ſcilicet declaratiuam, habet nõ tantum ad ipſum gignentẽ, ſm quod eſt, quin infinitũ ad ſe, atq; ad ipſam. imò etiam ad alia oĩa, & iſta eſt tantum rationis, quia non tantum eſt ad creaturas, ſed etiam ad ſeipſam. & ſi nulla realis relatio Dei eſt ad creata, multo plus eiuſdem ad ſeipſum non eſt realis relatio. Porro declarare iſtud conuenit verbo formaliter Producenti aũt verbum conuenit principiatiuè, ſicut in nobis conuenit memoriæ efficienter, & ſic verbũ formaliter declarat declarabile omne. Pr̃ autem declarat verbo principiatiuè, inquantum ſibi cõmunicat actualem notitiam infinitam. Itaq; verbum hoc dicere, poteſt ſignificare primã relationẽ originis, q̃ eſt geniti ad gignentem. ſicq; ſolus pater dicit non verbo, ſed verbum. & hoc mõ Richardus 6. de Trinitate affirmat, ꝙ ſolus pater dicit. Alio mõ põt ſignificare iſtam habitudinem rationis, quę eſt declarare, quod conũenit ei formaliter. ſicq; verbum eſſentia, & ſeipſo formaliter declarabilia cuncta declarat. Tertiò, dicere poteſt ſignificare iſtam eandẽ habitudinem declaratiuam, prout conuenit alicui non formaliter, ſed principiatiuè. ſicq; conuenienter dr̃, ꝙ pater dicit verbo. ¶ Præterea quærit, vtrũ formaliter declarare omne declarabile, ſit propriũ verbo, & dicunt quidã ꝙ ſic, qm̃ cõuenit ſibi ex vi ſuæ proceſſionis. ſed de hoc dictũ eſt ſupra. Nãma gis videt ap̃ppriatũ verbo, q̃ propriũ, quia cũ proprio verbi potiſſimè conuenit. Hęc Scotus. ¶ Ex prę habitis patet ad obiecta ſolutio, dẽpto ſecundo, ad quod dicendum, ꝙ dicẽdum, ꝙ ſanctus Gregorius intẽdit ꝓbare, ꝙ derogaret infinitæ ſapiẽtiæ Dei patris, ſi vnigenitus filius eius eſſet finitæ ſapiẽtiæ, qm̃ ſequereꝫ, ꝙ eſſet in infinitũ inferior pr̃e, nec dignũ eum, tam ſingulariter appellari ſapientiam patris.

Ad ſecundum argumentum.

QVAESTIO III.

TErtiò principaliter quæritur, *An vnigenitus filius Dei ſit ſapiens ſapientia genita, aut ingenita.* ¶ Videt, ꝙ ſit ſapiens ſapientia genita. Primò, qm̃ eſſentialiter ſapiens eſt. ipſe aũt realiter eſt ſapiẽtia genita, ergo ſapiẽs eſt ſapiẽtia genita. ¶ Secundò, qa ſeipſo formaliter ſapiens eſt, & ipſe eſt ſapiẽtia ſua, ſed ipſe in ſe eſt ſapientia genita, ergo ſapiẽs eſt eadẽ. ¶ In contrarium ita arguit: Vna & eadẽ eſt ſapiẽtia patris, & filij, & ab eadẽ ſapientia vterq; ſapiens nominat, ſed pr̃ nõ ẽ ſapiẽs ſapiẽtia, ergo nec filius. ¶ Secũdò, quicquid ſapientiæ ẽ in filio, cõicatũ ẽ ei à patre, & ſapiẽtia eius. pr̃ aũt eſt ingenita ſapiẽtia, ergo filius ſapiẽs eſt ſapiẽtia ingenita. ¶ Ad hęc Thomas rn̄det: Hæ propoſitiones a, & per, in hoc differunt, ꝙ a deſignat tantũ habitudinẽ principij ꝑ modum efficientis: per vero, deſignat habitudinẽ principij ſm quodlibet genus cauſæ, hinc omne, quod eſt ab aliquo, ſeu à re aliqua, eſt per illud, non econuerſo. In diuinis aũt non poteſt eſſe habitudo cauſę, niſi ſm duplex genus ſumendo cauſam extẽſiuè, videlicet habitudo realis originis, iuxta modũ cauſæ efficientis, ſeu originantis, quemadmodũ pr̃ eſt principium filij. Alia habitudo principij in diuinis, eſt tm̃ ſm rationẽ, videlicet habitudo formæ, ſicut cũ dicimus: Pr̃ eſt Deus deitate, & ſapiens ſapiẽtia, ſeu per ſapientiã ſuam. Itaq; cũ dicitur, Filius eſt ſapiens ſapientia genita, ſi ablatiuus conſtruaẽ in habitudine cauſæ efficientis, ſeu principij originãtis, falſa eſt, qm̃ non à ſapientia ſua, nec à ſeipſo ſapiẽs eſt, ſed, à patre à quo habet eſſe, & ſapere. ſicq; ſapiens eſt à ſapiẽtia ingenita, ſeu ꝑ eã. Porro ſi ablatiuus ille cõſtruaẽ in habitudine formalis principij, hoc cõtingit dupliciter, quia quod ſequiẽ formam rei, põt dici eſſe ꝑ formã illã, ſicut hõ dicitur intelligere ꝑ aĩam, vel ꝑ eum q̃ habet ipſam formã, quẽad modũ hõ ꝑ ſe eſt rõnalis, quia per aĩam, q̃ eſt de ſua eſſentia. Si igitur conſideret id, quod formaliter ſapiens eſt, hoc eſt, eſſentialis ſapientia, quæ neq; genita eſt, neq; ingenita: ſic ea, & per eã, ſed nõ ab ea dr̃ ſapiens, quia eſſentia non generat. Si vero cõſideratur ꝓſona filij habens ſapientiã illã, & qui eſt ſapientia genita, ſic ꝑ ſapientiã genitã, ſeu per ſe, ac ſeipſa genita ſapientia ſapiens eſt. Et per hanc diſtinctionẽ patet argumentorũ ſolutio. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Hoc ipſum Petrus compendioſè euoluens:
Petrus. Actus inq̃t, alicui põt aſſcribi dupliciter. Primò originaliter, ſeu effectiuè, ſicq; filius eſt ſapiẽs ſapiẽtia ingenita. i. à patre. Secundò formaliter, & hoc rurſus dupliciter. Primò tanq̃ formæ, q̃ eſt agẽdi principium: & ſic filius ſapiens eſt ſapiẽtia, nec genita, neque ingenita, q̃ eſt diuina eſſentia. Secũdò tanq̃ ſũpoſito formã habẽti, ꝑ quam agit. & ſic filius dr̃ ſapiens ſapiẽtia genita. i. ſeipſo. ¶ Cõcordat Bonauẽtu
Bonauen. ra in quæſtionibus ſup literã. ¶ Veruntũ Albertus di
Albertus. cit nõ eſſe concedendũ, ꝙ filius ſit ſapiens ſapiẽtia ingenita, quod verum eſt denominatione formali. Qualiter aũt ingenitũ multis modis dicaẽ, ita ꝙ ſapientia prout ſupponit diuinã eſſentiã, nec genita eſt, neq; ingenita, dictum eſt ſupra: qa ingenitũ cõiter ſumitur, put ẽ proprietas patris. Si vero dicaẽ in genitum nõ genitũ, ſic eſſentia, & ſapientia eſſentia liter ſumpta, vocaẽ ingenita. ¶ Richardus quoq; hic
Richardꝰ. ſcribit: Sicut in creaturis ſapientia filij aſſcribit patri gignenti, & filiũ inſtruẽti, & ipſi filio tanq̃ ſubiecto, cui ſapientia ineſt, ſic in diuinis filius dr̃ ſapiens
Filius Dei dicitur ſapiens aliquo tripliciter. aliquo tripliciter. Primò tanq̃ ab eo, à quo ẽ ſapiẽs, & ita eſt ſapiẽs, ſapientia ingenita. i. à pr̃e, à quo habet, ꝙ ſit, & ſapiẽs ſit. Secundò tanq̃ à forma, & ita eſt ſapiẽs ſapientia eſſentiali, q̃ eſt diuina eſſentia, & nec genita eſt, neq; ingenita, prout ingenitũ nomẽ eſt notionis, puta innaſcibilitatis. Tertiò, tanq̃ ſũpoſito ſapientiã habente, & ita eſt ſapiens genita ſapientia. Hæc Richardus. ¶ His cõſonat Alexãder, q
Alexãder. etiã q̃rit, an ſpũſſanctus ſit ſapiẽtia de ſapientia, &
Quæſtio. procedens ſapientia. & rn̄det, ꝙ imò, ad iſtũ videlicet ſenſum, ꝙ ſpirituſſanctus ẽ ꝓſona procedẽs, q̃ eſt ipſa ſapientia, & ipſe procedit à patre, q̃ eſt ſapiẽtia, q̃uis nõ procedat ſm modũ, aut rõnem ſapiẽtię, ſed amoris. Quãuis. n. ſapientia ꝑ ſe nõ appropriet ſpũſancto, ſed filio, põt tñ ei appropriari ꝑ adiunctũ. Sumiẽ quoq; in tali locutione ꝓcedere, nõ ꝓput attribuiẽ filio, ſed ꝓout eſt diſtinctiuũ ſpũſſancti ab alijs perſonis. Hæc Alexander. ¶ Sed ab his videtur
Albertus. Albertus aliqualiter diſſentire: Quãuis, inquiẽs, ſpirituſſanctus ſit ſapientia, nullo tñ mõ eſt concedendum, ꝙ ſpũſſanctus ſit ſapientia ꝓcedens, qm̃ ſapiẽtia nõ eſt appropriabilis amori. ¶ Pro quorũ cõcordia poterit forſitã dici, ꝙ ſpũſſanctus ẽ procedẽs ſa
Diony. piẽtia, loq̃ndo quaſi materialiter, nõ directè formaliter. Nõ. n., ꝓcedit ſub rõne, mõ aut ꝓprietate & mõ amoris ꝓcedẽs, eſt ſapiẽtia ipſa ſũma, diuina & increata.

QVAESTIO IIII.

QVartò hic quæritur à quibuſdam, *An pater ſit potens potentia genita.* ¶ Videtur, ꝙ ſic, qm̃ filius
Arguit nr primo cõtra veritatem. appellatur virtus, brachiũ, & dextera pr̃is. Filius aũt eſt virtus, ſeu potẽtia genita ¶ Secundò, pater operatur per filiũ, ſed in patre idẽ ſunt virtus, & actio, ergo eſt potẽs per filium. ¶ In contrariũ eſt, ꝙ patri
In oppoſitum. idem eſt eſſe, & eſſe potentẽ, nec ipſa à filio, ſed ab
Bonauen. ipſo filius habet potentiã. ¶ Ad hoc Bonauentura rn̄det: Iſta ſimpliciter falſa eſt, pr̃ eſt potens potentia genita, & magis impropria, q̃ aliqua prędictarũ.

Arguit 1. contra veritatem. 2

In oppoſitum.

Tho. Aqu.

Qualiter poſſit filius Dei ſapiẽs dici ſapiẽtia genita.

3

Est etenim regula, ꝙ præpositio, per, iuncta verbo absoluto, importat auctoritatem: vt cum dr, ille est bonus per illum. cum verbo aũt trãsitiuo, importat auctoritatẽ: vt cũ dr, ille est bonus per illũ. cũ verbo aũt trãsitiuo importat subauctoritatẽ, vt cũ dr: Rex punit p baliuũ. nec sequit, pr operar p filiũ, ergo est est potẽs per filium, quia in prima propositione de signatur causalitas respectu effectus, in secunda respectu patris. Filius quoq; dicitur potentia patris, seu virtus, nõ qua pater formaliter potẽs est, sed tãquam id in quo patris potestas præsertim relucet, & tanquam persona, per quam pater operatur, non tanquam per instrumentum, aut medium, sed sicut per eum, qui potestatem habet à patre, & cui ratio exemplaris omnium causatiua rectè appropriatur. Et rursus, quoniam operatio est per virtutẽ, virtus autem appropriatur filio. Et hoc ideo, quoniam virtus est vltimum de potentia, seu vltimata potentia, hoc est. extremũ potentiæ. Filius autem à patre producitur secundum omnimodam perfectionem potentiæ, quoniã generare est perfectæ potẽtiæ actus. nam tunc vnumquodq; vocatur perfectum, dũ potest producere tale quale ipsum est Filius quoq; accepit à patre potentiam producendi æque perfectam, vt habet pater Hæc Bonauentura.

Petrus. ¶ Hinc Petrus: Verborum, inquit, prædicabiliũ de diuinis, quædam sunt substantiua, vt esse: quædã adiectiua, & horum quædam significant motum ad animam, vt intelligere: quædam motum ab anima. Quorum duo sunt modi, quoniam quædam connotant effectum in creatura, vt gubernare: quædam respectum tantum, vt posse, & velle, In actibus ergo primi, & secundi, ac quarti modorum, ablatiuus additus significat rationem principij respectu illorum actuum in agente, In tertio non semper, sed respectu connotati effectus, quemadmodum artifex dicitur operari per instrumentum, & rex per præpositum, non tamen dicitur per illum posse simpliciter, nec nosse, nec esse. Hinc conuenienter dicitur pater operari per filium, non tamen est potens per filium, nec noscens, nec existens per ipsum. Hæc Petrus.

A

Vtrum proprietates personarum sint ipsæ personæ, vel Deus, ideſt diuina essentia. Distinctio XXXIII.

Dẽ nominibus substãtialibus & proprietatibus.

POst supradicta interius considerari, atq; subtiliter inquiri oportet, Vtrum proprietates personarum, quibus ipsæ personæ detetminãtur, sint ipsæ personæ, & sint Deus, id est, diuina essentia: an ita sint in personis, vt non sint personæ, ac p hoc, nec diuina essentia. Quod enim in personis sint proprietates, nemo inficiari audet, cum apertè clamat auctoritas, quòd in personis est proprietas, & in essentia vnitas. Superius quoq; multis sanctorum testimonijs astruximus, personas per proprietates distingui, atq; determinari, ipsasq; proprietates tres, s. proprijs expressimus vocabulis. Cum ergo proprietates ipsę ab ęterno fuerint, quibus ipsæ personæ determinantur, & differunt, quomodo essent si in eis non essent? & quomodo in eis essent, & ipsæ personæ non essent, quin ibi esset multiplicitas? Quocirca sicut proprietates esse in personis, ita & eas personas esse confitemur, sicut supra auctoritate Hieronymi (quod non pigeat reuocare ad mentem) protestati sumus, in expositione fidei ita dicentis: Sabellij hæresim declinantes, tres personas expressas sub probrieta te distinguimus. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas, vel (vt græci exprimunt) hypostases, hoc est, subsistentias confitemur. Ec ce apertè dicit personas proprietatibus distingui, & ipsas proprietates esse personas, cuius hic verba perstringimus, quia supra latiùs posuimus.

Quod proprietates Augustin.

Hiero. ad Alipiũ, & Augustin.

B

Quòd proprietates sint diuina essentia.

Ex prædictis cõcludit ꝓprietates esse ꝑsonas, & vnam essentiam.

Cumq; de simplicitate deitatis supra disseremus, auctoritatibus sanctorum, scilicet Augustini, Hilarij, Isidori, necnon, & Boethij, euidenter monstrauimus, Deum hoc esse oĩno, quod in se habet: excepto quòd pr̃ habet filiũ, nec est filius, & filius habet patrẽ, nec est pr̃: & si esse in natura triũ, vt qui habet, hoc sit, quod hẽt: & totũ, quod ibi est vnũ esse, vnã vitã esse: quod mõ non iteramus, ne fastidium lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi sunt, singula earũ est id, in quo est, & vnũ, eademq; vita singulæ sunt. Fatemur ergo, & ꝓprietates esse in tribus personis, & ipsas esse ꝑsonas, atq; diuinã essentiã.

C

Auctoritate astruit, quòd proprietas sit natura.

Hilarius 7 lib de Trinitate.

Quod enim proprietas etiam diuina natura sit, ostendit Hilarius, dicens natiuitatem filij esse naturam. Vnde in septimo libro de Trinitate ait: Vtriusq; natura non differt: vnum sunt pater, & filius. Habet ergo hoc sacramenti natiuitas, vt complectatur in se, & nomen, & naturã, & potestatẽ: quia natiuitas non põt non esse ea natura vnde nascatur filius. Idem in sexto: Natiuitas proprietas est, veritas est. Idem in septimo dicit, quòd naturæ natiuitas sit intelligẽda esse in natura Dei. Supra. n. dixit, quòd proprium patris est, quòd ſp pater est: & propriũ filij est, quòd ſp filius est: ſignificans, qđ proprietas pr̃is est pr̃, & proprietas filij est filius. His, alijsq; pluribus auctoritatibus apertè ſignificari videt, qđ proprietas filij filius sit, sic & Deus: ita & ꝓprietas pr̃is, & proprietas ſpũſſancti.

Idem 6. li. de Trinit.

Quidã negant, ſ. proprietates esse personas, & diuinã naturã, & quare.

Hoc autem aliqui negant: dicentes quidem proprietates in personis esse, sed nõ esse

personas

personas ipsas: quia ita dicunt esse in personis, vel in essentia diuina, vt non sint interiùs, sicut ea sunt, quæ secundum substantiam dicuntur de Deo, vt bonitas, iustitia: sed extrinsecus affixa sunt, atque ita esse rationibus probare contendunt. Si enim (inquiunt) proprietates sunt personæ, non eis personæ determinantur. Contra quod dicimus, quia etiam seipsis personæ differunt, sicut supra Hieronymus loquens de patre, & filio, & spiritusancto, dicit: Substantia vnum sunt, sed personis, ac nominibus distinguuntur. Sed iterum addunt: Si proprietates ipsæ diuina essentia sunt, cum essentia non differant tres personæ, nec proprietates ipsæ diuina essentia sunt, cum essentia non differant tres personæ, nec proprietates differunt. Quomodo enim differt pater à filio, eo quod diuina essentia est, cum in essentia vnum sunt?

Obiectio prima.

Obiectio secunda.

E

Responsio ad præmissa, auctoritate nitens.

Horum doctrinis nouis, & humanis commentis, verbis Hilarij respondeo. Immensum est, quod exigitur, & incomprehensibile, extra significantiam est sermonis, extra sensus intentionem. Non enunciatur, non attingitur, non tenetur. verborum significãtiam rei ipsius natura consumit. Sensus contemplationem imperspicabile lumen obcæcat intelligentiæ capacitatem: quod fine nullo continetur, excedit. Mihi ergo in sensu labes est, in intelligentia stupor est: in sermone vero, non iam infirmitatem, sed silentium confitebor: periculosum nimis est de rebus tantis, ac tam reconditis aliquid vltra præscriptum cęleste proferre, vt vltra prędefinitionem Dei sermo de Deo sit. Forma fidei certa est. Non aliquid addendum est, sed modus constituendus audaciæ. quicquid vltra quæritur, non intelligitur.

F

Quomodo improbi hæretici insistant alia addentes.

Obiectio tertia.

Cæterum hæreticorum improbitas instinctu diabolicæ fraudulentiæ excitata, nondum quieſcit, sed in tanta rerum quæstione addit: Si paternitas, & filiatio in Deo siue in diuina essentia sunt eadem ergo res sibi pater est, & filius. Nam in quo paternitas est, pater est, & in quo filiatio est, filius est. Si ergo vna, eademque res habet in se paternitatem, & filiationem, ipsa generat, & generatur. quod dicentes, in Sabellianam hæresim pertrahuntur, extendentes patrem in filium, cum ipsum sibi filium, ipsum proponant, & patrem. Si vero negauerint in vna Dei essentia paternitatem esse, & filiationem, quomodo ergo dicunt esse Deum? His atque alijs argumentorum aculeis vtuntur in suæ opinionis assertionem, vt veritatis formam dissecent.

G

Responsio contra hanc eorum opinionẽ, vbi traditur, quòd proprietates non penitus, ita esse in Dei essentia, sicut in hypostasibus, dicuntur.

Damasce.

Quorum audacię resistentes, atque ignorantię prouidentes, audebimus aliquid super hoc loqui. Paternitas, & filiatio non ita esse omnino in diuina substantia dicuntur, sicut in ipsis hypostasibus: in quibus ita sunt, quòd eas determinant, vt ait Iohannes Damascenus, Characteristica idiomata sunt, id est, determinatiuæ proprietates hypostaseos, & non naturæ. etenim hypostasin determinant, & non naturam. Ideoq; licet paternitas, & filiatio sunt in diuina essentia, cum eam non determinent: non ideo potest dici, quod diuina essentia, & generet, & generetur, vel quod eadem res sit sibi pater, & filius. Ita enim proprietas determinat personam, vt hac proprietate hypostasis sit generans, & illa alia hypostasis sit genita: & ita non idem generat, & generatur, sed alter alterum.

H

Quæritur quomodo proprietates possint esse in natura, vt tamen eam non determinent.

Hilar. li 1. de Trinit.

Sed forte quæres, Cum hæ proprietates non possint esse in personis, quin eas determinẽt, quomodo in diuina essentia esse possint, ita vt non eam determinent? Respondeo tibi, & hic cum Hilario: Ego nescio, non requiro. sed consolabor me tamẽ. Archangeli nesciunt, angeli non audierunt, secula non tenet, propheta non sensit, Apostolus non interrogauit, filius ipse non edidit. Cesset ergo dolor querelarum: non putet homo sua intelligentia generationis sacramentum posse consequi. Absolutè tamen intelligendus est pater, & filius, & spiritussanctus. Stat in hoc fine intelligentia verborum, Est filius à patre, qui est vnigenitus ab ingenito, progenies à parente: *vnus ab vno, non natura deitatis alia, & alia, quia ambo vnum. Hoc credendo incipe, percurre, persiste: etsi non peruenturum, sciam: tamen gratulabor profecturum. Qui enim ipse infinita prosequitur, etsi non contingat, aliquando tamen proficiet prodeundo. Sed ne te inseras in illud secretum, & arcanum inopinabilis natiuitatis, ne te immergas, summam

*viuus à viuo.

Proue. 25. intelligẽtiæ comprehendere præsumens, sed intellige incõprehensibilia esse. His alijsq; multis euidenter ostenditur nobis nullatenus licere maiestatem perscrutari, ius ponere potestati, modum circunscribere infinito.

I *Quibus auctoritatibus opinionem suam, scilicet quòd proprietas patris, vel filij non sit Deus, muniant.*

Veruntamen nondum desistunt impatientiæ spiritu agitati, sed opinionem suam etiam sanctorum auctoritatibus munire conantur: quibus ostendere volunt, proprietatem, qua pater est pater, & proprietatem qua filius est filius, non esse Deum, ad hoc inducentes verba Augustini super illum locum Psalmi, Et non est substantia, ita dicẽtis: Deus enim quædam substantia est. Vnde etiam in fide catholica sic ædificamur, vt dicamus patrem, & filium, & spiritum sanctum vnius esse substantiæ. Quid est vnius substantiæ. Quicquid est pater, quod Deus est, hoc est filius, hoc est spiritussanctus. Cum autem pater est, non illud est quod, vel quo est. Pater enim non ad se, sed ad filium dicitur: ad se autem Deus dicitur. Eo igitur quod, vel quo Deus est, substantia est. Et quia eiusdem substantiæ est filius, proculdubio, & filius est Deus. At vero, quod pater est, quia non substantiæ est, sed refertur ad filium: non sic dicimus filium patrem esse, sicut dicimus filiũ Deum esse. Ex his verbis significari dicunt, quòd proprietas patris, vel proprietas filij non sit Deus, vel essentia diuina. Cum enim dicit, eo quòd Deus est, substantia est, sed quod pater est, substantia non est: apertè (inquiunt) ostendit id esse substantiam, quo Deus est: id vero, quo pater est, non esse substantiam. Item cum ait, Pater non illud est, quod est, ostendit eum non esse patrem, eo quod substantia est. Non enim simpliciter dixit, pater non est illud, quod est, sed ait: cum pater est, non est illud, quod est: significans, quo pater est, non esse illud, quo est, id est, essentiam. Hæc illi ita exponentes, sua commenta simplicibus, & incautis vera videri faciunt. Nos autem aliter ista fore intelligenda dicimus. Dicens ènim, eo quòd Deus est, substãtia est: sed quòd pater est, substantia non est; hoc intelligi voluit, quia essentia Deus est, & deitate substantia est. Eo enim substantia est, quo Deus est, & econuerso: cuius ea est deitas, quæ est substantia, & substantia, quæ deitas: sed quod pater est, non est substantia, id est, non quo pater est, eo substantia est: quia proprietate generationis pater est, qua substantia non est, ipsam tamen proprietatem substantiam esse non negauit. Ita etiam illud intelligendum est, quod ait: Cum pater est, non illud est, quod est, id est, non illo pater est, quod vel ipse est, id est essentia, sed notione.

August. super psal. 68.

K *Alijs etiam verbis Augustini vtuntur, vt asserant, quod dicunt, scilicet proprietates personarum non esse Dei substantiam.*

Item illis verbis Augustini vehementer insistunt superiùs positis, scilicet quod verbum secundum quod sapientia est, & essentia, hoc est quod patet: secundum quod verbum, non hoc est, quod pater. Si (inquiunt) verbum non est hoc, quod pater secundum hoc, quod est verbum, id ergo quo verbum est, non est illud, quod pater est. Proprietas ergo, quo verbum est, non est id, quod pater est, non est igitur diuina essentia. Ad quod dicimus, quia licet secundum quod verbum non sit hoc, quod pater est, ea tamen proprietas, qua verbum est, est id, quod pater est, id est, diuina essentia, sed non est hypostasis patris.

Respõsio.

Summa distin. 33.

IN præinductis tractatum est de diuina essentia, & absolutis proprietatibus eius, & qualiter illæ realiter idem sunt cum diuina essentia propter omnimodam diuinæ essentiæ simplicitatem. Tractatum est quoque de diuinis, & increatis, & superbenedictis personis, atque de relationibus, proprietatibus, notionibusq; earum. Nunc in ista destinctione inquiritur, an proprietates illæ relatiuæ, supersanctarum, supereessentialium, superuenerabiliumq; personarum constitutiuæ, ac distinctiuæ, sint realiter vnum, & idem cum diuina essentia. Et circa hoc proceditur opponendo, ac respondendo, & recitantur opiniones quorundam erroneæ, tam catholicorum correctionis acquiescentium, quàm pertinacium, & incorrigibilium hæreticorum. Hæc est in summa huius distinctionis materia. Circa quam multa iam essent inquirenda, nisi ante in multis distinctionibus sparsim, & præsertim in tertia essent inducta, discussa, ac pro viribus determinata. Inibi enim quæsitum est, an relationes in essentia sint fundatæ, & an per priùs in essentia, quàm in personis, & qualiter in una, eademq; essentia queant plures relationes, etiã inter se oppositæ oppositione originis radicari, & & qualiter relationes essentialiter idem cum personis, & essentia valeant personas distinguere, imò & constituere eas. An etiam actus notionales, relationes, & proprietates in eadem existentes persona, distinguantur ab inuicem re solaue ratione. Hinc quæ stionibus huius distinctionis minus ẽ immorandũ.

Quæ-

QVAESTIO I.

QVæritur ergo primò, *an proprietates relatiuæ distinctiuæq; personarum, sint realiter ipsæ personæ, ac diuina essentia, & an sint in ipsa essentia, & in personis.* ¶Et quòd non probari potest ex multis motiuis in prætactis distinctionibus tactis, præsertim in quæstione, qua quæritur, an cũ simplicitate, & vnitate diuinæ essentiæ stet distinctio personarum. Vnde motiua illa reiterare videtur superfluum, nisi quod breuiter tangi queunt. ¶Primò ergo arguitur sic, Distinctio rationis creatæ nil variat in diuinis vbi summa incommutabilitas est. si ergo proprietates, & diuina essentia sunt idem & vnum in re, sequi videtur, quòd vno multiplicato, multiplicetur, & reliquum. siquidem vnum & idem non potest multiplicari, & non multiplicari. Aut ergo tot sunt in diuinis essentiæ, quot proprietates relatiuæ, aut proprietates illæ non sunt diuina essentia.

Arguitur primo cõtra veritatem.

2 ¶Secundò, vnum & idem non est causa distinctionis, & indistinctionis, sed personæ sunt in essentia indistinctæ, proprietatibus verò distinctæ. non ergo sunt vnum & idem proprietates, atq; essentia.

3 ¶Tertiò, vnum & idem non est relatiuum secundum rem, & non relatiuum secundum rem, sed essentia non est relatiuum realiter, proprietas autem est realis relatio, non ergo sunt idem Multa his cõsimilia, & difficiliora ante inducta sunt.

Alexãder.

¶Ad hoc Alexander respondet: Paternitas est Deus eo modo, quo contingit Deum modo abstracto accipere. Si autem obijciatur: Quæ realiter idẽ sunt, vno suppositio, supponitur aliud: sed suppositæ proprietate, non supponitur essentia, nec econtra: vt si dicatur, paternitas est relatio, non supponitur diuina essentia, neque de ea verificatur, quòd sit relatio.

Obiectio.

Augustin. 2

¶Rursus, secundum Augustinum pater non est pater, quo Deus, quia paternitate est pater, deitateque Deus. paternitas ergo, & deitas non sunt vnum & idem, alioquin pater uno, & eodem esset pater, ac Deus.

Adprimũ.

¶Dicendum ad primum, quòd identitas in supponendo magis dependet à modo significandi cõsimili, quàm ab identitate significati. Idcirco non sequitur, hoc est idem cum illo, seu illa sunt vnum, & idem in re, ergo suppositio vno, supponitur reliquum. Auctoritas verò Augustini ita est intelligenda, quòd pater non est pater eodem vniformiter sumpto, seu secundum eandem rationem accepto, quo est Deus: quoniam paternitate est pater, & Deus deitate. Paternitas autem, & Deus differũt ratione, non vana, ficta & cassa, sed fundata in re, ut ante frequenter expositum est, moxque tangetur.

Ad secũd.

¶Verum denuo sic obijci potest, Filiatio est filius, & filius est à patre, ergo filiatio est à patre, & non nisi per generationem. ergo est genita, sed filiatio est in eo, quod genitum est, ergo filiatio est in seipsa.

Obiectio.

¶Ad quod dico, ꝙ quidam concedunt hanc, Filiatio est à patre per generationem. negant tamen, ꝙ sit genita. Imò magis concedunt, ꝙ ipsa est genitus à patre, id est, filius generatus à patre, Sicut nõ sequitur, manus mea est à patre meo per generationem, ergo manus mea est genita. Veruntamen magistri nostri non concedunt istam, Filiatio est à patre per generationem; sed hanc, Filiatio est filio per generationem à patre. sicut in simili, Ista ecclesia est huic ab episcopo. Hæc Alexander.

Dilutio.

Albertus.

¶Denique circa hæc scribit Albertus: Concedimus, proprietates esse in personis, & ꝙ sunt ipsæ personæ, & sunt in personis, vt distinctæ ab eis secũdum rationem intelligendi, & attribuẽdi. sunt quoque ipsæ personæ, vt idem in re existentes cum ipsis, sicut & cum essentia: quoniam quicquid in Deo est, Deus est. Hinc autem modus dicendi, in, reducitur ad illum modum, quo proprietas est in eo, cuius est proprietas, cui confert esse distinctum. ideò partim se habet vt forma, partim sicut proprietas, & partim ut idem alio modo significatũ. Est enim vt forma, quoniam confert esse personale: & est vt proprietas, inquantum distinguit Est etiam, ut idem alio modo significatum, quia est ipsa persona: & cum hoc est ratio distinctionis eius, ab alia diuina persona.

¶Verum his ita obijcitur, Si proprietas est persona, ergo quælibet proprietas, quæ est in persona, prædicatur de ipsa persona, sed communis spiratio est, quædam proprietas, vel saltem relatio, estque in patre, & filio, & in patre est ens non ab alio, in filio autem est ens ab alio. ergo idem est ab alio, & non ab alio. Obiect. 1

¶Rursus, communis spiratio est persona, aut ergo est persona emanans ab alia, aut non. si primum, non est pater: si secundum, non est filius & tamen ipsa est in patre, & filio, ergo proprietas, relatio seu notio non est idem cum persona in re. 2

¶Dicendum quòd communis spiratio est persona ens ab alia, quia in filio est filius ipse, & est persona non ens ab alio, vtpotè pater: nec hoc est inconueniens, quoniam non refertur ad idem. Cumque infertur, ergo spiratio est ens ab alio, & non ab alio, sicque affirmatio, atque negatio verificantur de eodem. Dicendum secundũ doctores, quòd ista est duplex: Spiratio est ens ab alio, quia ly ens potest adiectiue teneri, & ad spirationem tanquam ad suum substantiuum referri, sicque utraque falsa est, scilicet spiratio est ens ab alio, & spiratio non est ab alio. nec distant per affirmationem, & negationem, cum ambæ sint affirmatiuę. & significatur in affirmatiua, quòd spiratio sit procedens ab alio, quod non conuenit, ut infra probatur: quoniam licèt proprietas sit persona, non tamen persona suppositi, proprietas supponitur. Porrò in negatiua significatur proprietas, ut distincta proprietate innascibilitatis: quod rursus non est, quia proprietas distinguit, non distinguitur. Si autem ly ens substantiuæ sumatur, sic affirmatiua est vera, vtpotè ista, spiratio est ens ab alio: quia spiratio actiua est filius, qui est ab alio. Negatiua quoque similiter vera est, scilicet spiratio est non ens ab alio, cum sit pater, & istæ non opponuntur per affirmationem, & negationem. Hæc Albertus. ad 1. & 2.

Thomas.

¶Concordat Thomas: Simpliciter, inquiens, est confitendum, proprietates esse diuinam essentiam. Error enim contrarius, qui narratur in litera, extitit Porretani, quem postea in remensi reuocauit cõcilio, ut patuit supra. In relatione autem sunt duo, videlicet relationis respectus, quo refertur ad alterum, in quo ratio relationis consistit, & item ipsum esse relationis, quod habet secundum quod existit, in aliquo, seu in re quadam fundatur, puta in essentia, seu quantitate. Considerauerat autem Porretanus relationes secundum respectum ad alium, ex quo respectu non habet relatio, quod ponat rem aliquam inhærentem. Vnde sunt quædam relationes, nil reale in re ponentes. Hinc Porretanus dixit eas assistentes, seu extra affixas, vt supra est recitatum. sed tales nullatenus sunt relationes in diuinis, quæ constituunt ipsas personas: quia fundantur

Proprietates sunt diuina essentia.

super

ſuper aliquid in re, hoc eſt, in communicatione diuinæ naturæ, in qua fundantur. Cumq; diuina natura ſit ſummè ſimplex, quicquid in ea eſt, eſt realiter idem cum ipſa. Attamen qm̃ manet ibi verus reſpectus pertinens ad naturam relationis, ex illo reſpectu relatio poteſt diſtinguere, quamuis eſſentia nõ diſtinguat, ſicq; proprietas, & eſſentia ſunt idẽ re', & differunt ratione. ¶ Quocirca ſciendum, ꝙ ratio dupliciter ſumitur. Primõ, pro actu rationis ratiocinantis, vel pro potentia, quæ eſt ratio. Secũdò, prout eſt nomen intentionis ſiue ſecũdum quod ſignificat diffinitionem rei, prout ratio eſt diffinitio, ſiue prout ratio appellatur argumentatio. Itaq; cum dicitur, ꝙ alia eſt ratio paternitatis, alia eſſentiæ in diuinis, non accipitur ratio prout eſt in ratiocinante tantum, ſed ſm quod eſt nomen intẽtionis, & diffinitionem rei ſignificat. Quamuis enim in diuinis non poſsit eſſe diffinitio, nec genus, nec differentia, nec compoſitio: tamẽ ſi intelligatur ibi aliquid diffiniri, alia erit diffinitio paternitatis, aliaq; eſſentiæ. In omnibus aũt intentionibus communiter verum eſt, ꝙ non ſunt in rebus, ſed in anima tantum. habẽt tamen in re aliquid eis correſpondens, puta natura cui intellectus tales intentiones attribuit, ſicut intẽtio generis non eſt in equo, ſed natura animalis, cui per intellectum attribuitur iſta intentio. ſic, & ratio quam dicimus aliam, & aliam in diuinis, non eſt in Deo, ſed eſt in eo natura ſiue realitas, ſuper quam fundatur, & ex parte cuius ei valeant conuenire rationes diuerſæ, nec ipſe eſt huiuſmodi rationes. Per quod vnius obiecti patet ſolutio. Hæc Thomas in Scripto.

Ratio dupliciter ſumitur.

Obiectio. ¶ De his autem ſupra ex Summa contra gentiles & ex prima parte Summæ allegata ſunt multa. Idcirco nunc omittuntur.

Dilutio. ¶ Et ſi taliter arguatur, quæ ſunt eadem vni tertio ſingulari, ſunt idẽ inter ſe: ſed proprietates ſunt idem cum diuina eſſentia, ergo ſunt idem inter ſe, hoc quoq; ſolutũ eſt ante. Et Thomas in prima parte Summæ quæſtione viceſimaoctaua reſpõdet ſic:

ar. 3. ad 2. Secundum Philoſophum primo Phyſicorũ, Argumentum hoc tenet in his, quæ ſunt idem re, & ratione, vt veſtimentum, & tunica, non autem in his, quę diſtincta ſunt ratione. Vnde ibidem dicit, ꝙ quamuis actio idem ſit motui, ſimiliter paſsio, non tamẽ ſequitur, ꝙ actio, & paſsio idem ſint: quia in actione importatur reſpectus, vt à quo eſt motus in mobili, in paſsione, verò, vt qui eſt ab alio. Conformiter, quãuis paternitas ſit idem quod eſſentia, ſimiliter filiatio, nihilominus in ꝓprijs rationibus importãt reſpectus oppoſitos. vnde realiter diſtinguunt.

Petrus. Relatiuorum tria ſunt genera. ¶ Conſonat Petrus: Relatiuorũ, dicens, tria ſunt genera. quędam ponunt aliquid reale in vtroq; extremorũ, vt amicus, & relationes originis in diuinis. quædam ſolum ſecundum rationem, vt relationes precij, & appreciati, & eiuſdem ad ſe. quædam partim ſecundum rem, ſcilicet in vno extremo, partim ſm rationem, puta in altero, vt ſcibile, & ſcientia. Deniq; huius admirabilis ſimplicitatis, & identitatis, ac diſtinctionis exemplum aliquantulũ in Mathematicis poteſt poni in puncto, ſi ponatur circulus, & centrum in medio eius, & per illud ducatur diameter ab vna circunferentiæ parte in aliam, & à centro trahantur lineæ infinitæ ad circunferentiã, & ad ipſum per angulum duarum proximarum linearum ſe in ipſo contingentium. Hic etenim punctus habet abſolutum eſſe puncti, ſecundum quod eſt ſimpliciſsimum quid in genere quãtitatis. Habet quoque eſſe relatiuum principij, medij, & finis, ſm comparationem ad diuerſa. Horum quodlibet eſt idem cum puncto. addit tñ quodlibet horum propriam rationem, quæ multiplicatio rationum non facit in pũcto compoſitionem, nec eius vnitati, aut ſimplicitati repugnat. & alius eſt actus, qui cõuenit principio, vtpotè lineas inchoare: alius, qui medio, ſcilicet lineam diametri continuare: alius fini, videlicet angulũ terminare. Sic in Deo eſt vna eſſentia, cui nõ repugnat trina multiplicatio perſonarũ, quarum quælibet eſt diuina eſſentia, & tamen ſunt diſtinctæ relationes earum, nec hæc relationũ multiplicitas facit compoſitionem in Deo. Cuiuſlibet itẽ perſonæ eſt ꝓprius actus quo ab alijs diſtinguitur.

Auſelm. Aliud huius exemplum in naturalibus ponit Anſelmus, in aqua fontis, riuo, ac lacu. Inſuper quidã hic dicunt, ꝙ ratio tripliciter ſumitur. Primò pro intẽtione ſola ratiocinantis. Secũdò, pro intentione partim fundata in intellectu, partim in re, ſicut intẽtio vniuerſalis. Tertiò, pro ratione fundata totaliter in re, hoc eſt, pro comparatione rei ad rem. Atq; hoc vltimo modo differunt in diuinis proprietas, & perſona ratione, quę ratio eſt in perſona eam determinando, non autem eſt in eſſentia determinando eandem. Dico ergo, ꝙ ratio ſic ſumpta, eſt in re. Aliter non video quomodo proprietates differant re. & quãuis diuina eſſentia ſit ratio illa, tñ non eſt per illam, ideſt modo illius, nec ratio illa cõuenit ei modo eſſentiæ, qm̃ modus eſſentiæ eſt abſolutus modus rationis illius relatiuus, perſona verò eſt ratio illa, & per illam. Veruntamen quidam dicunt, ꝙ ſecundo modo rationem accipiendo, eſſentia eſt proprietas: non tamen ratio illa eſt Deus, quãuis Deus habeat illam. ſiquidem quæcunq; ponuntur in Deo ſm rem, ſunt idem, quod ipſe, ſed nõ quæcunq; ponuntur in eo ſm rationem, aut intentionem.

Richard. ¶ Cõcordat Richardus ſcriptis Thomæ, & Petri in his, ac inter cætera addit: Cum ita arguitur, ſi actiua ſpiratio eſt perſona, nõ eſt ratio cur magis dicatur eſſe perſona patris, q̃ filij, nec videtur, ꝙ vna proprietas ſit duæ perſonæ. ergo actiua ſpiratio nõ eſt perſona. Dico, ꝙ extendẽdo nomen ꝓprietatis ad relationẽ, falſum eſt, ꝙ vna ꝓprietas nõ eſt duæ perſonæ. Spiratio. n. actiua eſt realiter idem, qđ̃ pater, & filius. Concedo tamen, ꝙ proprietas inquantũ eſt perſona, non eſt relatio: tñ res eadem, quæ eſt relatio, eſt perſona. attamẽ ſub alia ratione, quia ꝓſona eſt ſub ratione, qua in ſe ſubſiſtẽs, relatio verò ſm qđ̃ ipſa perſona refertur ad aliam. Inconuenienter igitur dixit Porretanus ꝓprietates nõ eſſe in perſonis, ſed extra affixas, qm̃ verè ſunt in perſonis, & realiter ſunt ipſæ perſonæ, & per cõparationem ad terminum veræ manẽt relationes. Hæc Richardus.

Relatio ẽ idẽ quod ꝓſona re, non ratione.

Bonauen. ¶ Præterea Bonauentura hic refert, quemadmodum de iſta materia tres fuerũt opiniones. Vna Gilberti, dicentis, ꝙ proprietates, ſeu relationes non ſunt perſonæ, nec in perſonis, ſed affixæ. Alia Præpoſitiui, dicentis ecõuerſo, ꝙ proprietates ſint in ꝓſonis, nec diſtinguuntur ab eis niſi in modo loquẽdi. Quæ opiniones improbatę ſunt ſupra. Ideo eſt tertia poſitio, quã cõiter tenent magiſtri, videlicet, ꝙ proprietates ſunt perſonę, & ſunt in ꝓſonis, & tñ aliquo modo differũt à perſonis. Relatio nãq; ratione cõparationis, quam hẽt ad ſubiectũ, ſeu ſuppoſitũ, trãſit in ſubſtantiã in diuinis. ideò verè prędicat de eo, vt pr̃ eſt paternitas: ratione verò cõparationis, quã hẽt ad obiectũ, ſeu terminũ, veriſsimè manet ī diuinis, nec facit cõpoſitionẽ, ſed diſtinctionẽ. Cõpoſitio. n. attenditur ꝑ cõparationẽ proprietatis ad ſubiectũ, diſtinctio reſpectu obiecti. Cũq; ꝓprietas differat à perſona quantum ad modum habendi ſe, idcirco perſonam verè determinat, & diſtinguit. Hoc tamen non tollit prædicationem vnius de alio, quoniam modus ille non addit eſſentiam aliam. Hæc Bonauentura.

Quæſtio. ¶ Ex quibus directè patet reſpõſio ad quæſtionẽ, qua quæritur, an proprietas in diuinis ſit perſona, de qua quidam ſpecialem formant articulũ, & item ad quæſitum hoc, an proprietates ſint in perſonis, de quo etiã, quidam ſpecialẽ efficiunt quæſtionem. Hęc etenim condependent, & frequenter prætacta ſunt. Nã & ex præinducta reſpõſione Bonauentura declarat, qualiter ꝓprietas ſit eſſentia. Relatio, ingens, rõne comparationis ad ſubiectum, tranſit in ſubſtãtiã. Idcirco ꝓprietas eſt diuina ſubſtãtia &c. In cõparatione aũt ad correlatiuum, dicit rem verã & diſtinguit. Et qm̃ iſte reſpectus non dicit aliud q̃ perſonã, ideò verè eſt eſſentia, & perſona. Ht qa reſpectus ille non eſt eſſentiæ ad aliud, ſed perſonę ad perſonam, ideò reſpectus, ſeu relatione ſunt prie in perſonis, non in eſſentia: quia perſonæ ſecũdum illos reſpectus referuntur, & diſtinguũntur, eſſentia verò non determinatur, neq; diſtinguitur, nec refertur, ſunt tamen in diuina eſſentia, loquendo communiter, atque impropriè, ut dicatur in diuina eſſentia eſſe omne, quod eſt diuina eſſentia, ſeu omne, quod eſt in eſſentia, vel perſona. Hæc Bonauentura.

Richard. Quæ Richardus, affirmans proprietates, ſeu rẽlationes ẽſſe in eſſentia, nõ immediatè, ſed mediantibus perſonis ſm modũ, & ordinem intelligendi, eſſentia verò in perſonis eſt immediatè.

Durãdus ¶ Amplius, qd̃ de formali diſtinctione inter proprietates, eſſentiam, & perſonas, ſentiant Scotus, Franciſcus de Maronis, Petrus de Candia cum ſuis ſequacibus, patuit ſupra, diſtinctione potiſsimè 3. vnde ipſi diſtinctione 8. præcipuè tractant.

Tho. Aq. ¶ In idẽ redeunt ſcripta Thomæ ſuper his dubijs. Nã ait, proprietates & perſonæ ſunt idẽ in re, & differũt rõne, quemadmodũ de proprietatibus, & eſſentia dictum eſt. tñ in hoc differt, ꝙ rõ ſeu diſtinctio ꝓprietatis, & eſſentiæ, eſt ſicut rõ, & diſtinctio, diuerſorũ generum, utpotè relatiui, & abſoluti: rõ verò proprietatis, & perſonæ, differt ſicut rõ abſtracti, & concreti in eodẽ genere acceptorũ. Porrò in concreto, duo conſiderantur in rebus creatis, videlicet cõpoſitio, & quædam perfectio: qa concretũ ſignificatur per modũ exiſtẽtis per ſe, vt homo, leo: in abſtracto quoq; duo conſiderantur, puta ſimplicitas, qa ſignificatur per modũ formæ: & imperfectio, qa eius nõ eſt per ſe exiſtere, & operari. Hinc neutrũ horum plenariè cõuenit Deo. Vnde probat in libro de Cauſis, ꝙ nihil de Deo dr̃ propriè, qm̃ nec abſtractũ propter inperfectionẽ, neq; concretũ propter cõpoſitionem. Vtrumq; tñ aliquo mõ ꝑdicatur de Deo, qa cõcretum propter perfectionẽ, & abſtractum propter ſimplicitatem. Hęc Thomas.

Qualiter abſtractũ & concretum prędicentur de Deo.

Quæſtio. ¶ Inſuper ad dubiũ, quo quæritur, an proprietates ſint in eſſentia, & in perſonis, rñdens: Proprietates, inqt, ſunt in eſſentia, & in ꝓſonis ſed diuerſimodè. qm̃ in eſſentia ſunt per rei identitatẽ, non tanq̃ in ſuppoſito, aut ſubiecto in perſonis verò ſunt ut in ſubiectis ſiue ſuppoſitis. Veruntñ diuerſimodè dr̃ aliquid ſuppoſitũ alicuius. primo, ſicut naturæ, per quã conſtituitur ipſum ſuppoſitũ, ſicut humanitas eſt in Socrate. ſicq; proprietates perſonales ſunt in perſonis Secundò, ſicut eius, quòd aduenit poſt cõpletum, & conſtitutum eſſe rei, ſicut albedo in Socrate. & ita ſm modum intelligẽdi proprietates nõ perſonales, ſicut innaſcibilitas, atq; cõis ſpiratio, inſunt perſonis: tamen nõ ita, ꝙ ſuppoſitũ ſit aliud ab eo, quod realiter ineſt ei, ſed ſolum ſecundum rationem concreti, & abſtracti, ut dictum eſt.

Qualiter proprietates ſint in eſſentia & perſona.

Petrus. ¶ His verbis Thomæ cõſonans Petrus: Si, ait, quæratur qũo proprietates diuerſimodè dicuntur eſſe in eſſentia, & in perſonis, dicendum, ꝙ ſicut aliquid dr̃ eſſe in ſubſtantia dupliciter, primò tanq̃ in genere, ut id, de quo ſubſtantia prædicatur: ſecundò, ut in ſuppoſito, & hoc rurſus dupliciter: primò, ut cõſtituens illud, ſicut forma ſubſtantialis: vel ut aduenies conſtituto, ſicut forma accidentalis: ſic proprietas eſt in eſſentia tanq̃ in genere. i. cõiori eſſentialiter prædicabili. qm̃ oẽ eſſe in diuinis, ſiue proprietatis ſiue perſonæ, eſt ſubſtantiale, & eſſentia prædicatur de utroq; ſicut magis cõe. perſona vero eſt ibi, ut prima ſubſtantia. proprietas verò quaſi per reductionem tanq̃ forma perſonę. proprietas verò non eſt in eſſentia ut in ſuppoſito, ideo nõ determinat eam. relatio, quo q; in diuinis per comparationem ad id, in quo eſt, nõ differt ab eo realiter, ſiue id dicatur perſona ſiue eſſentia. ſed per compatationem ad id, à quo diſtinguit, differt re, & ratione ab eo, in quo eſt. & quoniam non diſtinguit ab eſſentia, non dicitur eſſe in ea, niſi per identitatem, & ſicut in fundamento. Hæc Petrus.

Dion. ¶ Cuius recitatio inſtantiam pati vr̃. Quamuis. n. Magiſter dicat in litera, ꝙ relationes in diuinis non differant à fundamento, nõ tamẽ hoc dicit de relationibus creaturarum, quæ ſm eſſe relationes vocãtur. Nec ſequitur, relatio in creaturis cõpoſitionem

cum

cum suo efficit fundamento, ergo in Deo, vt supra aliquoties ostensum est. Ea quoq; quæ fiunt, & sunt in creatis rebus per plura, sunt in Deo per pauciora. Sed, & diuina essentia in sua infinitate sine reali additione oẽm perfectionem includit. & id, quod absoluti, & id, quod relatiui est, incõprehẽsibiliter comprehendit, includit, cõplectitur. Nullus etiam theologorum authenticorum nunc tenet relationes in diuinis realiter non esse, nec aliquis fatur eas distingui realiter ab essentia, aut persona, nisi forsan per pauci, q̃ dicunt relationẽ non dicere aliqd reale, nec in creatore, neq; in creaturis. & q̃ imaginantur diuinas, & increatas personas per absoluta distingui, cõtra quorum errores supra satis est disputatum, vbi etiam in recitatione Gulielmi Parrhisiensis soluta sunt argumenta, quæ Durandus contra primam illam positionem inducit.

Henricus Quæstio.

¶ Postremo Henricus 5. quodlibet. mouet hanc quæstionẽ, vtrum relatio in Deo ſm intentionẽ differat absentia, de qua re ex dictis ipsius introducta sunt multa, poniq; triplicem distinctionẽ, puta realem, & ſm intentionem, atq; ſm rõnem. Distinctionem vero ſm intentionẽ, appellat nõ prout intẽtio sumit pro intentione secũda, de qua logica tractat p respectũ ad primã intentionem; sed prout intẽtio appellat ptinens realiter ad simplicitatem alicuius, essentiæ, natum pcisè accipi absq; aliquo alio, à quo non differt re absoluta, quod similiter ptinet ad eandem. Vnde dr̃ intentio quasi intus tentio, eo q̃ mẽs suo cõceptu determinatè tẽdit in aliquid, quod est in re aliqua, & non in aliquid aliud, quod aliquid est eiusdem. Itaq; inter essentiã, & relationẽ in diuinis nequaq̃ est distinctio ſm intentionẽ, qm̃ illa distinctio esse non potest nisi inter ea, quæ vniuntur in eodem ſm rem, ita q̃ cõceptus vnius penitus excludit cõceptum alterius, & econtra. Vel ita, quod aliquid, quod est in cõceptu vnius, penitus excluda tur extra id, quod est in conceptu alteriùs. Quæcunque autẽ sunt talia, necessariò ponunt cõpositionẽ in eo, in quo sunt vnũ. relatio vero, & diuina essentia nullam prorsus cõpositionem ponũt in Deo. Idcirco nõ differũt nisi ſm rõnẽ. i. secundũ diuersum modũ concipiẽdi aliquid, videlicet ſm rõnes distinctas prædicamenti substantiæ, & ad aliquid, quę circa idem cadunt absq; compositione, & diuersitate in re, sine qua esse non valet diuersitas intentionũ.

Diony.

¶ Videtur demum in determinatione huius quę siti Henricus aliqualiter dissentire à præfata quorũdam positione de mõ fundationis relationũ in diuina essentia: qm̃ ait, q̃ relationes in ea fundanť, put ipsa ſm seipsam est singularitas quædam, nõ prout est essentia huius, aut illius suppositi. Hoc enim nõ conuenit ei nisi per relationem in ea fundatam. Vnde per hoc, q̃ relatio habet esse, & fundari in essentia, simul constituit rõnem suppositi. Hæc Hẽricus, de cuius positione supra dictum est pleniùs. Obiecta soluta sunt supra, & nunc breuiter eorum solutio repeti potest. ¶ Ea ergo quæ conuertibiliter, & ad æquate sunt idem, ita se habent, q̃ vno multiplicato, multiplicatur, & aliud. sic autem non sunt idẽ proprietas, essentia & persona. ¶ Ad secundum, q̃ idem eodem mõ sumptũ, seu secundum eandẽ prorietatem, perfectionem, aut dispositionem, nõ est causa distinctionis, & indistinctionis. ¶ Ad tertium simili modo, q̃ vnum, & idem secundum eandem rõnem, & proprietatem non est relatiuum, & absolutum. Nam & in rebus creatis idem suppositum est homo, & pater, & humanitate in genere substantiæ, paternitate in genere relationis.

Solũtur argumẽta initio quæstionis adducta.

Ad secundum.

Ad tertiũ.

QVAESTIO II.

Arguitur contra veritatem.

Quæritur consequenter; *vtrum de proprietatibus, & relationibus valeant prædicari adiectiua essentialia, & personalia.* ¶ Videtur q̃ sic, qm̃ nulla propositio verior, quàm in qua idẽ dr̃ de seipso, cum ergo proprietates sint realiter ipsæ personę, ac diuina essentia, videť q̃ oia vere prædicenť de proprietatibus, quę de ꝑsonis, atq; essentia prædicatur.

In oppositum.

¶ In oppositum est doctrina communis, quia paternitas non dicitur generans, cum generare sit personæ, paternitas vero non significatur, vt persona.

Tho. Aqu.

¶ Ad hoc Thomas respõdet: Proprietates, persona, & essentia solum differũt rõne, & ſm diuersum modum significandi. Hinc distinguendũ est de adiectiuis, qm̃ omnia illa, quæ prædicant conditionem rei absolutè, prædicantur communiter tam de proprietate, q̃ de essentia, & personis. & talia maximè sunt adiectiua negatiua, vt increatus, immensus. Ideò dicimus, paternitas est increata, pr̃ est increatus, essentia diuina est increata. Quecunq; vero exprimunt modum significãdi, in quo tria hæc distinguuntur, non prædicantur de eis communiter. Tamen in his quoq; extat diuersitas. Quædam nanque important illum modum significandi in principali significato sicut hoc nomen commune, importat significando modum essentiæ, & similiter hoc nomẽ distinctum, importat modum personæ: & hoc nomen distinctuens, modum proprietatis; & ista prædicari non queunt de essentia, de proprietatibus, & relationibus indifferenter: quia falsum est dicere, essentia est distincta, proprietas est communis. Quædam vero modum illum important nõ ipsum significando, sed dando eum intelligere ex suo modo significãdi; vt ea, quæ significant per modum actus. Nam actus sunt suppositorum. Hinc talia non possunt attribui propriè nisi personis, non proprietati neq; essentiæ, quę significantur per modum formę. Non ergo propriè dicitur, paternitas generat pater nitas creat. Ea quoque, quæ significant concretiuè, dant intelligere modum personarum Idcirco, nec ista est propria, paternitas est sapiens: nec ista, paternitas est innascibilis. Hæc Thomas.

Petrus.

¶ Hinc Petrus: Adiectiua, inquit, quæ veniunt in prædicationem diuinam, aut prædicant rem absolutè, vt præcipuè, seu conditionem rei absolutè, vt præcipuè negatiuè. & hæc prædicantur de essentia, personа, & proprietate, vt infinitus, immensus. Aut prædicant modum significandi, & hunc exprimũt, vel ex principali significato, sicut hoc nomen commune, modum essentiæ: distinctum, modum personæ: distinguens, modũ proprietatis: hæc non possunt permutatim de essentia, proprietate, & persona prædicari. Vel dant intelligere ex modo significandi, vt significantia essentiam per modũ operationis, vt creare. vel personam. vt gñare: vel essentiam per modũ inhærentis, vt sapiẽs: aut personam, vt nomen hoc pr̃ sumptum adiectiuè. & hæc oĩa propriè attribui nequeunt nisi personis. Ideò istæ impropriæ sunt, essentia creat, paternitas generat. Similiter hæc. pater nitas ẽ pater, si ly pater adiectiuè tenet. Hæc Petrus.

Quæ adiectiua possint ꝑdicari de relatiuis, ac ꝓprietatib⁹.

Richard⁹.

¶ Idem respondet Richardus alijs verbis: Quædam, inquiens, dicuntur de diuina essentia in opositione ad creaturam, vt increatum, æternum, immẽsum. & talia prædicantur de proprietatibus, quoniam non important aliquem modum essentiæ proprium. Alia dicuntur de diuina essentia, vt est essentia cuiuslibet diuinæ personæ, vt esse communicatum, aut communicatiuum. & talia non prædicantur de proprietatibus, quia de ratione proprietatis

tatis est, vni soli competere. alia de essentia prędicãtur, ut est principium actionis. ut intelligere, velle, creare. & talia quis dicantur de tribus diuinis personis, non tamen de proprietatibus, nec de essentia propriè, qm̃ actio est suppositi. Præterea actus personales non prędicantur de proprietatibus per modum denominatiũ, sed prædicatione, quæ est per identitatem. Hæc. n. est vera, Paternitas est generatio actiua. non tamen recipitur ista, paternitas generat. Quamuis. n. eandem rem significent generare, & generatio, tamen diuerso modo: quoniam generare significat actum, & per modum actus, generatio autem non sic. Et quia actus sunt suppositorum, quamuis per formas, non autem propriè ipsarum formarum tãquam agentium, sed tanquam principiorum agendi ipsis suppositis: hinc quamuis ista sit concedenda, pater generat, non tamen ista, paternitas generat. ¶ Et si obijciatur, quòd nõ solum ignis, sed & caliditas calefacit: Dicendum, quòd illa est impropria, caliditas calefacit, non tamen ita improprie ut hæc, paternitas generat: quoniam caliditas est forma absoluta, paternitas relatiua. Hæc Richardus.

Obiectio diluitur.

Albertus.

¶ Hinc scribit Albertus: Quatuor modis se possunt habere essentialia adiectiua, quibus impediantur de notionibus seu proprietatibus prædicari.

Adiectiua essentialia 4. modis impediuntur ne prædicẽtur de propietatibus.

Primò, si sint essentialia per modum essentiæ. Secundò, si sint essentialia appropriata personæ. Tertiò, si sint essentialia cointellecta persona. Quartò, si sint essentialia per modum actus diuini. Essentialia per modum essentiæ, ut non distingui relatione, nec significatione, & consimilia. Essentialia appropriata seu attributa personæ, sunt ea, quæ concretiuæ dicuntur: quoniam illa significant essentiam in personis, ut sapiens, potens. Vnde stultum est dicere, quòd paternitas est sapiens. Essentialia verò cointellecta persona sunt, ut trinus, incarnatus. Idcirco non dicimus, paternitas est trina, id est, trium vna, quemadmodum dicimus, essentia est trina, id est, trium vna. Essentialia per modũ actus sunt, ut creare, gubernare. Vnde non est dicendum, paternitas creat, gubernat. Cætera omnia possunt de proprietatibus, seu notionibus dici, præsertim negatia, sicut immensum, increatũ. Si quæratur de causis harum exceptionum in substantialibus adiectiuis, dicendum quòd quamuis essentia sit proprietas, tamen modi significandi quandam habent oppositionem, & inde prima consurgit conditio. similiter suppositа personа, non supponitur notio: & inde trahitur tertia, quia tũc aliquid cõuenit uni, quod non alij. Item notio significatur in abstracto, atque ut ens in alio. ideo non conueniunt ei illa, quæ significant aliquid ut per se existens personaliter, ut sapiens, bonus: & inde, venit secunda conditio. Rursus, notionis non est agere, sed personæ. indeq; oritur ratio quartæ exceptionis.

Quæstio.

¶ Deniq; si quæratur, utrum personalia adiectiua de notionibus prædicentur, Dicendum, q̃ personalia illa ut personalia, non dicuntur de notionibus: quoniam personalia adiectiua ut huiusmodi, aut conueniunt personæ in se, ut esse distinctum: & sic non possunt competere notioni propter oppositum modum significãdi, quoniam notio, seu proprietas designatur, ut ratio distinguens, non ut res distincta per se existens. Aut personalia sunt, quibus persona emanant à persona, generare, spirare, quæ actum significant personalem: aut adiectiuè dicuntur de persona, ut generans, spirans, secundum quod adiectiuè tenentur participia illa, & tunc nequeunt notioni conuenire: qm̃ nõ significatur ut agens; sed magis ut ratio agentis: Si ueròsint adiectiua nominaliter significata, non competunt notioni: quia sic dicũt rationem, quare vel qualiter vna persona manat ab alia. Hinc paternitas non est pater, si ly pater adiectiuè tenetur, quoniam sequeretur, q̃ filium genuisset. Simili modo, filiatio non est filius, nec essentia pater, si pater adiectiuè sumatur: quia essentia non genuit. prędicatur tamen persona de proprietate, secundum quod nomen personæ subsstantiuè tenetur, quemadmodum, & de essentia. sicque ista est vera, essentia est pater, hoc est, essentia est is, qui est pater. Similiter ista, paternitas est pater, id est, paternitas est ille, qui est pater. Hæc Albertus.

Bonauen.

¶ At verò Bonauentura hic contestatur: Quædã est prędicatio per identitatem, & quędam per inhęrentiam. Prædicatio per inhærentiam fit concretiuè, & ratione formæ non suppositi, ut album est muficum. Prædicatio verò per identitatem, fit in abstracto, & ratione formæ non suppositi, ut iustitia est bonitas. Itaque notio ad notionem potest comparari dupliciter, vtpotè concretiuè, & abstractiuè. Si concretiuè, vna potest prædicari de alia, ut generans est spirans. Si abstractiuè, non potest: quoniam sic non notat nisi respectum. Ideo falsa est hæc, paternitas est spiratio. Hæc Bonauentura.

Antisiod.

¶ Præterea à prætacta Alberti responsione videtur paululum dissentire Antisiodorensis in Summa sua libro primo circa hæc scribens: Adiectiua essentialia dicuntur de notionibus. Paternitas enim seu filiatio est immensa, æterna, omnipotens, sicut diuina essentia. Item, cum notio sit Deus, sequitur, q̃ sit immensa, omnipotens, & æterna. Albertus verò, sicut iam patuit, dicit non esse dicendum, q̃ paternitas sit potens. Deinde Antisiodorensis subiungit: Cum adiectiua essentialia dicantur de notionibus, cur non eodẽ modo adiectiua notionalia de essentia prædicantur? Quemadmodũ. n. notio est persona vel essentia, sic essentia est notio. Verum est autẽ q̃ notionalia nõ dicuntur de essentia, qa non dicimus, essentia generat: iimò nec gignit, nec gignitur, nec spirat, neq; spiratur. Dicendũ, q̃ adiectiua, quæ copulant diuinã essentiam, ideo prædicantur communiter, & indistinctè de personis, & notionibus: quia essentia seu esse, cõe est, & indistinctum quid. Hinc adiectiua, quę copulant diuinã essentiam, prę dicantur de notionibus, & personis. Adiectiua uerò, quæ copulant notiones, sunt propria: ideo prædicantur tantũmodo de personis, inquantum sunt propria. Et hæc est rõ, quare potius essantialia prædicentur de notionibus, q̃ econtra. Veruntamẽ nõ oĩa adiectiua de notionibus prædicantur, quia nõ illa, quæ præter uaturam aliquid cõnotãt, quod nõ conuenit notioni, ut trinum, incarnatũ. Essentia nã que est trina. i. trium vna siue cõis, non notio aliqua. Similiter essentia diuina est incarnata, qm̃ ipsa est associata siue vnita humanæ naturæ in eadẽ natura. Hæc aũt non conceditur, Filiatio est incarnata, qa associatio, seu vnitio talis inter similia attenditur, utpotè naturæ ad naturã, non notionis ad naturã. Sed cũ notio sit persona, sicut & ipsa est essentia, cur personalia adiectiua nõ dicuntur de notionibus, sicut adiectiua essentialia, cũ tñ maior sit affinitas notionis ad personã, q̃ ad essentiã, qa personã notificat, & distinguit, & propriè est in ea, quod tñ non conceditur, qa paternitas nõ spirat? Dicendũ, q̃ adiectiua, q̃ cõueniunt personis propriè significãt ea, q̃ sunt in personis, videlicet actus proprios

personа-

personarũ,ut generare, spirare. Agere Aũt propriè ad personã, seu substantiam pertinet,non ad notionẽ,q̃ est relatio, cuius esse est ad aliud se habere.Cũ itaq; adiectiua cõuenientia essentiæ significent rẽ cõem,& indistinctam,potius prędicantur de notionibus,q̃ adiectiua conuenientia personis, quæ personarum sunt propria . & etiam , qm̃ ad notionem non propriè pertinet agere. Hæc Antisiodorensis, in cuius verbis, quod dicitur essentia incarnata, qualiter verum sit,loco suo patebit.

Alexãder. ¶Postremò, præinductis ſm Thomam, Albertũ, Petrũ,Richardũ,concordat Alexandri rñsio asserẽtis regulariter adiectiua essentialia,quæ pertinẽt ad rẽ essentiæ solum, ita q̃ non dicunt respectũ ad personã,nec dicunt modum essentiæ, nec appropriantur personis,nec dicunt effectũ in creatura,dicũtur de notionibus, ut q̃ dicũtur per abnegationẽ, sicut æternus,immẽsus. Cætera quæ de hoc scribit Alexãder,sententialiter sunt inducta.Porrò ad hoc,an adiectiua notionalia, quæ dicunt de personis, dicantur de notionibus,rñdet concordanter prædictis: Adiectiua notionalia non dicuntur de notione substantiuè dicta, qm̃ adiectiuum notionale designat proprietatem personæ.Vnde sicut Deus & deitas differunt rõne, quoniã Deus dicit quod est, Deitas quo est:sic persona, & notio. Persona quippe significat, quis,seu qui est:notio, quo est. Cum itaq; notio, ut notio,nihil dicat de substantia, & adiectiua quærãt substantiam, cui innitantur ſm modum intelligendi, atq; loquendi, non queunt prædicari de notione,sed de persona. Idcirco nõ sequitur, Pater,& paternitas conuertuntur,sed generans prędicatur de patre,ergo & de paternitate: sicut nõ sequitur,cum persona,& essentia conuersim dicãtur,ut quod dicitur de essentia, dicatur de persona.Imò est ibi fallacia figuræ dictionis ex variatione prædicamenti. Rursus,in adiectiuis essentialibus absolutus est intellectus. ideò non repugnat intentioni,seu rationi proprietatis,quia nil dicunt ultra essentiam. Vnde quemadmodum propter identitatem,& simplicitatem essentiæ dicitur,paternitas est essentia : Ita dicitur,paternitas est æterna.Notionalia verò dicunt habitudinem personæ,inquantum personæ: idcirco non conueniunt notioni , aut proprietati, quæ non habet intellectum hypostasis,seu personæ,sed solum proprietatis. Hæc Alexander.

Adiectiua notionalia non dicuntur de notione.

A *Opinio quorundam,non idem esse personam & essentiam,vel naturam dicentium,& eandem essentiam non posse esse patrem,& filium & spiritumsanctum. Distinctio XXXIIII.*

PRædictis autem adijciendum est, quòd quidã peruersi sensus hoĩes in tantam prosilierunt insaniã, ut dicerent non idem esse naturam Dei, & personã siue hypostasim, dicentes eandem essentiam non posse esse patrem, & filium sine personarum confusione.Si.n.(inquiunt)ea essentia,quæ pater est,est filius,idem sibi pater est,& filius. Si hanc rem dicis esse patrem , aliam quære, quam dicis esse filium.Si verò aliam nõ quæsieris,sed eandem dixeris,idẽ genuit,& genitus est. Propter hæc & huiusmodi inter naturam,& personam diuidunt, ita ut non recipiant vnam deitatis naturam,& simplicem esse tres personas.Idq; testimonio Hilarij defendere nituntur, qui in septimo libro de Trinitate quærens, vtrum Apostolus spiritum Dei nominans, & spiritum Christi,idem significauerit utroq; verbo,inquit ita: Gentium prædicator volẽs naturæ vnitatem in patre, & filio docere,ait:
Rom. 8. b Spiritus Dei in vobis est. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autẽ spiritus eius, qui suscitauit Iesum &c. Spirituales omnes sumus,si in nobis est Dei spiritus:sed & hic spiritus Dei est & spiritus Christi.Et cum Christi spiritus in nobis est, eius spiritus in nobis est,qui suscitauit Christum. Et cum eius, qui suscitauit Christum, in nobis est spiritus, & spiritus in nobis est Christi. Nec tamen non Dei est spiritus, qui in nobis est. Discernè ergo ò hæreticè spiritum Christi à spiritu Dei,& excitat à mortuis spiritum Christi à spiritu Dei Christum à mortuis excitantis: cũ qui habitat in nobis spiritus Christi, spiritus Dei sit:& spiritus Christi à mortuis excitati,spiritus Dei tantum sit Christum à mortuis excitantis.Et quæro nunc in spiritu Dei,utrum naturam, an rem naturæ significatam existimes. Nõ est enim idem natura,quod res naturæ,sicut non idem est homo, & quod hominis est:nec idem est ignis, & quod ipsius ignis est : & secundum hoc non est idem Deus , & quod Dei est. Huius dicti occasione præfati hæretici dogmatizauerunt,non idem esse personam, & naturam Dei,asserentes naturam Dei non esse tres personas,intelligentes in his præmissis verbis Hilarij per rem naturæ, personam: & nomine naturæ,diuinam naturam.Et ideo dicunt Hilarium interrogasse hereticum,utrum per spiritum Dei putaret significatam esse naturam,an rem naturæ: vt sic ostenderet distinguendum esse inter naturam, & rem naturæ, id est, personam.

B *Hic docet quomodo eis obuiat ipsius scripturæ circunstantia,& qualiter prædicta intelligi debeant , & quòd spiritussanctus est res vnius naturæ patris,& filij,& est ipsa natura.*

Hoc quidã dicunt,non intelligentes pia diligentia scripturæ circunstantiã:qua con-
Hilarius . siderata,percipi põt quomodo præmissa dixerit Hilarius.Subsequenter enim in eadem serie

serie ostendit, in spiritu Dei aliquando significari patrem, ut cum dicitur:Spiritus domini super me . Aliquando significari filium , ut cum dicitur:In spiritu Dei eijcio dæmonia,naturæ suæ potestate se dæmones eijcere demonstrans. Aliquando spiritum sanctum, ut ibi:Effundam de spiritu meo super omnem carnem . Quod dicit consummatum fuisse,cum apostoli spiritusancto misso, omnibus linguis locuti sunt. Deinde quare hanc distinctionem fecerit , & quod in superioribus per verba Apostoli idem spiritussanctus significatus sit, & quòd ipse sit res unius naturæ patris,& filij,apertè ostendit, inquiens ita:Hęc idcirco sunt demonstrata,ut quacunque parte hæretica falsitas se cõtulisset,finibus veritatis concluderetur.Habitat enim in nobis Christus, quo habitante habitat Deus: & cum habitat in nobis spiritus Christi, non alius habitat,quàm spiritus Dei . Quòd si per spiritum sanctum Christus in nobis intelligitur esse, hunc tamen ita spiritum Dei , ut spiritum Christi esse noscendum est:& cum per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis,indifferẽs natura filij creditur esse à patre,cum spiritussanctus,qui est spiritus Christi,& spiritus Dei, res naturæ demonstretur unius. Quæro nunc ergo, quomodo non ex natura unum sunt? A patre procedit spiritus veritatis, à filio mittitur,& à filio accipit. Sed omnia, quæ habet pater,filij sunt . Idcirco,qui ab eo accipit, Dei spiritus est,& idem spiritus Christi est. Res naturæ filij est, sed & eadem res,& naturæ patris est , & Dei excitantis Christum à mortuis , spiritus est:& idem spiritus Christi est à mortuis excitati.In aliquo differt Christi,& Dei natura,ne eadem sit,si præstari potest,ut spiritus,qui Dei est, non sit etiam Christi . Est ergo in nobis spiritus Dei, & est in nobis spiritus Christi: & cum spiritus Christi inest, inest spiritus Dei.Ita cum quòd Dei est, & Christi est:& quod Christi est, Dei est : non potest quid aliud diuersum Christus esse,quàm Deus est . Deus igitur Christus est unus cum Deo spiritus, secundum illud: Ego & pater vnum sumus. In quo docet veritas vnitatem esse naturæ,nõ solitudinem vnionis.Ecce si hæc verba diligenter attendas,inuenis spiritumsanctum rem naturæ,dici patris & filij:& eundem dici esse naturam Dei, ubi dicitur: per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis, si per spiritumsanctum Christus est in nobis. Itaque in Trinitate, non ita distinguendum est inter naturam, & rem naturæ,sicut in rebus creatis, quia(ut ait Hilarius) cõparatio terrenorum ad Deum nulla est:& si qua comparationum exẽpla interdum afferuntur, nemo ea existimet absolutè in se rationis perfectionem continere. Non enim humano sensu de Deo loquendum est.

Isaiæ.61.a
Matt.12.c
Ioel.2. g
Actu.2.
Iohã.16.e
Iohã. 10.f

C *Quòd propter res creatas illud dixerit , non idem est natura, & res naturæ.*

Ad naturam ergo rerum creatarum respiciens,inquit: Non idem est natura,quod res naturæ , subijciens exempla de ipsis creaturis . Inde ostendens erroris esse,sub mensura creaturarum metiri creatorem,addit: & secundũ hoc non idem est Deus,& quod Dei est,ac si diceret,Si ad instar creaturarum de creatore sentis,cogeris fateri,quia non idem est Deus , & quòd Dei est: quod dicere impium est , cum spiritus Dei Deus sit, & Dei filius sit Deus.

D *Quòd non aliud est Deus, & quæ sua sunt , ita vt insint. alia enim sunt , quæ insunt , alia quæ non insunt.*

Non ergo secundum corporales modos (ut in eadem subdit seriè) accipienda sunt hæc,quæ de Deo dicuntur:ubi euacuans opinionem eorum,qui ita putãt,aliud Deum esse,& aliud quod Dei est:aliudque naturam Dei, & rem naturæ,ut est in creaturis:apertè docet non aliud esse Deum,& quę sua sunt,ita ut insint illi,sic dicens:Homo aut aliquid ei simile cum alicubi erit,alibi non erit:qui ad id,quod est,illic continetur,vbi fuerit in forma: ut non ubique sit, qui insistens alicubi sit. Deus autem immensæ virtutis viuens potestas,quæ nusquam non assit,nec desit usquam,quæ se omnem per sua edocet, & sua non aliud, quàm se esse significat: vt vbi sua insint,ipse esse per sua intelligatur . Non autem corporali modo cum alicubi sit,non etiam vbique esse credatur,cum per sua in omnibus esse non desinat . Non autem aliud sunt, quàm quod ipse est, quæ sua sunt. Et hæc propter naturæ intelligentiam dicta sunt . His verbis apertè significatur: si tamen intelligis hæreticè, quia diuina natura non aliud est ab his, quæ sua sunt , ita ut insint:& per illa in omnibus suis est,quæ non insunt.Sua enim sunt etiã, quæ non insunt,

insunt, id est, omnes creaturæ, & sua sunt, quæ insunt, ut tres personæ, quæ sunt eiusdem naturæ, & eadem natura, sicut supra Augustini testimonio firmauimus, dicentis tres personas esse eiusdem essentiæ, vel eandem essentiã: sed non ex eadem essentia, ne aliud intelligatur essentia, aliud persona. Non tamen diffitemur aliquam distinctionem habendam fore secundum intelligentiæ rationem, cum dicitur hypostasis, & cum dicitur essentia: quia ibi significatur, quod est commune tribus, hic verò non. Est tamen hypostasis essentia, & econuerso. Fateamur ergo vnum, atque idem esse tres personas secun-
Augu. sup Psalm. 68. dum essentiam, differentes autem proprietatibus. Vnde Augustinus super locum præ-taxatum psalmi ait: Quæris quid sit pater? Respondetur, Deus. Quæris quid sit filius? Respondetur, Deus. Quæris quid sit pater & filius? Respondetur, Deus. De singulis interrogatus, Deum responde. De utroque interrogatus, non Deos, sed Deum respo nde. Non sic in hominibus. Tanta enim est ibi substantiæ vnitas, vt æqualitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit cum dicis filium esse, quod pater est, profecto filius pater est. Respondeto, secundum substantiam tibi dixi, hoc esse filiũ, quod pater est, non secundum id, quod ad aliud dicitur. Ad se enim dicitur Deus, ad patrem dicitur filius. Rursumque pater ad se dicitur Deus, ad filium dicitur pater. Quod pater ad filium dicitur, non est filius: quod dicitur filius ad patrem, non est pater. Quod dicitur pater ad se, & filius ad se, hoc est pater & filius, id est, Deus.

E

Vtrum ita posit dici Deus trium personarum, vel tres personæ vnius Dei, vt dicitur vna essentia trium personarum, & tres personæ vnius essentiæ.

Hic considerandum est, cũ Deus sit diuina essentia, & ita dicatur vnus Deus esse tres personæ, sicut vna essentia dicitur tres personæ: utrum ita valeat sanè dici, vnus Deus trium personarum, vel tres personę vnius Dei: sicut dicitur vna essentia trium personarum, & tres personæ vnius essentię. In his locutionibus scripturę usus nobis æmulándus videtur, vbi frequenter reperitur ita dictum: Vna est essentia trium, & tres sunt personæ unius essentiæ: nusquam autem occurrit legisse, vnum Deum trium personarum, vel tres personæ vnius Dei. Quo ideo puto sanctos doctores vitasse, ne ita fortè acciperetur in diuinis personis, vt accipitur cũ de creaturis simile, quid dicitur. Dicitur enim
Exodi 3. Matt. 22. Deus Abraam, Isaac, & Iacob, & Deus omnis creaturæ. Quod utique dicitur propter principium creationis, vel gratiæ priuilegium, & creaturæ subiectionem vel seruitutẽ. Cum ergo in Trinitate nihil sit creatum, vel seruiens vel subiectum, non admisit fides in Trinitate talem locutionis modum. Ita etiam econuerso non dicitur de Dei essen-essentia, quòd ipsa sit essentia Abraam, Isaac, & Iacob, vel alicuius creaturæ, nec creatoris, vel creaturæ naturam confundere videamur.

F

Quod licèt potentia, sapientia, bonitas de Deo secundum substantiam dicantur in scriptura, tamen solent hæc nomina distincta ad personas interdum referri.

Ex prædictis constat, quòd sicut essentia, ita potentia, sapientia, bonitas, de Deo dicuntur secundum substantiam. Quæ autem secundum substantiam de Deo dicuntur, tribus personis pariter conueniunt. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas patris, & filij, & spiritussancti: & hi tres eadem potentia, eadem sapientia, eadem bonitas. Vnde aperitur in Trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia, vel sapientia, vel bonitas, non esset summum bonum. Sed quia ibi est perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas, rectè dicitur, & creditur summum bonum. Cumque unum, & idem penitus sit in Deo porentia, sapientia, bonitas: in sacra tamen scriptura frequenter solent hæc nomina distinctè ad personas referri, vt patri potentia, filio sapientia, spirituisancto bonitas attribuatur: quod quare fiat, non est ocioſum inquirere.

G

Quare id fiat, scilicet quòd patri potentia, filio sapientia attribuatur.

Id ergo sacri eloquij prudẽtia facere curauit, ne Dei immẽsitatẽ similitudine creatu-

a metiretur

ræ * metiretur. Dixerat enim scriptura sacra, quia Deus pater est, & ꝙ Deus filius est, & audiuit hoc homo, qui hominem patrem viderat, Deum patrem non viderat: cogitare cœpit ita esse in creatore, vt viderat esse in creaturis: à quibus hæc nomina translata sunt ad creatorem, in quibus pater est prior filio, filius est posterior patre: & ex antiquita te in patre defectus, ex posterioritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit scriptura, dicens patrem potentem, ne videatur prior filio, & ideo minùs potens: & filium sapientem, ne videatur posterior patre, & ideo minùs sapiens.

Quare spiritui sancto bonitas attribuatur.

Dictus est etiam spiritussanctus Deus, & dictus est habere spiritum Deus, & videbatur hoc quasi nomen inflationis, & tumoris. Vnde humana conscientia ad Deum prorigore, & crudelitate accedere metuit. Ideo scriptura temperauit sermonem suum, spiritum bonum nominans, ne crudelis putaretur, qui mitis erat: non, quòd pater solus sit potens, vel magis potens, & filius solus sapiens, vel magis sapiens, & spiritussanctus solus bonus, vel magis bonus. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas trium, sicut vna essentia. Ideoque sicut dicitur filius homousios, idest, consubstantialis patri, ita, & coomnipotens.

De hoc nomine homousion vbi in auctoritatem receptum sit, & quid significet.

Hic non est prętermittendum, quod Augustinus in libro tertio contra Maximinum dicit de hoc nomine homousion, quo Latini tractatores frequenter vtuntur. Pater (in-
Aug. li. 3. Maxim. ca. 14. quit) & filius vnius sunt, eiusdemque substantiæ. Hoc est illud homousion, quod in Cõcilio Niceno aduersus hæreticos Arrianos à Catholicis patribus veritatis auctoritate firmatum est. Quod postea in Concilio Ariminensi propter nouitatem verbi minùs, quàm potuit intellectam, quam tamen fides antiqua pepercrat, multis paucorũ fraude deceptis, hæretica impietas sub hæretico Imperatore Costantino labefactare tenta uit. Sed post non longum tempus libertate fidei Catholicæ prævalente, postquam vis verbi sicut debuit intellecta est, homousion illud Catholicæ fidei sanitatè longè, latèq; defensum, & diffusum. Quid enim est homousion, nisi vnius eiusdemque substantiæ? Ioan. 10. f
Quid est inquam homousion, nisi, Ego, & pater vnum sumus? Non ergo inrer prophanas vocum nouitates hoc vitandum est. 1. Tim. 6.

De nominibus, quæ translatiuè, & per similitudinem de Deo dicuntur.

Præterea sciendum est, quòd in assignatione dictionis nominum inter alia, quæ supra diligenter executi sumus, quædam diximus translatiuè, & per similitudinẽ de Deo dici, vt speculum, splendor, character, figura, & huiusmodi: de quibus pio lectori breui ter trado, quod sentio, vt scilicet ratione similitudinis considerata, ex causis dicendi dictorum intelligentiam assumat, sed Catholicham.

Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transiturus.

De sacramento vnitatis, atq; Trinitatis summę, & ineffabilis multa iam diximus, Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur, sed potiùs ex nobis mirifi- Psal. 138.
catam eius scientiam, nec potuisse nos ad illam peruenire.

ssima di-
stin. 44.

Hic reprobatur alius error, diuinæ repugnans simplicitati. Fuerunt enim quidã, dicentes, ꝙ tres diuinæ personæ non essent quid vnum, nec realiter vna essentia. & quòd diuina essentia nõ esset pater, & filius, nec Trinitas. qui fuit error Abbatis Ioachim, contra quem superiùs quoque prolixè est disputatũ. Huius ergo erroris falsitatem auctoritatibus scripturarum, testimonijsque sanctorum redarguit. Motiua quoque ita opinantium tangit, & soluit, & circa hoc mouet quæstionem, an sicut dicimus tres personas vnius essentiæ, & vnam essentiam trium personarum, sic etiam dicere liceat, vnus Deus trium personarum, & tres personæ vnius Dei. Deinde tangit, de his, quæ appropriantur personis, atq; de hoc nomine homousion, & de his, quæ Deo trãslatiuè, & per similitudinem attribuuntur. De omnibus autem his iã ante suis locis diffusè tractatum est, dempta hac quæstione, An dici queat vnus Deus trium personarum, aut tres personæ vnius Dei, & de noſe homousion. Nõ ergo est hic superfluè immorandũ.

QVAESTIO I.

ET quæritur primò, *An diuina essentia sit persona, hoc est, an realiter idem sit cum qualibet diuina persona, imò, & cum duabus, & item cum tota superbeatissima Trinitate.*

¶Videtur quòd non, quoniam vnum, & idem non est genitum, & non genitum, generans, & non generans. immultiplicabile, & multiplicatum, cõmunicabile, & incommunicabile. sed diuina essentia est non genita, imò nec gignens, nec generata, & est immultiplicabilis, tamen cõmunicabilis. Persona verò in diuinis multiplicatur, & gignitur, incommunicabilisq; consistit. Ad idem possent multa argumẽta induci, quę iam ante, præsertim in tertia distinctione contenta sunt.

Bonauen. ¶Ad istud Bonauentura respondet. Dum quæritur, an res naturæ, ideſt, persona, aliquid superaddit essentiæ, seu naturæ diuinæ, dicendum, quòd de additione possumus loqui dupliciter, scilicet quo ad rem, & quo ad intellectum. & quantum ad intellectum, persona superaddit essentiæ: quoniam aliquid est de intellectu, & ratione personæ, quod nõ est de intellectu, & ratione essentiæ: quia psona describitur, ꝙ sit suppositum intellectualis naturæ, distinctum proprietate ad dignitatem pertinente, vbi multa tanguntur, quæ non sunt de ratione essentię. Et ipsam essentiam per talem additionem nõ distinguit intellectus, neq; personam componit. Non distinguit naturam, quia etsi superaddat rationi naturæ proprietatem, non tamen addit in recto, vt intelligas personam esse naturam proprietate distinctã: sed in obliquo est intelligendum, personã esse suppositum rationalis naturæ, distinctum proprietate. Idcirco non ponit distinctionem circa naturã, nec personam cõponit, nec ei aliquid, qđ non sit in ipsa, imponit. Ex hoc patet, ꝙ intellectus fidelis, & sanus apprehendit personam esse simplicissimam, nihilominus intelligit eam esse perfectissimam. Vnde sicut intelligit omnes conditiones nobilitatis in essentia esse, eo quod perfectissima sit, quæ quamuis secundum rationem, & modũ intelligendi sint multæ, tamen intelligit omnes esse vnũ in re: sic, & personam dicit simplicissimam esse, quamuis dicat in ea esse naturam, & suppositum, ac proprietatẽ, quæ

Obiectio. omnia intelligit esse vnum. Sed si persona secundũ rem nil addat supra naturam, non videtur intelligibile esse, quòd persona sit distincta secundum rem, & non essentia, cum nulla sit additio, & nulla differentia secundum rem inter essentiam, & personam.

Dilutio. ¶Ad quod qualitercunq; intelligendum, cũ excedat vires intellectus humani, considerandum est

Richard⁹. sicut docet Richardus, quod est distinctio, per qualitatem, & est distinctio per originẽ. Distinctio per qualitatẽ, est in creaturis, nec potest esse sine additione. Hæcq; distinctio habet ortum ex additione materiæ ad formam. Distinctio autem per qualitatem, vocatur quando vnus distinguitur ab alio per qualitates absolutas, vt cum vnus est albus, alius niger. Distinctio verò per originem, est quando vnus producit, & alter producitur. & ista distinctio quẽadmodum, & præcedens, est vera distinctio, cũ nulla res producat seipsam. Cumq; in diuinis sit vera origo, est ibi, & vera distinctio. Insuper, quãdo intelligo patrem producere, intelligo eum seipsum producere, sicut, & cum intelligo substantiam diuinam producere, pariq; ratione filium seipso producit ergo productio nihil addit, nec aliquam compositionem circa filiũ ponit. Cumq; vera sit distinctio vbi vera origo, & origo sit in diuinis sine additione intelligitur ibi esse. Et quamuis persona nõ se habeat ad naturam per additionem: tamen nihilominus differt ſm rationem. Alioquin non esset intelligibile, ꝙ plurificaretur persona, permanente essentia vna. Differentia autem secundum rationem est, quia essentia non oritur ab essentia, nec vna refertur ad aliam: sed persona vna originatur ab alia, & vna refertur ad aliam. Si rationem queras istius, dico, quòd vnitas, & nobilitas esse diuini, non admittit plurificationem essentiæ sicut personæ, cuius ratio extat præhabita. Quoniam ergo modus se habẽdi ad alium, & oriendi, non ponit compositionem in persona secundum rem, sed distinctionem realẽ ab alia persona. ideo modus ille comparatus ad essentiam, vel personam, est modus tantum. comparatus verò ad illum, ad quem est, cum faciat distinctionem secundum rem, verè est res. sicq; vno modo facit differre, alio modo non. Hinc quamuis vna persona non sit alia: tamen persona est natura. Patet ergo, quòd ista sint compossibilia, quòd persona sit simplex, nihilque addat supra naturã, nec differant nisi secundum rationem. & tamen natura est communicabilis, persona incommunicabilis. Hæc Bonauentura.

¶Consequenter idem doctor declarat, ꝙ persona prædicetur de diuina essentia, dicens: Est prædicatio quædam per inhærentiam, & est prædicatio per identitatem, & vtraque reperitur in Deo, videlicet prædicatio per inhærentiam, cum dicitur: pater generat, Deus creat. per identitatem quoque, cum dicitur: pater est generatio actiua. Imo prædicatio per identitatem proprijssimè, & perfectissimè reperitur in Deo, quia in ipso est summa identitas. Ideo omnes locutiones importantes vnitatem, verissimæ sunt de eo. Prædicatio autem per inhærentiam ponitur ibi ex nostri intellectus infirmitate: quoniam quãuis actus in diuinis sit ipsa Dei substantia, similiter ipsa proprietas, attamen, quoniam intellectus noster intelligit per hæc inferiora, & per eorum vocabula enunciat, quod cognoscit: ideo tenet modum, quem vidit in creaturis, prædicando per inhærentiæ modum, quamuis in Deo nõ sit inhærentia realis, nec accidens. Intellectus tamẽ iste non est falsus, sicut nec intellectus abstrahentium, quoniam modum illum non ponit circa rem, sed circa suum intelligere: sic, & in diuinis complexionem non ponit circa rem, sed circa intelligere suũ, & circa suum exprimere. Nam quamuis in Deo sit summa simplicitas, tamen hanc exprimere nequit sine complexione. Hinc benè asseruit Augustinus, Auguſt. quòd Deus verius est, quàm cogitatur, & verius cogitatur, quàm dicitur. Nempe, & si intellectus noster aliquo modo ascendat ad diuinæ simplicitatis contuitum: id tamen, quod inde intelligit, non potest exprimere simplici, sed composita voce. Hæc Bonauentura.

Diony. ¶Qui in his verbis intendit concedere, quod diuina essentia sit persona, & econuerso, non quòd essentia Dei sit persona, sic quod ratio personæ ei cõueniat, prout persona dicitur in diuinis quid proprietate distinctum, sed quod eadem entitas, & vna ac eadem res in Deo sit essentia, & persona Imò essentia, & duæ personæ realiter idem sunt, similiter essentia, & Trinitas ipsa, quemadmodum etiam pater, & filius sunt vnus Deus, itemq; pater, & filius, ac spiritussanctus, seu Trinitas supersancta, est vnus, simplicissimus Deus, qui est ipsa essentia, sicut Magister declarat, & probat in litera. quocirca errauit Ioachim Abbas, sicut præhabitum est.

Alexãder ¶Circa hæc loquitur Alexander: Secundum præpositiuũ tripliciter aliquid in diuinis distinguimus, scilicet voce, intellectu, proprietate. Voce, vt, quæ solo nomine distinguuntur. Intellectu, vt cũ omnino idem sit in re, essentia, & persona intellectu tñ inter eas

eas distinguimus proprietate, vt inter patrem, & filium, atque, vt alij dicũt, velut principia fidei sunt, quòd cum Deus sit simplicissimus, oportet concedere, quòd persona est essentia, & quòd Deus est Deitas, sic tamen, ꝙ aliquid cõuenit essentię, quod nulli conuenit diuinæ personæ. Idcirco suppositа persona, non supponitur essentia, nec econtra.

Obiectio diluitur. ¶Si ergo obijciatur, quòd persona generat, non essentia, non ergo sunt idem: Dicendum, quòd generare, vel generari non est differentia personæ ad essentiam, sed personæ ad personã. Idcirco ex hoc, ꝙ pater generat, non essentia, bene concluditur, ꝙ pater non est ille, quem generat, non autem, ꝙ non sit essentia. Nam, & in homine humanitas non generat, sed persona, in qua extat humanitas.

Obiectio diluitur. ¶Si rursus quis instet, quia in naturalibus sequitur, Si hæc res est illa, supposita ista, supponitur illa, ergo, & in diuinis sic est: Dicendum, quòd non est simile, propter duas causas simul acceptas. Vna est, quia in naturalibus essentia communitur se personæ, ita, quòd vnica essentia non est nisi vnius personæ, & plurium personarum sunt plures essentiæ. In diuinis verò essentia numero vnica, est plures personæ, & plurium personarum. Secunda, quoniam in naturalibus quæcunque proprietas est personæ, est, & essentiæ, sed ita non est in diuinis: quia paternitas, quæ est patris proprietas, non est proprietas essentiæ.

¶Rursus, si ita arguatur, Essentia est in pluribus personis, non persona, ergo non sunt idem. Item essentia est indistincta, persona verò distincta, ad ista, & consimilia responsum est supra.

Quæstio. ¶Præterea si quæratur, vtrum persona differt ab essentia. Dicendum, ꝙ est quędam differentia secundum rem, & ita non differunt. Alia est differentia secunduna intelligentiæ rationem, & taliter differũt: quia essentia est vnum quid indistinctum, in tribus consistens personis. Vnde ad insinuandum identitatem in eis, loquitur Augustinus 7. de Trinitate: Nõ

Auguſt. est aliud Deo esse, & esse personam. Et denuo, quèadmodum hoc est illi esse, quòd Deum esse, ita hoc est illi esse, quòd personam esse.

Quæstio. ¶Iterum, si quæratur an conuenientiùs dicatur, persona est essentia, vel persona est essentiæ: Respõdendum, ꝙ respiciendo ad diuinam simplicitatem, aptiùs dr, persona est essentia: respiciendo aũt ad intelligentię rationẽ, conuenientiùs dr, persona est essentiæ seu naturæ: quia persona ex sua ratione dicit rẽ rationalis naturæ, siue hypostasim. sicq; ly naturæ, cadit obliquè in ratione personæ. Hęc Alexãder.

Albertus. ¶Concordat Albertus: Concedendũ est, inquies ꝙ propter finem simplicitatis Dei, id est, extremam & maximam simplicitatem Dei, non differat in eo ſm rem esse, & quod est, nec essentia, & persona, quæ tamen distinguuntur in eo secundum modum supponendi, & attribuendi. Si autem quæras, cum omnino idem sint in re, vnde contingit, ꝙ eis tã diuersa attribuuntur, atq; conueniunt: dicendum, ꝙ diuina simplicitas priuat compositionem per hoc, ꝙ tollit diuersitatem ab his, quæ sibi in eodem vniũtur: quia si illa manerent diuersa, inducerent compositionem sicut forma, & materia in cõposito. Veruntamen quãuis simplicitas illa sic tollat compositionem, non tñ veritatem vniuscuiusq; Deo conuenientis. Nam quãuis sapientia Dei sit eius essentia, tamen verissimè manet sapientia, ita, & hæc personæ simplicitas non tollit veritatem hypostasis, nec veritatem naturæ. Hinc persona est incommunicabilis, natura verò communicabilis. Vnde, & quodlibet in diuinis retinet, quod suæ est rationis.

¶Præterea congruè dici potest, quòd tres personæ sunt vnius essentiæ, vt constructio obliqui cum recto, sit in designatione essentiæ, ita quòd denotetur indiuisibilitas vnius essentiæ in tribus personis, atque ad designandum simplicitatẽ essentiæ in eisdem. Nec tamen dicendum est, quòd tres personæ Tres perſonæ nõ sũt vnius Dei. sunt vnius Dei, propter diuersitatem significãdi essentiam in hoc nomine Deus, & in nomine isto essentia: quoniam in abstracto significatur, vt natura, quæ est forma alicuius: in concreto autem, vt stans per se. Idcirco transitio obliqui non saluatur secundum rationem intelligendi, cum dicitur, tres personæ vnius Dei, quemadmodum etiam in inferioribus dicitur, tres personæ vnius naturæ humanæ, nõ autem vnius hominis, nisi possessiua cõstructione. Aptè quoque dicitur vna essentia trium personarum, sed non dicitur conuenienter tres personæ essentiæ, imò addendũ est, vnius. Quando enim obliquus construitur in designatione essentiæ, oportet esse duos genitiuos, vel vnum habentem vim duorum, vt mulier egregiæ formæ, vel vir auctoritatis, aut vir sanguinum. Hæc Albertus.

Vdalricus Th. Aquí. ¶Concordat Vdalricus. Deniq; Thomas: In his, inquit, in quibus aliud est essentia, quàm hypostasis seu persona, oportet esse aliquid materiale, ꝑ quod indiuiduetur natura. Illamq; determinationem materiæ, seu alicuius, quod se loco materiæ habet, addit hypostasis in rebus creatis. Ideo ista non sunt penitus idem in creaturis. In Deo autem non est determinatio, neque additio talis, sed per seipsum subsistit, & suum esse in seipso subsistens est, idcirco natura est id, quod subsistit, & est esse in quo subsistit. Nihilominus essentia, & persona differunt ratione, cui distinctioni, seu rationi veritas substat rei. Cum namq; in Deo sit summa simplicitas. & summa perfectio, possumus eũ significare per abstracta ratione simplicitatis, & per concreta ratione suæ perfectionis. In diuinis quoque inuenimus aliquid secũdum rem commune, puta essentiam, & aliquid proprium. sicq; ratio personæ in diuinis duo includit: quoniã nomine personæ significatur Deus, vt proprium, & subsistens. Nomine autem essentiæ significatur, vt simplex, non, vt subsistens, sed potius, vt commune: nomine verò paternitatis significatur non, vt subsistens, sed, vt proprium, non quidem, vt distinctum, sed, vt distinguens. Hæc Thomas in Scripto.

articul. 1. ¶Atuerò in prima parte Summæ quęstione trigesimanona ait: Considerantibus diuinam simplicitatem, manifestum est, quòd in Deo sint idem suppositum, & natura, sed difficultatẽ inducit, quòd multiplicatis personis essentia permanet una. Verũ iuxta præhabita, sicut relationes in creaturis accidentaliter insunt, ita in Deo sunt ipsa essentia. ex quo sequitur, ꝙ in Deo sint idem essentia, & persona, & nihilominus personæ ab inuicem realiter distinguantur. Persona namque significat relationem, prout est in diuina natura subsistens. Relatio quoq; ad essentiam comparata, non differt re, sed ratione tantum ab essentia, comparata autem ad relationẽ oppositam, habet virtutem oppositionis realem ab illa distinctionem, & distinguit personam vnam ab alia, sicque remanet vna essentia, & tres personæ.

¶Porrò dum quęritur, an tres personę sint unius essentiæ, respõdendũ, ꝙ intellectus noster nominat diuina, prout ea ex creaturis cõcipere põt. & qa in sensibilibus natura speciei per materiã indiuiduatur, sic ꝙ natura habet vt forma, indiuiduum sicut

ſuppoſitū formæ: hinc etiam in diuinis eſſentia quā tū ad modū noſtræ cōceptionis, deſignatur vt forma trium perſonarum. Forma aūt dicitur eſſe eius cuius eſt forma, quemadmodū pulchritudo eſt ſui ſubiecti. res autē habens formam, non dicitur eſſe formę, niſi cū additione adiectiui deſignātis huiuſmodi formam ſicut cū dicimus, mulier illa eſt egregiæ formæ. Hinc quoniam in diuinis multiplicatis perſonis nō multiplicatur eſſentia, dicimus vnam eſſe eſſentiam trium perſonarum, & tres eſſe perſonas vnius eſſentiæ, vt cōſtruantur hi genitiui in deſignatione formæ. In creaturis quoq; aliqua poſſunt dici vnius naturæ, quæ nō ſunt neq; dicuntur vnius eſſentiæ: qa natura deſignat principiū actus. Ideo, quæ in aliquo cōueniunt actu, dicūtur vnius naturæ. eſſentia verò dicūtur ab actu eſſendi. ideo quorum vnū eſt eſſe, vocantur vnius eſſentiæ. Hæc Thomas. ¶ De hoc quoq; in Scripto: Iſta, inquit, ſimpliciter eſt concedenda, tres perſonę ſunt vnius eſſentiæ. Quamuis enim, quatuor ſint cauſæ in rebus creatis, non tamen omniū earum habitudines ſunt in Deo. Habitudo quippe cauſæ materialis non cōuenit propriè Deo, nec reſpectu alicuius, quod eſt in ipſo, neq; reſpectu alicuius, quod eſt ab ipſo, cū materia ſit imperfecta. Habitudo autem cauſæ finalis conuenit Deo reſpectu creaturarum, quarum finis eſt bonitas Dei, & participatio eius. Habitudo autem cauſæ formalis conuenit Deo tam reſpectu creaturæ, cuius eſt ipſe exemplar, quàm reſpectu eius, quod in ipſo eſt, ſicut iam patuit. Iſta tamen habitudo non fundatur ſuper aliquā relationem realem, ſed ſuper modū ſignificandi: quia aliquid ſignificatur in diuinis vt forma, ſicut eſſentia, & aliquid vt ſubſiſtens in forma, ſicut perſona. Habitudo demum cauſæ efficientis conuenit Deo reſpectu creaturarum, & reſpectu eius, quod eſt in ipſo, non vtique eſſentiæ ad perſonam, ſed perſonæ, ad perſonam exiſtentem ab alia, nec iſta habitudo fundatur ſuper acceptionem intellectus, ſed ſuper relationē realem: ſic tamen, vt efficiens extensè ſumatur pro principio originante. Omnis ergo conſtructio in diuinis reſpectu diuinorum eſt ſecundū habitudinem cauſæ efficientis, vt cū dicitur, filius patris, vel ſecundum habitudinem cauſę formalis, ſicut dicitur, tres perſonę ſunt vnius eſſentiæ. ſicq; genitiui iſti conſtruuntur, in habitudine cauſæ formalis. Et quoniam Deus non ſignificatur vt forma trium perſonarum, ideo dici non poteſt, quòd tres perſonæ ſunt vnius Dei, quia nec iſta conſtructio poſſet intelligi niſi poſſeſsiuè. Iſta quoq; conceditur, vna eſſentia trium perſonarū: nō iſta, vnus Deus trium perſonarum: quia in nomine Dei, importatur habitudo principij creantis, & gubernantis. Hæc Thomas in Scripto. Concordat Petrus. ¶ Richardus etiā conſonans his: Perſona, ait, differt ab eſſentia ſecūdum rationem, non ſicut dicimus attributa ſecūdum rationem differre, ſed propter differentem modum habendi ſe: quoniam in modo ſe habendi ad alterum, differunt ſecundum affirmationem, & negationem, quia perſona ſe habet ad alterum, eſſentia non: & eſſentia habet ſe abſolutè, non autem perſona. Hinc plures ſunt perſonæ, vna manente ſubſtantia. Hæc Richardus.

Tres perſonæ ſunt vnius eſſentiæ.

Richardꝰ

Quæſtio.

¶ Præterea doctores hic mouent aliquas queſtiones, qualiter Deo cōueniant aliqua trāſlatiuè, ſimilitudinariè, aut metaphoricè, & itē appropriatiuè: de qbus pertranſeo, cū ſupra de his motę, & determinatæ ſint quæſtiones, in quibus, quæ hic dicunt, contenta ſunt. Fit quippe talis tranſlatio, vt ex ſenſibilibus quoq; diſcamus proprietates agnoſcere diuinorum: & item, vt ex his habeamus materiam copioſiorem laudis diuinæ: & rurſus, quia connaturale eſt nobis ex ſenſitiua cognitione ad intellectiuā procedere, ex effectibus cauſam agnoſcere, atque ex cognitione imperfecta ad perfectiorem aſcendere. Imò frequentiùs in ſcripturis fit iſta trāſlatio ex vilibus rebus, quàm nobilioribus, vt ex hoc aduertamus iſta de Deo nō propriè dici, ſed tranſlatiuè, ac Metaphoricè. Et iterū, vt infidelibus, & indignis occultorum veritas abſcondatur, bonis uerò, ac ſtudioſis exercitatio detur perutilis, ac ſalubris, ſicut de his diuinus Dionyſius ſcribit diffuſius.

De quibuſdam, quæ ſecundum ſubſtantiam de Deo dicuntur, quæ ſpecialem efflagitant tractatum, ſcilicet de ſcientia, & præſcientia, & prouidentia, & diſpoſitione, prædeſtinatione, voluntate, & potentia. Diſtinctio XXXV.

VMq; ſupra diſſeruerimus, ac plura dixerimus de his, quæ cōiter ſm ſubſtātiam de Deo dicuntur, eorum tū quædā ſpecialem efflagitant tractatum, de quibus modo tractandū eſt, ideſt de ſcientia, præſcientia, prouidentia, diſpoſitione, prædeſtinatione, voluntate, & potentia. Sciendum eſt ergo, qꝺ ſapientia, vel ſcientia Dei cum ſit vna, & ſimplex, tamen propter varios rerum ſtatus, & diuerſos effectus, plura, ac diuerſa ſortitur nomina. Dicitur enim non tantū ſcientia, ſed etiam præſcientia, vel prouidentia, diſpoſitio, prædeſtinatio, & prouidentia. Et eſt præſcientia ſiue prouidentia non de futuris tantū, ſed de omnibus, de bonis, ſcilicet, & de malis: diſpoſitio verò de faciēdis, prædeſtinatio de omnibus ſaluandis, & de omnibus bonis, quibus, & hic liberātur, & in futuro coronabuntur. Prædeſtinauit enim Deus ab æterno hoīes ad bona eligendo, & prædeſtinauit eis bona præparando: Qui hoīes prædeſtinauit, Apoſtolus oſtendit, dicēs. Prædeſtinauit quos præſciit fieri cōformes imaginis filij ſui. Et alibi. Elegit nos ante mundi cōſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati. Quod autē bona eis præparauerit, Propheta Iſaias oſtendit, dicens: Oculus non vidit Deus abſq; te, quæ præparaſti diligentibus, vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædeſtinauit quoſdā futuros bonos, & beatos. i. elegit, vt eſſent boni, & beati: & bona eis prædeſtinauit, ideſt præparauit. Prouidentia autem eſt gubernandorum, quæ vtique eodem modo videtur accipi quo diſpoſitio. Interdum tamē prouidentia accipitur

Homines prædeſtinantur ad bona, & bona hominibus. Rom. 8. f Ephe. 1. a Iſaia 64. b 1. Cor. 2. b

De quib⁹ prouidentia.

tur pro præſcientia. Sapientia verò, vel ſciētia, quæ de omnibus eſt, ſcilicet bonis, & malis: & de præſentibus, præteritis, & futuris: & non tantū de temporalibus, ſed etiam de æternis. Nō enim ita ſcit Deus iſta temporalia, vt ſeipſum neſciat: ſed ipſe ſolus ſeipſum perfectè nouit, cuius ſcientiæ comparatione omnis creaturæ ſcientia imperfecta eſt.

De ſapientia, vel ſciētia, & de quibus.

Vtrum ſcientia, vel præſcientia, vel diſpoſitio, vel prædeſtinatio, potuerit eſſe in Deo, ſi nulla fuiſſent futura.

B

Hic conſiderari oportet, vtrum ſcientia, vel præſcientia, vel diſpoſitio, vel prædeſtinatio potuerit eſſe in Deo, ſi nulla fuiſſent futura. Cum enim præſcientia ſit futurorū, & diſpoſitio faciendorum, & prædeſtinatio ſaluandorum, ſi nulla eſſent futura: ſi nihil eſſet facturus Deus, vel aliquos ſaluaturus, non videtur potuiſſe in Deo eſſe præſciētia, vel diſpoſitio, vel prædeſtinatio. Potuit autem Deus nulla præſcire futura, potuit non creare aliquid, vel non ſaluare aliquos. Potuit ergo in Deo non eſſe præſcientia, vel diſpoſitio, vel prædeſtinatio. Ad hoc autem ita à quibuſdam opponitur: Si, inquiunt, potuit præſcientia Dei non eſſe in Deo ab æterno, & potuit non eſſe. Si verò potuit non eſſe, cum præſcientia Dei ſit eius ſcientia, & ſcientia ſit eius eſſentia: potuit ergo non eſſe ab æterno id, quod eſt diuina eſſentia. Ita, & de diſpoſitione, & prædeſtinatione, quæ eſt diuina eſſentia, obijciunt. Addunt quoque & alia, ita loquentes: Si potuit Deus nō præſcire aliqua, cum idem ſit Deo præſcire, quod ſcire: & ſcire, quod eſſe, potuit ergo non eſſe. Item, Cum idem ſit, Deum præſcium eſſe, & Deum eſſe: ſi potuit non eſſe præſcius, potuit non eſſe Deus. Potuit autem non eſſe præſcius, ſi potuit nulla præſcire. At potuit nulla præſcire, quia potuit nulla facere.

Oppoſitio

Reſponſio, quòd præſcientia, & diſpoſitio, & prædeſtinatio quaſi relatiuè dicuntur ad futuras res, vel faciendas.

C

Ad hoc iuxta modulum noſtræ intelligentiæ ita dicimus: Præſcientia, & diſpoſitio, vel prædeſtinatio ad aliquid dici videtur. Sicut enim creator ad creaturam relatiuè dicitur, ita præſcientia, vel præſcius ad futura referri videtur, & diſpoſitio ad facienda, ac prædeſtinatio ad ſaluanda. Veruntamen creator ita relatiuè dicitur, vt eſſentiam non ſignificet. Præſcientia verò, vel præſcius, & in reſpectu futurorum dicitur, & eſſentiam deſignat: ita etiam diſpoſitio, & prædeſtinatio. Ideoque cum dicitur, Si nulla eſſent futura, non eſſet in Deo præſcientia, vel non eſſet Deus præſcius, quia varia eſt ibi cauſa dicendi, diſtingui oportet rationem dicti. Cum ergo dicis, Si nulla eſſent futura, non eſſet in Deo præſcientia, vel non eſſet præſcius: ſi in dicendo hanc cauſam attendis, ſcilicet quia nulla eſſent ſubiecta eius præſcientiæ, vnde ipſa poſſit dici præſcientia, vel ipſe præſcius, quod vtrunq; dicitur propter futura, verus eſt intellectus: ſin autem ea ratione id dicis, quod non ſit in eo ſciētia, qua præſcit futura, vel quod ipſe non ſit Deus, qui eſt futurorū præſcius, falſa eſt intelligentia. Similiter, & illæ locutiones determinandæ ſunt. Potuit non eſſe præſcientia Dei, vel potuit non eſſe præſcius, & potuit Deus non præſcire aliqua, ideſt, potuit eſſe, quòd nulla futura ſubiecta eſſent eius ſcientiæ: & ita non poſſet dici præſcius, vel præſcire, vel ſcientia eius præſcientia: non tamen eo minùs ipſe eſſet, vel eius ſcientia. Sed non poſſet dici præſcius, vel præſcire, vel præſcientia, ſi eius ſcientiæ futura nulla forent ſubiecta. Similiter de diſpoſitione, & prædeſtinatione, vel prouidentia. Hæc enim (vt dictum eſt) ad temporalia referuuntur, & de temporalibus tantum ſunt.

Quod ſcientia Dei non tantum eſt de temporalibus, ſed etiam de æternis.

D

Scientia verò, vel ſapientia non tantum de tēporalibus, ſed ēt de æternis eſt. Ideoque & ſi nulla fuiſſent futura, eſſet tamen in Deo ſcientia eadem, quæ modo eſt, nec minor eſſet, qͣ modo, nec maior eſt, quàm eſſet. Sciuit ergo Deus ab æterno æternum, & omne quod futurum erat, & ſciuit immutabiliter. Scit quoq; non minùs præterita, & futura, quàm præſentia, & ſua æterna ſapientia, & immutabili ſcit ipſe omnia, quæ ſciuntur. Omnis enim ratio ſupernæ, & æternæ ſapientiæ (vt ait Ambroſius) in eo eſt, quia omnem ſapientiam, & ſcientiam capit ſua immenſa ſapientia.

Amb. li. 2. de ſpiritu ſancto capit. 10.

Quare omnia dicantur eſſe in Deo, & quòd factum eſt vita eſſe in eo.

E

Propterea oīa dicūtur eſſe in Deo, & fuiſſe ab ęterno. Vnde Aug. ſuper Gen. Hęc viſibilia, inquit, anteq̄ fierent, nō erant: qūo ergo nota Deo erant, qͣ non erāt? Et rurſus, qūo

Augu. ſup Gen ad literā lib 5. cap. 18.

ea faceret, quæ sibi nota non erant? Non.n. quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognouit. Proinde anteq̃ fierent, & erant, & non erãt. Erant in Dei scientia, non erant in sua natura. Ipsi autẽ Deo nõ audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset, quàm illo, quo ea nouerat, vt faceret, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, Ecce hic habes, q̃ hæc visibilia antequam fierent, in Dei scientia erant. Ex hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in Deo, & omne, quod factum est, dicitur vita esse in ipso: non ideo, quod creatura sit creator, vel quia ista temporalia essentialiter sint in Deo, sed quia in eius scientia semper sunt, quæ vita est.

Iaco. 1. c

Quod eadem ratione dicuntur omnia ei præsentia.

Inde est etiam, quod oĩa dicuntur ei præsentia esse, non solum ea, quę sunt, sed etiam ea, quę præterierunt, & ea, quę futura sunt, ſm illud: Qui vocat ea, quę non sunt tamquã ea, quę sunt. Quia (vt ait Ambrosius in lib. de Trinitate) ita cognoscit ea, quę non sunt, vt ea, quæ sunt. Et hac ratione oĩa dicuntur esse in eo, vel apud eum, siue ei præsentia. Vnde Augustinus super illum locum Psalmi, Et pulchritudo agri mecum est: Ideo, inquit, mecum est, quia apud Deum nihil præterijt, nihil futurum est. Cum illo sunt omnia futura, & ei non detrahuntur iam præterita. Cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabili sapientię Dei. Ecce hic aperit Augustinus, ex qua intelligentia accipienda sint huiusmodi verba: omnia sunt Deo præsentia, in Deo sunt omnia, vel cum Deo vel apud Deum, vel in eo vita: quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

Rom. 4 c

Ambr. de Trin. li. 5. cap 8. Augu sup Psal 49.

Summa di ſtinct 35.

HVc vsque tractatum est de Deo secundum se, tam quantum ad ea, quæ ad essentiæ pertinent vnitatem, & absolutè dicũtur, quàm quantum ad ea, quæ ad supersanctissimarum, & supergloriosissimarũ personarum spectant distinctionem, & relatiuè dicuntur: atq; de ipsis relationibus, proprietatibus, ac potionibus. Consequenter ab hoc loco tractatur de his, q̃ Deo conueniunt, prout est principiũ, causa, & finis creaturarum, puta de scientia, & cæteris intellectum cõcernentibus, vt sunt præscieutia, prouidentia, prædestinatio, & de omnipotentia, atq; de voluntate altissimi, & qualiter sit vbiq;. De mia quoq;, & iustitia, quorum multa dicuntur de Deo per relationẽ ad creaturas, quæ relatio ex parte creatoris solum est rationis. In primis ergo ostendit qualiter sciẽtia Dei in se simplex, & vna, varia sortiatur, ac habeat nomina propter diuersitatem effectuum, quos concernit, qui sunt quasi secundarium eius obiectum. Deinde circa hoc obijciat, ac soluit, & dicta sua explanat. Hæc est continentia distinctionis istius, de cuius materia in sequentibus quibusdam distinctionibus loquitur plenius.

QVAESTIO I.

Arguitur contra ueritatem.

NVnc quæritur primo, *Vtrum Deus habeat perfectam, & distinctam scientiam non solum sui ipsius, sed & omnium rerum.* ¶ Et videtur in primis, q̃ Deo non conueniat scientia, quia scientia videtur accidẽs Deo, & est mediũ inter scientẽ, & scibile, ac nominat habitum: quorũ nullũ cõpetit actui puro.

In oppositum.

¶ In contrarium est omnium sanctorũ concors doctrina. In hac quæstione præsupponitur vnũ videlicet, q̃ Deus oĩpotens, & excellsus seipsum perfectè, & distinctè cognoscat, & in hoc oẽs cõcordãt, quòd, & facile est probare. Deinde quæritur, an etiam aliorum perfectã, & distinctã habeat cognitionem, seu actualem scientiam, quo circa multi enormiter deuiasse, ac delirasse noscuntur ¶ Itaq; circa hæc, & specialiter de primo scribit hic Alexander: Scire q̃ dicitur absolutè, & sic non connotat respectũ ad rem scientiam, seu relationem ad scibile Interdum vero dicitur respectiuè, & cũ determinatione & hoc dupliciter: quia quandoq; cum determinatione eiusdem respectu sui, & sic non importat respectum. quandoq; respectu diuersi, & sic importatur respectus, & hoc rursus dupliciter, primò quasi in actu, secũdò quasi in habitu. Nomen quippe sciẽtiæ in Deo principaliter designat diuinam essentiã, non vt scientiam, sed vt habitum. Sciẽtia nanq; in nobis est habitus ad cognoscendũ, sicut virtus ad operandum. & hæc habitualis scientia non est nisi assimilatio intellectus ad rem. Similitudo vero potest esse in actu, & habitu. sicut si nullus esset color, lux haberet similitudinem ad omnes colores in habitu. Similiter remotis scibilibus, scientia quæ est sicut lux, similitudinem gabet ad illa in habitu, nõ in actu. Insuper est similitudo ad res, & est similitudo à rebus. Primum patet in arte, respectu ad formas artificiales ab arte fluentes. Secundum in speciebus abstractis à rebus. Est quoque similitudo rei penes intellectum speculatiũm, & est similitudo rei penes intellectum practicum, quæ si comparetur ad opus, ars dr̃. Scientia ergo Dei loquendo dicit similitudinem speculatiuam non à rebus, sed ad res: & in habitu, non in actu: ad se autem in actu, quia sciẽtia Dei, quo ad ipsum, æternaliter est in actu. Dico autem secundum nos in actu scire, q̃n intellectus intelligit res existentes in actu siue in natura propria, non solum in causa. In habitu vero, quando intelligit in solo exemplari, & in arte causali. Similitudo ergo dicitur speculatiua, vt ostendatur quod intentio seu ratio artis, inquantum huiusmodi, vel exemplaris, est bonorũ atq; malorum. Dicitur quoq;, seu refertur ad res scitas, non ſm dependentiã, sed per causam, vt distinguatur ab humana sciẽtia, quę causatur à rebus. Dicit itẽ in habitu, quia, vt ait Hugo, Oĩa ab æterno in creatore increata fuerunt, quæ tẽporaliter sunt creata, & illic sciebantur, vbi habebãtur, eoq; modo sciebantur quo habebantur, & non cognouit aliquid extra se Deus, qui oĩa habuit in se. Ad se verò sciẽtia illa in actu dicitur, q̃n semper actu est sibi præsens. sicq; scientia Dei quantũ est de se, nõ dr̃ respectum ad creaturas, nisi in habitu: sed cum dr̃, Deus scit creaturas, dicit respectũ in actu. Porrò cum dicit scientia est existentium: existentia intelliguntur, vel in sua natura, vel in sua causa. In causa quoq; dupliciter, vtpotè in potentia causæ, vel in dispositione ipsius. ¶ Præterea quæri põt, an scire

Alexãder. Scire multis modis dicitur.

Hugo

Qoaliter scientia ẽ exiſtẽtiũ.

Quæstio.

scire sumatur vniuocè, cũ dr̃, Deus scit se, & Deus scit creaturas. Videtur, q̃ nõ, quia cum dr̃, Deus scit se, non notat respectus ad creaturas, qui tñ notatur cum dr̃, Deus scit creaturas. nec põt dici, q̃ scire sumatur ibi æquiuocè, quia non alia, & alia, sed eadẽ ratione Deus scit se, & creata: imò, vt S. Dionysius contestatur, seipsum sciẽdo, scit, & alia. Respondendum, q̃ cũ dr̃, Deus scit, nõ notatur respectus in actu, sed diuina essentia significat̃, vt similitudo. Diuina verò natura de sua potestate hẽt similitudinẽ rerum, non, quę sit à rebus, sed magis ad creaturas, ẽt si nulla sit creatura, sicq; connotatur respectus in habitu. idcirco eadẽ ratione scit se, & creaturas. Tñ cum dr̃, Deus scit se, notatur respectus in habitu: cum dr̃, scit creaturam, notatur respectus in actu.

Dio. Arg.

Quæstio.

¶ Insuper quæritur cur, & qualiter sciẽtia Dei tã diuersa sortitur vocabula, vt habetur in litera. & cur inter nomina illa non ponit̃ reprobatio, sicut prædestinatio: nec memoria præteritorũ: sicut præsciẽtia futurorum. Et respondendũ ſm quosdam, q̃ diuina intelligentia põt cõsiderari dupliciter. Primò, prout abstrahitur respectus à rebus, quæ sunt sub tpe. Secundò, prout respicit res, quæ sunt sub tpe. Primò modo vocatur sapiẽtia, & scientia. Secundò modo dr̃ præscientia, dispositio, prædestinatio, & prouidentia. Differentia aũt est inter sapientiam, & scientiam, q̃n sapientia est cognitio causæ ipsius. Sciẽtia verò est apprehensio rei per causam. Est etenim cõsiderare causam, & est considerare effectum in causa. Item ſm quod diuina intelligentia cõsiderat res sub conditione tẽporis, assignatur differentia: quia, aut respicit bonũ, & malum communiter, & sic est præscientia: aut bonum tñ, & hoc multipliciter: quia, aut respicit bona tã naturæ, q̃ gratiæ, aut bonũ gratiæ. Bonũ verò naturæ est duplex, s. in fieri, & in facto esse. si in fieri, sic est dispositio: si in facto esse, sic respectu eius est prouidentia. Prędestinatio demũ respicit bonum gratię. Hugo aũt in suis sententijs ita distinguit: diuina sapientia appellatur scientia, & præscientia, & dispositio, & prædestinatio, & prouidentia. Sapiẽtia est cognitio Dei, scientia existentiũ, præscientia futurorum, dispositio faciendorũ, prædestinatio saluandorũ, prouidentia subiectorũ. Ad alia, quæ quæruntur, dicendũ, q̃ reprobatio non addit vltra hæc: quia de intellectu reprobationis non sunt nisi præscientia culpæ, & præparatio pœnæ: & ita sub præscientia, & dispositione continetur. Memoria quoq; non connumerat̃, ne res videantur Dei præscientiã præcessisse. Hæc Alexander. ¶ De his Antisiodorẽsis in Summa 1. lib. testatur: Scire Dei quãdoq; dr̃ approbare, & ita scit tñ bona. Interdũ accipitur pro simplici notitia, & ita Deus scit bona, & mala. Si ergo quis arguat sic, scire Dei est eẽ ipsius, sed Deus scit oĩa, ergo est omnia. Respondendum, q̃ non sequitur, q̃n scire dicit respectũ, connotatq; effectum in creatura. Et si contra hoc rursus obijcias, q̃n sic Deus non cognosceret mala culpæ, aut esset causa eorũ. Dicendum, q̃ scire de Deo dr̃ iuxta similitudinẽ in naturalibus, in quibus scientia est assimilatio intellectus ad rẽ. Vnde cum verbum hoc scit, diuinã designet essentiam, vt exemplar, quemadmodum ſm Augustinũ visio, qua vr̃ coloratum, est imago colorati in oculo, q̃d siue per essentiam, siue per causam intelligat, constat, q̃ Deus omnia scit quodammodo pp̃ suæ exemplaritatis imaginem: atq; ex hoc modo significandi, quo scire significat diuinam essentiã, vt exẽplar, connotat in creaturis aliquid, quo summũ bonum imitantur: sed malũ cognoscitur per exẽplar

Antisiod.

Qualiter Deus cognoſcat mala p̃ se.

fui oppositi, sicut, & cæcitas cognoscitur per suum oppositũ. Quod si obieceris, ergo Deus nõ cognoscit mala per se: distinguendum, q̃n si ly per se determinet verbum cognoscit in cõparatione ad suppositũ, quod est Deus, sic cognoscit omnia per se. quia per suam essentiã cognoscit quicquid cognoscit. si autem ly per se determinet cognitionem per comparationem ad rem scitam, verũ est illud, videlicet, quòd Deus nõ cognoscit mala per se. Cognoscitur aũt malum per priuationẽ boni hoc modo, vt si visio nõ est vbi esse deberet, sequitur quòd ibi sit cæcitas. Simili modo si bonitas esset in anima, sequitur, quòd scripta esset in libro vitæ, in quo cum non videatur, nec scripta sit, constat, q̃ non sit in anima, sed eius oppositum. Hæc Antisiodorensis.

Th. Aqui. Dio. Arg.

¶ Hinc Thomas differuit: Secundum B. Dionysiũ libro de diuinis nominibus, ex creaturis ad Dei cognitionem ascendimus per remotionem, per causalitatem, & per eminentiam, quarũ quælibet ad Dei scientiam nos deducit. Prima igitur via est per remotionem, qua oẽm potentialitatem, & materialitatem à Deo remouemus: ex quo elicitur, q̃ ipse sit actus purus, & forma separata, in se subsistens, & tale ens oportet esse ſtellectualis naturę, & esse sciẽs. Nam sicut materia est particularionis principiũ, & intellectualitatis, ac intelligibilitatis impedimentũ, sic formæ debetur intelligibilitas, & ipsa est cognoscendi principiũ. Secundò patet idem per viã causalitatis. Omne agens à natura hẽt intentionem, ac desiderium finis. tale autẽ desideriũ præcedit quædam cognitio præstituens rei finem, ac dirigens in eundẽ. sed in quibusdam ista cognitio non est coniuncta rei tendenti in finem. Idcirco oportet, q̃ dirigatur per aliquod priùs agẽs, sicut sagitta mouetur ad signũ ex directione sagittãtis. Et ita extat in omnibus, quæ agunt per necessitatẽ naturæ, quorũ operatio determinata est per intellectum aliquẽ instituentẽ ipsam naturã. Vnde ſm Philosophũ opus naturæ est opus intelligentię non errantis. Oportet ergo, q̃ primum non agat per necessitatẽ naturæ: quia sic dirigeret ab aliquo priori intelligẽti, nec esset primũ. Agit ergo per intellectũ, & voluntatem, & ita est sciens. Tertia via per eminentiã hæc est, q̃d inuenitur in pluribus ſm magis, & minùs, prout alicui appropinquant, oportet in aliquo perfectè, & maximè inueniri. Videmus aũt, q̃ quãto aliqua primo enti magis propinquant, tanto excellentiùs cognitionem participant, vt hoĩes magis, q̃ bruta, & Angeli magis, q̃ homines. Vnde constat, q̃ Deus nõ solum sit sciens, sed etiam perfectè, & maximè sciẽs consistat. Hinc cum à sanctis, aut Philosophis dicitur, q̃ Deus non est sciens neque intelligens, intelligendum est hoc per excessum: quia eminẽtiori modo sibi scientia conuenit, quàm capere valeamus. Nec scientia Dei præsupponit vitam, & esse quasi aliquid à se distinctum, sed ipsum esse Dei, cum sit simplicissimum, & perfectum, includit in se scientiam, omnemq; perfectionem. Ideo scientia quantũ est ex parte rei, propriè conuenit Deo, non impropriè, vtpotè ad negandum ab eo ignorantiam, aut propter operis similitudinem, quorum opinio improbata est supra. Hæc Thomas in Scripto.

Deus est sciẽs.

Philosop.

Augusti.

articul. 1.

¶ Hinc in prima parte Summæ quæstione decimaquarta: In hoc, inquit, non cognoscentia à cognoscentibus distinguuntur, quia non cognoscentia non habent in se nisi propriam formam. Cognoscentia verò habent, aut possunt habere formam rei alterius, q̃n species cogniti inest cognoscenti. Vnde manifestũ est, q̃ natura rei non cognoscẽtis,

Qualiter distinguitur cognoscentia a nõ cognoscẽtibus. Philosop.

est magis limitata,& coartata.Natura verò cognoscentiũ,latitudinem,&extensionem hẽt maiorem. Hinc vt 3. de aĩa dicitur: Aĩa est quodãmodo oĩa. Coartatio aũt formæ est per materiã. hinc immaterialitas est ratio,q̃ res est cognoscitiua,atq; ſm gradũ immaterialitatis est modus cognitionis.Vnde 2. de aĩa dr̃, q̃ plantæ non sunt cognoscitiuæ p̃p suã materialitatẽ. sensus verò cognoscitiuus est,q̃m receptiuus est ſpecierũ sine materia.Et intellectus adhuc magis cognoscitiuus existit,q̃m à materia magis est ſeparatus,quia immixtus, ut fertur tertio de aĩa.Cumq; Deus ſit in ſummo totius immaterialitatis, cõstat, q̃ ſit in apicè cognitionis,à cuius sciẽtia oĩs imperfectio est remota. ideo nõ est discursiua, nec accidẽs,nec habitus conclusionis. Hæc in Summa.Cõcordat Petrus.¶Præterea de his scribit diffusè in Sũma contra gentiles 1.libro, ostendẽs, quòd Deus ob suã simplicitatẽ est suum scire, & intellegere. & sicut suũ esse omnino infinitè perfectũ est, ita & sua scientia. ipse quoq; est oĩum causa per intellectum.ideo oĩa nosci. Rursus,cognoscẽdo uirtutem,& oĩpotentiã suã, cognoscit distinctè uniuersa,& singula, ad quæ se extẽdit sua potentia, & suæ uirtutis causalitas, quæ ẽt usq; ad minima se extendit,quia in oĩbus causa prima plùs influit, q̃ quęcũque causa secunda. Rursus, quicquid in Deo est,absolutè perfectũ est . Idcirco habet omnium distinctam,& plenam notitiam, & in hoc omnes fideles, & rectè de Deo sentientes cõueniunt. Hæc in Summa illa per multa capitula , & in prima parte Summæ per multos articulos ostenduntur, quæ cũ sint clara,certa, & plana,non congruit immorari.

Tho. contra gentiles.

Richard9.

¶ Richardus demũ circa hæc multas inserit quæstiones,quarũ solutiones dictis concordãt, & in eis uirtualiter continentur.¶Porrò Bonauentura non mouet hic quæstiones de scientia Dei nisi sub ratione ideæ. De quibus sequẽti distinctione erit tractatus. sed in cõpendio, seu breuiloquio suo pulchrè, & breuiter super his loquitur: De sapiẽtia, inquiẽs, Dei ista tenenda sunt, q̃ diuina sapientia lympidissimè cognoscit oĩa bona,& mala,præterita, præsentia,& futura,actualia,& potẽtialia, ac per hoc incõprehensibilia nobis, & infinita, ita tñ, q̃ ipsa in se nullo modo diuersificatur, quãuis diuersa nomina sortiatur.Inquantũ enim est cognoscitiua omnium posſibiliũ,uocatur scientia siue cognitio:inquantũ cognoscitiua oĩum, quæ in uniuerſo fiunt, & sunt, dr̃ uisio : inquantum cognoscitiua oĩum,quæ bene fiunt, dr̃ approbatio : inquantũ cognoscitiua futurorũ,præscientia,seu præuisio nominat: inquãtum cognoscitiua eorũ,quæ à Deo fiẽda sunt,dispositio nũcupatur: inquantũ cognoscitiua præmiandorũ, dr̃ prędestinatio:inquantum cognoscitiua damnãdorum,uocatur reprobatio. Et q̃m ipsa non solum est cognoscitiua,sed ẽt ratio cognoscendi : idcirco inquantum est ratio cognoscendi oĩa cognita, dr̃ lux:inquantũ est ratio cognoscendi uisa, & approbata, dr̃ ſpeculum, inquantũ est ratio cognoscendi præuiſa,atq; dispoſita,uocatur exẽplar:inquantum est ratio cognoscẽdi prædestinata, & reprobata, dr̃ liber uitæ. Est igitur liber uitæ respectu rerũ,ut redeuntium, exemplar, ut exeuntium,ſpeculũ,ut entium,lux respectu oĩum. Ad exemplar ſpectat idea, uerbũ,ars,ratio . idea ſm actũ præuidendi. uerbũ, ſm actũ proponendi,ars ſm actum perſequẽdi:ratio ſm actũ perficiendi:q̃m ſuperaddit finis intẽtionẽ.Et q̃m oĩa ista ſunt unũ ĩ Deo,unũ frequẽter pro alio ſumit̃. Itaq; diuina ſapiẽtia nõ diuerſificat̃ ſm rationẽ intrinſecã,imò cõtingentia cognoscit infallibiliter,mutabilia immutabiliter,futura præſentialiter,temporalia æternaliter,dependentia indepẽdenter, creata increatè . Alia à ſe,cognoſcit in ſe, & per ſe.cũq; contingentia infallibiliter noſcat , ſimul ſtãt libertas,& vertibilitas volũtatis creatæ cum prædeſtinatione,& præ ſcientia mentis diuinæ.Deniq; ratio intelligẽtiæ horũ est primũ principium eo ipſo, quo primũ,& ſummũ ſimplicisſimam, & perfectisſimam habet cognitionem, quæ cũ ſit perfectisſima, cognoſcit oĩa diſtinctisſimè ſub oĩbus conditionibus,circunſtantijs,proprietatibus,& accidentalitatibus,quas habent,& poſſunt habere.Hæc Bonauentura. Qui de his plura ſcribit ibidem , quæ infra ſuis forſitan locis tangentur.Concordat his Thomas de Argentina .¶Præterea Durandus circa hęc ſcribit: Commentator 11.Metaphyſicę ſm ſuã tranſlationẽ ait, q̃ Deus non intelligit alia à ſe niſi in vniuerſali, inquantũ ſunt entia. Dicit enim,q̃ quia eſſe ſuũ cauſa exiſtendi est oĩbus,ideò intelligendo ſe,non ignorat naturã entis in ãlijs, ſicut ſi ignis ſciret naturam ſuæ caliditatis,quæ ẽ cauſa caloris in alijs ſciret quoque in alijs naturam caloris in eo,quòd calor est abſolutè,non tamẽ ob hoc ſciret naturam huius,illius ve calidi . Sic Deus ſcit naturã entis in eo,quòd ens est, neſciendo tamen naturam huius, illiusve entis in ſpeciali.Non tamen ob hoc(vt addit)Deus ignorans est,quoniam ſua ſcientia non est de genere noſtrę ſcientiæ. Ideò ignorantia ſcientiæ noſtræ oppoſita , non conuenit illi, ſicut non denominatur priuationem,& habitum,quòd non est aptum habere aliquid eorum:Vnde lapis non dicitur videns,neque cęcus. Sed hoc dictum Auerrois nõ est opinio, cum nihil contineat veritatis, ſed manifeſtus,& peſſimus error.Poſitio enim in ſe falſa est , & reprobatur per ea , quæ ipſemet alibi dicit . Siquidem primo cœli.& mundi ſuper.finem illius capituli,Quòd autem non est circulationi contraria alia circulatio,dicit : Ego longo tempore feci moram , in quo non intellexi explanationẽ loci iſtius , ſed Deus induxit me in veritatem hanc . Hęc ſunt verba ipſius. ſi ergo induxit eum in veritatis illius intelligẽtiam, ſequitur q̃ Deus nouit veritatem illam,& ipſum cõmentatorem,ac ſtudium eius, quæ omnia particularia erant. Ratio quoque Auerrois nulla est, quoniã Deus nonſolum est cauſa entitatis communis in rebus,ſed etiam quidditatis ſpecificæ,& aliarum perfectionum ipſius, vt ſunt eſſe, uiuere,ſentire,intelligere.Deniq; Philoſophus 3. Metaphyſicæ,& primo cœli habet pro incõuenienti, q̃ nos aliquid cognoſcamus,quod Deus non noſcat. Dicendum est ergo q̃ diuina eſſentia est diſtinctè repræſentatiua omnium,quę relucent,ac virtualiter continentur in ea, à qua eſſe,omnis entitas,& oĩs ordo rerũ profluxit.

Durãdus.

Nota errorem Auerrois circa ſciam Dei

¶ Si autem obijciatur, q̃ Deus non cognoſcit aliqd extra ſe,ſed creata ſunt extra ſe. ¶Et iterum, q̃ iuxta ordinem nobilitatis obiectorum est ordo nobilitatis potentiarum . ſicq; derogaret nobilitati intellectus diuini intelligere iſta inferiora fœda , & vilia.

Obiect. 1.

Obiect. 2.

¶Dicendum ad primum , q̃ ideo dicitur Deus nihil intelligere extra ſe,quoniam ſpeciem intelligibilem ſeu media cognoſcendi nõ accipit aliunde, ſed omnia in ſeipſo per eſſentiam ſuam intelligit . ¶Ad ſecundum , quòd iuxta ordinem primariorum , & principalium, ac per ſe obiectorum,attenditur nobilitas potentiarum,& actionum.proprium autem, & per ſe principale, primariumq; obiectum intellectus diuini , est diuina eſſentia , & veritas increata, creatura autem ſecũdarium est diuinæ mentis obiectum.Hæc Durandus.

A d primũ

A d ſecundum.

¶ Qui-

Nota contra Auerrois perfidiam.

¶Quibus adijci poteſt, q̃ omnia cauſaliter, & exemplariter ſunt in Deo, atque q̃ oppoſita iuxta ſe poſita,lympidius eluceſcunt. Idcirco ad hoc,quod Deus ſublimis,& benedictus,omnem ſuam maieſtatem,perfectionem, & gloriam,excellentiamq; penitus infinitam clariſsimè intueatur, oportet fateri, q̃ vniuerſa,& ſingula quantumcunq; defectuoſa , & vilia,diſtinctiſsimè ſciat. Vnde,& beatorum gloriã auget,ac perficit, quod omnem damnatorum calamitatem,& pœnam agnoſcunt. Inſuper modus cognoſcendi non aſſimilatur modo eſſendi rei cognitæ,ſed cognoſcentis. Vnde eãdem rem aliter apprehendit ſenſus exterior, aliter imaginatio , aliter ratio.Quemadmodum ergo creator omnipotens inuariabilis, & immenſus,corporalia, & dependentia,ac contingentia ſpiritaliter, independenter, infallibiliterq; intelligit, ſic fœda,praua,ac vilia mundiſsimè, nobiliſsimè atq; ſanctiſsimè conſpicit, & cognoſcit . Amplius, ipſe ſuperdigniſsimus , & ſuperſapientiſsimus Deus ab exordio ſeculorum primo in lege naturæ, deinde copioſiùs,ac euidentiùs in lege ſcripta, ac tandem copioſiſsimè in lege Euãgelica,per innumerabilia præclara miracula,per admiranda gratiarum chariſmata , per horribiles punitiones, per glorioſas retributiones, per vaticinia Prophetarum,per reuelationes ſecretorum cordiũ per adimpletiones Prophetiarum,prouidẽtiam atque ſcientiam ſuam pleniſsimam à ſummo vſq; ad infimum pertingẽtem,manifeſtauit. propter quod prorſus intolerabilis , & penitùs inexcuſabilis fuit error,inſipientia,perfidia,præſumptio, incorrigibiliſq; obſtinatio ſceleratiſsimi huius Auerrois, cuius tempore Eccleſia Chriſti vndiq; copioſa diffuſa tot fulſit miraculis,tot ſanctorum martyrijs,in quorum paſsionibus per tam innumerabilia ſigna,portenta,miracula ſoli omnipotẽti Deo poſsibilia, vnigenitus filius Dei Ieſus Chriſtus ſuam omnipotentiam,prouidentiam,ſuæq; fidei veritatem, & eorũ, quæ prædixit,ac promiſit veritatem,monſtrauit.Et quoniam impius ille Auerrois Chriſtianæ fidei tam irrefrenatè contradixit, dedit eum Deus in reprobum ſenſum,ita q̃ in errores enormiſsimos,& omni quoque Philoſophię contrarios collapſus eſt,negans animæ rationalis immortalitatem,& eundem numero intellectum ponens in cunctis hominibus, ac prouidentiam negans omnipotentis : per quod quantum in ſe fuit, præſtitit omnibus omnem peccandi audaciam,& occaſionẽ nihil curandi de Deo cuius iudicium,& retributionem negauit.

Roma. 1.

Vdalric9.

¶Inſuper de his ſcribit diffusè Vdalricus in Summa ſua libro ſecundo.Intellectum,inquiens, cõſtat eſſe in Deo , eo q̃ ipſe est omnium prima cauſa, in qua neceſſe est eſſe vniuerſalem prouidẽtiam , quę non poteſt ab alio regi, ſed ab ea est omnis lex,modus,& ordo regiminis, quæ cũ à ſuis effectibus nominetur,rectiſsimè intellectus vocatur: q̃m intellectu non est altior natura in vniuerſo, magisq; propriè natura diuina dicitur intellectus,q̃ voluntas ſecundum nominũ rationem,q̃m intellectus propinquior est naturæ,q̃ voluntas, tãquam immediatiùs fluens à natura:quia ſm ordinem naturæ voluntas fluit ab eſſentia mediante intellectu, vt patet in operationibus potentiarum iſtarum. Hinc Deus magis propriè dicitur per intellectum cauſare, q̃m intellectus eſt, in quo primo poteſt eſſe ratio cauſalitatis, cum ipſe ſuper materiam præcipuè eleuetur , & in ſe ſufficientior est ad agendũ,ac gubernandum. In Deo autem intellectus est diuina eſſentia,& non est paſsibilis,ſed omnino perfectus, & vniuerſaliter agens,ac cũcta diſtinctè cognoſcẽs. Ideo dixit Simonides, q̃ ſolus Deus hunc hẽt honorem,& præſciẽtiam iſtã præ omnibus honorabilem,vt primo Metaphyſicæ dicit Philoſophus . qui , & ait ibidem, q̃ ſapientia propriè dr̃ diuina ſcientia,q̃m Deus maximè habet eã,& non est humana poſſeſsio,& nõ cõuenit homini ſm quod homo est,ſed prout aliquid diuinum est in eo:quia, vt aſſerit Hermes Triſmegiſtus in libro de Deo deorum, Homo est nexus Dei, & mundi. Et quãuis ſcientia à nobis participata, ſit ſpeculatiua,vt primo Metaphyſicæ probat Philoſophus: tñ prout est in Deo, est practica: quia,& ipſe ſe cognoſcit, vt cauſam & oĩa per cauſam illã. Solus quoq: Deus per ſe,& eſſentialiter ſapiens est,& ipſe est cauſa totius ſapientiæ, atque ſcientiæ in cæteris vniuerſis. estque intelligens ſine continuo, & tempore,ac diſcurſu,ſummè immixtus, & maximè eleuatus. Hæc Vdalricus.

Simonides.

Triſmegiſtus.

Philoſo.

Soluũtur argumẽta

¶Ex quibus patet ſolutio ad obiecta . Sciẽtia nãque in Deo non est accidens,ſed diuina eſſentia . & quamuis per modum actus,aut habitus deſignetur aut attributum vocetur:realiter tamen est ipſum eſſe diuinum, nec est medium niſi ſecũdum modum & rationem noſtræ conceptionis. Verum in ſimpliciſsimo Deo realiter penitùs idem ſunt ſciens,ſciẽtia,& ſcitum,loquẽdo de primo, & principali obiecto diuinæ ſcientiæ, ſic quoq; in Deo prorſus sunt idem,intelligens,& actus intelligendi,ſpecies,& obiectum,vis intellectiua,& ſapientia ipſa. Nihilominus ratio noſtra circa diuina negocians , inter iſta verè diſtinguit:quia in re ipſa eſt,vnde omnibus cõſiderationibus noſtris fundamentaliter, ac radicaliter ſatisfiat.

QVAESTIO II.

Deus magis dicitur intellectus quam voluntas.

SEcundò principaliter quæritur, *De perfectione & qualitate ſcientiæ Dei,an appellanda ſit vniuerſalis,an particularis,& vtrum ſit in potentia,vel habitu.* ¶Et videt̃,q̃ oĩa nomina iſta conueniunt ei. Cũ enim fit oĩum inſpectiua, & vniuerſa ſcibilia cõplectat̃,videtur, q̃ potiſsimè dicẽda ſit vniuerſalis.

Arguitur 1.cõtra veritatem.

¶Rurſus, cũ diſtinctè , & omnia ſingula noſcat, videtur etiam particularis , & ſingularis dicenda. Scia quippe,& cognitio nomẽ ſortit̃ à ſuo obiecto.

2.

¶Circa hæc ſcribit Thomas:Cum naturali ratione carentia,imò,& ea in quibus nulla extat cognitio,tendant in proprios fines , oportet, q̃ habeant hoc principaliter ex impreſsione,& directione primi agentis,ſicut oſtenſum eſt. Talẽ verò inclinationem rerũ in ſuos fines,& ordinem rerũ adinuicem habitudinemq; potentiarum ad ſua obiecta , Deus auctor naturæ nullo modo entibus indidiſſet , niſi eorum naturas,proprietates, actiones, mutuasque proportiones,& cohabitudines certiſsimè ab ęterno in ſe cognouiſſet:atq; vt Rabbi Moyſes ait, Hãc rationẽ tangit Propheta in Pſalmo , qui contra negantes prouidentiã,ac diſtinctam notitiã Dei diſputans,loquitur:Dixerunt,non videbit Dñs, nec intelliget Deus Iacob.Intelligite inſipientes in populo , & ſtulti aliquando ſapite.qui plantauit aurem, non audiet?aut,qui finxit oculum, non conſiderat? qui corripit gentes,nõ arguet?qui docet hominẽ ſcientiam . Præterea conditiones ſcientiæ , & cuiuslibet cognitionis attenduntur præcipuè ſm rationẽ medij.per quod res ipſa cognoſcitur.Id aũt quo Deus cognoſcit,vt medio,est diuina eſſentia,quæ nõ poteſt dici vniuerſale:q̃m omne vniuerſale additionẽ recipit alicuius,quo determinat̃, & ita est in potentia,

Tho. Aqu.

Rab.Moy.

Pſal 93.

tia, & imperfectũ in esse, ꝙ diuinæ nequaq̃ essentiæ conuenit. Quæ etiã non est dicenda particulare, ꝙa principium particularis est materia, aut aliquid potẽtiale. Diuina verò essentia purus est actus, cui nec ratio habitus propriè conuenit: quoniam habitus nõ est ultima perfectio rei, & ordinatur ad actum, Hinc scientia Dei non dicenda vniuersalis, nec particularis, nec in potentia, neque in habitu, sed semper in actu. Hæc Thomas.

Petrus *causatæ. ¶ Cõsonat Petrus: Hæ sunt, dicens, differẽtiæ sciẽtiæ *creatæ, & à rebus acceptæ, q̃ per diuersa media à rebus accipitur. non aũt scientiæ increatæ, q̃ causat res, & vniuersa cognuscit per mediũ vnũ, quod est diuina essentia, quæ non est vniuersale, nec particulare, nec habitus, nec passiua potentia. Et quamuis scientia Dei sit causa rerum, & sit semper in actu non tamen semper est causa in actu, cum sit causa voluntariè agens, iuxta sapientiæ suæ censuram. Ideo sine sua mutatione est dilatoria. Hæc Petrus. Concordat Richardus.

Albertus. ¶ Albertus quoque ad ista respondet: Sciẽtia Dei nec est in vniuersali, neq; in particulari, nec in agere: quoniam istæ sunt differentiæ illius scientiæ, quę accipit cognitionem vnius ex præcognitione alterius: quod non conuenit diuinæ, & increatæ scientiæ, quæ etiam non est in potentia, aut habitu, sed semper in actu.

Quæstio. ¶ Quæritur etiam hic à multis, an scientia dicatur vniuocè de scientia Dei, & de sciẽtia creaturæ, q̃ quæstio, in q̃stionibus sibi similibus iam supra est sæpè soluta. Estq; pro regula dictum, ꝙ de creatore supereſſentiali incomparabili, ac infinito omne genus trãscendente, & de creaturis nihil vniuocè dicitur. Idcirco scientia analogũ est ad scientiam Dei atq; scientiam rationalis, & intellectualium creaturarũ, nec est ibi æquiuocatio pura, imò sciẽtia creata in aliquo participat, & imitatur perfectionẽ increatæ scientiæ. Alioquin ex cognitione creatæ sciẽtiæ non possemus ad increatæ scientiæ cognitionẽ, ascendere. Ista est responsio Alexandri, Thomæ, Bonauenturæ, sequaciumq; ipsorum. Vnde & Albertus hic scribit: Secundum beatum Dionysium septimo capitulo libri de diuinis nominibus, Scientia Dei non est vniuoca scientiæ nostræ, neque scientiæ angelorum, quia sciẽtia Dei est de rebus, vt substantificatrix sapientiæ, & scientiæ mentium creatarum, & omnium de quibus est. Hæc Albertus.

Scia Dei nõ est vniuoca scię creatæ.

S. Dion.

Quæstio. ¶ Præterea quæritur hic, an scientia Dei respectu aliorum à se, sit practica an speculatiua. Ad quod paulò ante in verbis Vdalrici responsum est, quòd sit practica. Richardus verò ad hoc magis exquisitè respondet, dicendo: Diuina scientia considerari potest ad res scitas, & ad modum sciendi, atque ad voluntatem scientis. Primò modo sciẽtia Dei respectu aliorum à se, practica est, cum sit respectu operabilium per ipsum. Secundò modo est speculatiua, & practica secundùm considerationes diuersas. Est etenim speculatiua, inquantum scit ea modo speculatiuo. scit namque eorum diuisiones, diffinitiones, & habitudines ad earum superiora, ac proprias passiones: qui modus sciendi operabilia, est speculatiuus. Scit etiam ea practico modo, intuendo simplices conditiones eorum, habitudinesque, eorum adinuicem, & ad productionem eorum, qui modus sciendi operabilia, practicus perhibetur. Tertiò modò scientia Dei, respectu aliorum, non est plenè practica, nec tantum speculatiua. Plenè etenim practica non est, quia scientia plenè practica, determinat uoluntatem ad uolendum operari id, quod intellectus practicus per scientiã practicam dictat operandum, non determinatione voluntatem necessitante, quia voluntas nostra se potest mouere contra intellectus dictamen, sed determinatione inclinante. Nam quoniam intellectus artificis per scientiam ædificatiuam dictat lapides esse ponendos deorsum, & ligna sursum in ædificio: idcirco voluntas artificis imperat sic esse agendũ. Non sic autem se habuit scientia mundi producti-ua in intellectu diuino ad voluntatem diuinã. Non enim quia diuinus intellectus dictauit bonum esse mundum creari, ideo diuina voluntas impetrauit, vt mundus crearetur: sed quia volũtas voluit creationem mundi futuram, ideo intellectus diuinus dictabat rectum esse, vt mũdus crearetur, ita quòd dictamen intellectus non determinauit voluntatẽ ad hoc volendum, sed voluntas hoc volendo determinauit intellectum ad hoc dictandum. quod sic patet, Diuinus intellectus dictauit rectum esse, vt mundus fieret, quoniam rectum erat, vt fieret. Non ergo rectum erat, vt fieret mundus, quia diuinus intellectus dictabat rectum esse, vt mundus fieret. Aliter enim esset circulatio. ergo rectũ fuit, vt mundus fieret, quia diuina voluntas hoc volebat. ergo à primo ad vltimum, quia Deus volebat, vt mundus fieret, ideo diuinus intellectus dictauit rectum esse, vt fieret. Præterea si diuinus intellectus dictasset rectum esse, vt fieret mundus, & hoc priùs dictasset secundum rationem intelligendi, quàm voluntas hoc uoluisset, non potuisset dictasse contrarium. cum ergo voluntas diuina à diuino dictamine intellectus discordare non possit, Deus de necessitate voluisset mũdum creare, quod falsum est. Sic igitur priùs secundum rationem intelligendi diuinus intellectus proposuit, vel ostendit voluntati factionem mundi, non dictando hoc debere fieri, vel non debere fieri. secundò diuina voluntas uoluit mundum fieri, tertiò diuinus intellectus dictauit rectum esse, fieri mundum. Sic igitur patet, quod scientia Dei respectu aliorum à se, non est plenariè practica per comparationem ad voluntatem: nec tantum speculatiua: quoniam nisi intellectus ostendisset voluntati factionem mundi, diuina voluntas non voluisset fieri mundum: quoniam vellè secundum rationem intelligendi, sequitur aliquam cognitionem. Factio igitur creaturæ dependet à scientia, quam Deus habet de creatura: & velle facere creaturam, præsupponit secundum rationem intelligendi scientiam de creatura. & quo ad hoc, scientia Dei respectu aliorum à se, practica est per comparationem ad voluntatem.

Richardꝰ.

Scia Dei & speculatiua dici potest & practica.

Nota quo modo in Deo uolũtas determinat intellectũ, non ecõuerso.

Obiectio. ¶ Si autem obijciatur, quòd scientia Dei est vna, qua cognoscit seipsum, & alia, sed scientia qua cognoscit se, est purè speculatiua, ergo, & alia.

Dilutio. ¶ Respondendum, quòd quamuis sit vna, tamen sub alia, & alia ratione. & quo ad diuersa obiecta, competunt sibi diuersa. Hæc Richardus.

¶ Cuius responsionem recitatiuè magis, quàm assertiuè commemoro, quoniam intricata, & obscura videtur, & multa contra eam obijci possent, prout suo loco poterit tangi. Albertus autem videtur sentire hoc loco sicut Vdalricus, quòd scientia Dei respectu aliorum à se sit practica.

artic. 16. ¶ Porrò in prima parte Summæ suæ, quæstione decimaquarta loquitur Thomas: Deus de seipso habet scientiam speculatiuam tantum, quoniam non est operabilis. De alijs verò habet scientiam speculatiuam, & practicam. Speculatiuam, quantum

tum ad modum sciendi, vt dictum est. practicam, quantum ad rem scitam, quę operabilis est, vel quã in aliquo tempore facit. Et item quantum ad finẽ, sicut quam refert ad opus. Eorum verò, quæ scit, & nunquam facit, non habet scientiam practicã, prout scientia dicitur practica à fine. Porrò mala culpę quamuis non sint à Deo operabilia, tamen sub practica eius scientia cadunt, sicut, & bona, inquantũ permittit, vel impedit, punit, aut ordinat ea. Hæc Thomas in Summa.

Quæstio. Richardꝰ. Rescreatę nõ habuerunt esse essentiæ ab æterno. ¶ Postremò Richardus mouet hic quæstionem difficilem istam, Vtrum omnia scita à Deo habuerunt esse essentiæ ab æterno. Ad quam post multa pro vtraque parte argumenta respondet: Quidam subtiliter, ac probabiliter dicunt, quod sicut per voluntatem Dei imperantem, rerum esse sunt quidditates earum in effectu, sic per scientiam Dei inquãtum Deus, per eam se intelligit, vt exemplar rerum habent res illę distinctæ esse essentiæ, & fuerunt res prædicamentales. Et sicut esse in effectu seu existentialiter non addit super essentiam nisi relationem ad Deum, vt ad causam efficientem, sic esse essentiæ vltra essentiam nõ dicit nisi relationem ad Deũ, vt ad causam suam exemplarem. Veruntamen propter multa, quę huic obijci possunt opinioni, & præsertim qm̃ multum appropinquare videtur errori condemnato, & excõmunicato à D. Gulielmo Parrhisiensi Episcopo, vtpotè, quòd multæ veritates fuerunt ab æterno, quæ non sunt ipse Deus, videtur mihi sine præiudicio esse dicendum, quòd creaturæ non fuerunt ab æterno, nec in esse essentiæ, neq; in esse existentiæ, nisi esse essentiæ vocetur esse intellectum seu repræsentatum intelligenti. Certum est enim, qd̃ creaturę ab ęterno fuerunt per suas ideas diuino intellectui repræsentatæ, atque ab ipso perfectissimè intellectæ. Hæc Richardus.

Henricus. ¶ Denique quæstionem istam iam tactam tangit Hẽricus in quodam quodlibeto, & sentire videtur, quod vnicuique rei creatæ ab æterno conuenerit id, quod ratio sua exemplaris in mẽte creatoris de ipsa continuit. Ex hoc tamen quantũ capere queo, non sequitur absolutè, quod ab æterno habuerunt esse essentiæ, sed quod habuerunt illud in mente summi opificis, nec extra ipsum habuerũt aliquod esse positiuum. Omnia verò ab æterno fuerunt in Deo vita, & lux, & quòd Deus concepit, & intellexit de eis, hoc verè conueniebat æternaliter ipsis in intellectu diuino.

Vtrum concedendum sit, omnia esse in Dei essentia, vel in eo per essentiam, vt omnia dicuntur esse in Dei cognitione, vel præsentia. Distinctio XXXVI.

A Olet hic quæri, cum omnia dicantur esse in Dei cognitione, seu præsentia, vel in Deo per cognitionẽ, & eius cognitio, vel præsentia sit diuina essentia: vtrum concedendum sit, omnia esse in diuina essentia, vel in Deo per essentiam. Ad quod dicimus, quia Dei cognitio eius vtique essentia est: & eius præsentia, in qua sunt omnia, ipsius cognitio est: nec tamen omnia, quæ sunt in eius præsentia, vel cognitione, in eius essentia esse dici debent. Si enim hoc diceretur, intelligerentur esse eiusdem cum Deo essentiæ. In Deo enim dicitur esse per essentiam, quod est diuina essentia, quod est Deus. Habet ergo Deus apud se in præsentia sua, quæ non habet in sui natura. Vnde Augustinus de verbis Apostoli, ita ait: Elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur, qui non sunt: nec errat, qui eligit, nec vanè eligit. Eligit tamen, & habet electos, quos creaturus est eligendos, quos habuit apud semetipsum, non in natura sua, sed in præsentia sua. Nondũ erant quibus promittebatur regnũ, sed, & ipsi promissi sunt, quibus promittebatur. Ecce hic apertè dicit Deum ad semetipsum habere electos ante mundum, non in natura sua, sed in præsentia sua: cum tamen eius præsentia aliud sit, quàm eius natura, quia ipsius præsentia eius est notitia. Potest tamẽ ad electos referri, cum ait: In natura sua, idest illorum. Illos quippe habuit ab æterno apud se, non in natura sui, idest, illorum, quia nondum erant: sed in sua præsentia, quia eos ita nouit, ac si essent.

Augustin. Epha 1. a

Vtrum mala debeant dici esse in Deo, vbi sint omnia bona, cum vtraque sint in eius cognitione, & præsentia. omnia enim cognoscit.

B Post prædicta quæritur, cum oĩa dicantur esse in Deo non per essentiam naturę, sed per cognitionẽ sciẽtię, & Deus sciat, & bona, & mala: vtrum cõcedendum sit, simpliciter mala esse in Deo, siue esse in Deo ꝑ cognitionem. Scit. n. Deus, & sciuit semper oĩa, tam bona, q̃ mala, etiã antequã fierent, & pręsciuit ab æterno ea futura. Idcoq; cum oĩa bona dixerimus esse in Deo ꝑꝑ præsentiam cognitionis, eadem ratione videtur dicendum, oĩa mala esse in eo: cum ea semper nouerit, & per cognitionem ei præsentia fuerint. Pręcognouit. n. Deus ab ęterno quosdã futuros malos, & eorum malitiã (vt ait Augustinus) præsciuit, sed non præparauit. Cum ergo peccata oĩum sciat, nunquid intelligendum est ea includi in illa generalitate locutionis, qua dixit Apostolus omnia esse

in

Rom.11.d in Deo? Ex ipso,inquit,& per ipsum,& in ipso sunt omnia.Sed quis nisi insanus dixerit mala esse in Deo? Illa enim esse in Deo intelliguntur,quæ ex ipso,& per ipsum sunt.Ea verò per ipsum sunt, & ex ipso, quorum auctor est. Sed non est auctor nisi bonorum. Non ergo ex ipso,& per ipsum sunt nisi bona.Ita ergo non in ipso sunt nisi bona. Non ergo mala in Deo sunt,quia licèt ea noscat,non tamen ita omnino noscit,vt bona.Ma
Psal.137.b Psal. 16. d la ergo quasi de longè cognoscit,vt ait Propheta.Et alta à longe cognoscit,ideſt superbiam.Et alibi ad Deum loquens de malis,ait : De absconditis tuis adimpletus est vēter corum.Quod exponens Augustinus:Absc̄dita,inquit,peccata sunt,quæ à lumine tuæ
Augu sup Psal. 16. veritatis absconduntur.Sed quomodo peccata,à lumine veritatis diuinæ absconduntᷝ, cum à Deo sciantur ? Si enim non sciret,quomodo de illis iudicaret,& pro illis malos
Psal.74.b damnaret? Alibi Propheta dicit: Quia neque ab oriente,neque ab occidente deest. Qᵭ
Cassiodo. exponens Cassiodorus,inquit: Neq; à bonis,neq; à malis deest Deus,sed omnibus præsens,& cognitor est. Cognoscit ergo Deus,& bona,& mala per scientiam,sed bona cognoscit etiam per approbationem,& per beneplacitum,mala verò non. Vnde Cassio-
Cassiodo. sup ps.16 dorus super Psalmum dicit: Peccata abscondita Deo sunt,quia non nouit,ideſt,approbat. Et ex eo sensu Augustinus dixit ea abscondi à lumine Dei. Qui etiam in libro ad Heluidium,insinuat cognitionem Dei varijs modis accipiendam,inquiens:Si ad scientiam referas,non ignorat Deus aliquos,vel aliqua,qui tamen in iudicio quibusdam di-
Matt 7. cet:Non noui vos.sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est. Ecce non cognoscere dicitur Deus,quæ non approbat,quæ ei non placent. Apparet itaq; verum esse,quod diximus, scilicet quia quodammodo cognoscit Deus bona, quo non cognoscit mala. Pariter quidem vtraque eodemque modo noscit,quantum ad notitiam: sed bona etiā approbatione, & beneplacito cognoscit.

C

Hic aperit, quare bona tantum dicantur esse in Deo, & non mala.

Et inde est,ꝙ bona tantum dicuntur esse in Deo, non mala:& illa propè,hæc longè: quia licèt in Deo aliqua dicantur esse propter cognitionis præsentiam, & Deus bona, & mala cognoscat: mala tamen non cognoscit nisi per notitiam:bona verò nō solum per scientiam, sed etiam per approbationem, & beneplacitum. Et ob talem cognitionem aliqua dicuntur esse in Deo, scilicet, quia ita ea scit,vt etiam approbet,& placeāt, ideſt,ita scit,vt eorum sit auctor.

D

Quod idem est, omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso.

Rom 11 d Amb.2.li. de spiritu sancto capit. 11. Proinde si diligenter inspiciamus,idē videtur esse, omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso.Vnde Ambrosius in secundo libro de spiritusancto:Hæc tria,ex ipso,& per ipsum,& in ipso sunt omnia,vnum esse supra diximus. Cum dicit per ipsum esse omnia, non negauit in ipso esse omnia, Eandem vim habent omnia hæc,scilicet cum ipso, & in ipso,& per ipsum:& vnum in his atque *consimile,non contrarium intelligitur. Ec ce habes quia ex eadem intelligentia scriptura dicit, omnia esse in ipso, & per ipsum, *consimilibus
Actu 17. f & ex ipso, & cum ipso. Cum ergo ex eadem ratione omnia dicantur esse ex Deo, vel per ipsum,non solum,quia scit,sed etiam,quia eorum auctor est:cōsequitur, vt eadem ratione ea esse in Deo dicantur,scilicet,quia scit,& eorum auctor esse dicitur:quia in illo viuimus,& mouemur,& sumus,quia eo auctore sumus,mouemur,& viuimus.Cum ergo non sit auctor nisi bonorum, meritò sola bona in eo esse dicuntur sicut ex ipso,& per ipsum.Cum ergo in eius cognitione,vel præsentia sint omnia, scilicet bona,& ma-
Aug de natu. bon. c. 28. la,in eo tñ non dicūtur esse nisi bona,quorum auctor est. Vnde Augustinus in libro de natura boni: Cum audimus,inquit, ex Deo, & per ipsum,& in ipso esse omnia,omnes vtiq; naturas intelligere debemus,& omnia,quæ naturaliter sunt.Neque enim ex ipso sunt peccata,quę naturā non seruant.sed vitiant,quę ex voluntate peccantium nascūtur omnia.Hic apertè dicitur,ꝙ in illa generalitate locutionis bona tantū continētur.

E

Quod omnia ex patre, & per patrem, & in patre sunt, ita, & de filio, & de spiritusancto est dicendum, licèt propter personas fiat distinctio.

Præterea sciēdum est,ꝙ licèt ibi indicetur distinctio personarum,cum dicitur, ex ipso,& per ipsum, & in ipso,omnia tñ ex patre,& per patrem, & in patre sunt. Similiter de filio,& spiritusancto accipiendum est.Vnde Aug.in 1.li. de Trin.Non confusè,inqt,

accipiendum

accipiendum est,quod ait Apostolus.Ex ipso,& per ipsum,& in ipso:ex ipso dicens,propter patrem:per ipsum,propter filium:in ipso,propter spiritum sanctum. Vigilanter autem attende,ne (quia patrem volens intelligi,dixit ex ipso) sic intelligas omnia esse ex patre,vt neges omnia esse ex filio,vel ex spiritusancto;cum ex patre, & per ꝑem , & in patre oīa esse sanè dici *possunt: similiter,& de filio,& de spiritusancto sentiendum est. Rom. 11. *possit

Quòd non omnia, quæ ex Deo sunt, etiam de ipso sunt, sed econuerso.

Illud etiam hic annectendum est,quòd non omnia,quæ dicuntur esse ex Deo,etiam de ipso esse dici debeant.Quia,vt ait Augustinus in libro de natura boni:Non hoc significat penitùs ex ipso,quod de ipso.Quod enim de ipso est,potest dici esse ex ipso:sed nō omne,quod ex ipso est,potest dici esse de ipso:quia non est de sua substantia.Ex ipso enim sunt cœlum,& terra,quia ipse fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si generat filium,& faciat domum,ex ipso est filius,ex ipso est, & domus:sed filius de ipso,domus verò de terra, & ligno, non de ipso. Aug. de natura boni. ca. 27.

Quæ dicta sunt, summatim colligit.

Ex præmissis apertum est,quòd in Dei cognitione siue præsentia sunt omnia,scilicet bona,& mala:sed non omni modo sunt ibi mala,quo bona: & quod in Deo bona tantum sunt sicut ex ipso,& per ipsum,non mala.Et ex quo sensu hæc accipienda sint,assignatum est.Et quod de ipso non dicitur esse propriè,quod aliud est ab ipso . Ex ipso autem esse dicuntur omnia,quia eo auctore sunt.

Summa di finct. 36. PRæcedenti distinctione ostensum est,qualiter cuncta sciantur à Deo:sed quoniam scita, & cognita oportet aliquo modo esse in sciente, & cognoscente, idcirco hic declaratur qualiter creaturæ sunt in Deo ,& qualiter omnia ab æterno fuerunt in eo per rationes , & species suas exemplares,ac ideales:& circa hoc quęritur,an mala fuerint,& sint in eo.Et si non,quomodo cognoscantur ab ipso. quo circa ostendit,qualiter bona ; & mala diuersimodè cognoscantur à
Roma.11. Deo, atque pertractat verba illa Apostoli , Ex ipso, & per ipsum,& in ipso sunt omnia.de quibus supra tractatum est.

QVAESTIO I.

Arguit. 1. contra veritatem. NVnc quæritur primò , *qualiter omnia sint in Deo idealiter, atque causaliter, & quia sit idea.*

¶ Videtur quòd omnia non sint in Deo idealiter. Primò,quia in libro de diuinis nominibus sanctus Dionysius protestatur omnium notitiam,scientiam, & substantiam Deus præhabet,& præconcepit , non secundum ideam.

2. ¶ Secundò , quia Deus cognoscit mala , quæ tamen non habent ideam in Deo .

3. ¶ Tertiò,in libro de Causis habetur,quòd intelligentiæ superiores cognoscunt per formas vniuersaliores. cum ergo Deus sit omni intelligentia infinitè superior,ipse vniuersa cognoscit per vnam vniuersalissimam formam , quæ est sua essentia . Non ergo vniuersa , & singula per proprias sunt ideas in Deo.

4. ¶ Quartò, Plato vocauit ideas formas separatas in se subsistentes essentialiter communicabiles rebus.quod rationibus exemplaribus rerum in mente diuina consistentibus non conuenit.

In oppositum. Augustin. ¶ In contrarium est auctoritas Augustini in libro octogintatrium quęstionum,quo ait:Ideas vbi esse arbitrandum nisi in mente creatoris? Non enim extra positum quicquam intuebatur , vt secundum illud constitueret, quod creauit.

Alexander. ¶ Ad hoc Alexander respondet:Si idea vel exemplar diceretur aliquid differens à diuina essentia , nullo modo diuina scientia per exemplar esset, aut per ideas . Vnde in hoc errauit Plato ponens tria principia,vtpotè Deum , ideam, materiam. & hoc intendit beatus Dionysius reprobare. Si verò idea dicat ipsam essentiam , inquantum est ars , vel species , secundum quam sunt res , sic diuina scientia est per ideas : quia per seipsam , quæ est ars , aque exemplar rerum .

Quæstio. ¶ Circa hoc quæritur,cum idea,ratio,& sapientia sint idem in Deo secundum substantiam , quomodo differunt secundum rationem.Nempe quòd idem sint re , probatur auctoritate Augustini libro Augustin. octogintatrium quæstionum dicentis: Ideę sunt rationes rerum stabiles,& innariabiles,quę diuina intelligentia continentur: quæ cum non oriantur,nec occidant , secundum eas tamen formatur omne quod oritur,& occidit.In libro quoque de ciuitate Dei:Ideę,inquit,sunt in mente diuina,quas qui nō credit,infidelem se esse non ambigat.Et respondendum , quòd ista idem sunt re , & differunt ratione, ita quòd ratio respicit finem , idea formam, exemplar efficientem,sapientia cognitionem,sicut & ars operationem.Hinc inquantum efficiens,scit qualiter debeat operari secundum exemplar,dicitur sapiens: Inquantum verò potest operari cum vult,dicitur artifex:& quia secundum rem vnum,& idem est in Deo causa exemplaris,& finis,& causa cognoscens,ideo secundum rem vnum, & idem re sunt; sapientia,ratio,& idea.

Quæstio. ¶ Sed tunc quæritur,cur dicantur plures ideæ,& rationes, cum non sit nisi una sapientia. Dicendū, ꝙ hoc est,qm differunt ratione. Ars namq; , exemplar, & sapientia plus se tenent ex parte Dei cognoscentis,qui omnino unus,& simplex est.Ideo nō recipiunt pluralitatē, ut dicantur plura exemplaria , plures artes,uel plures sapientiæ esse in Deo. Ratio uerò , & idea magis tenēt se ex parte rei cognitæ. Ideo sicut multa sunt cognita , sic multæ dicuntur ideæ,& rationes: quia respectū connotant ad creata,qui respectus non est in Deo ex rem, nec dependent ideæ à creaturis . Et quāuis libro prælallegato asserit

asserit Augustinus, q̃ alia ratione creatus est homo, alia equus, non tamen sunt plura æterna. Imo vtraque ratio illa est res vna, quæ est diuina essentia, licet vna distinguatur ab alia vt ratio: quemadmodum punctus, ad quem plures lineæ terminantur, vnus est punctus, & tamen quodammodo plura est, quia principium plurium. Ratio autem significat per modum principij, sed sapientia absolutè.

Quæstio.

Actu. 17.

¶ Ampliùs quæritur, cum omnia sint in Deo vita & lux, cur etiam omnia non dicuntur in eo potentia, & sapientia. Rursus, cum in libro Actuum scriptum sit, In ipso viuimus, mouemur, & sumus, quare omnia non dicuntur in Deo una essentia, & vnus motus, vt vna vita? Imo Anselmus dicere hoc videtur in monologion: Omnia, inquiens, antequam fierent, & cum facta sunt, dumque corrumpuntur, aliquo modo variantur, semper in Deo sunt, non quòd in seipsis sunt, sed quod est idemipse. Etenim in seipsis sunt essentia mutabilis, secundum immutabilem rationem creata. In Deo autem sunt ipsa prima essentia, & prima existendi veritas. & prout sunt magis illi similia, sic veriùs præstantiusque existunt. Ex qua auctoritate accipitur, quòd creaturæ in Deo sunt ipsa essentia Dei, quod propinquissimum videtur hæresi illi, quæ dicit omnia esse Deum iuxta illud:

Anselm.

Cur oĩa dicantur in Dro lux, & vita.

Iuppiter est, quodcunq; vides.

Dicendum, quod omnia asseruntur esse vita, & lux in Deo, quoniam viuere corporalibus, & spiritualibus est commune, & inquantum corporalia participant esse à spiritualibus, sicut corpus viuere perhibetur per animam. Iuxta hanc similitudinem omnia dicuntur vita in Deo, & viuere quoque in ipso: quoniam quo ad ipsum, non habent esse deficiens. & quamuis in se deficiant, cognitio tamen de ipsis est indeficiens. Consimiliter omnia dicuntur lux in Deo, quoniam lux est communis dispositio in spiritualibus, & corporalibus, sed in corporalibus per participationem. hinc omnia dicuntur lux in Deo: quoniam cuncta relucent in Dei cognitione, & manifesta sunt ei. Porro sapientia, & cognitio nominat id, quod est proprium Dei cognoscentis. Creatura enim inquantum creatura, non sapit, nec nosci. Potentia quoque est propria dispositio agentis. hinc omnia non dicuntur esse sapientia, aut potentia.

Ad auctoritatẽ Anselmi.

¶ Ad auctoritatem vero Anselmi dicendum, quòd aliud est dicere, omnia sunt diuina essentia, & omnia in Deo sunt diuina essentia. Cum enim dicitur, omnia sunt diuina essentia, supponuntur creaturæ prout sunt in suo esse. cum vero dicitur, omnia in Deo sunt diuina essentia, supponuntur rationes æternæ rerum istarum, quæ rationes æternæ sunt ipsa sapientia Dei, & per consequens diuina essentia. Nec ex hoc sequitur, quòd sit in diuina essentia. Esse enim in Dei sapientia, non est nisi cognosci ab eo. Esse vero in essentia Dei, est ipsam essentiam dici de eis. Cum autem dicitur, in ipso viuimus, & omnia in ipso sunt vita, æquinoce sumitur ly in ipso. Cum enim dicitur, in ipso viuimus: per ly in, notatur causa efficiens, quia ab ipso est viuere omnium nostrum. Cum vero dicitur, omnia in ipso sunt vita: per ly in, notatur causa exemplaris. Nec tamen dicuntur in Deo motus, quia motus appropriatum est causatis: nec essentia, ne credantur esse vna cum Deo essentia.

Bonauen.

Hæc Alexander.

¶ Circa hæc multa scribit dominus Bonauentura, & primo quærit an in Deo sint ponendæ ideæ. Videtur quòd non, quoniam Deus cognoscit vniuersa per suam essentiam, non ergo sunt superaddendæ ideæ.

Quæstio Arguitur primo cõtra veritatem. 2

¶ Secundò, quoniam Deus in se, & per se omnino perfectus est, nec aliquo indiget dirigente, & regulante. Ideæ autem ponuntur, vt dirigant in disponendo, & regulent in agendo.

3

¶ Tertiò, quoniam Deus simplicissimus est. Nulla ergo in eo idearum est pluralitas.

¶ Ad hoc Bonauentura respondet: Circa hoc duplex fuit opinio. quidam nanque dixerunt quòd Deus cognoscit secundum rationem causæ, non secundum rationem ideæ, ponuntq; simile, sicut si punctus cognosceret suam virtutem, cognosceret lineas, & circunferentiam. similiter, si vnitas cognitiuam haberet potentiam, per quam conuerteret se super se, cognosceret numeros omnes. sicq; dicunt esse in Deo, quoniam cum Deus habet virtutem omnium productiuam, & perfectè cognoscat eandem, noscit omnes suos effectus. quod & sanctum Dionysium sensisse affirmãt, cum dixit, quòd Deus non secundum ideam, sed secundum vnam excellentiæ causam cuncta cognoscit. Hæc autem positio stare non valet. primò: quoniam Deus non cognoscit per collationem deueniendi à principio ad principiatum, sed intuitu simplici. Secundò, quia omne cognoscens inquantum huiusmodi, simile est cognoscibili. ergo habet similitudinem eius, vel ipse est similitudo illius. Tertiò, quoniam omnis cognoscens idcirco distinctè producit, quia distinctè cognoscit, non econuerso: ergo ratio producendi non est ratio cognoscendi. Quartò, quia quædam cognoscit, quæ ab ipso non sunt. Hinc est alia positio secundum sanctos, atque philosophos, quòd Deus cognoscit per ideas, & habet in se similitudines rerum, in quibus non tantum ipse cognoscit, sed etiam intuentes eum, quas similitudines, seu rationes nominat Augustinus ideas, & causas primordiales. Idea quippe vocatur similitudo rei cognitę. similitudo autem dupliciter dicitur. primò secundum conuenientiam duorum in aliquo tertio, & hæc similitudo est secundum vniuocationem. Secundò, prout vnum dicitur similitudo alterius, quæ similitudo non concernit conuenientiam in quodam communi, quoniam similitudo seipsa est similis, non tertio. sicq; creatura dicitur similitudo Dei, vel econuerso. & ita similitudo est ratio cognoscendi, & appellatur idea. Veruntamen aliter est in nobis, aliterq; in Deo. In nobis nanque ratio cognoscendi est similitudo, & ipsum cognitum est veritas, quia in nobis est similitudo accepta à rebus, & impressa propter hoc, quòd intellectus noster respectu cogniti est possibilis, & non actus purus. Idcirco oportet, quod sit in actu per aliquod cognitiuũ, quod sit similitudo ipsius. Porro in Deo est econuerso, quoniam ratio cognoscendi est veritas, & cognitum, scilicet res creata est similitudo veritatis. Et quoniam ratio cognoscendi consistit primo in ipsa veritate, ideò ratio cognoscendi in Deo summè est expressiua, & quia quod maximè exprimit, perfectissimè assimilat cognitum cognitioni assimilatione conuenienti: hinc veritas ex hoc, quod facit cognoscere, est similitudo expressiua, & id ea, sed econtrario est in nobis: quoniam eo ipso, quòd est similitudo facit cognoscere.

Qualiter ideæ sint in Deo.

Dion. Ar.

Augustin.

¶ Ex his soluũtur obiecta. Deus enim cognoscit, dirigit, & regulat se p ideas, nõ quasi p aliquid realiter

Soluuntur argumẽta

liter distinctum à sua essentia. imò sua essentia est veritas prima, ratio summa, exemplar, species, & idea. Pluralitas quoque & distinctio idearum, non derogat simplicitati diuinæ: quia attenditur penes causata, & ideata, nec ponit diuersitatem in Deo, nec vna idea realiter est distincta ab alia. Hæc Bonauentura.

Tho. Aqu.

¶ Hinc Thomas: Quemadmodum, inquit, formæ artificiales habent duplex esse, vnum in actu, secundum quod sunt in materia: aliud in potentia, secundum quod sunt in mente artificis, non in passiua potentia, sed actiua: sic formæ naturales habent duplex esse, vt dicit commentator vndecimo metaphysicæ: Vnum in actu, secundum quod sunt in rebus: aliud in actiua potentia, secundum quod sunt in motoribus orbium, vt ipse ponit, & præsertim in primo motore, loco cuius dicamus in Deo. Hinc philosophi communiter dicunt, quòd omnia sunt in mente Dei, sicut artificiata in mente artificis. Ideo formas rerum in Deo existentes, vocamus ideas, quæ sunt sicut formæ operatiuæ.

Res naturales habent duplex esse.

Auerrois.

Dion. Ar.

¶ Vnde diuinus Dionysius quinto capitulo de diuinis nominibus loquens de ideis: Exemplaria, ait, dicimus sustantificas existentium rationes in Deo vniformiter præexistentes, quas theologia vocat predifinitiones, & diuinas, & bonas voluntates existentium prædeterminatiuas, & productiuas. Veruntamen per ideas habet Deus cognitionem nõ practicam tantum, sed etiã speculatiuam de rebus: quia cognoscit eas non solum secundum quod emanãt ab ipso, sed item prout in propria natura subsistũt. Idea etenim dicitur ab idos, quod est forma. sicq; idea quantum ad nominis proprietatem, æqualiter habet se ad practicam, & speculatiuam cognitionem. Siquidem forma rei in intellectu existens, principium est vtriusque cognitionis, qq̃ secundum vsum loquentium idea sumatur pro forma, quæ est practicæ cognitionis principium, secundũ quod ideas vocamus rationes entium exemplaris. Hæc Thomas in Scripto.

articul. 2.

¶ Quibus concordat, quod vndecimo metaphysicæ asserit commentator, quemadmodum omnes formæ naturales sunt in potentia in materia prima, ita sunt in actu in primo motore.

¶ At vero in prima parte Summæ quæstione decimaquinta scribit: Necesse est ponere in mente diuina ideas. Idea etenim Græcè, Latinè dicitur forma. Vnde per ideas intelliguntur formæ rerum præter ipsas res existentes. Forma autẽ alicuius rei præter ipsa existens, potest ad duo valere. Primò, ut sit exẽplar eius cuius dicitur forma. Secũdò, vt sit principium suæ cognitionis, secundum quod formæ cognoscibilium dicũtur esse in cognoscente. Et q̃tum ad vtrũq; necesse est ponere ideas, quia in oĩbus, q̃ nõ generantur à casu, oportet ponere formam esse finẽ gñationis cuiuscunq;. Agens aũt non agit propter formã, nisi inq̃tum similitudo formæ est in ipso, quod cõtingit dupliciter. In quibusdam namq; agentibus pexistit forma rei fiendæ, ſm esse naturale, sicut in his, quæ agunt per naturã, ut homo generat hoiem, ignis ignem. In quibusdã verò prexistit secundum esse intelligibile, ut in his, quæ agũt per intellectũ, sicut similitudo domus, pexistit in mente artificis. Et hæc põt dici idea domus, qm̃ artifex intendit asimilare domũ formæ, quam mente pcõcepit. Cũq; mundus sit factus à Deo per intellectũ, & nõ à casu, necesse est, q̃ in mente diuina sit forma ad cuius similitudinem mundus est factus, & in hoc rõ consistit ideæ, quæ nihil aliud est, q̃ diuina essentia. Deus enim secundum essentiam suam est ipsum rerum similitudo. Hæc Thomas in Summa.

Th. cõtra gentiles.

¶ Denique in Summa contra gentiles libro primo capitulo 53. Intellectus, inquit, diuinus nulla alia intelligit specie nisi sua essentia. cumq; essentia sua sit similitudo omnium rerum, sequitur quòd conceptio intellectus diuini, prout semetipsum intelligit, quæ conceptio est verbum ipsius, non solũ sit similitudo ipsius Dei intellecti, sed & omnium quorum diuina essentia extat similitudo. Deinde sequenti ibidem subiungit capitulo: Difficile videri alicui potest, quod vnum, & idem simplex, puta diuina essentia, sit propria similitudo, ac ratio diuersorum. Nam cum diuersarum rerum distinctio sit ratione propriarum formarum, quod alicui secundum propriam formam simile fuerit, oportet alteri esse dissimile. Inuestigãdum est ergo, qualiter Deus seu eius essentia queat esse propria similitudo, ac ratio singulorum. Nempe vt octauo metaphysicæ ait Philosophus, formæ seu species rerum se habent vt numeri, & similes sunt numeris. quemadmodum enim in numeris vna vnitate addita, aut subtracta, species numeri variatur: ita in formis specificis vna essentiali differẽtia addita, vel subtracta, species variatur. In his vero, quæ in se continent multa, nõ ita se habet intellectus sicut natura: quia natura nõ patitur ea esse diuisa, quæ ad esse rei exiguntur. Intellectus vero ea, quæ sunt in essentia coniũcta, potest diuisim considerare, ac sumere, dum vnum non cadit in ratione alterius. sicq; in ternario considerare potest binarium tamen, & in animali rationali id, quod est sensibile tantum, sicq; id, quod plura complectitur intellectus, potest concipere, vt rationem propriam plurimorum, apprehendendo quędam illorum sine alijs. Potest namq; accipere denarium, vt propriam rationem nouenarij vna vnitate subtracta, & consimiliter, vt propriam rationem singulorum numerorum infra incluſorum. Sic, & in homine accipere potest exemplar proprium animalis irrationalis, singularumq; specierũ ipsius, nisi differentias aliquas adderent positiuas. Hinc quodam Philosophus nomine Clemens, dixit, quod nobilio ra in entibus sunt exemplaria minus nobilium. Diuina autem essentia nobilitates, & perfectiones omnium entium in se comprehẽdit simplicissimo modo. Omnis verò forma tam propria, quàm communis, secũdum id, quod aliquid ponit, perfectio quædam est, nec imperfectionem includit, nisi inquantum à verò deficit esse. Intellectus ergo diuinus in diuina essentia comprehẽdere potest id, quod proprium est vnicuiq; rei intelligendo, in quo vnaquęque res suam essentiam imitatur. & in quo deficit ab eius perfectione. Itaque intelligendo suam essentiam, vt imitabilem, sic essentia diuina habet rationem ideæ: & intelligendo eam, vt imitabilem per modum vitæ, & non cognitionis, accipit eam, vt propriam formam, atque ideam plantæ: & intelligendo eam, vt imitabilem, per modum cognitionis, & non intellectus, accipit eã, vt formam, ideãq; animalis, & ita de alijs. Hinc eluceſcit, quòd diuina essentia eo quòd sit absolutè perfecta, accipi põt, vt propria ratio singulorum, & ita per eam Deus habet cognitionem propriam, ac perfectam de omnibus. Cumque propria ratio vnius distinguatur à propria ratione alterius, & distinctio sit pluralitatis principium, assignatur in intellectu diuino distinctio, ac pluralitas quædam rationum idealium intellectarum, secundum quod id, quod est in intellectu diuino, est propria ratio diuersorum. Cũq; hoc

Philoso.

Clemens philoso.

hoc sit secũdum quod Deus intelligit proprium re spectum alsimilationis quem habet vnaquæq; creatura ad ipsum, constat ꝙ rationes, seu ideæ rerum in intellectu diuino, nõ sint plures, neq; distinctæ, nisi secũdum quod Deus alia rõne condidit hominem, alia equum. Rationesq; rerum pluraliter esse dicit in mente diuina, in quo etiã saluatur aliqualiter Platonis positio ponentis ideas, secundũ quas, cũncta formantur, quæ in materialibus rebus existunt. Hæc Thomas ibidem. ¶ Concordat per omnia Petrus. ¶ Richardus quoq; hic cõsonans: Oportet, ait, quod causatum habeat similitudinem sui in causante, quoniam causa alsimilat sibi causatum. Hinc quinto capitulo de diuinis nominibus sanctus Dionysius contestatur: Causatiua habent causabilium quasdã imagines. Præterea beatitudo includit perfectam intellectus, & affectus quietationem, quæ non potest esse nisi in perfecta coniunctione cum simili. Nulla enim res quietatur in coniunctione cum suo dissimili inquantũ dissimile est. ergo in intellectu diuino oportet esse similitudinẽ creaturæ, quam vocamus ideam, qua cognoscit. Aliqui verò dicunt Deum non cognoscere creaturam per ideam, cum eam agnoscat per causam. sed hoc nõ multum valet, quia cognoscerẽ per ideam, & per causam stant simul, neque repugnant. imò effectus non cognosceretur per causas, nisi in causis similitudines essent effectum, per quas in causis relucent effectus. Vnde ideo Deus per seipsum tanquam per causam creaturas cognoscit, quoniam eo ipso, quòd est summa, & sufficiens omnium causa, sunt in ipso rerum ideæ, per quas relucent in ipso. Hæc Richardus.

Plato.

Richard⁹.

S. Dion.

Quæstio. Richard⁹.

¶ Deniq; circa hoc mouet Richardus hanc quæstionem. Vtrum diuinæ essentiæ tantum conueniat esse ideam, inquantum est cognita ut imitabilis à creatura. Videtur quòd sic, quia idea creaturarum est diuina essentia, inquantum apprehenditur ab intellectu diuino, ut similitudo creaturarum expressiua, & imitabilis ab eisdem, ergo de ratione ideæ est diuina essentia, ut à diutno cognita intellectu modo præfato. Ad hoc respondet Richardus: Idea tripliciter accipi potest. primo pro quidditate sensibilium, & naturalium rerum ab ipsis rebus realiter seperata, & per se subsistente. sicque Aristoteles imponit Platoni posuisse ideas tanquam exemplaria sensibilium rerum, necessaria ad eorum cognitionem, & productionem. sicque esse ideam nequaquam conuenit diuinæ essentiæ. imò sic non esse ponendas ideas probat Philosophus 7. metaphysicæ. Secundò sumi potest idea pro essentia creaturæ, ut intellecta ab intellectu diuino: quia essentia creaturæ sic intellecta à Deo, est aliquo modo exemplar suijpsius, ut est in esse realis, & actualis existentiæ iam producta, secundum quam significationem credunt aliqui Platonem posuisse ideas, quamuis secundum numerum specierum tantum. Sic quoque diuinæ essentiæ non conuenit esse ideã, Quamuis enim essentia hominis, seu cuiuscunque creaturę fuerit ab æterno à diuino intellectu apprehensa, & cognita, non tamen fuit diuina essentia, nec tam intrinsecus in Deo existens, sed sicut secundarium diuini intellectus obiectum. Tertiò sumitur idea secundum quod dicit intrinsecus in Deo, rationem cognoscitiuam creaturarum, & operatiuam earum, sicque (ut quibusdam videtur) dupliciter dr idea, primò ipsa diuina essentia, prout imitabilis à creatura. Alio modo, inq̃tum est intellecta vt imitabilis à creatura. & sic idea hoc primo mõ sumta priùs est fm rõnem intelligendi, q̃ secundo mõ accepta. Nã quia diuina essentia imitabilis est à creatura, ideo Deus intelligit eam, vt imitabilẽ à creaturis, non econuerso. & hoc primo mõ idea dicit respectum rõnis in Deo, in potentia ad creaturam, & connotat in creatura realem respectum in potẽtia ad Deum. sicq; pluralitas idearũ est pluralitas fm rationem in potẽtia. sic quoq; Deus cognoscit creaturã per ideam, inquãtum est quasi forma sui intellectus, sibi exprimẽs ea, à quibus est imitabilis. Secundo mõ loquendo de idea, sic dicit in diuina essentia respectum rõnis in actu ad creaturam, & cõnotat in creatura respectum rõnis in actu ad Deum, atque respectum realẽ in potẽtia. sicq; pluralitas idearum est pluralitas fm rõnem in actu. Et sic Deus nõ cognoscit creaturam per ideam, quia idea sic sumpta, præsupponit fm rõnem intelligendi cognitionem diuinę essentię, & creaturæ. Cognitio nanq; relationis fm rõnem intelligendi p̃supponit cognitionem vtriusq; extremi. Verũtñ Deus cognoscit creaturam in idea sic sumpta, inquantum intuendo se exemplar creaturæ, videt eã relucere in se. Nec idẽ est dicere, rem cognoscere p̃ aliquid, & in aliquo. Verum quia fm prædictã opinionem nõ tñ diuina essentia esset immediatũ diuini iutellectus obiectũ, sed etiam essentia creaturæ: hinc alij cõmuniùs dicunt, ꝙ diuinæ essentiæ nõ competet esse ideã, nisi inquantũ est intellecta, vt imitabilis à creatura: qñ. Deus per essentiam suam non cognoscit creaturã, nisi inquantum intelligit eam, vt à creatura imitabilem. sicq; in idea, & per ideam intelligit creaturam. Quamuis enim diuina essentia sub ratione ideæ nõ sit ratio cognitionis, qua Deus creaturam cognoscit, cum eadem cognitione cognoscat se, & creaturam, tñ est ratio per quam cõgnitio, qua ipse Deus cognoscit, respicit creaturam tanquam secundariũ obiectũ. Et hoc forsitan ẽ, qd̃ alij dicere volũt, dicẽdo, ꝙ ẽ rõ, qua Deus cognoscit creaturã, nõ p̃ cõparationẽ ad actum, sed ad cognitũ. Hæc Richardus.

Idea tripliciter accipitur.

Philosop.

¶ Insuper Vdalricus in Summa sua libro secundo: Idea, inquit, in Deo esse probatur per illud Iohannis: Quod factum est in ipso, vita erat. Dicitur autem idea forma, & secundum Platonem forma dicitur quasi foris manens per seperationem à materia, in qua non habet esse nisi materiale, non verò formale. Vnde & formas in materia existentes dixit non esse veras formas, sed verarum formarum imagines causatas ab illis. sicq; idea propriè dicit practicam formam. Et quamuis Deus cognoscat res tam practica, quàm speculatiua cognitione, tamen ideæ propriè dicuntur secundum notitiam practicam. Ideæ ergo sunt practicæ rerum rationes in intellectu diuino, in quo sunt lux, quæ lux est pura, & prima formarum omnium forma. in qua luce est, quicquid perfectionis est in creaturis, quam vnam, & simplicem diuersæ rerum perfectiones diuersimodè imitantur participando. Hinc lux illa est prima omnium rerum idea, & formæ rerum in ipsa sunt non per inhærentiam, vt diuersæ ab ea, nec compositionem faciunt cum eadem. Imò sunt ibi per omnimodam simplicitatem, atque identitatem. Hinc lux illa est diuina essentia. sed quia idea super essentiam addit rationem practicæ formæ, & exemplaris, quam res diuersimodè imitatur, ideò præter diuersam realem relationem rerum ad ipsam, diuersas accipimus relationes rationis in ipsa, secundum quas ita est communis idea omnium, quod singulis est propria. Vnde ad Hebræos legitur: Fide intelligimus apta esse decula-

Vdalricus

Iohan. 1.

Hebræ. 11.

vt

vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Vbi per inuisibilia intelliguntur exemplares, idealesq; rationes omnium rerũ in mẽte diuina, ex quibus formata sunt omnia. Idea quippe tripliciter consideratur. Primò secundum id, quod est, & sic est vna, ac simplex Dei essentia. Secundò, prout est obiectum practicæ cognitionis. sicq; rursus est vna in Deo, qui plura, imò & omnia vno actu cognoscit. Tertio, vt est causa exemplaris, & sic pluraliter significatur: quoniam non significatur secũdum id quod est, sed fm respectum ad ea, quorum existit principium qui respectus plurificatur fm multitudinem principiatorũ, quę; pluralitas est tantum multitudo rationis, & consignificati, ex significatione realis relationis aliorum ad ipsum. Qualiter autem vna, & simplex Dei essentia posit esse idea, & exemplar multorum, ac diuersorum, sanctus Dionysius 15. capitulo de diuinis nominibus ostendit per multa exempla. Primum est in vnitate, in qua omnis numerus vniformiter præexistit, & vnitur: & inquantum ab ipsa procedit, tantũ distrahitur, & in multitudinem agitur. Secundum est, ꝙ centrum habet in se vniformiter lineas vniuersas, quæ ab ipso ad circunferentiam deducunt, ac quanto sunt centro propinquiores, tanto plus, & inter se. & in centro vniuntur. & quanto plus distant à centro, tanto plus elõgantur etiam à se. Tertium est, quòd in omni natura totorũ, sed in natura vniuersali, & in virtute, ac motu motorum cælestiũ, atq; mobilium, rationis ois particularis naturæ vnitæ sunt, & secundum processum ab ipsa diuersificantur. Quartum est, ꝙ in anima sunt vniformiter omnes potentiæ, quibus prouidet corpori. qua secundum processum ab anima, in diuersa organa multiplicantur. Quintum est in sole, qui vno solo lumine agit, & generat hæc terrena. propter quod vniformiter, & causaliter præhabet ea in se. Ex quibus beatus Dionysius concludit: Magis in causa omnium exemplaria præexistunt secundum vnam supersubstãtialem vnitionem. ¶ Præterea hanc ideam diuersa nomina consequuntur, quia vocatur idea, exemplar, ratio, species, paradigma, mundus, archetypus. Vocatur nanque idea. i. prima forma sicut hyle. vocatur prima materia, ga idea est forma omnium formarum, cuius participatione formalitas omnibus eis ineſt. Exemplar, inquãtum ipsam omnia imitantur. Ratio, inquantum est similitudo rerum in intellectu. Species inquantum est medium cognoscendi. Paradigma, inquantum secundum respectum eius ad rem Deus operatur. Paradigma enim dicitur à para, quod est iuxta, & dogma, quasi docens operari. Vocatur item mundus archetypus à Platone in Timæo, id est, principale exemplar, ab archos quod est princeps, & typus, quod est exemplar. Nec ista dicendo incidimus errorem Platonis, qui posuit duplices ideas, videlicet formas quasdam seperatas ante rem existentes, quæ sint principia scientiæ, generationisq; rerum, nec sunt in mente diuina, sed sint lumen effluens a prima causa, quod lumen esset omnium formarum hypostasis, sicut lumen corporale omnis coloris. Sed has ideas Philosophus reprobat primo metaphysicæ, dicens vaniloquium esse, poeticasq; metaphoras, ponere eas. Alias ideas posuit Plato in mente diuina, vt patet in primo Timæi, vbi asserit Deum operari ad extra ad exemplum syncerç, atque perpetuę & incommutabilis proprietatis, & rationis, non ad exemplar factum, aut elaboratum, seu aliunde acceptum. Cui positioni Aristoteles consentit, nec contra hoc aliqua obiectionum suarum procedit. sicq;

Qualiter simplex essentia Dei possit esse idea diuersorum. Dion. Ar.

Idea diuinã diuersa nominacõ sequuntur

Philosop.

Platonis ideæ.

Augustinus in libro de ordine ait: Non errauit Plato ponens intelligibilem mundum, quem appellauit immutabilem, sempiternamq; rationem, qua fecit Deus hunc mundum: quam qui negat, sequitur ut dicat Deum irrationabiliter feciſſe, quę fecit. Clemens vero Philosophus dixit exemplaria non esse in Deo, nec seperata, sed principaliora inter entia esse exemplaria aliquorum, quod decimoquinto capitulo de diuinis nominibus sanctus Dionysius reprobat, quoniam, & ipsorum principaliorum exemplaria oportet esse in Deo, nec ipsa principaliora in rebus sunt omnino perfecta, sicut exemplar diuinum dicit formam prorsus perfectam, nihil materialitatis habentem. Scriptura nanque dicit creaturas nobis esse ostensas à Deo, non vt curramus post eas, sed per earum proportionalem cognitionem surtum erigamur in omnium causam finalem.

Augustin.

Clementis philosophiopinio de ideis.

¶ Amplius, sicut diuinus Dionysius docet ibi de ratione primi exemplaris, puta ideæ, sunt sex. Primum, quod est similitudo, ꝙ species exemplatorum. Secundum, quòd sit foris extra res omnes. Tertium, quòd sit in Deo secundum rationem intellectus practici, qui voluntatem includit. Quartum, quòd sint priora cunctis creatis, quia æterna sunt, & non facta. Quintum, ꝙ se habent instar intellectus in quo sunt, quia pura inuariabilia quemadmodum mens diuina. Sextum, ꝙ sunt causa entium productiua. Hæc Vdalricus.

Dion. ar. Sex quisita ad rationem primi exemplaris. i. ideę.

¶ Præterea de his multa scribit Durandus, qua præinductis consona non videntur. Nam inter cętera loquitur: Non omnis forma intellectualis potest dici idea, sed solum illa, ad cuius similitudinem est aliquid producibile. Propter quod sanctus Dionysius ideas exemplaria vocat.

Durandus

¶ Seneca quoque in epistola ad Lucilium dissertuit: Idea est exemplar, ad quod artifex aspiciens operatur. exemplar autem est, ad cuius similitudinem aliquid fit, aut factibile est. Idea ergo est forma, seu ratio, ad cuius similitudinem agens per artem aliquid potest producere. Sunt autem ideæ prorsus fimè in Deo. Res enim habent esse sex modis. Primò, in potentia materiæ. Secundò, in suis causis agentibus, in quibus virtualiter præexistunt. Tertiò in seipsis, dum actualiter sunt productæ. Quartò, in intellectu nostro cognoscente. Quintò, in intellectu motorum orbium, quoniam opus naturæ est opus intelligentiæ. Sextò, in intellectu diuino. Nulli autem esse rei iam tacto conuenit ratio ideæ nisi sexto, quia esse rerum in materia, est potentiale. Idea autem est quid primum principale, & inuariabile. In Deo autem quatuor considerantur, videlicet intellectus, & ratio secundum quam intelligit, actus quoque intelligendi, & res intellecta. puta obiectum, quarum tria prima sunt idem in Deo. & etiam quartum, loquendo de primo, & principali eius obiecto, quod est diuina essentia. non autem loquendo de secundario obiecto. quod est creatura. Inter hæc solum obiectum potest habere rationem ideæ, quia idea est exemplar ad quod artifex aspiciens operatur. Id autem ad quod inspicit intellectus, est eius obiectum, nihilque aliud, nisi vt habet rationem obiecti. In nobis quoque idea secundum quod nomen ideæ aliquo modo locum habet in nobis, non est ratio, seu species intelligendi. quæ non est ipsa res intellecta: quia ad rationem, & speciem intelligendi sic sumptam, nunquam inspicit intellectus artificis. idcirco in nobis idea est ipsius intellectus nr̃i obiectũ.

Seneca.

Vnde, & in Deo proportionabiliter est dicendum, quòd scilicet idea in ipso non est ratio, & species intelligendi, sed ipsum obiectum, quod in Deo est duplex, videlicet primum, & principale, quod est diuina essentia: & secundarium, quod est res creabilis, vel creata. Ideò inquirendum quid horum habeat rationem ideæ. Et videtur prima facie, quod res creabilis, vt intellecta a Deo, sit idea suipsius, vt producibilis est ad extra. Idea nanque est ratio rei apud intellectum existens obiectiuè, ad cuius imitationem est aliquid producibile, sed creatura, vt intellecta à Deo, ita se habet ad seipsam, vt producibilem, vt ratio apud intellectum obiectiuè existens, ad cuius imitationem est aliquid producibile. Nam idem vt productum, imitatur seipsum, vt intellectum produci, i. vt intellectualiter apprehensum, vt producatur. Sic enim, & non aliter producitur res, sicut præintellecta fuit produci. ergo creatura, vt à Deo intellecta, est idea suipsius, vt est producibilis, aut producta. De diuina vera essentia an habeat rationem ideæ respectu creaturarum, dicēdum quòd non nisi imperfectè, quoniam creatura diuinam essentiam imitari non potest nisi imperfectè, vt potè secundum analogiam, & quandam proportionem, non autem vniuocè, nec secundum genus, nec speciem. Hæc Durandus.

¶ Qui etiam dicit quidditates rerum secundum rationes, & perfectiones earum specificas, ac proprias eis, non posse diuinam habere essentiam pro idea, quia non possunt se habere ad Deum nisi obiectiuè. Iterum ait quod ideæ non sunt in Deo ponendæ, vt sint principium cognoscendi, & item quòd Deus non intelligit res per suam essentiam, prout sua essentia est exemplar, aut similitudo eorum, sed vt est causa ipsarum.

Dionysius ¶ In his verbis Durandi plurima continentur, non solum repugnantia solidis, & sapientialibus scriptis præcipuorum doctorum, Alexandri, Thomæ, Alberti, Bonauenturæ, & cæterorum nunc præfatorum, sed etiam verbis diuinis simi, sacratissimi, & theologicissimi Dionysij, illuminatiq; Augustini aliorum quoque sanctorum. Præfati quippe doctores ex his, quæ magnus Dionysius quinto capitulo de diuinis scribit nominibus, probant, quòd exemplaria, seu ideæ in Deo sunt quid increatum, & substantificatrix ratio creaturarum, & forma omnino perfecta, nil habens materialitatis: quorum nullum conuenit creatæ essentię, vt intellectæ à Deo, quæ solum obiectiuè se habet ad Deum, nec realiter idē est cum diuina essentia, sed cum natura creata, ita quod eadem, vt intellecta, est exemplar suipsius, vt producibilis, seu producta.

Alexāder ¶ Alexander quoq; irrefragabilis doctor, ex verbis sanctorum Dionysij, & Augustini ostēdit, quòd idea in Deo verè, & propriè est ipsa ars, ac sapiētia creatoris. Ex quorum etiam verbis Thomas, Albertus, Bonauentura, Petrus, Richardus, Vdalricus declarant, & probant, quòd idea in Deo est diuina essentia, vt imitabilis intellecta. Porro quod ait Durādus solum obiectum habere rationem ideæ, quia idea est exemplar, ad quod artifex inspiciēs operatur, id autem, quod inspicit intellectus, est eius obiectum, nihilq; aliud nisi, vt habet rationem obiecti: hoc inquam faciliter reprobatur. Intellectus etenim inspicit, tam obiectum, q̄ similitudinē, seu speciem intelligibilem, per quā illud intelligit, sed obiectum inspicit, vt quod intelligit, intelligibilem vero speciem, vt quo intelligit. Omnis enim cognitio, præsertim qua quis alia à se intelligit, est per similitudinem cogniti. Et quamuis quis per suam essentiam se intelligat, hoc tñ est prout essentia sua est sibi loco intelligibilis formæ. Artifex autem in seipso aspicit ad formam exemplarem sibi inhærentem, & iuxta eam opus producit, quod etiam ex scriptura probat canonica, quia in Exodo legitur dñs Mōsi præcepisse: Inspice & fac iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Ideò male sonare censet, quod ait Durādus, quod etiam in nobis intellectus artificis nunquam inspicit ad rōnem, seu speciem intelligendi, quę species est exemplar. Ex quibus patet verum nō esse, quod ait Durandus, ideam esse rōnē rei existentem apud intellectum obiectiuè. imo dico, q̄ idea ē rō rei in intellectu existēs formaliter. Et quāuis in mente diuina non sit inhærenter sicut in mente creata, est tñ in ea verè formaliter eo modo, quo sapientia, veritas, iustitia, ars, scientia, dicuntur formaliter, & propriè esse in Deo. ¶ Insuper quāmuis creatura non imitetur diuinam essentiam nisi imperfectè, tñ imitatio illa sufficit ad rationē ideæ propriè dictæ, prout de ea sancti loquuntur. Quem admodum etiam sufficit ad rationem imaginis, ac similitudinis, qua intellectuales creaturæ dicuntur ad summæ trinitatis imaginem, similitudinemque productæ. Imò, & quædam creatura vocatur signaculum similitudinis Dei. Quod demum Durandus dicit, quidditates rerum specificas non posse habere diuinam essentiam pro idea, nil penitus valet: & ratio, quā adducit, est nulla. Imò eo ipso, quo quidditates rerum per rationē suam specificam, & propriam differentiam imitantur ſm certū gradū perfectionem diuinæ essentiæ, & eius bonitatē participāt, habēt ipsam essentiā p idea, sicut ex oībus prēallegatis eluceſcit doctoribus. ¶ Amplius, quòd ait ideas non esse principium cognoscendi, nec Deum intelligere creaturas per suam essentiam, vt est similitudo, & exemplar illarum, iam ex verbis Bonauēturæ, & aliorū euidenter est reprobatū. ¶ Amplius, creata essentia, vt intellecta à Deo, nullatenus pōt esse exemplar suipsius, vt producibilis, aut productæ, nisi fontaliter ex institutione increatę sapientię increatiq; exemplaris existentis in mente diuina, quæ naturas instituit rerum, & quid vnicuique debeat conuenire, p̄finiuit, & determinauit in semetipsa. Vnde, & res creatæ dicuntur veræ, inquantū conformantur, & correspondent huiusmodi suæ rationi ideali in mente diuina. Cum ergo iuxta documēta sanctorū, potissimè Dionysij, & Augustini, idea sit propriè prima principalis atque simpliciter fontalis forma, ac ratio exemplaris, videtur mihi quasi oppositum in adiecto, & implicatio quædam, dicere, q̄ obiectum secundarium, seu creata, creabilis ve essentia, vt diuinitùs intellecta, sit propriè idea, & magis propria, quàm diuina essentia, vt à diuino intellectu imitabilis intellecta.

¶ Veruntamen iam clariùs demonstrabo præfatæ opinionis errores, & quòd ideæ secundū doctrinam sanctorum sunt increatę similitudines, exēplares q; rationes in Deo formaliter existentes, & non ipsæ res, seu naturæ creabiles, aut creatæ, vt intellectæ à Deo, & solum obiectum existentes in eo.

S. Dion. ¶ Magna est apud Theologos diuini & magni Dionysij auctoritas, vtpotè viri sanctissimi, ab ipsis Apostolis, & Apostolicis viris, p̄sertim à Paulo Apostolo eruditi, imò à sp̄usancto copiosissimè uncti, illuminati, & inflāmati. Hic itaq; s. c. li. de diuinis nominibus tractās, ac dispurās de ideis, inter cętera loquit: Per se vita est principiū viuentiū, & per se similitudo est principiū similium, ſm quod similia sunt:

& per

& per se vnitio principiū unitorum, ſm quod sunt vnita: & per se ordinatio principium est ordinatorum, ſm quod sunt ordinata. Et quod dixi de his, etiam de alijs ideis seu archetypis formis, uidelicet æternis rationibus uerbi, est sentiendum. Verbi gratia, per se bonitas, per se ueritas, per se ęternitas, per se uirtus, & similia, quæ simpliciter, & æternaliter consistunt in uerbo Dei, & primordialiter causant existentia omnia. Ecce in uerbis his illuminatissimus, ac feruentissimus Dionysius ideas uocat rationes æternas, & formas archetypas, idem, principales similitudines rerum, moxq; exemplificās de eisdem, nominat per se bonitatem, per se ueritatem, per se æternitatem, per se uirtutem. Nec dubium quin per se bonitatem, intelligat bonitatem diuinā, & increatam, imparticipatam, & independentem, omnium causatiuam, quæ est ipsemet Deus, naturaliter, & interminabiliter bonus. & idem dicendum, ac sentiendum de per se ueritate, de per se æternitate, de per se uirtute, ac alijs. Ex quibus monstratur propositum, quòd scilicet ſm S. Dionysij intentionem, ideæ propriè appellentur increatæ similitudines, rationes, formæ, & species rerum creatarum, in mēte diuina uerè, ac formaliter existētes eo modo, quo sapientia, ueritas, bonitas, asserūtur formaliter esse in Deo. Et hoc rursus probatur, quoniam in eodem ait capitulo: Exemplaria in Deo dicimus substantificas rationes existentium omnium in simplici uerbo Dei ęternaliter prę existentes, quas Apostolus ad Romanos innuit dici debere prædestinationes, & uoluntates diuinas, quæ efficiūt, & distinguunt entia omnia, secundum quas diuina supersubstantialis essentia omnia prædiffiniuit, & ad esse perduxit. Ex his denuo innotescit, exēplares rationes mentis diuinæ esse increatas dispositiones, & præconceptiones causales, sapientiales quoq; præordinationes uniuersorum in Deo. quo constat, qđ sint principium cognoscendi formale, & exēplare. quia disponere, prædiffinire, præordinare, actus sunt sapientiæ. Tertiò demonstratur hoc ipsum ex his, quæ ibidem princeps subiungit Theologorum, cuius auctoritas non est minor apud Theologos, quàm Aristotelis apud Philosophos: Quamuis beatus Clemens, inquantum Philosophus, opinatus sit, quòd principales causæ, quæ in ipsis rebus sunt, & creatæ sunt, aliqua ratione dicantur exemplaria rerum: illæ tamen causæ non dicuntur propriè exēplaria rerum, ut per se, sed ipsæ sunt causaliter ab æternis exemplaribus uerbi, quæ propriè, & perfectè causant omnia, ut meritò Deus tanquam causa omnium adoretur. In quibus uerbis apertissimè edocetur, quòd exemplaria, seu ideæ sint ipsemet Deus, quia ideis ascribitur, quòd perfectè causant cuncta, ac propriè, quod soli conuenit Deo. Vnde, & Sanctus Dionysius asserit causas creatas non esse exemplaria appellandas, quia ab æternis exemplaribus uerbi producta sunt. Sicque solas increatas rerum rationes, & similitudines uult propriè exemplaria, & ideas censeri, ac appellari. Quod item ex alijs eius auctoritatibus posset euidenter, multipliciterque probari, sed breuitati studendum est.

Nota de S. Clemēte. ¶ Apparet demum ex his, quod Clemens ille, de quo iam mentio facta est, fuit S. Clemens beatissimi Petri discipulus, qui Clemēs ante suā conuersionē fuit magnus Philosophus imò, q̄ excelles Astronomus fuerit, in eius Itinerario innotescit, nec uidet errasse in eo, quod dixit, qa sicut iā ex uerbis S. Thomæ ostensum est, hoc ipsum, quod dixit, aliquo modo extitit verum. Et quamuis Vdalricus dicat eum non posuisse exemplaria in Deo, nequaquam tamen putandum est, quòd non posuerit in Deo ideales omnium rationes. & forsan nomine exemplaris, speciali usus est modo. Nam & Platonici nomine ideæ uti solebant pro forma producta.

Proclus. ¶ Vnde Proclus Platonicus in Elementatione sua theologica in commento theorematis nonage simiseptimi ait: Si enim primordialis causa præcedit ordinem vniuersum, & omnia coelementalia ad ipsam coordinantur, palam quòd ipsa dat omnibus vnam ideam.

Augustin. ¶ Nunc idem monstrabo ex dictis beati Augusti ni, qui in libro octogintarium quæstionum effatur: Ideas Plato primus appellasse perhibetur, & quamuis ipse primo usus sit nomine illo, non tamen res significata per nomen hoc, ante fuit omnino ignota. Siquidem tanta vis constituitur in ideis, vt nisi his intellectis, sapiens esse nemo possit. Sunt nanq; ideæ principales quædam formæ, vel rationes rerū stabiles, atque incommutabiles, quæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ sunt, semper eodem modo sese habentes, quæ diuina intelligentia continentur, cum ipsæ nec oriantur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne, quod oriri, & interire potest, & omne quod oritur, & interit. Ex hac beati Augustini descriptione ostenditur, quod ideæ sint rationes, & similitudines entium increatæ: quia vt ait, nequaquam formatæ sunt, sed æternæ. naturæ autem creatæ formatæ sunt. imò, & vt intellectæ à Deo, ab idealibus rationibus creatoris suas suscipiunt rationes, vt tactum est. Denique quod ideæ sint principium cognoscendi, ac gubernandi creata, pandit Augustinus, dicendo: Quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse? quod si dici, & credi rectè non potest, restat, quòd omnia rationabiliter sint condita.

¶ Hoc autem Augustinus deprompsit, ad demonstrandum, quòd nisi concedatur Deus omnia per ideales formas, exemplaresq; rationes fecisse, sequitur quod irrationabiliter fecerit ea: ergo ratio idealis, seu exemplar est cognitionis, imò & sapientialis rationabilisque productionis principium, similiter & gubernationis, quæ est actus prudentiæ. Ad quod declarandum loquitur Augustinus: Quis vera religione imbutus audeat negare, omnia quæ fiunt, & aguntur, suosque cursus certo moderamine celebrant, summi Dei legibus contineri, & gubernari? ideò cuncta proprijs rationibus sunt creata.

¶ Rursus quod istæ rationes ideales sint verę in Deo, & quòd ipse ad earum intuitum operatur, manifestat Augustinus addendo: Has autem rationes vbi esse arbitrandum est, nisi in mente creatoris? Non enim quicquam extra se positum intuebatur, vt secundum illud constitueret, quod agebat. Quo patet, quod idea sit cognoscendi principium. Vnde & alibi asserit Augustinus, quod qui negat mundum archetypum, negat filium Dei. Filius autem Dei est emanatio intellectus, & in eo pater omnia intuetur.

¶ Rursus, in libro de ordine contestatur: Plato non errauit intelligibilem ponens mundum, & vocans eundem sempiternam, atque incommutabilem rationem, qua Deus fecit hunc mundum.

Boethius. ¶ Idem probatur auctoritate Boethij, qui Platonis sententiam metris expressit, dicendo:

O qui perpetua mundum ratione gubernas,

Ideæ sunt increatæ rerum similitudines formaliter in Deo existētes.

Roma. 8.

Exod. & 26.

Iezec. 28.

Quidditates specificæ hñt diuinā essentiā p idea.

August. S. Dion

Et post pauca.

Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus, verum insita summi
Forma, boni liuore carens. tu cuncta superno
Ducis ab exemplo, pulchrũ pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens similiq; in imagine formans.

Metr. 9. lib. 3.

Ex quibus constat, ꝙ creator altissimus intelligibilem, atq; archetypum mundum intra se intuetur, & ad eius imitationem molitus est mundum sensibilem, ad suæ mentis exemplar respiciens.

Anselmus

¶ Hoc quoque Anselmus in Monologion suo protestans: Nullo, inquit, modo potest aliquid ab aliquo rationabiliter fieri, nisi in facientis ratione præcedat aliquod rei faciendæ quasi exemplum, siue aptiùs dicitur forma, vel similitudo, aut regula. Illa autem forma, qua in creatoris ratione res creãdas præcesit, quid aliud est, quàm quædam rerum in ipsa ratione locutio? Velut cum faber facturus aliquod suæ artis opus, illud priùs intra se dicit mẽtis conceptione. & hæc ratio, atque locutio rei in Deo est ipsa Dei essentia, & similitudo est rei. Istud Anselmus diffusè prosequitur.

Plato.

¶ Denique his concordant præcipuorum dicta philosophorũ. Ait enim Plato in primo Timæi: Certè dubium non est, ad cuiusmodi exemplum animaduerterit mundani operis fundamenta constituens Deus, vtrum ad immutabile perpetuamque obtinens proprietatem, an ad factum, & elaboratum. Nam si, vt quidem est, pulchritudine incomparabili mundus est, opifexque & fabricator eius est optimus, perspicuum fit, quòd iuxta synceræ, atque incommutabilis proprietatis exemplum, mundi fit instituta molitio. Auicebron quoq; Auicebrõ Platonicus in libro fontis vitæ fatetur, patrem vniuersorum Deum, omnia iuxta verbum intus conceptum egisse. Ex quibus ostenditur, Deum in rerũ productione ad increatam, & æternalem rerum rationẽm, similitudinemq; prospicere, quę similitudo ac ratio est diuina essentia, primum & immediatũ diuinæ obiectum essentiæ, nõ res creabilis, aut creata. ¶ At vero Scotus mouet hanc quæstionem, vtrũ Scotus Quæstio in Deo sint relationes æternæ ad omnia scibilia, vt quidditatiuè cognita. Videtur ꝙ sic, quia ſm Aug. Augustin. ideæ sunt formæ æternæ in mente diuina, & non absolutè, ergo respectiuè: & non nisi ad alia è se, vt qd ditatiuè cognita: ergo distinguuntur secundum distinctionem illorum. Item Auicenna 8. metaphysicæ suę concedit in Deo esse relationem, vt intelligẽtis ad formas intellectas. Præterea Deus nouit distinctè alia à se, & non nisi per distinctas rationes cognoscendi, & illæ non possunt esse absolutè. Amplius, ſm Augustinum: Oĩa in Deo sunt vita, non vita creata, sed creatrix: quod non est verum loquendo de obiectis formaliter in se, ergo de rationibus ipsis formalibus. Contra, actus rectus estante actũ reflexũ. ergo Deus priùs intelligit alia, q̃ intelligat se intelligere, ergo si istæ relationes essent in Deo, essent in eo ex natura rei, & nõ per actum intellectus considerantis illam intellectionẽ. Quod aũt in Deo est ex natura rei, & non vt cognitum, est reale. sicq; in Deo esset realis relatio idealium rõnum, & ad cognita & per consequens realis distinctio earum ab inuicem. Præterea, qua ratione essent in Deo relationes æternæ ad oĩa cognita, pari rõne ad oĩa volita: & tũc illę relationes essent reales, qñ Deus prius vult alia à se, q̃ intelligat se velle ea. ¶ Circa istã quæstionem notãdum, ꝙ ad intellectionẽ alicuius tria videntur concurrere, ſ. obiectũ cognoscibile, ipse intellectus, & rõ cognoscendi. Ponunt ergo aliqui relationes æternas esse in Deo ad alia à se cognita simplici intelligentia, & quòd illæ relationes sint in diuina essentia, vt est rõ cognoscendi, propter hoc, quod est rõ cognoscẽdi plura, vel prout rõ illa appropriatur aliquo mõ illis pluribus obiectis cognitis, quod eiam confirmatur, quia cognitio fit per simile. ergo rõnem cognoscendi oportet habere ali quam propriam rõnem similitudinis ad cognitum. Propter istam determinationẽ, & asſimilationẽ rõnis cognoscendi ad obiectũ, ponunt relationes æternæ tanq̃ rõnes determinates essentiã, vt est rõ intelligendi, & vt ipsa essentia sit destinctè similis obiectis cognitis. Alij dicũt, ꝙ relationes illæ sunt in essentia Dei, vt est obiectum primũ cognitum, quod intelligitur omnino prima intentione indistinctum vt punctus. Verum ad hoc vt intelligatur per eã esse creatura, intellectus diuinus cõparat per ipsam essentiam primo cognitã ad creaturã sub rõne imitabilis. sicq; intelligendo essentiam, vt imitabilẽ, intelligit creaturam per illud obiectum primum sub tali relatione rõnis sic consideratũ. Est & tertia opinio ponens alia q̃dam. Porro contra cõclusionẽ in qua cõcordãt, videlicet ꝙ illæ relationes rõnis sunt necessariò in rõne obiectorũ, arguitur primo sic, Rõnes illę sunt cognoscibiles ab intellectu diuino. quęro ergo qua rõne cognoscẽdi. Si alijs rõnibus determinãtibus essentiam, vt est rõ cognoscendi, vel determinãtibus ipsam diuinã essentiã, vt est primum obiectũ respectu obiectorum secundorũ, procedet in infinitum: qñ iterũ ad illas rõnes intellectas ꝓcedent aliæ, sicq; nunq̃ aliæ rõnes intelligibiles sunt à Deo: qñ oportebit ipsum añ illas intellectas intelligere alias infinitas, ergo oportet stare, & dicere, ꝙ istæ rõnes intelligi possunt à Deo per essentiã suã, vt nudè acceptã, & qua rõne illa poterunt cognosci per essentiã, vt est essentia nudè, pari rõne, & ipsa secundaria obiecta: quia ita videntur istæ rõnes habere rõnes distinctorum obiectorũ. Secundò, qñ se queretur, ꝙ diuina essentia haberet se per modum limitati ad id cuius est idea. Quod aũt est determinata, & limitata rõ cognoscendi aliquid, est rõ cognoscẽdi illud absq; omni respectu rei, & rõnis. Insuper contra secũdam opinionem arguitur: Oĩs relatio rationis, quæ est in aliquo obiecto ex hoc, ꝙ comparatur ad aliud, est in eo præcisè, vt est diminutum esse habens in intellectu, videlicet vt cognitum in cognoscente. ergo istæ rationes erunt in diuina essentia præcisè, vt habet diminutum esse in intellectu cõparante ipsam ad creaturam, & nõ vt essentia est aliquid in se. Præterea Deus naturaliter priùs est imitabilis à natura creata, quàm intelligat imitabilis. Nam quia imitabilis, ideò comparatur, vt imitabilis à creatis, non econuerso. ergo ante istã comparationem completam per intellectum essentię, vt imitabilis, est in essentia imitabilitas. ergo istę relationes in essentia non erunt primæ ad extra, qa aptitudinales priores sunt. Hinc dici potest, quòd relationes tertij modi differunt per se ab alijs duorum modorum; quia in tertio non est mutuitas sicut in alijs duobus. Idcirco in eo terminus relationis est quid absolutum. quemadmodum ergo obiectum intellectionis nostrę, terminat relationem ipsius, inquantum merè absolutum, & sic ipsa mensuratur per ipsum ita videtur cum intellectio diuina sit simpliciter mensura oĩum aliorũ à se intellectorũ, quòd alia præcisè referantur ad ipsam intellectionem diuinam, & ipsa terminabit relationem illorum sub ratione merè absoluti. Hæc Scotus.

Ad intellectionẽ tria cõcurrũt.

¶ Qui

Dionysius Ad argumẽta Scoti contra primã positionem.

¶ Qui propter motiua prædicta tenet opinionẽ iam ex Durando narratam. Ideò contra ipsius Scoti imaginationem non oportet hic amplius disputare, eo quòd omnia contra opinionem Durandi inducta, militent contra eam: sed soluenda sunt eius motiua, quæ nullius videntur esse vigoris. Ad primam ergo obiectionem, quam facit contra primã positionem, respondeo, ꝙ Deus gloriosus, & adorãdus vno, & eodem simplicissimo actu intelligit suã essentiam perfectè, & plenè, secundum omnem modum, habitudinem, & respectum, quo ipsa est intelligibilis. sicq; cognoscendo suam essentiam, cognoscit per eam, & in ea omnem rationem, qua à quibuscunq; creatis, & creabilibus imitabilis extat, & non cognoscit vnam rationem rursus per aliam, & ita in infinitum. Idcirco nõ itur in ifinitum. Nec tamen sequitur, ꝙ per essentiam diuinam, vt nudè acceptam, intelligantur producanturq; alia: quia cognitio est per asſimilationem, & vnumquodque intelligitur per similitudinem. Auctor quoque sapienti Proclus. aliter operans, causat effectum per formam, & rationem propriam ipsius. Vnde, & Proclus Platonicus subtilissimè probat, ꝙ omnis processio secundorum à primo, & conuersio eorundem ad illud, fit per similitudinem vtrorunq;. Sed & iuxta Aristo Philoso p. Plato. telem, producens producit simile sibi. Atq; vt asserit Plato in primo Timæi, operi dat formam opifex summus. ¶ Ad secundum respondeo, ꝙ iuxta doctores præallegatos, Alexandrum, Thomam, Albertum, & alios, diuina essentia vt huius, aut illius idea, ad 2. habet se per modum determinati, & limitati, non ꝙ simpliciter sit determinata, & limitata: sed inquãtum similitudo illius, vtpotè vt imitabilis ab illo, aut illo secundum certum, & limitatum gradũ perfectionis. Nec ideo sequitur, ꝙ diuina essentia sit ratio cognoscendi illud, aut illud absq; omni respectu rei, & rationis: quia essentia diuina non est similitudo alicuius illorum, nisi vt imitabilis velut taliter intellecta: quibus nominibus importatur relatio rei, aut rationis. Imo relatio rei in creato, & idea to, atq; relatio rationis in idea, & in essentia, vt sic intellecta. ¶ Deinde ad primam obiectionem factã Ad argumẽta Scoti contra secũdum positum. à Scoto contra secundam opinionem, dicendum, ꝙ infinitæ excellentiæ diuinæ nullatenus derogat, sed magis alludit, & consonat, ꝙ à nullo intellectu creato potest plenariè comprehendi, neque ab aliqua creatura perfectè imitari. propter quod sic habere esse diminutum in mente apprehendentis, & in natura imitantis, non obuiat excellentiæ diuinæ essentiæ, nec ꝙ illo modo fundantur in ea relationes rationis. ¶ Ad aliam dico, ꝙ in Deo altissimo ex Ad 2. sua natura, & quantum est ex parte rei, est summa, & infinita simplicitas, vnitas, atq; identitas, & non priùs neque posteriùs, nec distant in eo, nec differunt aptitudo, & actus, nec relationes in ipsis fundatæ. Ideo ante relationes ideæ, nõ est in Deo prior relatio ad creata. Itaque propter has, & similes persuasiones, non fuit, nec est à doctrina sanctorum de ideis præhabita recedendum.

Henricus.

¶ Insuper de ideis multa scribit Hericus in diuersis suorum locis quodlibetorum. Septimo equidẽ quodlibeto inquirit, vtrum quælibet res habeat propriam ideam in Deo, ad quod respondendo, simul Quæstio. respondet ad quæstionem, qua quæritur, an relationes, seu respectus habeant proprias ideas, an etiam fecundæ intentiones. Quo circa primò declarat qd August. sit idea. & sequitur Augustinum in libro 83. quæstionum, videlicet, ꝙ ideæ sint principales formæ, & rationes æternæ, vt dictum est ante: & ꝙ sint ipsa diuina essentia, in quantum est ratio, quam imitatur creatura. Deinde respondet, ꝙ intentiones secundę & formæ artificiales, non habent proprias ideas in Deo, sed solum ideas naturalium rerum, circa quas concipit intellectus intentiones secundas. & circa quas operatur ars formas artificiales, ita ꝙ Deus per simplices ideas naturalium rerum cognoscit intentiones secundas, artificialesq; formas, & violentas dispositiones, quæ fieri possunt circa illas ab intellectu, & arte. Et hoc ideo, quoniam omnes intentiones secundæ important formaliter rationem respectus rei, circa quam considerantur ad alia. Similiter non nisi rationem respectus important formæ artificiales: quoniam non consistunt nisi in ordine partium rerum naturalium, qui ordo non est nisi respectus quidam. Respectus autem siue relatio propriam ideam non habet, vt iam dictum. Porro rerum naturalium quædam dicuntur secundum se, quædam ad aliud. De primo modo sunt tantum res trium prædicamentorum, videlicet substantiæ, quantitatis, & qualitatis. De secundo modo sunt res aliorum septem prædicamentorum: quarum quia non est aliqua realitas propria, alia à realitate aliorum trium generum super quæ fundãtur: ideo dico, ꝙ relationes, & generaliter res septem prædicamentorum, aliorum à substantia, quantitate, & qualitate, non habent proprias in Deo ideas, alias ab ideis prædicamentorum super quorum res fundantur. Rerum vero naturalium, quæ sunt secundum se, & ad seipsas, quædam sunt essentialiter id, quod sunt secundum se, & ad se, quædam vero accidentaliter tantum. De primo genere tantum sunt quidditas, & essentiæ specificæ secundum rationem speciei specialissimæ. De secundo autem genere quædam sunt id, quod sunt secundum se, & ad se, accidentaliter: quoniam opere intellectus consideratæ, sunt in natura essentiæ specificæ, & abstractæ ab illa natura, vt sunt primæ intentiones generis, ac differentiæ, vt animalis, & rationalis in homine: vel quia opere agentis naturalis, seu supernaturalis productæ in esse in natura ipsius essentiæ specificæ, quemadmodum indiuidua contenta sub specie, vt Petrus, & Paulus sub homine. Res autem de vtroque modorum istorum, quia accidentaliter sunt id, quod sunt secundum se, & ad se, ideo dico, quòd neutra earum habet ideam in Deo. & specialiter genus, ac differentia proprias non habent ideas, quia non dicunt nisi rem eandem, quam species. Differunt enim solum secundum rationem completi, & incompleti. idea autem non est ratio nisi rei sub ratione completi in natura, & essentia, quæ non est nisi in specie specialissima. Similiter neque indiuidua sub specie, eo quòd nihil rei addunt super essentiam speciei ad id, quod est reale in ipsa, siue fuerit forma tantum sicut in angelis, non enim est alia ratio formalis angeli simpliciter, & angeli huius, quia non differunt nisi sicut indeterminatum, & determinatum, siue fuerit compositum ex forma, atque materia, vt in corporalibus. Indiuidua vero, quę sunt sub tali specie, compositum aliquid ex forma, & materia designante, sunt in duplici genere. Nam quædam est forma, materialis specifica, sub qua plures secundum numerum non sunt aptę fieri, vna secundum numerum, nec econtra, vt est forma hominis, inquantum homo. Quædam vero est in qua plures secundum numerum natæ sunt fieri, vna secundum numerum, & econuerso: imò omnia, quæ nata sunt illam formam participare, nata sunt fieri vnum secundum numerum: &

hoc quãtum est ex parte materiæ,illiusq; formæ, vt est forma continui.Omnia nanq; corporalia,seu habentia formam continuitatis in materia, quantum est parte materiæ continuitatis, quia eiusdem sunt rationis in omnibus, nata sunt esse vnum continuũ secundum numerum.Si autem sit forma primo modo,sit vt priùs,non est alia ratio illius speciei simpliciter,& indiuiduorum sub ipsa,vt hominis,& illius hominis.quare nec alia idea, vt est dictum de angelis.Si vero sit forma vna secundo modo,sic non est alia ratio ipsius formæ,seu speciei,vt secundum se, ac simpliciter consideratæ, & vt in indiuiduis sumptæ,nisi qualis est differentia formæ in toto homogeneo,& in partibus suis. Omnia enim habẽtia formam continuitatis in materia, quãtum est ex natura materiæ,& formæ cõtinuitatis, nata sunt vnum continuum secundum numerum fieri, quemadmodum omnis aqua nata est esse vna aqua. Sed ista indiuidua diuersa contingit comparare ad formam simpliciter duplici modo. Vno mõ, vt simpliciter est in materia. Alio modo,vt nata ẽ esse tota in vna materia numero . Si primo modo,sic vt priùs, non est alia ratio ipsius speciei, seu formæ continuitatis simpliciter,& indiuiduorum sub ipsa,sicut nec hominis, aut angeli, & indiuiduorum sub ipsis,vt sub vniuersali.quare nec alia idea.Si secundo modo,sic adhuc non est ratio formæ continuitatis simpliciter,& partium contentarum sub ipsa,vt sub toto integrali,quare nec alia idea. Atque per hunc modũ numeri de prædicamento quãtitatis propriam nõ habent ideam,sed solum illam, quæ est formæ continuitatis, in qua vnitates numeri aliquãdo erant continuatæ, aut natæ erant continuari, quãtum est ex natura materiæ, & formæ cõtinuitatis,licet non ratione vlterioris formæ, vt humanitatis,aut asinitatis, Numerus etenim propriè dictus, non est nisi multitudo ex vnitate profusa per diuisionem,s.cõtinui, vtpotè eius quod aliquando extitit sub vna forma cõtinuitatis,vel aliqñ natũ fuit existere,quãtum est de natura materiæ, & formæ continuitatis, quamuis formæ aliæ differentes specie sub eadẽ dividantur, numerumq; constituãt formarum essentialiter differentium sub forma communi. non aũt numerum simpliciter de prædicamento quãtitatis, qui numerus est eorum, quæ accidẽtaliter differũt. Sicq; qm vnitatum,seu partiũ eius non est alia forma essentialis , quàm sit in forma continuitatis in prima vnitate,à qua deciduntur,aut sunt natæ decidi, nec est differentia inter continuum, & discretũ, nisi ſm respectum quẽdam, & ordinem partium inter se, aliter se habentium in continuo,& discreto: quia in continuo copulantur partes ad cõmunem terminum,in discreto nequaquam. & hoc nõ cõuenit discreto ex natura alicuius positiui,quod addit super continuũ , sed potius ex natura priuatiui , in quo definit à continuo.Numerus enim ſm philosophum non habet esse,neq; intelligi nisi diuisione cõtinui:quia sic numerus,discretave quãtitas non addit super continuum, nisi rationẽ negationis,aut respectus partium adinuicẽ: ex quibus habet aliã mẽsurandi, q̃ quantitas continua.negationes vero, & priuationes non habẽt proprias ideas in Deo, quia non sunt natæ cognosci nisi per naturam habitus. Respectus quoque, vt dictum est,propriam non habet ideã.Hinc dico,ꝙ numerus propriè dictus,propriam ideam non habet. Imò nec numerus formalis plurium indiuiduorum sub vna specie specialissima, propter similem rationem vnitatis in forma speciei huiusmodi, sub qua indiuidua quasi quædã vnitates talis numeri continentur. Numerus demũ formarum, & specierum specialissimarũ nõ habet etiam propriã ideam,neq; ideam alicuius cõmunis super ipsas : qm̃ forma generis non habet propriã idea,sed solum habet ideas contentorum sub ipso: quia quot in eo , & sub eo vnitates , vtpotè species specialissimæ,tot sunt ideæ in Deo, corrñdentes ipsis speciebus,& numero earundem.Hæc Henricus. Dio. Car.

¶ Qui consequenter multa conscribit de ista materia,quæ suo poterũt loco tangi.Nempe & hic dicta pro magna parte ad sequẽtes pertinẽt quæstiones , in qbus clariùs eluceſcet, quid veritatis contineãt ista . Deniq; in prẽinductis ipsius verbis cõtinentur nonnulla obscura,iudicioq; multorũ nõ vera:sicut ꝙ ait , ꝙ septem prẽdicamentorum prædictorũ nõ est aliqua realitas propria,alia à realitate trium prædicamentorum, seu generum super,quæ fundãtur. Et item, ꝙ dicit septem genera illa dicere aliquid non ad se,sed ad aliud, quod soli prẽdicamento ad aliquid videtur competere.Veruntamẽ hoc aliquo mõ põt saluari, prẽsertim cum ex verbis Boethij libro de Trinitate habeat auctoritatem, & quidam magni doctores hoc dicũt. Item ꝙ dicit formas artificiales non importare nisi respectum,seu relationem,cum tamen ponantur in genere qualitatis . Et rursus,ꝙ asserit genera, & differentias , prout dicunt primas intentiones , indiuidua quoq; speciei specialissimæ,in prædicamento substantiæ, accidentaliter esse, ꝙ sunt, quia genera, & differentiæ sunt operatione intellectus . Nam, & natura speciei specialissimę non nisi operatione,& abstractione intellectus accipitur,seu cõsistit,nec ipsa, nec indiuidua aliquid de genere accidentis in sua ratione, vel intellectu includunt. alioquin non essent in prædicamento substantię . Certum est quoque, quòd nixta antiquorum doctrinam ens reale,& extra animam, diuidatur in decem prædicamenta , & quòd essentię prædicamentorum sunt impermixtę . Multa: his cõsimilia circa , & contra hæc tangi possent , de quibus prolixitatem deuitans pertranseo .

Philosop.

Soluũtur argumẽta initio quæstionis adducta.

¶ Ad primum ergo in principio quæstionis obiectum,est respondẽdum secundum Alexandrum, ꝙ sanctus Dionysius asserit Deũ nõ cognoscere per ideam, secundum quod Plato ponebat ideas extra mẽtem diuinam in seipsis subsistere.¶ Ad ſm, ꝙ malum culpæ cognoscitur per ideam boni contrarij , prout deficit ab eodem , sicut expositum est. ¶ Ad tertium Alexander respondet , quòd Deus cuncta cognoscit per vnum,hoc est,per suam essentiam.nihilominus per plures rationes , similitudines , seu ideas non realiter , sed secundum rationem distinctas,per respectum ad ideata. sic autem intelligentia non cognoscit omnia vnica forma , seu specie naturali cognitione. ¶ Ad quartum,ꝙ Plato in hoc deuiauit,nec theologica doctrina,aut sacra scriptura per philosophiam est mensuranda,aut corrigenda,sed econuerso,sicut & lumen naturale fallibile, per lumen supernaturale infallibile.

Ad 2.

ad 3.

ad 4.

QVAESTIO II.

Arguit. 1. contra veritatem. 2

SEcundò principaliter quæritur, *an in Deo sint plures ideæ,imo & omnium quæ cognoscit*. ¶ Primò apparet, quòd in Deo non sint plures ideæ, cũ idea,& diuina essentia idem sint . ¶ Secundò, quia pluralitas idearum non est nisi secũdum rationem, & relationem ad ideata.ergo non fuit ab æterno in Deo,ergo nec modo,cum nil noui possit esse in inuariabili illo ente. ¶ Deinde apparet,ꝙ in Deo non sint ideæ omnium,quæ cognoscit , quoniam Plato qui secundum beatum Augustinum primo induxit nomen ideæ,non posuit ideas generum, nec indiuiduorum,nec accidentiũ. ergo ista non hebent ideã in Deo. ¶ Item materia prima est pura potentia,ergo non habet ideam in creatore .

3

In oppositum.

¶ In contrarium arguitur, quoniam omnis creatura in aliquo imitatur diuinam essentiam. ergo diuina essentia,vt sic imitabilis ab illa,& repræsentatiua illis , est eius idea , prout ex præhabitis potest probari.¶ Secundò,qm̃ idea est ratio exemplaris in mente diuina , qua Deus omnipotens , & sublimis creaturam cognoscit . sed ipse vniuersa, & singula quantumlibet parua,& vilia clarissimè,ac distinctè cognoscit, ergo omnium horum ideæ sunt in ipso.

Albertus.

¶ Ad hoc respondet Albertus:Idea tripliciter cõsideratur. Primò secundum id,quod est,& sic est diuina essentia,& intellectus diuinus, & est vna duntaxat. Secundò,in comparatione ad intelligentem, seu operantem per ideam. & sic iterum non est plures,sed vna tantum: quia intelligens est vnum, & indiuisibile , intelligens per seipsum. Tertiò,per relationem ad opera,quorum est idea. & sic habet pluralitatem ex parte respectus ad illa. Hinc meo iudicio meliùs dicitur multorum idea , quàm multæ ideæ. Huius exemplum sanctus Dionysius ponit in centro circuli,quod est principium linearum egredientium ab ipso ad circunferentiam,& etiam principium circunferentiæ: quoniam tota circunferentia generatur ex ipso,& mouetur ex illo, vt astruũt sapientes, & ipsum est vnum secũdum id,quod est. & si ponamus in ipso esse motorem circũferentię & mouere per lineas,sicut radij ab axe circunferentiam mouent in rota , erit centrum in comparatione totius motus vnum. sed in comparatione ad lineas, quibus fit motus totius, erit multa secundum rationem.Estq; potius vnum multorum,quàm multa,tamen respectus multi erunt in eo,secundum habitudinem multorum ad ipsum . Vnde propriè significatur cum dicitur , ꝙ est vnum in se respectu vnius motoris,respiciens multa diuersimodè. Hæc autem multiplicitas respectuum causatur ab his, quæ sunt extra ipsum. Ideò ipsum in se non multiplicatur. Per simile istud intelligamus immobilem Dei naturam causantem, atque monentem totam mundialis machinæ rotam:& per lineas egredientes,intelligamus creata singula,quibus successione entium creatorum quasi circulari generatione mũdus moueretur.sicq; dicamus,ꝙ primum illud immobile vnum extat principium , tamen multorum à se egrediẽtium, & ꝙ principium nominat ipsum non secundum id,quod est,sed secundum respectũ ipsius ad id cuius est principium . Cumq; respectus ille plurificetur secundum multitudinem principiatorum,sequitur,ꝙ ideæ sint multæ,& rationes , sic tamen , quòd non sunt plures intellectus , & plura principia mouentia. Veruntamen non videtur mihi dicendum, quòd absolutè loquendo multæ sint ideæ,licet dicamus ideas consignificando pluralitatem . & quamuis concederemus plures esse ideas , non tamen ob hoc oporteret concedere multas , aut diuersas esse ideas, quia pluralitati sufficit quæcunque differentia, non autem multitudini. Cuius signum est, ꝙ in diuinis fatemur plures esse personas,non tamen propriè multas.Hæc Albertus.

Materia prima habeat ideã in Deo. Boethius. Auicenna.

¶ Qui etiam ad quęstionem,qua quęritur,an omnium sit idea,& materię primę:respondet,Deus cognoscit materiam primam,& facit eam immediatè per ideam materię. Quamuis enim secundum Boethium,& Auicennam , illa, quę sunt tantũ in potentia, sicut materia, vel semper permixta potentię secundum successionem sui de potentia in actum,vt motus,& tempus: vel permixta sic,ꝙ sunt potentia ad id quod contrarium est actui,in quo sunt, vt vacuum,& infinitum, sint à nobis non plenè intelligibilia:tamen à Deo plenissimè cognoscuntur. Idcirco ideam dico esse speciem efficientis, quam imitatur quantum potest effectus . Quædam autem imitantur illam secundum potentiam tantum,vt materia prima: quædam secundum actum permixtum potentiæ in successione,vt motus,& tempus:vel in quiete , vt vacuum , vel infinitum.quædam autem pertingendo ad formam determinatam in actu, vt creaturæ,quæ modo, specie,& ordine determinantur, propriæ naturæ determinantur. Hæc Albertus, à cuius responsione multum dissentire videtur prę inducta Henrici responsio .

Vdalricus

¶ Porro Vdalricus Alberto consentiens , scribit in libro Summæ suæ secundo : Sancti doctores in idea consignificant pluralitatem , vocando eas ideas,& nunquam dicunt in Deo esse plures ideas, significando pluralitatem . multo minùs debemus dicere multas ideas esse in Deo. Nam quamuis omnis pluralitas sit multitudo, secundum quod multitudo sumitur absolutè ꝑ coaceruationem ex vnis, secundum quod vnum opponitur multis:tamen secundum quod multum sumitur relatiuè,atque opponitur pauco, sic addit super pluralitatem, & numerum:quoniam omnis multitudo est numerus sine pluralitas,non econuerso:quoniam duo sic non sunt multum,sed paucum. Quamuis autem idea dicat respectum ad creaturam,non tamen ponitur in ter nomina temporalia dicta de Deo,quia designat rem prout stat in potentia,& prescientia Dei. Quãuis ergo pluralitas sit per respectum ad res,non tamen dicitur quod pluralitas rerum sit causa pluralitatis idearum. imo econuerso, pluralitas idearum causa est pluralitatis rerum, quoniam ex ideis causatur pluralitas naturarum. Diuina nanque essentia multis modis est imitabilis , & ideæ nil dicunt nisi diuinam essentiam sub ratione imitabilis diuersimodè.Hæc Vdalricus. Qui consequenter ostendit, quæ habeant ideam in Deo:Ideæ: inquiẽs, sunt formæ practicæ, secundum quas intellectus diuinus creaturas produxit,ac producit.cumq; irrationabiliter nil producat , oportet omnia creata habere ideas in Deo . Veruntamen in quibusdam propter eorum perfectionem difficile est videre , qualiter ideas habeant in Deo, quorum vnum existit materia,quæ omnino intelligitur sine actu,& forma, cũ tamen idea sit formalis perfectio . Attamen cum idea sit species causæ efficientis,quam effectus imitatur secundum quod potest,& materia sit Dei effectus , idcirco ideam habet in Deo duplici ratione. Primò , secundum quod est essentia quædam distincta à forma.& sic habet esse in potentia tantum, & imperfectè imitatur actum primũ.Propter quod aliqui dicunt,quòd imperfectè habet ideam.Secundò, quia est in composito essentiali compositione. quemadmodum enim intellectus noster vno actu apprehendit tale compositum secundum omnia sua componentia inquantum vnita sunt in vna forma totius.sic idea est forma totius compositi secundum omnia, quæ in ipso sunt, sicut etiam à Deo secundum hanc ideam producitur.& sic perfectè habet ideam in Deo,quia sic est in actu,& non secundum distinctam rationem à toto composito . Et quia materia esse reale habet in composito , & non sine forma , nisi secundum esse rationis , idea quoque cum sit forma practica,potius respicit esse

rei, q̃ rationem, hinc cõuenientius dr̃, ꝙ materia habeat ideam, vt est in cõposito. ¶ Insuper q̃uis aliq di cant priuationẽ, q̃ est vñ de principijs naturalibus, nullo mõ habere ideã in Deo; potius tñ tenendũ est, ꝙ imo habeat ideã etiã magis, q̃ materia, cũ priuatio illa sit habitualis inchoatio formæ in materia, q̃ est à prima causa inducta, & causata in materia ipsa. Cumq; causa prima agat p ideã, necessario hẽt ideã in Deo perfectã, ſm quod est essentia formæ, cuius propriè est idea: sed imperfectè habet ideã, inquantum est tm̃ esse potentiale. Priuatio aũt inquantũ est pura negatio habitus, nõ habet p se ideã in Deo, sed solum in suo opposito, quemadmodũ 7. Metaphysicę ait philosophus, ꝙ priuationis, & habitus vna est species artis in intellectu. ¶ Accidentia quoque habent ideas in Deo ſm quod sunt modi quidã essendi, causati à prima causa per ideã agente. Imò inquã tum accidẽs est essentia quędã à subiecto distincta, habet ideã aliã ab idea subiecti distinctã. Hinc Plato posuit ideã felicitatis, & similiter accidentiũ aliorũ, prout primo Ethicorum dicit philosophus. Verum tamen prosequendo dictum suum, non exposuit illud nisi de ideis substantiæ. Propter quod philosophus primo metaphysicę concludit aduersus eum, ꝙ debuerat etiam ideas accidentium ponere. ¶ Amplius non solũ species, sed indiuidua quoq; ꝓprietas habent ideas in Deo, ita ꝙ in eo alia est ratio, seu idea Iohánis, q̃ Petri: quia idea est forma operatiua, & operatio versat̃ circa singularia, q̃ sunt plura. Ideò forma artis sub diuersis rationibus refertur ad ea, sicut, & operatio Dei vna in se, ratione horũ plurimũ terminorum pluraliter designatur. Attamen q̃m naturæ specificæ à se inuicem distinguuntur formaliter, indiuidua aũt materialiter tm̃, ideò magis propriè est in Deo distinctio rõnum, seu idearum respectu diuersarũ specierũ, q̃ indiuiduorum. Ea demũ, q̃ Deus non fecit, neq; facturus est, ideas non habent: quia idea est practica forma respectu effectus. nihilo minus Deus cognoscit illa in omnipotentia sua, & cognitione suæ essentiæ, quam cognoscit ſm omnẽ modum, quo imitari potest à creaturis, seu creabilibus, qui modi sunt potentia infiniti. Hæc Vdalricus. Cuius positio concordat Alberto, sed à præinducta positione Henrici in multis dissentire uidetur.

Philosop.

Plato.

Tho. Aqu. Dionysius areopag.

¶ At vero Thomas circa hæc loquitur: Secundũ beatum Dionysium, Omnis cognitio est per speciẽ aliquam cogniti existentẽ in cognoscente. sicq; idea vocatur similitudo, ac ratio rei existens in Deo, ſm quod est productiua ipsius rei, & prædeterminatiua. Ideò vnumquodq; ſm quod se habet ad hoc, ꝙ producatur à Deo, ita se habet ad hoc, ꝙ sua idea cõsistat in eo. Effectus aũt suam per se causam in aliquo imitatur. Vnde ſm id, quo aliquid à Deo producit, ſm hoc similitudinem habet in Deo, atq; ſm hoc ideã habet in eo, & cognoscit̃ ab eodẽ. Cumq; oĩs res producatur à Deo, oportet oĩum rerũ ideas esse in ipso. Cum igitur malum inquantum malum, nihil sit, & priuatio boni, vt cęcitas; ideò rei malæ idea in Deo est inquantum res est, non inquantum est mala: ipsumq; malum, seu malitia per oppositũ bonum à Deo cognoscitur, à quo res priuationi subiecta, deficiens est. Hinc & materiæ primæ cõpetit ideam habere eo modo, quo cõpetit sibi esse &c. sicut in verbis Vdalrici. Hæc Thomas in Scripto.

Malũ qualiter ideã habeat in Deo.

¶ Qui per oĩa concordat in his Alberto, & Vdalrico, nisi ꝙ dicit Platonem non posuisse ideas accidentium, cuius, sicut iam patuit, Vdalricus dicit oppositum. Additq; Thomas, q̃uis relationes Dei ad creatures in creaturis fundentur realiter: tamen secundum rationem, & intellectum etiã sunt in Deo. Intellectũ dico nõ humanum, sed & angelicũ, ac diuinũ. Ideò q̃uis creaturæ ab æterno non fuerũt, tm̃ intellectus diuinus ab æterno fuit intelligens essentiam suã à creaturis diuersimodè imitabilem. Idcir co extitit ab æterno pluralitas idearũ in intellectu diuino, nõ in natura, aut essentia Dei. Non enim eodem mõ est in Deo forma equi, & vita, qm̃ forma equi non est in Deo, nisi sicut ratio intellecta: sed vita, ac rõ vitæ in Deo est non solum vt intellecta, sed etiam vt in natura Dei firmata. ¶ Præterea in prima parte Summæ 15. questione, pulchre declarat quõ sint plures ideæ: In quolibet, inquiens, effectu vltimus finis propriè est ab agente intentus, sicut ordo exercitus à duce. optimum aũt in rebus existens, est bonum ordinis vniuersi, vt patet 11. Metaphysicæ. Ordo igitur vniuersi est propriè à Deo intẽtus, & non p accidens prouenies ſm successionem agentium, vt quidam dixerũt, dicentes, ꝙ Deus nõ produxit nisi primã intelligentiam per se, & illa secũdario: ſm quem errorem Deus nõ haberet ideam nisi primi causati. sed cum ordo vniuersi sit cãusatus, & intẽtus à Deo, oportet ꝙ habet ideã ordinis vniuersi. Ratio aũt totius haberi nõ potest, nisi habeantur propriæ rationes partiũ eius: quemadmodum ędificator rationẽ, & similitudinem domus cõcipere nõ valeret, nisi in mẽte haberet rationẽ eorum, ex quibus cõstruit̃. In mẽte ergo diuina sunt rõnes oĩum partiũ vniuersi. Deniq; oĩum, quæ Deus cognoscit, ideã habet in se: & sicut Plato dixit ideã principiũ cognitionis rerũ, ac generationis earũ, ita ad vtrunque se habet, prout in diuina ponit̃ mente. Atq; inquãtum est principium factionis rerũ, potest vocari exemplar, & ad cognitionem pertinet practicã: inquantũ vero est cognoscendi principium, rectè ratio appellat̃, & potest etiã ad speculatiuã pertinere sciẽtiam. Itaq; vt exemplar cõcernit ea, quæ alio tpe fiunt à Deo: sed inquantum rõ, concernit oĩa, quæ nascuntur à Deo, q̃uis nunquã fiant, & respicit ea, quamuis speculatiuè sciant. Eorum enim, q̃ nec fuerunt, nec sunt, nec erũt, Deus nõ habet practicã cognitionem, nisi virtualiter tm̃. Ideò respectu eorum non est idea in Deo, inquãtum idea siue exemplar, sed inquãtum est rõ. Genera quoq; nõ possunt habere ideã aliã ab idea speciei, prout idea designat exẽplar: qm̃ genus nunquã fit nisi in aliqua specie. Similiter quoq; est de accidẽtibus, quæ inseparabiliter concomitant̃ substantiã, quia hæc ſmul fiunt cum subiecto. Accidentia, quæ superueniunt subiecto, specialẽ habẽt ideam. Artifex n. per formam domus facit accidẽtia oĩa, quæ comitant̃ domũ à sui principio. sed ea, quæ superueniũt domui iam factę sicut picturæ, facit per aliã formã. Porro indiuidua ſm Platonẽ nõ habebant aliam, q̃ speciei ideã: tum quia singularia indiuiduantur per materiam, quam (vt aliqui dicũt) posuit increatã, & cõcausam ideæ: tum quia intentio naturæ fixit in speciebus, & particularia producit, vt in eis species cõseruentur. Verũ prouidentia Dei nõ solum ad species, sed ad indiuidua etiam se extendit. Hæc Thomas. ¶ Contra quæ Dionysius obijci posset, quantum ad id, quod ait, ideo genera non habere aliã ideam ab idea specierũ, qm̃ genus nunq̃ fit nisi in aliqua specie. Nam & species nunq̃ fit nisi in aliquo indiuiduo. esse enim, & fieri generari, & corrũpi, sunt suppositorum nõ vniuersaliũ. sicque sequi videretur, quòd species non haberet ideam aliam à suppositorum ideis.

Ar. 2. Qualiter sint plures ideæ.

Philosop.

Plato.

Dionysius

¶ Insuper Petrus circa hæc multa cõscribit, quæ pro magna parte sentẽtialiter extant præhabita, & quærit

Petrus.

quærit, in quo est ista pluralitas idealium rationũ. Ad quod rñdet, Modi imitandi considerari possunt tripliciter. Primò, ut absolutè sunt in natura diuina imitabili, & ita nullatenus distinguuntur. Secundò, vt sunt in rebus, & ita realiter differunt in rebus, q̃ sunt. Tertiò, ut sunt in intellectu accipiente per modũ exẽplaris in cõparatione ad modos rei futuros. sicq; differunt rõne. & ita apprehenduntur non solũ ab intellectu humano ex tpe vel angelico ex æuo, sed etiã ab intellectu diuino ab æterno: ideò nõ sunt casi, & vani, q̃a fundantur super perfectionẽ immẽsam diuinæ naturæ multiformiter imitabilis. Porrò idea in Deo perfecta est, quã aliqua pfectè in suo genere imitant̃, aliqua imperfectè. Ideo ex parte Dei oĩs idea perfecta est, perfectissimè repræsentãs, etiã entia imperfecta: sed ex parte creaturarũ, q̃dã perfectiùs q̃dam minùs perfectè dicuntur habere ideam in Deo &c. Hæc Petrus &c. vt supra in Thoma.

Augustꝰ.

¶ Præhabitis autẽ ſm Thomam, & albertum non obuiat, ꝙ in epistola ad Nebridiũ loquitur Augustinus: Dico quidẽ, ꝙ ad hominem pertinet, hominis tm̃, non tuam uel meam esse rõnem in Deo. Ex quibus verbis quidã concludunt, ꝙ species specialissimæ, non indiuidua, habeant in Deo ideã. quòd non sequitur, q̃a Augustinus hoc dicit de ideis quãtum ad rerum productionẽ in generali. Nam Augu. addit ibidem, dico quantum ad hominem faciendũ, vnam tãtum in Deo esse hominis rationem: quantũ verò ad ordinem temporis, varias hominum rationes ĩ illa synceritate viuere. Et his Petrus cõcordat.

Richar.

¶ Richardus, quoq; satis cõcordare videtur iam dictis, inter cætera dicens: Pluralitas idearũ in Deo est per hoc, ꝙ diuinus intellectus intelligit suã essentiam, vt diuersarũ creaturarum repræsentatiuã, & vt ab eis imitabilẽ. Singularium verò quidã dicunt nõ esse ideas in Deo, q̃a per ideam speciei satis noscuntur. Sed hoc nõ videtur, qm̃ sicut iam dictũ est, pluralitas idearũ in Deo est ex hoc, ꝙ intellectus diuinus intelligit suã essentiã vt diuersarum creaturarũ repræsentatiuã, & vt imitatã, vel imitandã ab eis. Cũ ergo Deus iutelligat suam essentiã nõ tantum ut specierũ, sed etiam, vt indiuiduorũ repræsentatiuã, & imitatam, seu imitandã ab eis, sequitur, ꝙ in Deo nõ solum sit pluralitas idearũ, correspõdẽs pluralitati specierũ, sed etiã sit ibi pluralitas idearum ſm, pluralitatẽ indiuiduorũ factorum, & q̃ fiunt, ac faciendorũ. Ideæ quoq; nõ solum sunt rerũ existentiũ per se, sed etiã cuiuslibet creaturæ, q̃cunq; sit illa. Vnde ideæ nõ tantum sunt rerũ, q̃ dicuntur creari, sed etiã, quæ dicunt̃ concreari. Hæc Richardus.

Bonauen.

¶ Concordat Bonauentura quãtũ ad hoc, ꝙ in Deo sunt nõ specierũ dũtaxat, sed indiuiduorum, quoq; ideæ.

Soluũtur argumẽta initio, quæstionis adducta. ad 2.

¶ Ad argumenta verò patet ex dictis solutio. Distinctio etenim rõnis hoc agit, ꝙ dicuntur plures ideæ, q̃uis sit vna essentia, nõ tamen est idearũ realis distinctio.

Aegidius.

¶ Ad secundũ iam patuit, qualiter ab æterno fuit in diuino intellectu consideratio idearũ per cõparationem ad ideata simplici prorsus intuitu. Postremò præhabitis cõcordat Aegidius pro parte maiori. Aliqua tñ scribit, q̃ ab inductis videntur aliqualiter dissoluere, dicendo, ꝙ etiã priuationes, & mala habent aliquo mõ ideam in Deo: ideã quidem, nõ cum qua cõcordent, sed à qua discordant. Sed cũ de rõne ideæ sit, ꝙ sit similitudo eius cuius est idea. & quid imitabile ab ideato, uidetur implicare, & seipsum destruere, ꝙ aliquid habeat ideã, nõ cum qua cõcordet. Dicit qdoq; singularia & accidẽtia, & materiã primã habere in Deo ideas, quòd iuxta præhabita potest teneri, & addit, ꝙ etiã chimæra, & hircoceruus, & cõsimilia habẽt ideam: q̃a licèt nõ sint entia in rerũ natura, non tm̃ de ratione eorũ est priuatio entis. ideo imaginabilia sunt, & habẽt ideam. ¶ Cõtra hoc obijci põt, quia (ut fertur cõiter) chimæra, & hircoceruus designãt cõpositа, ex incõponibilibus. i. ex his, quæ impossibile est cõponi seu in eodẽ consistere. Imaginatio quoq; est impossibiliũ. De rõne autem ideæ est, ꝙ sit similitudo rei factibilis. Insuper ait: Oportet nos videre quomodo ad cognitionẽ habeat se idea. Ad quod aliqui dicunt, ꝙ idea nõ est, quo quis intelligit, sed solũ habet rõnem rei intellectæ. Quo circa sciendũ, ꝙ S. Thomas hoc dicit in prima parte Summæ 15. q̃stione, contra quod Aegidius obijcit: Cum diuina essentia dicat̃ rei idea, prout imitabilis est ab ea, & ita sit similitudo rei creatę, & Deus cognoscat creata per similitudines eorundẽ in ipso, idcirco negare simpliciter, ꝙ idea sit id, quo Deus intelligit, nõ sapit sanã doctrinã. Et addit Aegidius: Id, quo cognoscẽs cognoscit, dupliciter accipi potest. Primò, per comparationẽ ad cognitionis actũ. Secũdò, per respectũ ad cognitum. Primò mõ idea non est, quo Deus cognoscit, sed mõ secundo: quia idea similitudo est cogniti. Hæc Aegidius. ¶ Porrò Thomas sic scribit loco ptacto: Cũ pluralitas idearum diuinæ simplicitati nõ deroget, facilè est videre, si quis cõsideret ideã operati esse in mẽte operãtis, sicut quod intelligitur, nõ sicut speciem, qua intelligitur, q̃ est forma faciẽs intellectũ in actu. Forma enim domus in mente artificis, est aliquid ab eo intellectũ, ad cuius similitudinẽ domum in materia format. Non est autẽ cõtra simplicitatem diuini intellectus, ꝙ multa intelligat, sed cõtra simplicitatem ipsius esset, si in tellectus eius per plures species formaret. Hæc Thomas. ¶ Videtur autẽ in hac parte positio illa Aegidij verior esse. Deniq; cũ Thomas sæpius fateat̃, q̃ oĩs cognitio fiat per similitudinẽ cogniti existentem in cognoscente, ad quod etiã Dionysiũ sanctũ allegat, Dionysiꝰ. fatendũ censetur, ꝙ in Deo intelligẽte est aliqd per modũ speciei intelligibilis se habens, quod sit simili tudo rei intellectæ, per quod, seu quo Deus intelligit. & ita ponũtur in Deo plures species intelligibiles per cõparationẽ ad intellecta, nõ ꝙ species illæ realiter à Deo intelligẽte, aut se inuicẽ distinguantur, nec realiter, nec accidentaliter per inhæsionem informãt, aut actuant intellectũ diuinum, cũ sint ipsemet intellectus diuinus, & Deus, in quo realiter idẽ sunt agens & actio, virtus actiua, obiectũ, & forma, qua agit, & generaliter, quod & quo. Nec talis pluralitas specierũ intelligibiliũ plus repugnat simplicitati diuinæ, q̃ pluralitas idearũ, cum species illę dicant̃ per relationẽ ad intellecta sicut ideę ad ideata. Si verò idea idcirco nõ est dicenda species, qua Deus intelligit, qm̃ nõ est forma realiter faciens intellectũ diuinũ in actu, nec inhærenter ipsum informãs, sequitur, ꝙ non sit in Deo ponẽda species, qua intelligit, cum intellectus diuinus sit purus actus, in quo nec actuatio, nec inhærentia esse valet. Quod etiã Thomas ait, formã domus in mente artificis esse, quid intellectũ ab ipso artificè, si sic intelligatur, ꝙ nõ sit species, qua intelligit artifex, non videtur, idoneè dictum. Nihilominus per reflexionẽ intellectus super seipsum, & super ea, q̃ in ipso sunt, potest forma illa esse, quid intellectũ, quemadmodũ cætera quoq;, quæ in intellectu cõsistunt. Deniq; si sanctus doctor dicere intẽdebat, ꝙ idea idcirco dr̃ in Deo id, ꝙ intelligitur, non species, qua intelligitur, q̃a idea realiter idem est cũ diuina essentia, q̃ est primũ, & proprium diuini intellectus obiectum, & nõ

Dionysiꝰ.

est

est ſpecies aliũde accepta, informans, & actuãs, ſic verificaretur, quod ſcripſit: & etiã quia ipſę ideæ verè, & obiectaliter intelligũtur à Deo. & forſan hoc dicere intẽdebat, quia exponendo verba ſua ſubiũxit: Plures ideæ ſunt in mente diuina, vt intellectæ ab ea, qm̃ Deus cognoſcit ſuã eſſentiam ſm̃ omnem modũ, quo cognoſcibilis eſt. eſt autẽ cognoſcibilis nõ ſolum prout eſt in ſe, ſed etiã prout eſt participabilis, & imitabilis à creaturis &c. Itaq; reor dicendum, ꝙ quamuis diuina eſſentia ſm̃ ſe ſit obiectum intellectus diuini, ipſa tamen apprehenſa, vt imitabilis à creatura, vocatur idea & ſimilitudo creaturę, & ſpecies, qua Deus intelligit rem creatam. Nam & Thomas alibi ſcribit, ꝙ etiam in patria diuina eſſentia vnitur intellectui beatorum vicẽ & loco intelligibilis ſpeciei, ita ꝙ in beatifica viſione eſt, qđ videtur, & quo videtur, ſeu obiectum & ſpecies.

QVAESTIO III.

QVæritur conſequenter, *an in Deo ſint infinitæ ideæ, vel ſaltem infinitæ exemplares rationes, aut ſimilitudines rerum.* ¶Videtur, ꝙ ſic, quia diuina eſſentia tã infinitæ perfectionis eſt in ſeipſa, ꝙ in finitis modis imitabilis, participabilisq; cõſiſtit. omnipotentia quoq; Dei tã verè eſt illimitata, ꝙ omni effectu numerabili aſſignato põt in infinitum plures producere. ¶Secundò, infinitæ ſunt ſpecies numerorum. Deus quoq; infinita vno intuitu apprehendit, quæ nunquã erunt, & omniũ horum ideas, aut rationes, vel ſpecies apud ſe habet, & intra ſe conſpicit. ¶Tertiò, Auguſtinus 11. de ciuitate Dei teſtatur: Vna eſt ſapientia Dei, in qua infiniti ſunt theſauri omnium intelligibiliũ, in quibus ſunt omnes inuiſibiles, atq; incommutabiles rationes etiam viſibilium rerum. ¶In contrarium eſt, quia ſm̃ Auguſtinum ſuper Iohannem, & libro de ciuitate Dei ac alibi, quicquid comprehenditur, & perfectè ſcitur, intelligentis cognitione finitur. ergo in ſciẽtia Dei finitum eſt, quicquid cognoſcit, ſicq; pluralitas idearum, & rationũ in Deo finita eſt. ¶Præterea ſicut in li. ſapientiæ fertur, Deus in numero, pondere, ac menſura diſpoſuit vniuerſa. ergo in diſpoſitione ſua æterna, non ſunt ſine numero certo ideæ, ac rationes. ¶Rurſus, ſapientis eſt ordinare: ergo ordinatio, non confuſio eſt in ideis. vbi aũt ordinatio, ibi & ordo, & vbi ordo, ibi primum, ac vltimũ, ibi, & finitas. ¶Ad hoc Bonauentura reſpondet: Sicut in Pſalmo cantatur, Sapientiæ Dei non eſt numerus, idcirco nec finis: ac per hoc nõ eſt numerus rationum, per quas ſapiẽtia diuina cognoſcit. ideo innumerabiles ſunt, & nõ in numero finito, ſed infinito: attamen ipſi Deo finito, qui & ſeipſum perfectè, & plenè comprehẽdit. Nec ſequitur, hoc æquatur finito, ergo finitum eſt. Imò oppoſitum ſequitur. Idcirco nec ſequitur, rationes illæ ſunt Deo finitæ, ergo ſimpliciter ſunt finitæ. Deus enim infinita, quæ nunquam erunt, intelligit comprehenſiuè. verum rationes illæ omni menti creatæ, ac finitæ ſunt incomprehenſibiles, & infinitæ. Amplius, quia ideæ, & rationes iſtæ diuinæ, ac ſempiternæ non diſtinguuntur realiter, idcirco earum infinitas non priuat diſtinctionem, & ordinem, nec confuſionem inducit, ſed dicit immenſitatem veritatis diuinæ in cognoſcendo, repræſentando, & exprimendo omne, quod Deo poſsibile eſt. Hæc Bonauentura.

Arguitur primo pro parte affirmatiua

2

3 Auguſt.

In oppoſitum. Augun.

Sapi. 11.

Bonauen. Pſal. 146.

¶Cõcordat Richardus: In Deo, inquiẽs ſunt ideę infinitorũ, extendendo nomen ideæ ad rationes cognoſcitiuas. Diuina namq; eſſentia eſt infinita infinitæ perfectionis, & quæ poſitionẽ includit, ideo in finitis modis imitabilis eſt. Hinc, & intelligit ſe infinitis modis imitabilem, atque diſtinctè oẽs modos quibus imitabilis eſt ex ſua perfectione. Diuina verò eſſentia, vt imitabilis intellecta, vocatur idea: ergo ſunt infinitæ ideæ, & infinitæ rationes idearum in Deo. Hæc Richardus. Idem tenet Aegidius, q̃uis hoc loco quæſtionẽ iſtam, nõ moueat. ¶Porrò Thomas videtur ſentire, ꝙ in Deo nõ ſint infinitæ ideæ, ſm̃ quod idea dicit rõnem cognoſcitiuam ſimul, & operatiuam, qm̃ Deus nunq̃ produxit, neq; producet infinita. Vnde & Richardus hic addit: Quamuis aliqui magni æſtiment non eſſe in Deo ideas infinitorum ſecundũ, quod dicunt rationes cognoſcitiuas, & operatiuas ſimul: videtur tamen alijs probabiliter cõtrarium: tam propter motiuũ iam tactum, tum, quia ideæ ſingularium ſunt in Deo, in quo nõ eſt unquã aliqua idea de nouo. Sed & in beatis erũt alternatio, variatio, ſucceſſio, & multiplicatio cogitationum, aliarumq; actionum abſq; fine, & forſan ſimiliter in dãnatis. Ex his arguitur ita: Aut in Deo ſunt ideæ finitę in aliquo numero determinato, aut finitæ, non tamen in aliquo numero determinato, aut infinitę in actu permixto potentiæ, aut infinitæ, in actu puro. Non primo modo, quia tunc eſſet aliquid futurũ, cuius nõ eſſet in Deo idea, quia ſingularium futurorum nõ eſt aliquis numerus determinatus. Imò omnem talem numerum in proceſſu excedẽt. Nec dici poteſt, quòd ideæ ſint in Deo in aliquo numero finito indeterminato, quoniã ea, quæ ſunt in numero finito indeterminato, ita ſe habent, ꝙ ibi aliquid eſt in actu, & aliquid futurum: ſed in Deo, non eſt aliqua idea futura. nec poteſt dici, ꝙ ſint in numero infinito in actu permixto potentiæ: quia hoc locum nõ habet niſi vbi, & in quo aliquid eſt futurũ. In Deo aũt nunq̃ erit idea, quæ modo in ea, non eſt. reſtat ergo, ꝙ in Deo ſunt infinitæ ideæ in actu puro. Ex quibus concluditur, ꝙ cũ Deus cognoſcat notitia ſimplicis intelligentiæ oĩa quorum habet rõnes cognoſcitiuas, atq; cognitione viſionis cognoſcat oĩa quorũ habet rationes cognoſcitiuas ſimul, & operatiuas, ꝙ Deus nõſcat infinita bona, quæ nunq̃ erunt, cognitione ſimplicis intelligẽtiæ, quæ eſt non tm̃ reſpectu factorum, & futurorũ, ſed & fieri poſsibiliũ, & non fient. Itemq; ꝙ cognoſcat infinita bona ſciẽtia viſionis, q̃ nõ eſt niſi reſpectu factorũ, & futurorũ, eo ꝙ omnia, q̃ futura ſunt in actu permixto potentiæ, Deus iam videt in actu. Ex quibus ſoluta eſt, q̃ſtio qua quæritur. Vtrũ Deus cognoſcat bona infinita. Ex quo ulterius patet, qđ ſit reſpondendum ad queſtionem, qua quæritur, an Deus cognoſcit mala infinita. Hæc Richardus.

Tho. aqu.

Richard.

¶Verũ de his aliter ſentire videtur Henricus, qui 5. quodlibeto q̃rit, an ſit ponere infinitatẽ idearum, aut cognitorũ in Deo. Vt. n. iã patuit, ipſe affirmat indiuidua, & ſpecies numerorũ, ac alia multa nõ habere proprias ideas in Deo. Itaq; rñdens ſic ait: Alia eſt difficultas q̃ſtionis, huius ex parte idearũ, & ex parte cognitorũ: quia idea dicit reſpectũ ad eſſentias rerũ, ita ꝙ infinitas idearũ neceſſariò ponit infinitatem eſſentiarũ creaturæ ſm̃ ſpeciẽ. cumq; vna quæq; ſpecies habeat ſuum determinatũ gradũ perfectionis infinitas idearũ ponit infinitos gradus perfectionũ infinitarũ eſſentiarum ſpecie differentiũ. Cognitiò aũt infinitorum in Deo poteſt attẽdi, quo ad ea, quæ ſunt de diuina eſſentia, vt eſt infinitas rationum attributalium, ſi forte ſit in Deo, vel quo ad ea, quæ ſunt extra eũ. & hoc quo ad differentia ſpecie, in quo curſu eodẽ currunt infinitas idearũ, atq; infinitas cognitorum, niſi forte quo ad ſpecies, numerorum,

Henricus.

Richard⁹.

merorum, vel quo ad differentiam numerorũ, vbi fortè poteſt eſſe infinitas cognitorum: quia indiuidua proprias ideas nõ habent in Deo. Quantum ergo ad iſtã pertinet queſtionem, videndũ, eſt an poſſibile eſt eſſe eſſentias creaturarum infinitas, ſeſe excedentes ſm̃ gradus perfectionis ſpecificæ: quia ſic, ponendæ ſunt infinitæ ideæ in Deo, cũ eſſe rerũ quidditatiuum non depẽdeat à tempore, ſed ſit in æternitate per rationem exemplarem, quã habet in Deo æterno, præſertim cùm in æternis non differat eſſe, & poſſe. ſin autẽ, nequaquam. Dependet igitur propoſitæ queſtionis ſolutio ab alterius quæſtionis diſſolutione, videlicet an poſsibile ſit in natura, & eſſentia creaturæ ponere, ꝙ alia aliã poſsit excedere ſm̃ gradus perfectionum, imitãdo diuinã eſſentiam in infinitum. Porro quid de hac quæſtione ſit ſentiendum, obſcurum, & multum remotum eſt à nobis propter incõprehenſibilitatem infinitatis. Attamen certum eſt nobis in hac quæſtione, quantum ad ideas, & eſſentias rerũ ſm̃ ſpeeiem, cũ proceſſus ille ſm̃ gradus perfectionis ſm̃ magis, & minùs imitando diuinam, & increatam perfectionẽ in infinitum, eſt per additionem ad formam, quia perfectio eſt à forma. ſicq; gradus ſuperior in imitando eſt à forma perfectiori. Si ergo proceſſus ille progredi poſſet in infinitum in forma, ergo per appoſitionẽ, perfectionis procedere poteſt augmentum ſimpliciter, & abſolutè in infinitum, ſicut diuiſio in quantitate ſm̃ materiam per diuiſionem procedere poteſt in infinitum, quod eſt contra Philoſophum 3. phyſicorum, capitulo de infinito. Multiplicatio demũ ſpecierum ſecundũ gradus perfectionis eſt per formam, ſicut eſt augmentum in magnitudine corporali, in qua ſm̃ Philoſophum non poteſt augmentum procedere in infinitum propter naturam formæ. aliàs ſequeretur poſſe eſſe corpus infinitum. Nec eſt ut videtur in hoc differentia inter magnitudinem molis, & magnitudinem perfectionis, præſertim cũ magnitudo perfectionis ſit ſpecierum eſſentialiter adinuicẽ ordinatarum, tanq̃ principaliũ partiũ vniuerſi, q̃ eſſentialem intra ſe ordinem habent. In eſſentialiter autem coordinatis non poteſt eſſe proceſſus in infinitũ, ſumendo vnũ poſt aliud, vel ante aliud, ſed eſt ibi primũ, & ultimum, ſimiliter in habẽtibus ſitum. In ſubſtantijs etiã ſeparatis, ſm̃ doctrinã ſanctorũ, eſt eſſentialis ordo in influendo, atq; mouendo per illuminationes. Si ergo aliqd valet doctrina philoſophi, impoſsibile eſt ponere talem infinitatem in ſpeciebus vniuerſi in actu: quare nec in potẽtia, quia in hoc nulla accidit differentia: quia in hoc nõ differunt eſſe, & poſſe, qm̃ vniuerſũ in ſuis ſpeciebus perfectũ eſt. Propter, quod q̃cunq; poſsibile eſt eſſe in eſſentialiter coordinatis, neceſſe eſt illa eſſe in actu. Hinc nõ video, ꝙ eſſentiæ creatæ imitari, queant diuinam perfectionẽ ſm̃ magis, & minùs in infinitũ, niſi vna earum ponatur infinitæ perfectionis; qm̃ licèt procedẽdo continuè ab vna in alteram, nunq̃ ſit deuenire ad aliquã infinitatem, neceſſe tamen eſſet ponere, ꝙ poſsibilitas in forma creata eſſet ad perfectionẽ infinitam, vt videtur ſm̃ dicta philoſophi. Quia ſi nõ eſt, tunc eſſet deuenire ad aliquã, ultra quã non poſſet perfectior eſſe. ſicq; non eſſet imitatio diuinæ perfectionis ſm̃ gradus, perfectionis, in infinitũ. & ſi eſſet ad hoc poſsibilitas, eſſet, & actualitas: qm̃ plures eſſentiæ rerum eſſe non valent, q̃ ſunt ſecũdum ideas ſuas in Deo. Et ita oportet hic ſumere infinitatẽ, non ſicut in ſucceſsiuis, ſed ſicut in permanẽtibus. Itaq; iuxta hunc modum ſi quis vellet ſequi uiam naturalis rationis ſm̃ doctrinam philoſophi dicẽret, ꝙ in Deo nõ ſit infinitas idearũ, & ꝙ Deus non hẽt ſcientiam infinitarũ eſſentiarũ ſpecie differentium. Et hoc non ꝓpter aliquã imperfectionem impotentiamve in ipſo, ſed propter impoſsibilitatem ex parte rei. Cumq; arguitur, ꝙ Deus rõne ſuæ infinitæ perfectionis, imitabilis eſt à creaturis ſm̃ gradus infinitos: rñdetur, ꝙ Deus quãtũ eſt ex parte ſui, eſt taliter imitabilis, ſed creatura, nõ ex capax niſi ſm̃ gradus finitos: vel ꝙ Deus nõ eſt imitabilis, niſi inquantũ creatura nata eſt ipſum imitari. Conformiter rñdendũ eſt de infinitate cognitorũ adintra: qa ſi eſt ponere infinitas, rõnes, & perfectiones attributales in Deo, q̃ nec habent, nec poſſunt habere aliquid eis, corrñdens in creaturis, ſic fateri oportet, ꝙ omniũ talium, vt pote infinitarũ rationum eorum, quæ ad ipſum intra ſe pertinẽt, habet notitiam. ſi aũt nõ ſit ponere aliqua huiuſmodi numero infinita in eo, nõ habet ſic infinitorũ ſcientiam. Quod tamen ſuæ nõ derogaret infinitati, aut perfectioni, quia ſub ratione cuiuslibet vnius attributi tantã habet infinitatem eſſentię, quãtã ſub infinitis. Quantum ergo ad infinitatem idearũ in Deo, & cognitorum ab eo circa eſſentias creaturarũ, non video qũo poſsit in Deo poni infinitas: quod tamen propter rei profunditatẽ, eiusq; elongationem à noſtro intellectu, negare nõ audeo, nec contrariũ aſſero, ſed ſtudioſorum ingenia ad tã abditorum moderatam inueſtigationem ſolummodo excito. Præterea nõ video, quin in Deo poſsit poni infinitas attributaliũ perfectionum, qm̃ dicunt perfectionem, & dignitatem ſimpliciter abſq; omni cõparatione ad creaturas: & nõ poſſunt tot, qua ſunt perfectionis, attribui Deo, quin plura competant ei propter ſuæ perfectionis omnimodã illimitationẽ. ideo ponere rõnes huiuſmodi attributales infinitas in Deo, in nullo derogat eius perfectioni, ſed cõuenit multum, ita etiam, quòd aliquæ tales rationes ſint ita profundæ, & eleuatæ, quòd nec aliqui ſupremi ſpiritus creati ipſas poſsint attingere. & ꝙ etiam nihil poſsit habere in creatura ipſis correſpõdens, quemadmodum habẽt bonitas, ſapientia &c. de quo propter altitudinem rei nihil aſſerere audeo, nec pro, nec contra. Hæc Henricus.

Quæſtio.

Philoſop.

Diluitur obiectio.

¶Qui conſequenter multa ſcribit de iſta materia, & qualiter Deus cognoſcat infinita tam exiſtentia ſucceſsiuè, q̃ nunquam exiſtentia. De qua re infra dicetur, cũ de ſcientia Dei tractabitur. Qualiter etiam in ſpeciebus numerorum poſsit eſſe proceſſus in infinitum, quia additio in illis eſt ex parte materiæ, non autem in eſſentijs ſpecificis creaturarũ: quia additio in illis eſt ſm̃ formam, hoc eſt per eſſentialem perfectionem maiorẽ. ¶Inſuper q̃uis ſicut præhabitum eſt, quodlibeto quinto dicat Henricus ſpecierũ duntaxat ſpecialiſsimarum, & nõ indiuiduorum ideas eſſe ponẽdas in Deo, attamẽ prima quæſtione quodlibeti ſecundi videtur aliter reſpõdere, inter cætera dicens, ꝙ ſicut eſſentia ſpecifica põt conſiderari dupliciter, primò ſecundum ſe, ſecũdò prout eſt multiplicata in ſuis ſuppoſitis: & primo mõ conuẽnit ei vnitas, ſecundo modo multiplicatio: ita idea poteſt dupliciter conſiderari. Primò, vt eſt ſimilitudo eſſentiæ ſpeciei creatæ, ſimpliciter, & abſolutè ſecundum ſe, & ita idea eſt vna. Alio modo, vt eſt ſimilitudo eſſentiæ relatæ ad ſuppoſita, ſeu participatæ ab illis, & ita eſt plures reſpectu plurium ſuppoſitorum: quia iuxta diuerſitatem eorum, ad quæ refertur, habet pluralitatem. Iſtud prolixè proſequitur, & declarat ibidem probans, ꝙ ſit de mente Auguſtini in epiſtola ad Nebridium,

Henricus.

à quo

Augustin. à quo interrogatus fuerat Augustinus, an sit eadem in Deo idea speciei individuorum, quam quæstionem Augustinus reputauit valde difficilem.

Soluntur argumenta initio quæstionis adducta. ¶Nunc ad obiecta in principio facta est respondendum, quia ſm diuersitatem prætactarum opinionum, ad eas respondendum diuersimodè esset. imò solutæ sunt, sed quia maior pars doctorũ concedit infinitas ideas, vel saltem rationes, species, aut similitudines creaturarum, aut creabilium, vel futurarũ individualium actionum, passionum, seu rerum esse in Deo. Dicendum ad primum in oppositum, quod tamen ex verbis Bonauenturæ solutum est, quòd Richardus sic soluit: Quicquid comprehẽditur, comprehendentis cognitione finitur. i. ita perfectè capitur, ac si comprehenderetur, & sicut capitur, quod finitum est à sciente, & dicitur comprehensione finiri, quoniam nihil ipsius effugit cõprehendentis notitiam. ¶Ad secundum, quòd Deus asseritur omnia in numero, pondere, & mensura cõstituisse: non quòd sit finis, aut numerus rationum suæ dispositionis nisi modo iam tacto, sed quia effectus suos decreuit, & voluit in certo producere numero, quantum ad se, & quantum ad species rerum: vel ita, quòd nunquam pertingitur ad infinitum in numero actu. ¶Ad tertium, paulo post patebit in speciali quæstione responsio.

ad 1.

ad 2. Sapi 11.

ad 3.

QVAESTIO IIII.

Quæritur quæri potest, *an sicut in Deo ponuntur plures ideæ, an sic in eo ponenda sint plura exemplaria.* ¶Videntur ꝙ sic, quia exemplar dicit respectum ad exemplatum, sicut idea ad ideatũ. ¶Secundò, quia in Deo ponuntur plures rationes, species, & similitudines rerum, ergo & exemplaria plura.

Arguitur primo cõtra veritatem.

Thomas de argen. 2 ¶Ad hoc Thomas de Argentina, & alij quidã respondent: Idea designat causam efficientẽ effectui sui conformẽ, exemplar causam formalem, rõ causam finalẽ: qm̃ Deus est vniuersorum causale principiũ, à quo sunt: & exemplaris forma, ad cuius imitationem facta sunt, & consistunt: causa quoq; rationis finalis, propter quã sunt, & ad quam finaliter tendunt. Hæc tria ita inter se distinguuntur, ꝙ exẽplar est unum tm̃, ꝙa exemplar connotat causalitatẽ. causata verò in causa sunt vnũ. Rõnes verò, & ideæ sunt plures, ꝙa respectu rerũ dicuntur. Ideæ, quoq; cõnotant cognitionẽ. Cognoscibilia autẽ distinguuntur in cognoscente. Rõnes etiã plures vocantur, qm̃ singula propriis rõnibus sunt formata. Alij, quidã aliam reddunt causam, cur nõ dicantur plura exẽplaria esse in Deo sicut plures ideæ: ꝙa ut dicunt, exẽplar dr̃ quasi collectiuè tota rõ exemplaris, & idealis cũctorũ effectuum, sicut in sigillo sunt multæ figuræ, & protractiones, quæ oia simul sumpta, vocantur vna forma sigilli. Verũ his obuiare videtur, ꝙ diuus Dionysius 5. capitulo libri de diuinis nominibus pluraliter, imò hinc inde frequenter testatur exemplaria rerum esse in Deo. Sed hæc per diuersam nominis huius exemplar acceptionem facilitèr concordantur, quod à diuersis diuersimodè fuit dictum quod & supra in verbis Thomæ, & Bonauẽturæ aliter sumptum est, q̃ nunc. Hic ergo non est immorandũ. Albertus quoq; dicit in Deo exemplaria rerum esse. ¶Amplius Bonauentura quærit hic, an inter ideas sit ordo, aut ordinatio. Videtur ꝙ sic, quia aliàs videretur in Deo cõfusio. Item in creaturis est ordo exemplatus: ergo in creatore est ordo exemplaris. i. sapientialis, & ordinata rõ, atq; idea ordinis in rebus digesti. ¶In contrarium est, ꝙa vbi ordo, ibi priùs, & posteriùs, quæ nõ existũt in Deo. ¶Ad hoc rñdet. In ideis, & rationibus cognoscẽdi nõ est ordo, ꝙa nec ordo dignitatis, neq; originis, nec prioritatis. Non. n. vna est nobilior, aut dignior alia, cũ quælibet sit diuina essentia, nec realẽ habẽt relationẽ ad ideatũ, nec vna est causa alterius, nec prior, q̃ alia, cum Deus oĩa simul vno simplicissimo actu cognoscat. in ideis quoq; consistit infinitas, nõ, igitur ordo. tamẽ ideæ ordinem quendã seu respectũ, & habitudinem habent ad ideata, nõ adinuicẽ. Ordo aũt dicit non solũ respectũ, sed etiam habitudinẽ mutuã. Excluso verò respectu ad ideata ab ipsa idea, nõ essent in Deo plures ideæ. idcirco nõ habent ordinẽ inter se. Et q̃is hõ sit nobilior equo, nõ tamen idea hois in Deo est nobilior equi idea. Similitudo nãq; ex cõparatione ad id, cuius est similitudo, distinguitur, nõ dignificatur, nisi ab illo aliq̃d sumat, aut sortiatur. ¶Ad primũ igitur rñdendũ, ꝙ nec cõfusio, nec inordinatio est inter ideas: ꝙa cõfusio, & inordinatio, ꝓpriè capiunt priuatiuè, videlicet, ꝓ carentia ordinationis seu ordinis, vbi ex natura, aut proprietatè rei dẽt esse ordo. & ita nõ est in diuinis, vbi nihil priùs, aut posteriùs, nihil maius, aut minus. ¶Ad secundũ, ꝙ vtiq; rõ ordinis exẽplariter est in Deo, qm̃ ordo rerũ fluit à Deo, nõ tamẽ idea, seu rõ illa in Deo est, propriè ordinata, seu ordinẽ habens, quo ad se, cũ tota sit simul & simplex, ac indepẽdens, nisi dicatur ordinata, qm̃ incõfusa, nec inordinata: quemadmodũ, & ideæ in Deo, non sunt albæ, aut coloratæ, aut magnæ, vel paruæ, q̃is per eas cognoscunt̃ res coloratæ, & magnæ, ac paruæ. sic nõ sunt inter se ordinatæ, q̃is ꝓ eas Deus cognoscat, & faciat oĩa ordinata. Hæc Bonauentura.

Ad argumenta.

ad 2.

Richard. Quæstio. ¶Postremò Richardus hic scisciat̃ verũ, in Deo sit distinctio inter ideas, & attributa. Ad quod rñdet: Superexcellentiæ perfectionũ entiũ creatorũ, & creandorũ, possibilium q̃; creari, in Deo sunt, & vocãtur perfectiones, ac rõnes cognoscitiuæ, ac primæ rerũ mensuræ. & quædã earum vocantur ideæ, quædã attributa: tamen sub alia rõne: ꝙa perfectiones dicuntur, inquantũ eis nihil deest de nobilitate essendi. Quemadmodũ. n. perfectio in genere nũcupatur, cui nil deest de nobilitate ad genus illud spectãte, ita perfectio simpliciter dr̃, cui nil deest de nobilitate essendi, absolutè, simpliciterq; loquẽdo. Dicũtur, quoq; rõnes cognoscitiuę, inquãtũ sunt Deo, rõ cognoscendi entia iã præfata secũdum id, quod sunt. Sunt primę eorũ, mensuræ inquantũ Deus certitudinaliter nouit per eas gradũ entitatis in quolibet ente. Harũ demum superexcellentiarum illæ dũtaxat sunt ideæ, quæ sunt respectu bonorũ factorũ, aut faciendorum. Omnia quoq; attributa sunt perfectiones non ècõuerso. Attributa quippè sunt superexcellentiæ perfectionũ circũstantium rei naturã, quarum, quamlibet melius est habere simpliciter per modum rei intrinsecæ, q̃ non habere, in diuina existẽtes essentia, ut sapientia, & potentia. Hinc superexcellẽtia perfectionũ, quæ sunt de essentia substantiæ, non sunt attributa. Vnde nec essentiam Dei, dicimus attributum, sed fundamentũ attributorũ. Perfectiones etiam, quæ attributa dicuntur, alia, & alia ratione vocãtur perfectiones, & attributa: quia dicuntur perfectiones, quoniã nihil eis deest de nobilitate essendi simpliciter. Attributa verò, inquantùm diuinæ attribuuntur essentiæ: quia absolutè ꝓdicabilia de eadem. Itaque attributa, & ideæ differunt in hoc, ꝙ quædã superexcellentiæ perfectionũ sunt ideæ, quæ nõ sunt attributa, vt superexcellẽtia perfectionũ asiminitatis, & leoninitatis. Superexcellentiæ verò perfectionũ, q̃ sunt attributa, dicunt attributa rõne iã dicta, imò superius magis expressa.

ideæ

Dionysiꝰ. Quæstio. Bonauen. Arguitur contra veritatem. In oppositum.

ideæ quoque dicunt respectum in diuina essentia secundùm rationem ad ideata, non attributa, nisi fortè ex consequenti. Hæc Richardus.

Quæstiunculæ aliquid. ¶Vltra proponuntur hic quæstiones de cognitione, & sciẽtia Dei, & qualiter omnia dicantur esse in Deo. De quibus quæstionibus iã dicta sunt multa, videlicet qualiter Deus cuncta positiua, etiã singularia distinctissimè, ac perfectissimè nosci t, & qualiter sciat mala, & priuationes, atq; negationes. quẽ admodũ etiam omnia sint in Deo, sicut causatum in sua causa, & sicut cognitũ in cognoscente, & sicut media in vltimo fine, atq; vt conseruatũ in causa cõseruante, & sicut exemplatum in causa exẽplari idealiter producente. De his autẽ iam aliqua addam. Itaq; de hoc scribit Thomas: Commentator 11. Metaphysicæ videt̃ expresse à Deo negare particularium cognitionem, nisi inquãtum sunt entia.

Tho. aqu. Auerrois

Auicenna Aligazel. Auicenna verò, & Algazel dicunt, ꝙ Deus cognoscit singularia vniuersaliter, quod per exemplũ ita exponunt. Si quis sciret oẽs distantias orbium, ac planetarum, & tẽpus motuum eorundem, ipse præuideret omnẽ eclipsim, quæ posset contingere, non tamẽ sciret hãc eclipsim inquãtum est hæc eclipsis, nisi per aliquid à sensu acceptũ. sed sciret eclipsim cras futuram vniuersaliter, hoc est, ſm suas causas vniuersales. sic dicunt, ꝙ cum oẽs causæ reducantur in Deum sicut in primã causam, ipsæ cognoscẽdo se, cognoscit oẽs causas secundas: quas cognoscẽdo cognoscit omne causatum ex illis, non tamẽ nisi vniuersaliter, ita ꝙ ſm eos determinatio illa sumatur ex parte cogniti, & non solũ ex parte cognoscẽtis: quia si solum ex parte cognoscentis illa determinatio acciperetur, verũ indubitanter esset, ꝙ Deus particularia non particulari scientia cognoscit. cognoscit tamẽ particularia ſm particularitatem ipsorum. hinc illa opinio insufficiens est, quia ſm eam Deus non cognosceret naturam, proprietatem. & omnem accidẽtalem dispositionem singulariũ rerũ distinctè. Hinc alij (vi Rabbi Moyses) posuerũt, ꝙ Deus scit singularia perfectissimè, & omnia in contrarium obiecta soluunt dicendo, ꝙ sciẽtia Dei est æquiuoca scientiæ nostræ. propterea per cõditiones scientiæ nostræ nihil arguere possumus de sciẽtia Dei. Imò sicut esse Dei, ita & scientia eius penitus nobis incomprehensibilis est, quod Rabbi Moyses probat per illud Isaię: Sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quamuis istud sit verũ oportet tamen plus aliquid addere: quia scientia nostra, nõ est penitus æquiuoca scientiæ Dei, sed illam aliqualiter imitatur, & per eam aliquo modo deuenimus in scientiã Dei, Dicendum est ergo iuxta doctrinã sancti Dionysij 7. capitulo de diuinis nominibus, ꝙ cũ Deus cognoscat res per suam essentiã, quæ causa est rerum, eodem modo cognoscit res, quo modo præstitit eis esse. Ideo si aliquid est in rebus incognitum Deo, id non est operatũ. nec causatum ab eo. Hinc difficultas in hac materia contingebat philosophis propter duo. Primò, qm̃ quidam eorum non posuerunt Deum operari in omnibus rebus immediatè. Secundò, quoniã quidam ex ipsis potuerũt materiam non esse à Deo productam, sed ipsum solummodo agere formas imprimendo materiæ. Cumq; materia sit indiuiduationis principiũ, nõ inuenerunt qualiter Deus singularia sciat distinctè. sed quia nos ponimus Deum immediatè operari in omnibus rebus, materiam quoq; esse ab eo, fatemur eum per suam essentiam cuncta distinctè cognoscere materialia, atque formalia, & accidentalia omnia: velut si ædificator per artem suam posset totam producere domum; per eãdem artem suam cognoscere posset domum istam; & illam à se productam, aut producibilẽ. sed quia per artem suã non inducit nisi formam, idcirco per artem suam, non potest agnoscere domũ istam, & illam, nisi per aliquid acceptum à sensibus. Insuper sicut præhabitum est, mala cognoscit Deus per habitũ eis oppositum circa idem. Nescire aũt dupliciter dicitur. Primò metaphoricè. i. per modum nescientis se habere, & sic reprobare Dei est suum nescire, sicut dũ impios excludit à gloria, atque ad se pertinere hos negat. Secundò, scire propriè dicitur notitiam rei habere, & nescire notitia rei carere, & sic Deus scit omnia bona, & mala, cognoscendo suam essentiã, quemadmodũ tenebræ cognoscuntur per lucis notitiam, vt beatus Dionysius loquitur 7. capitulo de diuinis nominibus. Sciendum verò, ꝙ priuatio nõ cognoscitur nisi per oppositum habitum. habitui, aut̃ non opponitur priuatio, nisi circa idem subiectum considerata. Cumque lucem diuinæ essentiæ impossibile sit deficere, non opponitur sibi priuatio aliqua. Malum ergo nõ opponitur bono, prout bonum est in Deo, nisi forsan secũdum generalem boni rationem. sed opponitur determinato bono creaturæ, cui potest misceri priuatio, seu defectus. Vnde per hoc, quòd Deus cognoscit essentiam suã, cognoscit ea, quæ ab ipso sunt, & per ea cognoscit defectus eorum. Si autem non cognosceret nisi essentiam suam, cum suæ essentiæ non admisceatur, nec opponatur malum, non cognosceret malum, nisi in communi. Hæc Thomas in Scripto.

Rabbi Moyses.

Isai. 65.

Dionysiꝰ Arcopa.

¶Concordat Petrus alijq; cõmuniter, & de his, pleniùs scribit Thomas in prima parte Summæ quæstione 14. & in Summa contra gentiles 1. libro per multa capitula. Deniq; Henricus quodlibeto 5. atque in Summa sua pulchrè declarat, ꝙ quicquid est in Dei omnipotentia, & in passiua potẽtia creaturæ, perfectè, & plenè à Deo cognoscitur: nec aliter suam omnipotentiam plenè cognosceret, nisi agnosceret omnia, ad quæ se extendit.

Henricus.

QVAESTIO V.

Arguitur primo contra veritatem.

NVnc quæritur, *an omnia sint in Deo.* Videtur ꝙ nõ, qm̃ quicquid est in Deo est ipse Deus. sed omnia non sunt Deus. ¶Secundò, creatura distat à creatore in infinitũ, ergo non est in illo. ¶Ad hoc Bonauentura respõdet: Aliquid dicitur esse in alio tripliciter. Primò, ſm actualem existentiam. Secundò, per similitudinis præsentiam, aut̃ præscientiam. Tertiò, ſm causatiuam potẽtiam. Primò modo res sunt in vniuerso. Secundò, in cognitiua substantia. Tertiò, in propria causa. & his duobus vltimis modis omnia sunt in Deo, & ab æterno fuerunt in eo, quia æternaliter eas præcognouit, atque producere potuit. Veruntamen mala ſm quod huiusmodi, non sunt in Deo, q̃is ab ipso plenariè cognoscuntur. Non enim per propriam sciuntur ideam, sed modo frequenter prætacto. Hæc Bonauentura.

2 Bonauen.

¶Thomas quoq; Hęc, inqt, præpositio, in secũdũ, quod diuersis coniungitur, diuersã habitudinẽ notat. Hinc aliud est esse in sciẽtia Dei, aliud esse in Deo, & aliud esse in diuina essentia. Scia nãq; cognitionẽ importat. Ideo esse in sciẽtia Dei, non est nisi cognosci à Deo. ficq; bona, & mala dicuntur esse in scia Dei. Essẽtia verò significatur per modũ formę. ideo esse in essentia Dei, est subsistere in diuina natura, & esse idẽ diuinæ essentiæ ꝙ nulli conuenit creaturæ. Ideo creatura, non dr̃ esse in essentia Dei. Porrò hoc nomẽ Deus significat rẽ subsistẽtẽ, cuius est

Tho aqu.

esse

Esse in Deo dupliciter intelligitur.

esse,& operari. Vnde esse in Deo intelligi potest dupliciter. Primò, ꝙ sit, seu subsistat in esse diuino, sicq; creatura non est in Deo. Secúdò, ꝙ subest operationi,& efficientiæ Dei,& ita causaliter,ac ideali ter est in Deo,quicquid causatur ab ipso. Idem Petrus, & Richardus. Concordat,& Alexander.

Quæstio.

¶Sed quæri potest,an creaturæ habeãt verius esse in Deo, quàm in seipsis. Ad quod

Thó. aqu.

Thomas respõdet: Esse creaturæ potest quadrupliciter considerari. Primò, prout est in propria natura. Secundò, prout in cognitione nostra. Tertiò, ꝑut est in Deo. Quartò abstractè, videlicet in communi, prout abstrahit ab omnibus istis. Cum itaque dicitur creatura verius esse in Deo, quàm in seipsa, comparatur primum,& tertiũ esse ipsius creaturę respectu quarti, quoniã omnis comparatio est respectu alicuius communis: atque pro tanto dicitur, ꝙ creatura verius esse habet in Deo, quoniam omne quod est in alio, est in illo per modum illius, non per proprium modum, sicque creatura est in Deo per modum, & esse increatum, videlicet per suum esse ideale, & exemplare, quod est ipsemet Deus. Propter, quòd dicit Anselmus, quòd creatura in Deo est creatrix essentia, id est, esse creaturæ secúdum quod in Deo est. In se verò est per modum esse creati, in quo minus est de veritate essendi, quàm in esse increato. Porrò si comparetur esse primum ad secundum respectu quarti, habent se sicut excedentia,& excessa. Esse enim in propria natura, inquantum est esse substantiale rei, verius est, quàm esse eius in anima, quòd est esse accidentale: & ita excedit illud, sed exceditur secundum quid, inquantum res habet in anima, quoddam esse abstractum immateriale, & spirituale, in seipsa autem materiale. Hæc Thomas. Idem scripsit Albertus prolixiùs, & concordat Vdalricus.

Creatura verius habet esse in Deo quam in seipsa.

Anselmus

Bonauen. Triplex ẽ rerum existentia.

¶Vnde elicit Thomas, atq; concludit, ꝙ res aliquando verius esse habet, vbi habet esse per similitudinem suam, q̃ in propria natura. quod verum videtur de similitudine increata, & ideali, quam habet in creatore. Esse autem ideale rei in Deo,& proprium esse eius, non sunt idem esse, nec genere, nec specie, nec numero, sed analogia.

¶Porrò Bonauentura respondens: Triplex, ait, est existentia rerum. Prima est in exemplari æterno, secunda in intellectu creato, tertia in mundo. In exemplari æterno, & in intellectu creato sunt res secundum similitudines suas, in mundo autem secundum propriæ naturæ veritatem. Dum igitur quæritur vbi sint verius, dupliciter potest intelligi. Primò, quòd fiat comparatio eiusdem rei ad se, secundum diuersum modum existẽdi. vt sit sensus, vbi res creata verius habeat esse in producente, aut cognoscente, vel in seipsa. sicque creatura verius esse habet in proprio genere, quàm in Deo, vel intellectu creato: quoniam in seipsa est ſm essentialia, & intrinseca sua principia, atq; secúdum esse suum naturale, verum, ac proprium: in alijs autem secundum similitudinem suam. Si autem fiat cõparatio rei ad similitudinẽ suam, ut sit sensus: quid habeat, verius esse, ipsa res, aut similitudo ipsius. & ita simpliciter concedendum, ꝙ similitudo rei verius, atque nobilius habeat esse in Deo, quàm ipsa res in seipsa siue in mundo: quia in Deo habet esse exemplare, æternum, & increatum. Similitudines quoq; rerum in mente creata, verius, & nobilius esse habent, vt ait Augustinus libro de Trinitate, non ratione eius, quod sunt, quia accidentia sunt: sed ratione eius, in quo sunt: quoniam nobiliori, spiritualiorique modo sunt res in intellectu cognoscente creato, quàm res ipsæ in mundo contentæ.

Augustin.

¶Hinc Petrus: Dum quæritur, inquit, an res verius sit in natura propria, vel in Deo, vel in anima, seu mente creata, aut intelligitur de vero esse sui generis, aut de vero esset generaliter sumpto. Primò, modo veriùs sunt res in sua natura. Secúdo modo secundum quid veriùs sunt in propria natura, q̃ in anima, aut mẽte creata: quia esse earum in propria natura est substantiale, in mente vero creata est accidentale. & secundo modo est econuerso, quia in mente creata habent esse spirituale, in seipsis materiale. In Deo autem simpliciter verius, ac nobilius esse habent, videlicet ideale, vt dictum est. Hæc Petrus. ¶Deniq; cum arguitur, Quicquid est in Deo, est ipsemet Deus: dicendum, quòd verum est secundum esse, quo est in Deo, & quod habet in eo. Non autem simpliciter quicquid est, est Deus: vel quicquid est in Deo, est Deus secundum proprium esse. Cumque obijcitur, ꝙ creatura distat à Deo in infinitum, dicendum ꝙ non distat loco, sed dissimilitudine, & defectu: qm̃ Deus in infinitũ perfectior est. Ipse nihilominus omnia penetrat, omnibus præsens est, & essentijs rerum illabitur. Ab iniquis verò & damnatis specialiter longè est, & de hoc sequenti distinctione est sermo. ¶Præterea si quæratur, an imperfecta sint in Deo, & an habeant ideam in eo: respondet Bonauentura, quòd imperfecta quantũ ad entitatem, bonitatem, & veritatem, quã habent, sunt in Deo, & habent ideam in eo, causaliterq; fluxerunt ab ipso. sic enim creatori aliquo modo assimilantur. sed inquantum imperfecta, prout imperfectio priuationem, seu negationem perfectionis importat, non sunt in Deo, nec habent in eo ideam propriam, sicut nec ipsa priuatio. Hæc Petrus.

Petrus.

Soluũtur argumẽta initio, quæstionis adducta.

ad 2.

Quæstio.

A *Quibus modis dicatur Deus esse in rebus. Distinctio XXXVII.*

Quomodo Deus est ī rebus, & locis corporalibus.

TQuoniam demonstratum est ex parte, quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendum videtur hic, quibus modis dicatur Deus esse in rebus: si tamen id, humana mens, vel ex parte dignè valeat cogitare, vel lingua, sufficit eloqui. Sciendum ergo est, quòd Deus incommutabiliter semper in se existens, præsentialiter, potentialiter, essentialiter est in omni natura siue essentia, sine sui diffinitione: & in omni loco sine circunscriptione,& in omni tempore sine mutabilitate. Et præterea in sanctis spiritibus,& animabus est excellentiùs, scilicet per gratiã inhabitans,& in homine Christo excellentissimè: in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, ut ait Apostolus. In eo. n. Deus habitauit, nõ per gratiã adoptionis, sed per gratiam vnionis. Ne autem ista, quia capacitatem humanæ intelligentiæ excedunt, falsitatis arguere aliqui præsumant, sanctorũ auctoritatibus muniẽda mihi videntur. Beatus Gregorius super Cantica Canticorũ inquit: Licèt Deus cõmuni modo

Colo. 2. 8

Gregorius.

modo omnibus rebus insit præsentia, potentia, substantia: tamen familiari modo per gratiam dicitur esse in illis, qui mirificentiam operum Dei acutiùs, & fideliùs considerant. De hoc eodem Augustinus ad Dardanum in libro de præsentia Dei, ait: Cum Deus sit natura incorporea, & incommutabiliter viua, æterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus, & singulis totus: sed in quibus habitat, habent eum pro suæ capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum tẽplum gratia suæ bonitatis ædificat. Hilarius, quoque in octauo libro de Trinit. apertissimè docet Deum, vbique esse. Deus, inquit, immensæ virtutis, viuens potestas, quæ nusquam non adsit, non desit vsquam, se omnem per sua edocet: vt ibi sua sunt, ipse esse intelligatur. Non autem corporali modo cum alicubi sit, non etiam vbique esse credatur, cum & in omnibus esse non desinat. Ambrosius in 1. lib. de spiritusancto, spiritusanctum probat non esse creaturam, quia vbique est, quòd est proprium diuinitatis, ita dicens: Cum omnis creatura certis naturæ suæ sit circunscripta limitibus, quomodo, quis audeat creaturam appellare spiritumsanctum, qui non habet, circunscriptam, determinatamque virtutem, quæ & in omnibus, & vbique semper est, quòd vtique diuinitatis, & dominationis est proprium? Idem in eodem: Domini est omnia complere, qui dicit: Cœlum & terram ego *impleo. Si ergo dominus est, qui cœlũ *implet, & terram, quis ergo potest spiritumsanctum iudicare dominationis, & diuinæ potestatis exortem, qui repleuit orbem? & quod plus est, repleuit & Iesum totius mundi redemptorem. Ex his, alijsque pluribus auctoritatibus, apertè monstratur, quòd Deus, ubique, & in omni creatura essentialiter, præsentialiter,& potentialiter est.

Augustin. de præsentia Dei ad Dardanũ epistol. 57.

Hilarius li. 8. de Tr.

Ambros. li. 1 de spiritu sãcto cap. 7.

Idem vbi supra. Iere. 23. e

*compleo *complet

Sapi. 1. b Isai. 11. b

B *Quid in sanctis non modo est, sed etiam habitat: qui non vbicunque est habitat.*

In sanctis vero etiam habitat, in quibus est per gratiam. non enim vbicunque est, ibi habitat: vbi verò habitat, ibi est, in solis bonis habitat, qui sunt templum eius,& sedes eius. Vnde per Isaiam dominus ait: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quia in electis qui sunt cœlum, habitat Deus, & regnat, qui eius voluntati deuoti obtemperant. Malos vero qui sunt terra, iudicij districtione calcat. Vnde etiam in li. Sapientiæ dicitur: Thronus sapientiæ anima iusti: quia in iustis specialiùs est, quàm in alijs rebus: in quibus tamen omnibus totus est. Quemadmodum verò anima (vt ait Augustinus, in epistola ad Hieronymum de origine animæ) per omnes particulas corporis, tota adest simul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus, sed tamen in alijs intensiùs, & in alijs remissiùs operatur, cum in singulis particulis corporis, essentialiter tota sit: ita & Deus cum sit in omnibus essentialiter, ac totus in illis tamen pleniùs esse dicitur, quos inhabitat id est, in quibus ita est, vt faciat eos templum suum: & hi tales cum eo sunt iam ex parte, sed in beatitudine perfectè. Mali vero etsi ibi sint, vbi ipse est, qui nusquam deest, non tamen sunt cum eo. Vnde Augustinus super Iohannem: Non satis fuit dicere, Vbi ego sum, & illi sint: sed addidit, mecum: quia, & ibi miseri possunt esse, vbi & ille est, qui nusquam deest. Sed beati sunt cum illo, quia nõ sunt beati, nisi ex eo, quòd cum illo sunt, qui fruuntur eo, & uident illum sicut est. Mali vero non sunt cum illo, ut cæci in luce, non sunt cum luce: nec boni ita nunc sunt cum eo, vt videant per speciem, etsi sint aliquo modo cum eo per fidem. Quomodo autem Deus habitet in bonis, ex illis aliquatenus intelligere valebis, quę supra dicta sunt, cum de spiritussancti processione temporali ageretur: vbi, licèt ex parte, exponitur: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, quomodo spiritussanctus habitet in nobis, qui non sine patre, & filio inhabitat.

Augustin. de origine animæ ad Hieronymum.

Augustin. super Iohan. Ioh. 17. d

1. Cor. 13.

C *Vbi erat, vel habitabat Deus antequam esset creatura.*

Si autem quæris, ubi habitabat Deus antequam sancti essent, dicimus quia in se habitabat, Vnde Augustinus in libro contra Maximinum: In templo, inquit, suo habitat Deus, scilicet in sanctis, qui sunt templum Dei, modo secundum fidem ambulantes: & templum Dei erunt aliquando secundum speciem, qualiter etiam nunc templum Dei sunt angeli. Sed dicet aliquis, antequam faceret Deus cœlum, & terram, antequã faceret sanctos, ubi habitabat? In se habitabat Deus, apud *se habitat, & apud se est. Non ergo sancti sic sunt domus Dei, vt *ea subtracta cadat Deus. imò sic habitat Deus in sanctis, ut si ipse discesserit, cadant.

Augustin. li. 3 cõtra Maximinum c. 21. Ffal 10. 1. Cor. 3.

*te *ipsis subtractis.

D *Multa hic breuiter docet, quæ confirmant prædicta.*

Sciendum est etiam, quia ut ait Augustinus in libro ad Dardanum: Dici nisi stultissimè

Augustin. ad Dardanũ epi 57.

simè nequit, spiritum sanctum non habere locum in nostro corpore, quod totum anima nostra impleuerit. Stultiùs etium dicitur, angustijs alicubi impediri Trinitatem, vt pater, & filius, & spiritus sanctus alicubi simul esse non possint. Verum illud est multo mirabilius, quòd cum Deus vbique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Quis porrò audeat opinari, nisi insepatabilitatē Trinitatis penitus ignoret, quòd in aliquo possit habitare pater *& filius, in quo non habitet spiritus sanctus: aut in aliquo spiritus sanctus, in quo non habitet pater, & filius? Fatendum est ergo, ubique esse Deum per diuinitatis præsentiam, sed non ubique per inhabitationis gratiam. Propter hanc enim inhabitationem gratiæ non dicimus, Pater noster, qui es, vbique, cum & hoc verùm sit: sed qui es in cœlis, id est, in sanctis, in quibus est quoddam excellentiori modo.

*aut

Matt. 6. b

E

Quod Deus inhabitator est quorundam nondum cognoscentium Deum, & non quorundam cognoscentium.

Illud quoque mirabile est, quia vt ait Augustinus in eodē: Deus est inhabitator quorundam nondum cognoscentium Deum, & non quorundam cognoscētium Deum. Illi enim ad templum Dei pertinent, qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificant. Ad templum Dei pertinent paruuli sanctificati sacramento Christi, & regenerati spiritu sancto, qui nondum valent cognoscere Deum. Ergo quem potuerunt illi nosse, nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi, quibus hoc est Deum habere, quod nosse. Hic aliquatenus aperit Augustinus, quomodo Deus habitet in aliquo, id est, habeatur, cum videlicet ita est in aliquo, vt ab eo cognoscatur, & diligatur.

Augustin. ad Dardanū epistol. 57. Roma. 1.

*remuuerati.

F

Quomodo Deus totus ubique sit per essentiam, non potest intelligi ab humano sensu.

Ex prædictis patet, quòd Deus vbiq; totus est per essentiam, & in sanctis habitat per gratiam. Cumque superius licèt tenuiter ostensum sit, qua ratione dicatur habitare in quibusdam: nunc efflagitaret ordinis ratio id etiam assignari, quomodo vbique per essentiam, & totus sit, nisi huius considerationis sublimitas, atque immensitas humanæ mentis sensum omnino excederet. Vt enim ait Chrysostomus super epistolam ad Hebræos, Sicut multa de Deo intelligimus, quæ loqui penitus non valemus, ita multa loquimur, qua intelligere non sumus idonei. Verbi gratia, quòd vbique Deus est, scimus, & dicimus: quomodo autem ubique sit, intellectu non capimus. Item quod est incorporea quædam virtus, quæ omnium est causa bonorum, scimus: quomodo autem, vel quæ ista sit, penitus ignoramus.

Iohannes Chrysost. homilia 2. super. epistolam ad Hebræos, cap. 1.

G

Quorundam opinio, qui præsumunt ostendere quomodo Deus ubique sit per essentiam, potentiam, præsentiam.

Quidam tamen immensa ingenio suo metiri præsumentes, hoc ita fore intelligendū tradiderunt, q̄ Deus vbiq; per essentiam esse dicitur, non q̄ Dei essentia proprie sit in omni loco, & in omni creatura: sed quia omnis natura, atq; omne, quod naturaliter est, in quocunq; loco sit, per eum habet esse, & omnis locus, in quo illud est. Idem etiam dicunt, ideo Deū vbiq; dici esse per præsentiā, vel per potentiam: quia cuncta loca sunt ei præsentia, & quæ in eis sunt, nec in eis aliquid operari cessat. Nā & ipsa loca, & quicquid in eis est, nisi ipse conseruet, manere non possunt. In eis ergo per substāti m Deus esse dicitur, vt aiunt: quia per virtutem propriæ substantiæ suæ tacit, vt etiam loca sint, & omnia, quæ in eis sunt. Sed licèt hæc vera sint, quæ asserunt in explanandis intelligentijs prædictorum: in illis tamen verbis, quibus dicitur Deus ubique esse per essentiam, plus contineri cred endum est, quod homo viuens capere non valet.

H

Quòd Deus cum sit in omnibus rebus, non tamen sordibus rerum inquinatur.

Solet etiam ab eisdem quæri, qūo Deus substantialiter insit omnibus rebus, & corporaliū sordium inquinationibus non contingatur. Quod tam friuolum est, vt nec respōsione sit dignū, cum etiā spiritus creatus sordibus corporeis etiam leprosi, vel quantuncunq; polluti inquinari nō possit. Sol quoq; radios suos sine sui pollutione effundit super loca, & corpora non solū munda, sed etiam immunda, ac sordibus fœtentia, quorū cō tactu hoīes, & aliæ quædā res inficiūtur: solis verò radij impolluti, & incontaminati ea contingentes existunt. Nō est ergo mirandū, si essentia diuina oīno simplex, & incōmutabilis omnia replet loca, & oībus creaturis essentialiter ineſt, nec tamen cuiusquā rei sordi-

sordibus contaminetur, vel contingatur. *Per simile, & minùs ostendit Augustinus de Agone Christiano: Timent quidam, quod fieri non potest, scilicet ne humana carne veritas, & substantia Dei inquinetur: & tamen prædicant istum visibilem solem radios suos per omnes feces, & sordes spargere, & eos mundos, & synceros * seruare. Si ergo visibilia munda à visibilibus immundis contingi possunt, & non inquinari, quanto magis inuisibilis, & incommutabilis veritas?* Vnde Augustinus in libro de natura boni: Cum in Deo, inquit, sint omnia, quæ condidit, non tamen inquinant eum illi, qui peccant. De cuius etiam sapientia, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, dicitur: Attingit omnia propter suam munditiam, & nihil inquinatum in eam incurrit. Postremò respondeant, quid potiùs de Deo respondendum existiment: vel quòd nusquam per essentiam sit, vel vbique: vel, quòd alicubi ita, quod non vbique. Sed quis audeat dicere, quòd nusquam diuina essentia sit, vel, quòd alicubi, & non vbique sit? Si enim ita est alicubi, quod non vbique, ergo localis est. Est ergo vbique tota, quæ continet totum, & penetrat totum: quæ nec pro sui simplicitate diuidi, nec pro sui puritate maculari, nec pro sui immensitate vllo modo comprehendi potest. Vnde Augustinus, Deus vbique est, cui non locis, sed actionibus propinquamus.

*seruari.

Augu. de nat. bon. ca. 29 Sapiē. 7. d

In sententiis ex Augustino decerptis cap. 91.

I

Quod Deus vbique sit, & in omni tempore, non tamen localis est, non circumscriptibilis, nec loco, nec tempore mouetur.

Cumq; diuina natura veraciter, & essentialiter sit in omni loco, & in omni tempore, non tamen mouetur per loca, vel per tempora, nec temporalis, nec localis est. Localis non est, quia penitùs non circumscribitur loco, quia, nec ita est in vno loco, quòd non sit in alio. Neque dimensionem habet sicut corpus, cui secundum locum assignatur principium, medium, & finis: & ante, & retro, * *dextra, & sinistra*, sursum, & deorsum, quod sui interpositione facit distantiam circunstātium. Duobus namque his modis dicitur in scriptura aliquid locale siue circumscriptibile, & econuerso: scilicet, vel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis, distantiam facit in loco, vt corpus: vel quia loco diffinitur, ac determinatur, quoniam cum sit alicubi, non vbique inuenitur: quod non solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omni modo locale est. Spiritus verò creatus quodammodo est localis, & quodammodo non est localis. Localis quidem dicitur, quia definitione loci terminatur: quoniam cum alicubi præsens sit, totus alibi non inuenitur. Non autem ita localis est, vt dimensionem capiens, distantiam in loco faciat. Diuina ergo sola essentia omnino illocalis, & incircumscriptibilis est, quæ nec locis mouetur aliquo modo, scilicet, vel determinatioue finita, vel dimensione suscepta: nec temporibus, scilicet affectu, & cognitione, mouetur. His enim duobus modis, scilicet loco, vel tempore, fit mutatio creaturæ, quæ longè est à creatore. Vnde Augustinus super Genesim: Deus, inquit, omnipotens, incommutabili æternitate, voluntate, veritate, semper idem: mouet per tempus creaturam spiritualem, mouet etiam per tempus, & locum creaturam corporalem, vt eo motu naturas, quas condidit, administret. Cum ergo tale aliquid agit, nō debemus opinari eius substantiam, qua Deus est, temporibus, locisq; mutabilem, siue per tempora, & loca mobilem, cum sit ipse, & interior omni re, quia in ipso sunt omnia: & exterior omni re, quia ipse est super omnia: & antiquior omnibus, quia ipse idem est ante omnia: & nouior omnibus, quia ipse idem post omnia, scilicet post omnium * initia. Ecce hic apertè ostenditur, quòd nec locis, nec temporibus mutatur, vel mouetur Deus. Spiritualis autem creatura per tempus mouetur, corporalis verò etiam per tempus, & locum.

* dextrū, & sinistrū

Aug. li. 8. super Gene. ca. 26.

* prīcipia

K

Quid sit mutari secundum tempus.

Mutari autem per tempus, est variari secūdum qualitates interiores, vel exteriores, quæ sunt in ipsa re, quæ mutatur: vt quando susc̄ipit vicissitudinē gaudij, doloris, scientiæ, obliuionis, vel variationem formæ siue alicuius qualitatis exterioris. Hęc enim mutatio, quæ fit secundum tempus, variatio est qualitatum, quæ fit in corporali, vel spirituali creatura: & ideo vocatur tempus.

L

Opinio quorundam, qui dicunt spiritus creatos non moueri loco, nec esse locales.

De mutatione verò loci, magna inter cōquirentes disceptatio versat̄. Sunt enim, qui dicunt, nullū spiritum aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locū vniuersaliter

liter remouere volentes:quoniam secundum dimensionem tantum, & circũscriptionem locum constare asserunt,atq; id solum esse locale,vel in loco esse dicunt,quod di
Augusti. mensionem recipit,& distantiam in loco facit.Et hoc dicunt Augustinum sensisse,mutationem temporis tantum spirituali creaturæ tribuentem: loci verò, & temporis, corporeæ.

M

Hic respondetur eis.

Sed, vt supra diximus, dupliciter res dicitur esse localis, vel circumscriptibilis: scilicet,vel quia dimensionem recipit, & distantiam facit,vel quia loci termino definitur: quorum vtrumque conuenit corporeę creaturę,alterum verò tantum spirituali.Nam (vt supra diximus) corporalis creatura ita est localis,vel circumscriptibilis,quòd determinatur definitione loci, & quod dimensionem recipiens,distantiam facit: spiritualis verò tantum definitione loci concluditur, cum ita sit alicubi, quod non alibi: sed nec dimensionem recipit,nec distantiam in loco facit:quia si multi essent spiritus hic,non eo coangustarent locum,quo minùs de corporibus contineret. Ideoq; Augustinus attribuit mutationem loci corpori, non spiritui:quia licèt spiritus transeat de loco ad locum,non tamen ita,vt dimensionibus circumscriptus,interpositione sui faciat distantiam circunstantium sicut corpus,

Conclusio ex prædictis, quod Spiritus creati sunt locales, & circumscriptibiles quodammodo: Spiritus verò Dei, omnino incircumscriptibilis.

Sunt ergo spiritus creati in loco,& transeunt de loco ad locum,& quodammodo locales,& circunscriptibiles:sed non omni eo modo,quo creaturæ corporeæ.Spiritus autem increatus,qui Deus est,in loco quidem est,& etiam in omni loco:sed omnino illocalis est,& incircumscriptibilis. Vnde Beda super Lucam ait: Cum ad nos Angeli veBeda li.1. sup Lucã cap.1: niunt,sic exteriùs implent ministerium,vt tamen ante Deum interiùs per contemplationem assistant:quia,etsi Angelus est spiritus circumscriptus,summus tamen spiritus, qui Deus est,incircunscriptus est,intra quem currit Angelus quocunque mittatur. Ecce hic dicitur,quòd spiritus Angelicus circumscriptus est:spiritus autem,qui Deus est,
Amb. li.1. c. 9. & 10. incircumscriptus.Alibi etiam Ambrosius distantiam ostendens inter spiritum increatum,& spiritum creatum,dicit Seraphim, de loco ad locum transire,inquiens ita in li-
Isaiæ 6.b bro de Trinitate: Dixit Isaias,quia missus est ad me vnus de Seraphim. Et spiritus quidem Sanctus dicitur missus:sed Seraphim ad vnum,spiritus verò ad omnes. Seraphim mittitur in ministerio,spiritus operatur mysterium. Seraphim,de loco ad locum transit. Non enim complet omnia,sed ipse repletur à spiritu. Hic apertè ostenditur,quòd Angeli quodammodo locales sunt.

O

Cum repetitione superiorum confirmat auctoritatibus Deum esse vbique sine locali motu.

Fateamur itaque diuinam naturam pro immensitate sui nusquam deesse, eamq; so-
Sapiẽ. 8.a lam omnino illocalem,& omnino incircumscriptibilem, nullo concludi loco: sed à fine vsq; ad finem attingere: nõ tamen spatiosa magnitudine,nec locali motu,sed im-
Aug. sup Psal. 147. mensitate,atq; immobilitate suæ essentiæ. Vnde Augustinus ad Dardanum ait: Non quasi spatiosa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sicut fumus, aut lux ista diffunditur:sed potiùs sicut in duobus sapientibus,quorũ alter altero corpore gran dior est,sed sapientior non est,vna sapientia est:nec est in maiore maior,nec in minore minor, nec minor in vno, quàm in duobus. Ita Deus sine labore regens, & continens mundum, in cœlo totus est,in terra totus,& in vtroq; totus: & nullo contentus loco, sed in seipso vbiq; totus.Idem quoq; super Psalmum ait: Ad verbum Dei pertinet non esse in parte,sed vbiq; esse per seipsum. Hæc enim est sapientia Dei,quæ attingit à fine vsq; ad finem fortiter:non tamen motu locali,sed immobilitate sui:veluti si moles aliqua saxea impleat aliquem locum, dicitur,quod attingit à fine illius loci vsq; ad finẽ, cum tamen alterum non deserat alterum occupando. Non ergo habet motum localem verbum illud,& sapientia illa solida est,& vbiq;. Ex prædictis innotescit,qđ Deus est ita vbiq; per essentiam,quòd nec spatiosa magnitudine diffunditur: nec vno deserto loco alium occupat,quia localem motum non habet.Ideoq; Augustinus volẽs præscindere à Dei puritate omnem localem motũ,& localem circũscriptionem,potiùs dicit omnia esse in illo,q̃ ipsum esse alicubi,nec tñ ipsum esse locum, qui non est in loco,

in

in libro octogintatrium quæstionum ita inquiens:Deus non alicubi est.quod enim ali cubi est,continetur loco:quod continetur loco,corpus est. Deus autem nõ est corpus, Aug.li 83. quæstionũ quæst. 20. non ergo alicubi est:& tamẽ quia est,& in loco non est,in illo sunt potiùs omnia,quàm ille alicubi:nec tamen ita in illo,vt ipse sit locus.Locus enim in spatio est,quod longitudine,& latitudine,& altitudine corporis occupatur,nec Deus tale aliquid est:& omnia ergo in ipso sunt, & locus non est,nec in loco est:locus tamen Dei,sed impropriè, dicitur templum Dei,non quod eo contineatur. Id autem nihil melius, quàm anima munda intelligitur. Ecce hic dicit,Deum non esse in loco: sed intelligendum est,eum non esse in loco localiter, scilicet, quia nec circumscriptionem, nec localem motum habet.

P

Oppositio, qua videtur probari, quòd Deus mutetur loco.

Ad hoc autem solet opponi sic:Quotidie fiunt creaturæ,quæ ante non erant,& in eis Deus est cum ante non esset in eis,est ergo vbi ante non erat,ideoq; mutabilis esse videtur. Sed licèt quotidie incipiat esse in creaturis,in quibus ante non erat, quia illæ non Respõsio. erant,hoc tamen fit sine sui mutatione:qualiter in mundo cœpit esse,quem fecit,tamẽ sine sui mutabilitate:& similiter desinit esse,in quibus ante erat,sine sui mutatione: nec ipse deserit locum, sed locus desinit esse.

Q

Epilogus, vbi exponitur quare in prædictam venerit disceptationem.

Iam sufficienter demonstratum esse videtur,quomodo omnia dicantur esse in Deo, & Deus in omnibus:quam disceptationem quasi incidenter suscepimus: quia id videbatur postulare res, circa quam noster versabatur sermo. differebamus enim de scientia,siue sapientia Dei: & cum doceremus Deum scire omnia, quæsitum est vtrum propter cognitionem,quam de omnibus habet, dicerentur omnia esse in Deo, an alia ratione hoc diceret scriptura. Huius ergo quæstionis occasio, in præmissam nos deduxit disputationem.

Summa distinct. 32. IN præcedenti distinctione ostensum est, qualiter omnia sint in Deo, hic docetur quomodo Deus sit in omnibus. & circa hæc edocetur primò in generali,qualiter tribus modis asseratur esse in omnibus rebus, qđ & confirmatur sanctorum auctoritatibus plurimorum.Deinde,qualiter speciali modo dicatur esse in specialibus creaturis,puta in sanctis, & iustis,quos per gratiam fertur inhabitare. & qualiter specialissimo modo sit in homine Christo. Horum quoque occasione quasi incidentaliter tractat Magister, qualiter spirituales creaturæ sint in loco, & qualiter moueri dicantur.

QVAESTIO 1.

Arguitur primo cõtra veritatem. IAm quæritur primò, *Vtrum Deus sit in omnibus rebus*. ¶Videtur,q̃ non,quia in nulla re est,cum sit infinitus, & nulla proportio sit finiti ad infinitũ, imò in infinitum distent ab inuicem. quòd autẽ existit in alio,non distat ab eo in infinitum.

2. ¶Secũdò, quia vilesceret Deus, & dignitati eius immensæ derogaret esse in rebus fœdis,impuris,vilissimis: imò intellectus hoc abhorrere videtur.

3. Prou.15. ¶Tertiò, quia non est in dæmonibus,atque (vt ait scriptura) longè est Dominus ab impijs. quod autem longè est ab alio, non est in eo. In scripturis etiam frequenter habetur, q̃ Deus recedit à præuaricantibus, ergo non manet,nec est in illis.

4. ¶Quartò,ad eminentiam pertinet, sine reali præsentia operari. propter quod in Euangelio centurio commendatur præ regulo, quia centurio credidit Christum etiam non præsentem posse suum seruum curare:Domine,inquiens,non sum dignus, vt
Matth.8. intres &c. regulus verò putabat realem præsentiã Christi necessariam esse ad hoc, quòd filium suum sanaret:Domine, dicens,descende priusquam filius meus moriatur? Ad hoc ergo,q̃ Deus cuncta conIoan. 2 seruet in esse,& operetur in omni ente, non est necesse,q̃ realiter adsit.& tamen hoc adsignat pro causa,cur in omnibus esse perhibeatur.

In oppositum. ¶In contrarium est,quòd Deus est verè incircũscriptus, & infinitus, propter quod omnia implet, penetrat, & ipsis rerũ essentijs solus illabitur, estq; intimior atque propinquior rei, quàm ipsamet sibi, aut intrinseca,& essentialia principia eius. Vnde,& ipse per Ieremiam testatur: Nunquid non cœlum, & terram ego impleo? Et Psalmista: Si ascendero, Iere. 23. Psal. 138: ait, in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. &c.

Alexãder. ¶Ad hoc Alexander respondet: Simpliciter, & absque distinctione est concedendum, diuinam essentiam incircumscriptibilem esse: quia nec loco, nec tempore, nec intellectu, seu cognitione mentis creatæ comprehenditur. Denique circa hæc mouet Alexander plures quæstiones. Prima est, an Deus sit vbique, vel nusquam,aut in seipso. Et re- Quæstio. spondet: Multipliciter dicitur aliquid esse in loco. In loco est se multipliciter dicitur. Primò, quoniam continetur ipso loco, & ita non est Deus in loco, neque alicubi. Secundò, quoniam locus ei adest, & illud non deest loco. Hinc libro de Trinitate scribit Boetius: Deus est vbique, Boetius. non quòd contineatur in omni loco, sed quoniam locus ei adest ad capiendum: cum tamen non capiatur aliquo loco.Dicitur quoque Deus locum replere non materialiter,sed virtualiter. Imò,& essentiali sua præsentia, quæ spiritualissima est, sicut & Deus simplicissimus esse censetur. Vnde Augusti- Auguſt. nus in libro de præsentia Dei ad Dardanum: Aliter sapientia replere dicitur sapientem, aliter aqua vasculum.eoq; modo,quo sapientia replet sapientem, diuina essentia replet loca.sapientia quippe non est maior corporaliter in maiore, nec minor in minore.Ita est Deus in locis,& rebus.Deniq; propositio

ista, Deus nusquam est, non est admittenda sine determinatione. Negationes namque vniuersaliores sunt affirmationibus. Idcirco per istam, Deus nusquam est, non solum remouentur à Deo modi quibus non conuenit ei esse in loco, sed etiam prætactus modus, quo esse in loco conuenit ei. Hinc cũ determinatione dicendum est, Deus nusquam est circumscriptiuè, diffinitiuè, aut contentiuè. Sicque intelligendum est, quod ait Boetius Deum nusquã esse. Amplius, vera est ista, Deus est in seipso, qñ dicitur esse in seipso, quia per se est non indigens aliquo. Vnde secundum Augustinum ad Dardanum, res dicitur esse, vbi cõtinetur. Deus autem propria continetur seu subsistit virtute. Idcirco cum dicitur esse in se, non notatur habitudo eius ad aliam rem, sicut cum dicitur esse vbiq;. Et quamuis vbiq; sit, non tamen sequitur, quòd sit extra se, quoniam omnia intra ipsum sunt. & ipse vniuersa excedit, ambit, & continet. Hæc Alexander, qui circa hæc quærit, & alia multa, quæ infra tangentur.

Quomodo intelligatur Deus nusquam esse.

Th. Aqui. ¶ Circa hæc loquitur Thomas: Deus in omnibus rebus essentialiter est, non ita, q̃ rebus commisceatur, sicut in libro de Causis habetur: Causa prima in omnibus est præterquam eis cõmisceatur. Non enim est pars alicuius rei, nec formale omniũ esse. Philosop Mouens namq;, & motum, operans quoq;, & operatum, oportet simul esse, vt septimo Physicorum probatur. sed hoc diuersimodè corporalibus, & spiritualibus conuenit. Quia cum corpus per suam essentiam certis terminis quãtitatis limitatam, determinetur ad aliquem situm, nõ potest esse, q̃ corpus mouens, & corpus motum sint in eodem situ, sed sunt simul contactu. sicq; corpus mouens virtute sua immutat corpus, quod sibi immediatè coniungitur, quod etiam immutatum, potest aliud immutare vsq; ad aliquem terminũ. Spiritualis verò substantia, cuius essentia omnino est absoluta à quantitate, & situ, ac per hoc à loco, non est distincta loco, aut situ ab eo, quòd mouet: sed vbi est ipsum, qd mouetur, ibi, & ipsum, quod mouet, quemadmodũ anima est in corpore. & sicut virtus mouens cœlũ dicitur esse in dextera orbis moti à se, à qua incipit motus, vt dicitur septimo Physicorũ. Insuper aduertendum, q̃ esse cuiuslibet rei, & esse cuiuslibet partis eius, est immediatè à Deo: quia ẽm fidem nõ ponimus quenquã creare nisi Deum. Creare autem est dare esse. Illud quoq;, quod dat esse, non põt cessare ab operatione, qua dat esse, nisi res desinat esse: Auicẽna. quia, vt asserit Auicenna, hæc est differentia inter esse agens diuinum, & agens naturale, quod agẽs naturale est causa motus tm̃: agens verò diuinum, est causa ipsius motus. Ideo præter ipsum alia qualibet causa efficiẽte remota, nõ remouetur eius effectus in eius. Hinc remoto ædificatore, non definit esse domus, sed fieri. Remota verò causa essendi, remouetur totaliter esse rei, & ipsa corrũpitur. Vnde ẽm Gregor. Gregorium, omnia in nihil deciderent, nisi virtus omnipotentis ea in esse conseruaret. Oportet ergo, q̃ operatio Dei qua dat esse, non sit intercisa, sed continua. pp quod vnigenitus Dei ait Ioannis 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Ex quibus aperte colligitur, q̃ Deus est vnicuique rei intimus: sicut proprium esse rei est intimum ei, quod nec incipere posset, neq; durare, nisi per operationem Dei, per quam operatori suo cõiungitur, vt sit in eo. Hæc Thomas in Scripto.

¶ In cuius verbis continentur quædam obscura. Primum est, quod ait esse cuiuslibet rei esse immediatè à Deo. Cum enim in eodem non sit plura esse substantialia, videtur, q̃ (verbi gratia) in generatione ignis ab igne, & Leonis à Leone, substantiale esse ignis generati, sit immediatè à Deo: & sic ignis generans non influit esse substantiale, sed solũ accidentale: & ita non esset generãs simpliciter, sed ẽm quid. & ita in cæteris generabilibus, & corruptibilibus argui potest. Si autem respondeatur, q̃ aliter Deus, aliter naturale agens est causa ipsius esse substantialis, obijci potest: quia, vel totum esse illud est immediatè à Deo, & sic nihil eius causatur à causa naturali. Verum de hoc infra dicetur.

¶ Secundò in verbis his Thomæ videtur obscurum, quod ait, Id, quod est causa ipsius esse, non potest cessare ab operatione, qua dat ipsum esse, quin ipsa res esse cesset. Ex hoc enim sequi videtur, q̃ esse rerum sit in continuo fieri, seu per indesinentẽ influxum alicuius entitatis in ipsum, cuius oppositũ tactum est supra. ¶ Tertiò inibi est obscurum, quod scribit, Hæc est differentia inter agens naturale, & agens diuinum, q̃ agens naturale est causa motus tantum &c. Causæ enim naturales producũt, & gignũt similia sibi in specie, vt equus equum, Leo Philoso. leonem. Causæ quoq; cœlestes verè educunt formas substantiales de potentia materiæ. estq; verum, qd̃ ait Philosophus, homo generat hominem, & Sol. Et rursus, Incertum apparet, an Auicenna hoc dicat, præsertim cũ Auicenna perhibeat vnam intelligentiam esse productã ab alia, & primũ mobile, eiusq; formam, seu animam ab intelligentia prima. Creare etiam non est diffinitiuè dare esse, sed dare esse ex nihilo. Alioquin omne generans esset creãs, quia secundum Philosophum hæc est inter alterationẽ, Philoso. & generationẽ distinctio, q̃ generans dat esse simpliciter, alterans verò dat esse secundum quid. Hæc scholasticè tacta sunt, vt veritas diligẽtiùs inquiratur.

¶ Præterea in prima parte Summæ quæstione 8. articul. 1. eadem scribit, quæ hic: Deus, inquiens, est in omnibus rebus, non, vt pars essentiæ, neque vt accidẽs, sed sicut agens adest ei, in quod agit. Oportet enim omne agens coniungi ei, in quod immediatè agit, & sua virtute illud contingere. Cumq; Deus sit ipsum esse per suam essentiam, oportet, q̃ esse creatũ sit proprius eius effectus: sicut ignire est proprius effectus ipsius ignis. Hunc verò effectũ causat Deus in rebus, non solum quãdo esse incipiunt, sed quãdiu in esse conseruantur, sicut lumen in aere causatur à Sole, quãdiu aer manet illuminatus. Contra hæc obijci possunt, quæ iam tacta existunt.

¶ Porrò ex his quę Sanctus Doctor scribit in Sũma contra gentiles, tertiò libro, potest quis aliqua forsitan inuenire ad respondendũ ad ista. Ibi quippe per ordinem mouet articulos istos, quòd Deus conseruat res in esse, quòd nihil dat esse, nisi inquãtum agit in virtute diuina, quòd Deus est causa operandi omnibus operantibus, quòd Deus est vbique, quomodo idem effectus sit à Deo, & à natura agente. Itaque, in Summa contra gentiles tertio libro cap. 65. probat per media multa Deum esse vbiq;. Nam sicut res corporea est in loco per quantitatem dimensiuam, sic incorporea res per quantitatem virtualem. Quemadmodũ ergo res corporea si esset vndique infinita, esset in omni loco per quãtitatis contactum, sic Deus cum sit infinitæ prorsus virtutis, in omni est loco per suæ contactum virtutis. Item sicut se habet causa particularis ad suum effectum particularem, & ita causa vniuersalis ad suum effectum vniuersalem, quemadmodum ergo causa particularis suo particulari adest effectui, ita, & causa vniuersalis vniuersali suo effectui

Th. cõtra gentiles.

Deus est vbique.

adest. Cumq; Deus sit causa vniuersalis totius esse, oportet, q̃ in quocunq; est inuenire ipsum esse ei diuina, as sit præsentia. Nec est vbiq; quasi per locorum spatia diuidatur, sed totus ubiq; est, cum sit penitus simplex. Non tamen quemadmodum punctus, qui est terminus continui. propter quod determinatum in continuo situm habet, nec potest esse nisi in uno indiuisibili loco. Deus vero est indiuisibilis tanquam extra, & supra omne continui genus existens. proprer hoc non est determinatus ad locũ magnum, aut paruum, cum fuerit ab æterno absq; loco, sed immensitate suæ uirtutis omnia, quæ sunt in loco, & omnia loca excedit, & iucludit. ¶ Præterea in omni re materiali est aliquis effectus à Deo immediatè creatus, puta materia. Illis ergo oportet Deum adesse. Incorporalium, quoque essentiæ sunt à Deo per creationem immediatè. Hæc ibi.

Esse in aliquo diuersimodè cõuenit corporalibus, & spiritualibus. ¶ Ex quibus etiam patet respõsio quæstionis, qua quæritur, an Deus sit vbiq;. Ad quam etiam in scripto specialiter sic respondet: Esse in aliquo, diuersimodè conuenit corporalibus, & spiritualibus rebus. Nam corpus est in aliquo, vt contentum, sicut vinum in vase. substantia vero spiritualis est in aliquo, vt continens, & conseruans. Corpora etenim limitantur terminis quantitatis ad locum, & per cõsequens uirtus, & operatio eorum in loco sunt. Substantia uero spiritualis cum ita non limitetur quantitate, & situ, non est in loco nisi per suam operationem. sicque ex consequenti uirtus, & operatio eius in loco sunt. Deo igitur non conuenit esse in loco, neque ubique primo modo, nisi metaphoricè, quoniam implet omnem locum sicut corpus locatum proprium locum, non distensione dimensionum, sed causalitate effectuum, imo & sua essentiali præsentia. Si autem esse in loco sumatur per modum, quo spiritualis substantia est in loco, sic proprijsimè conuenit Deo esse in loco, atque vbique, non quasi loco sit mensuratus, sed vt dans loco naturã, ac vim locandi, & continendi locata: quemadmodum, & in qualibet re dicitur esse, inquantum dat rebus proprium esse, ac naturam. Hæc Thomas.

Petrus. ¶ Concordat Petrus, dicendo: In Deo propter omnimodam simplicitatem idem sunt essentia, virtus, & operatio. Id omni ergo in quo est Dei operatio, oportet vt sit virtus eius. & vbi virtus eius, ibi quoque essentia eius. In omnibus autem est operatio Dei: quoniam nulla res creata potest se, aut aliam in essentia conseruare sua uirtute: tum quia ex uihilo est, tum quia Deus est vniuersalis dator, & conseruator totius esse. Cætera vt supra in Thoma. Hæc Petrus.

Ibi, & vbi accipiũtur dupliciter ¶ Qui etiam declarans qualiter sit Deus vbique, adiungit: Ibi, & vbi dicuntur dupliciter. primò strictè, vt cum dicitur, vbi est manus, ibi non est pes. Secundò largè, sicut cum dicitur, vbi scientia, ibi nobilitas. Itaque essentia Dei est ubique largè siue cõmuniter, cum nullibi desit. Strictè verò dicitur aliquid esse in loco dupliciter. Primò per præsentiam, & ita est Deus in omni loco tanquam omnia replens. Secundò, per continentiam, seu terminationem quasi passiuam, & ita in nullo est loco. Hæc Petrus. Concordat Richardus,

Alexãder. ¶ Circa Hæc Alexander conscribit: Vbique designat summam quandam multitudinis omnium vbi quæ summa intelligi potest, vel secundum distinctionem, vel indistinctionem. Si secundum distinctionem, sic non conuenit Deo esse vbique: quia non est partibiliter in loco, sicut lumẽ in aere, quia pars in parte, non totum in qualibet parte: sed secũdum indistinctionem conuenit Deo esse, vbique, quoniam sensus est, Deus in omni loco præsens est totus. Et secundum idem sumpto ipso, Vbi communiter, quia vt ait Augustinus, sicut anima est in qualibet parte corporis sui tota, sic Deus in suo mũdo. ficq; esse vbiq; ponit præsentiam Dei ad omne vbi. Nisi enim Deus esset sic præsens, sequeretur coartatio, & finitatio in suo esse. Augusti.

¶ Cum ergo obijcitur, q̃ aliqua sunt à Deo mediatè, ergo ad illa non requiritur eius præsentia. Dicendum, q̃ nunquã est processus creaturarũ à Deo mediatè tantum. Imò vel semper immediatè, vel simul mediatè, & immediatè. Vnde sicut in processione æterna aliquid procedit à Deo immediatè, vt filius à patre: aliquid mediatè, & immediatè, vt spiritus sanctus, qui secundũ quod procedit à patre, procedit immediatè. mediatè vero inquantum procedit à filio, qui est à patre, & non est ibi aliquid procedens tantummodo mediatè. Conformiter est in processione creaturarũ ex creaturis. Eua namq; processit ab Adam immediatè. Seth quoq; processit ab Adam immediatè, inquantum filius eius: & mediatè, inquantum processit ex Eua, quæ fuit ex Adam. Consimiliter est in hac parte. Principia enim rerum processerunt à Deo immediatè. res vero, quæ sunt ex principijs, fluxerunt à Deo mediatè, & immediatè: quoniam nunquam aliqua causa tantũ operatur in suo effectu, quin prima causa plus operetur in illo. Ideò nullum est creatum, in quo nõ sit immediatè primæ causę actio, atq; essentia. Hæc Alexander. Obiectio. diluitur.

¶ Bonauentura quoq; his cõsonans: Necessitas, inquit, existendi Deum in oĩbus, sumitur tã ex parte perfectionis Dei, quàm ex parte indigentiæ creaturæ. A parte Dei, propter suam ipsius immensitatẽ, & potestatem, & vtriusq; ratio est summa eius simplicitas. Cum enim sit summè simplex, ad nihil artatur, Idcirco in omnibus inuenitur tanquam immensus. Vnde, & virtus eius in omnibus est, cum virtus eius sit sua essentia. Ex parte quoque creaturæ est eius necessitas, quæ cum ex nihilo sit producta, habet in se posfibilitatem, & vanitatem. Cum enim à creatore sit producta in esse, cum priùs non esset, non est suum esse. ideò non est purus actus, sed habet posfibilitatem ad non esse, seu potentialitatem, & rõne huius fluxibilitatem, & variabilitatẽ. Hinc esse & permanere nõ valet, nisi per præsentiam eius qui dedit. Cuius euidẽs est exemplum in impressione figilli in aqua, quæ impressio, nec ad momẽtum conseruatur nisi præsente figillo. Rursus, quoniam creatura eo ipso, quo creata est, vanitati subiecta est, non potest in seipsa fulciri, sicut nec corpus ponderosum in aere. Hęc Bonauentura. Qui consequenter declarat qualiter Deus sit in omnibus locis: Triplex est, inquiens, conditio secundum quam comparatur locatum ad locum. Vna, qua excellitur, & hæc est proprietas saluationis, sic enim locatum indiget loco, & locus complet eius indigentiam, & conseruat naturam. Atque secundum hanc proprietatem sola corporalia sunt in loco, non spiritualia: quia non recipiunt influentiam à loco corporeo. Alia est proprietas, seu conditio, qua locatum ęquatur proportionaturq; loco, quæ est proprietas commensurationis, & secundum hanc conditionem sola quoque corporalia sunt in loco, quoniam sunt commensurabilia, & circunscribuntur. Spiritualia vero minus propriè, quia non commensuratiuè respectu partium: sunt tamen in loco, seu commensurabilia respectu totius. Tertia conditio est, secundum quam locatum excellit, & eminet lo- Bonauen. Roma. 8. Locatum cõparatur ad locũ triplici conditione.

co, videlicet, ꝙ per sui præsentiam replet, & supplet indigentiam loci. Locus, namque sine locato quasi priuatio est, & indigens, sicut concauitas oculi sine organo. Cumq; Deus ad nullam creaturam comparetur secundum rationem inferioritatis, aut æqualitatis, sed superioritatis, & excellentiæ, non conuenit Deo esse in loco primis duobus modis: sed tertio, quia per sui præsentiam supplet loci indigentiã. Corporale quippe locatum per suam præsentiam implet vacuitatem distantiæ. Deus autem per suam præsentiam implet vanitatem essentię. Ideò essentia sine Dei præsentia esse nequit. Hæc Bonauentura,

Albertus. ¶ Præterea his concordat Albertus, qui & specialiter disputat hic cõtra quosdam philosophos, opinantes, ꝙ Deus non agit immediatè in omni effectu causæ secundæ. & ꝙ non requiratur realis præsentia causæ primæ cum suis effectibus, cum & causæ secundæ valeant operari, vbi non assunt realiter, & effectus quosdam producere fixos, qui perseuerant in esse absentibus causis illis. Ad quod partim respõsum est, & Albertus respondet, ꝙ causæ illæ secundæ inueniunt materiam suæ operationi substratam, nec immediatè agunt per suam essentiam, imo nec propria virtute, sed participatione virtutis diuinæ, cuius influxu, & conseruatione manent illi effectus, seu earũ materiæ. Ideò istud spectat ad eminentiam, & oĩpotentiam, non ad aliquam imbecillitatem primæ causæ, ꝙ eius realis præsentia necessaria est ad rei productionem, & conseruationẽ.

Vdalricus ¶ Verum de hac re scribit Vdalricus prolixè in summa sua libro secundo: Quidam, inquiens, philosophi posuerunt vnum primum causatum solum immediatè esse à Deo, & alia ordine quodam dixerunt à primo illo fluxisse. Ideoq; illud primum duntaxat immediatè conseruari à Deo, & cętera mediatè à Deo, ac immediatè à primo illo causato, quantum ad ea, quæ immediatè fluunt ab ipso. Quæcunque autem causa non nisi per suam essentiam operatur, ita quòd opertio sua est sua essentia: illa sicut per se conseruat rem, ita per suam essentiam, quæ est operatio sua, necessario est intra rem secundum ipsam rem, & secundum omnes partes ipsius rei, & secundum omnia interiora, exterioraque ipsius.

Deus non inquinatur rerum sordibus. Nec tamen rerum sordibus contaminatur, quia contactu inquinari non potest, nisi quod receptiuum est peregrinæ impressionis, quod non contingit nisi habenti materiam. Imo non conuenit cuilibet materiam habenti, quia secundum philosophum, Cælum non est peregrinæ impressionis susceptiuum. Hinc scriptum est: Sapientia attingit, vbique propter suam munditiam. ideò nihil inquinatum incurrit in eam.

Philosop.

Sapien. 7. ¶ Amplius, Deum esse in rebus, nil noui ponit in Deo, sed potius dicit causalitatem, seu influentiam ab ipso procedentem. ideò absque sui mutatione per mutationem, ac corruptionem rerum incipit, ac definit esse in ipsis. Deus etiam est causa immediata non solum creationis, conseruationisque rerum, sed & cuiuslibet operis creaturæ, & cum hoc etiam est causa mediata, sicut efficiens per instrumentum. Aliter multę naturæ diuersarum operationum, nec secundum esse, nec secundum conseruationem essent Deo coniunctæ. Nec verum esset illud Iohannis, sine ipso factum est nihil, id est, nulla natura, nec aliquid in natura existens, vt Augustinus exponit.

Ioan. 1. Augusti.

Obiectio. ¶ Quòd si obijciatur, ꝙ vna numero operatio non potest esse de duarum immediatarum causarũ secundum idem genus perfectæ causalitatis, quia diuersarum causarum illarum necessariò diuersa sunt opera, & operationes earum necessariò ad opera terminantur diuersa.

Dilutio. ¶ Respondendum, ꝙ causæ istæ non sunt eiusdẽ generis, neque eiusdem modi in causando. Idcirco nil prohibet vnum earum esse effectum. Sicq; verificatur, quod tertio de Trinitate Augustinus testatur: Voluntas Dei prima, & summa causa est omnium motionũ, sed plerisque nõ apparet hoc. Ideò placuit vanitati philosophorum ea attribuere alijs causis. Veruntamen unaquæq; natura est causa suę naturalis operationis. nam calor calefacit, & lux illuminat. Attamen causæ illæ secundæ, ac naturales ob suam imperfectionem non sunt causæ primæ, & principales. Imò Deus tanquam prima causa, omnes effectus secundarum causarum operatur causalitate perfecta, & ipse suam causalitatem causis secundis communicat, vt nobilitentur per hoc. Porro dupliciter dicitur aliquis operari per aliud, seu alio mediante. primo, sicut per instrumentum, sicq; Deus immediatè operatur, inquantum per suam præsentiam est in rebus. Vnde sic est operans principale, & medium illud est secundarium operans. Secundò, mediante virtute alterius, & ita in quolibet ordine causarum, causa prima sola est causa immediata: quoniam propria causat virtute, & alia non nisi virtute participata ab illa. Hæc Vdalricus. Qui de his multa adhuc cõscribit ibidẽ, quę pro maiori parte ꝓhabita sũt, & cętera suis potuerũt locis tãgi.

Augusti.

Durãdus. ¶ Insuper Durandus hic scribit: Duplex est causa, scilicet efficiens, & non conseruans, vt domificator respectu domus. quædam efficiens, & conseruans, vt sol respectu luminis in aere. sicque productio, & conseruatio sunt duæ actiones causantis. Quãuis ergo Deus non sit immediata causa oĩum quantũ ad productionẽ: est tamen immediata causa oĩum quãtum ad conseruationẽ. Hæc Durãdus.

Diony. ¶ Cuius responsio quantum ad hoc, quod ait Deum non esse oĩum immediatam causam, quantum ad productionem, non videtur consonare prę inductis ex Alexandro, Thoma, Alberto, Bonauentura, Vdalrico: secundum quorum doctrinam iam habitam Deus est omnium, & singulorum causa efficiens, & nunquàm est alicuius causa efficiens solummodo mediata. In libro, quoq; de causis probat, ꝙ in omni causato, & opere, causa prima plus influit, q̃ quæcunq; causa secunda. & hæc est doctrina sanctorum, Augustini, Hilarij, & Anselmi.

Scotus. Quæstio. ¶ Amplius Scotus hic mouet hanc quæstionem, Vtrum ex hoc, ꝙ Deus vbiq; est ſm suam potentiã, necessariò concludatur, ꝙ vbiq; sit præsens secundum suam essentiam. hoc est vtrum oĩpotentia inferat immensitatem. Et respondet, Agens causatum põt agere vbi non est, communiter tamen oportet, ꝙ sit immediatum cuilibet sibi proximo passo, in quod agit, quàmuis interdũ non agat in illud actione eiusdem rationis cum actione, qua agit in remotum, vt piscis mordificans manum piscatoris, & nõ mordificans rete. Quandoq; autem in proximum passum non agit eadem actiua potentia, qua in remotum, quemadmodum corpus cæleste generans mineram in uisceribus terræ, vel aliquod mixtum animatum, vel non animatum hic in terra agit sua forma substantiali: quia non substantia non potest generare, nec facere substantiam, nec accidens aliquod in medio potest esse ratio generandi substantiam. Est ergo forma corporis cœlestis potentia actiua, agens in remotum absque hoc, quòd corpus illud agat in proximum secundũ eandẽ potentiam,

tiam, quamuis agat etiã in propinquum secundum actiuam potentiã. sed hoc accidit vel propter coniunctionem istarũ potẽtiarum secundarum actiuarum in eodem quarũ vtraque est actiua, & una habet proximũ pro passo proportionato, & alia forma actiua habet remotũ pro passo sibi proportionato. Vel accidit propter imperfectionẽ agentis, in quo est defectus virtutis actiuæ. propter quem defectũ priùs agit secundum formam imperfectiorem, quàm perfectiorẽ, sicut corruptibile generans priùs alterat, q̃ generet. Si igitur priùs tollamus talem cõcursum duarũ potentiarum ab ente creato, atq; secundo tollamus ab eo istam imperfectionẽ, ita ꝙ non oporteat ipsum producere imperfectiùs, non videtur alia ratio, quare nõ erit præsens remoto secundũ potentiam, secundum quod est modo præsens sibi in ratione actiuæ potentię: & tamen nõ agit in propinquum illa potentia, sicut nec modo. & hoc maximè, si illa potentia secundum quã agit in remotum, sit simul potentia actiua perfecta. Quã to enim perfectior forma est in creatis, tanto videtur esse ratio agendi in remotius. Ex hoc ad propositum videtur, ꝙ omnipotentia, quæ est simpliciter perfecta actiua potentia, non requirat aliam actionem in vnũ passum priùs, q̃ in aliud, nec propter diuersas potentias concurrentes in agente, nec propter priorem generationem imperfectioris. Videtur ergo, quòd talis omnipotentia sit ratio agendi in quodcunque, & producendi quodcunque possibile, licèt impossibile esset ipsum esse vbique. Et secundum hoc videtur tenenda vltima pars conclusionis, videlicet quòd possit agere, ubi non esset per casum. Et confirmatur sic. Si enim omnipotẽtia est voluntas ad cuius velle sequitur rem esse, cum possit æquè velle distans sicut propinquum, videtur, ꝙ si omnipotens per impossibile esset in aliquo loco determinato, & non ubique: posset tamen aliquid velle esse in alio loco, cui non repugnaret esse, & per consequens suo velle illud haberet esse in illo loco, & per consequẽs illud fieret omnipotente volente, absque hoc, quòd præsens esset ibi per essentiam. Confirmatur adhuc, quoniam ante mundi creationem non est imaginandum fuisse uacuum infinitum, quasi ibi fuerit præsens Deus secundum essentiam priùs antequam procederet mundum. Imò non ut alicubi, seu, ut nullibi præsens secundum essentiam, fuit potens facere mundum. Quem admodum ergo ibi præsentia immensitatis nõ prę exigebat præsentiam potentiæ suæ, ut potentia est, ita uidetur, quòd modo non oporteat præintelligere Deum in aliqua parte mundi, ut ibi aliquid causet, aut sit: sed potiùs quasi econtra sit priùs ibi secundum potentiam, ut causet aliquid ibi. & tunc licèt per impossibile, non esset ibi priùs secundum essentiam, posset tamen ita causatæ. Hæc Scotus.

¶ Hæc opinio omnibus præinductis uidetur contraria, atque ex omni parte inepta, impossibilia, & contradictoria implicans. Omnipotentia namque non est, nisi sit simpliciter infinita potestas. nec infinita potentia potest esse nisi in essentia infinita, hoc autem est contra rationem infinitæ essentiæ, ponere eam, & artare ad locum determinatum, in quo sit circumscriptiuè. Rursus, summa Dei requirit simplicitas, ut in ipso realiter penitùs idem sint potentia, & essentia. Ideo imaginari Deum alicubi esse secundum essentiam, & non potentiam, implicat. Iterum dictum est, & ostensum, quod causam oporteat sua uirtute attingere suum causatum. Implicat ergo quòd Deus aliquid faceret ubi sua uirtus seu potentia non adesset, nec minùs implicat non esse suam essentiam ubi est sua potentia.

¶ Insuper iuxta sanctorum patrum, & authenticorum doctorum documenta, & rationes, infinitus, & superglorioſissimus Deus nequaquam continetur, artatur, aut circunscribitur terminis uniuersi, estque ut ait Gregorius in mundo non inclusus, & extra mundum non exclusus. & si essent innumerabiles infinitiuè numero, aut magnitudine mundi, ipse supersanctus, & super incomprehensibilis Deus vniuersos, & singulos sua maiestate, & essentiali, ac personali vera præsentia adimpleret. Et ita quamuis natura abhorreat vacuum, nec illud realiter sit, tamen cum imaginatio sit non entium, & impossibilium, nil prohibet etiam imaginari vacuum, & nunc, & ante mundi productionem, ad hunc sensum, quòd si verè extra mundum esset locus penitùs infinitus, sicut imaginatio apprehendit, in loco illo Deus verè incircumscriptibiliter extitisset: & nunc tam verè est illimitabiliter, & inextensibiliter extra hunc mundum, ac si extra mundum esset locus realiter infinitus. Et iuxta hũc sensum dicitur Deus esse extra hunc mundum per spatium infinitum, in quo vtique est in se ipso: & ante mundi constitutionem non magis fuit vbi nunc subsistit hic mundus, quàm nunc sit extra hũc mundum per spatium quãtumlibet infinitum. Imò nec modo magis est in mundo, quàm extra mundum, nisi inquantum in hoc mundo plùs operatur, seq; ostendit. Ipse verò quantum est ex parte ipsius, est penitus illocalis, & intemporalis. Nec tamen immensitas Dei imperitè, ac ruditer imaginanda est instar corporalis extensionis, cum nec anima rationalis ita putanda sit in toto suo corpore esse. Ideo immensitas Dei non est, nisi interminabile, supersimplicissimum, & super perfectissimum esse suũ, infinita beatitudo, & gloria sua, infinita sapientia, & omnipotentia sua, infinita pulchritudo, dulcedo, & superexcellentia sua, infinita bonitas, veritas ac sanctitas sua, & ita de alijs, quæ ei attribuuntur, quæ omnia sunt in ipso vnum purissimum esse, infinitæ prorsus simplicitatis.

Gregor.

Antisiod. ¶ Præterea de hac re, qualiter Deus sit in omnibus rebus, & vbique, scribit Antisiodorensis in Sũma sua lib. 1. circa finem, multum idoneè, atq; subtiliter, cuius scripta iam sententialiter sunt expressa, & inter cætera contestatur: Hæc est falsa, Deus non est extra mundum. Est namq; extra mundum potentia, quia si infiniti mundi essent, omnes repleret. Est etiam actu quodammodo extra mundum. Est etenim in seipso, & ipse in infinitum maior est mundo, & Deus sibijpsi propriè locus est. Hæc Antisiodorensis.

Deus est extra mũdum.

Th. Argẽ. ¶ Hinc Thomas de Argentina: Sicut, inquit, potẽtia Dei non potest in tot, quin possit in plura, sic essentia Dei nõ est ita in rebus, quin possit esse in pluribus. Imò si mundi essent infiniti, vniuersos impleret, & sicut ipse est causa efficiens nõ effecta, & causa formalis non formata, ita est causa finalis nõ finita. Porrò cum Deus dicitur esse extra mundum, præpositio extra, non designat præsentiam actualẽ ad locum, sed potentialem; quę est Dei immensitas, qua infinitos mundos impleret, si essent.

Vbi Deus erat cum mundus non esset. ¶ Ex quibus patet solutio quęstionis simplicium, qui solent interrogare, vbi erat Deus antequã mundum creauit? Vnde, & metricè dicitur:

Dic vbi tunc esset, cum præter eum nihil esset.
Tunc, vbi nunc: in se quoniã sibi sufficit ipse.

Hæc ille.

Soluũtur argumẽta initio ſſt. adducta.

¶Ad obiecta patet ex dictis ſolutio. Ad primum quippe dicendum, ꝙ finiti,& infiniti nulla eſt proportio naturalis,ac propriè dicta,eiuſdemq; generis.eſt tamen benè inter ea proportio imitationis, & analogicæ,cum creatura ſit ſimilis creatori, nec diſtant ab inuicem diſtantia locali corporali quantitatiua,ſed dignitatis,& eminentię,ad quam ſequitur, ꝙ Deus ſit infinitus, & per conſequens omnibus præſens. Ad ſecundum, ꝙ ſicut nil nobilitatis affert Deo eſſe in rebus nobilibus, ſic nil ignobilitatis ingerit ei eſſe in vilibus rebus: quia nil tãgit, inquinat,immutat,aut afficit eum. Imò infinita eminentia ſupergreditur cuncta. Ad tertium, quod nõ eſt abſolutè dicendum, ꝙ Deus ſit in dæmonibus, aut in damnatis,vel impijs:quia hæc nominant naturam vitijs deformatã,quorum auctor,aut cõſeruator Deus non eſt,nec aſsimilationem ſecũ habẽt peccata.Eſt tamen in illis,inquantum ſunt Dei creaturæ,& intellectualis naturæ,& entia quædam. Ad quartum,ꝙ aliquid eſt perfectionis in creatura,qđ non eſſet perfectionis in creatore.quamuis ergo id de quo tangit obiectum, eſſet nobilitatis in cauſa creata, non tamen in principio increato: quia ex hoc ſequeretur, ipſum eſſe finitum, & à ſua poteſtate diſtinctum.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

QVAESTIO II.

Arguitur primo cõtra veritatem.

SEcundò principaliter quæritur, *Quot modis ſit Deus in creaturis, & qualiter eſſe in omnibus, & vbique, ſit proprium Deo.* ¶In quo etiam eſt quærendum, an eſſe vbique conuenit Deo ab æterno. ſicq; tria tanguntur,& inquiruntur in iſto quæſito. Quantum ad primum, videtur quòd Deus non ſit in rebus pluribus modis. Enti enim maximè vniformi, ac ſimpliciſsimo nõ conuenit niſi vnus modus eſſendi,quia modus rei ſequitur rei naturam. ergo

2. non niſi vno modo in rebus eſt.¶Secundo,communiter dicitur,ꝙ corporalia ſunt in loco circunſcriptiuè,ſpiritualia diffinitiuè, Deus tranſcendẽter,&

3. ita vnus modus eſſendi in loco aſcribitur Deo, non plures. ¶Tertiò,in litera dicitur,ꝙ Deus eſt in omnibus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, & videtur quòd ſimili ratione debeat dici eſſe in loco per ſapientiam,qua cuncta gubernat,& per voluntatem,qua omnia condidit,& per beneuolentiã qua vniuerſa conſeruat. Et quæritur cur potiùs dicatur eſſe vbiq; per eſſentiam,præſentiam, & potẽtiam,quàm per eſſentiam,ſapientiam, voluntatem,

4. & beneuolentiam. ¶Inſuper arguitur,quod eſſe vbique non cõueniat ſoli Deo. Plato enim in primo

Plato. Proclus. Timęi,& Proclus Platonicus in Elemẽtatione Theologica dicunt, & probant,totum mundum ſenſibilem eſſe animal vnũ intellectuale, diuinaq; ſanctione prudens. ergo anima mundi eſt in omni loco.

5. Quintò, vniuerſalia dicuntur eſſe vbique, & ſemper. ſed, & materia & prima inuenitur in omni loco; cum nullus locus ſit vacuus, ergo in eo eſt aliquod corpus locatum in quo conſiſtit materia.

6. ¶Videtur quoque,qđ ab æterno conueniat Deo eſſe vbique:quia nunc eſt vbi ab æterno fuit,& ecõuerſo,cum ipſe ſit prorſus inuariabilis.

Antiſiod. ¶Ad primum horum reſpondet Antiſiodorẽſis in Summa ſua lib. 1. Videndum eſt,quot modis ſit

Deus in eſt rebus 4. modis. Deus in rebus. Dicitur autem eſſe in rebus 4. modis. Primo per naturam,& hoc tripliciter, vtpotè eſſentialiter,potentialiter,& præſentialiter. Secundo per gratiam in ſanctis, & ita non dicitur in eis tantum eſſe, ſed etiam habitare. Tertio per gloriã, & ita eſt in beatis.Quarto per vnionem,ideſt hypoſtaticam ſeu perſonalem coniunctionem, ſicut in Chriſto. Primus modus eſt bonus, ſecundus melior, tertius optimus, quartus ſuperoptimus. & de illo nihil ad præſens.Sed cum iſti quatuor modi vel ſex, primo modo diuiſo in tres, non differant niſi per effectus,& longè plures ſint effectus Dei,quàm ſex, cur ſolum his ſex modis dicitur eſſe in rebus? Dicendum quòd omnes effectus in quibus creatura imitatur Deum,reducuntur ad Trinitatem:quia in eis creatura imitatur patrem,aut filium, aut ſpiritumſanctum. Nam patri appropriatur potentia, filio præſentia ſeu ſapiẽtia, ſpirituiſancto bonitas, quæ eſt Dei natura. ſicque eſſe in rebus per gratiã, & in Chriſto per vnionem, continetur ſub tertio modo,ſecundum quod bonitas Dei accipitur communiter ad bonitatem naturalem, atque gratuitã. ſicq; Deus non eſt in rebus, niſi per potentiam, aut per ſapientiam,aut per bonitatem. Si autem ſumatur bonitas tantum pro bonitate naturali, tunc ſex modis dicitur Deus eſſe in rebus. Dicitur quoque Deus eſſe alicubi per apertam operationem ſicut in cœlo, qui modus reducitur ad eſſe in re per potentiam. Hæc Antiſiodorenſis.

Alaxãder ¶Alexander quoque reſpondens ad primũ iſtorum: Deus,inquit,eſt in omnibus per eſſentiã,præſentiam, & potentiam, qui ſunt tres modi generales,quorũ diſtinctio ita accipitur. In Deo ſunt tria, videlicet eſſentia, virtus,& operatio. quæ tamẽ realiter idem ſunt,& ſecundum rationem intelligẽtiæ diſtinguuntur: & penès hæc tria diſtinguuntur iſti tres modi, ita qđ ratione eſſentiæ ſuæ dicitur Deus eſſe in rebus eſſentialiter, ratione virtutis potentialiter,ratione operationis præſentialiter: quia per operationem præcipuè innoteſcit. Cum ergo eſſentia,& potentia, ac operatio Dei attingunt res omnes, dicitur eſſe in rebus his modis. Porrò alij ita diſtinguunt:primum quod cadit in intellectum, eſt ens,& poſt ens potentia,deinde ens in actu. conuenit ergo diuinum eſſe reſpectu entis ſimpliciter, cum dicitur eſſentialiter eſſe in rebus: connotatur etiam reſpectu entis in potentia, cum dicitur potẽtialiter eſſe in rebus: & item reſpectu entis in actu, cum dicitur eſſe in rebus præſentialiter. Ad oſtendendum ergo quòd diuinum eſſe nuſquam deeſt, qualitercunque ſumatur ens, dicitur his tribus modis eſſe in Deo. Hæc Alexander.

¶Denique idem doctor reſpondens, qualiter eſſe in omnibus, & vbique, ſit proprium Deo, ait: Cum Deus dicitur eſſe vbique, intelligendum eſt ſemper, quod nequaquam dependet ab aliquo vbi vel ente,aut loco. Idcirco per hoc non excluditur quin ſit in ſeipſo. ſicque eſſe in omnibus, & vbiq;, & per eſſentiam, præſentiam atque potentiam, & eſſe in ipſis,ac ea replere, ſoli conuenit Deo.

¶Ad illud demum,quod quęritur tertio, an Deo conueniat ab æterno eſſe vbique, reſpondet: Cum dicitur,Deus eſt ſemper, per ly ſemper duo notantur, videlicet principale, & connotatum: quoniam ly ſemper ſupponit ipſum nunc præſens diuinum, & hoc eſt principale, connotando tamẽ reſpectum ad omnia nunc temporis, quæ fluunt. Ideo ſenſus eſt, Deus eſt ſemper, ideſt, Deus eſt in ſuo nunc, & nunquam deeſt alicui præſenti, præterito,aut futuro. Similiter vbique dicit plenitudinem diuinæ bonitatis, connotando tamẽ reſpectum ad omne vbi in creatura. Deus namq; comparatur ad res,vt bonitas, & vt entitas. & ſicut nunc ſuæ æternitatis cõnotatur ad omne nunc temporis, quæ comparatio deſignatur cum dicitur, Deus eſt ſemper:ita plenitudo ſuæ bonitatis comparatur ad omnem rerum capacitatem, & ad omne vbi replendum in creatura, quæ comparatio deſignatur cum dicitur, Deus eſt vbique. Hic enim deſignatur præſentia bonitatis diuinæ, & reſpectus ad omne vbi replendum. Ideo ſenſus eſt,Deus præſens eſt omne vbi,& replet omne vbi. Principaliter autem deſignatur præſentia,ac plenitudo bonitatis diuinæ cum dicit, Deus eſt præſens: deinde reſpectus connotatus cum dicitur,replens omne vbi, qui reſpectus eſt temporalis. Poteſt autem reſpectus iſte dici ſecundum actum, & ſecundum habitum.Si ſecũdum habitum, ſic verum eſt, Deus ab æterno eſt ſemper:quoniam Deus ab æterno eſt in ſuo nunc, quod eſt aptum, vt non deſit alicui tempori. Conformiter verum eſt,Deus ab æterno eſt vbique, vt ſit ſenſus: Bonitas diuina apta eſt replere omne vbi. Si verò connotatum in vtraque dicatur ſecũdum actum, ſic nulla illarum eſt vera: quia inſinuatur tempus, & vbi ab æterno fuiſſe. Hæc Alexander.

Tho. aqu. ¶Præterea Thomas hic ſcribit: Diſtinctio modorum iſtorum partim accipitur ex parte creaturæ, partim ex parte Dei.Ex parte creaturæ inquantum diuerſo modo ordinatur in Deum, ac iungitur ei non ex diuerſitate rationis tantum, ſed realiter. Cum enim Deus in creaturis eſſe dicatur,ſecũdum quod eis aliquo modo applicatur, oportet, vt vbi eſt diuerſus cõiunctionis applicationisve modus, ibi ſit diuerſus modus eſſendi in. Coniungitur autem creatura Deo tripliciter. Primò ſecundum ſimilitudinem tantum, inquantum in creatura inuenitur aliqua ſimilitudo bonitatis diuinæ,non quod attingat ipſum ſecundum ſubiectum,quæ ſimilitudo inuenitur in omnibus creaturis per eſſentiam, præſentiam,& potentiam.Secundò, creatura attingit Deum conſideratum ſecundum ſuum ſubiectũ, & non ſecundum ſimilitudinem tantum. & hoc eſt per operationem, vt quando fide adhæret primæ veritati, & charitate ſummæ bonitati. ſicque eſt alius modus quo Deus ſpecialiter eſt in ſanctis per charitatem.Tertiò creatura attingit Deum non ſolum ſecundum operationem, ſed item ſecundum eſſe, non prout eſſe eſt actus eſſentiæ: quia creatura non poteſt tranſire,aut verti in naturam diuinã, ſed ſecundum quod eſſe eſt actus Hypoſtaſis ſeu perſonæ, ad cuius vnionem creatura aſſumpta eſt. ſicque eſt vltimus modus quo Deus eſt in Chriſto per vnionem. Porrò ex parte Dei non inuenitur realis diuerſitas. Eſſentia etenim Dei cum ſit abſoluta ab omni creatura,non eſt in ea niſi prout ei applicatur per operationem: atque ſecundum quod operatur in re, dicitur eſſe in ipſa ſecundum præſentiam, quia oportet operans aliquo modo eſſe præſens operato: & quia operatio Dei non ſeparatur à virtute diuina à qua exit, ideo Deus dicitur eſſe in rebus per potentiam.

Creatura coniungitur Deo dupliciter

¶Rurſus, quoniam virtus Dei eſt ſua eſſentia,ſequitur quod etiam ſit in rebus per eſſentiam. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus. ¶Petrus verò circa hoc loquitur: Quinque ſunt modi quibus Deus dicitur eſſe in creaturis, quorum ſufficientia ſumitur, vel ex parte Dei, vel ex parte creaturæ. Ex parte Dei, eſt conſiderare in Deo eſſentiam eius ſecundum ſe, & huic appropriatur modus qui eſt eſſe in rebus per eſſentiam. Eſt quoque in Deo conſiderare perſonam ſecundum ſe, vtpotè perſonam patris, cui appropriatur potentia: & ita eſt modus eſſendi in rebus per potentiam: & item perſonam filij, cui appropriatur ſapientia, & ita eſt modus eſſendi in rebus per præſentiam, ideſt cognitionem, quoniam præſens dicitur quaſi præ ſenſu ens, atque perſonam ſpiritusſancti, ſicq; accipitur modus eſſendi in ſanctis per gratiam. Eſt quoque conſiderare diuinam eſſentiam, vt in perſona, & ita eſt ultimus modus quo diuina eſſentia eſt in filio incarnato. Ex parte autem creaturæ ſumitur ſufficientia iſta ſic: Creaturæ omnes in Deo ſunt, & ipſe Deus eſt in omnibus illis ſecundum tria. Eſt enim intra rerum eſſentias, quibus illabitur per ſuam eſſentiam. Ideo dicitur eſſe in rebus per eſſentiam. Influit etiam in rerum virtutem per ſuam potentiam. ideo eſt in rebus per potentiam, cooperaturq́ue rebus. ideo dicitur eſſe in rebus per præſentiam, quoniam cooperantem oportet aliquo modo eſſe præſentẽ ei, cui cooperatur. Solę uerò rationales creaturæ tendunt in Deum, ut in obiectum, & ita dicitur Deus eſſe in ſanctis per gratiam adoptionis. Vna autem ſola puta humanitas Chriſti vnitur uerbo æterno hypoſtatica unione, quę eſt quintus modus. Hæc Petrus.

¶Si autem obijciatur, quod plures ſint modi, quibus Deus exiſtit in creaturis, quia in libro Confeſsionum aſſerit Auguſtinus, Deus eſt in ſeipſo ſicut Alpha, & Omega, in mundo, ut creator, & rector, in Angelis, ut decor, & ſapor, in electis, ut liberator, & adiutor, in reprobis, ut terror, & horror. Obiectio. Auguſt.

¶Dicendum quod iſti reducuntur ad illos, ut facile eſt penſare. Primus tamen non ſpectat ad modos,de quibus nunc agitur, ſcilicet ad modos quibus eſt in creaturis. In reprobis quoque non dicitur Deus eſſe ſimpliciter, ſed cum additione, inquantum ſunt creaturæ eius, ut tactum eſt. Dilutio.

¶Inſuper de hac re ait Thomas in prima parte Summæ quæſtione octaua: Deus dicitur eſſe in re dupliciter. Primò per modum cauſæ agentis, & ſic eſt in omnibus rebus ab ipſo cauſatis. Alio modo ſicut obiectum operationis eſt in operante, quod proprium eſt in operibus animæ, & intellectualis creaturæ, prout cognitum eſt in cognoſcente, & deſideratum in deſiderante. ſicque eſt in rationali creatura per gratiam. Quomodo autem ſit in alijs creaturis, conſiderandum eſt ex his, quæ in rebus dicuntur humanis. Rex enim dicitur eſſe in toto regno ſuo per ſuam potentiam, quamuis non ſit vbique præſens per eſſentiam, per præſentiam verò ſuam dicitur, quis eſſe in omnibus, quæ in conſpectu ipſius ſunt, quemadmodum paterfamilias præſens eſt omnibus ſuis domeſticis, qui tamen ſecundum ſubſtantiam ſuam non eſt in qualibet parte domus. imò ſecundum ſubſtantiam ſuam eſt in loco determinato, in quo eſt eius ſubſtantia. Quidam autem hæretici, vt Manichæi, dixerunt poteſtati Dei eſſe ſubiecta ſpiritualia, & incorporalia tantum, corporalia verò poteſtati principis contrarij. articul. 3. Qualiter Deus ſit ī creaturis irrationalibus.

Contra quorum inſaniam dicitur Deus eſſe in omnibus per potentiam. Fuerunt, & alij, qui quamuis crederent diuinæ poteſtati omnia eſſe ſubiecta, diuinam tamen prouidentiam dixerunt nõ pertingere vſque ad inferiora. Contra quorum errorem dicitur Deus eſſe in omnibus per præſentiã. Fuerunt,& alij, qui quamuis concederent omnia ad prouidentiam pertinere diuinam, non tamen conceſſerunt omnia à Deo eſſe immediatè creata, ſed vnam intelligentiam eſſe creatam ab alia, contra quos dicitur Deus eſſe in omnibus per eſſentiam. Hæc Thomas in Summa.

¶In eadem etiam quęſtione declarat, qualiter eſſe vbique ſit proprium Deo, dicens: Eſſe vbique, primò, articul. 4.

Esse vbiq; Deo est primum.

primò & per se est proprium Deo. Dico enim esse vbique primò, quòd secundum se totum est vbiq;, quia si quid esset vbique secundum diuersas partes suas in diuersis locis existens, non esset primò vbique, cum hoc conueniat ei ratione suæ partis. Esse verò vbique secundum se, dico illud, cui non conuenit hoc per accidens propter aliquam positionem factam. Aliàs granum milij esset vbique, si nullum aliud corpus esset. Per se ergo esse vbiq;, conuenit enti, quod quacunque positione facta est ubique, quòd propriè conuenit Deo. Quia quæcunq; loca ponantur, & si ponerentur infinita præter ista, quæ sunt, oportet in omnibus esse Deum, quoniam nihil potest esse nisi per ipsum. Ipse ergo propriè est vbiq;, quia secundum se totum in omni est loco. quod non conuenit vniuersali, neque materiæ, nec vniuerso. Hæc Thomas in Summa.

¶In idem redit, quod de hoc ponit in Scripto: Soli, inquiens, Deo conuenit per se esse vbique. Nec est alicui communicabile creaturæ, tamen per accidens potest creaturæ competere tam ex parte loci, vt si vnus duntaxat sit locus: quàm ex parte locati, vt si sit corpus infinitum, quod ratione partium suarum diceretur esse vbique.

Ad hoc verò, an esse vbique Deo conueniat ab æterno, respondet: Dum Deus dicitur esse vbique, siue fiat distributio pro vniuersitate locorum, seu rerum, importatur relatio quædam Dei ad creaturas fundata super aliquam operationem, per quam Deus in creaturis esse refertur. Relatio autem fundata super operationem transeuntem in creaturam, non conuenit Deo nisi ex tempore: quia huiusmodi relationes sunt actuales, & exigũt actu esse extremorum vtrumque. Hinc sicut Deus non dicitur operari in rebus ab æterno, ita nec esse in eis, nec fuisse vbique ab æterno. Hæc Thomas in Scripto.

Richard⁹.

¶Concordat Richardus, dicendo: Deum in omnibus corporalibus, ac spiritalibus esse per essentiam, probat sua immensitas. Quòd autem in omnibus sit secundum præsentiam, pandit eius omniscientia. quòd verò in rebus sit per potentiam, pandit sua omnipotentia. Vnde super Genesim quarto Augustinus fatetur: Si virtus creatoris à creatis cessaret, simul illorum desineret species, omnisque natura concideret. Auicenna quoque sexto metaphysicæ suæ testatur: Creatum indiget datore sui esse semper incessanter quandiu consistit. In cæteris idem quod Thomas.

Auguſt.

Auicenna.

Bonauen.

¶Amplius, Bonauentura determinans, quomodo Deo sit proprium esse vbique: Soli, inquit, Deo conuenit esse vbique, vt dicunt sancti propriè, & singulariter, ita quòd nulli conuenit alij: nec potest intelligi conuenire, si rectè intelligatur. Nam Deus dicitur esse vbique, ita quòd ex parte Dei designatur identitas, atque totalitas, ex parte loci pluralitas, & vniuersalitas. Per identitatem excluditur vniuersale, quod quamuis sit in omnibus singularibus suis: tamen secundum aliud aliudque suppositum, in quibus, & numeratur. Per totalitatem excluditur numerus, qui quamuis sit vbique, tamen secundum aliam, & aliam partem. Per conditionem pluralitatis ex parte loci excluditur spiritus creatus, qui quamuis sit in pluribus partibus corporis, non tamen in omnibus, vt vnitis. Per conditionem vniuersalitatis, excluditur corpus Christi sub sacramento, quod quamuis sit in pluribus locis, non tamen in omnibus. Hæc Bonauentura.

¶Idem doctor exponens, an esse vbique conueniat æternaliter Deo: Esse, ait, vbique dupliciter accipi potest de Deo, sicut, & esse semper. Nã semper vno modo importat diuinam immensitatem secundum durationem, sicque idem est, quod æternitas, & æternaliter conuenit Deo. Alio modo cõnotat temporis simuleitatem, & sic conuenit Deo à principio temporis. Conformiter, esse vbique, vno modo importat præsentialitatem immensitatis diuinæ, per quam est præsens omni ei, quod est tam sibi, quàm alijs, sicque idem est, Deum esse vbique, & Deum esse immensum, & sic Deo æternaliter conuenit. Alio modo connotat locum creatũ seu res creatas, & sic conuenit Deo ab exordio rerum. Hæc idem.

¶De modis quoque existentiæ Dei in creaturis effatur: Assignatio Augustini respicit diuersitatem modorum essendi Deum in rebus, assignatio verò Gregorij concernit conditiones modorum essendi. Vbicunque enim est Deus, siue per naturam, siue per gratiam: ibi est essentialiter, præsentialiter, & potentialiter. Diuersitas verò modorum essendi in, accipitur penès diuersitatem effectuum, & non penès quamcunque, sed solum penès trimembrem. Quidam namq; est effectus secundum quem comparatur creatura ad Deum per modum exeuntis, & omnes effectus hi continentur sub modo naturæ, nomine naturæ extenso. Quidam per modũ redeuntis, & hic est effectus gratiæ inchoatæ, aut consummatæ, vel gloriæ. & quantum ad hunc est secundus modus essendi Deum in creatura. Alius est effectus, secundum quem comparatur creatura ad Deum, vt perueniens. & hic est effectus vnionis, in qua creatura, & creator vniũtur in vnitate personæ, vt Deus, & homo. Quoniam ergo tres sunt modi effectus, secundum quos creatura diuersimodè comparatur ad creatorem, idcirco his tribus modis dicitur esse in creaturis: primusque modus, qui attenditur penès exitum, assimilatur lineæ rectæ, secundus, quo ad reditum, lineæ reflexæ. Tertius, quantum ad perfectionem circulo. & primus modus est similis simplici lineæ: secundus, quia includit primum, similis est superficiei. Tertius, quia includit vtrunque, assimilatur soliditati. Ideo optimè dixit Apostolus, quòd in Christo tota diuinitas habitat corporaliter. Perfectissimè quippe in eo est, quia per modum circuli. Circulus namque est perfecta figura. Porrò assignatio Gregorij sumitur penès conditiones modorum essendi. In his enim tribus ponit Gregorius perfectionem modorum essendi Deum in creaturis. Aliquid enim est in alio secundum præsentialitatis indistantiam, sicut contentum in continente, vt aqua in vase: aliquid secundum virtutis influentiam, vt motor in mobili; aliquid secundum intimitatis existentiam, sicut quod ab intra cõtinet, vt anima in corpore, & omne, quod perfectè est in re, oportet esse secundum hanc triplicem conditionem. & ita est Deus in rebus præsentialiter, quia per præsentialitatis suæ indistantiam: potentialiter, per virtutis suæ influentiam: essentialiter, per intimitatis existentiam, quia intimus rebus. Hæc Bonauentura.

Gregorij.

1.Timo.6.

Albertus.

¶Præterea præinductis concordat Albertus, & in exponendo modos, quibus Deus est in creaturis ponit responsionem iam ex Petro iuductam, quam Petrus forsan ex Alberto accepit, & eam breuiùs clariùsque expressit. In cæteris respondet vt Thomas. Mouet autem, & aliàs multas quæstiones minores, de quibus quædam tangentur.

¶Itaque

Quæstio.

¶Itaque quærit, Vtrum idem sit esse vbique, & esse in omni re. Respondet, non est idem, sicut non est eadem habitudo causæ per suam essentiam causantis, & conseruantis rem ad conseruatum, & habitudo loci ad id, à quo habet virtutem continendi locatum. Cum enim dicitur, est vbique seu in omni loco, insinuatur Deus esse in loco, vt tenens locum in esse, & dans ei virtutem contentatiuam, quam non dat cuilibet rei, in qua est, sed dat ei ea, quę sunt propria suæ conseruationi. Hæc Albertus.

Vdalric⁹.

¶Concordat Vdalricus in Summa libro secundo: Non est, inquiens, idem dicere Deum esse vbique, & Deum esse in omnibus rebus. Quia cum dicitur esse in omnibus rebus, significatur, quòd ipse præsentia suæ essentiæ, ac virtutis est causa ipsius esse, conseruationisque rerum secundum id, quod sunt. sed cum dicitur esse vbique, non solum significatur quod causet, & conseruet locum in esse, sed etiam quod det loco virtutem, & naturam loci secundum quod locus est: quæ virtutes sunt multæ, videlicet generare, conseruare, tenere. Hæc Vdalricus.

Alexãder.

¶Idem testatur Alexander: Differt, dicẽs, Deum esse in omni loco, & vbique, & in omni re. Cum enim dicitur, Deus est vbique, notatur habitudo replentis ad repletum. Nam sensus est, quòd Deus est præsens omni vbi, & implens illud. Similiter cum dicitur, Deus est in omni loco, sensus est, Deus est præsens omni loco, & implet omnem locum. sicq; aliud, & aliud connotatur per ista, cum locus, & vbi distincta sint. Cum autem dicitur, Deus est in omni re, designatur habitudo conseruantis ad conseruatum. Considerandum præterea, quod duplex est continens, videlicet virtuale, & dimensiuũ. Virtuale est duplex, vtpotè intra, & extra, sicut anima virtualiter continet corpus intus. Deus verò est virtuale continens intus, & extra. Ipse nanque est intra omnia non incluſus, & extra omnia non exclusus. Inquantum ergo est continens intra, dicitur esse in rebus: sed inquantum est continens extra, dicuntur res esse in eo. Hæc Alexander.

Duplex ẽ continẽs.

Quæstio.

¶Qui etiam quærit hic, Vtrum modis prædictis Deus existat in rebus æqualiter, & vniformiter. Respondet, Contingit loqui de Deo seu de diuina essentia dupliciter. Primò in se seu secundum se, & sic semper se habet æqualiter, & secundum vnam dispositionem. Secundò, prout participatur à creaturis, & ita non habet se secundum vnam dispositionem ad creata, sed secundum magis, & minùs. Nam quædam participant eam secundum rationẽ essentiæ solum, quædam secundum essentiam, & vitam, quædam secundum esse, viuere, & intelligere. Veruntamen distinctio, & inæqualitas ista non est ex parte Dei, sed rerum: nisi inquantum Deus per sapientiam suam est causa distinctionis, & ordinis rerum. Hęc Alexander.

Petrus.

Porrò Petrus respondens: Esse, inquit, Dei in rebus dupliciter accipi potest. Primò ita, vt connotetur respectus præsentiæ Dei ad creaturam. Secundò ita, vt connotetur effectus influentiæ in rẽ creatam. sicque est Deus inæqualiter in creatis, quia non æqualia operatur in eis. Nam, & vnumquodque est in recipiente secundum modum recipientis. Sed primò modo æqualiter est in omnibus, sicque in libro de Causis habetur: Causa prima in omnibus est secũdum vnam dispositionem, Et rursus, Primum eodem modo se habet ad omnia. Non tamen æqualiter dicitur Deus esse in omnibus. Quædam enim creaturæ sonant in defectum, & vilitatem, vel naturalem, vel spiritualem, aut vulgarem, sicut diabolus, peccator, lutum, stercus, cloaca, infernus, in quibus non dicitur Deus esse, nisi cũ addi tione inquantum sunt creaturæ. Hæc Petrus.

Deus non est in omnibus æqualiter.

¶Richardus quoque super hoc scribit: Loquendo de illo modo quo Deus est in oĩbus rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam, sic æqualiter est in omnibus: quoniam omnibus æquè præsens, & omnia vno cognoscit intuitu, omniumque esse æqualiter ab eo dependet. Loquẽdo autem de modo, quo est in rebus per influentiam, non est in rebus æqualiter. imò sic magis est in illis, quibus influit charismata gratię, quàm qbus influit sola dona naturæ, & specialissimè est in anima Christi seu eius humanitate, in qua est per gratiæ plenitudinẽ, & vnionem. Hęc Richardus, qui etiam quærit hic, vtrum Deus sit extra omnem locum. Respondet, Deum esse extra mundum, intelligi potest dupliciter. Primò, quòd immensitas Dei excedit mũdum, nec dependet à mũdo, nec terminatur ab eo, & ita est extra mũdum. Cuius signum est, quòd si nouus mundus extra hunc mundum crearetur, Deus esset in illo non per translationem sui de mundo isto ad illum. Secundò, quòd sit spatium reale extra mundum in quo est Deus, & ita non est extra mundum. Imò sic dicere, quòd sit extra mundum, esset confirmare errorem illorum, qui opinabantur extra, & vltra cœlum vltimum, esse spatium infinitum. Hæc Richardus.

Richard⁹.

Quæſtio.

¶Præterea Bonauentura hic scisscitatur, an Deus sit localis, sicut dicitur esse vbique, & in loco: Respondet, sicut temporale vocatur, quod sequitur leges, proprietates ve temporis, sic locale, quod leges, conditionesq; sequitur loci, quę leges seu proprietates loci sunt, continere, mensurare, saluare, terminare locatum: & hoc per modum impartientis, ita quòd locatum se habet ad eas per modũ suscipientis. Et quoniam Deus sic præsens est loco, vt nil prorsus ab eo recipiat, sed potiùs loci indigentiam suppleat, ac præfatas conditiones, & actiones conferat ei, nullo modo dicendus est esse localis, quemadmodũ, & in litera dicitur. Hęc Bonauent.

Bonauen. Quæſtio.

¶Amplius, Albertus interrogat hic, an Deus sit in alio, quàm in se. Respõdet, benè concedo, quòd Deus sit in alio, & in se, non autem, quòd sit in alio, quàm in se, quia comparatio quærit vniuocam cõparationem in comparatis, & illa non est hic, quoniam alio modo est Deus in se, & alio modo in alijs. Item quæstio hęc quærit vnam negatiuam, & aliam affirmatiuam. Vnde uidetur sequi, quòd non esset in seipso, si diceretur in alio, quàm in seipso: sicut cum dicitur, Socrates est alibi, quam Parrhisijs, uel Socrates est in alia re, quàm in se. Hęc Albertus. Idem Vdalricus, qui de hoc clariùs scribit, sed prolixitatem uitans pertranseo.

Albertus. Quæſtio.

¶Postremò quæritur, an Deus sit in seipso. Ad qđ supra breuiter est responsum. Nunc uerò respondendum est pleniùs. Itaque Aegidius circa hoc scribit: Sanctus Dionysius 9. capitulo de diuinis nominibus, quæstionem istam pertractans, ostendit quadrupliciter Deum esse in seipso, nempe, vt Beatus Dionysius tangit ibidem, Deus à creaturis quadrupliciter differt, quantum spectat ad præsens. ex quibus quatuor differentijs declaratur, quòd Deus in seipso existat, nullamque creaturam propriè consistere in seipsa. Prima differentia est, quod esse Dei est imparticipatum, independens, nulloque indigens ad sui subsistentiam, & conseruationem: esse uerò creaturæ est participatum, dependens, atque

Quæſtio.

Aegidius. Dion. 9.

Deus est in seipso quadrupliciter.

ad

ad existendum, ac permanendum incessanter indigens esse diuino, & increato. Secundò differunt in operatione: quoniam cum Deus sit bonitas summa non conuenit ei agere propter aliud, aut propter finem extra se: creaturæ verò, cum ordinetur ad finem, conuenit agere propter illum, & propter proprium finem sibi desuper præstitutum. Tertiò differunt, quoniam creatura eo ipso, quo ex nihilo est, potest à suo esse, & à substantia sua deficere, atq; recedere, quod inuariabili Deo non conuenit. Quartò differunt ratione virtutis, quoniam nulla creatura est propriè sua virtus, & certum est, quòd non sit virtus prima, & summa, ī qua est status, & quies, ac finis. Deus verò est virtus virtutum, in qua est status, & per quam cuncta subsistunt, sicut in libro de causis habetur: Omnes virtutes, quibus est finis, pẽdentes sunt à primo, quod est virtus virtutum. secũdum hæc quatuor, quæ sunt, esse, substantia, virtus, & operatio, Deus est in seipso, & non propriè aliqua creatura: quoniam esse creaturę indiget alieno fulcimento, & conseruante, Deus verò ratione sui esse est in seipso: quoniam esse suum nullo indiget alieno. Secundò creatura nõ stat in seipsa ratione suæ operationis: quoniam operatio sua ordinatur, ac tendit. Deus verò agit propter seipsum. ideo stat, est & quiescit in se. Tertiò creatura non stat in se ratione suæ substantiæ, quia (vt tactum est) ab ea potest deficere, si sibijpsi relinquatur. Deus verò incommutabilis substantia est, & immensa, nequaquàm à se recedere, aut deficere valens. Quartò creatura non est nec stat in se ratione suæ virtutis, cum uirtus sua non sit prima neque suprema, sed ab illa dependens, & ad ipsam, vt conseruetur, se conuertens, seu tendens. Deus uerò cum sit uirtus altissima, prima, perfecta, & sibi in se prius sufficiens, uerissimè in seipso consistere perhibetur. Propter quod loco præallegato Dionysius ait, qđ Deus manet in se immobili identitate, singulariter fixus, & supercollocatus. Hæc Aegidius, qui hæc multum prolixè euoluit.

Alexãder

¶Hinc etiam Alexãder testatur, ꝙ Deus vno modo spiritualis omnium locus uocatur, quoniã intra se comprehendit, continet, & conseruat uniuersa. ppter quod ait Gregorius, ꝙ Angeli sancti quocunque mittantur, intra Deum currunt.

Gregorius.

¶Ad obiecta solutio patet ex dictis, quæ tamen breuiter clariùs est tangenda.

Solutio argumẽta initio ẽsti. adducta.

¶Ad primùm ergo dicendum, quòd Deus quantum est ex parte ipsius, est uno modo in rebus. Est quoque in rebus uno modo, & uniformiter, ideſt incommutabiliter. Veruntamen sicut ipse in seipso simplicissimus manens, omnem perfectionem per infinitam excellentiam habet, & uniuersorum ideales rationes distinctè intuetur, ac gerit, atque intellectualiter, ac liberè operatur: sic ipse est causa ordinis uniuersi, & uarijs modis agit, & habet se, non quod realis diuersitas sit in eo nisi exemplariter, atque causaliter; quia procedit ab eo, quod suæ simplicitati nullatenus derogat, imò suæ summæ perfectioni maximè consonat, & alludit

Ad 2.

¶Ad secundum, quòd illa distinctio bona est, & iuxta eam conuenit Deo esse in rebus uno modo, per quem tamen alij non excluduntur: quia secundũ diuersas considerationes, diuersimodè assignantur modi existentiæ Dei in rebus. Per quod patet solutio tertij. Et sicut prætactum est, Deus dicitur esse

Ad 3.

in rebus per præsentiam ratione sapientiæ, ac scientiæ suæ, qua cuncta quasi præsentialiter contemplatur. Aliqui tamen dicũt, sicut, & Thomas, quod res dicuntur esse in Deo, inquantum ipse cognoscit, & uult seu diligit eas magis, quàm ipse dicatur in eis. Cur autem specialiter dicatur Deus esse in entibus per essentiam, præsentiam, potentiã, est expressum. Potest etiam responderi, quòd Deus est in rebus ꝑ sapientiam, qua eas gubernat, & per bonitatẽ, seu beneuolentiam, qua eas conseruat: & quod illi, ac similes modi reducuntur ad tres modos prędictos, uel potiùs includuntur in eis.

¶Ad aliud respondendum, quod quamuis totus mundus sensibilis seu etiam totum uniuersum esset animal unum, seu unum simpliciter, tamen nec mũdus, nec anima mundi esset ubiq; primò, & per se, sicut hoc Deo conuenire expositũ est. imò sicut Albertus, & Vdalricus affirmant, si esset unum corpus infinitum, illud non esset ubique primò, & per se, sed per partes suas. imò non esset ubiq;, sed solũ in uno loco: si tamen in loco, cum locus sit propriè superficies continentis, & si non esset aliquod corpus nisi unus lapis, illud non esset ubique, ideſt, in omni loco, sed in uno duntaxat, quia non esset nisi locus unus ipsius. Itaque modi, quibus Deus est in rebus, à diuersis diuersimodè assignantur. Nam Thomas de Argentina differuit: Aliquid est in loco circũscriptiuè, & diffinitiuè, ut corpus contentum: aliquid diffinitiuè, non circũscriptiuè, ut Angelus, aliquid nec sic, nec sic, sed transcẽdenter, ut Deus. quod est quoniam Deus non indiuiduatur per materiam sicut corpus, nec per suppositum, ut Angelus. Porrò corpus Christi est in pluribus locis sub sacramẽtalibus speciebus, non tamen ubiq;. Deus quoq; est in omnibus per naturam, in bonis per gratiam, in beatis per gloriã: in quorũ rationali est, ut ueritas clarè uisa, in cõcupiscibili, ut bonitas, & dulcedo perfruita, in irascibili, ut potestas summè cõfortatiua, per unionem in humanitate assumpta. sicque in triduo mortis, ac sepulturæ fuit in carne Christi in monumento, & in anima eius, & in limbo. Est itẽ in rebus per occultorũ reuelationem, iuxta illud in Genesi: Verè Dñs est in loco isto, per uestigij repræsentationẽ, per imaginis, & similitudinis expresionẽ, per essentiæ identitatẽ, sicut pater in filio, & ecõtra, & spiritussanctus in utroq;, & econuerso. Est etiam, ut Alpha, & Omega. Rursus dicitur esse in rebus per miraculorum operationem, per cœlestium uisionum ostensionem, sicut in terra, & mõte uisionis: in mũdo, sicut Rex in Regno: in ecclesia, ut paterfamiliàs in domo. Est etiam aliquo modo in impijs, & damnatis, ut terror, & horror, sicq; loquitur Augustin: Domine, qui te dimittit, & à te recedit, quo pergit, nisi à te placato ad te iratum? Iuxta has considerationes dicitur adhuc Deus uarijs modis esse in rebus, præsertim in suorũ fidelium, charorumq; cordibus, in contemplatiuis, & perfectis in quibus est, ut spõsus in thalamo, thesaurus in agro, lux in perspicuo, fons in horto, imber in terra, manna in arca doctor in schola. sed isti, ac similes modi, ad modos reducuntur præhabitos.

Ad 4.

Albertus Vdalricus.

Th. Arg.

Gene. 28.

Augus.

QVAESTIO III.

TErtiò hic principaliter quæritur, *Vtrum Angelus sit in loco diffinitiuè, hoc est, ita in uno, vt non in alio.* ¶Et includit hæc quæstio aliam, qua quæritur, an Angelus possit esse simul in pluribus locis. Est, & quæstio circa hoc tertia, an Angelo debeatur locus punctalis. atq;, an plures Angeli esse queãt in uno loco. & quamuis Magister inducit, ac tãgit ista breuiter in hoc libro, magis tamẽ ad sequentẽ pertinent

tinent librum. Idcirco hic breuiùs transeundum. Possent autem hic fieri quædam argumenta facilia ad probandum, ꝙ angelus non sit in loco, videlicet ꝙ locus est species quantitatis, & vltimum rei continentis, ac circumscribentis. idcirco incorporalibus rebus non conuenit.

Arguitur primo cõtra veritatem.

2. ¶Item quòd angeli situ, dimensioneque carent, non ergo in loco consistunt.

3. Et quod ait Boethius in libro de hebdomadibus, apud sapientes, esse propositionem per se notam, quòd angeli non sunt in loco. Verum hæc, & consimilia vna distinctione soluuntur facillimè, quia videlicet aliquid est in loco commensuratiuè, & diffinitiuè.

In oppositum

¶Potest ergo sic argui, Angelus est essentia quædam in se terminata, nõ infinita sicut, & virtus eius: ergo sic est vbi est, quod alibi non est: & ita videtur ad vnum locum restringi. Si autem dicatur esse in loco per operationem, obijciatur: quia operatio eius præcipua est immanens, ergo manet in ipso agente. si igitur agens illud non est per se, in loco, nec operatio eius, seu actio.

¶Rursus, actioni, & operationi non attribuitur, per se locus, præsertim operationi simplici, quę cõuenit angelo: ergo nec angelo propter se, seu per actionem, & operationem huiusmodi, iuxta illud Philosophi: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

Philose.

¶Insuper Philosophus in libro de cęlo, & mundo testatur, quod extra cęlũ nec locus, nec uacuũ, nec tẽpus existat, sed entia quædam simplicia optimã vitam ducentia, quę entia sunt intelligentię seu angeli: & quod ait ibi, secũdum quosdam refertur ad cœlum. imò per ly ibi, videtur locus significari, cum tantum valeat ibi, sicut in illo loco.

Tho. aqu.

¶Ad hæc Thomas respondet: Circa hoc est duplex opinio. Vna philosophorum dicẽtiũ, quòd intelligentiæ, vel angeli nullo modo sunt in loco. Ponunt. n. quòd intelligentia est quędam essentia denudata realiter à materia, omnibusq; materialibus conditionibus, & quòd intelligentia mouet orbẽ per animam orbis, sicut desideratum ab ea, ideoq; nullam habeat applicationẽ ad corpus sicut ad locum, quia immediatè non operatur circa aliquod corpus. Hæc autem opinio hæretica est, quia secundum fidem veram tenemus angelos immediatè circa homines operari. Hinc alij dicunt, quòd angelo quantum ad suam essentiã, locus debetur, ita quòd non sit intelligibile angelum esse, si locus non sit. Dicũt tamen, quòd angelus est in loco diffinitiuè, non circũscriptiuę: quia sic determinatur ad locũ in quo est, quòd simul esse in alio nequit: quia cum eius essentia sit finita, oportet quòd sit ad aliquem locum determinata. sed ista est valde rudis probatio, quia procedit ex æquiuocatione finiti. Dum. n. essentia angeli fertur finita, sumitur finis pro termino essentiæ, ac virtutis, prout diffinitio terminus nuncupatur, non pro fine dimensionis. Locus verò dicitur finiens vel finitus secundum terminos quãtitatis dimensiuæ: & fines tam diuersimodè sumpti, commensurationem, & proportionem non habent. Ideo quòd in essentia est finitum, non oportet ad terminos loci finiri.

Qualiter angelus dicatur finitus.

Præterea, quòd aliquid determinetur ad aliquẽ locũ, non est nisi inquantum per aliquem modum applicatur ad locũ illum, nõ ad aliũ locum: quę applicatio intelligitur secundũ situm, contactũ, formam, operationẽve aliquam. Secundum formam, sicut aĩa est in corpore, & sic angelus non potest esse in loco, qa nullius corporis forma est, neq; actus formalis substantialis intrinsecus. Secundum situm sicut punctus est in linea, quã terminat. sic quoque Angelus non est in loco, quia eius essentia à situ est absoluta. Secundũ contactũ, sicut corpus est in loco. Contactus verò est duplex, videlicet propriè dictus, & metaphoricus. Propriè tangere, est vltima simul habere, qđ Angelo conuenire non valet. Tactus verò metaphoricus est per operationem, sicut contristans dr tangere contristatum, qui tactus cõuenit Angelo. Relinquitur ergo, qđ Angelus diffiniri, seu determinari non põt ad locum, nisi per actionem suã, vel operationem. Dico autem operationẽ communiter ſm quod Angelus se habet ad corpus contentum in loco per modũ præsidentis, vel ministrantis, aut aliquo modo agentis, seu patientis. Et ista est opinio 3. quæ ponit Angelũ esse in loco, inquantũ per operationem loco alicui applicatur. & hoc confirmatur auctoritate Gregorij Nysseni, qui expresè hoc dicit. Vnde, & addit: Cũ dicere deberemus, Angelus hic operatur: abusiuè dr, Angelus hic est. Hanc opinionem tanq; rationabiliorem sequendo, dico, qđ Angelus effectum multipliciter facit in corpore. Substantia. n. spiritualis confert aliquid superadditũ ipsi esse, & sic est in loco, inquantũ operatur circa corpus locatũ, vel motum, vel lumen corporale, aut aliquid tale, cui tñ esse non confert. Aliquando verò substantia spiritualis per operationem suam dat corpori esse non suũ, sed aliud. sicq; Deus est in omnibus creaturis. Interdum autẽ dat corpori suum esse, quod cõtigit dupliciter, qm̃ ipsum esse est actus formæ, & est actus hypostasis. Hinc substantia spiritualis potest rei corporali conferre esse, inquantum esse est actus formæ, vt sic forma ipsius efficiatur. sicq; anima est in corpore. aut ſm quod esse est actus hypostasis, & non formæ. & sic humana natura in Christo est assumpta ad esse diuinæ personæ, qm̃ facta est vnio in hypostasi seu persona, non confusio in natura. Hæc Thomas in Scripto, qualiter Angelus sit in loco. ¶Deniq; in 1. parte Summæ quæst. 52. super hoc scribit: Angelus, & corpus æquiuocè sunt in loco, qm̃ corpus est in loco per applicationẽ ad locum ſm tactum quantitatis dimensiuę, qua Angelus carens, est in loco per applicationẽ suæ quãtitatis virtualis. Ideo nõ oportet, vt loco cõmensuretur, vel à loco contineatur, vel situetur in loco. Substantia enim incorporea rẽ corpoream sua virtute contingens, continet illam non continetur ab ea. Nã, & anima est in corpore, vt continẽs, non, vt contentũ. Hæc in Sũma. ¶Prętea de hoc an Angelus possit esse simul in pluribus locis, hic scribit: Circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim dixerunt Angelũ simul esse posse in pluribus locis, nõ tñ vbiq;. sed hoc à doctoribus reprobatur, qm̃ sequeretur, ꝙ Angelus nec diffinitiuè, nec circunscriptiuè esset in loco. Alij dicunt, ꝙ Angelus est in loco indiuisibili, quia ponũt, ꝙ essentiæ Angeli ſm se locus debetur. Vnde cũ essentia illa sit indiuisibilis, sequitur, ꝙ & locus ipsius. Verũ hic error eorũ est, qui imaginationem non valent transcedere, vt non intelligant aliquid indiuisibile, nisi sicut habẽs in cõtinuo situ. Idcirco dicendũ, ꝙ Angelus est tm̃ in vno loco, sed ille locus potest esse diuisibilis, uel indiuisibilis, magnus, uel paruus, ſm quod operatio Angeli ad magnum, uel paruũ immediatè determinatur. Vnde si immediatè operetur circa totam domũ, tota domus correspondet ei, ut unus locus, ita, ꝙ in qualibet eius parte erit, quemadmodũ dicimus aĩam ī qualibet esse corporis parte. Et dico immediatè, quia si Angelus moueret lapidem

Gregori. Nyssenus.

artic. 1.

Angelꝰ, & corpꝰ sũt in loco æquiuocè.

Quæstio.

pidem, ex cuius motu multa corpora mouerentur, nō oporteret, quod esset nisi vbi est primum ab eo motum, quemadmodū etiā patet in corporali motore, quem necesse est tāgere solum id, quod ab eo, immediatè mouetur. Idcirco verò nō potest simul esse in pluribus locis, quia est finitæ essentiæ, & per consequens finitę virtutis. impossibile autem est, ꝙ ab vna virtute ꝓcedat nisi operatio vna. operatio, autem vna est, q̄ terminatur ad vnū operatum. idcirco oportet, ꝙ operatum angeli vnum sit, circa, quòd immediatè operatur. Hinc sicut anima nō est simul in pluribꝰ corporibus, ita nec angelus in pluribus locis. Quod autē corpus Christi est simul in pluribus locis, est: quia plures panes transsubstantiantur in illud, quorum accidentia manent, & sub illis est. ¶Sed his obijci potest, quia dum angelus corpus assum it, mouet immediatè quamlibet eius partem. si ergo est angelus, vbi operatur, erit in singulis illius corporis partibus tanquam in pluribus locis. ¶Insuper cęlum empyreū est locus propriùs beatorum, & debetur beatis ratione beatificæ contemplationis: sed quando angelus circa nos operatur, non cessat à contemplatione beata, ergo simul est in cœlo, & in terra. ¶Dicendum ad primum, ꝙ totum corpus assumptum ab angelo comparatur ad ipsum tanquam vnū indiuisibile vbi, secundum, quod circa ipsum est immediatè operatio vna.

Angelus non potest esse simul in plurib. locis.

Obiecti. 1.

Obiecti. 2.

Ad primū

Ad ſcām.

¶Ad secundum, ꝙ operatio est quasi medium inter operantem, & operatum. Idcirco considerari potest dupliciter. Primò, ꝓut ab operante egreditur. Secundò, ꝓout terminatur ad operatum. Operationi, verò angeli non debetur locus secundum quod exit ab essentia angeli, quæ à loco est absoluta: sed secundum obiectum, ad quod terminatur. Hinc contemplationi angeli nō debetur locus corporeus, cum obiectum cōtemplationis sit spirituale. Hinc cœlum empyreum non est de necessitate contemplationis, sed assignatur contemplationi, per congruentiam, inquantum locus ille sanctificatus est ad gloriam beatorum, sicut ecclesia potiùs, quàm forum est locus animæ contemplantis, seu hominis exorantis. Ideò non oportet, quod quandocunque angelus contemplatur, sit in cœlo, sicut nec hominem orantem necesse est esse in ecclesia. Hæc Thomas in Scripto de hoc, an angelus possit simul esse in pluribus locis.

¶Porrò in prima parte Sūmæ quęstione 52. respondet, Angelus est essentię, ac virtutis finitæ. idcirco extendit se non ad oīa, sed ad vnum aliquid determinatū. Oporteret. n. vt quicquid comparatur ad vnam virtutem, vt comparetur ad illam vt aliquid vnum. Quemadmodum ergo vniuersum comparatur sicut aliquid unum ad vniuersalē Dei virtutem, sic particulare ens comparatur tanquam quid vnum ad virtutem angeli. Cumq; angelus sit in loco per applicationem suæ virtutis ad locum, sequitur, quod sit tantum in uno loco. Quo circa quidam imaginationem transcendere non ualentes, cogitauerūt indiuisibilitatem angeli instar indiuisibilitatis puncti. Propter quod putauerunt angelum esse non posse nisi in loco punctali, sed decepti sunt. Nam punctum est indiuisibile habens situm. angelus verò est indiuisibilis extra genus, quantitatis, & situs. Nec tamen oportet si angelus mouet cœlum, quod sit vbique. Primò, quia non applicatur virtus eius nisi ad id, quod primo mouetur ab ipso, quòd est pars orientis.

articul. 2.

Philosop.

¶Propter quod octauo Physicorū attribuit Philosophus virtutē cœlestis motoris parti orientali. Secundò, quia nō ponitur à philosophis, quòd vna substantia separata moueat omnes orbes. Ideò non sequitur, quod sit vbiq;. Hæc ibi de isto puncto.

¶Demum an plures angeli in vno valeant esse loco, ita ibidē determinat: Duo angeli non sunt simul in eodem loco, quia impossibile est, quod duæ causæ completæ sint immediatè vnius, & eiusdem rei. Quod patet in omni genere causarum. Vna nanque est proxima rei forma, atque materia, & vnum est proximum mouēs, quamuis possint esse plures motores remoti, nec habet instantiam de pluribus nauem trahentibus, quoniam nullus eorum est motor perfectus, cum virtus cuiuslibet sit insufficiens ad trahendum. Cumq; angelus sit in loco secundū, quod virtus eius concernit locum per modum cōtinentis perfecti, non potest nisi vnus angelus esse in vno loco. Hæc ibi.

articul. 1. Quæstio.

Duo angeli nō sunt simul in eodē loco.

¶De hoc quoque ait in Scripto, Locus rerum metaphoricè dicitur Deus, qui omnium locus vocatur, quoniam intra se continet omnia, & cōseruat, sicq; omnes angeli, imò & entia cuncta in vno sunt loco, videlicet Deo. Sed nunc loquimur de loco propriè sumpto, scilicet corporali. & sic iuxta communem dico opinionem, quod plures angeli nequeunt simul esse in vno loco. Cuius fumenda est ratio ex parte operationis, secundum quam angelus est in loco: quia secundum Philosophum quarto Physicorum, tunc vnumquodque pulcherrimè diffinitur, quando per diffinitionem ipsius manifestantur, ac demonstrantur oēs proprietates ipsum consequentes, & soluuntur omnes dubitationes incidentes. Itaque secundum hoc dicendum, quod impossibile est idem secundum idem, pati & moueri à diuersis agentibus, si vnumquodque eorum sit perfectæ virtutis ad inducendum illum effectum: quoniam ab agente perfecto perducitur patiens in actum perfectum. quo habito, non remanet in potentia ad suscipiendum plus aliquid. Cum igit vnus angelus agens in virtute diuini imperij sit sufficientis virtutis ad educendum in actum totum, quod diuina virtute operandum est circa aliquod corpus, non potest esse, quod circa idem operatum cōcurrant immediatè operationes angelorum duorum. Ideò nec in eodem loco esse possunt, quia superflueret vnus. Vnde philosophi vni orbi non attribuunt nisi vnum motorem.

Deus vocatur locus omniū rerum.

Philosop.

¶Sed obijci potest: vnum corpus, vnusq; angelus possunt esse in loco eodem, ergo plus angeli duo, cum vnum corpus plus occupet, & impleat locum, quàm angelus. ¶Secundò, spiritus increatus, & angelus in vno sunt loco, ergo plus angeli duo. ¶Tertio, dęmon & anima sunt in eodem loco, videlicet in corpore obsessi. ergo & duo angeli simul esse queunt. ¶Dicendum ad primum, quod repletio loci non impedit duos angelos posse simul esse, sed confusio operationis. ¶Ad secundum, & tertium respondendum, ꝙ anima est in corpore, vt forma naturalis, non autem Deus, aut angelus bonus. Nec spiritus increatus, & spiritus creatus sunt in vno loco secundum eandem rationem, & modum. Idcirco ex tali existentia non sequitur operationum cōfusio. Hæc in Summa. In his verbis Thomæ aliqua continentur, de quibus quid veritatis contineant, infra magis patebit.

Obiect. 1.

Obiect. 2.

Obiect. 3.

Ad primū Ad secundū, & tertium.

¶Præterea Petrus magis sequi videtur opinionem secundam, secundum quam angelo debetur locus ratione suæ essentiæ, quia finita est, quam opinionem (sicut iam patuit) reprobat Thomas.

Petrus.

¶Itaq; Petrus scribit: Secundū opinionem sustinent

Philoso. nendo, dicendum est, ꝙ ſm Philosophum 3. Physicorum, locus propriè dictus est superficies corporis rem ambientis, ficq; ad plenam rationem existēdi in loco, tria concurrunt. Primum est commēsuratio, qm̄ quod ambitur, vndiq; commensuratur. ſm est determinatio, qm̄ quod ambitur, infra rem ambientem continetur, atq; includitur. Tertium est præsentialitas, præsentialitas inquam per se subsistens, quam non habent accidentia rei locatæ: & separata, quam nō habent partes rei locatæ. propter quod non sunt per se in loco, & itē interna, quam non habent locata contigua, ficq; solis substantijs conuenit esse in loco. & quo magis participant has tres conditiones, seu proprietates, quæ conueniūt ad esse in loco, eo plùs propriè sunt in loco. Hinc corporales substantiæ proprijsimè esse in loco dicuntur, qm̄ commensurantur superficiei corporis ambientis, & infra eam includuntur, atq; eidē præsentes sunt. Spiritus verò creati sic sunt infra superficies corporaliū continētium rerum, ꝙ eis non cōmensurantur, sed infra eas determinantur ita, ꝙ extra eas non sunt, sunt quoq; eis præsentes. Increatus verò spiritus sine commensuratione, & determinatione est intra superficiem ambientis, tū præsentialitatem habet ad eā. Hinc ei minùs conuenit esse in loco, q̄ Angelis, & Angelis minùs, q̄ corporibus. Angelus quippe est substātia impartibilis, & finita, non tū fine eiusdem generis cū fine, seu termino rei corporalis. Ideo diffinitiuè est in loco, nō cōmensuratiuè, Deus verò solū præsentialiter. Exemplū huius triplicis locationis pōt poni in homine, cuius corpus est cōmensuratiuè in loco extrinseco, aīa verò quasi diffinitiuè, non circūscriptiuè est in corpore, quia vtrumq; est terminatū, sed non eiusdē generis termino. Corpus enim terminatur terminis dimensionis, non aīa. Anima quoq; est in singulis partibus corporis, non circūscriptiuè, nec diffinitiuè, sed prę̄sentialiter. & si anima esset in corpore, vt separata ab ipso, tūc esset perfecta similitudo: sed quia vnita est corpori, vt forma, & motor, non est in corpore neq; in partibus eius propriè, vt in loco, sed tanq̄ perfectio in perfectibili, & motor in moto, & sicut actus in potentia. Hæc Petrus.

Richardꝰ.

Strabus Beda.

Hugo.

¶Ampliùs, Richardus quoq; uidetur in horum decisione à positione illa quam approbat Thomas, recedere: Quidā, inquiēs. dicunt Angelū sine assumpto corpore nō esse in loco, quorum opinioni cōtradicit auctoritas, & ratio. Strabus enim, & Beda Gen. 1. dicunt, quod cœlum empyreum factū, mox sanctis Angelis est repletum. & constat, ꝙ nō intelligunt hoc fuisse per aliquam operationem illorū circa locum illū. Sed, & Hugo lib. de Sacramentis par. 3. opinionem illā redarguere uidetur expresè, dicendo: Non ignoro quosdam ab omni spiritu locū uniuersaliter remouere, quia ſm dimensionē solum, & circunscriptionē corporalem locum constare probarunt, sed horum consideratio à cōmuni æstimatione, & posibilitate nimis recessit. Item prædictam opinionē dogmatizātes, à D. Stephano Episcopo Parrhisiēsi sunt excommunicati. Ratio etiam contra eam est, qm̄ ordine naturæ priùs applicat Angelus suam uirtutē orbi seu mobili cuicunq;, quod mouet, q̄ mouere incipiat: ergo applicatio illa operationē præcedit. Cumq; uirtus illa sit in essentia Angeli, Angelus per suam essentiam priusquàm per operationē applicatur mobili. Ideo mihi uidetur, ꝙ Angelus ꝑter omnem operationem, quā habeat circa locum, sit diffinitiuè in loco. Et si quęratur ratio applicationis suę ad locum, dico, ꝙ ratio applicationis efficiens, est sua uoluntas imperans, & sua potentia exequens, uel omnipotentia Dei. Ratio uerò finalis, est maior unitas uniuersi, uel quia interdum uult Angelus aliquid circa locū efficere. Formalis uero ratio huius applicationis est simuleitas Angeli cū loco, aut locato: quemadmodum formalis ratio applicationis corporalis rei ad locum, est circūscriptio. Ad auctoritatē uerò Boetij, atq; consimiles, asserentes, ꝙ Angeli non sint in loco, dicendum, ꝙ uolunt Angelos nō esse in loco circūscriptiuè. Hæc Richardus.

Quæstio.

¶De niq; ad quæstionē hāc, an Angelus sit in ſpatio, uel in aliquo impartibili ipsius ſpatij, respondet Richardus: Angelus est in ſpatio corporali, ita, ꝙ ciuilibet parti illius ſpatij pōt esse præsens. & est dare terminū in maius, sed non in minùs. estq; totus præsens cuilibet ſpatij parti. Est enim simplicitas quadruplex. Vna est negatiua magnitudinis, ut est simplicitas punc̄ti, qui nec extensus est, nec aptus extēdi. Secūda est simplicitas magnitudinis priuatiua, ut esset simplicitas substātiæ corporalis, ſi per oīpotentiam creatoris esset, & cōseruaretur à dimensionibus separata, qa tunc nata esset extendi. Tertia est simplicitas immēsitatis ſpiritualis positiua, quæ est simplicitas Dei, qui sic hēt simplicitatē, & immensitatem, ꝙ ſua simplicitas est quaſi ratio suę immēsitatis. Quarta est simplicitas positiua alicuius magnitudinis ſpiritualis, tñ infinitè deficientis à Dei immensitate. & hæc est simplicitas ſpiritus creati, ut animæ, & Angeli, qui per hanc ſpiritualē simplicitatē, ac diuinæ immensitatis aliquātulam imitationem ita possunt

Quadruplex ē ſim plicitas.

Dio. Arg.

¶Insuper de hoc, an Angelus possit esse in pluribus locis, & an ſit in loco punctali, ſcribit Petrus: In Angelo ſm S. Dionyſium tria sunt, vtpotè virtus, ſubſtātia, operatio, & sicut corpus habet ab alio, ꝙ ſit in loco: videlicet à termino cōmuni ſubſtantiæ, quia est ſubſtantia corporalis, ab alio, ꝙ ſit in loco tanto, vtpotè à termino propriæ quātitatis, ab alio, ꝙ ſit in hoc loco, ſ. à proprio motu, vel operatione: ita Angelus ab alio habet, ꝙ ſit diffinitiuè præsens in loco, videlicet qm̄ est ſubſtantia terminata: ab alio, vt valeat esse in loco tāto, aut tāto, vtpotè à termino ſuæ quantitatis virtualis: atq; ab alio, ꝙ ſit in hoc loco determinato, puta à ſua voluntate, & operatione determinata. Itaq; quātū est de essentia ſua quę ſimplex est Angelus non determinatur ad locū tantum, quin poſsit esse in ſimplici. Quantum verò est de ſua virtute, potest esse in tanto loco, quanto loco potest immediatè esse præsens. & in tanto loco potest immediatè conſiſtere præsens, in quanto potest immediatè operari. ſimiliter quantum est de operatione. Si est operatio ſpiritualis, non indiget loci qualitate, & quantitate determinata. ſi verò est corporalis, indiget tanto loco, in quanto vult operari immediatè. Esse ergo in loco determinato dicitur, & conuenit Angelo per essentiam ſuam finitā in ſe. ſed posse esse in aliquanto, conuenit ei ſecundum ſuam uirtutem. Esse uerò in actu in loco quantitatis determinatæ, conuenit ei per determinationem ſuæ uoluntatis, uel actionis, & ita per accidēs. Quia uerò nec eius operatio terminari potest immediatè niſi ad unū, nec uirtus eius neque essentia potest niſi in uno, ideo esse non potest in pluribus locis. Est ergo cōmune, & neceſſarium omnibus illis esse in loco uno per essentiam. Posse uerò esse in loco maiori, uel minori, puto, ꝙ differt, & accidit ſm uirtutem maiorem, ſiue minorē. Esse aūt in toto, uel in parte loci illīus, puto, ꝙ ſit in Angeli uolūtate: qm̄ uirtus illa uoluntati conformatur ſm exigētiam actionis. Hæc Petrus.

adesse alicubi spatio toti simul, quòd etiam toti sint in qualibet eius parte.

Quæstio. ¶Si aũt quæratur, an angelus sit in puncto cum tamẽ anima non ponatur in aliquo corporis puncto: dicunt quidã, ꝙ indiuisibile sicut punctus, non est locus, ideò in eo nõ est angelus, præsertim cum magnitudiné habeat spiritualem. Alij dicũt, ꝙ quãuis punctus non sit locus, angelus tamen propter suam indiuisibilem simplicitatem potest esse in pũcto. Quamuis etenim non sit nusquam, non tamen oportet, ꝙ sequatur legem loci, nec ad existendum in puncto requiritur summa simplicitas, qui nec pũctus est summæ simplex. Anima verò cum sit in corpore tanquam corporis forma, non est in puncto: quoniam punctus non est corpus, nec corporis pars. Hæc Richardus.

¶Porrò adquæstioné, qua quæritur, an angelus, queat simul esse in pluribus locis: respõdet hic doctor, quod nõ naturali virtute, sed benè per omnipotentiã Dei. Ratio autem cur limitatur ad existendum simul non nisi in vno loco, est natura suæ existentiæ limitatæ: & quia locatum naturaliter diffinitur suo in loco. Sed obijci potest, quod beatus Ambrosius in ecclesia sua celebrans, obdormiuit super altare, & excitatus à clero, dixit se interfuisse funeri sancti Martini, atq; ibidem præbuisse obsequium.

Obiecti. 1.

Augusti. Obiecti. 2. ¶Insuper Augustinus libro de ciuitate Dei videtur velle, quod aliquando homine dormiente, ac viuo manẽte, phantasticum eius egreditur, ac veluti corporatum in quadam effigiè apparet sensibus aliorum. ¶Dicendum ad primum, quòd illud de sancto Ambrosio supernaturaliter factum est diuina virtute, vel quòd beatus Ambrosius in veritate nõ interfuit sepulturę sancti Martini, sed forsitan angelus in forma Ambrosij sancti apparens: quòd dum fieret, apparuit Ambrosio soporato, quòd sepulturæ interesset prædictæ. ¶Ad aliud, ꝙ verba Augustini nõ sunt sic intelligenda, quòd homine dormiente verè exeat phantasticum eius: sed quia interdum contingit, ꝙ homo somniat se esse præsentem alieno conspectui. cumque hoc somniat aliquis spiritus, in specie illius hominis apparet illi, in cuius conspectu somnians ille somniat se esse præsentẽ. Hæc idẽ.

Ad primũ.

Ad scũm.

¶Postremò ad quæstionem hanc, an plures angeli valeant simul esse in loco eodem, respondet, quòd nõ virtute creata: quia quæcunq; sunt simul in eodem loco, oportet quòd vnum penetret aliud. Nullus autẽ spiritus virtute creata potest alium spiritũ penetrare, sicut nec corpus vnum aliud, q̃uis diuina, & supernaturali virtute vtrumq; fieri possit. ¶Si autem obijciatur, ꝙ corpus glorificatum põt simul esse cũ corpore nõ glorificato, ergo & spiritus malus cum bono. ¶Insuper aĩa est in qualibet corporis sui parte, & in eodẽ corpore dæmon põt consistere vt in obsessis, imò in Euãgelio recitatur legio fuisse in homine vno. ¶Dicendum ad primum, quia (ut aliquid dicunt) corpus glorificatum non potest virtute creata simul in eodem loco, esse cum corpore non glorificato, sed virtute solummodo increata, qua & spiritus bonus posset esse cũ malo, si Deus vellet. Alij putant vtrumq; horum posibile virtute beatitudinis supernaturalis corporis glorificati, ac angeli boni. Potest autem angelus corpus, quod cunq; penetrare, non angelum. ideo põt simul esse cũ corpore in loco eodem. In obsessis verò dæmones non sunt per essentiã suam præsentes substãtiæ corporis, aut partibus eius, sed se immiscent humoribus, aut vacuitatibus corporis, in quibus non est nisi aer, aut vapor subtilis, ficq; plurimi possunt esse in corpore vno, quia (vt dictum est) nõ est dare ter minum in minùs in loco, seu spatio in quo est spiritus creatus. quodlibetq; continuum diuisibile est sine fine Hæc idem. ¶Amplius Albertus: Multiplici ter, inquit, dicuntur aliqua esse in loco. quædam enim per se, & secundum naturam suam indigẽt loco saluante, & continente, quemadmodum omnia generabilia, & corruptibilia: & hoc duabus ex causis, quarum prẽcipua est, qm̃ talium vltima determinata sunt contrarietate agente, ac patiente. & nisi esset saluatiuum, ac contentiuum extrinsecus propter passionem ipsorum, cõtinuam haberent in vltimis seu extremitatibus suis deperditionẽ, defluentiamq; continuam. ¶Si quæras, vnde habeat locus, quod saluet locatum, cum & vltimum corporis locantis habeat contrarietates, ficq; pugnando videtur magis corrumpere, quàm saluare. Dicendum, ꝙ locus, qui est quasi vas locans, habet hoc ab influẽtia loci simpliciter. Locus autem simpliciter, vt est saluans, non est nisi duplex, videlicet simpliciter sursum in contactu circunferentiæ orbis Lunæ. & simpliciter deorsum, quod est esse in centro, quod habet saluandi naturam à toto, à quo æqualiter respicitur semper. Alia causa est, quoniã res debilior est in extremis, quàm in intrinsecis sibi. Ideo natura determinat ei continens in extremis. Et istud est propriè loqui de loco. Secundò possumus loqui de loco, prout est spatium Mathematicum, vt videtur velle Boetius. & sic habet continere, non saluare. quoniam suũ continere non est nisi extrinsecus ambire, ficq; dicimus omnia corpora loco circumscribi præter vltimam sphæram. Tertiò loquimur de loco, prout in ipso est distantia situs, licèt non includatur. ficque dicimus etiam sphæram esse, & moueri in loco secundum formã, & non subiecto, vt sexto dicitur Physicorum. Quartò loquimur de loco per accidens, sicut dicimus, quòd nobis in loco existentibus accidentia, & omnia, quæ sunt in nobis, in eodem sunt loco. & sic rursum non dicimus Angelum esse in loco, quia sic semper assumeret corpus quando diceretur esse in loco, sed dicimus Angelum esse in loco diffinitiuè, & hoc per diffinitionem, seu determinationem operis sui: quia videlicet opus illud, nec ex parte efficientis, nec ex parte effecti refertur extra locum in quo. Idcirco intelligitur intra locum illum esse substantia operans, & hoc est, quod dicit Damascenus, ꝙ Angelus ita est hic, ꝙ non alibi. Dico etiam, quòd duo spiritus nequeunt esse in loco eodem propter confusionem operationum vitandam, non propter obsistentiam naturæ. Hæc Albertus.

Albertus.

Quæstio.

Boetius.

Philosop.

Damasce.

¶Amplius Vdalricus in Sũma sua li. 4. multa conscribit de his, primo loquens de intelligentijs, deinde post multa de Angelis: non, ꝙ intelligentiæ non sint de numero Angelorum, sed quia Philosophicè tractat de eis, prout sunt motores cęlestiũ orbium, & velut rectores spheræ actiuorũ, & passiuorum, prout ait Philosophus, quod oportet hunc mundũ esse continguum lationibus superiorum, &c. Itaq; de his scribit Vdalricus: Cum intellectus intelligentiæ, ut motor est, non solum sit actiuus specierũ intelligibiliũ, sicut est noster intellectus agens, sed ẽt formarum naturalium lumine suo essentiali, vel ipsum lumen: & ipse intellectus sit formalis essentia intelligentiæ, patet uerum dicere Philosophos, quòd intelligentia per suam essentiam mouet, & causat: tamen secundum quod est instrumentum primæ causæ, mouet ẽt per suas potentias, sicut, & anima rationalis mouet per intellectum, & appetitum

Vdalricus

Philoso.

tum. Et sicut multi dicunt animam vbiq; esse in suo mobili, ita quòd tota est in qualibet parte, in quantũ actus eius essentialis, qui est vita, seu uiuere, est vbique in toto corpore eius. & cum certum sit, quòd ipsa, vt motor, sit essentialiter tantum in corde, ita intelligentia quælibet est vbiq; in mobili suo: & tamen est in determinata eius parte, & etiam est vbiq; in toto suo inclusa infra suam sphæram. Nusquam enim est, id est, in nullo determinato vbi sui mobilis, sed vbique est in ipso secundum suam substantiã in quantum extensione suæ potentiæ in totum mobile operatur immediatè circa ipsum totum: quia secundum Damascenum angelus ibi est, vbi operatur. Verum secundum principalem receptionem, & manifestationem suæ uirtutis in mobili, principaliter est in vna parte, prout 8. Physicorum dicit Philosophus motorem cœli esse in dextero circulo sphæræ æquinoctialis. Multa de his scribit ibi Vdalricus, de quibus pertranseo hic, quia non multum concernunt hunc passum. ideò loco reseruatur aptiori, quę etiam pro parte commemoro recitatiuè magis, quàm assertiuè.

Damasce

Philosop.

¶At vero in vltimo capitulo quarti libri de angelis loquens: Supra, inquit, probauimus omnè, quod est hoc aliquid, esse loco diffinitum: & quia angeli, prout de eis loquitur scriptura, hoc aliquid sunt, cõstat, quòd diffinitiuè sint in loco, quamuis Peripatetici contra dicunt: quia loquuntur de angelis prout sunt intelligentiæ, qualiter potius sunt vbiq;, quàm determinato in loco, sicut iam patuit. Stoici vero Philosophi, Trismegistus, Socrates, Plato &c. consentiunt, quod angeli circa nos operantur, & loco diffinitur, ac successiuè in pluribus locis sunt per motum de loco ad locum, atque in magicis artibus habetur hoc pro experto. Vnde pro erroneo reputandum est dictum Rabbi Moysi, asserentis quòd apparitiones angelorum, de quibus habetur in lege, non sunt secundum substantialem præsentiam, sed secundum virtutis effectum. Nec recipienda est opinio aliquorum dicentium angelum per operationem diffiniri ad locum in quo operatur, atque desinere ibi esse cessando ab operatione sine motu locali. sic enim nusquam esset, dum nullam exercet operationem circa exteriora. & hoc non est intelligibile, quod id, quod est hoc aliquid, & infra ambitum cęli empyrei continetur, non sit in loco diffinitiuè, siue operatur, siue non. sequeretur etiam, quòd anima separata, cuius non est operari circa inferiora, non esset in loco. Est quoque cõtra scripturam, quæ angelos in cœlo empyreo docet esse creatos, ac inde luciferum corruisse, antequàm habuit circa exteriora obsequium. Non tamen intendimus dicere, quòd angeli sine loco esse non possint, id est, si locus non esset. Imò sentimus oppositum, cum intellectualis natura prior sit omni corporali substantia, certumq; est, quòd primum sine posteriori valeat esse. Hæc Vdalricus.

Rab. Mo.

¶Præterea Durandus circa hæc inserit multa, referens quatuor opiniones: Vna, ait, opinio dicit, quòd angelus sit in loco ratione suæ essentiæ limitatæ, secunda opinio tenet, quòd angelus est in loco diffinitiuè, non sic quòd sua essentia quamuis finita, sit ei ratio essendi in loco, sed operatio sua in exteriorem materiam transiens. Tertia est, quod angelus, neque per suam essentiam, neq; per suam operationem est in loco, sed quòd solum dicitur esse in loco, quantum est in corpore locato, non secundũ se sed ſm suum effectum: quod est esse in alio sicut mouens est in moto, vel sicut causa immediata est in suo effectu. Et qui tenent hanc viã, dicũt quòd ad hoc, quòd moueat angelus corpus, non requiritur aliqua propinquitas angeli ad locum ſm situm, nec vlla exhibito suæ præsentiæ realis ad corpus locatum: sed tantum proprio inter ipsum, & corpus mobile ſm rationem mouentis, ac mobilis. Angelus nãque mouet corpus dum vult, quoniam liber est in mouẽdo: & dum mouet, fertur esse in loco. sed ista opinio non videtur idonea: quoniam sola proportio illa non sufficit ad mouendum, nisi actiuum, & motiuum realiter præsens. Quarta opinio est, quòd essentia angeli nusquam est, nec ratione realitatis suæ, nec ratione alicuius existentis in ipso, nec rõne operationis circa exteriora, sic quòd ei debeatur locus diffinitiuè. & in hoc concordat cum pdicta opinione, sed in hoc differt ab ea: quoniam ponit, quòd sicut angelus nusquã est ſm situm, sic est vbique, seu præsens cuilibet corpori præsentia ordinis, non situs: siue moueat, siue non. sed dũ mouet, dicitur specialiter esse vbi mouet secundum quandam approximationem: quoniam ibi manifestatur sua virtus realis. tamẽ præsentiam angeli ad locum præcedit operatio eius in loco. Mouentur autem isti ex hoc, quòd motus & oĩs actio, quæ prẽsupponit subiectum, præexigit præsentiam motiui ad mobile, & actiui ad passum. sed angelus potest agere in omne corpus, vel simul, vel succes siuè, ergo antequàm agat, præsens est cuilibet corpori, & simul: quia si prẽsens esse vni tantum, & postea alteri, difficile valde esset assignare, quare magis præsens esset isti, quã alteri, cum nondũ in aliquod agat illorum. & quãuis in aliquid ageret, difficultas eadem remaneret: quia operatio non facit agentis præsentiam, sed supponit. Et rursus, si præsens esset vni sic, quòd non alteri, iam loco videretur diffiniri, quod ipsi negant. Iterum, si præsens esset vni non alteri, non posset illi præsens fieri nisi per motum, vel ad alium modũ. Dicere autem, quòd angelus per essentiam suam moueatur, non est intelligibile bene. Igitur iuxta hanc viam ponitur, quòd angelus sit præsens cuilibet corpori, antequam illorum aliquod moueat. Hæc Durandus. Qui huic vltimæ opinioni magis adhæret sine temeraria assertione, & solum scholastice causa exercitationis. Denique de primis duabus opinionibus, & earum motiuis iam dictum est supra. Tertia vero opinio videtur esse, de qua iam in verbis Vdalrici est tactum, quam & irrationabilem esse fatetur, quamuis Rabbi Moysi partim attribuatur. Verum quarta ista opinio videtur prorsus inepta, & fatua, & diuinis scripturis contraria: quia secundum eam angeli sancti nunquam de cœlo in terram descenderent, neque de terra in cœlum ascenderent, cum tamen dicat saluator: Videbitis angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium hominis. atque ad Moysen dominus dixit, Angelus meus præcedet te. imò innumerabilia testimonia scripturarum huic imperito errori obijci possent. Nempe quòd angeli sancti homines assiduè adeant, & ab eis descendant vicissim inuisibiliter, interdum visibiliter in assumptis corporibus copiose docet scriptura, sanctique patres concorditer protestantur. & vt sanctus ait Ambrosius, ex hoc ostenditur spiritussanctus verus Deus, quòd omnem replet creaturam, & vbique est præsens. Insuper iuxta opinionem hanc insensatam, sequetur, quòd singuli angeli in singulis sint substantialiter, & omnes omnibus, & vnusquisque infra terminos essentiæ alteriùs erit: & illabetur cuilibet essentiæ alterius, quod tamen Deo proprium

Dionys.

Iohan 1

Exod. 23.

Ambros.

Prium perhibetur, videlicet illabi rerum essentijs. Cumq; sint tam innumerabilia millia angelorũ, in quolibet angelo substantialiter per essentialem illa pſum erunt millia angelorum innumerabilia. Post diem quoq; iudicij quando saluator cũ suis electis, & sanctis ascendet in alta cęlorum, vsq; in cęlum empyreum, & ibi cum ipsis æternaliter in plena beatitudine habitabit, angeli sancti secum non ascendent, sed manebunt sicut nunc sunt vbique, & omni creaturæ præsentes, erunt ergo etiam in inferno. alias essent diffinitiuè in loco. Cumq; dęmones sint ex ordinibus angelorum prolapsi, eadem ratio est de ipsis, & angelis sanctis, quantum ad consistendũ in loco, sicq; in quolibet angelo sancto substantialiter erunt dęmones vniuersi, & erunt, ac sunt in cælo empyreo, sicut & angeli sancti, quia vbique sunt. Alia, quàm plura huic fatuitati obijci possunt, cuius etiam motiuum debilissimum extat, cum ait: Motus, & omnis actio præsupponit subiectum. Ad quod dico, quod illo concesso, non oportet, quod angelus semper substantialiter præsens sit cunctis corporibus, quæ potest mouere, imò nec vni eorũ: sed quando Deo iubente, aut se secundum Deum dictante, vult corpus quodcunq; mouere, vel circa inferiora ministerium exhibere, mittitur à Deo ad illud, seu illa, vel descendit, & accedit, ac mouet se illuc secundum modum, quo ei conuenit motus, prout quæstione dicetur sequente. Hæc ergo opinio omni philosophicæ, ac theologicæ veritati contraria non est tanquam probabilis defendenda, sed penitus respuenda.

Aegidius. ¶ Postremò Aegidius circa hæc multa inducit, & penè omnium positiones corrigit, & emendat. Primò eorum, qui dicunt angelum esse in loco ratione suæ limitatæ essentiæ, quos dicit ordinem rerum peruertere, & tamen si ritè pensetur, cõtra eos nil aliud probat, nisi quòd angeli non sunt in loco commensuratiuè. Deinde arguit contra eos, qui dixerunt intelligentias non esse in loco, nec ratione suæ essentiæ, nec ratione operationis, quòd angeli circa corporalia operantur. Tertiò arguit contra eos, qui dicunt angelos nõ esse in loco nisi per operationem, & ideò eos nusquã esse, quando non operantur circa exteriora, aut corporalia, contra quos dicit, q̃ angelus semper aliquo modo circa corpora operatur, aliàs non esset cõnexio entium vniuersi. q̃ non videtur aptè prolatum, quia secundum doctrinam diuini Dionysij, & sanctorum, angeli summæ hierarchiæ, qui assistentes dicuntur, circa exteriora, & corporalia non operantur, nec cęlum empyreum indiget influxu, aut conseruatione eorum. Et iam ostensum est, q̃ cęlum empyreũ est locus ipsorum per congruentiam quãdam: qm̃ correspõdet actioni eorum, sicut ecclesia orationi, non per necessitatem. Deinde specialiter argumẽtatur contra sancti Thomæ positionẽ, dicẽs, q̃ angelus potest esse in loco maiori, & minori, atq; indiuisibili, seu pũctali, secũdum quod diuersimodè operatur circa loca, & locata maiora, seu minora, aut circa indiuisibilia, & dicit q̃ positio illa sibijpsi contradicit, qm̃ punctus non est receptiuus operationis angeli sancti. Verum si introducta ex Petro, Thoma, Richardo, recolãtur, patet oppositum huius: imò angelus puncto simplicior est iuxta modum præhabitum, quia nõ habet in continuo situm, nec ad genus pertinet quãtitatis. Cum agitur angelus sua magnitudine virtuali agat in ea, quæ simpliciora sunt pũcto, & illa attingat, ac tangat tactu metaphorico spiritali, ac virtuali, cur non etiam locum punctalẽ?

Dion. Ar.

Dio. Car.

De alijs multis q̃ hic scribit Aegidius, breuitati studens ptranseo. Solutio etiã obiecti patet ex dictis.

QVAESTIO IIII.

Arguit. 1. contra veritatem.

QVæritur consequenter. *Virum angeli moueantur.* Cumq; quæstio ista de motu locali præcipuè intelligatur, includit ipsa alia duo quęsita, videlicet an moueantur per mediũ. quia oĩs motus localis per medium est, & qm̃ tempus vocatur mensura motus, quærendum est an moueãtur temporaliter, aut successiuè, an potius in instãti, & condependẽt hæc tria. Et videtur, q̃ non moueanť, quia (ut ait super librum de Causis Auerrois) intelligẽtia est loco & operatione immobilis. ¶ Secũdò, ei quod nondũ coniunctum est fini, conuenit moueri, similiter enti imperfecto, & indigenti: moueri namq; est imperfectionis, ac indigentiæ. Vnde nec conuenit Deo. sed angeli sunt perfectè beati, atq; in vltimo fine immobiliter quietati, nec cupiunt perfici, vtpotè iam perfecti. ergo non conuenit eis moueri. ¶ Tertiò, moueri localiter non cõuenit nisi rei locali, & quæ subiacet tempori. Angelus vero, nec localis, nec tẽporalis consistit. ¶ Quartò, lux sensibilis diffunditur per medium sine successione, & motu in instanti, sicut experientia docet. cumq; angelus sit lux spiritualis, omni luce sensibili vehementer simplicior, atq; cælerior, formalior, & agilior, apparet, q̃ instantaneè sine successione, & motione, ac tpe pcedat, seq; diffundat p mediũ, & applicet se, cui adesse voluerit.

Auerrois, 2

3

4

In oppoſitum. ¶ In contrarium sunt rario, & auctoritas. Cum enim angelus sit beatus, & intellectualiter, ac liberè agens, in sua est libertate moueri successiuè, aut instantaneè, celeritur siue tardè. Docet quoq; scriptura, q̃ angeli sancti pergunt cum his, quos custodiũt, de loco ad locũ: & q̃ angelus pręcesserit filios Israel, & columnam nubis, ac ignis successiuè mouebat.

Bonauen. ¶ Ad hæc Bonauentura respondet, Angelo cõuenit moueri, & mouet se nõ solum assumpto corpore, sed etiam corpore non assumpto, cum non sit minoris libertatis, nobilitatis, ac potestatis sine corpore, quàm in corpore. sed sicut esse in loco dupliciter dicitur, ita & esse localem, sicut in litera tãgitur. Primò ènim, & propriè dicitur aliquid esse in loco circunscriptiuè. secundò, & minus propriè, diffinitiuè. Angelus ergo non mouetur per locum circũscriptiuè, seu commẽsuratiuè ad locum, nisi in corpore assumpto. sed sine huiusmodi corpore conuenit ei diffinitiuè moueri per locum.

Angelo conuenit mouẽ.

Quæstio. ¶ Si autem quæratur, an moueatur per se, aut per accidens: Dicendum, quod moueri per locum circunscriptiuè, conuenit angelo per accidens, vtpotè ratione corporis, quod assumpsit, ac mouet, sed diffinitiuè moueri, conuenit ei per se, & sua voluntate mouet seipsum. Idcirco in angelo non differunt propriè motor, & mobile, nec motus ille est motus indigentiæ, sed potius obedientiæ ex Dei imperio, seu dignationis, charitatis, & subuentionis pro aliorum indigentia, necessitudine, & salute. Nam, & miles, & cursor currit in stadio ad suæ ostẽsionem virtutis, & iuxta sancti Dionysij documenta, superiora mouentur ad inferiorum prouisionem. Hæc Bonauentura.

Motus angeli nõ est indigẽtię sed dignationis.

Dion. Ar. Quæstio.

¶ Insuper ad quæstionem hanc, an moueatur per medium, sic respondet: Circa hoc diuersi diuersimodè sunt locuti. Quidam namque dixerunt, q̃ cum angelus sit simplex, & indiuisibilis, nõ põt corporale mediũ pertransire: sed mouetur ab extremo in extremum sine medio omnisq; locus, ad quẽ mouetur, se habet ad angelum per modum immediati. sicq; loci mutatio in angelo, non est motus, sed mutatio

tatio absq; medio. Hęc autem opinio nõ videtur cõueniens. Certum est enim, q̃ angeli sancti, qui custodes sunt hominũ, ita possunt eos custodire sua spirituali præsentia, sicut & corporali in assumptis corporibus, atq; vtroq; modo assunt, & comitantur cũ sibi commissis, sicut iam tactum est, & sic vadunt p medium. Alij ergo dixerunt, q̃ angelus per mediũ, & sine medio potest moueri, quoniam motus eius est ad nutum suæ voluntatis secundum potestatem diuinitus ei collatam. Idcirco dum vult, transfert ac facit se in extremũ immediatè. & dum vult, transit per mediũ. Ponuntq; simile, q̃ intellectus noster potest cogitare de Parrhisijs, & de Roma dupliciter: primò sic, q̃ immediatè cogitet de vno, & post de alio. secundò ita, q̃ primo cogitet de Parrhisijs, deinde de vrbe intermedia, tertiò de Roma. & quoniam angelo tam facile est moueri, ac ferri, vt nobis cogitare, cum non sit corpori alligatus, ideò potest sic, & moueri. Verum quicquid sit de positione, exemplum istud non extat conueniens: quoniã cogitans apud se habet speciem Romæ, speciemq; Parrhisiorum, quæ species non habent inter se ordinem, neq; situm, & æqualiter sunt præsentes intellectui cogitantis. Idcirco ad libitum potest de vna, & de alia cogitare. sed in re est ordo, & situs naturalis, & necessariò interiacet medium inter ciuitatem & ciuitatem. Cumq; aliquo modo intelligibile sit, q̃, angelus feratur per medium, ratio quoq; atq; auctoritas ad hoc concordent, ideò hoc videtur probabiliter esse tenendum: & aliud membrum, videlicet, q̃ sine medio possit moueri, arbitror reijciendũ non q̃ asseram esse falsum: sed quoniam non est in promptu auctoritas, quæ hoc dicat, nec ratio cogit imò nec capit hoc. possibile tamen est, q̃ Deus aliquid dederit spiritualibus illis substantijs, quod carnales non capiunt intellectus. Quod vero Augustinus ait, dum mouere spiritualem creaturam per tẽpus, non per locum, intelligitur de motione per locum circunscriptiuè: & quãtum ad proprietates loci, ac temporis, quod cõuenit angelis, in quibus est innouatio, variatio, & successio cogitationum, & affectionum. Hæc idem. ¶ De hoc demum, an angelus moueatur in instanti, vel successiuè, ac temporaliter, scribit sic: Cum spatium intermedium sit cõpositum, & tam angelus, quàm virtus ipsius sit simplex, dixerunt quidam, q̃ tam angelus, quàm virtus ipsius improportionabilis sit loco, & improportionabiliter vincit ipsum. ideoq; motu improportionabili, & subito, seu in instanti pertrãsit locum, seu spatium, qui motus est supra naturam. Sed quia difficile videtur intelligere, q̃ pertrãseat spatium quin sit in pluribus eius: & ponere, q̃ subito moueatur, & sit in pluribus partibus medij, est ponere in illo motu, q̃ sit in pluribus locis simul, quod omnino absurdum est dicere de angelo, vt sancti, atq; philosophi, & doctores catholici concorditer dicunt: idcirco dicendum, q̃ angelus non mouetur per medium motu subito, sed successiuo. Notandum est ergo, q̃ in motu successiuo successione perfecta successio oritur ex quadruplici causa. prima est distantia termini à quo, respectu termini ad quem. secunda est resistentia medij. tertia est partibilitas mobilis. quarta est finitas virtutis, eo q̃ finitæ virtutis sit propriè mouere per spatium in tempore. Hinc motus angeli non est successiuus successione perfecta, quia deficit ibi resistentia medij, & partibilitas mobilis. est tamen successiuus ratione distantiæ medij, in quo non potest esse simul per totum, & ratione finitatis virtutis mouentis, quæ non excedit medium improportionabiliter. idcirco non facit motum medio improportionabilem. Hæc idem.

Augustin.

Quæstio.

Succeſſio motus ſucceſſiui oritur ex quatuor.

¶ Circa hæc loquitur Thomas: Triplicem motũ sancti attribuunt angelis. primus est secundum illuminationes à Deo in mentem angeli descendentes, quæ illuminatio metaphoricè motus vocatur, quẽ beatus Dionysius quarto capitulo de diuinis nominibus attribuit angelis, atque in tres species eum distinguit, videlicet in motum circularem, rectum, obliquum. Circularis est, secundum quod lumen intellectuale originaliter descendit de Deo in intellectum angelicum. & ipse angelus per idem lumẽ rursus ascendit in Deum. sicq; est ibi motus ab eodem in idem, & est vniformis, inquantum lumen illud non egreditur intellectus simplicitatem. Motus vero rectus vocatur, dum angelus lumen sibi desuper communicatum, inferioribus tradit, quasi secundũ lineam rectam. Sed motus nominatur obliquus, prout consideratur exitus luminis à Deo in mentem angeli: & deinde reflectitur lumen illud ad inferiora, quibus lumen suum angelus tradit. per quod lumen inferiora non reducuntur in angelum sicut in finem, sed in Deum, qui motus est quasi compositus ex recto, & circulari, sicut motus qui esset per chordam, & arcum ab eodem in idem. obliquatur etenim motus iste, prout recedit ab vniformitate recepti luminis, quod non est in angelis secundis sicut in primo. Secundus motus angelorum est per tempus, quem assignat Augustinus in litera. & quoniam tempus est mensura successiuorum, ideò omnem successionem appellat motum. Per tempus autem inuenitur successio in intellectu angeli, quoniam omnis intellectus, qui cognoscit diuersa per diuersas species, non potest simul actu illa cognoscere. Intellectus autem angeli potest cognoscere res dupliciter siue duplici specie, pura in verbo eterno, quod est omnium vna similitudo, in quo potest multa simul videre. & item per species innatas, seu concreatas inditas sibi, quæ plures sunt plurium. Hinc per illas species non cognoscit plura simul, nisi quæ per vnam speciem repræsentantur. Vnde secundum hoc intellectu angeli consistit successio, quæ extenso nomine dicitur motio. Differt tamen à motu propriè dicto in duobus ad minus. Primò, quia non est de potentia in actum, sed de actu in actum. Secundò, quia non est continua. Motus namque fertur continuus ex continuitate eius super, quod est motus, vt in libro Physicorum probatur: & inter duas species intelligibiles intellectas, non est continuatio vlla, sed successio tantum, eademq; successio dicitur motus. Similis quoque est ratio de successione variarum affectionum. Tertius motus est angelorum, secundum locum qui eis in litera attribuitur auctoritate Ambrosij. Et quia moueri in loco sequitur ad esse in loco, & vtrunque æquiuoce conuenit corporalibus, & incorporalibus, sicut iam patuit, quia angelus dicitur esse in loco, inquãtum applicatur loco per operationem. & quia non simul est in locis diuersis, ideò successio talium operationum, per quas in diuersis locis esse dicitur successiuè, motus eius vocatur. Hinc sicut conceptiones intellectus eius consequenter se habent sine continuatione, ita & operationes ipsius. Vnde motus localis angeli non est continuus, sed ipsæ operationes eius consequenter se habentes circa diuersa loca, secundum quas in illis est, localis eius motus vocatur. Hæc Thomas in Scripto de hoc, an angelus moueatur.

Tho. Aqu.

Angelis ſanctis triplex cõuenit motus

Auguſt.

Ambroſi⁹

¶ In idẽ redit, quod de hac materia scribit in pri-

ma parte summæ, quæstione 53. vbi, & addit, motũ angeli in loco nõ oportet loco commensurari, nec continuitatẽ habere ex loco, sed est motus non continuus. Cum enim angelus sit in loco secundum cõtactũ virtutis, necesse est, quòd motus angeli in loco nil aliud sit, quàm diuersi diuersorum locorum contactus successiuè, non simul: quoniam angelus non potest simul esse in diuersis locis, huiusmodi contactus non est necesse esse continuos. põt tñ in eis continuitas esse, quia vt dictum est, nil prohibet angelo assignare diuisibilem locum per suæ virtutis contactum, sicut continuo locus diuisibilis assignatur, propter cõtactum magnitudinis suæ. Hinc sicut corpus successiuè, & non simul dimittit locũ in quo prius erat, & ex hoc causatur continuitas in motu locali ipsius, sic angelus successiuè potest dimittere diuisibilem locum, in quo extitit priùs. sicq; motus eius erit continuus, potest quoq; totum simul dimittere, & toti alteri loco simul se applicare, sicq; motus eius non erit continuus. Hæc Thomas in Summa de hoc, an angelus moueatur.

¶ Porro de hoc, an angelus suo motu pertranseat mediũ, ait in Scripto: De hoc sunt duæ opiniones. Aliqui enim dicunt, ꝙ angelus transit de loco ad locum non pertranseundo medium. Alij dicũt, ꝙ pertransit medium motu suo, atq; (vt credo) vtrique secundum aliquid verum dicunt. Nam dico, ꝙ angelus transit de loco ad locum, ita ꝙ pertranseat omnia media, & potest esse, ꝙ transeat de loco ad locum sine hoc, ꝙ sit in aliquo mediorum. Potest etiam esse, quòd motu suo sit in aliquibus medijs, & in aliquibus non sit, cuius ratio sumitur ex prædictis. Essentia etenim angeli secundum se ab omni loco est absoluta, & non diffinitur, seu determinatur ad locum, nisi per suam operationem, secũdum quod terminatur ad operatum in loco. Hinc quando operatur circa hunc locum, potest ab essentia sua ex se indeterminata ad locum, imo indifferenti ad omnia loca, quantum in ipsa est, egredi operatio statim ad locum proximum, vel remotum: nec operatio ad remotum, seu distans, dependet ab operatione, quæ est ad rem proximam. Vnde secũdum, quod habet aliquid operari, vel in omnibus medijs locis, vel in aliquibus, aut in nullo, secundum hoc potest pertransire omnia media, aut quædam solum, seu nullum. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus. ¶ Concordare Petrus uidetur, qui de subito angeli motu ponit exemplum de illuminatione aeris, qui subito illustratur.

artic. 2. ¶ De eadem quęstione scribit in Summa quęstione 53. Motus angeli potest esse continuus, & non continuus. Si ergo existat continuus, non potest angelus moueri de extremo in extremum nisi pertranseat medium: quia vt dicitur quinto Physicorum, Philosop. Medium est in quod prius venit, quod cõtinuè mutatur, quàm in quod mutatur vltimum. Ordo enim prioris, & posterioris, in motu continuo est secundum ordinem prioris, & posterioris in magnitudine spatij, seu medij. vt dicitur, quarto Physicorum. Si autem motus angeli non sit continuus, impossibile est, quin transeat de extremo aliquo in extremum, non pertransito medio: quoniam inter quælibet duo loca extrema, sunt infinita media loca, siue sumantur loca indiuisibilia, siue diuisibilia. & de indiuisibilibus euidens est: quoniam inter qlibet duo puncta sunt infinita indiuisibilia puncta media, cũ nulla duo puncta se consequant sine medio, vt sexto Physicorum probatur. De locis, quoq; diuisibilibus est necesse hoc dicere, & hoc demonstratur ex motu continuo corporis alicuius. Corpus nãque non mouetur de loco ad locum nisi in tempore. In toto autem tpe motum corporis mensurante, non est accipere duo nunc, inquibus corpus, quod mouetur, non sit in alio loco. quoniam si in uno, & eodem loco esset in duobus nũc, sequeretur quòd ibi quiesceret: cum nil aliud sit quiescere, quàm in eodem loco esse nunc, & priùs. Cum ergo inter primũ nunc, & vltimum nunc temporis mensurantis motum, sint infinita nunc, oportet quod inter primum locum à quo incipit moueri, & vltimum locum ad quem terminatur motus, infinita sint loca. Et hoc sensibiliter sic apparet. sit corpus vnum vnius palmi, & sit via, per quam transit duorum palmorum, manifestum est, quod locus primus à quo incipit motus, sit palmi unius: Locus quoque ad quem terminatur, est palmi alterius: & dum incipit moueri, paulatim deserit primum palmum, & intrat secundum Secundum ergo quod diuiditur magnitudo palmi, multiplicantur media loca: quoniam quodlibet punctum signãtum in magnitudine primi palmi, est principium loci unius. & punctum signatum in magnitudine alterius palmi, terminus est eiusdẽ. Cumq; magnitudo sit diuisibilis in infinitum, & pũcta sint infinita sicut & loca media: mobile autem infinitatem locorum mediorum non consumit nisi per motus continuitatem: quoniam sicut loca media sunt infinita in potentia, ita & in motu cõtinuo est accipere infinita quædã in potentia. Si ergo motus non sit continuus, omnes partes motus erũt numeratę in actu. Si igitur mobile quodcunq; mouea tur motu non continuo, sequitur, quòd non pertrãseat omnia media, vel quòd actu numeret media infinita. quod est impossibile. Sic ergo secundũ quod motus angeli non est continuus, non pertransit oĩa media. Hoc autem, s. moueri de extremo in extremum, & non per medium, potest angelo conuenire, non corpori: quoniam corpus continetur, & mẽsuratur sub loco. Vnde oportet, ꝙ sequatur leges loci in suo motu, sed substantia angeli non est subdita lõco, vt cõtenta, sed superior eo, & cõtinens. Hinc in potestate est angeli applicare se loco, vt vult, vel per medium, vel sine medio. Hæc idem in summa.

¶ Insuper de quæstione his annexa, & partim patẽte ex iſtis, videlicet an angelus moueat in instãti, vel tpe, scribit hic Thomas: Cum oĩs mutatio duos habeat terminos, ꝙ nequeũt esse simul, quia oĩs mutatio est in cõtingens, vt dicitur primo Phisicorum, Philosop. oportet cuilibet motui, seu mutationi adesse successionem ex hoc, ꝙ duo termini simul esse nõ queãt. sicq; tempus, quod est numerus prioris, & posterioris, in quibus tota cõsistit rõ successionis, sed hoc diuersimodè in diuersis contingit. Interdum. n. terminus motus est mediatus principio motionis, vel ſm medium quãtitatis dimesiuę, sicut in omni loca li corporũ motu, atq; in motu augmenti, & diminutionis, vel ſm mediũ quãtitatis virtualis, cuius diuisio attẽditur ſm intentionẽ, & remissionẽ alicuius formæ, sicut i alteratione sensibiliũ qualitatũ, tũcq; tẽpus per seipsum mẽsurat motũ: quia ad terminũ successiuè peruenitur, eo ꝙ diuisibilis sit. Quãdoq; vero terminus ad quẽ non est mediatus termino à quo, quemadmodũ in mutationibus de priuatione ad formam, vel ecõuerso, vt in generatione, & corruptione, & in illuminatione, ac cõsimilibus, & illis quoq; mutationibus oportet annexum esse tẽpus, cum cõstet materiã nõ simul esse sub priuatione, & habitu. Non aũt sic, ꝙ exitus, seu transitus de vno extremo in aliud fiat in tempore, sed alterutrũ extremorum,

tremorum, videlicet primũ, quod mutatione abijcitur, est coniunctum cuidam motui vel alterationi, sicut in generatione, & corruptione, vel locali motui solis, vt in illuminatione, & in termino illius motus est etiam terminus mutationis: atque pro tãto illa mutatio dicitur subita seu instantanea, quia in vltimo instãti temporis, quod mensurat motum prẽcedentem, acquiritur illa forma seu priuatio, de qua ante nil inerat, & in illo instanti dicitur generatum esse, non aũt propriè generari: qm̃ omne quod generatur, generabatur, & generabitur, vt in sexto Auerrois. Physicorum probatur. Hinc omnes tales mutationes instantaneæ sunt termini cuiusdam motus prioris, vt sexto Physicorũ asserit commentator. Porrò motus Angeli non potest esse terminus motus alterius. Vnde oportet, ꝙ sit in tempore non in instãti. Sed hoc tempus est aliud à tẽpore, quo mensurant motus cœli, & corporalium rerum. Nullus quippe motus mensuratur motu cęli nisi, qui ordinatur ad ipsum. Cumq; motus Angeli nullum ordinẽ habeat ad motum cœli, præsertim si motus Angeli dicatur successio operationũ, constat, ꝙ non mensuretur tempore, quod est mẽsura primi mobilis, sed alio tẽpore, cuius tẽporis naturam accipere possumus ex natura motus. In tẽpore enim est aliquid quasi formale, quod se tenet ex parte quãtitatis discretæ, videlicet numerus prioris, & posterioris: & aliquid materialem, per quod est continuum, qm̃ continuitatem habet ex motu, in quo est sicut in subiecto, & in primo mẽsurato per ipsum, puta in motu cœli, Philoso. vt fertur 4. Physicorum. Motus aũt ille habet continuitatem à magnitudine. Vnde cum motus Angeli non sit continuus, quia non est ſm necessitatẽ, magnitudinis conditiones habens, per quã trãsit, sicut est in illis, quæ sunt nata esse in loco, ita, vt eorũ corporalis substantia commensurata sit terminis loci, sed per successionem operationũ, sine quibus nulla est ratio continuitatis in motu ipsius. ideo tempus illud non est continuum, sed compositum ex nunc succedentibus sibijnuicem, vt numerus operationũ succedentium sibi, tẽpus vocetur, sicut ipsa operationũ successio, motus vocatur: & quot sunt operationes, ex quibus cõponitur motus ſm diuersa loca, tot erunt nũc, ex quibus componitur tempus illud. Quod etiã consonat ei, quod 6. Physicorũ ait Philosophus: Eiusdẽ rationis est indiuisibiliter moueri, & tẽpus componi ex nunc, & motũ ex momẽtis, lineãq; ex pũctis. Nã quãuis linea, per quam Angelus transit, existat continua, non tñ est in ea cõtinuitas ſm qđ refertur ad motũ Angeli, qui diuersa vbi non cõtinuatim pertransit. Hęc Thomas in Scripto. ¶ In quibus videtur aliqualiter discrepare à dictis suis in Summa iam tactis, in quibus fatetur motũ Angeli interdum posse esse cõtinuum, ſm variã artic. 3. applicationẽ suæ virtutis ad locum. ¶ Denique prima parte Summæ de hac ipsa scribit materia: Quidã dixerũt localẽ Angeli motũ esse in instanti, dicebant enim, ꝙ dũ Angelus moueẽ de loco ad locum in toto tpe præcedenti sit in termino à quo, in vltimo aũt termini illius, sit in termino ad quẽ. nec oportet medium esse inter duos hos terminos, sicut nec mediũ est inter tps, & terminũ tpis. Inter duo aũt nũc tpis, tps est mediũ. Vnde dicunt, ꝙ non est dare vltimũ nũc, in quo fuit in termino à quo, sicut in aeris illuminatione, & generatione substantiali. Non. n. est dare vltimũ instans in quo fuit aer tenebrosus, uel in quo materia fuit sub priuatione formæ ignis: sed est dare vltimũ tẽpus, ita, ꝙ in termino tpis illius est, vel lumẽ in aere, vel forma ignis in materia. sicq; illuminatio, & gñatio substantialis dicuntur motus in instanti. Verum hoc non habet locum in proposito. De rõne nanq; quietis est, ꝙ quiescens similiter se habeat nunc, & prius. Ideò in quolibet nunc tpis mensurantis quietem, quiescens est in eodem in primo, & medio, ac ultimo, sed qa rõne motus est, ꝙ id, quod mouetur, aliter se habeat nunc, & prius, ideò in quolibet nunc temporis mensurantis motũ, mobile se habet in alia, & alia dispositione. Vnde oportet, ꝙ in vltimo nunc habeat formam, quam ante non habuit. Sicq; patet, ꝙ quiescere toto tpe in aliquo, puta in albedine, est esse in illa in quolibet tpis illius instanti, sicut in aliquo termino: sed hoc posſibile est in motu, quia moueri in ali quo toto tpe, nõ est esse in eodem in quolibet instãte tpis illius. oẽs ergo hmõi motus instantanei sunt termini motus cõtinui, sicut gñatio est terminus alterationis materiæ, & illuminatio est terminus motus localis corporis illuminantis. Motus aũt localis angeli, non est terminus alicuius alterius motus cõtinui: sed est per seipsum, à nullo alio motu dependens. Hinc impossibile est dicere, ꝙ in toto tpe sit in aliquo loco, & in vltimo nunc sit in alio loco. sed asſignare oportet nunc, in quo vltimo fuit in loco præcedenti. Vbi aũt sunt multa nunc, ibi necessariò tempus est, cum tempus nõ sit nisi numeratio prioris, & posterioris in motu. Vnde relinquitur, ꝙ motus angeli sit in tpe, in continuo inquàm tpe, si motus eius sit cõtinuus: atq; in non continuo, si motus eius continuus non sit. Vtroq; etenim mó cõtingit esse angeli motum, vt dictum est. Continuitas aũt temporis, ex continuitate est motus: & tẽpus illud siue sit continuum, siue non, non est idem cum tpe mensurante motum cæli, & inferiora, qm̃ motus angeli non dependet ex motu cæli. Hæc idem in Summa. ¶ Albertus, quoque: Angeli, inquit, mouenẽ (vt Albertus. dicunt sancti) etiam localiter, quicquid contingat de dictis philosophorum. & hoc conuenit ei in quãtum est substantia spiritualis, cuius potentia uincit omne prohibẽs motum. hocq; vocat Damascenus Damasce. velocitatem naturæ eorum. Vincit quippe distantiã spatij, ita ꝙ motus suus non est spatio proportionatus: & vincit distantiam temporis, ita ꝙ motus suus non est proportionatus tempori, nec tempore mensuratur: & uincit obsistens spissum, & rarum, ita ꝙ motus eius est per omne spissum, rarum, & plenũ, ac si uacuum esset non resistens mouenti, nec moto. & hunc motum dicimus esse supra naturam, nõ contra, vel infra naturam. Hæc autem potestas data est angelo in creatione suæ naturæ. Et sicut in animali anima est mouens, & corpus motũ, ita in angelo uoluntas est mouens, & angelus ipse est motum. Si autem quæratur, an pertranseat medium: Respõdeo sine præiudicio, ꝙ sic, & ꝙ mediũ est distantia, sed non angelo: quia uirtute mouendi hanc uincit. Philosop. Et hoc possumus considerare per simile. Dicit nanque philosophus 6. Physicorum, ꝙ si esset infinita potentia mouens, moueret in instanti. Quamuis autem potentia angeli non sit simpliciter infinita, tamen respectu corporalis potentiæ mouẽtis est quodammodo non finita. Ideò si corporalis infinita potentia vinceret distantiam spatij, multo magis dicimus eam vincere potentiam angeli. Ideò dico, ꝙ transit spatium indiuisibiliter, totumq; spatium efficiter ei sicut unum indiuisibile: qm̃ motus eius est ad volũtatem ipsius. Dictum est enim supra, ꝙ ipse est mobilis, & hẽt in sua uoluntate transitũ sui motus, & ĩ prãte ad ppinquũ, seu ad remotũ equaliter. Hæc idẽ. ¶ De hoc vero, an angelus moueat in tpe,

Tẽpus accipitur multipliciter.

aut in nũc, sic scribit: Tẽpus in scripturis (vt mihi apparet) multipliciter dr̃. Videt quoq; q̃d, quod nõ hẽt relationẽ ad motũ cęli, sicut ad causam sui motus, atq; q̃etis, q̃ illud nõ sit in tpe motus cęli, sicut numeratum in numero, mensuratũ in mensura. Ait nãq; Rabbi Moyses, q̃ ois motus huius materiæ in motũ cęli reducit. sic aũt motus angeli, motũ nõ reducit cęli. Aliud uero tps accipit, & ẽ in ipso mobili, vt in subiecto, & differt ſm mobile unumquodq; Ideò sicut nos accipimus cõtinuitatẽ tpis, & discretionẽ, & substantiam in illo, qd̃ est ꝓprietas motus cęli: discretionẽ, qm̃ numerat ꝑ duo, q̃ sunt priùs, & posteriùs: cõtinuitatem à spatio, per qd̃ est motus, eo q̃ in nullo loco discreto accipit mobile, sed vt q̃libet in quo ẽ quasi locus fluens renouãdo situ cõtinuẽ. q̃ substantiã, per hoc, q̃ id, qd̃ fert, ẽ vnũ in toto motu. Ita oportet nos cõsiderare in hac parte naturã tẽporis huius, ſm naturã motus, ac mobilis, Cõstat aũt, q̃ angelus motus. i. q̃ fert, sit indiuisibilis, sicq; quod adiacet ei, ẽ indiuisibile. Loco uero per quẽ ẽ motus, non ẽ cõmensuratus. ergo nõ accipit ante, & post in loco. Cũ ergo ab illis fuerit priùs & posteriùs in motu, nó habebit motus simul priùs atq; posteriùs spatij. Vincit etiã distãtia à vi mouentis potẽtiæ. ideò spatiũ faciet sibi cõtinuũ motũ. Pręterea aduertẽdũ, q̃ circa hãc quæstionẽ ꝑ eius difficultatẽ sunt multæ opiniones, quarum quędã sunt reputatæ hæreticæ à modernis. Quidã namq; philosophi tenentes vetus testamentũ, in quo multũ legitur de missionibus angelorũ, vt Rabbi Moyses, Rabbi Eliezer, & Rabbi Iohãna, dixerunt angelos non moueri, sed oẽs uirtutes, q̃ sunt in materia, , eis obedire ad nutũ. ideò per effectũ illarũ virtutũ obediẽtium angelos moueri, nõ aliter. Quod cũ contrarietur scripturis, reputat hæreticũ. Alij dixerunt angelũ simul esse in pluribus locis, & hoc esse eius moueri, & ẽt in oĩbus eẽ si velit. & hoc quoq; reputat hæreticũ, cùm angelus habeat finitã substantiã ſm dicta sanctorũ, nec valeat simul esse in pluribus locis. Alij dicũt, q̃ motus angeli est ſm uoluntatẽ ipsius, & mouet in nũc si vult, & mouet in tpe si vult. Alij dicunt, q̃ mouet non in nũc, sed in tpe imperceptibili, quod est repẽte moueri. ꝑ quod apparet nobis, q̃ moueat in nũc. Alij dicũt, q̃ mouet in nunc vno, ſm duas rõnes accepto, uidelicet vt ẽ finis ptẽriti, prĩcipiũq; futuri. & ideò moueri suũ, & suũ motũ, simul esse. Alij demũ aliter, & aliter dicunt, ita q̃ vix sũt duo in q̃stione hac cõcordãtes. Hęc Albert⁹.

¶ Pręterea has ttes quęstionec determinat Albertus exquisitiùs in libro suo de quatuor coæquæuis, tractatu de angelis, vbi post plurima argumenta rñdet ad primã, Dicimus cũ sanctis, q̃ angeli mouent localiter, & transeunt de loco ad locum. qm̃ sunt in vno, non sunt in altero. & altero. & circa hoc obtinet quatuor modis. Vnus est dicentiũ, q̃ angeli nunq̃ mouent, sed cũ sint motores sphærarũ ad cõsistentiam vniuersi esse, mouent uolũtates, cordaq; hominũ, & etiã sensus ad ea, q̃ volunt. & hic error est Rabbi Moysi, atq; Auerrois, & aliorũ quorũdã. Alius est eorũ, qui ex debili rõne dicũt angelũ esse in pluribus locis, & itẽ vbiq;, si voluerit. Tertius est eorũ, q̃ dicũt angelũ sic venire de fine spatij vnius ad aliũ locũ, q̃ non transit mediũ, sed trãsilit. Quartus ẽ dicentiũ, q̃ sic ttansit mediũ, qd̃ est à termino à quo, & ad quẽ ſm suũ motũ aliquo mõ, sicut aliud seu corpale mobile trãsit ꝑ mediũ. Harũ duarũ opinionũ duę primę extãt hęreticę, alię duę sũt futurę. Porrò de modo motus, quæ mouentur, subiungit: Angeli mouentur ſm locum tñ, & motum illius est ſm opportuna loca ad custodiendũ sibi deputatus.

¶ Si aũt obijciatur, q̃a inde cœlesti Hierarchia ca. 7. S. Diony. loquit, q̃ Angeli sctĩ sunt in circuitu Dei chorũ facientes. Atq; in lib. de diuinis noĩbus ca. 4. testatur, q̃ mouentur in directũ, & circulariter, & obliquè. Damascenus quoq; lib. 2. Angelus, inq̃t, est substantia supermobilis, qd̃ intelligit de motu cuiusdã alterationis, ſm qd̃ ipse affirmat oẽ creatum esse vertibile. ¶ Dicẽdũ ad duo prima, q̃ B. Dion. loquitur de motibus Angeli quantũ ad intelligibilia, Damascenus verò loquitur de motu alterationis in voluntate ſm cõparationem ad naturã, & nõ ad stãtũ cõfirmationis. De hoc aũt an moueantur in tpe vel nunc, dicimus, q̃ duplex est tps. Vnũ qd̃ est mensura motus continuorũ, qd̃ est continuũ, de quo, & tractãt Philosophi. Aliud, qd̃ est mẽsura motus indiuisibiliũ, & illud non est cõtinuũ, sed est collatio nunc ipsorũ, inter quæ non est tps mediũ. & de illo asserit Aug. qd̃ Deus mouet Angelũ seu spiritualem creaturã per tps tm̃. Dico igit, q̃ localis motus Angeli, est inter nũc, inter quę non mediat tps. Hęc Albert⁹ ibidẽ. ¶ Pręterea hæc scripta, & respõsa Albert⁹ magis Catholicè, meliusq; sonare vident, q̃ ea, q̃ sup̃ ista materia in suo scribit cõmento super librũ de Causis, in quo cõmento tractatu de intelligẽtijs c. 3. dicit, & multipliciter probat, q̃ intelligentia nõ mouet, neq; cũ motu est, nec magnitudinem hẽt. & q̃ quęlibet intelligẽtia in suo ordine primus est motor. & in eodẽ ait tractatu, q̃ nõ sit immediatus motor orbis, sed in se immobilis perseuerans, mouet orbẽ seu immediatũ, atq; coniunctũ eius motorem videlicet aiam nobilẽ: sicut desideratũ mouet desideriũ, ac desiderantem, & tñ idem Albertus sicut iã patuit in ꝓallegatis libris tales opiniones iudicat esse nõ solũ erroneas, sed itẽ hæreticas. Si aũt dicatur q̃ in istis libris loquit sicut Theologus, & verè Catholicus, in prętacto aũt cõmẽto sicut Philosophus & tanq̃ Peripateticorũ expositor, defensor, & imitator, & ſm naturalis rationis dictamẽ, fateor planè sic posse respõderi: quia, & ipse Albertus in tractatu illo de intelligẽtijs 1. scribit c. Peripateticorũ hic opinionẽ defendimus, qui negãt intelligẽtiã loco diffiniri, dicẽtes oẽm intelligentiã esse vbiq;, & super. Multa quoq; his cõsimilia scribit ibi, ac alibi. Verũ an respõsio ista sufficiat, ritè ambigit, si tñ de hoc licèt ambigere. Nẽpe D. Stephanus Parrhisiensis epũs cõdemnauit, reprobauit, ꝓhibuit huiuscemodi modũ loquẽdi, quo dr̃: Hoc verũ est ſm naturalẽ rationẽ, aut Philosophorũ doctrinã, seu Peripateticorũ traditionẽ, non ſm scripturarũ, aut fidei documenta, quasi sint duę veritates sibi inuicẽ ꝓrię. Imò q̃cquid Christianæ fidei veritati repugnat, absolutè simpliciterq; censendũ est falsum, & denegandum, nec defendẽdũ. Nihilominus, & Vdalricus hũc modũ loquẽdi Magistri sui Alberti nonnunq̃ in sua sequit Sũma, dicẽdo: Hoc aut hoc verũ est ſm Peripateticos, quãuis ſm scripturas, & fidẽ aliter sit dicendum. Hoc etiã attendendũ, q̃ Albertus hoc loco nil loquit de motu Angelorũ in assumptis corporibus. Nã & de hoc fuit specialis opinionis, dicẽs Angelos nunq̃ re vera assumere corpora, neq; ab extra ĩ corpor⁹ sic assumptis realiter apparere, sed potius similitudines rerũ imprimere sensibus, vt refert Vdalricus in Sũma sua ti. 4., put li. 2. si Deus ꝑstiterit, pleniùs referet, & discutiet. Deniq; ꝓductis ex Alberto de motibus Angelorũ, cõsonãt scripta Vdalrici in Sũma sua li. 4. cuius dicta ĩ verbis Alberti virtualiter continent. Richardus aũt circa ꝓdicta aliqualiter recedit à Thoma circa modũ, quo Angelis conuenit

Obiectio.

Dilutio.

Augustꝰ.

Richardus

nẽnit moueri, quemadmodum, & circa modũ, quo angelis conuenit esse in loco, vt recitatũ est supra. Nam sicut ait angelis conuenire esse in loco diffinitiuè non solũ per operationem, sed etiã rõne limitatæ, ac finitæ eorum essentiæ, sic dicit eis cõpetere motũ rõne vtriusq;. Vñ sic ait: Angelus est in aliquo loco determinato diffinitiuè, & non habet necessariam colligationem ex sua natura ad locũ illũ. Imò, neq; ad alĩquem, qm̃ sua essentia à nullo dependet loco, ergo potest esse in aliquo loco, q̃uis vnus locus sit magis congruus ei, q̃ alter. & in hoc Richardus recedit à Thoma. ¶ Consequeter scribit Richardus: De hoc, an angelus motu suo pertranseat mediũ, Dixerunt aliqui, q̃ angelus põt se mouere de loco ad locũ pertranseundo mediũ, si vult, vel nõ per transeundo: qm̃ dicunt angelũ non esse in loco, nisi per suam operationẽ. Cuius opinionis fundamentũ est improbatũ. Alij dicunt, q̃ quia ꝑcisa rõ existẽtiæ angeli in loco, est sua simuleitas cum loco, vel cum re existente in loco, atq; (vt ipsi dicunt) in volũtate est angeli facere se cũ loco, vel non, ideò dicũt, q̃ in voluntate angeli est transire de loco ad locũ, pertranseundo mediũ, vel nõ pertranseundo, sicut cõplacet ei. Sed cõtra hanc opinionẽ est cõior doctorum opinio. Ideò dico, q̃ Dũ angelus mouet de loco ad locũ, oportet eum trãsire ꝑ mediũ. non tñ instar corporaliũ rerũ, quia nõ cõmensuratur medio, nec actu, neq; potentia. ¶ At uero de hoc, an motus angeli sint in instãti, sic scribit: Dixerũt aliqui, q̃ angelus põt trãsire mediũ inter duo loca in instanti, qm̃ q̃uis virtus angeli nõ sit ſm se infinita, tñ in infinitũ excedit spatiũ quodcunq; finitũ, quęadmodũ linea ſm se finita excedit punctũ in infinitũ. Sed hęc rõ non inuenit sufficiens, qm̃ spatiũ nõ solũ resistit mobili rõne suæ ꝑsitudinis, sed etiã rõne suæ diuisibilitatis. Idcirco dicendũ, q̃ angelus nõ põt se mouere, neq; mutare per mediũ in instãti: quia si angelus transferat se de loco ad locũ per mediũ, non est dare locũ signatũ in medio, in quo non possit esse in actu, qm̃ põt esse in loco diffinitiuè: sed in oĩbus locis, in q̃bus põt esse actui, ẽ in potẽtia actu mixta. Cũ vero aliq̃d trãsferẽ de loco ad locũ, existẽdo in oĩbus intermedijs locis in potẽtia, & nõ in actu puro, transfertur de loco ad locũ succẽsiuè. talis aũt trãslatio nõ est in instanti. Hæc Richardus, cuius in hac re positio ab Alberti rñsione dissentire videt.

Tho. Ar.

¶ Thomas demũ de Argentina ꝓ incõuenienti hoc reputat, q̃ angelus dicat moueri à termino uno ad aliũ, ita q̃ non trãsit, sed trãsilit mediũ. Erratũ est, in quiens, circa motũ angelorũ tripliciter. Philosophi namq; quidã dixerũt, q̃ angeli nunq̃ mouent, sed mouẽt sphęras, volũtatesq; horum. Quidã vero opinati sunt, q̃ angelus ẽ simul in pluribus locis, & vbique si velit. Dixerunt item nonnulli, q̃ angelus sic venit de fine spatij, q̃ non transit medium, sed transilit. Hæc ille. ¶ Durandus vero iuxta modum, quo paulo ante dixit angelum esse in loco, dicit, & hic ipsum moueri. Sed sicut ostensum est, imaginatio illa est tam aliena ab omni veritate, & rõne, q̃ indigna est recitari. nec ipse assertiuè (vt tactum est) ponit eã. ¶ Postremò Aegidius de hoc, q̃ angelus possit moueri, concordat communi doctrinę doctorũ. De hoc vero, an oporteat, q̃ pertranseat medium, opiniones recitat aliorũ, & specialiter Thomæ, volentis duas opiniones oppositas quantũ ad aliquid verificare, & concordare, dicendo, q̃ angelus põt moueri pertranseũdo mediũ, & non ꝑtranseundo, ſm quod operat in uno extremo, & itẽ in alio, non tñ in medio, vel etiam in medio, prout nunc ex Thoma ẽ enarratũ. Huic positioni cõtradicit Aegidius, dicens nõ posse esse, q̃ angelus operet in vno extremo, deinde in alio loco, ita q̃ nõ operet in medio. & hoc ꝑ connexionẽ ordinis vniuersi, & partium eius. Quod dictũ nullam apparentiã habere uidet. Non. n. hoc pertinet ad ordinẽ vniuersi, vt angelus operet in partibus eius ſm ordinẽ situum, nec in talibus accidentalibus operationibus singulariũ personarum ordo vniuersi consistit. Certũ quoq; uidetur, q̃ dum Deus mittit angelũ de cęlo ad hominẽ certum in terrã, angelus ille nõ exercet operationẽ specialem circa vniuersa, & singula infra cęlum empyreum, & terram contenta. Nec angelis quibuslibet conuenit ministeriũ circa quæcunq; huiusmodi. Tenet etiam Aegidius, quòd angelus non mouetur in instanti. Imo dato, quod non transiret medium, adhuc non moueretur in instanti, vt ait.

Dionysius

Aegidius.

Durandus

A *Hic redit ad propositum, repetens superiùs dicta, vt addat alia.*

Distinctio XXXVIII.

NVnc ergo ad propositum reuertentes, cœpto insistamus. Supra dictũ est, q̃ pręscientia Dei futurorũ tm̃ est, sed oĩum tam bonorũ, quàm malorũ. Sciẽtia uero, vel sapientia non modo de futuris, sed etiam de præsenribus, & futuris: nec tm̃ de temporalĩbus, sed etiam de æternis: q̃a seipsum nouit Deus. Hic oritur quæstio non dissimulanda, vtrũ scilicet scientia, vel præscientia sit causa rerum, an res sint causæ scientiæ, vel pręscientię Dei. Videtur enim pręscientia Dei causa esse eorum, quæ ei subsunt, ac necessitatem euẽniendi eis facere: quia nec aliqua futura fuissent nisi Deus ea pręsciisset, nec pñt non euenire cũ Deus ea pręsciuerit. Si autem impossibile est ea non euenire, quia præscita sunt: videtur ergo ipsa pręscientia, qua pręscita sunt, eis esse causa euẽniendi. Impossibile est autem ea non euenire cũ pręscita sint, quia si non euenirent cum pręscita sint, falleretur Dei pręsciẽtia. At Dei pręsciẽtia falli non põt. Impossibile est ergo ea non euenire cum pręscita sint. Sic ergo pręscientia causa eorũ esse videtur, quę præscita sunt. Hoc idẽ, & de scientia dr̃, s. quòd quia Deus aliqua nouit, ideò sint. Cui sentẽtiæ Augu. attestari videt, in XV. li. de Tri. sic dicens: Non ista ex aliquo tpe cognouit Deus, sed futura oĩa tpalia: atq; in eis etiam q̃d, & q̃n ab illo petituri fuerãmus: & quos, & de q̃bus rebus, vel exauditurus, vel non exauditurus esset, sine initio ante pręsciuit. Vniuersas aũt creaturas, & spũales, & corporales, non q̃a sunt, ideò nouit: sed ideò sunt, q̃a nouit. non. n. nesciuit, q̃ fuerat creaturus. Quia ergo sciuit, creauit: non quia creauit, sciuit. Nec aliter sciuit creata, quàm creanda.

Aug. 15. de tri. ca. 13.

Non enim eius sapientiæ aliquid accessit ex eis: sed illis existentibus sicut oportebat,& quando oportebat,illa mansit vt erat. Vnde in Ecclesiastico: Antequàm crearētur omnia,nota sunt illi, sic & postq̄ consummata sunt. Ecce his verbis videtur Augustinus innuere,scientiā,& p̄scientiam Dei causam esse eorū,quæ fiunt,cū dicit ideò ea esse, qa Deus nouit.Idē quoq; in sexto lib. dicere videt: Cū, inquit,decedant,& succedant tpa, non decedit aliqd,vel succedit scientiæ Dei,in qua nouit oīa,quæ fecit p ipsam. Non.n. hæc,quæ creata sunt,ideò sciuntur à Deo, qa facta sunt: sed potius ideò facta sunt,quia immutabiliter ab eo sciuntur.Et hīc etiam significare videtur, Dei scientiā causam eorum esse, quæ fiunt: dicens non ideò dum ea nouisse, qa facta sunt:sed ideò facta sunt, quia nouit ea Deus.Ideoq; videtur Dei scientia,vel p̄scientia causa esse eorum,q̄ nouit.

B *Inconuenientia ostendit, quæ sequerentur, si diceretur scientia, vel præscientia causa omnium rerum, quæ ei subsunt.*

Quod si ita est,est ergo causa omnium malorum, cum omnia mala sciantur, & præsciantur à Deo,quod longe est à veritate.Si enim Dei scientia,vel præscientia causa esset malorum, esset vtique Deus autor malorum: quod penitus falsum est. Non ergo scientia,vel præscientia Dei causa est omnium, quæ ei subsunt.

C *Quod res futuræ non sunt causa scientiæ, vel præscientiæ Dei.*

Neq; etiam res futuræ causa sunt Dei p̄scientiæ.licet.n.non essent futuræ nisi p̄scirentur a Deo,nō tñ ideò p̄sciunt.quia futuræ sunt.Si em̄ hoc esset,tūc eius,quod æternū est, aliquid existeret causa,ab eo alienū, ab eo diuersum: & ex creaturis deperderet scientia creatoris,& *creatū causa esset increati.Origenes tñ sup epistolā ad Roma.ait: Non propterea aliqd erit, qa id scit Deus futurū:sed qa futurū est,ideò scit à Deo anteq̄ fiat.Hoc videtur p̄missis verbis August. obuiare. Hic enim significari videtur, quod res futuræ causæ sint præscientiæ:ibi vero, quòd præscientia causa sit rerum futurarum.

*creatura.

Orig. sup epist. Paul. ad Ro.

D *Quid ex prædictis tenendum sit, cum determinatione auctoritatum.*

Hanc igitur,quæ videtur repugnantiam de medio tollere cupientes,dicimus res futuras nullatenus causam esse præsciētiæ,vel sciētiæ Dei:nec ideò p̄sciri,vel sciri, qa futuræ, vel factæ sunt,ita exponentes qđ ait Origenes: Quia futurū est, ideò scitur à Deo anteq̄ fiat.i.qđ futurū est,scitur à Deo anteq̄ fiat:neq; sciretur nisi futurū esset,vt non notetur ibi causa,nisi sine qua non fieret.Ita etiam dicimus scientiā,vel prescientiam Dei non esse causam eorū,quæ fiunt,nisi talē sine qua non fiūt, si tñ scientiā ad notitiam tm̄ referamus.Si vero noīe.sciētiæ includitur ēt bñplacitū, atq; dispositio,tūc rectè p̄t dici causa eorū,quæ Deus facit.His em̄ duobus modis (vt superiùs prætaxatum est) accipitur cognitio,vel scientia Dei,s.pro notitia sola,vel pro notitia simul,& beneplacito.Hoc mō fortè accepit August.dicens:Ideò sunt,quia nouit:s.quia scienti placuit, & qa sciens disposuit.Hic sensus ex eo adiuuatur,qa de bonis ibi tm̄ agit Augustinus,s.de creaturis,& de his,quæ Deus facit:quæ oīa nouit non solū scientia, sed etiam bñplacito, ac dispositione.Sic ergo ibi accipitur Dei cognitio,vt non mō notitiam,sed ēt bñplacitū Dei significet.Mala vero scit Deus,& p̄scit antequam fiant:sed sola notitia,non bñplacito. Præscit enim Deus,& prædicit,etiam,quæ non est ipse facturus,sicut præsciuit,& prædixit infidelitatem Iudæorum,sed non fecit. Nec ideò quia præsciuit,ad peccatum inde litatis eos cogit:nec præsciisset,vel prædixisset mala eorum,nisi essent ea habituri. Vnde Augustinus super Iohannem: Deus, inquit futurum præscius,per prophetam prædixit infidelitatem Iudæorum,sed non fecit:neq; p̄sciisset mala eorum,nisi ea haberent. Non enim ideo quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata præsciuit:illorum enim peccata præsciuit,non sua. Ideoq; si ea,que ille p̄scisciuit, ipsorum non sunt,non vera ille præsciuit. Sed quia illius p̄scientia falli non potest,sine dubio non alius,sed ipsi peccant, quos Deus peccatores esse p̄sciuit. Et ideo si non malum, sed bonum facere voluisset,non malum facturi præiuderentur ab eo, qui nouit,quid sit quisque facturus. His verbis aperte ostenditur, si diligenter attendamus, p̄scientiam Dei non esse causam malorum, quæ p̄scit:quia non ea p̄scit tanquam facturus,nec tanquam sua,sed illorum qui sunt ea facturi, vel habituri. P̄sciuit ergo illa sola notitia, non beneplacito auctoritatis. Vnde datur intelligi, quòd Deus econuerso p̄scit bona tanquam sua,tanquam ea, quę facturus est, vt illa p̄sciendo simul fuerit ipsius notitia,& auctoritatis beneplacitum.

Augu. sup Ioann em tract 53. b

E *Contra hoc, quod dictum est, præscientiam Dei non posse falli, oppositio.*

Oppositio Ad hoc autem, quod supra dictū est,scilicet p̄scientiā Dei falli nō posse,solet à quibusdam

busdā ita apponi:Deus p̄sciuit hūc lecturū,vel aliq̄d huiusmodi,sed pōt esse, vt iste nō legat,ergo potest aliter esse,quàm Deus præsciuit,ergo potest falli Dei præsciētia. Quod omnino falsum est.Potest equidem non fieri aliquid,& illud tamen præscitum est fieri, non ideò tamen pōt falli Dei præscientia:quia si illud non fieret,nec à Deo præscitū esset fieri.Sed adhūc vrgent quæstionem,dicentes:Aut aliter pōt fieri,quam Deus præsciuit,aut non aliter.* Sed non aliter,ergo necessariò cuncta eueniunt:si verò aliter,pōt ergo Dei præscientia falli,vel mutari.Sed pōt aliter fieri,quia potest aliter fieri, quàm fiat: ita aūt fit ur præscitum est,aliter ergo potest fieri,quā præscitum est. Ad quod dicimus, illam locutionem multiplicem facere intelligētiā,scilicet aliter potest fieri, quā Deus præsciuit,& huiusmodi:vt potest non esse,quod Deus præsciuit,& impossibile est nō esse, quod Deus præsciuit, & impossibile est non esse præscita omnia,quæ fiunt,& huiusmodi.Possunt enim hęc coniunctim intelligi,vt conditio sit implicita,& disiunctim.Si enim ita intelligas,non potest aliter fieri,quàm Deus præsciuit,id est,non potest vtrumque simul esse,scilicet q̄ Deus ita præsciuerit fieri,& aliter fiat, verum intelligis.Si aut̄ per disiunctionem intelligas,vt dicas hoc aliter nō posse euenire,quàm euenit,quomodo futurum Deus præsciuit,falsum est. Hoc enim aliter potest euenire, quàm euenit,& tamen Deus hoc modo futurum præsciuit. Similiter, & alia determinatio, scilicet impossibile est illud non euenire,quod Deus præsciuit,vel cum Deus præscierit:si coniunctim intelligas,verum dicis:si disiunctim,falsum. Ita etiam,& illud:Impossibile est non esse præscitum omne,quod fit,id est,non potest esse vtrumq; simul,scilicet ut fiat,& nō fit præscitum, hic sensus verus est. Si verò dicis Deum non potuisse, non præscire omne,quod fit, falsum est. Potuit enim facere, vt non fieret, & ita non esse præscitum.

* si.

Respō. Oppositio Respō.

Summa distinct. 38.

QVia precedenti distinctione videbatur Magister à principali proposito aliqualiter digressus, tractando videlicet qualiter angelis conueniat esse in loco, localiterque moueri siue in tempore, nunc ad propositum redit, de cognitione Dei prosequendo materiam, & specialiter in præsenti determinat distinctionē de scientia Dei,an sit causa rerum. Et circa hoc arguit ad partem vtramque, ac deinde determinat, quid sit tenendum. Specialiter quoque inquirit, an scientia,seu prescientia Dei,quam constat æternam, infallibilemque consistere, imponat rebus necessitatem. Quo circa respondet,atque elucidat qualiter, simul sicut præscientia Dei, & contingentia rerum.

QVAESTIO I.

MOdò quæritur, *An scientia Dei sit causa rerum, vel econuerso.* ¶Videtur,quòd scientia seu, præscientia Dei non sit causa rerum. Primò,

2 quia necesse esset cuncta præscita accidere. ¶Item sequeretur,q̄ causa esset malorum, & priuationum omniumque defectuum, imò & mortis, cum tamen scriptum sit, Deus mortem non fecit. Omnia enim ista clarissimè scit, & præscit. ¶Insuper sicut in textu habetur, Origenes scribit super epistolam ad Romanos:Non ideo,quid futurum est,quoniam Deus illud præcognoscit: sed quia futurum est, ideo Deus scit illud esse futurum. ¶Rursus, causa est ad cuius esse sequitur aliud. si ergo scientia,aut præscientia Dei causa est rerum, sequetur: Hoc Deus præsciuit, ergo certissimè est futurum, non igitur contingenter.

Sapi. 1.

3 Origenes.

4 Alexāder. ¶Circa hæc multa quærit, & scribit irrefragabilis doctor, videlicet an præscientia Dei sit æterna, vel temporalis, an sit causa rerum, an sit causata à rebus,an inferat rebus necessitatem,an ster cum libero arbitrio, an sit infallibilis. Itaque de hoc an sit æterna, respondet: Quędam dicuntur de re æterna, puta de Deo sine principio & sine fine, vt esse bonum, iustum, sapientem. quædam verò cū principio, & cum fine, ut Deus creat hanc animam. Quædam cum principio, non cum fine, vt Deus est dominator. Consimiliter quædam dicuntur, de Deo sine principio, & cum fine, sicut præscire, quod hodie,aut cras fit. Idcirco dicendum, quòd præscientia dicit quid æternum: tamen cum respectu ad temporale. Est ergo loqui de æterno absolutè,& sic scientia Dei est æterna. Item est loqui de æterno in comparatione seu respectu, sicque præscientia Dei, vocatur æterna. Præscientia etenim ponit esse in causa cum respectu futuritionis, quia concernit futura: & antecessio in nomine præsciētiæ designata, est æternalis. ¶Si ergo sic arguatur, cum futurum accidit, seu impletur, Deus definit illud præscire, ergo præscientia Dei definit: non est ergo æterna, cum æternum inuariabile sit nec desinat esse. ¶Dicendum, quòd sicut Deus cœpit ex tempore dici dominator, & huius rei creator,absque sui mutatione per mutationem factam in rebus, sic sine sui variatione definit, rem præscire ex rei euentu,& variatione;& hoc contingit ex respectu,seu relatione designata in præscientia,quæ non est realis ex parte Dei,sed creaturæ. Præscientia ergo quantum ad id, quod est,æternaliter manet:sed quantum ad respectum connotatum, definit esse, sicut homo stans fixus absque sui mutatione fit alteri sinister,& dexter.Hæc Alexander.

Quæstio. Qualiter scientia Dei sit æterna.

Obiectio.

Dilutio.

¶Qui de hoc, an præscientia Dei sit causa rerum, sic scribit: Quemadmodum in Deo ponitur scientia simplicis notitiæ, & scientia approbationis, sic & præscientia dupliciter ei ascribitur. Itaque præscientia approbationis, seu practica scientia, vel scientia beneplaciti, potest notare, ac dicere causam respectu eius, quod ita præscitum est ratione approbationis subintellectæ. Non autem præscientia ista dicit causam, ratione antecessionis, quæ intelligitur, & signatur per ante. Porrò prescientia simplicis notitiæ nullo modo dicit causam eius, quod præscitum est. Ex his patet, quòd res nullo modo sit causa scientiæ, aut præscientiæ Dei, sicut nec temporale æterni. Et quamuis res creata,seu futura dicatur causa,sine qua non scientiæ, vel præscientiæ Dei: non tamen concedendum est absolutè, quòd sit aliquo modo causa æterni,

nec

nec per se, neque per accidens: quoniam causa sine qua non, non aliud dicit, quàm rationem concomitantiæ. Cumque dicitur, quia futurum est, idcirco præscitur: dicendum, quòd ideò non dicit ibi causam, sed solum rationem, aut relationem respectu eius, quod dicitur præunde futurum est causa seu ratio, quare respectu ipsius dicatur præscientia, sed non eius, quod est præscientia. Vel dicendum, quod Origenes non ponit actiuam, sed passiuam. ideo non est concedendum, quia futurum est, idcirco scit Deus illud: sed, ideo scitur à Deo. sic enim notarur causa aptitudinis ad sciendum ex parte scibilis. In actiua verò magis notaretur causa respectu alicuius in sciente. Amplius, Res futura benè dicitur causa præscientiæ in dicendo, hoc est, quare dicatur, & nominetur præscientia. Hæc Alexander.

¶Videtur etiam posse dici, quod res futura est causa, id est, signum, quod præscitur à Deo. & hoc est causa à posteriore, & quantum ad nos.

Albertus. ¶Porrò ab hac responsione videtur aliqualiter discordare responsio Alberti, dicentis: Præscientia Dei sicut, & eius scientia, causa est quarundam rerum futurarum, & quarundam non est causa. Nó enim placet solutio quorundam dicentium, quod scientia Dei non est causa aliquorum: quia præscientia Dei potest esse duplex, videlicet simplicis intelligentiæ, & approbationis. Nam simplex notitia non dicit ordinem ad futurum, secundum, quod est de his, quæ possunt esse, & non erunt. idcirco respectu illorum non potest præscientia dici. Hic quoque plus quæritur, an præscientia Dei sit causa rerum, quàm vtrùm scientia. Hinc mihi apparet, quòd quorundam sit causa, quorundam nõ. ad omnia tamen habet ordinem antecessionis, ac certitudinis, vt patebit. Nempè vt loquitur Augustinus, Omnium, quæ naturaliter sunt, & naturam conseruant, non vitiant: præscientia Dei est causa operatiua, malorum verò non est causa, tamen præordinat, ac præuidet ea. Sed hoc verũ est, quòd necessarium, & contingens absolutum non causatur ex illa, sed potiùs ex proximis causis, quarum dispositiones sequitur effectus, quia essentialiter, sunt in effectu.

Augustin.

Obiectio. ¶Si verò quæratur, vtrum præscientia vniuersaliter causa sit futurorum: dico quòd non, quoniam non est causa futurorum malorum, sicut nec ars causa est vitij contra artem, quod tamen ars præscit, & corrigit. Si autem sic arguatur, Deus præscit hoc, ergo de necessitate erit. dico, quòd sequitur, loquendo de necessitate consequentiæ. & hoc propter ordinem præscientiæ ad præscitum. sed nõ sequitur, loquendo de necessitate consequentis, seu rei, nec in bono cuius præscientia est, neque in malo cuius non est causa. De hoc tamen postea magis dicetur. Ad auctoritatem quoque Origenis dicendum, quòd non intendit loqui de causa rei, sed de causa consequentiæ. Illa namque sumitur ab effectu ad causam, & èconuerso. Excellit autẽ scientia summi opificis scientiam humani artificis, qui licèt præconcipiat formam totius operis sui, nec accipiat eam ex opere: attamen multa incidunt circa opera sua ex fractura instrumentorum, & inæqualitate materiæ, quæ ipse non potest præscire, nec valet ea cognoscere nisi per effectum. Summus verò artifex non solum præscit omne, quod facit, & faciet, sed etiam præscit, quicquid illi eueniet ex secundarum defectu causarum, quę operantur sub eo, alias imperfecta esset eius scientia. Hęc Albertus.

Obiectio soluitur.

¶Concordat Vdalricus in Summa sua libro secundo. Scientia, inquit, Dei secundum rationem suæ prioritatis ad effectus, & ad omnes defectus incidentes, præscientia, seu præuidentia appellatur. ideo quamuis significatum huius nominis scientia, sit æternum, nec à creatura dependens, attamen ratione connotatæ prioritatis, quæ relatiua dicitur ad posteriùs, dicitur relatiuè ad creaturam. ideò si nullæ res fuissent futuræ, non fuisset in eo præscientia, sed scientia. Nec tamen hinc sequitur, quòd scientia Dei sit cum tempore sicut nostra: quia cum dicitur Deus scire futura, tempus ponitur ibi ut conditio rei scitæ, non scientis, nec diuinæ scientiæ. Hinc Deus eodem modo cognoscit, rem cum est, sicut præsciuit futuram. Idem intellige in prouidentia, prædestinatione, dispositione, quorum nullum secundum suam propriam rationem fuisset in Deo, si ponatur creatura non esse, nec futura fuisse. Hinc in Deo non est propriè memoria præteritorum, quamuis sciat præterita, sicut in eo est visio præsentium, & præscientia futurorum: quia memoria implicat conditionem temporis non solum circa cognitum, sed etiam circa cognitionem, quia est cum determinatione præteriti temporis. Vdalric.

¶De hac re rursus in eodem libro capitulo alio scribit Vdalricus: Præscientia Dei significat scientiam eius in ordine ad futura ideo sicut duplex est Dei scientia, scilicet simplicis notitiæ, & approbationis, sic dupliciter ordinatur præscienti a ad futura. Si enim significet ordinem scientiæ simplicis notitiæ ad illud futurum, quod Deus solum tali scientia nouit, hoc non est nisi malum. Nam quamuis simplici notitia sciat etiam omnia, quæ facere potest nec faciet, cum ista non sint futura, ideo nõ significatur ibi nisi ordo durationis: quia scientia Dei durationè æternitatis præcedit mala futura, & non significatur ibi ordo causæ ad causatum. Si verò significet ordinem scientiæ Dei beneplaciti ad illa futura, quæ tali scientia nouit Deus, sic præscientia non solum dicit ordinem durationis, sed etiam causæ ad causatum, quia talis scientia est causa scitorum. Quod verò asserit Origenes, non propterea aliquid venit, quia Deus scit illud: intelligendum est de malis tantum. Ex his oritur dubitatio grauissima, philosophis, theologisque communis, qualiter præscientia Dei non imponat rebus necessitatem, de quo infra dicetur. Hæc Vdalricus: qui in ista distinctione præscientiæ Dei, uidetur magis Alexandro, quàm Alberto alludere.

Bonauen. ¶Insuper Bonauentura ad ista respondens: Præscientia, ait, præcognitionem futuri designat. Est itaque dupliciter loqui de præscientia. Primò, quãtum ad rem significatam. Secundò, prout significatur per nomen illud. & hoc secundò modo non dicit causam, sed quo ad rem significatam, dicit causam. Veruntamen non semper designat causam respectu præsciti futuri. Futurum namque in triplici differentia est. Nam quoddam est cuius Deus est tota causa, vt ea, quæ directè creantur. quædam, quorum tota causa est creatura, puta voluntas creata, vt defectiua, vt uitia: quædam, quorum Deus, & creatura sunt simul causa, vt naturales effectus, opera quoque moralia, quoniam Deus cooperatur creaturæ. Secundum hoc ergo intelligendum est, quòd respectu primi futuri, videlicet rei creatę, præscientia Dei est causa, respectu verò secundi futuri, utpotè mali culpæ, Deus non est causa, nec concausa: quoniam tale malum non

non habet propriè causam efficientem, sed deficientem, est tamen causa boni oppositi. Respectu autem tertij futuri est causa, sed non semper tota. Quòd si diuina præscientia sumatur in sua generalitate, semper importat quandam causalitatem, sed non semper respectu præsciti, videlicet cum illud est malum.

Quæstio. ¶Ad illud vero, an diuina præscientia sit causata à rebus, quidam dixerunt, quòd causa dupliciter dicitur, videlicet propriè, atque communiter. propriè, quòd dat alteri esse: ficque nullo modo res causatæ, aut præscitæ, sunt causa diuina præscientiæ. Secundò dicitur causa id, sine quo res non est, quod est causa sine, qua non: ficque quia præscientia non est nisi res sint futuræ, res ipsa præscientiæ causa est. Sed quoniam causa semper designat honorabilitatem, & eminentiam quandam respectu eius, cuius est causa, ideo non videtur benè sonare, quòd res dicatur causa sine qua nõ præscientiæ Dei. Nec illud soluit auctoritatem Origenis, quoniam ipse negat conuersam. Hinc dicendum, quòd est causam accipere secundum triplicem modum, vtpotè secundum rationem essendi, secundum rationem consequendi, seu inferendi, & secundum rationem dicendi. Itaque secundum rationem essendi, præscientia est causa præscitorum secundum determinationem iam positam, sed nullatenus èconuerso. Secundum rationem vero inferendi, sunt mutuò causæ: quia inuicem antecedunt, & consequuntur, & antecedens causa est consequentis. Secundum verò modum dicendi, futurum est causa præscientiæ, non econtra. Præscientia namque dicitur scientia ante rem, ficque importat ordinem ad posteriùs. & quia si scitum semper consisteret præsens, non esset præscientia, sed scientia: hinc, quod præscientia appellatur ipsa cognitio Dei, venit ex rei futuritione: & sic intelligenda est auctoritas Origenis. Hæc Bonanentura.

Tho. aqu. At verò Thomas circa hæc scribit: loquendo de attributis diuinis, attributorum attendenda est ratio. quæ, quia diuersa est diuersorum, ideo attribuitur vni, quod non alteri, quamuis omnia sint vna res. Hinc bonitas diuina dicitur causa bonorum, & vita Dei causa viuentium, ficque de alijs. Si ergo accipiamus diuersas attributorum rationes, inuenientur aliqua habere comparationem non tantum ad habentem, sed etiam ad aliquid tamquam ad obiectum, sicut scientia, uoluntas, potentia. quædam verò solummodo ad habentem, vt bonitas, vita. istaque omnia habent vnum modum causalitatis communem, videlicet per modum efficientis exemplaris, prout dicimus, quòd à primo bono sunt omnia bona, atque à primo viuente cuncta viuentia. Verum illa, quæ dicuntur per comparationem ad obiectum, habent etiam alium modũ causalitatis respectu obiectorum, vt voluntas respectu volitorum: & sic quæritur hic de causalitate scientiæ. Constat namque, quòd scientia Dei sit causa rerum per modum efficientis exemplaris, scientiarum omnium. sed dubium est, vtrum sit causa scitorum, quæ sunt obiecta scientiæ. Sciendum ergo, quòd scientia secundum rationem scientiæ, non dicit aliquam causalitatem. aliàs omnis scientia esset causa. sed inquantum est scientia artificis operantis res ipsas, sic habet rationem causę respectu rei operatæ per artem. Hinc sicut est causalitas artificis per artem suam, sic consideranda est causalitas diuinæ scientiæ. Est itaque iste progressus in productione rei artificiatæ. Primò scientia artificis ostendit finem. Secundò voluntas eius finem illud intendit. Tertiò uoluntas imperat actum, per quẽ educatur, efficiaturq; opus, circa, quòd scientia artificis ponit formam conceptam. Vnde scentia habet se vt ostendens finẽ, & dirigens actum, atque informans opus operatum. ideo constat, quòd quicquid accidit in effectu per defectum à forma artis, vel à fine intento, non reducitur in scientiam artificis sicut in causam. Pater etiam, quòd principalitas causalitatis consistit penes voluntatem, quę imperat actum. vnde patet, quòd malum, quod est deuiatio à forma, & fine, nõ causatur à scientia Dei, sed causalitatem habet tantum respectu bonorum, secundum quod consequuntur formam diuinæ artis, & finem: non tamen ita, quòd respectu horum dicat perfectam rationem causalitatis, nisi secundũ quod adiungitur volũtati. idcirco in litera dicitur quòd voluntas beneplaciti causa est rerũ. Propter, quod etiam asserit Auicenna, quòd inquantũ Deus cognoscit essentiam suam, & amat, ac vult eam, secundum quod est principium rerũ, quarum se vult esse principium, res fluunt ab eo. Voluntas quippe habet completam rationem causę, inquantum obiectum eius est finis secundum rationem boni, qui est causa causarum. ideò absolutè loquendo, voluntas Dei est causa rerum. De scientia autem non ita se habet, nec scientia comparatur ad scitum, vt vita ad viuentem. non enim scitum dicitur, quod habet scientiam, sicut viuum, quod habet vitam. Vnde quemadmodum creaturæ à Deo, non exeunt per necessitatem naturæ, aut naturalis potentiæ, ita nec per necessitatem scientiæ, sed per libertatem voluntatis, in qua ratio completur causalitatis. ideò non quandocunque sciuit, sed quandocunque voluit Deus, creauit. Hæc Thomas in Scripto. In idem redit, quod hic scribit in prima parte Summæ, quæstione 14. Auicenna. ar:8.

Richard Tria concurrũt ad omnem effectum. ¶Ad hoc ipsum respondens Richardus: Ad omnem, inquit, effectum (secundum Hugonem libro de sacramentis) concurrunt hæc tria, potentia, sapientia, voluntas. nec aliquid absolutè fit à Deo nisi ista adfuerint. scientia disponit, voluntas mouet, & imperat, potestas operatur siue exequitur. sicque Deus est causa rerum non ratione scientiæ tantum, sed ratione scientiæ digerentis, voluntatisque operantis, atque potentiæ exequentis. Cumque præscientia Dei vltra scientiam eius nil addere videatur nisi antecessionem scientiæ respectu rei scitæ, videtur, quòd præscientia Dei sub ratione, qua præscientia tantum, non sit causa, quòd res sint in effectu, quamuis includatur in ratione causæ. Hinc cũ dicitur, quòd scientia, seu præscientia Dei sit causa rerum, intelligitur de præscientia, & scientia approbatiua, quæ beneplacitum Dei includit. Hęc Richardus.

¶Cuius responsio ad quæstionem hanc, vtrum futuræ sint causæ præscientiæ Dei, concordat responsioni Bonauenturæ super hoc introductæ.

Durand. ¶Durandus quoq; hic ait: Scientiam Dei esse causam rerum, non est, qui ambiget, cũ ipsa sit essentialiter ipsemet Deus sciens. nec de hoc intendit hæc quæstio, sed intendit vtrum scientia Dei sit Deo ratio causandi res scitas. Et dicendum, q; sciẽtia Dei est causa creaturarũ per modum dirigentis, voluntas per modum mouentis. neutra tamen est causa immediata rerũ, sed potentia est causa rerum tanquam exequens, & immediatè mouẽs. Istud prolixè prosequitur. & quamuis verum, sit quod potentia

Dionysi⁹

tia vt exequens, causa si rerum immediata, tamẽ loquendo de potentia secũdum se, ipsa secundum rationem, ac ordinem intelligendi præcedit sciẽtiam ac voluntatem, prout Alexander & Antisiodorensis testantur: nec prosequitur opus, nisi quasi à scientia directa, atque à voluntate permota. Hinc dicendũ magis videtur, quòd scientia Dei vt in seipsa dictans, & decernens tunc esse causandum, est immediatè causa rerum secundum modum sibi conuenientem, videlicet immediata causa exemplariter, ac sapientialiter dirigens. Voluntas verò vt hoc approbans, ac beneplacitum habens, est immediata, & proxima causa effectus, loquendo absolutè de causa effectiua. Nec potentia dicitur causa proxima, & proximè exequens, quasi quid distinctum à voluntate: sed vt inclusa in ipsa, quia voluntas, vt non impedita, sed vt potens, & efficax, immediatè exequitur opus.

Aegidius. ¶Præinductis demum concordans Aegidius: Omnis, ait, scientia adæquatio quædam est scientis ad rem scitam, quæ adæquatio potest dupliciter esse. Primò, per hoc quod intellectus à rebus accipit intelligibiles species, per quas imitatur res ipsas, eisque conformatur, & scientia huiusce modi intellectus causatur à rebus, ut est scientia nostra. Secũdò per hoc, quòd intellectus à rebus nil accipit, sed secundum rationes, & species rerum, quas in se & ex se, habet producit res ad imitationem specierum, quas in se habet, & talis scientia non causatur à rebus, sed causat eas, qualis est scientia Dei. Hæc Aegidius.

¶Ad obiectionem patet ex dictis solutio, plena tamen quorundam obiectorum illorum solutio, vt potè qualiter ex infallibili scientia Dei non sequatur necessitas in rebus præscitis, in sequenti quæstione magis patebit.

QVAESTIO II.

SEcundò igitur principaliter quæritur. *Vtrum præscientia, seu prouidentia Dei imponat rebus necessitatem.* Hoc est, an Deus contingentia, & variabilia omnia distinctæ, certitudinaliter, infallibiliterque prenouerit, & cognoscat, ita quòd simul stent infallibilis prouidentia, ac scientia Dei, & libertas voluntatis creatæ, ac contingentia, & mutabilitas rerum. Videtur quod non, quia (vt Tullius arguit) si infallibilis prouidentia Dei est, certus est ordo causarum. quo concesso, cuncta de necessitate eueniunt.

Arguitur primo cõtra veritatem.

2. ¶Secundò, detur quòd aliter possit contingere, quàm à Deo præcognitum est, & præuisum, mox concludetur, quòd præcognitio, & prouidentia Dei non fuerit infallibilis, vera, & certa.

3. ¶Tertiò, quod Deo est tale, est simpliciter tale. sed per comparationem ad Deum, & ad eius notitiam nihil est casuale, vel potens aliter euenire. ergo absolutè loquendo nihil est tale. Si autem dicatur,

4. quòd per relationem, & respectum ad nos, aliquid est casuale, variabile, & contingens, obijciatur, quòd ex hoc non sequitur, quòd simpliciter loquendo sit casuale, & contingens, sed solum secundum quid, videlicet ex imperfectione, & defectu nostræ notitiæ; quia tam debilis est noster intellectus, tam defectuosus, quòd vniuersum ordinem, & colligantiam, cohabitudinemq; causarum intermediarum, vsque ad prouidentiam Dei nescimus, & intelligere non valemus: quæ omnia si cognosceremus, nil quo ad nos esset casuale fortuitum, & aliter potens accidere.

5. ¶Si verò respondeatur, quòd res sint contingentes per respectum ad proprias, proximas, naturalesque causas, seu quo ad intrinseca, & essentialia sua principia: obijcitur, quia si non stetur in causis istis, sed ipsæ ordinare referantur vsque in causas omnes cælestes, nobis pro maxima parte ignotas, & tandem vsque ad prouidentiam, & præscientiã Dei, inuenietur in eis certus, & infallibilis ordo.

6. ¶Præterea sicut posita causa ponitur effectus, sic posita causa infallibili, inuariabili, necessaria, ponitur etiam talis effectus. Cum ergo prouidentia, & præscientia Dei sit causa rerum inuariabilis, infallibilis, necessaria, id est, non potens non esse, videtur, quòd eius effectus sit talis. Multa huiusmodi argumenta circa hoc comprobandum possent adduci, quæ quamuis ad soluendum difficilia esse videntur, tamen facillimum est probare, quòd nihil concludant. Experimur enim in nobis libertatem arbitrij, & casum, contingentiamque in rebus. imò si omnia de necesitate venirent, impij non essent puniendi, neque damnandi, & vanum esset consulere, ac sibijpsi de necessarijs prouidere, & nociuis resistere, ac pericula deuitare: & vitia hominum, non hominibus, sed superioribus causis eorum, imò, & Deo (quod nefas est) imputanda consisterent, nec inesset voluntati libertas, nec ens diuideretur per necessarium, & contingens.

In oppoſitum

¶Ad istud Thomas respondet: Propter huiusmodi difficultates, quidam philosophi negauerunt Deum de particularibus contingẽtibus habere cognitionem, iudicantes de intellectu diuino sicut de intellectu humano. ideo ertauerunt. Quòd autem intellectus diuinus non impediatur à distincta cognitione particularium ratione particularitatis, & singularitatis, quæ est ex parte materiæ, ostẽsum est supra tricesimasexta distinctione. Nunc ergo restat inquirere, an inde impediatur ex parte contingentiæ rerum. Contingentia namque diuinam effugere cognitionem videntur duplici ratione. Primò propter ordinem causæ ad causatum, quia inuariabilis, & necessariæ causæ effectus videtur necessariùs esse. Cumque scientia Dei sit causa rerum, & inuariabilis sit, non apparet, quòd contingentium esse possit. Secundò, propter ordinem scientiæ ad scitum. cum enim scientia sit certa cognitio, & ex ipsa certitudinis ratione etiam exclusa causalitate, requirit certitudinem, & determinationem in scito, quas contingentia videtur excludere. Quòd autem scientia ratione certitudinis suæ determinationem requirat scitorum, in nostra patet scientia, quæ non est causa rerum, & in scientia Dei respectu malorum. Sed neutrum istorum remouet scientiam contingentium à Deo. quod sic patet de primò; Quandocunque sunt multæ causæ unius effectus. vltimus non consequitur causam primam in necesitate, & contingentia, sed proximam causam: quoniam virtus causæ primæ in causa secunda recipitur secundum modum causæ secundæ. effectus etenim ille non procedit à causa prima, nisi secundum quod virtus causæ primæ recipitur in causa secunda, vt patet in floritione arboris: cuius causa remota est motus solis, proxima autem, virtus generatiua plantæ. Floritio autem impediri potest ex impedimento virtutis generatiuæ, quamuis motus solis inuariabilis sit. Similiter Dei scientia est incommutabilis omnium causa, effectus verò producuntur ab ea per secundarum operationes causarum. ideo mediantibus necessa-

Tho. aqu.

Deus habet scientiam contingentium.

necessarijs causis secundis, necessarios producit effectus, vt motum solis: sed mediantibus contingentibus causis secundis, contingentes effectus producit.

Obiectio. ¶Verum adhuc manet dubitatio maior de secundo, quoniam causa prima necessaria potest simul esse cum defectu causæ secundæ, vt motus solis cum sterilitate arboris. sed scientia Dei non potest simul stare cum defectu causæ secundæ. non. n. potest esse, quòd Deus sciat istum cursurum, & qđ iste à cursu deficiat. & hoc propter certitudinem

Dilutio. scientiæ, non propter causalitatem ipsius. Nempè ad hoc, quòd scientia certa sit, oportet esse certitudinem quandam in scito. Sciendum ergo, quod antequam res sit, non habet esse nisi in causis suis. sed quædam sunt causæ, ex quibus necessariò effectus consequitur, quæ nequeunt impediri. atque in illis causis habet causatum esse, & determinatum esse, intantum, quòd potest ibi demonstratio fieri, sicut est ortus solis, & eclipsis. Quędam vero causæ sunt, ex quibus effectus consequuntur pro parte maiori, deficiunt tamen in parte minori. Hinc in causis istis effectus non habet certitudinem absolutã, sed quãdam probabilem, aut cõiecturalem, secundũ quod causæ sunt magis determinatæ ad vnum, quàm ad aliud. Idcirco per causas has accipi potest coniectu ralis scientia de futuris, quæ tanto certior erit, quãto causæ sunt determinatiores ad vnum, vt cognitio medici de sanitate, seu morte infirmi, cognitio, quoq; astrologi de euentis, ac pluuijs. Quędã sunt etiam causæ ad vtrumlibet se habentes, in quibus effectus futuri nullam certitudinem sortiũtur. ideò contingentia ad vtrumque in causis illis nequaquã potest cognosci. sed quando realiter fiunt, & factæ sunt, habent in se esse determinatum. & tunc certitudinaliter cognoscuntur, ut qui Socratem currere videt, certitudinaliter hoc cognoscit, dum currit se intuente, Dico ergo quòd Deus æternaliter intuetur vnumquodque contingentium, non solũ prout est in causis suis, sed etiam prout est in suo esse determinato. nisi enim hoc esset, cum re existente videat eam prout est in suo esse determinato, aliter cognosceret rem quando iam est, & ante: sicq; ex euentibus, & existentijs rerum accresceret aliquid suæ notitiæ. Patet etiam, quòd Deus ab æterno non solum vidit ordinem sui ad rem, ex cuius potestate res erat futura, sed & ipsum esse rei intuebatur. Quod qualiter sit, euidenter docet Boethius in fine de consolatione. Omnis namque cognitio est secundum modum cognoscentis, vt dictum est. Cunque Deus æternus sit, sua cognitio est secundũ modum, & eminentiam suæ æternitatis, quæ est tota simul sine successione. Hinc sicut quamuis tempus sit successiuũ, tamen æternitas omnibus temporibus præsens est vna, & eadem, ac indiuisibilis, vt nunc inuariabiliter stans, ita mens sua intuetur tẽporalia cuncta quamuis succedentia, tanquam præsentia sibi: nec aliquid illorum futurum est respectu ipsius, sed vnum respectu alterius. Vnde secundum Boethiũ aptiùs appellatur prouidentia, quàm præuidentia: quia non quasi futurum, sed omnia quasi præsentia. porrò (id est, procul) prouidet ab æternitatis specula. Attamen præscientia dici potest, inquantum cognoscit illud, quod futurum est non sibi, sed nobis. Quod vt clariùs pateat, ostendatur exemplis. Sint quinque, qui videant contingentia facta, possum ergo dicere, quòd isti quinque vident præsentialiter hæc contingentia succedentia. si itaque poneretur, quòd isti quinque actus cognoscentium essent vnus actus, posset dici quòd vna cognitio esset præsentialiter de omnibus illis, cognitis successiuis. Cum ergo Deus vno æterno intuitu temporalia videat, cunctaq; contingentia in diuersis temporibus æternaliter, ac præsentialiter cernat, non tantum vt habentia esse in sua notitia: quia non solum sciuit de rebus se eas cognoscere, quod est esse in cognitione, sed ab æterno etiam vidit vno intuitu, & videbit singula tempora, & rem esse talẽ in hoc tempore, & in tempore illo deficere. Nec tantum videt hanc rem respectu præcedentis temporis esse futuram, & respectu futuri præteritam, sed videt tempus istud, in quo est præsens, & rem esse præsentem in tempore isto, quod in intellectu nostro non potest accidere, cuius actus est successiuus secundum diuersa tempora. Sicq; patet nil prohibere, quin Deus habeat certam notitiam contingentium ad vtrumq;, cum diuinus intuitus ad rem contingentem feratur secũdum hoc, quod præsentialiter in actu est, quando iam determinata est, certitudinaliterq; cognosci potest. Itaque diuina cognitio transit super contingens, etiam si futurum sit nobis, sicut transit visus noster super ipsum dum est ipso cernente. Et quoniam esse, quod est, quando est, necesse est esse, ita quod nequeat simul & semel esse, & non esse, quod tamen absolutè non est necessarium: ideò dicitur, quòd in se considerata est contingens, sed relatum ad Dei cognitionẽ, est necessarium: quia ad ipsam refertur, secundum quod est in esse actuali. Et omnino est simile, si ego præsentialiter videam Socratẽ currere, quod quidẽ in se est contingens: sed relatum ad visum meũ, est necessarium. Ideò bona est distinctio, qua dicitur, quòd est necessarium necesitate cõsequentiæ, non cõsequentis, vel necesitate conditionata, hae scilicet conditione, si est præscitum, non absoluta.

Obiectio. ¶Si autem obijciatur, in omni vera conditionali si antecedens est necessarium, & consequens: sed antecedens hoc, scilicet Socratem currere esse præscitum, est absolutè necessarium, ergo & consequens. Nam ad antecedens hoc semper sequitur consequens, & ad necessarium semper sequitur necessarium, & nunquã nisi necessarium, sicut ad verum nũquam sequitur falsum. Sed huius conditionalis, Socrates curret, si est præscitum à Deo, antecedens est necessarium absolutè, tum quia omne præteritũ est necessarium, tum quia omne æternum est necessarium: ergo scientia Dei non est de necessarijs.

Dilutio. ¶Ad hoc multipliciter respondetur. Quidam enim dicunt, quòd hoc antecedens, videlicet hoc esse pscitum à Deo, non est necessarium. & si obijciatur, quod est dictum de præterito, ergo est necessarium, dicunt, quod habet instantiam de præteritis, quæ dicunt respectum ad futurum. Vnde dicitur hoc fuisse futurum, quamuis dictum sit de præterito, tamen quia dependet à futuro, non est necessarium: quia quod fuit, quandoque futurum, non potest esse futurum: quia futurus quis incedere, non incedet, vt dicitur secundo de generatione. Verum ista

Philosop. instantia nulla est. nam quamuis, quod fuit futurũ, possit non esse futurum, impeditis causis, quæ erãt determinatæ ad effectum in maiori parte, non tamen potest non fuisse futurum; quoniam semper erit verum dicere, hoc quandoque fuit futurum. Similiter non est ad propositum, quia cum dicitur præscitum, non tantum importatur ordo ad futurum, sed actus quidam significatur, vt præteritus. Hinc alij, sicut videtur Magister in litera dicere, dicunt, quòd hoc antecedens non est necessarium, quia præscitus quamuis secundum vocem consignificet

Boethius.

gnificet tempus præteritum, tamẽ significat actum diuinũ, cui non accedit præterito. ideò sicut Deus potest non præscire, ita pót etiam non prescisse. Sed istud quoq; non soluit, qm̃ quamuis actus diuinus non habeat necessitatem coactionis: habet tamen necessitatẽ immobilitatis, loquendo de actibus intrinsecis, vt intelligere, velle. Ideo non est contingens non esse, si ponatur esse. & quoniã consequẽs non potest poni non esse, nisi, & antecedens ponatur non esse, consequens etiam non poterit poni nõ esse. sed hoc certum est, quod antecedens potest poni esse. Verum est, namq;, determinatè Deũ aliquid futurorum nunc scire. & ita sequitur, quod consequens non potest poni non esse etiam absolutè sumptum, & multo minus, quòd possit contingere nõ esse. Hinc alij dicunt, quòd istud antecedens est cõtingens, quoniam designantur ibi duo, videlicet actus diuinus, qui est immutabilis, & ordo ad futurum, qui est mutabilis mutabilitate rei ideo totum iudicandum est contingens propter alterum tantum. Istum enim esse hominem album, contingens est: quamuis eum esse hominem, necessarium sit. Sed nec istud videtur soluere dubitationem. cũ enim dicitur Deus aliquid præsciuisse, ordo ad futurum designatur ibi tanquam obiectum super quod transit actus. est enim sensus, Deus præsciuit, hoc id est, sciuit hoc esse futurum. Cum autem aliquod dictum ponitur vt materia actus, oportet vt dictum, quasi materialiter suscipiatur, & non secundum, quòd ad significationem rei refertur: vt cum dico, scio istum currere. Porrò, quæ sic sumuntur, nullã differentiam contingentiæ aut necessitatis in propositione faciunt: tum quoniam veritas, atque necessitas propositionis ex principali verbo dependet, in quo intelligitur compositio: tum etiam, quoniam dictum hoc modo positum, non sumitur vt verum, aut falsum, vel vt necessarium, aut contingens, sed vt dictum, quoddam tantum. Vnde æqualis contingentia, vel necessitas est harum propositionum duarum: Dico Socratem currere, & dico solem moueri, etiam dato, & ipsum dicere sit necessarium. sicq; etiam posito, quòd ordo ad futurum importatus sit mutabilis, nihil impedit de necessitate antecedentis. Hinc alij dicunt, hoc antecedens, esse necessarium, nec tamen consequens necessariũ est: quoniam præallegata maxima illa, intelligitur tantum de illis conditionalibus, in quibus antecedens causa est consequentis. Verum hoc quoque, non soluit plenariè: quoniam regula ea, non probatur à philosopho ex ratione causalitatis, sed consequentiæ, secũdum quam ex necessariò sequitur necessarium, siue sit causa, siue effectus. Ideo aliter est dicendum, quod antecedens illud est necessarium absolutè, tum ex immobilitate actus, tum ex ordine ad scitũ: quia res ista non ponitur subiacere diuinę scientiæ, nisi dum est in actu, secundum quod terminationem, & certitudinem habet. ipsum enim necesse est esse dum est. idcirco est similis necessitas inferenda in consequente, ut scilicet accipiatur ipsum, quod est, Socratem currere, secundum quod est in actu. sicq; determinationẽ, & certitudinẽ habet. Vnde patet ꝙ si sumatur Socratem currere, ꝙut ex antecedente sequitur, necessitatem sortitur. Non enim sequitur ex necessitate, nisi secundum, quod substat diuinæ scientiæ, cui subijcitur, secundũ quod consideratur, vt præsentialiter in suo esse actuali. ideo sic quoq; sumendum est consequens. quòd vtiq; modo constat, quod, & consequens necessarium sit. necessarium enim est Socratẽ currere dum currit. ¶ Sed rursus sic obijci potest: Omne scitum à Deo, necesse est verum esse. sed omne contingens est scitum à Deo &c. Dicendum, ꝙ ista, omne scitum à Deo necesse est verum esse, est duplex: quoniam potest esse de dicto, & de re. & si sit de dicto, est vera. si de re, falsa est. similiter conclusio duplex est. Ratio autem huius distinctionis hæc datur: quoniam res ista sumi potest secundum quod subiacet diuinæ scientiæ, videlicet prout habet esse determinatum in actu, & sic habet necessitatem. Potest etiam sumi res ista sine tali conditione subiacendi diuinæ scientiæ, & sic non est necessarium: quia potest sic considerari, vt est in causis suis antequam sit in actu, & ibi non habet necessitatem. Hæc Thomas in Scripto.

Obiectio.

Dilutio.

ar 13. ad 2

¶ Quibus concordãt, quæ de eadem scribit materia in prima parte Summę, quæstione 14. vbi penè nil scribit de his, quod non contineatur sententialiter in nunc dictis, tamen ad intelligẽdum lucidiùs quædam iam dicta, aduertendum, quòd inter cætera scribit ibidem, dicendo: Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, consequens accipiendũ est nõ secundum esse, quod in se est, sed secundum esse, quod est in anima. Aliud namq; est esse rei in seipsa, & aliud in anima, vt si dicam, illud quod anima intelligit, habet esse immateriale, intelligendi est hoc, quòd habeat esse immateriale secundum quod est in intellectu, non secundum quod est in seipso, si sit in se ens materiale. similiter si dicatur, Deus præsciuit hoc, ergo hoc erit, consequens intelligendum est secũdum quod subest diuinæ scientiæ. Hæc ibidem.

¶ Præterea in Summa contra gentiles. in locis diuersis per diuersa capitula scribit de his fideliter, magistraliter, ac diffusè. siquidem ibi libro 3. capitulo 68. ostendit, quòd diuina prouidentia non excludit arbitrij libertatem. & sequẽti capitulo docet qualiter diuina prouidentia non subtrahit à rebus fortunã, & casum. Deinde post per diuersa capitula libro declarat eodem, ꝙ actus humani non subduntur de necessitate influentiæ cęlestiũ corporũ, neq; motorũ eorum, siue illæ dicantur aïe nobiles, siue intelligentiæ: & ꝙ electiones, voluntatesq; nostræ nõ subdantur illis necessariè, aut directè. Effet autẽ nimis prolixum hæc omnia hic referre. Summa verò sententiæ in hoc consistit, quod ad summi vniuersorũ principis decẽtissimam, ac sapientissimam prouidentiã pertinet, sic vniuersa, & singula gubernare, sicut eorũ naturis, & naturalibus proprietatibus conuenit, nec tollere à gubernatis ordinẽ eorundẽ neq; differẽtias. ideo creaturas intellectuales, rationales, liberi arbitrij existentes sic dirigit, vt sponte, ac liberè operentur, ac meritoriè tẽdant in vltimũ finem, atq; per prouidentiam Dei nõ solum permaneant in naturali eis indita libertate, imò & perficiantur in ea, & ordo vniuersi perstet, qui cõstitit in hoc, ꝙ quædam sunt naturalia, quædam libera, quædam necessaria, quædam contingentia: quẽ ordinẽ Deus sua prouidentia non demolitur: sed sicut sua sapiẽtia instituit, sua potentia fecit, sic eum prouidentia sua conseruat, & perficit. Vnde & scriptum est: Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quid est suauiter, nisi iuxta naturales vniuersorum capacitates, naturas, & inclinationes? Hæc in sententia ibi.

Thomas contra gẽtiles.

Dei prouidẽtia arbitrij libertatem non excludit.

Sap. 7.

¶ In præinductis his verbis Thomæ, vnũ continetur, puta quod ait in Scripto, Deus nõ videt hanc rẽ respectu pcedentis temporis esse futuram, & respectu futuri præteritã, sed videt tempus istud, in quo res

Dionysi⁹.

res est præsens, & rem esse præsentem in tempore isto. Quid sanctus doctor per verba ista intenderit dicere, certum nõ habeo: imò his verbis objici posset, quòd Deus excelsus, & adorandus in suæ æternitatis momento simplicissimo mentis intuitu distinctissimè noscit tempora, & temporalia vniuersa, omnes quoque differentias temporum, & omnem ordinem successionum, relationum, & comparationum vniuscuiusque rei temporalis, ad quãcunque differentiam temporis, & quicquid conuenit rei, & quicquid nos, de ea cognoscere possumus: alioquin Deum lateret, quid nos sumus.

Nota errorem Machometi.

¶ Ex his quoq; patet Machometi perfidia, qui in Alchorano asserit omnia in hoc mundo de necessitate sicut eueniũt euenire. & rursus apertissimè ait, quòd in coniunctione animæ vniuscuiusque cum corpore, angelus ipse animæ præscribit vniuersa, quæ ei eueniunt, & qualem finem habebit, nec aliquid horum poterit immutari. Hos damnatos, perfidissimosque sequuntur errores, qui legem suscipiunt sceleratissimi Machometi. Auicenna quoque in Metaphysica sua affirmat omnia in hoc mundo fatali necessitate contingere.

¶ Amplius preinductis ex Thoma concordãt scripta Alberti, dicẽtis: Quamuis Deus sit causa immutabilis, necessaria, & æterna, nihilominus effectus potest esse contingens, quia non recipit proprietates primæ causæ. Nullum enim creatum potest perfectè participare proprietates primæ causæ, eo, ꝙ infinita excellentia sit filius. Item causata contingentia naturaliter à quibusdam secundarijs causis contingentibus immediatè causantur, quarum modũ causalitatis non tollit causa prima per suam influẽtiam super causatum. idcirco non sequitur, causa effectus hujus est necessaria, ergo effectus est necessarius, & immutabilis, & est simile, vt si accessus solis in obliquo circulo est necessaria causa generationis, non tamen generationem fieri est necesse, quoniam potest esse impedimentum ex parte proximarum causarum, sicut in loco perpetuæ frigiditatis.

Ptolemę⁹.

Hinc Ptolemæus in centilogio dixit, quod sapiens dominabitur astris, quia cõtrarijs dispositionibus disponuntur causæ secundæ. Hinc causa prima non ponit necessitatem absolutam, sed ordinis,

Obiectio.

vel consequentiæ, non consequentis. ¶ Si autẽ obijciatur, hoc præuisum est à Deo, quod veniet, ergo necessariò venit. vel detur, quòd non eueniat, ergo præscientia Dei frustrata est. ¶ Dicendum, quòd remotio huiuscemodi consequentis, est peremptio antecedentis. si enim ponatur non euenire, sequitur, quòd non sit à Deo præscitum. Hæc Albertus.

Dilutio.

Ptolemæ⁹

¶ In libro quoq; de coæquæuis tractatu de cœlo diffusus scribit de his: Secũdum philosophos, inquiens, prænosticantes in astris, sicut docet Ptolemæus in Thetastrõ, & Albumasar, & Aristoteles, ac alij multi, in hora cõiunctionis respicitur ascendẽs & domus seu mansio ascendẽtis, & confertur cum alio planeta, qui respicit ascẽdes per se vel per aliũ, & cum luna, quæ magnum habet dominiũ ferè in qualibet cõiunctione, nisi sit in combustione solis. Si autem non est aliùs planeta respiciẽs ipsum ascẽdens, ipsum ascendẽs confertur cũ sola luna, domus ascẽdentis cũ domo domus rei quęsitæ, & secũdum, quod illi coniũgetur vel non coniũgetur, vel respiciẽs se, vel non respiciens, fit iudiciũ de re quæsita, fiẽda, vel non fienda. Ex quibus videtur, quod astra in omnibus vigorem habeant, & virtutem. Insuper Isaac Israelita philosophus, in libro diffinitionum: Deus, ait, fecit regnare orbem super inferiora, & disponit ꝑm imperium eius regna, & bella ac cætera, quæ ab hominibus gubernatur. Sed ad hæc & consimilia respondendum, ꝙ cælestis influentia, per modũ inclinantis, non necessitantis agit in superiorem aïæ partem. Vnde dicimus sanguinẽ circa cor accensum inclinare ad iram animũ hominis, non tamen de necessitate irascitur. & secundum, ꝙ animus inclinatur ad cõplexionem, atq; materiam, secundum hoc habet in eum vim constellatio secũdum quid, non simpliciter. Aliter periret casus secũdum liberum arbitriũ, & consilium, si nihil esset cõtingẽs ad vtrumlibet de futuro, ut optimè disputat Philosophus in fine primi Perihermenias, & secundo Physicorum. Hinc libro secũdo differuit Damascenus: Nostrorum actum causa nequaquam sunt fidera, scilicet necessitando. Nos enim liberi arbitrij à conditore facti, domini nostrorum existimus actuum. Et adhoc inducit quatuor rationes, de quibus pertranseo, quia ad secundum hæc pertinent librum sequentem, de quibus, & Gulielmus Parrhisiens in libro de fide, & legibus, & dominus Petrus de Aliaco in quibusdam suis opusculis plenius scribunt. De quibus, & Albertus in commento suo super librum de Causis, multa conscribit pulchra, antiquissimorum recitãs opiniones philosophorum, quæ nimis prolixum est enarrare.

Philosop.

Damascę.

¶ Insuper super his scribit Vdalricus in Summa libro secũdo: Sicut ait Philosophus tertio Metaphysicæ, soluere non est ignorantis nodum, id est, qui nescit nodum, non potest soluere ligatum. ideo prę cognoscendum est, nodum huius quæstionis existere in oppositione, seu contraria ratione scientiæ, & contingentiæ. Cum enim scientia per certitudinem differat ab opinione, non potest esse nisi necessariorum: quia si cognitum posset aliter esse, non esset eius scientia, sed incerta, & fallax opinio. Econuerso, contingens aliter se habere nõ videtur posse esse scitum, aut præscitum: quia si necessarium reputetur, hoc non est scientia, sed error. Quo circa dicendum, quòd nec causalitas Dei, nec præscientia, neq; scientia eius tollit à rebus contingentiam, non causalitas: quia (vt dictum est) Deus operatur in rebus immediatè, & mediatè. Mediatè, inquantum tribuit causis secũdis veritatem agẽdi. Primum horum nõ exigit, quòd omnes effectus Dei sint necessarij, quia dum dicitur, ꝙ omnis effectus est necessarius, cuius causa proxima, & immediata est necessaria, intelligendum est de causa proportionata suo effectui. Porrò Deus est causa extra genus, & excellẽtiæ infinitæ, ideo creatura non est capax totius diuinæ ꝑfectionis. Quemadmodum ergo nõ sequitur, quod omnis effectus Dei est penitus simplex, & æternus, qm̃ est à causa simplici, & æterna, ita nõ sequitur, quòd sit necessarius, quia causatur à præscięntia necessaria. Secũdum quoq; prædictorum, nõ imponit contingentibus necessitatem, quia effectus existens ab aliqua prima causa, mediantibus causis secũdis, sequitur proximarum conditionem causarum magis, quam primæ causæ; quia causalitas primæ causæ attingit effectum mediantibus causis secundis, ac proximis, quæ causalitatẽ illam recipiunt secundum suæ modũ naturæ. Præscientia verò inquantũ præscientia, & non causa, nihil adijcit rei. idcirco ex ea res non est magis necessaria, q̃ si præscientia ipsa non esset. Denique præscitum dupliciter sumitur, scilicet materialiter, vtpotè pro re ipsa, prout est in suis causis, vel in sua natura, & non inquantum præscita. sicque si necessaris habeat proprias causas, necessaria est, vt solem cras oriri. Secundò

Vdalric. Philosop.

Ysaac.

sumitur

sumitur præscitum formaliter, videlicet inquantũ prescitum, & ita non potest non euenire. Multa alia apta scribit de his Vdalricus, quę iam ex Thoma, & Alberto sunt allegata. Tota quoque sententia responsionis Bonauenturæ continetur in Thoma.

Richard⁹. ¶Richardus verò: Quidam, inquit, respondent, ꝙ omnia futura inquãtum sunt præscita, de necessitate euenient: & dicunt, ꝙ prescita a Deo, nõ possunt non esse præscita ab eo, propter quod dicunt futura omnia de necesitate venire per conditionẽ præcognitionis diuinæ, & ꝙ considerata per se, nõ eueniant de necessitate, cui positioni videtur consentire Boethius. Verum contra hoc arguunt alij sic: Si necessarium est Deum præscire vniuersa futura, & hæc ipsa relata ad præscientiã Dei sunt de necesitate ventura, videtur, quòd omnibus computatis, omnia futura de necesitate eueniant. Hinc alijs videtur dicendum, quod (vt ait Anselmus in libro de concordia præscientiæ, & liberi arbitrij) duplex est necesitas. Vna præcedens, quę facit rem esse. alia sequens, quæ non cogit esse. loquẽdo de prima necesitate, non est verum, quòd omnia de necesitate eueniant, quod tamen verum est loquendo de necesitate secunda: quia necesitas ista secũda non plus dicit, nisi necessariam consequentiam euentus rei ad suam futuritionem, ac Dei præscientiam. certumque est, ꝙ ista consequentia sit necessaria: hoc est futurum, ergo eueniet. conformiter sequitur, Deus præscit, quòd hoc eueniet, ergo eueniet. Sed quia possibile est, quod aliqua futura nunquam fuerint futura, & ita possibile est, vt nunquam fuerint præscita, ideò omnibus computatis, negandum est, quòd omnia futura de necesitate euenient. Hæc Richardus.

Dionysi⁹. ¶Cuius responsio videtur intricata, non resoluta, Præscientia enim Dei non dependet ex rebus, aut futuritione earum, sed econuerso, vt patuit. nec aliquid est futurum nisi ex prædispositione diuina, loquendo de his, quæ propriè sunt à Deo. ideò quamuis quædam futura possibile sit nunquam fuisse futura, loquendo de eis secundum respectum, & ordinem ad proprias causas, ac proximas, tamen loquendo de eis per respectum ad præscientiam, ac prouidentiam Dei, non possunt non esse futura, prout ex Boethio, atque prahabitis innotescit. De hoc autem, an præscita possint non esse præscita, infra dicetur.

Aegidius. ¶Aegidius demũ in his concordat dictis ex Thoma, dicens. Quãuis omnia ad diuinam cognitionẽ relata existant, quasi præsentia, & quandã sortiantur necessitatem: attamen, quoniã Deus videt contingentia contingenter accidere, & necessaria necessariò euenire, ideò sicut ex diuina præcognitione non aufertur à rebus necessarijs necesitas, ita nec contingentibus contingentia: imò cũ præscientia, seu cognitio Dei sit infallibilis, & ipse Deus cognoscit contingentia contingenter accidere, idcirco necesse est ea contingenter accidere. imò & sic etiam per comparationem ad scientiam Dei possunt contingentia nuncupari, inquantum cognoscit ea contingentia esse. Hæc Aegidius.

Durand⁹. ¶Cõcordat Durandus, qui circa hęc scribit prolixè, & recitat qualiter aliqui verba sancti Thomę intellexerunt nõ rectè, videlicet, ꝙ Thomas ait Deum ab æterno cognouisse oĩa secundum eorum actualem, & præsentialem existentiã: quod vtiq; non est intelligẽdum, quasi Thomas voluerit dicere, quòd res ab æterno habuerunt existentiã realem, & actualẽ in seipsis, aut alibi, quàm in Deo, in quo ita fuisse dicuntur obiectiuè, cognitiuè, atque causaliter & quia tam clarè, & certè, ac præsentialiter cognoscebantur à Deo, ac si iam actualiter extitissent, & sicut homo videt id, quod in sua extat præsentia.

Scotus. ¶Amplius circa hæc loquitur Scotus: Ad questionem hãc respondetur. Idem futurum cum ad diuinã notitiam refertur, est necessarium: cum verò in sua natura perpenditur, liberũ est à necesitate, & contingens. Ex quo etiam probatur, quòd imperfectio potest esse in effectui à causa proxima, licèt nõ à causa remota, seu priore, sicut deformitas est in actu à voluntate creata, non inquantũ est à voluntate increata. Ideo peccatum nõ reducitur in Deũ sicut in causam, sed tantũ imputatur voluntati creatæ. Quamuis ergo quantum est ex parte Dei, qui est causa remota, esset necesitas rei: tamen ex proximis causis earum potest esse contingentia in eisdẽ.

Obiect. 1. ¶Contra ista arguitur, quia nulla contingentia potest esse in causatione alicuius causæ secundæ respectu effectus sui, nisi prima causa contingenter se habeat ad causam proximã sibi, vel ad suũ effectum, quod probatur ex hoc: quoniam causa monens inquantum mota, si necessariò mouetur à causa prima, necessariò mouet. quælibet ergo secunda, quæ producit, inquantum mota à prima, necessariò mouet proximam sibi vt producat suum effectum. Tota ergo causarum ordinatio, vsque ad vltimum effectum necessariò producit, si habitudo primæ causæ ad proximam sibi causam sit necessaria. 2. ¶Præterea causa prior priùs naturaliter respicit suum effectum, quàm causa posterior. ergo in illo priori si habet necessariam habitudinem, dabit ad proximũ sibi necessarium esse, in secundo autem instanti naturæ nõ potest causa propinqua sibi dare esse contingẽs, quia iam intelligitur à prima causa habere esse repugnãs contingentiæ. Nec potes dicere, quòd in eodẽ instanti duæ causæ dant esse causato, qm̃ super idem esse non põt fundari necessaria habitudo ad causam perfectè dantẽ esse, & contingens habitudo ad aliam causam. 3. ¶Præterea quicquid producitur à causis secundis, & posterioribus, põt immediatè produci à prima causa: & tunc haberet entitatẽ eandem, quam habet modo, & tamen tunc esset cõtingens sicut, & modo. habet ergo, & modo contingentiam suam à prima causa, & non tantũ à causa proxima. 4. ¶Insuper Deus multa immediate creauit, vt mundum, atq; quotidie animas creat, & tamen omnia cõtingenter. Ideo dicõ, quòd nulla causa actio alicuius causæ potest saluare contingens, nisi prima causa ponatur immediatè contingenter causare: & hoc, ponendo in prima causa causalitatem perfectam, sicut catholici ponunt. De hac rescribit Scotus prolixè, & tandẽ concludit, ꝙ contingentia relatiua ad diuinam scientiã, sunt necessaria necessitate cõsequentiæ, non consequentis. Sed addit, ꝙ contingentia nõ est tantum priuatio, vel defectus, entitatis, sicut deformitas in actu vitioso: imò contingentia est modus positiuus entis, sicut necesitas est alius modus. & omne positiuum, quod est in effectu, principalius est à causa priore. ideo non sicut deformitas actus est à causa secunda, & non à causa prima, ita & contingentia: imò contingentia per priùs est causa prima, quàm à causa secunda, propter quod nullum causatum esset contingens formaliter, nisi à prima causa contingenter causaretur. Hæc Scotus.

Dionysi⁹. ¶Hæc autẽ pro prima parte videntur à communi doctrina doctorũ recedere. In primis enim secũdũ philosophos materia perhibetur contingentiæ

radix.

radix. idcirco in Deo, qui est purus actus, contingentiam ponere, aut quòd ipse contingenter se habeat in causando, non videtur congruere. Si autem propterea dicit Deum se contingenter habere producendo ad extra, quoniã liberè agit seu libera voluntate, nõ coactè, nec naturali necesitate: lingua, non sententia corrigenda censetur. Insuper dato, quòd Deus nec contingenter nec liberè, sed naturali emanatione res producit, nihilominus omnis eius effectus eo ipso quo creatura in infinitũ distat & deficit à perfectione, immutabilitate, necesitate, & excellentia superdignissimi creatoris, idcirco potentialitatem habet admixtam, & vertibilitatem in nihilum, si fibijpsi relinquatur nec desuper incessabiliter conseruetur. imò, & vanitatem, quæ est defectus à vero pleno, & incommutabili esse, sicq; cõsurgit in ea contingentia quædam, propriè autem in his, quæ materiam habent priuationi admixtam. Denique prout necessarium, & contingens ponuntur quasi duæ communes differẽtiæ distinctionesque * entis, sic concedendum est, quòd contingentia prout dicit quid positiuum, sit Dei effectus. Vnde, & iam in verbis Aegidij tactum est, quòd contingentia quoque à Deo sint, imò, & contingentia queant vocari, inquantum à Deo noscuntur cõtingentia esse: nihilominus ad infallibilem Dei cognitionem relata, necessaria nuncupantur iuxta sensum prahabitum. Nec inconueniens est, vnum, & idem diuersimodè sumptum, & consideratum, tã diuersas denominationes sortiri.

* ordinis

Aegidius.

Ad argumenta Sed.

¶Obiectiones verò prætactæ faciliter dissoluuntur. Ad primum namque dicendum, quòd quãuis prima causa necessariò moueret secundam, motus tamen, & efficientia causæ secundæ posset frustrari ex impedimento superueniente suo effectui, quemadmodum in exemplificatione Thomæ, Alberti, Vdalrici, & aliorum iam patuit.

Ad 2. ¶Ad aliud quo dicitur, quòd causa prior natura liter priùs respicit suum effectum: dicendum quòd hoc verum est, prout illud supra expositum est, atque in lib. de causis asseritur, qđ causa prima plùs influit, quàm quæcunque causa secunda. nam, & causæ secundæ agunt in virtute primi agentis, cuius influxus magis adhęret, intimiùs imprimit, ac vltimo remouetur. Attamen causæ secundæ naturales verè producunt, & formas de potentia educũt materiæ. estq; vnus, & idem effectus à prima causa, & causis secundis, quia diuerso modo, ac genere influunt. ideo obiectio illa ex falsa, & rudi imaginatione videtur procedere, sic argues, ac si inferiora ista aliud esse susciperent à primo agente, & aliud à causis secũdis, & vnum priùs, aliud verò posteriùs: & quasi vnum illorum esse, esset necessariũ, aliudq; contingens. imò potiùs vnum, & idem per comparationem ad primam causam, & ad præscientiam eius, fertur necessarium: & per comparationẽ ad causas naturales, ac proximas, contingens.

ad 3. & 4. ¶Ad alia duo vltima respondendum, quod etiã materialia, & corruptibilia, ac propriè contingentia, si immediatè producantur à Deo, habent contingentiam per respectum ad proprias, naturalesq; causas, hoc est, ad principia sua intrinseca substantialia, quamuis non ad causas extrinsecas effectiuas. quatuor enim sunt causæ rerum, duæ intrinsecæ, duæ quoque extrinsecæ. Hæc tantundem breuiter tetigisse sufficiat.

Henricus. Quæstio. ¶Postremò Henricus quodlibeto octauo mouet hanc quæstionem, vtrum effectus contingens possit fieri immediatè à Deo: ad quod respondẽs, Cõtingens, inquit, vocatur, quod potest esse, & non esse. aliquid autem potest esse, & non esse, dupliciter. Primò, ex parte facti, quia est talis naturæ, ꝙ potest esse, & non esse, fieri, & non fieri. Secundò ex parte facientis, quia est tale agens, quod ab ipso indifferẽter effectus potest produci, seu fieri, & non fieri. Primo modo rationem contingentis habet omne defectibile, vt est generaliter omnis creatura, & maximè, quod habet in se rationem corruptiui, vt omne generabile, & corruptibile, & omne tale contingens potest immediatè fieri à Deo. Secundò modo dupliciter, quia effectus potest ab aliquo fieri, vel non fieri dupliciter. Primò, quia non est in ipso vis qua necesse sit fieri eum. Secundò, quia non est in ipso vis determinans ipsum fieri. Primo modo, nominatur effectus contingens omne, quod fit à Deo circa creaturas. Secundo modo, nullus effectus cõtingens fit à Deo immediatè, nec etiam mediatè: quoniam respectu ipsius non est sic aliquis effectus contingens, quia effectus ita contingens, non procedit in esse nisi præter intentionem per voluntatem agentis, vt in fortuitis, vel absque voluntate, sicut in casualibus. Deus autem præter intentionem nil agit, & præter intentionem, vel ordinationẽ nil fit: imò quæcunq; à casu, & præter intentionẽ fiunt à causis inferioribus ordinat ipse, Augustino super nouum Psalmo dicente: Omnino ad diuinæ prouidentiæ regimen referuntur, quæ stulti casu, ac temerè, & nulla administrationi fieri putant. Veruntamen circa hoc potest distingui: quoniam fieri talis effectus, potest considerari dupliciter. Primò, quantum ad substantiam facti. Secundò, quantũ ad modum suum procedendi in esse ab agente immediatè. Primò modo fit à Deo mediante agente proximo, & fieri põt immediatè à deo, quamuis non præter intentionem. Sed secũdo modo nequaquam fit nec fieri potest à Deo, nec mediatè, nec immediatè sicut ostensum est: & quia non habet propriè causam agentem, sed magis deficientẽ. Hæc Henricus.

Augusti.

¶Scripta demum Antisiodorensis de hac materia, obscura videntur multum, & saluabilia difficulter. idcirco pertranseo. Dicta Thomæ de Argentina consonant communi doctrinæ doctorum.

Solũtur argumẽta initio quæstionis ad ducta.

¶Solutio argumentorum videtur ex inductis satis patere, aut elici posse. Concedendum est equidem, quòd per respectum ad prouidẽtiam Dei, certus sit ordo causarum: nec tamen hoc tollit ordinẽ rerum. & dato quòd tantæ perfectionis, aut illuminationis esset nostra scientia, quòd omnem rerum ordinem, & causarum cohabitudinem, omnemq; modum euentus vniuersorum certissimè nosceremus, hoc non auferret rebus cognitis, quod conuenit eis ex proprijs earum naturis, & per comparationem ad proprias, & proximas causas. Quod verò assumitur, quod Deo tale est, sim pliciter tale est: non est simpliciter concedendum. omnia enim sunt Deo facilia, præcognita, certa, parua, & modica, non tamen simpliciter loquendo oĩa talia sunt.

Quæstiunculæ quatuor.

Circa distinctionẽ hanc quidã mouent adhuc varias quæstiones, videlicet, an scientia Dei sit vniformis, & inuariabilis, vtrum sit enũciabilium, vtrum sit non entium, vtrũ sit singularium, an ẽt infinitorum: ad quæ oĩa patet responsio ex frequẽter præhabitis. Aliquid tamẽ adhuc inde breuiter tãgi potest. Nẽpe de his ait hic Thomas: In qualibet cognitione duplex potest modus cõsiderari, videlicet

Th. Aquin.

modus rei cognitæ,& modus cognoscẽtis. modus verò cognitionis,modus est cognoscentis, non cognitu:quia cognitio est actus cognoscentis,& vnũquodque agit secundum modum suæ naturæ,& dispositionis.Hinc eandem rem aliter cognoscit sensus exterior, aliter sensus interior, aliter intellect⁹. nam, & cognitio fit secundum modum,quo cognitum est in cognoscẽte.Vnumquodq; verò est in altero ſm modum,& dispositionem eius,in quo est. Cum ergo Deus sit in seipso summè,& ineffabiliter simplex, incommutabilis, constat quòd eius scientia,sit maximè inuariabilis,& vniformis,præsertim quantum est ex parte ipsius scientis, atq; scientiæ. quantum verò ad scita,seu ad ipsa obiecta secundaria diuinæ scientiæ,potest ipsa scientia multiformis vocari: quia diuersa secundum proprias eorum rationes, proprietates, habitudinesq; cognoscit.

Scientia Dei ẽ vniformis, & inuariabilis.

Obiectio.

¶Si autem obijciatur,qui rem aliter apprehẽdit, & intelligit,quàm est,erroneè eam apprehendit, & falsè,nec verè intelligit, cum intellectus sit verorũ. Deus ergo vniuersa apprehẽdit,vt sunt, vtpotè materialia materialiter, multiformia multiformiter, mutabilia mutabiliter, dependẽtia depẽdenter, differẽtia ò differenter.¶Dicendũ,ꝙ cum dicitur,qui rem aliter apprehendit, & concipit,q̃ est,errat,atq; mendaciter apprehendit:hoc aduerbium aliter,potest referri ad rem, & sic verũ est illud assumptum. qui enim apprehenderet materialia, & depẽdentia non esse materialia,ac dependentia, vtiq; deuiaret. Potest item referri ad actum cognoscentis,& ad ipsam scientiam.& sic non est verum,imò propter rationes prætactas Deus hoc modo verissimè apprehendit temporalia intemporaliter, & æternaliter, cõpositа simpliciter, multiformia vniformiter, dependentia independenter, sensibilia insensibiliter, creata increatè,& ita de alijs.Sic quoque enunciabilia, & omnes propositiones vno simplici cognoscit intuitu,ex quibus ostenditur,ꝙ & cuncta enunciabilia certissimè noscat:quoniam cognoscendo rem intuitiuè per suam ideam, cognoscit cuncta, quæ rei conueniunt, insunt siue accidere possunt. Ideo falsa est Auicennę, & Algazelis opinio dicentium quod Deus scit singularia vniuersaliter solũ, & in vniuersalibus suis principijs, & nõ in natura, & dispositione suæ particularitatis, ita ꝙ quamuis sciat indiuiduũ hoc,vel illud,non tñ scit hoc nunc esse, & postea non esse. Insuper sicut ea, quæ sunt Deus cognoscit scientia visionis,sic ea,quæ nõ sunt & fieri possunt, siue fient, siue non fient,cognoscit in potentia causę,seu creaturæ,præsertim ſm quod ea, quæ virtualiter in sua omnipotentia continentur,in rationibus relucent æternis. Cognoscit item actualiter, atq; scientia visionis infinita, præsertim cũ cogitationes,affectiones,actiones,& motus electorum, & reproborũ post diem iudicij in infinitũ multiplicandæ existant.Hæc Thomas,de quibus cũ frequenter prælabita sint, modò pertranseo.Hoc tamen de positione illa erronea Auicennæ, & insequutoris sui Algazelis, dicentium quòd Deus non cognoscit singularia particulariter, & distinctè, quantum ad omnes indiuiduales cõditiones, actiones,& accidẽtalitates,adijcio, quòd opinio ista nõ solum contraria est scripturis, & Euãgelio Christi, sed etiam Alchorano,documẽtisq; Machometi, de cuius lege ambo illi fuerunt. imò si Deus vniuersa, & singula particularia gesta, verba, cogitationes,affectiones,motus,gressus,& habitudines,imò, & omissiones hominum singulorum non sciret plenissimè,nõ posset omnium iudex,remuneratorq; esse, cuius oppositum toties fertur in Alchorano.

Dilutio.

Deus cognoscit singularia particulariter,& distinctè.

Vtrum scientia Dei possit augeri, vel minui, vel aliquo modo mutari. vtrumque enim videtur posse probari.

Distinctio XXXIX.

PRæterea quæri solet,Vtrum scientia Dei possit augeri,vel minui.Vtrunque enim videtur posse probari,Quod diuina scientia possit augeri,vel mutari, hoc modo probatur: quia potest Deus scire,quod nunquam scit. Est enim aliquis,qui non est lecturus hodie, & tamen põt esse,vt legat hodie: potest enim hodie legere.Nihil autem potest fieri,quòd non possit à Deo sciri.Potest ergo Deus scire hunc lecturum hodie.Potest ergo aliquid à Deo sciri,quod nõ scit, ergo potest eius scientia augeri, vel mutari,eademq; videtur posse minui. Est enim aliquis hodie lecturus,quem Deus scit lecturum. At potest esse, vt non legat, ergo potest Deus non scire hunc lecturum:potest ergo nõ scire aliquid quod scit,ergo potest minui eius scientia,vel mutari. Ad quod dicimus,quia Dei scientia oĩno immutabilis est,nec augeri põt,vel minui.Nã (vt ait Augustinus in decimoquinto libro de Trinitate) Scientia Dei est ipsa sapientia,& sapiẽtia est ipsa essentia siue substantia Dei:quia in illius naturæ simplicitate mirabili nõ est aliud sapere,& aliud esse:sed quod est sapere,hoc est,& esse.Ideoq; nouit omnia verbum,quæ nouit pater,sed ei nosse de patre est sicut esse.Nosse enim,& esse ibi vnum est.Et ideo patri sicut esse non est à filio,ita nec nosse.Proinde tanquam seipsum dicẽs,pater genuit verbum sibi coæquale per omnia. Non.n.seipsum integrè,perfectęq; dixisset,si aliquid minùs,aut ampliùs esset in eius verbo,q̃ in seipso.Hoc est ergo omnino uerbũ,quod pater,non tamen est pater:quia iste filius,ille pater.Sciunt ergo se inuicem pater,& filius:sed ille gignendo,iste nascendo.Et omnia,quę sunt in eorũ scientia,in eorũ sapientia,in eorũ essentia, vnusquisq; eorum simul videt,non particulatim,aut singulatim,uelut alternante cõspectu hinc illuc,& inde huc,& rursum inde,uel inde in aliud,atq; aliud,ut aliqua uidere non possit,nisi non uidẽs alia:sed omnia simul uidet, quorum nullum est,quod non semper uideat,& sciat. Eius itaque scientia inamissibilis,& inuariabilis est. Nostra uerò sciẽtia,& amissibilis,& uariabilis,& recepti

Respõsio. Aug. 15. de Trin. c. 14.

bilis

bilis est,quia non hoc est nobis esse,quod sapere,vel scire. Propter hoc sicut nostra scientia illi scientiæ Dei dissimilis est: sic, & nostrum verbum, quod nascitur de scientia nostra, dissimile est illi verbo, quod natum est de patre scientia. Ex hac auctoritate clarè ostenditur,scientiam Dei omnino inuariabilem esse,sicut ipsa essentia Dei omnino inuariabilis est, & quòd pater, & filius cum spiritussancto simul omnia sciunt, & vident. Sicut ergo non potest augeri,vel minui diuina essentia,ita nec diuina scientia:& tamen conceditur posse scire, quod non scit, & posse non scire, quod scit: quia posset aliquid esse subiectum eius scientiæ,quod non est,& posset non esse subiectum aliquid,quod est sine permutatione ipsius scientiæ.

B

Oppositio, an Deus possit nouiter, vel ex tempore scire vel præscire aliquid.

Hic opponitur à quibusdam ita: Si Deus potest aliquid scire, vel præscire,quod nunquam sciuit,vel præsciuit,potest ergo ex tempore aliquid scire,vel præscire. Ad quod dicimus:Potest quidem Deus scire,vel prę scire omne,quod potest facere,& potest facere, quod nunquam fiet. Potest ergo scire,vel præscire,quod nunquàm fiet,nec est,nec fuit: nec illud scit, vel sciuit,neque præscit,neque præsciuit: quia scientia eius non est nisi de his, quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt, & præscientia non est nisi de futuris. Et licèt possit scire,vel præscire,quod nunquàm est,vel erit,non tamen potest aliquid scire, vel præscire ex tempore.Potest vtique scire,vel præscire,quod nunquàm est,nec erit,nec illud scitum,vel præscitum est ab æterno, nec tamen potest incipere scire,vel præscire illud:sed ita potest modo scire,vel præscire,sicut potest sciisse,vel præsciisse ab æterno. Si enim dicas eum modo posse scire,vel præscire,quod ab æterno non sciuit,vel præsciuit,ideſt ita quod ab æterno non sciuerit, vel præsciuerit, quasi vtrunq; simul esse possit, falsum est. Si verò dicas eum posse modo scire,vel præscire,quod ab æterno non sciuit, vel præsciuit, ideſt habere potentiam sciendi, vel præsciendi ab æterno, & modo aliquid, nec tamen illud præscitum est,vel futurum,verum est.Non potest ergo nouiter,vel ex tempore scire,vel præscire aliquid,sicut non potest nouiter,vel ex tempore velle aliquid, & tamen potest velle,quod nunquam voluit.

Respõsio.

C

Vtrum Deus possit scire plura, quàm scit.

Item à quibusdã dicitur Deus posse plura scire, quàm sciat, quia potest scire omnia, quæ scit, & potest aliqua facere, quæ nunquàm erunt, & illa potest scire. non enim aliqua incognita facere potest.Si verò omnia essent,quæ modo sunt,& alia quædam faceret,quæ nõ sunt,nec erunt,& illa omnia sciret:pro certo plura sciret,quàm modo sciat, nec tamen eius scientia augeri potest: quia hoc totum fieri posset,sed sine mutabilitate scientiæ. Constat ergo Dei scientiam omnino esse immutabilem, nec augeri posse, vel minui, sed ei subiecta.

D

Quod videtur aduersum illi sententiæ, qua supra dictum est, Deum semper, & simul scire omnia.

Ei verò,quod prædictũ est,scilicet,ꝙ Deus omnia semper videt,& simul, videtur obuiare,quod ait Hieronymus in expositione Habacuch. Absurdum est,inquit,ad hoc deducere Dei maiestatem, vt sciat per momenta singula quot culices nascuntur, quotve moriantur, quota pulicum, & muscarum sit multitudo, quotve pisces natent in aquis, & similia. Non simus tam fatui adulatores Dei,vt dum prouidẽtiam eius etiam ad ima retrudimus,in nosipsos iniurioſi simus,eandem irrationabilium, & rationabilium prouidentiam esse dicentes.Hic videtur dicere Hieronymus,ꝙ Deus illorum minimorum scientiam siue prouidentiam non habeat: quod si hoc est,tunc non omnia simul scit,& semper. Ex tali itaque sensu illud dictum esse nouerimus, vt Deum illa alternatim,vel particulatim scire neget,nec per diuersa temporum momenta sic illa cognouit,sicut p̃ varia momenta illorum quædam deficiunt,quædam incipiunt.Neq; illis,alijsq; irrationabilibus ita prouidet,quemadmodũ rationabilibus.Nunquid enim (vt ait Apostolus) cura est Deo de bobus?Et sicut non est cura Deo de bobus,ita nec de alijs irrationabilibus. Dicit tamen scriptura,quia ipsi est cura de omnibus. Prouidentiam ergo,& curam vniuersaliter de cũctis,quæ condidit habet, vt habeat vnumquodq;,quod sibi debet, & conuenit.Sed specialem prouidentiã,atq; curam habet de rationabilibus,quibus præcepta tradidit,eisq; rectè viuendi legem præscripsit, ac præmia promisit. Hanc prouidentiam, & curam de irrationabilibus non habet. Ideo dicit Apostolus, quia non est cura Deo de bobus: prouidet tñ omnibus, & curat, ideſt, gubernat oĩa, qui omnibus solem

Hierony. li. 1. super Habac. cap. 1.

1. Cor. 9. b

Sapiẽ. 6. b & 12.

Matt.5. g suum facit oriri,& pluuiam. Scit itaq; Deus quanta sit multitudo pulicum,culicũ,muscarum,& piscium,& quot nascantᷣ, quotve moriantur: sed non scit hoc per momenta singula,imò simul,& semel omnia. Neq; ita scit,vt eandē habeat prouidentiam irrationabilium,& rationabilium, idest, vt eodē penitùs modo prouideat irrationabilibus,& rationabilibus. Rationabilibus enim præcepta dedit,& Angelos ad custodiã delegauit.

Matt 18. Hebr.1.

Breuis summa prædictorum cum additione quorundam.

Simul itaque,& immutabiliter scit Deus omnia,quæ fuerunt,& sunt,& erunt,tã bona,quàm mala: præscit quoque omnia futura,tam bona,quàm mala.

Summa distin 39.

IN hac distinctione tractatur, an scientia Dei possit augeri, aut minui. & constat, quòd non, cum Deus sit prorsus incommutabilis, ac tantæ simplicitatis, qđ sua scientia est sua essentia: tamen circa hoc Sophistica argumenta formantur, prout partim in litera tangitur. Deinde tractatur in distinctione præsenti de prouidentia Dei, an cuncta includat, & vniuersa etiam irrationalia, ac vilia distinctè respiciat.

QVAESTIO I.

Arguitur 1. cõtra veritatem.

IAm quæritur, *An scientia Dei sit tam muariabilis, & perfecta, vt non possit non scire, quod scit, nec scire, quod nescit.* ¶ Videtur, qp imò, quoniam Deus potest non amare, quod amat, cum voluntas diuina sit libera, ergo potest non scire, quod sit.

¶ Rursus, in Deo sunt idem velle,& scire, ergo sicut vnum est liberum, ita, & aliud. ¶ Amplius, in Deo sunt penitus idem in re scientia, atq; potentia, sed Deus multa potest facere, quæ non facit: ergo, & multa potest scire, quæ non scit. ¶ Insuper, creatura nihil potest facere, quæ Deus potest ignorare: sed forsan celebraturus sum hodie, ergo Deus potest hoc scire. in æternis autem non differunt esse, & posse, ergo Deus hoc scit,& pōt esse, quod nō celebrem hodie, ergo, & hoc scit Deus. ergo scientia eius mutationi, deceptioniq; subiacet, & potest augeri, ac minui.

Alexand. Obiectio.

¶ Ad hoc Alexander respondet: Scientia Dei inuariabilis est, nec potest augeri, nec minui. Sed obijci potest, Scientia relatiuè dicitur ad scibile, sed multiplicatio vnius relatiuorum ponit multiplicationē alterius: cum ergo scibilia queãt multiplicari, quia scientia visionis non est nisi entium, & Deus multa possit creare, quæ non creabit: apparet, quòd si illa crearet, multiplicaretur, & augeretur scientia Dei.

Dilutio.

¶ Dicendum, qp scientia Dei tripliciter dicit. Primò, pro approbatione. Secundò, pro simplici notitia. & hoc dupliciter. Primò absolutè, non notãdo existentiam rei scitæ, iuxta illud: Sapientiæ eius non est numerus. Alio modo connotando existentiam sciti, iuxta illud in Ecclesiastico: Domino Deo antequam crearentur, cuncta sunt cognita: ficq; secundum quosdam significatur, vt visio, & vocatur scientia visionis: quoniam visio transit, & quasi expādit se super rem visam. Primo modo, sola bona subijciuntur diuinæ scientiæ. Secundo modo bona, & mala entia, & non entia. Tertiò modo bona, & mala, sed entia tantum secundum aliquod tempus. Dicendum ergo, quod Dei scientia non potest augeri, sed scita possunt augeri. Cumq; dicitur, Deus pōt scire, quæ non scuit: dicendũ, qp verum est de scientia approbationis, & visionis, sicut dum impius cõuertitur approbat, quem non approbabat. & quia creari potest, quod nunquam creabitur, potest videre, quod non videt. istud tamen non ponit mutationem in Deo, sed ex mutatione, aut mutabilitate rei creatæ, creabilisve contingit. De scientia verò simplicis intelligentiæ istud non verificatur, quia sub illa scientia cadunt quæcunq; diuinæ potētiæ sunt subiecta. Hinc dicitur, qp scientia visionis, & approbationis non est infinitorum actu impermixto potētiæ, sed scientia simplicis intelligentiæ infinitorum. Est ad argumentũ dicendũ, quòd est scientia ad res, & est scientia à rebus. Scientia ad res, præcedit scita, nec causatur ab eis, nec sequitur conditiones eorũ. ideo non augetur, nec multiplicatur illis auctis, vel multiplicatis, & talis est scientia Dei, quæ etiã non dicitur relatiuè ad scita ſm esse, sed solum ſm rationem duntaxat. Ad aliud respondendum, qp Deus certissimè, & inuariabiliter præscit, quid quisq; facturus sit. scientia quoq;, & potentia ratione distinguuntur. ideo quædam conueniunt uni, quæ non conueniunt alteri. Hæc Alexander.

Bonauen.

¶ Insuper Bonauentura hic loquitur: Cum quæritur an Deus possit plura scire, vel præscire, quàm sciat aut præsciat, aliter iudicandum est de præscientia, quàm de scientia, nempè vt dici solet, triplex est Dei cognitio, non quantum ad diuersitatem cognitionum, sed connotatorum, videlicet cognitio approbationis, uisionis, & intelligentię. Cognitio approbationis est de his, quæ benè complacent Deo, & acceptantur ab eo, ut sunt meritoria bona. deo hæc potest plurium esse, quàm est. Cognitio intelligentiæ est, qua Deus cognoscit omnia possibilia sibi, aut alijs. ficque infinita cognoscit. Hinc ista cognitio non potest plurium esse. Cognitio visionis est eorum, quorum præuisio fuit ab æterno in Deo. idcirco solum eorum est, quæ fuerunt, sunt, aut erunt. ideo potest, & plurium esse, quàm est, sicut & præscientia. Concedendum est ergo, quòd quædam scientia potest esse plurium, quàm est, & quædam non. non tamen consequitur, quòd scientia, aut præscientia Dei possit augeri, quoniam Deus vno, & eodem actu, eodemque medio, cognoscit vniuersa, & singula, multa, & pauca, vnum, & plura. Hæc Bonauen.

Triplex ē Dei cognitio.

Quæstio.

¶ Quærit quoque Bonauentura, an necesse scit Deum præscire, quod præscit. ad quod respondet: Deum præscire contingens aliquid, iudicandũ est esse contingens, cum antecedat ad contingens, & connotat aliquid, quod veritatem habent contingentē. sed aliqui voluerunt ipsum iudicare contingens, qm̃ totum, quod designat, significat de futuro. quod dici nō potest, quia in verbis his importatur actus diuinæ præcognitionis, qui vtiq; est æternus, & differt à re futura. Alij voluerũt hoc iudicare contingēs, qm̃ quãuis dicatur de præterito, dependet tn̄ ex futuro, vt patet de creditis, atq; Propheticis, Sed nec hoc vr̄ probabile. actus enim diuinæ præcognitionis nō depēdet ex futuro. aliàs præscientia non esset certa, cum futura illa certitudinē non habeant in se. illud quoq;, quoddependet ab alio, causat aliquo mō ab eo, nec diuina cognitio certitudinē habet à re. Hinc aliter est dicēdũ, videlicet

licet, quòd quoddam est dictũ de præterito, & præterito, vt si dicatur Petrum legisse: quoddam de præterito, sed pro futuro, vt Antichristus fuit nasciturus: quoddam de præterito, & pro præterito, & tamen dependet ex futuro, vt hoc dictum, Petrum verum dixisse nauale bellum fore, ad cuius dicti veritatem exigitur belli euentus: quoddam est dictum de præterito, non dependens à futuro, sed connotans aliquid tale, vt cum dicitur, Deus præscisit hoc futurum: in qua præscientia duo notātur. vnum est actus diuinæ cognitionis, quem necessariũ est fuisse: aliud est ordinatio futuri ad actum illum, quę ordinatio non est necessaria, sed inter contingentia reputatur in totali dictò, nō ratione totalitatis, aut principalis significati, sed connotati: & si ponatur dum non præscire aliquid, quod præscit, debet & potest intelligi non per remotionem principalis significati, sed connotati, seu ordinis temporalis ad æternum, qui ordo contingens est ratione ipsius tẽporalis. contingentia ergo est in totali dicto, quia connotat aliquid verum esse de futuro, quod est cõtingens. Cum etenim dicitur, Deus præscit te saluãdum, hic duplex includitur actus, & compositio. Vnus actus est, tu saluaberis. alius est, Deus hoc præscit, & inde habuit notitiam ab æterno. Dum autem habere cognitionem, est actus æternus, & necessariùs, nec dependet à re. te autem saluari est actus futurus, atq; contingens quoniam ergo actus diuinę cognitionis non dependet à cognito, ideò potest esse certitudo in ipsa re contingente. sed quoniàm prout significatur per modum præscientiæ, connotat futurum contingens, & omne dictũ, quod claudit in se contingens, est iudicandum contingens, ideò totum hoc iudicat contingens. Et hæc solutio est vera, ac generalis. vnde, & actus credulitatis, & prophetationis, ac diuinæ assertionis, propter hoc quod currunt secundum illustrationem diuinę prę scientiæ, ideò connotant, nec dependent. propter quod certi, infallibilesq; consistunt de rebus in se incertis. Hinc quantum ad actum præcognitionis diuinæ, verum est quod ait Anselmus in libro de concordia præd̃estinationis, & liberi arbitrij. Quod præscit Deus, impossibile est eum non præscire. Hæc Bonauentura.

Anselm.

Tho. Aqu.

Quæstio.

¶ Præterea Thomas de hac re mouet duplicem quæstionem. Prima est, an Deus possit non scire, quod scit. Secunda est, an possit aliquid scire, quod non scit. ad quorum primum respondet: Quemadmodum attributa diuina realiter idem, differunt ratione, sic actus attributorum sequuntur rationes ipsorum, propter quod uni conuenit actui, quod non conuenit alteri, Dicimus enim Deum scire, quæ non vult, nec facit. est ergo hæc ratio voluntatis, vt liberè actum suum producat. quod enim voluntate fit, non fit necessitate. Hinc potest aliquid velle, & non uelle. sed hoc intelligēdum est de actu voluntatis, dum est in egrediendo à voluntate: quia postquam iam transijt, non est in facultate ipsius. non enim potest non uoluisse, quod voluit. quod intelligendum est non solum de immediatis actibus uoluntatis, sed etiam de omnibus eius actibus imperatis. Cum ergo actus diuinæ uoluntatis sit semper in actu. neq; per transiens in futurum, semper est quasi in egrediendo à uoluntate. ideò manet libertas diuinæ uoluntatis respectu ipsius. propter, quod dici potest, quòd Deus potest hoc non velle, sed non potest esse, vt simul quid velit, & non velit, vel vt nunc velit, & postmodum non uelit, accipiendo post, & nunc ex parte voluntatis: quia mutabilis esse nequit. Et quoniam dictum est de actu diuinæ scientiæ, secundum quod est causa operis eius, vt informas ipsum, quod imperatur à voluntate, ideò potest concedi, quòd Deus hoc modo potest non præscire, non tamen potest esse, vt simul præsciat, & non præsciat: vel quòd nunc præscit, postea non præsciat, loquendo de præscientia ex parte scientiæ tantum, ita quòd non fiat uis de ratione futuri: quia quod modo futurum est, postmodũ erit præsens: & tunc non erit præscitum, sed scitum. Idcirco secundum distinctionem Magistri dicendum, quòd si sumatur coniũctim, Deus non potest non scire, quod scitum est ab eo: si autem sumatur diuisim, sic est in potestate Dei scire, & non scire. & hæc libertas demonstratur cum dicitur, Deus potest hoc non scire. Simili modo dicendum, quòd coniunctim loquendo, Deus nō potest scire, quod nescit, quoniam ista duo sunt incōpossibilia, quòd Deus sciat aliquid, quod ab æterno nescit. & istud dico de scientia visionis. Hæc Thomas in Scripto in huius quæstii decisione. Responsio concordat dictis ex Alexandro, & Bonauentura.

Deus scit aliqua ex necessitate, q̃ non vult necessariò.

¶ Verum his obijci potest, quod Thomas scribit in Summa contra gentiles primo libro cap. 82. Considerandum est, inquit, quare Deus alia à se ex necessitate sciat, non autem ex necessitate uelit: cum tamen ex hoc, quod intelligit, & vult se, intelligat, & uelit alia. cuius rei ista est ratio, quia intelligens ex hoc intelligit, quòd similitudo rei intellectæ in ipso est: uolens uero ex hoc vult, quòd ipse ad uolitum aliquo modo se habet. omnia autē necesse est esse in Deo, ita ut ab ipso intelligantur. Deus uerò non ita de necessitate se habet ad alia, vt uelit ea. hinc necesse est Deum alia scire, non autem uelle.

Scotus.

¶ Præterea Deus naturaliter, & necessariò suam essentiam perfectè cognoscit. omnia autem, & singula in diuina relucent essentia, ergo suam cognoscendo essentiam, cuncta & singula necessariò, naturaliterq; intelligi, & scit. Deniq; aliqui dicunt, & Scotus tangit, quòd ideæ in mente diuina naturaliter repræsentant: ergo per eas omnia naturaliter cognoscuntur à Deo. Ad hoc uidetur dicēdum, quòd quantum pertinet nudè ad ipsam scientiam, omnia naturaliter, & necessariè à Deo sciuntur, nō autem quantum ad connotata, atque relata.

Antisiod.

¶ Deniq; scripta Alberti, Petri, & Richardi pinducti ex Alexãdro, Thoma, & Bonauẽt. concordant.

¶ Antisiodorensis quoque in Summa Sua libro primo, præmissa triplicis scientiæ Dei distinctione, subiungit: Ex qua distinctione patet, qualiter negandæ, aut concedendæ sunt huiusmodi loquutiones, Deus potest plura scire, quàm scit, scientia Dei potest augeri, & cætera, quæ secũdum unam acceptionem ipsius scientiæ, veræ sunt, præsertim, quòd ad numerum scitorum: quod tamen intelligo de scientia rerum incomplexarum, quoniã multa talia possunt esse, quæ nunquam erunt. sed de scientia enũciabilium non est uerum, quia secundum reales, cum Deus incipit scire aliquod ēnunciabile, desinit scire eius contradictorię oppositum. Nec sequitur Deus sciebat hoc priùs, & modo non scit hoc, ergo oblitus est, aut mutatus, quia per transeuntiam rerum id accidit. Secundum nominales uero, dicentes, quod semel est verum, semper est uerum, Deus nihil incipit, aut desinit scire. & hoc magis consonat Augustino, & Magistro. Hæc Antisiodorensis, quæ recitatiuè commemoro.

Durãdus.

¶ Vt autē dicta meliùs intelligantur, cõmemorabo hic scripta Durãdi, dicētis: Actus Dei sunt in tri-

plici differentia quidam sunt notionales, vt gignere, & spirare, ad quos nō est in Deo libertas, vel potentia ad oppositum Alij sunt actus Dei in exteriorem materiam transeuntes, vt creare, & hi conueniunt Deo ex tempore. vnde, & temporis leges sequuntur. nam primò sunt futuri, deinde præsentes, tandem præteriti, respectu quorum est in Deo libertas atque potestas ad oppositum. Alij sunt actus habentes se medio modo, vt intelligere, velle, quia in Deo intrinsecè sunt: connotant tamen habitudinē seu respectum ad res ad extra, inquātum Deus scit, & vult non solum seipsum, sed alia quoq;. hi actus considerari possunt ſm id, quod sunt, & item ſm respectum ad secundaria sua obiecta. Primò modo non est in Deo libertas, vel potentia ad oppositum, respectu huiusmodi actionum: nullum enim intelligere, aut velle est in Deo, quod posit, aut potuerit non esse in eo, etiam de potētia absoluta: nec aliquid ei deest, quod potuerit, vel posit ei inesse. Si verò considerentur secundum respectum ad obiectum, sic distinguendum est. nam quo ad principale suum obiectū, quod est diuina essentia respectu cuius non est in Deo libertas, aut potētia ad oppositum actuum horum, quia necessariò intelligit, & vult suam essentiam. Si autem considerentur per respectum ad secundarium obiectū, rursus est distinguēdum. nam respectu secundariorū obiectorum est in Deo duplex cognitio. vna, qua apprehēdit rerum quidditates. alia, qua apprehendit earum habitudines, compositionem quoque, & diuisionē, quę est scientia enunciabilium. Et ista est duplex. Vna, qua res apprehenditur ſm compositionem possibilem tantum. Alia, qua res apprehēditur ſm compositionem, & diuisionem, non solum, vt possibilē, sed etiam, vt deductam, aut deducendam in actum pro tempore aliquo, quæ cognitio ad scientiā pertinet visionis. Itaq; quantum ad primam, & secundam cognitiones, Deus non potest nescire, qđ scit, aut scire quod nescit, sed quo ad tertiam pōt. Quorum ratio est, qm̄ Deus necessariò scit non solum suam essentiam, sed & omnia, quæ repræsentantur per ipsam, Omnes aūt res quantum ad suas quiddtates, & cōpositiones, ac diuisiones eis possibiles, repræsentantur necessariò per diuinam essentiam, non aūt quantum ad compositionē, diuisionemq; actualem. Deus namq; est necessaria causa ſm potentiam, ita, q̄ non est in potestate eius, quòd habeat, aut non habeat potētiam causandi, non tū est necessariò causa secundum actum. imò potest causare, & non causare: ergo diuina essentia necessariò continet virtualiter omnes res, & repræsentat eas, vt creabiles, quāuis non, vt creandas. Et qm̄ omnis quidditas cuiuslibet rei existentis siue possibilis, tā ſm se, quàm ſm omnia, quæ possunt sibi inesse, habet rationem creabilis, prout verò includit esse, aut fore, habet rationem creati, aut creandi, ideo omnis quidditas rerum ſm se, & ſm ea, quæ possunt sibi inesse, vel conuenire, necessariò repræsentatur in diuina essentia: non aūt prout includit esse, aut fore, necessariò repręsentat in diuina essentia, sed liberè. Repræsentatur enim res forè, aut non forè per diuinam essentiam, nō, vt est solum essentia virtualiter continens oēm rem, sed, vt est volens rem possibilem forè, aut fieri, quia liberè vult hoc: & quantum est de natura voluntatis, pōt hoc velle, & non velle, pp quod res sic non necessariò scitur à Deo, imò pōt sic scire, qđ nescit, & nescire qđ scit. & hoc intelligendū est absolutè, quia ex suppositione, videlicet posito, qđ aliquid sciat forè, impossibile est, quod nesciat ipsum forè, cum sit immutabilis, nec contradictoria simul stent. Hæc Durandus.

QVAESTIO II.

DEinde quæritur, *An Deus prouidentiam habeat vniuersorum, & singulorum.* ¶Videtur quod non. Primò, quia Apostolus ait: Nunquid cura est Deo de bobus? ergo irrationalia non cadunt sub prouidentia Dei, præsertim quantum ad indiui dua sua, & ad hoc ponitur manifesta auctoritas Hieronymi in litera. Arguitur 1. cōtra veritatem. 1. Cor. 9.

¶Secundò, quia videtur derogare excellentiæ Dei solicitari de vilibus, & infimis rebus. 2.

¶Tertiò, quoniam prouisoris sapientiæ, atq; potentiæ derogat, permittere mala, quæ posset præcauere, & non facere meliùs suum ad hoc, quod mala vitentur, nec permittere, vt increscant, & diu impunita remaneant, quia ex hoc oritur multis peccandi audacia. Cumq; Deus sit sapientiæ, & potentiæ, imò, & iustitiæ penitùs infinitæ, videtur, q̄ ipse regimen, ac gubernationem non habeat vniuersi, præsertim cum mala in pluribus fiant. 3.

¶In contrarium sunt auctoritates, & plurimę rationes. Scriptum est enim in Iob, Quem enim aliū posuit super terram? aut quem constituit super orbem, quem fabricatus est? Et in libro Sapientiæ: Aequaliter ei cura est de omnibus. In oppositum. Iob 34. Sapien. 12.

¶Ad hoc Antisiodorensis respondet in Summa sua libro primo: Prouidentia Dei est diligentia animi, qua subditis suis, & rebus creatis necessaria ministrat, siue sint bona, siue mala pœnalia, quæ Deus flagellat homines ad correptionem, & emendationem. Vnde secundum Damascenum, prouidentia est voluntas Dei, per quam, quæ sunt, omnia conuenientem ducatum suscipiunt. asserit quoque, quòd prouidentia Dei est duplex. Vna secūdum acceptationem, alia secundum concessionem. Prouidentia secundum acceptationem, est circa ea, quæ ipsa traditione sunt bona, vt gratia, & gloria. spiritualia quippe bona dat Deus ex corde. Prouidētia secundum concessionem, est voluntas Dei consequens ex nostra culpa, sicut punire, quod nobis infligitur ex nostro peccato. Hanc prouidentiā vocat Damascenus derelictionem, quam in duas diuidit species: quoniam quædam est derelictio dispensatiua eruditiua, alia est finalis desperatiua, qua incorrigibiles relinquūtur. Derelictio verò dispensatiua, est ad directionem salutem, & gloriam patientis, vel ad alterius imitationem, atque profectum, seu ad gloriam Dei, & hanc diuidit in species septem. Prima est, cum concedit incidere calamitatem, quatenus virtutem in homine latentem alijs manifestet, vt in Iob. Secunda, dum concēdit magnū ineconueniens fieri, vt magnū, & mirabile opus conueniens inde sequatur, vt patet in Christi occisione. Tertia, dum concedit virtuosos pati aduersa, ne à recta cōscientia, aut de collata gratia excidant, sicut in Paulo. Quarta, cum derelinquitur quis ad tempus in afflictionibus ad aliorum directionem, aut instructionem, vt in Lazaro hulceroso. Quinta, cum relinquitur quis in aduersis in alterius gloriam, sicut in cæco nato. Sexta, dum conceditur quis pati ad aliorum zelum, inflammationem, & imitationem, quatenus eorum exempla studeant imitari, vt in martyribus. Septima, dum cōceditur quis incidere opus nefarium, vt à malo curetur priori. vt dum quis de virtutibus intumescens, permittitur fornicationē incidere, quatenus p casum suū veniat in propriæ sensum infirmitatis, & humilietur, cōfiteaturq; Dominо, Augustinus quoq; testatur, qđ omnis pœna, quæ Antisiod. Damasce. Duplex est Dei prouidentia. Derelictio Dei dispēsatiua fit septē modis. Auguſt.

quæ in præsenti infligitur: aut infligitur ad purgationem, aut ad conseruationem, aut ad initium pœnæ æternæ. ideo asserit Damascenus: Oportet scire quòd omnes tristes superuentiones (ideſt, aduersitates) ad salutem ingeruntur his, qui in gratiarum actione suscipiunt eas. Hæc Antisiodorensis.

Tho. Aqu. ¶At verò Thomas: Hæc, inquit, quæstio ab omnibus ferè sapiētibus ventilata est. idcirco oportet diuersorum positiones recolere, quatenus abiectis erroribus viam sequamur veritatis. Quidam igitur prouidentiam Dei totaliter negarunt, dicentes omnia casu contingere, sicut Democritus, & antiqui naturales causam agentem negantes, & materialem causam ponentes, quæ opinio à posterioribus Philosophis satis est improbata. Alij posuerunt prouidentiam Dei esse quarundam rerum, nō omnium: quorum quidam dixerunt prouidentiam Dei extendi ad species, non ad indiuidua, nisi, quæ necessaria sunt ad consistentiam, & ordinem vniuersi: quia dixerunt id, quod exit cursum suum, legibus prouidentiæ non subesse. vnde ea, quæ frequenter deficiunt à cursu ordinato, putabant non esse prouisa, vt particularia generabilia, & corruptibilia. Et ista opinio imponitur Aristoteli, quamuis ex verbis suis expresè haberi non valeat. Verum commentator suus expresè ponit eam 11. Metaphyficæ. Ait namque, Non est fas bonitati diuinę, habere de singularibus solicitudinem, nisi secundum, quòd communicationem habent in natura communi, v t, quòd aranea faciet telam, & huiusmodi alia. Hæc autem opinio perfida tollit iudicium Dei de actibus hominum. Hinc alia fuit opinio, quòd Deus prouidentiam habeat de omnibus iam præactis, & de indiuiduis hominum, etiam secundum particulares actus eorum. & hæc est positio Rabbi Moysi, rationem assignantis, quia in quo libet homine est intellectualis natura, per quam apprehendit formam speciei, inquantum est species, cui, & rationem vniuersalitatis attribuit. ideo non deseritur à prouidentia Dei, quæ directè est specierum, & præsertim quoniam homo per splendorem intellectus communicat aliqualiter cum substantijs separatis, quæ quantum ad indiuidua, cadunt sub prouidentia. sed quia diuina cognitio æqualiter est singularium, & particularium, & eius, qui summè bonus est, est omnia ordinare in finem, secundum quod nata sunt, inconueniens est particularium seu singularium aliquorum prouidentiā Deo non attribuere, præsertim cum in Euangelio Dominus dicat: Vnus passerum non cadit super terram sine patre cœlesti, ideſt sine prouidentia eius. Aliorum ergo positio est, quòd Deus prouidentiam omnium habeat. sed horum aliqui dicūt, omnium prouidentiam æqualiter esse in Deo, qui ex hoc incidunt tres errores. quidam enim æstimantes similiter esse prouidentiam bonorum, & malorum, cum hæc duo, scilicet bona, & mala, nequeant esse intenta ab vno agente, posuerunt duos Deos, quorum vnus (videlicet Deus lucis, essentialiter bonus) prouideret bona, alius (vtpotè Deus tenebrarum, substantialiter malus) prouideret mala, iuxta hæresim Manichæi. Hęcq; opinio à sanctis, & Philosophis est reprobata, quia malum non habeat causam efficientem, nec est per se intentū. Alij æstimantes, quòd similiter sit prouidentia contingentiū, & necessariorum, dixerunt omnia de necessitate accidere, negantes libertatem arbitrij, & contingentiā rerum, quod ad sensum cōstat esse falsum. Alij imaginantes similiter prouidentiam esse rationaliū, & irrationalium creaturarum dixerunt nihil mali etiā brutis accidere, quod non sit eis prouisum in pœnam, aut in maioris præmij occasionem. propter quod dicunt peccatum esse, occidere brutum sicut & hominem, quod, & quidam hæretici nostri temporis senserunt. Sed quia hæc omnia sunt à fide penitus aliena, dicendum, quòd omnium est prouidētia, sed non modo eodem, prouidentia enim dispositionem includit, quæ in rebus determinat ordinē in diuersarum naturarum gradu saluatum. Cumq; prouidentiæ sit non destruere ordinem rerum, esse ctus prouidentiæ expletur in rebus secundum conuenientiam rerum, prout natę sunt consequi finem suū. Vnde 4. capitulo de diuinis nominibus S. Dionysius loquitur: Non est prouidentiæ Dei naturam rei destruere, sed saluare. ideo Deus quasdam res ita instituit, vt secundum suam conditionem consequantur finem sibi præfixum per principium, quod est natura tantum, sicut in omnibus irrationalibus: in alijs super hoc principium addidit voluntatem. In his, quoque consequuntur finem suum per principiū, quod est natura, est aliquis gradus: quia quorundam natura impediri non potest à sui cōsequutione effectus, ac finis, & iste est illis altior gradus, sicut est in illis corporibus cœlestibus, in quibus nihil contingit non intentum à Deo ex defectu ipsorum, propter quod asserit Auicenna, quod super orbem Lunæ non est malum, loquens de malo naturæ. Alius naturæ gradus est potens deficere, ac impediri, vt natura generabilium, & corruptibilium, & quamuis natura illa sit in bonitate illa inferior, attamen etiam bona est, & melius est esse vtranque quam alteram tantum. Si aūt Deus contulisset huic naturæ, quòd nunquam posset deficere, iam non esset hæc natura, sed altera, in quo derogaretur perfectioni totius vniuersi. Hanc ergo naturam condidit Deus, prænoscens defectum ei contingentem, qui est malum naturæ, sed non intendens hoc malum: sed ita prouidit, vt si malum cōtingeret ex defectu alicuius naturę, quod ordinaretur in bonum, sicut videmus, quod generatio vnius, corruptio est alterius. & iste modus prouidentiæ extendit se vsque ad bruta inclusiuè, quæ potiùs aguntur instinctu naturæ, quàm voluntatis electione. ideo malū quod contingit in eis, recompensatur per bonū naturæ, non per bonum præmij, sicut, quod mors muscæ est cibus aranеæ. Sed in nobilioribus creaturis inuenitur aliud principium præter naturam, quod est voluntas: quod quanto viciniùs est Deo, tanto à necessitate naturalium causarum magis est liberū. ideo ex sua conditione rectum ordinem potest tenere tendēdo in finem, & item deficere. Si aūt ineuitabiliter, aut indeuiabiliter tenderet in finem per diuinam prouidentiam, iam tolleretur ab eo cōditio suæ naturæ, vt S. Dionysius protestatur. idcirco à Deo est taliter institura, vt etiam possit deficere, ita quod in potestate eius sit deficere, & non deficere, quod non contingit in defectu naturalis principij. Et istos defectus voluntatum contingentes præter intentionem diuinæ prouidentiæ, præsciuit Deus, & ordinauit eos in bonum non tantum naturę, sed etiam singularis gratiæ, sicut in bonum iustitiæ, qđ efficitur dum culpa per pœnam ordinatur, & in bonum voluntatis aliorum, qui per eorum nequitiam vel corrigūtur de suis peccatis, vel in gratia, & gloria crescunt, atq; in multa alia bona, quæ humana mens non sufficit capere modo, nec explicare. Vnde constat, qđ bonū, & malum subiacēt diuinæ prouidētiæ, sed malum tanq̄ præscitum, & ordinatum,

Matt. 10. Luc. 12. Auicenna. Dio. Are. Dio. Are.

non vt à Deo intentum: bonum verò, tanquàm, & intentum ab eo: sed necessarium ita, vt deficere nequeat: contingens verò ita, vt possit deficere: voluntarium autem ita, vt præmiũ consequatur, aut pœnam, aut in præmium, pœnamve alicuius ordinet. Sed naturale, ita, ꝙ consequatur naturalem finem, si bonum est: &, cedat in finem alterius naturæ, si malum est. Præterea si his obijciatur, Omne prouisum consequitur, vt in pluribus, suum finẽ, sed malum inuenitur, vt in pluribus, præsertim in rebus, actibusque humanis. Item prouidentiæ est gubernare, sed multa contingunt in hoc mundo inordinatè tam in rebus naturalibus, vt ꝙ æstates sunt pluuiosæ, hyemes siccæ: tam in hominibus, vt quod iusti ab impijs opprimuntur: tam in brutis, vt qđ animalia mansueta, & innocentia à feris deuorantur.

Obiect. 1.

¶ Dicendum quòd malum accipi potest tã in naturalibus, quàm in rebus humanis. si in naturalibus clarum est, qđ malum, vt in paucioribus accidit, tũ secundum suppositа, quia malum naturæ non accidit, nisi in sphæra generabilium, & corruptibilium, quæ paruæ est quantitatis respectu cœlestium corporum, in quibus malum esse non potest, quia incorruptibilia sunt, & motus eorum inordinationẽ habere non valent: tum etiam considerando eorũ effectus, quoniam causæ naturales, vt in pluribus consequuntur effectus suos. In voluntarijs verò, quantum ad numerũ, inuenitur malum, vt in paucioribus, vt in natura Angelica, quoniã multo plures manserunt stantes, quàm corruerunt, & forsitã plures, quàm sint dæmones, hominesq; damnandi. Verum in hominibus malũ, vt in pluribus accidit, cuius duplex est ratio. Vna, corruptio generalis, seu fomes ex originali peccato proueniens. alia, est ipsa humanæ naturæ cõditio, quemadmodum enim in naturalibus triplex est gradus. Nam aliquid habet tantum esse in actu, & * hinc nullus effendi defectus potest accidere, vt est corpus cœleste: aliquid est quod est tantum in potentia, & hoc semper habet defectum, nisi remoueatur per aliquod agens, eam in actum reducens. Est etiam aliquid quod habet actum admixtum priuationi, & hoc operat rectè ex principio dirigente, deficit tamẽ in parte minori, vt patet in natura generabilium, & corruptibilium. Ita in intellectualibus est quædam substantia intellectualis, existens purus actus, à quo nil mali procedere potest, vt Deus. Est quoque quædam intellectualis natura cui admiscetur potentia, tamẽ in sua natura, habet actum dirigentem in operatione, vt Angelus. ideo deficit, vt in paucioribus. Porrò in natura humana perfectiones secũdę, quibus opera diriguntur, non sunt innatæ, sed infusæ, vel acquisitæ. Hinc natura humana in se considerata, æqualiter, & indifferenter se habet ad omnia, vel intelligenda, vel facienda. & quoniam malum accidit varijs modis, bonum verò vno modo, ideo, vt in pluribus flectitur in malum. sic nanq; considerata natura humana, nondũ est, vt agens perfectum, nisi respectu naturalium operationum, non respectu moralium, & intellectualium actionum. Tunc verò est agens perfectum, quo ad omnes suas operationes, quando ornata est perfectionibus suis secundis, quæ sunt virtutes: quibus cum fuerit actuata, determinatur ad bonum, vt in maiori parte in statu viæ, vel semper sicut in patria.

Dilutio 1.

ad 2. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd quicquid est in mundo, est ordinatum, quamuis ratio ordinis nobis non appareat in quibusdam, præsertim in volũtarijs: quia malis hominibus quandoq; bona quandoque mala eueniunt, similiter bonis hominibus, verum ratio huius ordinis scitur à Deo, quemadmodum medicus scit cur quibusdam ægris, quandoq; det calida, aliquando frigida, similiter sanis: quod tamen ignorans artem medicinę, miratur, vt dicit Boetius. Illa tamen inordinatio non inuenitur in his, ad quæ per se ordinãtur opera humana, & quæ sunt homini p se bona, aut mala. etenim opus bonum semper habet præmiũ virtutis sibi adiunctum, vitium verò præmium impietatis. sed per mixtio illa cõsistit in bonis, & malis corporalibus, quæ nõ sunt per se hominis bona. nihilominus prouidentia Dei ordinat etiã huiusmodi bona, & mala homini in gloriam, & profectum, aut in maiorẽ damnationem, & in declarationem diuinæ iustitię in finali iudicio. Hæc Thomas in Scripto.

Boetius.

¶ Denique ad intelligendum, quid sit prouidentia, aduertendum qđ scribit hic Thomas: Tria hæc, scientia, dispositio, prouidentia, habent se per additionem vnius ad alterũ. Cumq; de creaturis Deus scientiam habeat practicam, considerանda est scięntia Dei instar scientiæ artificis. Artifex autem præconcipiendo suum artificiatum, primò considerat finem operis sui, deinde media rei à se fiendæ, ad finem illum, seu media ad consequendũ finem valẽtia, ordinem quoq; partium adinuicem. Tertiò considerat accommoda fini intento, & obstaculorum remotionem, quæ excogitatio nominatur scientia ratione solius cognitionis: ratione verò ordinis excogitati in re fienda, dicitur dispositio: Ratione autem eorum, quæ promouent, atque accõmoda sunt ad finem, prouidentia nominatur. Prouidus quippe vocatur, qui benè coniectat de cõferentibus ad finem, & de remouendis impedimentis. Hinc, & in Deo dicitur esse scientia secundum quod habet cognitionem suijpsius, & eorum, quę facit. Dispositio verò fert esse in Deo ratione duplicis ordinis quẽ ponit in rebus, videlicet rei ad rem, secundũ quod iuuant se inuicem ad consequendum vltimum finem, & etiam totius vniuersi ad finem, sicut Philosophus 2. Metaphysicę tangit, vbi ponit exemplum de ord.ne partium exercitus adinuicem, & ad bonum principis. Prouidentia quoque vocatur, secũdum quod rebus sic ordinatis tribuit procuratiua, conseruatiuaque ordinis, & inordinationem expellit. Hæc Thomas in Scripto.

Philoso.

art. 1. ¶ Insuper in prima parte Summæ quæstione 22. testatur: In rebus creatis est bonum non solũ quantum ad earum substantiam, sed, & quantum, ad ordinem earum in fine, præcipuè in vltimum finem, qui est bonitas diuina, seu participatio eius. ergo hoc bonum ordinis vniuersi in creaturis existens, à Deo profluxit. ideo conuenit ei prouidentia rerũ.

art. 2. Rursus, cum Deus sit causa rerum per intellectum, sicq; rationem cuiuslibet sui effectus in ipso præexistere sit necesse, ratio autem ordinandorũ in finem prouidentia appelletur, patet, ꝙ vniuersorum prouidentia sit in Deo: omnia quoq; diuinæ prouidentiæ sunt subiecta, & in singulari. cum enim agẽs agat propter finem, tantum extendit se causalitas primi agentis, inquantũ se extẽdit ipsum esse, quod est proprius Dei effectus. ideo causalitas primi agẽtis extendit se non solum ad principia speciei, sed etiam vsq; ad principia indiuidualia. Hinc cuncta, quæ habent esse à Deo, sunt ordinata ad finem, & subijciuntur prouidentiæ Dei, iuxta illud Apostoli: Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. ¶ Si verò obijciat, ꝙ omnis sapiens prouisor excludit defectũ, & malum quantum potest, ab his quorum gerit curam, cumq;

Rom. 13.

Obiectio.

cumq; Deus omnipotens sit, videtur quòd sit prouidentiam rerum haberet, tot mala in rebus non essent.

Dilutio. ¶ Dicendum, quòd aliter est loquendum de eo, qui vniuersorum curam gerit, aliterque de prouisore particulari. Particularis namque prouisor bonus, potens, & sapiens, excludit malum pro posse ab eo, quod suæ subditur curæ: vniuersalis aũt prouisor permittit quosdam defectus in particulari cõtingere, ne impediatur bonum totius. Hinc Deus omnium vniuersalis prouisor, finit quædã fieri mala, ne bonũ totius vniuersi impediatur. si enim omnia mala impedirentur, multa bona vniuerso deessent. nam si non fuisset persequutio tyrannorũ, non fuisset patientia martyrum: & vita vnius animalis, dependet ex occisione, & deuoratione alterius.

Quæstio. ¶ Amplius, si quæratur an Deus immediatè cunctis prouideat seu vniuersorum prouidentiam habeat respondendum, quod ad prouidentiam pertinent duo. primum est ratio, & dispositio ordinis rerum prouisarum, ac ordinatarum in finem. Secundum est exequutio ordinis huius, quæ gubernatio nuncupatur. Quantum ad primum horum, Deus immediatè omnibus prouidet: quoniam in suo intellectu habet omnium etiam minimorũ rationẽ: sed quo ad secũdum, sunt aliqua media prouidentiæ Dei, qui inferiora regit per superiora, nõ ex insufficientia sua, sed, vt dignitatem suæ prouisiuæ causalitatis creaturis suis quibusdam cõmunicet. Hæc Thomas in Summa. In Summa quoque contra gentiles libro tertio per multa capitula diffusiùs scribit de his.

Alexãder ¶ Insuper Alexãder de dispositione, & prouidentia Dei scribit præclarè: Quamuis, inquiens, aliqua, quæ sunt in hoc mundo, in seipsis considerata videantur confusa, & inordinata, tamẽ respectu prouidentiæ Dei bene ordinata consistunt. Cuius exẽplum ponit Augustinus, sicut quando est collisio

Auguſt. nubium, videtur in vaporibus esse confusio, dum terrestre apparet superiùs, igneum verò inferiùs. nihilominus hæc, quæ videtur confusio, est recta ordinatio respectu vniuersi, cuius ordini cõgruit ita. Conformiter dum pluit in aliqua parte terrę, quãuis forsan noceat illi parti, tamen sm ordinem vniuersi sic expedit. Vnde, vt tangit scriptura, multa in hominibus indecennia, & peruersa videntur sm se, quæ quo ad dispositionem diuinæ prouidentiæ, iusta, & decenti ratione proueniunt, vt quod in Ec

Eccleſ.10. clesiaste Salomon loquitur: Vidi stultum positum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. qđ

Iſaiæ 33. intelligit de diuitibus moribus, iuxta illud in Isaia:

Eccleſ.10. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia. Item, Vidi, in-

Prouer. 3. quit, seruos sedentes in equis, & principes ambulãtes quasi seruos super terram. Vnde, & in Prouerbijs: Per tria, ait, mouetur terra, & quartum sustinere non potest. per seruum, cum regnauerit: per stultum, cum saturatus fuerit pane: per odiosam mulierem, cũ in matrimonium fuerit assumpta: & per ancillam, cum hæres fuerit dominæ suæ. Hęc, & cõsimilia, quæ in se mala, & exorbitantia esse videtur, ordinata sunt respectu prouidentiæ Dei, qui ex malis elicit bona, & ipsis bonis, sapientibusq; hominibus facit esse proficuum, quod sunt deorsum, aut deprimuntur per stultos, quod sæpè contingit ad probationem iustorum, meritumque eorũ, vt patet in Iob, atque Thobia. Impij quoque ad maiorem suam damnationem, vel pro remuneratione bonorum ex genere, quæ gesserunt, prosperitatibus gaudent. quod totũ mirum, & irrationabile esse appa-

ret his, qui horum rationes ignorant, in quorũ persona dicitur: Iustus es domine si disputem tecum. veruntamen iusta loquar ad te. quare via impiorũ prosperatur, & benè est his, qui agunt iniquè? Vnde, & Habacuch clamat ad Dominum: Quare non respicis super iniquè agentes, & taces deuorãte impio iustiorem se? Hinc Damascenus primo asserit libro: Necesse est omnia, quę prouidentia fiunt, recta fieri ratione, & optimè, ac decentissimè euenire.

Ierę 12.

Habac. 1.

Damaſce.

Obiectio ſoluitur. Matt. 20. ¶ Si aũt obijciatur, quod multi sunt reprobi, & pauci electi, quod videtur prouidẽtię derogare, quòd in tam paucis fortitur effectum, cum tamẽ omnes, velit saluari: dicendũ secundũ Augustinum, benè dispensauit dominus, vt nec omnes damnaret, nec oẽs saluaret: quia si omnes saluarẽtur, lateret quid pro peccato per iustitiã deberetur: & si nulli saluarent, lateret, quid gratia largiretur: qm̃ sine dubio quantũ ad originale pertinebat peccatum, oẽs fuerunt pares: sed misericordia, quos voluit, discreuit saluandos. Porrò, quod plures sunt mali, & reprobi, non est à Deo, sed à libero arbitrio deficiente. & quoniam pronior est homo ad vitia, q̃ ad virtutes, & quia per se, & ex se habet homo corruere, & peccare: resurgere vero, mereri, proficere, & saluari, non habet nisi ex gratia Dei. Hæc Alexander. Concordat Petrus, Richardus, Albertus, Vdalricus, Aegidius, & Durandus, alijsq; communiter.

Auguſt.

Soluũtur argumẽta initio quæſti. adducta. 1. Cor. 3. ad 2.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quod Apostolus intendit asserere, quòd Deo nõ est cura de bobus, & brutis eo modo, quo de rationalibus creaturis: nõ autem, ꝙ omnino excidant à prouidentia Dei. simili modo accipienda sunt verba Hieronymi. ¶ Ad secundum, quod nihil est viliùs corã Deo, quàm peccatum, & tamen ea cognoscit. Viles quoque creaturas Deus cognoscit sm modum excellentiæ suæ non viliter, idq; pertinet ad beatitudinem, & excellentiam Dei, de cũctis cognoscere quid sint, & qualiter ab ipso dependeant, & quãtum à sua perfectione deficiant: quibus omnibus prouidet Deus absq; inquietudine, & occupatione, seu molestatione, & minoratione suæ superdulcissimæ trãquillitatis, & pacis, ac gloriæ. Ad tertiũ patet ex dictis responsio.

ad 3.

QVAESTIO III.

POtest quoque hic quæri, *Et quidam quærunt hoc loco, quid sit fatum, & qualiter a prouidentia distinguatur.* ¶ Videtur quod fatũ nequaquàm ponendum sit, cum in homilia dicat Gregorius: Absit à fidelium mentibus, vt fatum aliquid esse dicãt.

Gregor.

¶ Secundò, quia nonnulli Astrologi affirmant, fata volentem trahunt, nolentem cogunt.

¶ In oppositum est doctrina Boetij.

In oppoſitum. Alexãder.

¶ Ad hæc Alexãder respondet: Duplex est fati acceptio. nam primo dicitur lex astrorum, quæ rebus singulis fertur necessitatem imponere, imo, & libero arbitrio. atq; de fato sic sumpto, rectè dixit Gregorius sanctus, ꝙ nihil sit: quia (vt patuit) liberum arbitrium, & actus humani nequaquàm necessitate fatali reguntur, sed liberè prodeunt. Secundò dicitur fatum dispositio quædam in temporalibus rebus, relicta ex prouidẽtia Dei. sicq; diffinit Boetius:

lib. 4. proui. 6. Fatum, inquiens, est eorum, quæ diuina simplicitas gerenda disposuit, mobilis nexus, temporalisq; ordo. Et rursus: Fatum est rebus mobilibus inhærẽs dispositio, qua prouidentia suis quæque nectit ordinibus. Et ita est aliquid, & est quid creatum, propriusq; effectus diuinæ prouidentiæ. Aliquando tamen impropriè sumitur pro dispositione seu volũ-

tate

Augustin. tate diuina. Vnde quinto de ciuitate Dei loquitur Augustinus: Prorsus diuina prouidentia constituũ tur regna humana, quam si quis fati nomine expri mat, linguam corrigat, sentẽtiam teneat. Et denuo: Ordinem causarum, vbi voluntas Dei plurimũ po test nõ negamus, neque fati vocabulo appellamus, nisi forte fatum à fando dictum intelligamus. porro fatum dicit naturam rei non solum absolutè, sed etiam relationem, seu ordinem. fatum nanque est dispositio, seu nexus quidam relictus ex Dei prouidentia, ordinante, & connectente causas, & habitudines rerum. potest ergo fatum describi in relatione eorum duntaxat, quorum est, sicq; describit Boethius, dicens. Fatum est eorum, quæ diuina simplici tas gerenda disposuit, mobilis nexus, atque ordo tẽporalis. Potest quoque describi non solum in relatione ad ea, quorum est, sed etiam in ordine ad suã causam, uidelicet prouidentiam Dei: & sic describit
plo. li. 4. Boethius, dicens: Fatum est rebus mobilibus inhærens dispositio, qua prouidentia &c. Est itaque differentia hæc inter fatum, & prouidentiam, quod prouidentia Dei connectit res quadam indiuisione, atque immutabilitate. Fatum vero connectit eas, ut sunt distinctæ, atque mutabiles. Idcirco Boethius inquit: Prouidentia pariter, quamuis diuersa, quam uis infinita complectitur, fatum uero singula dirigit motu, locis, formis, temporibus distributa, ita ut hæc temporalis ordiuis explicatio in diuinæ mentis adunata prospectu, prouidentia uominetur: eadem vero ordinatio, ac adunatio in rebus digesta, temporibusq; explicita, fatum uocetur.

Obiectio. ¶ Verum his obijci potest. uidetur. n. quod fatũ non sit mobilis nexus, sed prorsus immobilis, cum dicat Boethius: Hoc, scilicet fatũ, actus fortunasq; hominũ indissolubili causarũ cõnexione cõstringit.

Dilutio. ¶ Respondetur, quod fatalis series dicitur constringere indissolubili causarum connexione, quoniam continet eas indissolubiliter sub periodo ordinata à diuina prouidentia, quæ causæ cum ab immobilis prouidentiæ proficiscantur exordijs, ipsas quoque immutabiles esse necesse est. Dicitur ergo fatum constringere res incommutabili connexione causarum, quia coercet eas, vt vna non habeat, quod alterius est, nec potest euagari extra id, quod diuinitùs ordinatum est, seu præuisum. Veruntamen immobilitas ista non est mobilitati præfatæ ipsius fati contraria: quoniam intelligenda est per comparationem ad prouidentiam Dei.

Quæstio. ¶ Quæritur interea, qualiter verum sit, quòd fatum asseritur esse dispositio relicta in rebus ex ui syderum. Respondendum, q̃ tria sunt genera dispositionum in hominibus. quædam nanque tam pure sunt naturales, quòd non subsunt arbitrio libero, vt quòd aliquis est longus, aut breuis, albus aut niger, & in has possunt syderum vires. Aliæ sunt, quæ quamuis sint naturales, tamen liberum arbitrium potest iuuare ad eas, ut sanitas, ægritudo. Aliæ sunt dispositiones, quæ non sunt naturales, sed subsunt libero arbitrio hominis, aut quorũdam spirituum, vel primæ causæ: vt quòd aliquis sit fur, quòd subest hominis uoluntati, seu maligno spiritui suggerẽti, & non naturæ. Similiter quod aliquis sit religiosus, non subest naturæ, sed uoluntati Dei gratia infundentis: & in his loquendo simpliciter non habet posse vis siderum, quãuis quidam philosophi hoc putabãt, dicẽtes quod per fatum rei, seu cõstellationem posset prænosci, qualis quis esset futurus, quantum ad dispositiones has tertias, quod est falsum. tamen uis sideris habet bene vim inclinãdi, nõ necessitandi: sicut natus sub Marte est calidus: & ex hoc habet inclinationem ad irã, non necessitate. Et hoc multipliciter probat Augustinus in homilia euangelij. Cum natus esset Iesus. Refert etiam Augustinus
Augustꝰ. Matth. 2. quinto de ciuitate Dei de duobus, de quibus Hippocrates recitauit, quod eodem tempore infirmabantur, eodemque tempore ingraue scebant infirmitates eorum, atque eodem tempore alleuiabantur, vnde interrogatus Posidonius astrologus, re
Posidon. Hippocr. spondit hoc esse, quia eadem constellatione fuerant nati. Hippocrates verò respondit hoc esse, quoniam ab eisdem parentibus nati essent, & vno concubitu concepti, vnoque editi partu. Augustinus vero rectæ testatur, quòd causa fuit magis origo, seu causa intrinseca, puta complexio, humor, medicina, victus, & cõsimiles causæ propinquæ, quàm causæ illæ remotæ. Hæc Alexander.
Quæstiõ.

¶ Qui etiam scisitatur, an omnium sit fatum, quorum est prouidentia. Et respondet, omnia quæ fato subsũt, prouidentiæ quoque diuinæ subijciũtur, non ècontra, quædam enim exeunt simpliciter de non esse in esse, quorum Deus est tota causa: quædam verò exeunt simpliciter de non esse in esse, quorum tamen Deus non est tota, & solum immediata causa, sed mediantibus causis naturalibus, ac secundis ea producit, ut patet de inferioribus istis. Horum principia, quãtum ad id, quòd à Deo sunt, & habent vim quantum ad esse suum, non subiacent fato, sed prouidentiæ solum: subiacent tamen fato, quantum ad actus suos, & operationes, quorũ ipsamet sunt causæ, aut concausæ. Hinc generaliter operationes, & operata, quæ sunt immediatè à Deo seu à prouidentia eius, vt à tota causa, non subiacent fato, cętera subiacent ei, quantum ad id, quod in eis est à causis secundis, vt declarat Boethius, qui quarto de consolatione philosophiæ de
Boethius. his diffusè pertractat, vbi, & manifestat, in quibus tanquam in causis radicetur fatum, quod constat esse in causis secundis. Hæc Alexander.

¶ Præterea de hac materia loquitur Thomas: Quæritur primò, an fatum sit aliquid. Respon- 1.p.q.116. art. 1. dendum, in inferioribus quædam à casu, & fortuna contingunt. interdum autem est aliquid casuale, aut fortuitum, quantum ad causas inferiores: quod tamen relatum ad causam superiorem, est per se intentum: vt si duo serui alicuius domini ad locum mittantur eundem, vno de altero nil sciente, occurrus ille seruorum, quo ad ipsos, est casualis: quo ad dominum eorum, est intentus. Quidam ergo casualia, atque fortuita in nullam superiorem causam reducere voluerunt, & hi fatum prouidentiamq; negarunt, vt quintò de ciuitate Dei refert
Augustꝰ. Augustinus de Tullio. quidam verò casualia, & fortuita in cælestia corpora tanquam in causam reduxerunt superiorem, dicentes fatum esse dispositionem syderum, in qua quisque conceptus natusve dicitur. quod stare non valet, quoniam (vt probatũ est) actus humani non subduntur actioni cęlestium corporum, nisi per accidens, & indirectè. porrò fatalis causa cum habeat ordinationem super ea, q̃ fato subduntur, oportet vt sit directè, & per se causa eius, quod agitur. Insuper quod per accidens fit, non est propriè vnum, neq; ens. omnis vero actio naturæ, terminatur ad aliquid vuum. Vnde impossibile est vt id, quod est per accidens, sit effectus per se alicuius naturalis principij. Idcirco dicendum, quod casualia, & fortuita reducuntur in diuinam prouidentiam, tanquam in causam superiorem præordinantem: quia nil prohibet id, quod est

ter

per accidens, accipi tanquam vnum quid ab intellectu. Alioquin intellectus formare non posset hãc propositionem: Fodiens sepulchrum, inueniet thesaurum. & sicut intellectus hoc potest concipere, ita potest hoc ipsum efficere, sicut si quis sciat in quo loco absconditus sit thesaurus, instiget alium hoc nescientem ad fodiendum ibi sepulchrum. & ità nil probet ea, quæ casualiter fiunt, reduci in causam superiorem ordinantem intellectualiter operantem, præsertim in intellectum diuinum, qui solus potest ad libitum suum immutare voluntatem. Ideo soli Deo attribuenda est ordinatio præcipua actuum humanorum, quorum principium est volũtas. Sic ergo inquantum omnia, quæ hic aguntur, prouidentiæ diuinæ subduntur, tanquam per eam pręordinata, & quasi ploquuta, ponere possumus fatum, quanquam sancti doctores nomine fati recusauerint vti, propter eos, qui ad vim syderum retorserunt hoc nomen. Hæc Thomas in Summa.

Quæstio. ¶ Vbi quærit secundò, An fatum sit in rebus, & causis creatis. Ad quod respondet: Diuina prouidẽtia per causas medias exequitur suos effectus. Deinde responsionem istam prosequitur, quemadmodum Alexander, & addit: Fatum dicitur dispositio non, quæ est in genere qualitatis, sed relationis, cũ sit ordo, qui per comparationem ad suum principium, quod est prouidentia Dei, est vnus, sicq; dicitur vnum fatum: si autem consideretur per comparationẽ ad effectus, qui cadunt sub fato, siue ad cãs medias, ac creatas, multiplicaẽ, iuxta illud poetę:

Te tua fata trahunt.

Hinc fatum est accidens, non substantia. Hæc idẽ.

Quæstio. ¶ Ad quæstionem quoque, qua quærit, An fatum sit immobile, sic respondet: Secundarum dispositio causarum, quæ fatum vocatur, dupliciter consideratur. Primò, secundum ipsas causas secundas, quę sic disponuntur, seu ordinantur: alio modo per relationem ad primum principium, à quo ordinantur, scilicet Deum. Quidam ergo dixerunt seriem, seu dispositionem secundarum causarum, secundũ se necessariam esse, ita quòd cuncta de necessitate contingerent, eo quòd vnumquodque causatum suam habeat causam. causaq; posita, necesse sit poni effectum, quod ex præhabitis constat esse erroneum. Alij ecõtrario dixerunt fatum esse mobile, etiam secundum quod à prouidentia dependet diuina. Vnde Gregorius narrat Nyssenus, quod quidam Aegyptij asserebant fatum quibusdam sacrificijs posse mutari, sed hoc immobilitati repugnat
Gregoriꝰ Nyssenus. prouidentiæ Dei. Idcirco dicendum, quod fatum quantum ad causas secundas, est mobile: sed prout subest prouidentiæ summæ, immobilitatem sortitur, & necessitatem conditionatam, vtpotè si hoc, aut illud prouisum à Deo est, fiet. Hæc Thomas ibidem, qui etiam ad quæstionem hanc, an omnia fato subdantur, respondet sicut ex Alexãdro responsum est. Cum his coincidunt, & concordant, quæ
Th. cõtra gentiles. de fato scribit hic doctor in Summa contra gentiles tertio libro, vbi, & addit: In diffinitione fati, dispositio pro ordinatione accipitur: & additur, rebus inhærens mobilibus: ad designãdum, quod ordo prouidentiæ contingentiam, & mobilitatem rebus non aufert. Itaque secundum hanc acceptionẽ negare fatum, est negare prouidentiam Dei; sed quia cum infidelibus, nec nomina debemus habere communia, ne ex nominum consortium contingat erroris occãsio, non est fidelibus vtendum nomine fati, ne his consentire videamur, qui malè sentiunt de fato, omnia istis inferiora influentijs syderum de necessitate esse subiecta dicẽtes. Hæc ibi.

¶ Veruntamen si quis fati rationem exponat, vt Dio. Car. egit Boetius, non videtur periculosum vti eodem, sicut Boetius vir sanctus, atque catholicus vsus est, & multi doctores. ¶ His concordans Durandus: Durãdus. Quemadmodũ, inquit, verbum vocale est effatiuũ interioris conceptus, sic fatum diuinæ prouidẽtiæ, qm̃ quod præscientia diuina ordinatum est quadã causarum connexione, effatur. Prouidẽtia ergo, & fatum distinguuntur in multis. Primò ex parte subiecti, prouidentia namq; in mente est creatoris, fatum in causis secundis, cum sit secundarum ordo causarum reductus in Deum. Secundò, qm̃ fatum est quid creatum, ex prouidentia sicut ex increata causa dependens. Tertiò, quia prouidentia est æterna, fatum tẽporale. quod enim Deus ab æterno disposuit, & prouidit, fatũ tẽporaliter subministrat. Quartò, quia non oĩa subduntur fato, sicut prouidentiæ, prout iã patuit: & generaliter quãto aliqua viciniora sunt Deo, tanto minùs subduntur fato. Hæc Durandus. Cõcordat Thomas de Argentina.

¶ Aegidius verò superaddit quasdam fati acce- Aegidius. ptiones, quæ ad præfatas faciliter reducuntur, plures quoque ponit differentias inter prouidentiam Dei, & fatum, quas ex verbis trahit Boetij, quæ, & sub prætactis continentur, videlicet, quod prouidentia est simplex, & vna, fatum multiplex, & diuisum. Item quod prouidentia est immobilis, fatum verò mobile. Hæc Aegidius.

¶ Præterea de fato editus est pulcher libellus, q̃ sancto ascribitur Thomæ, in quo multum subtiliter pertractatur de fato. Vbi, & auctor tractatuli exponit diffinitionem fati, quam Hermes Trismegistus posuit, dicens: Fatum est causarum cõplexio, singula temporaliter distribuens, quę sacramento deorum cœlestium sunt præordinata. sic enim accipitur fatum pro forma ordinis esse, & vitæ inferiorũ, causata in ipsis ex periodo cœlestis circuli, qui radijs suis ambit natiuitates inferiorum. Porrò Deos cęlestes nominat Stellas, aut earum motores: sacramentum vero Deorũ, immobilem dispositionẽ esse, ac vitæ inferiorum istorum, quæ dispositio non exiat immobilis, prout in rebus ipsis digesta est: sed per relationem ad sui formalem originem, & fluit hæc forma à multis Stellis, & fitibus, & spatijs, & imaginibus, & coniunctionibus, & præuẽtionibus, ac multiplicibus angulis, qui describuntur ex interfecationibus radiorum cœlestium corporũ, productioneq; radiorum super centrum in quo est sol. In eodẽ opusculo pulchrè exponitur illud Ptolemęi: Sapiens dominabitur astris. Vbi asserit Commentator, qm̃ si effectus circuli cœlestis minorando humores disponit corpora ad quartanas, sapiens medicus hoc perpendens, per calida, & humida dispo nit corpora ad sanguinem. tuncq; excluso effectu cœlesti, non inducitur ipsa quartana. Frequẽter enim per qualitates elementares, & per contrarietates inuentas in materia, atque per diuersitatem dispositionum materiæ, impeditur, & excluditur effectus cœlestium corporum. Item in illo libello po nũtur, & aliæ fati acceptiones, videlicet, quod quãdoque accipitur pro morte ex dispositione periodorum inducta, iuxta illud in Anticlaudiano:

Liuor post fata quiescit.

Secundò pro dispositione diuinæ prouidentiæ de futuro progressu vitæ inferiorum. Hæc ibi cum a- Soluuntur argumẽta initio ẽsti. adducta. lijs multis notabilibus punctis.

¶ Ad argumenta patet solutio. Gregorius enim prohibet fatũ aliquid æstimari, prout infideles, &

quidam

quidam Philosophi de ipso loquuntur, quorum vnus fuit, qui dixit: Fata volentem rrahunt, nolentem cogunt.

Vdalric⁹. ¶Hinc quoque Vdalricus in Summa sua: Fatum, ait est modus profectus à diuina virtute in res, qui modus omnibus rebus prestituit causas, formas, & ordinem, & ita omnis operatio naturalis, & voluntaria, est à causa determinata, secundum quod ait Plato. Plato: Nihil est, aut fit, cuius ortum non precessit legitima causa etiam simpliciter propter finem determinatum, cum fatum effluat à prouidētia Dei, quæ nihil inordinatū relinquit Et dico simpliciter, quoniam quantum ad istum, vel illum, qui finem hunc non intendit, potest finis iste esse indeterminatus: sed propter nostram positionem non potest finis conuerti in nō finem: & hoc fieret si illud, quod vere est finis operationis huius, si iste ponatur eū intendere, non est finis determinatus, posito quod ipse eum non intendat: ergo simpliciter loquendo, operatio ista est propter finem. Si igitur fatum est, apparet, quod nullum opus naturę, aut voluntatis sit casuale, & hęc est obiectio Auicennę in suo Physicorum, pro cuius solutione sciendum, q̄ Deus vniuersa, quę causat, causat per prouidentiam, & per causas secundas dispositionem suam exequitur, quibus & eam infundit. De hac materia Vdalricus pulchrè prosequitur, sed quę scribit, sententialiter extant prehabita.

A

Quid sit prædestinatio, & in quo differat à præscientia.
Distinctio XL.

Augu. de prædestin. sanctorū. capi. 10.

PRædestinatio verò de bonis salutaribus est, & de hominibus saluandis. Vt enim ait Augustinus in libro de prædestinatione sanctorum: Prædestinatio est gratiæ præparatio, quæ sine præscientia esse non potest. Potest autem sine prædestinatione esse præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus: sed præsciuit ea Deus etiam, quæ non est ipse facturus, ideſt, omnia mala. Prædestinauit eos, quos elegit, reliquos verò reprobauit, ideſt, ad mortem æternam præsciuit peccaturos.

B

An aliquis prædestinatorum possit damnari, vel reproborum saluari.

Prædestinatorum nullus videtur posse damnari, nec reproborum aliquis posse saluari. Vnde Augustinus in libro de correctione, & gratia: In Apoc. inquit, dicitur: Tene, qđ habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus, ideſt, non potest augeri, vel minui. Ad hoc autem obijciunt quidam, nitentes probare numerum electorum posse augeri, & minui, sic: Posset Deus nō apponere gratiam quibus apponit, & posset subtrahere quibus non subtrahit: quod si *faceret, vtique damnarentur. Possent ergo damnari isti, qui tamen saluabuntur, posset itaque minui electorum numerus. Ita etiam posset augeri, quia posset augeri gratia quibus non apponitur, per quam saluarentur. Possent ergo saluari habita gratia, qui tamen sine ea damnabuntur. Posset itaq; augeri numerus electorum. Quibus respōdemus, ex ea ratione dictum esse, & verum esse, numerum electorū non posse augeri, vel minui: quia non potest vtrunq; simul esse, scilicet, vt aliquis saluetur, & non sit prædestinatus, vel, ut aliquis prædestinatus sit, & damnetur. Intelligentia enim conditionis implicitæ, veritatem facit in dicto, & impossibilitatem in vero. Si uerò simpliciter intelligatur, impossibilitas non admittitur: ut cum dicitur, prædestinatus potest, uel nō potest damnari, & reprobus potest saluari. In his enim, & huiusmodi locutionibus, ex ratione dicti dijudicanda est sententia dictionis. Alia namque fit intelligentia, si per coniunctionem hæc accipiantur dicta: atque alia, si per disiunctionem, ut supra cum de præscientia agebatur, prætaxatum est. Si enim cum dicis, prædestinatus non potest damnari, intelligas ita, ideſt, non potest esse, ut prædestinatus sit, & damnaretur, uerum dicis, quia coniunctim intelligis: falsum autem, si disiunctim, ut si intelligas istum non posse damnari, quem dico prædestinatum: potuit enim non esse prædestinatus, & ita damnaretur.

Augu. de correctione, & gratia, c. 13. a Apoc 3. c Oppositio. *fieret. Respōsio.

C

Quomodo adhuc instant quæstioni.

Obiectio. Veruntamen adhuc instant, & secundum coniunctionem argumentando, ita procedunt. Non enim, inquiunt, potest esse, ut aliquis prædestinatus sit, & damnetur. Vtrunq; istorum simul esse non potest, sed alterum horum non potest non esse, scilicet quin iste sit prædestinatus: ab æterno enim prædestinatus est, & non potest modo non esse prædestinatus. Cum ergo impossibile sit simul utrunq; esse, & impossibile sit alterum non esse, uidetur non posse alterum esse, scilicet, ut damnetur. Quod si est, ergo non potest esse, ut non saluetur. In huius quæstionis solutione mallē alios audire, quàm docere. Dicimus tamen de præscientia similem posse moueri quæstionem. Ideoque tam hic, quàm ibi unam facimus respōsionem, dicentes determinandum forè illud, cui innititur tota hęc quæstio, scilicet impossibile est alterum istorum non esse, scilicet quin iste modo sit prędestinatus:

Solutio ī qua mallet alios audire, q̄ docere.

destinatus: ab æterno enim iste prædestinatus est. Distinguendum enim est cum ait, iste non potest modo non esse prædestinatus, vel non potest modo esse, quin sit prædestinatus: hoc enim coniunctim, & disiunctim intelligi potest. Non enim potest esse, vt ab æterno sit prædestinatus, & modo non sit prædestinatus: nec potest esse simul, ut sit prædestinatus, & non sit prædestinatus: sed tamen potuit esse ab ęterno, quòd non esset prędestinatus, & potuit ab ęterno non esse prædestinatus. Et sicut ab æterno Deus potuit eum non prædestinare, ita conceditur à quibusdam, quòd, & modo potest Deus eum nō prędestinasse. Ab ęterno ergo potest Deus non prędestinasse eum, ergo potest iste non fuisse prædestinatus: si uerò non fuisset prędestinatus, nec modo esset prędestinatus, ergo modo potest non esse prędestinatus. Ita, & de præscientia, & præscitis dicunt, quòd in actionibus, vel in operationibus Dei, & hominum nullatenus concedunt. Ex quo enim aliquid factum est, uel dictū, non concedunt, quòd illud possit non esse, uel non fuisse: imò impossibile est, non esse, uel non fuisse, quod factum est, uel dictum, referentes possibilitatem, uel impossibilitatem ad naturam rei existentis. Cum uerò de præscientia, uel de prædestinatione Dei agitur, possibilitas, uel impossibilitas ad potentiam Dei refertur, quę semper eadem fuit, & est: quia prædestinatio, præsciētia, potentia, unum in Deo est.

D

Quid sit reprobatio Dei, & in quibus consideretur, & quis sit prædestinationis effectus.

Cumque prędestinatio sit gratię prępparatio, ideſt diuina electio, qua elegit quos uoluit ante mundi constitutionem, vt ait Apostolus: reprobatio econuerso intelligēda est, præscientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem. Sicut enim prædestinationis effectus illa gratia est, qua in præsenti iustificamur, atque ad rectè viuēdum, & in bono perseuerandum adiuuamur, & illa, qua in futuro beatificamur: ita reprobatio Dei, quæ ab æterno non eligendo quosdam reprobauit, secundum duo consideratur, quorum alterum præscit, & non prępparat, scilicet iniquitatem: alterum pręscit & prępparat, scilicet æternam pœnam. Vnde Augustinus ad Prosperum, & Hilarium: Hæc, inquit, regula inconcusse tenenda est, peccatores in peccatis præscitos esse, nō præparatos, pœnam autem esse prępparatam. Præparauit enim Deus (vt ait Augustinus in libro de bono perseuerantiæ) in pręscientia sua quibus voluit bona sua: & quibuscunque donat, procul dubio se donaturum esse præsciuit, Præparauit etiam Deus, vt ait Fulgentius, malis ignem æternum, illis vtique quos iustè præparauit adluenda supplicia, nec tamen præparauit ad facienda peccata. Præparauit enim Deus, quod diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim sicut præparauit sanctos ad iustitiam percipiendam, sic prępparauit iniquos ad *iustitiam amittendam: quia prauitatis præparator nunquam fuit. Sicut ergo prędestinatio Dei propriè est prępscientia, & prępparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicunque liberantur: ita reprobatio Dei est prępscientia malitię in quibusdam non finiendę, & prępparatio pœnę non terminandę. Et sicut prędestinationis effectus est gratię appositio, ita reprobationis ęternę quodammodo effectus esse videtur obduratio. Nec obdurat Deus, vt ait Augustinus ad Sixtum, impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiam, sicut nec digni sunt. Quibus enim non impartitur, nec digni sunt, nec merentur: potiùs, vt non impartiatur, hoc digni sunt, hoc merentur, Vnde Apostolus ait: Cuius vult misereatur Deus, & quem vult indurat, materiam appellans prędestinationem, & prępcipuę prędestinationis effectum, ideſt gratiæ appositionem, obdurationem verò gratię priuationem. Non enim, vt ait Augustinus ad Simplicianum, intelligendum est, quod Deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat. Sed tamen quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suę non largitur, & ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur, non, quia impellit, ut peccent. Eorum autem non misereatur, quibus gratiam non esse prębēdam ęquitate occultissima, & ab humanis sensibus iudicat: quam non aperit, sed miratur Apostolus, dicens: O altitudo diuitiarum sapientię, & scientię Dei.

Ephe. 1. a

Augusti.

Aug. in li. de bono p seuerātiæ cap 48 Fulgētius.

*adiuisti tiā admittendam.

Aug quomodo dicatur Deꝰ obdurare.

Rom. 9 d

Augu ad Simplicianum li. 1. q. 2.

Rom 11. d

Suma diſtin 40.

SAm actum est de scientia, sapientia, & prouidentia Dei: hic agitur de prædestinatione, quæ est velut pars subiectiua prouidentiæ. Prouidentia quippe Dei est omnium, prædestinatio autem solum rationalium, & intellectualium creaturarum, videlicet Angelorū, & hominum, non omnium, sed electorum. & primò describitur hic ipsa prædestinatio, deinde circa hoc quæstio ponitur, an scilicet numerus electorum possit minui, vel augeri, hoc est, an prædestinatus queat damnari: & præscitus, seu non prædestinatus, saluari: & circa hoc fortiter arguit. consequenter incipit de reprobatione tractare, de qua in sequenti pleniùs tractatur.

QVAE-

quidam Philosophi de ipso loquuntur, quorum vnus fuit, qui dixit: Fata volentem rrahunt, nolentem cogunt.

Vdalric⁹. ¶Hinc quoque Vdalricus in Summa sua: Fatum, ait est modus profectus à diuina virtute in res, qui modus omnibus rebus pręstituit causas, formas, & ordinem, & ita omnis operatio naturalis, & voluntaria, est à causa determinata, secundum quod ait Plato: Nihil est, aut fit, cuius ortum non pręcesserit legitima causa etiam simpliciter propter finem determinatum, cum fatum effluat à prouidẽtia Dei, quæ nihil inordinatũ relinquit. Et dico simpliciter, quoniam quantum ad istum, vel illum, qui finem hunc non intendit, potest finis iste esse indeterminatus: sed propter nostram positionem non potest finis conuerti in nõ finem: & hoc fieret si illud, quod vere est finis operationis huius, si iste ponatur eũ intendere, non est finis determinatus, posito quod ipse eum non intendat: ergo simpliciter loquendo, operatio ista est propter finem. Si igitur fatum est, apparet, quod nullum opus naturę, aut voluntatis sit casuale, & hęc est obiectio Auicennę in suo Physicorum, pro cuius solutione sciendum, q̃ Deus vniuersa, quę causat, causat per prouidentiam, & per causas secundas dispositionem suam exequitur, quibus & eam infundit. De hac materia Vdalricus pulchrè prosequitur, sed quę scribit, sententialiter extant prehabita.

Plato.

A *Quid sit prædestinatio, & in quo differat à præscientia. Distinctio XL.*

Augu. de prędestin. sanctorũ. capi. xo.

PRædestinatio verò de bonis salutaribus est, & de hominibus saluandis. Vt enim ait Augustinus in libro de prædestinatione sanctorum: Prædestinatio est gratiæ præparatio, quæ sine præscientia esse non potest. Potest autem sine prædestinatione esse præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus: sed præsciuit ea Deus etiam, quæ non est ipse facturus, ideſt, omnia mala. Prædestinauit eos, quos elegit, reliquos verò reprobauit, ideſt, ad mortem æternam præsciuit peccaturos.

B *An aliquis prædestinatorum possit damnari, vel reproborum saluari.*

Prædestinatorum nullus videtur posse damnari, nec reproborum aliquis posse saluari. Vnde Augustinus in libro de correctione, & gratia: In Apoc. inquit, dicitur: Tene, qđ habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus, ideſt, non potest augeri, vel minui. Ad hoc autem obijciunt quidam, nitentes probare numerum electorum posse augeri, & minui, sic: Posset Deus nõ apponere gratiam quibus apponit, & posset subtrahere quibus non subtrahit: quod si *faceret, vtique damnarentur. Possent ergo damnari isti, qui tamen saluabuntur, posset itaque minui electorum numerus. Ita etiam posset augeri, quia posset augeri gratia quibus non apponitur, per quam saluarentur. Possent ergo saluari habita gratia, qui tamen sine ea damnabuntur. Posset itaq; augeri numerus electorum. Quibus respõdemus, ex ea ratione dictum esse, & verum esse, numerum electorũ non posse augeri, vel minui: quia non potest vtrunq; simul esse, scilicet, vt aliquis saluetur, & non sit prædestinatus, vel, ut aliquis prædestinatus sit, & damnetur. Intelligentia enim conditionis implicitæ, veritatem facit in dicto, & impossibilitatem in vero. Si uerò simpliciter intelligatur, impossibilitas non admittitur: ut cum dicitur, prædestinatus potest, uel nõ potest damnari, & reprobus potest saluari. In his enim, & huiusmodi locutionibus, ex ratione dicti dijudicanda est sententia dictionis. Alia namque fit intelligentia, si per coniunctionem hæc accipiantur dicta: atque alia, si per disiunctionem, ut supra cum de præscientia agebatur, prætaxatum est. Si enim cum dicis, prædestinatus non potest damnari, intelligas ita, ideſt, non potest esse, ut prædestinatus sit, & damnaretur, uerum dicis, quia coniunctim intelligis: falsum autem, si disiunctim, ut si intelligas istum non posse damnari, quem dico prædestinatum: potuit enim non esse prædestinatus, & ita damnaretur.

Angu. de correctione, & gratia, c. 13. a Apoc 3. c Oppositio.

*fieret.

Respõsio.

C *Quomodo adhuc instant quæstioni.*

Veruntamen adhuc instant, & secundum coniunctionem argumentando, ita procedunt. Non enim, inquiunt, potest esse, ut aliquis prædestinatus sit, & damnetur. Vtrunq; istorum simul esse non potest, sed alterum horum non potest non esse, scilicet quin iste sit prædestinatus: ab æterno enim prædestinatus est, & non potest modo non esse prædestinatus. Cum ergo impossibile sit simul utrunq; esse, & impossibile sit alterum non esse, uidetur non posse alterum esse, scilicet, ut damnetur. Quod si est, ergo non potest esse, ut non saluetur. In huius quæstionis solutione mallẽ alios audire, quàm docere. Dicimus tamen de præscientia similem posse moueri quæstionem. Ideoque tam hic, quàm ibi unam facimus respõsionem, dicentes determinandum forè illud, cui innititur tota hęc quæstio, scilicet impossibile est alterum istorum non esse, scilicet quin iste modo sit prædestinatus:

Obiectio.

Solutio ī qua mallet alios audire, q̃ docere.

destinatus: ab æterno enim iste prædestinatus est. Distinguendum enim est cum ait, iste non potest modo non esse prædestinatus, vel non potest modo esse, quin sit prædestinatus: hoc enim coniunctim, & disiunctim intelligi potest. Non enim potest esse, vt ab æterno sit prædestinatus, & modo non sit prædestinatus: nec potest esse simul, ut sit prædestinatus, & non sit prædestinatus: sed tamen potuit esse ab ęterno, quòd non esset prędestinatus, & potuit ab ęterno non esse prædestinatus. Et sicut ab æterno Deus potuit eum non prædestinare, ita conceditur à quibusdam, quòd, & modo potest Deus eum nõ prędestinasse. Ab ęterno ergo potest Deus non prędestinasse eum, ergo potest iste non fuisse prædestinatus: si uerò non fuisset prędestinatus, nec modo esset prędestinatus, ergo modo potest non esse prędestinatus. Ita, & de præscientia, & præscitis dicunt, quòd in actionibus, vel in operationibus Dei, & hominum nullatenus concedunt. Ex quo enim aliquid factum est, uel dictũ, non concedunt, quòd illud possit non esse, uel non fuisse: imò impossibile est, non esse, uel non fuisse, quod factum est, uel dictum, referentes possibilitatem, uel impossibilitatem ad naturam rei existentis. Cum uerò de præscientia, uel de prædestinatione Dei agitur, possibilitas, uel impossibilitas ad potentiam Dei refertur, quę semper eadem fuit, & est: quia prædestinatio, præsciẽtia, potentia, unum in Deo est.

D *Quid sit reprobatio Dei, & in quibus consideretur, & quis sit prædestinationis effectus.*

Cumque prędestinatio sit gratię pręparatio, ideſt diuina electio, qua elegit quos uoluit ante mundi constitutionem, vt ait Apostolus: reprobatio econuerso intelligẽda est, præscientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem. Sicut enim prædestinationis effectus illa gratia est, qua in præsenti iustificamur, atque ad rectè viuẽdum, & in bono perseuerandum adiuuamur, & illa, qua in futuro beatificamur: ita reprobatio Dei, quæ ab æterno non eligendo quosdam reprobauit, secundum duo consideratur, quorum alterum præscit, & non pręparat, scilicet iniquitatem: alterum pręscit & pręparat, scilicet æternam pœnam. Vnde Augustinus ad Prosperum, & Hilarium: Hæc, inquit, regula inconcusse tenenda est, peccatores in peccatis præscitos esse, nõ præparatos, pœnam autem esse pręparatam. Præparauit enim Deus (vt ait Augustinus in libro de bono perseuerantiæ) in pręscientia sua quibus voluit bona sua: & quibuscunque donat, procul dubio se donaturum esse præsciuit, Præparauit etiam Deus, vt ait Fulgentius, malis ignem æternum, illis vtique quos iustè præparauit adluenda supplicia, nec tamen præparauit ad facienda peccata. Præparauit enim Deus, quod diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim sicut præparauit sanctos ad iustitiam percipiendam, sic pręparauit iniquos ad *iustitiam amittendam: quia prauitatis præparator nunquam fuit. Sicut ergo prędestinatio Dei propriè est prędestinatio, & pręparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicunque liberantur: ita reprobatio Dei est prędestinatio malitię in quibusdam non finiendę, & pręparatio pœnę non terminandę. Et sicut prędestinationis effectus est gratię appositio, ita reprobationis ęternę quodammodo effectus esse videtur obduratio. Nec obdurat Deus, vt ait August. ad Sixtum, impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiam, sicut nec digni sunt. Quibus enim non impartitur, nec digni sunt, nec merentur: potiùs, vt non impartiatur, hoc digni sunt, hoc merentur, Vnde Apostolus ait: Cuius vult miseretur Deus, & quem vult indurat, materiam appellans prędestinationem, & prędestinationis effectum, ideſt gratiæ appositionem, obdurationem verò gratię priuationem. Non enim, vt ait Augustinus ad Simplicianum, intelligendum est, quod Deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat. sed tamen quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suę non largitur, & ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur, non, quia impellit, ut peccent. Eorum autem non miseretur, quibus gratiam non esse prębẽdam ęquitate occultissima, & ab humanis sensibus iudicat: quam non aperit, sed miratur Apostolus, dicens: O altitudo diuitiarum sapientię, & scientię Dei.

Ephe. 1. a

Augusti.

Aug. in li. de bono p seuerãtiæ cap 48 Fulgẽtius.

*adiuuisti tiã admittendam.

Aug quomodo dicatur Deꝰ obdurare.

Rom. 9 d

Augu ad Simplicianum li. 1. q. 2.

Rom 11. d

Suma distin 40.

IAm actum est de scientia, sapientia, & prouidentia Dei: hic agitur de prædestinatione, quæ est velut pars subiectiua prouidentiæ. Prouidentia quippe Dei est omnium, prædestinatio autem solum rationalium, & intellectualium creaturarum, videlicet Angelorũ, & hominum, non omnium, sed electorum. & primò describitur hic ipsa prædestinatio, deinde circa hoc quæstio ponitur, an scilicet numerus electorum possit minui, vel augeri, hoc est, an prædestinatus queat damnari: & præscitus, seu non prædestinatus, saluari: & circa hoc fortiter arguit. consequenter incipit de reprobatione tractare, de qua in sequenti plenius tractatur.

QVAE-

QVAESTIO I.

Arguitur primo cõtra veritatem.

IAm quæritur primo, *an prædestinatio sit, quid creatum, vel increatum*. Et de intellectu descriptionum ipsius. Videtur, q̃ sit quid creatum, quia per
2 creata describitur, vt patet in descriptionibus eius cum dicitur, quòd sit præparatio gratiæ. ¶ Secundò quia denominat formaliter creaturam, ergo ali-
3 quid ponit in ea. ¶ Tertiò, cum dico, iste est prædestinatus, aliquid reale prædicatur de ipso, videlicet prædicatum creatum.

In oppositum.

¶ In oppositum est, quoniam sicut creatio Dei actiua est ipsemet Deus creans, ita prædestinatio actiua est Deus prędestinans. ¶ Circa hæc multa quærit Albertus: Primò, ad quod diuinorum attributorum pertineat, seu reducatur. Et respondet, prę destinatio ad scientiam effectiuam, seu practicam pertinet, & sic aliquid includit scientiæ, & aliquid voluntatis. & quia scientia, ac uoluntas inflammant potentiam ad agendum, idcirco includit, & aliquid potentiæ. sed scientia est directè de ratione, atque essentia eius, voluntas verò, & potentia habent se per modum proprietatum ipsius, secundum quod voluntas concernit id, quod practicè scitur, & potentia illud, quod effectiuè prosequitur. ¶ Secundò quærit, quid sit prædestinatio. Et respondet, Prædestinatio est aliquid increatum, ita quod sine sumatur ex parte prædestinantis, sive ex parte prædestinati, non est nisi ipsemet Deus. Si nanque sumatur quantum ad id, quod est prædestinatio, nihil ex tẽpore ponit in aliquo. & si quandoque effectum habet in prędestinato respectu cuius est, hoc est ex parte connotati effectus. Prædestinatio quippe quo ad modum significandi, est quasi medium inter Deum prædestinantem, & creaturam prædestinatã, ipsaq; prædestinatio dicit habitudinem Dei proponentis saluare ad saluandum. Hinc prædestinatio non ponitur in prædestinato, secundum quod ipse est diuersus in natura à prædestinante existens in proprio esse, sed prout est in scientia creatoris: & prout sic in Deo est, est esse ideale, & creatrix essentia, nõ natura creata. ergo quod sic ponitur circa eam, non distinguitur à diuina essentia, & cointelligitur respectus ad rem, quam Deus operabitur in futuro. Cum ergo quis dicitur prædestinatus, non significatur ibi passiuè, nisi quo ad modum, & quãtum ad nos, & non secundum rem. est etenim sensus iste est prædestinatus, id est, præuisus est saluari. & ly præuisus non ponit aliquid, quod sit extra præuidentem, quamuis ponat respectum, quo ad aliquid quod in futuro erit. Hinc tali modo significandi actiuè, & passiuè sufficit diuersitas rationis, quæ est inter præuidentem, & præuisum, non in se, sed in ratione sua ideali, in qua fuit ab æterno. Nec simile est cum dicitur, Deus creat, & Deus prædestinat: quia quod dicitur creat, non conuenit Deo nisi ex tempore. idcirco non notat tantum respectum ad creaturam, sed effectum quoque in creatura. Vnde cum dicitur, Deus prædestinauit Petrum, aut Paulum, non notatur nisi respectus ad creaturam, nec ponit aliquid extra Deum. ¶ Tertiò quærit de diffi nitionibus prædestinationis, quæ multæ sunt. Vna est, Prædestinatio est præscientia, & præparatio beneficiorum, quibus certissimè liberantur quicunq; liberantur. Secunda est Augustini in libro de fide ad Petrum: Prędestinatio est gratuitæ donationis præparatio. Tertia Augustini in libro de prædestinatione sanctorum: Prædestinatio est propositum miserendi, & item prædestinatio est alicuius in finem destinatio. Alia est magistrorum, dicentium: Prædestinatio est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Itaque prædestinatio quo ad aliquid sui, in omnibus his diffinitionibus, seu descriptionibus diffinitur. nam cum multa considerentur in ea, multipliciter diffinitur. Potest enim prædestinatio diffiniri in se, vel secundum aliquẽ statum ipsius prædestinati, si in se, hinc habet in se quasi genus remotum, & coartationem, seu quasi differentiam eius per actum causantis, & operantis per suos effectus. Potest quoque attendi nomen prædestinationis. Prima ergo descriptio datur per genus quasi remotum, quod est præscientia, quæ contrahitur per actum causantis, cum dicitur præparatio beneficiorum. Tertia datur secundum statum prædestinati, qui est in miseria, cum dicitur: Prædestinatio est propositum miserendi. Quarta est explanatio nominis, cum dicitur, prædestinatio est alicuius in finem destinatio. Vltima datur per effectum proximum, qui est gratia, & remotum, qui est gloria. Prædestinatio equidem non est propriè nisi gratiæ, & glorię. Hæc Albertus, qui circa hæc alia multa scisciatur, quæ mox tangentur.

Albertus. Quæstio.

Vdalricus.

¶ Concordat Vdalricus in Summa sua, hæc eadem scribens libro secundo, & addit: Cum propositum Dei sit ipsemet Deus, prædestinatio, quæ est propositum miserendi, & ipse Deus prædestinans. atque secundum rationem intelligendi, designat relationem operationis, & obiecti ad inuicem, illamque relationem creaturæ, vt est in Deo ad hanc operationem, seu actualem prædestinationem loquutio, designat passiuè, cum quis dicitur prædestinari: & quia propositũ Dei efficax est, & immutabilis causa eorum quorum est, idcirco in noie prædestinationis connotatur effectus gratiæ, & gloriæ consequuturæ. significatum verò nominis nihil dicit nisi diuinam essentiam. Denique prædestinatio est specialiter modus prouidentiæ, quo Deus specialiter prouidet rationali creaturæ, nec illum modum complectitur totum, sed solum importat prouidentiam illam, quæ nominatur prouidentia acceptationis, prout est non solum voluntatis antecedentis, sed etiam consequentis. ideo est ineffabilis reductio rationalis creaturæ in finem supernaturalem gloriæ æternalis, facta per medium supernaturale, puta per gratiam Dei, per quam liberantur prædestinati, vel à malo, in quo sunt sicut in nobis, vel in quo esse potuerunt. Destinare autem æquiuocum est, quia primo designat propone re, iuxta illud ad Corinthios: Vnusquisque prout destinauit in corde suo. Vnde secundo Machabęorum de Eleazaro legitur, quod destinauit in corde suo non admittere illicita propter vitæ amorem. Secundò significat mittere, sicque communiter sumitur. Prædestinatio verò secundum vtranque significationem sumitur: quoniam quantum ad Deũ prædestinantem, est proponere suum destinatum saluare: sed quantum ad directionem prædestinati in finem vltimum, sic prædestinatio ista est missio eius in finem saluificum, secundum quod in diuina præscientia notus est. sicque præscientia ista habet principium, scilicet propositum Dei: & mediũ, vtpotè gratiam: finem quoque, ideſt, æternam salutem. Vnde prædestinatio ista ab æternitate incipiés, dirigitur per omne tempus vitæ istius rursus in æternitatem. Hæc Vdalricus.

Destinare est æquiuocum. 2. Cor. 9. 2. Mac. 6.

¶ Præterea ad quæstionem hanc, an prædestinatio sit aliquid in creatura, determinans Thomas: Ponere inquit, aliquid in alio, intelligi potest dupliciter:

Quæstio. Tho. Aqu.

Prædestinatio diffinitur.

Augusti.

citer: Primò, quod res significata per nomen dicatur esse in alio, sicut albedo aliquid ponit in albo. & sic prædestinatio non ponit aliquid in prædestinato, sed tantum in prædestinante. Secundò, ita quòd ad significatum per nomen in vno, sequatur aliquid esse in alio, sicut paternitas, quæ secundum esse suum est solum in patre, ponit filiationem in filio. Hoc autẽ contingit dupliciter, primò, ita quòd vtrumque simul sit, sicut in relatiuis. secundò, ita, quòd non necesseriò simul sint, sed vel priùs vel posteriùs, sicut auditus ponit percussionem sonantem simul, aut priùs, sicque prædestinatio aliquid ponit in prædestinato: quia ad prædestinationem Dei sequitur effectum prædestinationis, quandoq; in esse prædestinato.

Obiectio.

¶ Si autem obijciatur, Omnis denominatio fit per formam aliquam inhærentem, ergo prædestinatus vocatur prędestinatus per aliquid in ipso existens. sicque prædestinatio in prædestinato aliquid ponit. Dicendum, quòd in omnibus absolutis denominatur res per id, quod sibi inest: in relatiuis vero denominatur interdũ per id, quod sibi inest, quemadmodum pater à paternitate in se existente, dicitur pater: quandoque vero denominatur ab eo, quod solum in alio est, sicut in illis in quorum vno est relatio secundum rem, in alio secundum rationem, prout quinto metaphysicæ docet Philosophus de scibili, atque scientia, & ita est hic. Hæc Thomas in Scripto.

Dilutio.

Philosop.

Petrus.

¶ Concordat Petrus omnino, qui etiam addit quod prædestinatio passio, seu passiua, nõ est aliud quàm prædestinatio actio, seu actiua secundum rẽ, sed solum differunt secundum modum significandi, sicut laudatio passiua, qua Cæser laudatur à me, idem est, quod laudatio actiua, qua laudo illũ: quia huiusmodi passio nihil ponit in passo, sed in agente. Per quod soluitur argumentum, quo ita arguitur prædestinatio nominat tam prædestinationem actiuam, quàm passiuam. Prædestinatio autem actiua est, quid increatum, prædestinatio verò passiua est, quid creatum, ergo prædestinatio nominat, quid creatum, & increatum. Hæc Petrus.

articul. 2.

¶ Hinc Thomas in prima parte Summæ quæstio. 23. Prædestinatio, ait, est pars prouidentiæ. Prouidentia autem non est in rebus prouisis: sed in prouidente. sed exequutio prouidentiæ, quæ est gubernatio passiua, est in gubernatis, actiuæ autem in gubernante. sic & prædestinatio, quæ est ratio ordinationis aliquorum in salutem æternam, est in mente diuina: exequutio verò ordinationis huiusmodi, est passiue in prædestinatis, actiuæ in Deo. Exequutio verò prędestinationis passiuæ sunt vocatio, magnificatio, & glorificatio, iuxta illud Apostoli: Quos prædestinauit, hoc, & vocauit, &c.

Prædestinatio nihil ponit in prædestinato.

Roma. 8.

Obiectio diluitur.

¶ Si obijciatur, Omnis actio infert ex se passionem, ergo prædestinatio actiua aliquid ponit in prædestinato. Dicendum, quòd actio immanens, vt intelligere, velle, amare, non infert passionem in alium, sed actio transiens. Hæc Thomas in Sũma.

Richard.

¶ Concordat Richardus hæc ipsa clariùs exprimens: Prædestinatio, inquit, tam actiua, quàm passiua, est in prædestinante: & tamen prædestinatio passiua denominat prædestinatum, non prędestinantem, & connotat aliquid futurum in prædestinato. Prędestinatio, namque est scientia practica salutis alicuius, & præordinatio eius in uitam æternam. Præscientia autem Dei practica, est respectu eorum, quæ facturus est Deus: & quicquid facturus est Deus, proposuit ab æterno se esse facturum in tempore. Prædestinatio ergo includit propositum saluandi, atque potentiam hoc implẽdi. Præscire autem saluandum, & ipsum præsciri, saluandum, est in præsciente: sic & voluntate proponere aliquid, & aliquid proponi à uoluntate, est in voluntate proponere: tamen vt dictum est, prædestinatio passiua denominat prędestinatum: quoniam, sicut præsciri denominat rem futuram, non Deum præscientem, & tamen præsciri est in præsciente: & sicut amari denominat rem amatam, & tamen amari est in amante: sic prędestinari denominat creaturam prædestinatam, non Deum prædestinantem: & tamen in Deo est, quia prædestinare, & prædestinari non differunt nisi, secundum modum significandi. Connotat quoque prædestinatio effectum finalis gratię, & gloriæ futurum in prę destinato: sic tamen, quod prædestinatio, & ille effectus secundum existentiam suam realem nequeunt simul esse: quoniam illum, qui iam habet illum effectum, puta saluatum, Deus non prædestinat, sicut rem cognitam, quando iam præsens est, non præscit. Hæc Richardus.

Bonauen.

¶ Præinductis concordat Bonauẽtura, nisi quod prædestinationem affirmat principaliter pertinere ad voluntatem, quam Albertus, Thomas, Vdalricus, Petrus, Richardus, multiq́ue alij dicunt ad intellectum præcipuè pertinere. Ait ergo Bonauentura: Prædestinatio significat diuinam essentiam, vt ordinatè collatiuam gratiæ, & gloriæ. Hinc quãtum est de se, non solum importat scientiam, sed voluntatem quoque, atque potentiam: causalitas autem gratiæ, & gloriæ attribuitur propriè voluntati, ut efficienti, scientię verò vt disponenti, & potentiæ, vt exequenti: ideo quamuis includat hæc tria, principaliùs tamen in voluntate est. Hæc Bonauentura. ¶ Veruntamen, quoniam principale significatum est præscientia prædestinationis, ordinans aliquem ad salutem: gratia verò, & gloria solum sunt connotatum prædestinationis: ideo prima illa positio Thomæ, & aliorum, rationabilior, veriorque videtur. Vnde ut patuit, Thomas in 1. parte Summæ testatur: Prædestinatio est pars prouidentiæ. Prouidentia autem est quædam ratio in intellectu prouisoris. Vnde manifestum est, q̃ prædestinatio est quædam ratio ordinis aliquorum in salutem, in mente existens diuina. Atque vt patuit, sm Richardum, prædestinatio est præscięntia practica, & principale eius significatum est scientia, seu præscientia Dei. Veruntamen iuxta Thomã in Scripto, prædestinatio non solum spectat ad intellectũ, sed & partim ad voluntatem. siquidem ad quæstionem hanc, vtrum prædestinatio ad scientiam pertineat, sic respondet: Prædestinatio in intellectu suo includit prouidentiam, & addit ad minus tria. Vnũ ex parte prædestinatorum: quoniam est tantum respectu habentium voluntatem. prouidentia vero est omnium. Secundò addit ex parte finis, quia est respectu supernaturalis beatitudinis, & mediorũ ad illam. Prouidentia autem respicit bonum cuiuslibet ad quemlibet finem. Tertiò addit ex parte finis ipsius pęrdestinantis, ex parte cuius uidetur addere duo. Primò, quoniam prouidentia uidetur in sola speculatione posse consistere, cum sit quædam ars gubernationis rerum: prædestinatio autem importat prouidentiam, secundum quod est ordinata ad operis exequutionem per uoluntatem. idcirco diffinitur per propositum, & præparationem. Secundò addit præscientiam exitus rei cui prouidetur. Propter quod aliquid potest exire ab ordine prou-

Diony.

Prædestinatio est in intellectu, non in voluntate.

Quæstio.

2. Timo. 1. prouidentiæ, quantum ad id quod extat intentum, sicut Deus vult omnes homines fieri saluos, quamnis non omnes saluentur, nō autem ab ordine prędestinationis. Dicit enim prędestinatio intentionem Dei de salute alicuius cum præscientia, quòd saluabitur. ideo fertur, quòd prædestinatio est præ
Dionysi. scientia, & præparatio. Hæc Thomas in Scripto. In quibus videtur obscurum, quod prouidentiam dicit secundum sui nominis ratione posse in sola speculatione saluari, cum sit ars gubernationis rerū. Prouidentia quippe dicit notitiam practicā. imò si creaturæ non fuissent futuræ, non fuisset prouidentia in Deo, sicut nec præscientia, neq; scientia visionis rerum, sed simplicis intelligentiæ, vt prǽhabitū est. Ex his patet, quòd prædestinatio sit quid increatum, & ad obiectionem dicendum, quòd in descriptionibus prædestinationis ponitur quid creatum, videlicet gratia, & gloria in obliquo, vt connotatū
Quæstio. Petrus. non vt principale significatum. ¶ Ex his innotescit responsio ad quæstionem, qua quæritur, Vtrū prædestinatio sit æterna, vel tēporalis. ad quod Petrus respondet, Prædestinatio de suo intellectu tria importat, videlicet principale significatum, quod est diuina dispositio, & temporale connotatum, vt futurum, ordinem quoq; antecessionis ipsius significati ad connotatum. cum ergo significatū illud sit æternum, & antecessio sit æterna, ipsumq; temporale connotatum fuerit ab æterno futurum, cōstat,
Prædestinatio est æterna. Quæstio. ꝙ ex omni parte prędestinatio sit æterna, nec ordo antecessionis illius exigit extrema semper in actu. Hæc Petrus. Idem Richardus, ac alij.

¶ Insuper ex prædictis patet responsio quæstionis istius, An prędestinari conueniat solū hominibus. Videtur, quòd non, quia conuenit, & Angelis. Aliqui enim Angelorum sunt electi, alij præsciti, reprobi, & damnati. In contrarium est, quia iam dictum est, quòd prędestinari non est nisi futurorū, & non dum beatorum, sicut, & præscientia concernit futura, & circa hoc quęritur, an prędestinari sit entiū, vel nondum existentium, ad quod tamen ex verbis Alberti prǽhabitis claret responsio.

Tho. Aqu. ¶ Porrò Thomas ad ista respondet: Prędestinatio est aliquorū dupliciter. Primò sicut ipsius finis, & conferentium ad finem adipiscendum, & ita dicitur esse gratię, ac glorię. Secundò, sicut eorum, quę finem consequuntur. & ita est omnium, qui gloriam Dei per gratiam adipiscūtur. Importatur autem in nomine prędestinationis directio quędā. Propriè verò dicitur quis dirigi in id, quod non habet in se, vt tendat in illud. Hinc prędestinatio propriè respicit ea, quę homo ex suis naturalibus consequi nequit, vtpotè gratiam, & gloriam. Propter
Damasce. quod asserit Damascenus: Prædestinatio est eorū, quę non sunt in nobis. quicquid ergo gratiam consequi non potest, & gloriam, illud non prędestinatur. verum illi tantum prędestinari dicuntur, qui per gratiam cōsequuturi sunt gloriam. Sed hęc prępositio prę, notat antecessionem, quę diuersis diuersimodè conuenit. Inuenitur enim in prędestinatione hominis antecessio ęternitatis ad naturam, ideſt, ad humanę naturę productionem: antecessio quoq; humanę naturę ad gratiam, saltem in posteris primi parentis, & etiam in ipso, secundum eos qui dicunt eum in solis naturalibus factum: & antecessio gratię ad gloriam. In Angelo quoque inuenitur antecessio ęternitatis ad naturam, & antecessio naturæ ad gratiam, secundum eos, qui dicunt Angelos in naturalibus tantum creatos, secundū quos nō fuit in Angelis antecessio gratię ad gloriam durationē. Secundum eos aūt, qui ponunt angelos in gratia conditos, non fuit in eis secundū durationē antecessio naturę ad gratiam, sed gratiæ ad gloriā. Porrò in Christo nō fuit antecessio, æternitatis ad personā, sed quo ad naturam eius assumptam: nec fuit in eo antecessio illius naturæ ad gratiā, nec gratiæ ad gloriam fruitionis, sed solum, quo ad passibilitatē animæ, & vires inferiores. sicque prædestinatio diuersis diuersimodè conuenit.
Prædestinatio diuersis diuersimodè conuenit. Prædestinatus nanq; dupliciter sumitur. Primò participaliter, secundum quod consignificat tempus, præteritū, sicq; existentes in patria, & beati, sunt prędestinati: quia quod semel præteritum est, semper erit præteritum, Secundò nominaliter pro eo, qui prędestinatur. & ita non possunt propriè dici prædestinati, nisi secundū, quod diriguntur in continuationem beatitudinis, quod tamen impropriè dicitur: quia beatitudo extensionem successionis non habet. Quædam verò diffinitiones prædestinationis datę sunt, prout respicit statū vitę præsentis, ac hominis tantum. Christus verò dicitur prædestinatus, quo ad naturam assumptam, vel quo ad personam, secundum quod in tali natura subsistit, sicut in tertio habet dici. Hęc Thomas in Scripto.

Richard. ¶ His per omnia consonant scripta Alberti. Richardus demum respondens: Fuisse, inquit, prędestinatum non conuenit solis hominibus, sed & angelis: sed quia prędestinari connotat effectum in prędestinato vt futurum, & prędestinari sit præsentis temporis, hinc effectum predestinationis beatis in patria habentibus præsentem, non conuenit propriè prędestinari, seu quòd prędestinentur. Vnde apparet, quod prędestinari conuenit tantum saluandis hominibus. Interdum autem prędestinatio sumitur multum impropriè, & extensè pro præparatione cuiuslibet finalis retributionis. & sic conuenit electis, ac reprobis. Hinc libro de concordia
Anselm. præscientię, & liberi arbitrij, ait Anselmus: Prędestinatio non solum bonorum est, sed etiam malorum. Hęc Richardus.

¶ Omnes quoque doctores concorditer dicunt, quod prędestinari conuenit rationalibus, & intellectualibus creaturis, non secundum quod penitus non entia, sed prout in præscientia Dei erant ante mundi constitutionem, & præordinabātur ad gloriam: sic tamen, ut prædestinationis consequerentur effectum, subsistēdo realiter in proprio esse.
Alexander. ¶ De omnibus his scribit egregiè Alexander, & cōsonant præinducta scriptis ipsius, qui etiā contestatur, quòd prędestinatio pertinet ad scientiā beneplaciti Dei seu approbationis. ¶ Scripta item Aegidij in his concordant prǽhabitis, quæ hic prolixè declarat, qualiter totum vniuersum se habeat ad Deum, sicut domus una ad patremfamilias, ita quòd sicut paterfamilias primò in mente suā præconcipit, qualiter suam velit domum, atque familiam ordinare, & quempiam honorare, ita Deus in seipso totius mundi institutionem, & gubernationem ab æterno præordinauit, & quoldam magis, aut minùs sublimare disposuit, &c.
Aegidius.

QVAESTIO II.

SEcundò principaliter quæritur, *An certus, & immutabilis sit numerus prædestinatorum.* Et q̄stio ista multas q̄stiones includit, videlicet, an prædestinatus possit dānari, an non prędestinatus possit saluari, an numerus prædestinatorū possit augeri, aut minui, an prędestinatio necessitatē imponat prędestinatis.

destinatis. Verum hæc omnia condependent, imò & ex superioribus patet ad ista solutio. nempe idē est quærere, an prędestinatio necessitatem imponat prędestinatis, vt saluentur. & an prouidentia necessitatem imponat rebus præuisis, vt certiuè eueniāt: & eisdem rationibus, quibus iam paulo ante probatum est hoc de prouidentia, potest id nunc probari de prædestinatione. quę est velut pars subiectiua, ac species prouidentiæ. Eadem quoq; est vtrobique solutio. Declarato autem qualiter prędestinatio imponat prædestinato necessitatem saluationis, patet, an prædestinatus queat damnari: & item an non prædestinatus, possit saluari: ex quibus protinus elucescit, qualiter numerus prædestinatorum certus, immutabilisq; consistat, & quod numerus ille sit certus, prædeterminatus, & inuariabiliter à Deo præfixus facile est monstrare. quippe cum scriptū sit, oía in numero, pondere, & mensura constituisti. & rursus, Ego scio quos elegerim. item, dño Deo antequā fiant, nota sunt omnia. Vnde in secreta loquitur Au
Sap. 11. Augusti. gustinus: Deus cui soli cognitus est numerus electorum in sperna felicitate locandus. Istud quoq; re-
Ioh. 13. Dani. 13. quirit summa, & perfectissima prouidentia Dei, in-
Arguitur contra vē. finita etiam perfectio, imò & impermutabilis, ac in fallibilis certitudo præscientiæ, atque scientiæ eius. Nihilominus in oppositum huius multipliciter arguī potest, sicut & in litera tangitur. nam vnus potest obtinere coronam, ideſt felicitatem alteriùs. ergo aliùs potest eam amittere, & ita non prædestinatus potest coronam prædestinati sortiri, quia corona non dicitur alicuius, nisi quia prædestinata, seu
Apocal. 3. Roma. 11. præordinata est ei. Vnde scriptum est: Tene quod habes, ne aliùs accipiat coronam tuam. Deniq; ad Romanos docet Apostolus, quemadmodum Iudæorū perditio, & ruina salus sit gentium. ergo pereuntibus filijs, & electis, alieni saluantur. ¶ Amplius, omnis homo facere potest, quod in se est. ergo potest saluari, quoniam nullum sic agentem deserit Deus.
3 ¶ Item, omnis homo liberi extat arbitrij, & potest præcepta Dei implere, ergo potest saluari. multa his consimilia possunt argumenta formari.

Alexand. ¶ Ad hæc Alexander respondet: Certus est numerus electorum apud Deum, siue intelligatur de numero numerante, quo scilicet numeramus, siue de numero numerato, ideſt de rebus numeratis, seu suppositis prædestinatis. duplex etenim ponitur numerus, vtpotè numerus numerans, vt decem, centum, mille: & numerus numeratus. Deus autem cognoscit, qui, & quot saluabuntur. aliàs eius scientia
Obiect. 1. falli posset, aut perfici, minui aut augeri. ¶ Si autem obijciatur, quia super illud Lucæ, quinto Rumpebatur rete, asserit glossa: Non tot intrant de Iudæis, quot sunt prædestinati, ergo minui potest numerus
2 Deut. 1. electorum. ¶ Insuper super illud Deuteronomij, Addat dominus Deus noster ad hunc numerum multa millia, ait Glossa: Ad hunc numerum prędinitum in præscientia Dei dñs addat. ¶ Similiter super illud
3 Iob. 34. Iob, Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet aliòs pro eis, dicit glossa: Locum vitæ, alijs candentibus, alij sortiuntur. ¶ Dicendum ad primam au
Ad 1. ctoritatem, quod refertur ad diuersos status Iudęorum. quidam enim Iudæorum fuerunt ad hoc, ac taliter prædestinati, vt crederent in primo Christi aduentu, quidam vt circa secundum eius credant aduentum. itaque non tot ex Iudæis crediderunt in Christum in primitiua ecclesia, quot ex Iudęorum plebe sunt prædestinati: quia instanti secundo Christi aduentu, multi credent, & saluabuntur, Alię au-
Ad 2. & 3. ctoritates intelliguntē de numero quantū ad præsentem iustitiam, atq; de vita gratiæ, non gloriæ, & de corona iustitiæ. sic quoq; dicendum, ꝙ iste quicunque viator potest saluari, & pōt esse p̄destinatus. Si vero sic arguatur, Iste pōt esse prędestinatus, & iste est præscitus, ergo præscitus pōt esse p̄destinatus, nō sequitur: sed est fallacia accidentis: qm̄ aliud est loqui de isto, vt est iste: aliud, vt est præscitus, aut prædestinatus, Cum enim dicitur prædestinatus forma liter, notatur præuisio, ac præfinitio immutabilis. idcirco non debet concedi, prædestinatus pōt damnari, vel præscitus potest saluari. sed pōt cōcedi, iste potest saluari, & iste potest dānari. Hæc Alexander.

Quæstio. ¶ Qui denuo in alia quæstione, videlicet an effectus prædestinationis possit cassari, de his diffusiùs scribit: Deus, inquiēs, potest apponere gratiam, quibus non apponit, & subtrahere, quibus non subtrahit. Hoc ergo de possibili pono in esse, ergo nō prædestinatus saluabitur, & prędestinatus damnabitur. is enim indubitanter saluatur, cui gratia finalis infunditur: & ille pro certo damnabitur, cui gratia illa subtrahitur, Ad hoc respondet Magister, quod in sensu composito impossibile est prædestinatum nō saluari, videlicet loquendo de subiecto cum forma, sic quoq; impossibile est præscitum non damnari. in sensu autem diuiso prædestinatus potest damnari, & præscitus saluari: quia suppositum illud vt tale, ac liberum habens arbitrium non confirmatum,
Obiectio. potest transgredi, & perire. ¶ Sed rursus obijcitur, omnē prędestinatum necesse est saluari: iste est prædestinatus, ergo necesse est eum saluari. Item, omnē immutabiliter saluandum necesse est saluari, iste immutabiliter est saluandus, ergo necesse est istum saluari. probatio maioris, immutabiliter est prædestinatus, qui fuit ab ęterno prędestinatus, & semper erit prędestinatus, & non potest non esse prædestinatus, ergo est immutabiliter saluandus. Respon-
Dilutio. detur, ꝙ in his, & consimilibus loquutionibus aliter est, cum fit sermo de suppósito tantum: & aliter, dū fit sermo de suppósito cum forma: sicut album inquantum album, non potest esse nigrum, quia vtrūque simul esse non potest. attamen res illa, quæ alba est, secundum se sumpta, potest esse nigra, sicut de hoc in litera continetur. Hæc alexander.

Bonauēt. ¶ Verum ab his videt Bonauētura aliqualiter dissentire, dicendo: Ad illud, ꝙ quæritur, vtrum prædestinatus possit damnari, dicendum, ꝙ sic sine distinctione, quia q̄uis hæc posset distingui de re, vel de dicto, prędestinatum possibile est dānari, sicut hæc, Album possibile est esse nigrum, tamen ſm artē ista non est distinguenda, prędestinatus pōt damnari: sicut nec hęc, hō albus pōt esse niger. non em̄ pōt esse de dicto, cum non sit dictum. Ideò aduertendum, quòd ista, prædestinatus potest damnari, habet tres causas veritatis: quemadmodū hæc, prędestinatus pōt esse p̄scitus. Prima est, qm̄ forma prędicati potest inesse subiecto cum forma implicata, vel potest formā implicatam, vel sine forma implicata quocū que enim mō prędicatū possit inesse, iudicanda est loquutio esse simpliciter vera. & dico, quod in tertio sensu loquutio vera est, ſ. p̄destinat⁹ pōt esse: prę destinatus nanq; pōt non esse prędestinatus, & necesse est oēm hominem esse p̄scirum, aut prędestinatum, ideò sequitur, ꝙ potest esse p̄scitus, & hoc necessarium est fateri. nam fides dicit, & ratio, quod sequitur, si iste est prędestinatus, saluabit̄. rursus, fides dicit, & ratio, quòd istum saluari est contingēs. & qui contrarium affirmaret, esset ab omnibus respuendus. Est etiā regula, quod si consequens est cō tingens, impossibile est antecedēs esse necessarium.

ergo iste, quiest prædestinatus, potest non esse prædestinatus. & hoc verum credo, & quod necesse sit ita fatetur, quod tamen difficile est intelligi. Attamē potest sic accipi, si præsupponamus quatuor vera. Primum, ꝙ præsens diuinæ æternitatis circōplectit̄ omne tempus. Secundū est, ꝙ Deus vno, & eodem intuitu vniuersa cognoscit, ita quòd vna est Dei cognitio, qua cognoscit hoc, & qua cognoscit eius oppositum. Tertium est, ꝙ cum dicimus Dei cognitionem, aut voluntatem ordinari ad hoc cognoscibile & ad aliud, nō ponitur respectus, aut ordo in Deo, sed in re cognita. Quartum, quod futurū sub ratione futuri, quod ponitur semel esse verum, ponitur semper fuisse verum: & quod ponitur semel esse falsum, ponitur semper fuisse falsum. idcirco cum ponitur posse esse, non ponitur nec mutari, neq; incipere. His præsuppositis, facilè est intelligare, quòd prædestinatus pōt esse præscitus. & quòd Deus potuit prædestinasse, quem præsciuit. nam salus huius, qui præscitus est, potuit ab æterno præuideri, cum possit esse, seu fieri in tempore. & si potuit ab æterno ordinari ad diuinam cognitionem, & voluntatem, pōt & nunc. Etenim quia præsens est totum, & nihil transit in præteritum, & nihil factum est, quod sit necessarium esse factum, hinc est, quòd sicut potest cogitari Deū verè potuisse prædestinasse, & non prædestinasse ab æterno, ita etiam quòd possit nūc, in suo videlicet nunc æternitatis, non prædestinare. Et hoc est, quod Magister dicit in litera. Istud Bona uentura satis prolixè prosequitur, atq; ad prætactā quæstionem respondens: Prædestinatio, inquit, necessitatem non infert libero arbitrio, neq; saluationi. quia prædestinatio non est causa salutis nisi includendo merita, sicq; liberum saluando arbitriū. Prædestinatio enim duo importat, videlicet rōnē præscientiæ, rōnemq; causæ. & inquantum dicit rōnē causæ, non necessariò ponit effectū: qm̄ non est causa per necessitatem, sed per voluntatem. & rursus non est tota causa, sed simul cum causa contingēte, id est, cum libero arbitrio. & regula est, ꝙ quotiescunq; effectus dependet à causa necessaria, & à causa variabili: à causa necessaria, tanquam à causa vniuersali: & causa variabili, tanquam à particulari: denominatur à causa variabili, quia denominatio est à causa particulari: & effectus, qui est à causa cōtingente, est cōtingens. Præterea prædestinatio præter rationem causę importat rationem præscientię. Præscientia autem totum includit in cognitione, videlicet liberum arbitrium, & eius operationem, ac vertibilitatem, & quocunq; se vertet. Contingentia quoq; verè, infallibiliterq; cognoscit. ideò prædestinatio quodammodo infert necessitatē, nec potest cassari, nec à libero arbitrio discordare: & quia præscientia nullam imponit necessitatem consequenti, sed solum consequētiæ, similiter nec prædestinatio.

Dionysi⁹. Hæc Bonauentura. Qui de hac materia videtur aliqualiter extremè loqui, vt magis vitetur, & despiciatur error dicentium præscientiam Dei, rebus præcognitis: & prædestinationē diuinam, prædestinatis necessitatem inferre. Verum tamen dicta Alexandri verè concordat hoc loco dictis Magistri, sicut & scripta Thomæ, Alberti, ac aliorum ad hoc prælle gatorum. Ponit quoq; Bonauētura exemplum, qua liter Deus à throno gloriæ suæ omnia ista inferiora inuariabiliter simul, & infallibiliter intuetur: vt si ꝙs a loco eminenti videat vno intuitu cuncta, q̄ fiunt in aliqua regione, alius vero vadens per itinera regionis succesiuè inspiciat ea, constat ꝙ nihil illorū euentuum pueniat, aut euadat intuitum taliter intuentis, sed notitiam ambulantis per vias prœuenire possunt, atque latere nonnulla, quod exemplum cōcordat exemplo Boethij 4. de consolatione, de inspiciente infallibiliter currum tractum per terram, huc illucq; nutantem, ac vacillantem. Boethius.

¶ Circa hæc Thomas: Quidam, ait, dixerunt, ꝙ Deus non scit contingentia, nisi s̄m quod sunt contingentia. quod Boethius reprobat, qm̄ sequeretur, ꝙ Deus non plus præsciret de futura hominum salute, quàm ipse homo, qui scit eam esse contingentem. Alij dixerunt, quod Deus habet certitudinem numeri saluandorum, loquendo de numero numerante, videlicet quot millia sint saluanda. non autē loquendo denumero numerato, quia supposita illa possunt saluari, & nō saluari, ex quo sequitur imperfectam esse Dei cognitionem, ita quod scit solum in communi, non in singulari, qui sint saluandi. Idcirco dicendum, ꝙ numerus prædestinatorum vtroq; modo, videlicet materialiter, & formaliter, Deo perfectè est cognitus: nec tamen certitudo huius notitiæ necessitatem imponit saluandis, vt patet ex his, quæ de prouidentia sunt inducta. prædestinatio quippe præscientiam, prouidentiamq; includit, & sicut præhabitum est, nec scientia, nec prouidentia inferioribus istis necessitatem inducit. Hæc Thomas in Scripto. Thom. aq. Boethius. Numerus saluandorū est Deo perfectè cognitus. ar. 7.

¶ Porro in prima parte Summæ, quæstione 23. Numerus, inquit, prædestinatorum certus est Deo, non solum ratione præcognitionis: quia videlicet scit, quot sint saluandi (sic enim certus est Deo etiā numerus guttarum pluuiæ, atque arenæ maris) sed etiam ratione electionis, & diffinitionis, seu præfinitionis cuiusdam. nullus enim est prædestinatus, nisi quem ipse elegit. & ipse in sua sapientia elegit, quos voluit, & præfiniuit, & prædeterminauit certum numerum eorundem, nec ignorat quot, & quos elegit. ¶ Circa hęc multa scribit hic doctor, de quibus pertranseo, quia de eis iudicare non audeo. Cōcordat his Petrus. ¶ Veruntamen his obijci potest, quia operatio Dei, & effectus gratiæ eius perfectior, potentiorq; consistit, quàm operatio naturæ, operatio aūt naturæ, vt in pluribus adimpletur, & perfectū opus in genere suo sortitur. si ergo prædestinatio hominum est à Deo, & opus gratiæ adimpleretur, vt in pluribus, atq; frequētius. quod cum ita nō sit. qm̄ multi sunt vocati, pauci vero electi, non videtur instituta à Deo. ¶ Dicendum, quod bonum proportionatum communi statui naturæ accidit, vt in pluribus, & deficit ab hoc bono, vt in paucioribus: bonum vero excedens communem statum naturæ, inuenitur in paucioribus: & defectus ab hoc bono, vt in pluribus, sicut videmus, ꝙ plures sunt, qui suffi cientem habent scientiam ad regimen vitæ suę: pauciores vero, qui hac scientia carent, qui & stulti vocantur: paucissimi vero sunt, qui ad intelligibilium rerum scientiam pertingunt profundam. Cum ergo beatitudo æterna sit penitus supernaturalis, vitaq; gratiæ excedat omnē hominum statum, ideò pauciores sunt qui saluātur: & in hoc misericordia Dei commendatur, atque relucet, quod saltem aliquos in illam salutem erigit, ac perducit, à qua deficiunt plurimi secundum communem cursum, & inclinationem naturæ. Hæc Thomas ibidem. Obiectio Matt. 20. Dilutio. ad 2. Richard.

¶ Richardus demum circa hęc recitat aliorū positiones, & partim Bonauenturæ, partim Magistri in litera, & de ista, & materia recitatiuè loqui videtur magis, q̄ assertiuè. apparet tñ, qđ viā Bonauēturę in his magis sequit. Cōformiter ad q̄stionē hāc, an numerus p̄destinatorū possit augeri, recitatiuè rñdet:

Ad hanc

Ad hanc, inquiens, quæstionem quidam respondēt, ꝙ numerus prædestinatorū non potest augeri, nec minui, dicentes nullum prædestinatum posse non prędestinari, & nullum non prędestinatū posse prędestinari. ad quod allegant, quòd in libro de correptione, & gratia loquitur Augustinus: Certus prędestinatorū est numerus, qui nec augeri potest, nec minui. Pro quo videtur etiam ratio militare. nam certi sumus, ꝙ non plures prædestinabuntur, q̄ ab ęterno prædestinati sunt. de quare nō essem⁹ certi, si Deus posset plures prædestinare. Alij dicunt, ꝙ numerus prędestinatorum potest augeri: qm̄ sicut dicunt prędestinatum posse non prædestinari diuisim accipiēdo, non coniunctim: ita dicunt non prædestinatos posse prędestinari: quoniam multi possunt saluari, qui nunq̄ saluabuntur. certumq; est, ꝙ nullus saluabitur nisi prædestinatus. Hæc Richardus. Auguſt. Dionyſi⁹. Prædestinatorū numerus augeri non potest. Albertus.

¶ Prędterea videtur breuiter posse dici, quod quicquidsit de omnipotentia Dei, numerus prædestinatorum tam certus de facto est, ꝙ augeri non possit, nec minui. & hoc ex informatione scripturæ, & ex reuelatione Dei in scripturis cognoscimus. Absolutè aūt loquendo, secluśa determinatine Dei iam facta, non puto ambiguum, quin omnipotēs Deus possit adhuc innumerabilia millia hominum, & angelorum procreare, quæ nunq̄ est creaturus, q̄ tam in toto, quàm in parte, loquēdo diuisim, possit saluare.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Numerus p̄destinatorum quod Deum certus est vtroq; mō, puta formaliter s̄m quantitatem discretam, & materialiter quantum ad suppositа. aliter imperfecta, atq; fallibilis esset Dei sciētia: & sicut dupliciter certus est, quo ad numerum, ita dupliciter certus est quantum ad numerantem: quia in præscientia duo sunt, scilicet scientia tot prædestinatorum, & voluntas tot saluādi. Hæc vero voluntas Dei respicit aliquid in opere nostro, quia vult tot saluari, quot bene vsuri sunt gratia ab ipso donanda, nec plures: & si plures essent bene vsuri gratia illa, tunc ab æterno voluisset plures, & modo vellet plures saluari. Hęc Albertus. Dionyſi⁹.

¶ In his verbis nō rectè sonare videtur, quod ait, si plures bene vsuri essent gratia Dei, ab ęterno voluisset, & nunc vellet plures &c. Hoc namq; videtur sonare, ac si ęterna prędfinitio, ac certa illa ęternalis prędeterminatio numeri prędestinatorum, dependeret ex temporali vsu bono creati liberi arbitrij, & quasi Deus sapientiæ infinitæ nō determinasset hūc numerꝙm in seipso absolutè. Deniq; directè simpliciterq; loquendo, nō ideò prędestinati sunt, qui prędestinati sunt, quia bene vsuri erant gratia Dei: imò econtra, quia prędestinati, ideò bene vtuntur gratia Dei saltem finaliter. Deus ergo in seipso prędeterminauit, quibus & quot daturus esset gratiam, & vsum eius salubrē. Ipse quoq; Albertus hic protestatur, ꝙ p̄destinatio ē causa gratiæ in libero arbitrio. Durādus. Diluitur obiectio.

¶ Durandus etiā ait hic: Infallibilitas sciētię qua Deus scit numerū prędestinatorū, nō est necessitas simpliciter, sed ex conditione, vt patet ex dictis de pręcognitione contingentium futurorum. Hinc nō est concedendum simpliciter, prędestinatus saluabitur necessario: sed sub conditione, seu determinatione. inquantum prędestinatus: hoc est, in sensu compositо. & est necessitas consequentię. non consequentis. ¶ Si aūt sic arguatur, quicquid Deus vnq̄ potuit, adduc potest: sed potuit nō prędestinare ab ęterno, quos prędestinauit, ergo potest eos nūc nō prędestinare. Dicendū ꝙ Deus nunq̄ potuit nō p̄destinare quem prędestinauit, aut prędestinare quem non p̄destinauit, accipiendo in sensu cōpositо, hoc est pro eodem tpe, vel prò aliquo nunc, quorū vnū includit in re contradictionem, aliud ponit in Deo mutationem. accipiendo autem diuisim, & de potestate absoluta, Deus potest nunc prædestinare, quē non prædestinauit: quia hoc posse, solum importat libertatem Dei respectu talis obiecti. per hęc vero non tollitur certitudo prædestinationis, quæ ponitur in sensu composito. Hæc Durandus.

¶ Contra cuius verbū, quod ait, tamēdo diuisim Deus pōt nunc prædestinare, quem non prædestinauit: pōt sic obijci, prædestinatio est actus in Deo immanens, vt patuit supra. sed impossibile est, esse in Deo actū immanentem de nouo. ¶ Pręterea Scotus quęrit hic, vtrū p̄destinatus possit dānari. Videtur, ꝙ non, quia omne ꝑteritum est simpliciter necessarium, Vnde 6. Ethicorum ait Philosophus: Hoc solo priuatur Deus, ingenita facere quæ facta sunt. i. quod non pōt facere vt ea, quæ facta sunt, non sint facta, sed prædestinatio huius p̄destinati transijt in præteritum, quia prædestinauit istū ab ęterno: ergo est similiter necessarium, nec potest Deus non prædestinare. ¶ Præterea, si potest prædestinatus dānari, hoc non est nisi per actum suę propriæ, ac liberę voluntatis. ergo per actum volūtatis creatæ posset impediri actus voluntatis diuinæ. ¶ Ad q̄stionem hanc rñdetur, quod p̄destinatio ꝓpriè sumpta dicit actū voluntatis diuinæ videlicet ordinationem electionis alicuius creaturæ intellectualis per voluntatē diuinā ad gratiā, & gloriā, q̄uis accipi possit ꝓ actione intellectus concomitāte istam electionē. & sicut in generali dictum est, in voluntate, & contingentia voluntatis diuinæ respectu quorumcunq; obiectorum secundariorū specialium: ita dicendum est respectu huius obiecti secundarij velle huic gratiā, & gloriam. Ex hoc dico, ꝙ propter illa, quę p̄dicta sunt in alia q̄stione, ꝙ Deus contingenter p̄destinauit illum, quem p̄destinauit, & potest non prædestinare. non quod simul possit ambo opposita nec successiuè, sed ambo diuisim in instanti ęternitatis. Sic in proposito dico, ꝙ iste qui est p̄destinatus, potest dānari. non enim propter p̄destinationem est volūtas eius cōfirmata. ideò potest peccare, & dānari. Quātum vero ad logicam, propositio proposita per cōpositionem, & diuisionem est distinguenda: atq; in sensu cōposito falsum est, prędestinatum posse damnari: in sensu quoq; diuisionis sunt duæ categoricæ, & in vna enunciatur de aliqua persona beatificabili esse prędestinatnm, & in alia posse damnari: & ambæ sunt veræ de eodem subiecto, non ideò, ꝙ simul possint esse opposita: nec ideò, quia vnum possit succedere alteri: sed quia in æternitate vtraq; est vera per se. inquantum diuina volitio consideratur, vt naturaliter prior trāsitu suo super illud obiectū, quod est gratia, seu gloria, in quo prior inaturaliter non repugnat sibi esse obiecti oppositi. ¶ Ad primū ergo dicendū, quod ꝓcedit ex falsa imaginatione, quam falsitatem intelligere confert ad intelligendū veritetem q̄stionis istius. si enim per impossibile intelligamus Deum adhuc non determinasse suā volūtatem ad alterā partē, sed adhuc quasi deliberare an velit istū prędestinare, an non: bene caperet intellectus noster, quòd eum contingenter p̄destinaret, vel non p̄destinaret, vt patet in actu nostræ voluntatis. sed quia semper recurrimus ad actum voluntatis diuinæ quasi præteritū, ideò quasi non concipimus libertatem in actu voluntatis diuinæ, seu in volūtate illa ad actum quasi iam sit positum à volūtate diuina. verū imaginatio ista est falsa, qm̄ nūc ęternitatis in quo ē actus iste, semp est prędens. ideò Dionyſi⁹. Quæſtio. Scotus. Philoſop. Soluūtur argumēta

gratiæ,quæ subtractio potest considerari, vt pœna peccati,& ita Deus est causa eius per se. potest quo que considerari vt causa siue occasio culpæ sequentis in eo,cui subtracta est gratia,& ita non est à Deo sed à voluntate peruersa.Obduratio etiam vno modo est peccatum in spiritumsanctum, dum sumitur pro proposito non pœnitendi finaliter conceptum ex mera malitia. Hæc Vdalricus, qui multa scribit de his,quæ modo inducta sunt.

Antisiod. ¶ Denique scripta Eonauenturæ de his concordant inductis ex Thoma,Petro,atque Richardo.Doctor vero irrefragabilis, tam plenè scribit de his,q̃ pene omnia nunc ex diuersis doctoribus introducta, ipse solus deprompsit. ¶ Antisiodorensis verò ait in Summa sua 1.lib. quod Deus est causa non appositionis gratiæ, sicut natura est causa quietis. & hoc est quod Thomas, & Albertus reprobant, sicut iam patuit. tamen sicut ex verbis Alexandri elicitur dictum hoc potest saluari. est enim simile quantum ad aliquid, non quantum ad omnia. nam quo ad hoc est simile, quod sicut natura est causa motus procedendo in actum, & causa quietis cessando ab huiusmodi actu,& motu. sic Deus est causa gratiæ, eam actualiter infundendo,& conseruando, & causa permissiua subtractionis gratiæ, & obdurationis,cessando ab infusione,seu conseruatione.& hoc iustè, propter demerita creaturæ. Et quod ista sit mens domini Antisiodorensis, constat ex verbis ipsius.Nam ait,Deus est causa non oppositionis gratię quodammodo per modum quiescendi, non per modum agendi, sicut natura est principium quietis cessando à motu.Hæc Antisiodorensis.

Quæstio. ¶ Postremo aliqui quærũt hic, an prædestinatio sit idem,quod liber vitę.Videtur quod sic:nam vita animæ est per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro. cum ergo prædestinatio sit præparatio gratiæ,ac gloriæ,videtur non aliud esse,q̃ liber vitę.

Tho. aqu. ¶ Ad hoc Thomas respondet: Liber vitæ in Deo

Liber vitæ qd̃ sit. metaphoricè dicitur: quemadmodũ enim in libro aliquid scribitur, ex quo veritas rei intelligitur in eodem, ita in intellectu describuntur similitudines rerum, per quas ipsę res cognoscuntur. Cum itaq; dicitur liber vitæ in Deo, vita potest sumi ex parte Dei intelligentis.sicq; præscientia creaturarum dicitur liber vitæ, quia quod factum est in ipso vita

Iohan.1. erat. vel ex parte rei scitæ, & sic dicitur liber vitæ præscientia vitæ,quæ est in conformitate ad Deum. quæ vita est duplex,videlicet vita gratiæ,& vita gloriæ, quæ ad perfectam Dei conformitatem accedit. ideò is,cuius vita talis repræsentatur in libro diuinæ præscientiæ,dicitur simpliciter scribi in libro uitæ,sed sm quid, videlicet sm præsentẽ iustitiã dr̃ ibi scribi, cuius vita gratiæ tantũ cognoscitur ibi.sicq; liber vitæ est medium inter præsciẽtiam cõiter sumptam,& prædestinationem, qm̃ præscientia est cõiter oĩum, liber vitæ est tm̃ cognitio gratię, vel gloriæ: sed prædestinatio est non tm̃ gratiæ, sed gratiæ simul,& gloriæ.vnde nullus dicitur esse prædestinatus quantum ad presentem iustitiam, sicut dicitur scriptus quis in libro vitę sm̃ presentem iustitiam. & qui sic scriptus est,scilicet sm̃ quid, deletur dum peccat mortaliter.Hęc Thomas in Scripto. ¶ Qui de hac re pleniùs scribit in 1.parte Summę quęstio.24.

ar. 1. ¶ Aegidius quoq; fatetur: Liber vitę tripliciter sumitur.Primò pro cognitione,quam habet Deus de rebus, inquantum in diuina cognitione tanq̃ in libro cuncta relucent,ac presentãtur. Secundò liber vitę vocatur,quicquid modum bene viuendi annũciat,vt presertim scriptura canonica.Tertiò conscięAegidius. tia, in qua scriptum est, qualiter homo vixit.vnde, & libri conscientiarum aperiendi dicuntur in die iudicij. Hæc itaque quęstio nõ intelligitur de libro vitę sumpto secũdo, aut tertio mõ, sed primo.Itaq; aduertendum,quòd cognitio dupliciter dr̃ liber vitę.Primò,qm̃ ipsa actio intellectus est vita,& viuere quoddam. sicq; diuina cognitio dicitur liber vitę idest liber, qui est vita respectu oĩum:qm̃ oĩa,q̃ sunt facta,erant & sunt uita in ipso. Secundò diuina cognitio dr̃ liber vitę,inquantum cognoscit eos,quos prędestinauit ad uitam. sicq; in libro uitę non sunt oẽs scripti,sed solum prędestinati:quẽadmodum. in rex,aut dux exercitus milites fortiores eligit,atq; vt eos magis memoriter teneat, conscribi eos facit in libro; scriptosq; mittit ad bellum:sic Deus ante mũ dr̃ constitutionem elegit, quibus misereri volebat. & qm̃ eos firmiter tenet,& hẽt in sua cognitione,dr̃ eos scripsisse in libro vitę. Itaque liber vitæ differt à prędestinatione in quatuor. Primò,qm̃ lib. vitę spectat ad intellectum,cum sit cognitio.prædestinatio autem, cũ sit propositum miserendi,voluntatem includit.Secundò,quia sm̃ ordinẽ intelligendi lib. vitę precedit prędestinationem, quia sm̃ intellectum Deus eligit priùs, & electorũ firmã cognitionẽ habet, ac postmodum sic electos,ac firmiter cognitos saluare proponit siue prędestinat.Tertiò differũt pene causalitatẽ. nã lib. vitę nõ est causa immediata, quare aliqui beatitudinem consequabr̃. sed vel est causa,sine qua nõ,vel causa mediãte voluntate. prędestinatio aũt, potissimè prout dicit propositũ miserendi,est simpliciter causa, quòd aliq; dirigunt in vitã,& saluant. Quartò differunt,qm̃ plures scripti sunt in libro vitę, quã sint prędestinati:qa non solũ adepturi gloriã,sed & gratiã adepturi,q̃ uis eã finaliter amissuri.Hęc Aegidius.De libro demũ vitę scribit plenissimè Alexãder,& multas circa hoc mouet quęstiones, quę opportuniori reseruãda sunt loco.

Liber vitę tripliciter sumitur.

Dan. 7.

Liber vitæ distinguit a prædestinatione.

A *Vtrum aliquod sit meritum obdurationis, & misericordiæ.*

Distinctio. XLI.

SI autem quærimus meritum obdurationis, & misericordiæ, obdurationis meritum inuenimus,misericordiæ aũt meritum non inuenimus:quia nullum est misericordiæ meritum ne gratia euacuetur, si non gratis donetur, sed meritis redditur.Miseretur itaque secundum gratiam,quæ gratis datur: obdurat autem secundum iudicium,quod meritis redditur. Vnde datur in-

Augu.1.li. ad Simp. quæstio.2. telligi, vt sicut reprobatio Dei est nolle misereri, ita obduratio Dei sit non misereri: vt non ab illo irrogetur aliquid,quo fit homo deterior,sed tantum quo fit melior nõ erogetur. Ex his apertè ostenditur, quid misericordiam, quid obdurationem intellexerit

Roma.9.c Apostolus:& quia misericordia nullum *aduocat meritum,obduratio vero non est sine merito,& misericordiæ verbo.Hic accipitur prædestinatio,& præcipuè prædestinationis

*admittit

effectus:

effectus obdurationis vero non ipsa Dei æterna reprobatio, quia eius nullum est meritum, sed gratię priuatio siue subtractio, quę quodammodo est reprobationis effectus. Accipitur tamen aliquãdo reprobatio pro obdu ratione, sicut, & prædestinatio pro suo effectu,qui est gratia apposita. Gratia enim,quæ apponitur,effectus est prædestinationis. Cum ergo gratiæ, quæ apponitur homini ad iustificationem, nulla sint merita: multò minus,& ipsius prædestinationis,qua ab æterno elegit Deus,quos voluit, aliqua possunt existere merita.Ita nec reprobationis,qua ab æterno quosdam præsciuit futuros malos, & damnandos,sicut elegit Iacob,& reprobauit Esau:quod non fuit pro meritis eorum, quæ tunc haberent,quia nulla habebant,quoniam nec ipsi existebant:nec propter futura merita,quæ præuideret,vel illum elegit, vel illum reprobauit.

B *Opinio quorundam, in qua fuit aliquando Augustinus, sed postea retractauit.*

Opinati sunt tamen quidam Deum ideò elegisse Iacob, quia talem futurũ præsciuit qui in eum crederet,& ei seruiret: quod aliquando Augustinus se sensisse dicit in libro retracta. vbi aperte ostendit, q̃ si propter futura merita electus esset, iam non ex gratia esset electio.Non ergo ideò electus est à Deo,quia talis futurus erat:sed ex tali electione talis est factus,ita dicens: Disputans ego quid elegerit Deus in nondum nato, cui dixit seruiturum esse maiorem:& quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobauerit,ad hoc perduxi ratiocinationem,vt dicerem: Non ergo elegit Deus opera cuiusquã in præscientia,quæ ipse daturus est,sed fidem elegit in præscientia:& quem sibi creditu-

*præsciit rum esse præsciuit, ipsum elegit, cui spiritumsanctum daret, vt bona operando etiam æternam vitam consequeretur.Ecce hic apertè dicit,nõ propter opera eum elegisse,sed propter fidem,qua eum *præuidit creditorum.Sed dicit quia,& in fide meritum est,sicuti & in operibus,hoc retractauit,dicens:Nondum diligentiùs quæsieram,nec adhuc in ueneram,qualis sit electio gratiæ,de qua dicit Apostolus: Reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ fient.Quæ vtiq; non ex gratia est,si ex meritis procedit:vt iam,quod datur non secundum gratiam,sed secundum debitum, sibi reddatur potius cum meritis, q̃ donetur. Perinde,quod continuo dixi.Dicit enim idem Apostolus; Idem Deus qui operatur oĩa in in omnibus.Nusquàm aũt dictum est,Deus credit omnia in oĩbus. Ac deinde subiunxi:Quod ergo credimus,nostrum est: quod vero bonum operamur,illius est qui credentibus dat spm̃sanctum.Sed hoc perfecto non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrunq; ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis,& vtrunq; datũ est per spiritũ fidei,& charitatis. Et quod paulo post dixi:Nostrum enim est credere,& velle,illius autem dare credentibus,& volenti bus facultatem bene operandi per spiritumsanctum,per quem charitas Dei diffunditur in cordibus nostris.verum est quidẽ,sed eadem regula est, & vtrunq; ipsius est, quia ipse præparat voluntatem:& vtrunque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis: ergo,& meritum fidei de misericordia Dei venit.Nõ ergo propter fidem, vel aliqua merita elegit Deus aliquos ab æterno,vel apposuit gratiam iustificationis in tempore,sed gratuita bonitate sua elegit,vt boni essent.Vnde Aug.in lib.de prædestinatione sanctorum.Non quia fututos non tales esse præsciuit, ideò elegit: sed vt essemus tales per ipsam electionem gratiæ suæ, qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

Explanat sententiã prædictorũ verborum Rom.10.c

Rom. 5.a

Aug. de prædestinatione sanctorum ca. 3.

C *His videtur contrarium, quod alibi ait Augustinus.*

His tamen aduersari videtur, quod dicit Augustinus super Malachiam prophetam, vbi scriptum est:Iacob dilexi,Esau autem odio habui. Cui vult (inquit) miseretur Deus, & quem vult indurat. Sed hæc voluntas Dei iniusta esse non potest. Venit enim de occultissimis meritis, quia & ipsi peccatores,cum propter generale peccatum vnam massam fecerunt,non tamen nulla inter eos est diuersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus,quo quamuis nondum sint iustificati,digni efficiantur iustificatione.Et item præcedit in alijs peccatoribus,quo digni sunt obtusione.Ecce hic videtur Augustinus dicere,q̃ & ipsa Dei voluntas,qua alios eligit,alios reprobat,ex meritis proueniat: sed occultissimis ideò est,quòd pro meritis alios voluerit eligere,alios reprobare: & quòd pro meritis alijs apponitur gratia iustificationis,alijs non,unde obtunduntur:Sed quid intelligere uoluerit,ignoratur:nisi fortè hoc dicatur intellexisse, quod supra diximus eum retractasse.Nam ibidem etiam,quædam alia continuè subdit,quæ in lib.retract.apertè retractat,quod utrunq; legenti patebit. Vnde ueri simile est, in p̃missis hoc etiam retractasse.

Augusti.ad Simpli. q. 2.q r Nala...1.a Rom 9. d.

quidam tamen ex eo sensu accipiuntur fore dictum, non quia aliquis prædestinetur pro meritis, vel iustificationis gratiam mereatur: sed quia aliqui non adeo mali sunt, vt mereantur sibi gratiam non impartiri. Nullus enim Dei gratiam mereri potest, per quam iustificatur: potest tamen mereri vt non apponatur, vt penitus abijciatur. Et quidem alij qui in tantum profundum iniquitatis deuenerunt, vt hoc mereantur, vt hoc digni sint: alij vero ita viuunt, vt si non mereantur gratiam iustificationis, non tamen mereantur omnino repelli, & gratiam sibi subtrahi. Ideoq; dixit in quibusdam præcedere, quò digni sint iustificatione, & in alijs quo digni sint obtusione. sed hoc friuolum est.

D

Opinio quorundam falsa, de occultis Dei differentium carnaliter.

Multi vero de isto profundo quærentes reddere rationem, atq; secundum coniecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantes; in fabulas vanitatis abierunt, dicentes q̃ animæ sursum in cœlo peccant, & secundum peccata sua ad corpora pro meritis diriguntur, & dignis* sibi quasi carceribus includuntur. Ierunt hi tales potest cogitationes suas, & volentes disputare de Dei pfundo, versi sunt in profundum: dicentes animas in cœlo ante conuersatas, & ibi aliquid boni, vel mali egisse, & pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. Hoc autem respuit catholica fides propter euidentem Apostoli sententiam, qua ait: Cum nondum nati essent, aut aliquid boni, vel mali egissent &c. Melior est ergo fidelis ignorantia, quàm temeraria scientia. Eligit ergo eos, quos voluit gratuita misericordia: non quia fideles futuri erant, sed vt fideles essent: eisq; gratiam dedit, non quia fideles erant, sed vt fierent. Ait enim Apostolus: Misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem: non ait, quia fidelis eram. Dat quidē, & fideli, sed data est etiam priùs vt esset fidelis. Ita ēt reprobauit, quos voluit, non propter futura merita, quæ præuideret, veritate tamen rectissima, & à nostris sensibus remota.

*ibi

Rom. 9. c

1. Tim. 1. c Augu. in lib. 1. ret. cap. 23. h

*Datur

E

Quæstio.

Sed quæritur, vtrum sicut dicitur elegisse quosdam vt boni fierent, & fideles, ita etiā concedi debeat reprobasse, quosdam vt mali essent, & infideles, & obdurare, vt peccent. Quod nullatenus cōcedi oportet. Non.n. reprobatio ita est causa mali, sicut prædestinatio est cā boni: neq; obduratio ita facit hoīem malū, quēadmodū misericordia facit bonū.

Respōsio.

F

An ea quæ semel scit Deus, vel præscit, semper sciat, & præsciat, & semper scierit, vel præscierit.

Præterea considerari oportet, vtrum ea omnia, quæ semel scit, vel præscit Deus, semp sciat, & scierit, ac præsciat, & præsciet, an olim scierit, vel præscierit, quod mō non scit vel præscit. De præscientia primò rñdemus, dicētes multa eū præscisse, quæ mō non prę scit. Cum.n. eius præscientia non sit nisi de futuris, ex quo illa, quæ futura erāt, præsentia fiunt vel præterierunt: sub Dei præsciētia esse desinūt, sub sciētia vero semp sunt. Præscit ergo Deus oīa ab æterno, quæ futura erant, neq; præscire desinit, nisi cū futura esse desinunt. Neq; cum præscire desinit aliqua, quæ ante præsciebat, minus ea noscit, q̃ ante cō gnoscebat. Nō enim dicitur ex defectu scientiæ Dei, q̃ aliqua præscierit aliquando, quæ modo non præsciat, sed ex ratione verbi, quod est præscientia. Præscire enim est ante scire aliquid, quàm fiat. Ideoq; non potest dici Deus præscire, nisi ea, quæ futura sunt.

G

Hic de scientia, dicens Deum semper scire, quæ semel scit.

De scientia autem aliter dicimus. Scit enim Deus semper omnia quæ aliquando scit. omnem enim scientiam, quam aliquādo habet, semper habuit, & habet, & habebit. Ad hoc autem opponitur ita: Olim sciuit hunc hominem nasciturum, qui natus est, modo non scit eum nasciturum. Sciuit ergo aliquid, quod modo non scit. Item sciuit mundū esse creandum, modo non scit eum esse creandum: aliquid ergo sciuit, quod modo non scit, & alia huiusmodi infinita dici possunt. Sed ad hoc dicimus, quod idem de natiuitate huius hominis, & mundi creatione nunc etiam scit, quod scit, quod sciebat, antēq; fierent, licet tunc, & nunc hanc scientiam eius diuersis exprimi verbis oportet. Nam quod tunc futurum erat, nunc præteritum est. Ideoq; verba commutanda sunt ad *ipsum designandum. Sicut diuersis temporibus loquentes, eandem diem modo per hoc aduerbiū cras designamus, dum adhuc futura est: modo per hodie, dum præsens est: modo per heri, dum præterita est. Itaq; antequam crearetur mundus, sciebat Deus hunc creandum: postquam creatus est, scit eum creatum: nec est hoc scire diuersa, sed omnino idem de creatione mundi. Sicut antiqui patres crediderunt Christum nasciturum, & moriturū, nos autem credimus eum iam natum, & mortuum; nec tamen diuersa credimus nos, & illi, sed eadem. Tempora enim (vt ait Augustinus) variata sunt. & ideò verba sunt mutata, non fides. Indubitanter ergo teneamus, Deū semper omnia scire, quæ aliquādo scit.

Oppobtio

Soluuio.

*tempus.

Augusti.

Hic

SVMMA DISTINCTION. XLI.

Hic Magister primò, principaliterq; quærit, an merita rationalium creaturarum sint causa meritoria prædestinationis cunctorum, an etiā demerita reproborum sint causa reprobationis eorū. & circa hoc disputatiuè procedit, atq; determinat veritatem. consequenter circa hoc reprobat quorundam errorem, dicentiū animas in alia vita promeruisse, quòd in hac vita gratiā consequantur, aut relinquantur. Deinde ostē dit, quod diuina reprobatio nō ita est causa iniquitatis reproborum. sicut p̃destinatio causa est gratię ac virtutis electorū. & circa hoc tangit quod Deo conueniat, quosdā eligere, alios reprobare. Postremò quæstionem intricatam mouet in litera, an scili cet Deus sēper sciat, & sciet ea, q̃ semel scit, & sciuit.

QVAESTIO I.

Circa hęc q̃ritur primò, *an merita, & demerita rationalium creaturarum sint prædestinationis, & reprobationis earum causa, seu ratio.* ¶Videtur

Arguū. 1. contra ve ritatem

quod sic. Deus nihil irrationabiliter agit. ergo est aliqua rō cur potius eligit unum, q̃ aliū, & cur potius p̃destinauit istū, q̃ illū. & non vr alia posse ratio esse, q̃ p̃scietia alicuius boni in uno magis, q̃ in alio.

2 ¶Secundò, sicut ratio cōparatur regi, ita uoluntas tyranno. si ergo sola voluntas Dei sit rō huius, videtur esse tyrannicū. ¶Tertiò, reprobatio ſm Augustinū est nolle misereri quibusdā. Huius aūt nolle, prę

3 Augustin. scientia demeritorū videtur rō esse. Alioquin esset crudele. ¶Quartò, vnū præ alio eligere, & prędestinare, videtur esse ex cognitione aptitudinis, idonei

4 tatis, seu dignitatis vnius præ alio. talis aūt idoneitas non vr esse nisi meritū creaturæ. ¶Quintò, non est apud Deū personarū acceptio, ergo sola merita

5 causa sunt discretionis, acceptationis, & p̃destinationis vnius præ alio. ¶Sextò, Deus quantū in se est, vno, atq; eodē modo se habet ad oēs. non ergo de-

6 creuit vnū salutare magis, q̃ aliū, nisi propter bonitatem vnius præ alio. ¶Septimò, sicut iustitię distributiuę est unicuiq; dare ſm suam dignitatē seu meritū, & æqualibet æqualia: sic iniustitiæ est, & æquitati repugnat, his qui æqualiter dispositi, apti, capaces sunt, non æqualiter nec æqualia, sed inæqualia, & inæqualiter dare: sed ante mundi constitutionē, & ante meritorum, demeritorūq; considerationem creaturæ rationales æqualiter se habebant ad gratię susceptibilitatem; ergo iniustum fuisset proponere

7 vni misereri magis, q̃ alteri, & unum prædestinare, ad gloriam magnam magis, q̃ alium. similiter vnū reprobare magis, quàm alterum, absque consideratione meritorum, aut demeritorum vnius præ alio.

In oppositum.

¶In contrarium sunt, quæ ex scripturis, auctoritatibusque sanctorum in litera allegantur. Nempè gratia non esset gratia, si daretur propter merita.

Bonauen.

¶Ad hoc rñdet Bonauētura: In p̃destinatiōe tria intelliguntur: primū est æternum propositū dandi, saluandi, seu miserendi. Secūdū est talis gratificatio, tertiū, perpetua glorificatio. Similiter in reprobatione sunt tria, videlicet æternū propositum non saluā di, seu odiū æternale, talis obduratio, sempiterna dānatio. Quantū ad primum, & vltimū, similiter est iudicandū, nā duo, ultima illa, videlicet pena & gloria, cadunt sub merito, primū verò, puta æternum propositū, eo ipso, quod æternū, meritū habere nō pōt pro causa, seu rōne, quantum aūt ad medium quod est gratificatio, & obduratio, differēter est in dicandū. nā obduratio simpliciter cadit sub demerito; gratificatio verò nec simpliciter cadit sub merito, nec simpliciter extra meritū est. est.n. meritum congrui, meritū digni, mericumq; condigni. Meritū congrui est, qñ peccator facit, quod in se est, & pro se. Meritū digni est, qñ iustus facit pro alio. Meritum condigni, dū iustus operatur pro se, quia ad hoc ordinatur gratia ex condigno. Porrò ad gratiam alteri promerendam non ordinatur penitus ex condigno, quia peccator omni bono indignus est: nec solū ex congruo, qñ iustus dignus est exaudiri. gratificatio aūt sub merito congrui cadere pōt, quantū ad gratificandum: sub merito digni, quantum ad virum sanctum: sub merito condigni, quantū ad neutrum; & hoc, propriè loquendo, est meritū. Itaque p̃destinatio, & reprobatio, quantum ad principale significaum, quod est æternum propositum, non cadunt sub merito: sed quantum ad connotatum, reprobatio cadit sub merito simpliciter, prędestinatio secundum quid. Hæc Bonauentura.

Quæstio.

¶Qui insuper circa hæc quærit, utrū p̃destinatio, & reprobatio habeat in Deo rationem motiuam ex parte ipsius Dei. Videtur, quod sic, qñ in Genesi dominus ait: Num celare potero Abraam, quæ gesturus sum, cum præcepturus sit domui suæ, ut custodiat pactum meum? Dominus ergo reuelauit Abraæ sua secreta, propter opera bona Abraę tunc futura. ¶Item Ambrosius ad Romanos 9. loquens in Dei persona: Dabo, inquit, gratiam ei, quem scio toto corde reuersurum ad me post errorem.

Gene. 18.

¶In contrariū est, quod dñs ait in Exodo: Misere bor, cui voluero, & clemens ero, in quē mihi placuerit. Insuper Christus ait: Cōfiteor tibi pater, qm̃ abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. etiā pater, qa sic placuit ante te. electos, & reprobos assignat beneplacitū patris. Rursus Apostolus ad Romanos super hac quæstione respōdet: O hō, tu quis es, qui respondeas Deo? nunqd non habet potestatē figulus de eadē massa facere aliud quidē uas in honorē, aliud in contumeliā? Augustinus quoq; lib. de p̃destinatione sanctorū: Non qa tales nos futuros p̃sciuit, ideo nos elegit, sed ut tales essemus. Amplius voluntas Dei est prima causa, & causa causarū, ergo in ea est status, nec est quærere aliā causam. Nempè dū causam quęrimus aut rōnem, q̃rimus illā ut distantē, seu differentem; qm̃ si oīno idē essent causa, & ratio, seu id cuius est cā, aut rō, viso vno videretur, & aliud, nec q̃reretur. sed nō est status nisi in summè simplici, in quo nulla est distantia. Amplius, si Deus p̃destinauit istum propter præuisionē, aut ergo propter præuisionem suorū malorū, aut indifferentiū, aut bonorū. & constat, q̃ nō propter præuisionē indifferentiū, aut malorū. sed bona nulla futura sunt in isto, nisi q̃ Deus, sua uoluntate in illo facturus est, ergo præuisio est, propter voluntatē, non è conuerso. Ité, si quis q̃reret, cū Deus potuerit p̃ducere unū alium mūdum, quare magis produxit istū, q̃ illum, nulla esset q̃stio; quia hoc solū fuit, qm̃ voluit. Pari rōne uidetur nulla rō esse quare unū p̃destinat, aliū reprobat, nisi qa sic vult. Dicendum quod dum q̃ritur, utrū æternum Dei propositū, electio, seu reprobatio rōnē habeat, hoc non intelligitur quantū ad uoluntatem diuinā, vel eius actum, qui Deus est: sed quantum ad ordinationē uoliti ad eius voluntatem. & si quæreretur, ratio causalis, aut meritoria, responderetur, quòd non habeat rationem. Si aūtem, quæratur ratio congruitatis, aut condecentię, respondent quidā quod ipsa Dei uoluntas est sibijpsi causa, seu ratio, nec est alia ratio, quare istum elegit, nisi quia sibi placet. & hoc est sufficiēs ratio per omnia, quia ipsa est causa causarum, & ratio rationum, & eo ipso, quo ei placet,

Exodi. 33

Matt. 11.

Roma. 9.

Augustin.

cēt,

cet, rectũ est propter summã rectitudinem eius, qa non est tm̃ recta. & etiã oĩs iustitiæ regula. Sed cauendũ est ne, dũ uoluntatẽ Dei cõmendare uolumus, ei potius derogemus. si.n. non esset alia ratio, quare Deus istũ elegit, non illum, nisi qa ei sic placet, iã non essent occulta iudicia, sed manifesta, cũ quilibet hãc capiat rõnem, nec dicerent mirabilia, sed uoluntaria magis. idcirco dicendũ, quod propositũ illud æternũ, sicut loquitur Augustinus, & habetur in litera, & uoluntas illa rationabilissima est, rõnemq; habet, & sicut ab æterno fuit, ab æterno habuit rõnem nõ propter essentiam, sed propter cõnotatũ. Quid aũt sit illud in electione, reprobatione q̃ hoĩum, nec oĩno est notũ, nec omnino ignotũ. Hinc aduertendũ, quod quædam sunt opera, q̃ à diuina exeunt uoluntate, cũ alio ad hoc ordinato ordine necessitatis, siue necessitatẽ sumamus in causando, siue in merẽdo, vel disponendo, vt pluere, & remunerare, siue dãnare, & saluare, & respectu taliũ diuina voluntas hẽt rõnem in generali, & speciali. vnde si q̃ratur, quare Deus vult pluere, rñdetur propter nostrã vtilitatem. Similiter si quæraf, quare vult quosdam remunerare, respõdetur quod propter gloriam suã. Similiter habet rationẽ in speciali, vt si quæratur, quare vult Deus pluere in hyeme, non æstate: respõdetur, quia vapores aquosi magis abundant in hyeme. similiter si qnæratur, quare magis vult saluare Petrum, q̃ Iudam: respõdetur, quoniam Petrus habuit opera bona, Iudas iniqua. Quæ dã autem sunt opera, quæ sunt à uoluntate diuina, cum alio, ad hoc ordinato, ordine congruitatis, sicut est nostra gratificatio, seu iustificatio, q̃ est à diuina voluntate cum cooperatione liberi arbitrij. & hoc est, quod loquitur Augustinus: Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te, quod dictũ est ſm congruentiam. Dei enim adiutores sumus secundũ Apostolum. Veruntamen Deus sine præparatione, & iustificati cooperatione iustificat quosdam, vt patet de sanctificatis in vtero, & vt quidam dicunt de Paulo: & respectu talium operum hẽt voluntas rationem in generali, & speciali, sed in generali certã, in speciali occultam. Si enim quæratur, quare Deus vult iustificare, respondetur ad misericordiæ suæ, ostensionem: & si quæratur, quare non vult omnes homines iustificare voluntate benè placiti, dicẽdũ, quod hoc est propter iustitiæ suæ ostensionem. Vnde Augustinus libro de ciuitate Dei: Si remanerent omnes in pœna, non appareret gratia misericordiæ redimentis: & si omnes de tenebris transferrentur ad lucem, in nullo appareret districtio vltionis, in qua pœna sunt plures, quàm in gratia, seu gloria quantũ ad homines, ut appareat quid omnibus debebatur. Si verò, quæratur in speciali, quare magis vult unum iustificare, q̃ alium, duobus similibus demõstratis, quia multæ possunt esse congruẽtiæ rationes, ideo non est certitudo ex parte rei. Cumq; cognitio nostra dependeat ex parte rei, nullus põtest certam inde inuenire rationem, nisi habeat per reuelationem, illius, cui certũ est omne ambiguum, & quia nõ fuit nobis expediens ista cognitio, sed vtilior fuit nobis necessaria, ideo ob nostrã humiliationem Deus noluit nobis plus reuelare. Apostolus quoque non fuit ausus interrogare, sed ostendit defectum intelligentiæ nostræ cum exclamauit: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Itaque quamuis scriptura rationem prædestinationis, & obdurationis assignet beneplacitum Dei, non tamen sequitur, quod non sit alia ratio: quia non omnia scripta sunt, sed vtilia nobis scripta sunt. Fuit quoq; vtile nobis illã rationem assignari, vt discamus Deum timere, & nihil meritorum nobis tribuere. Habet autem diuina voluntas in his rationem, ex qua dicitur congruenter operari: tamen non habet rationem causalem, cum ipsa sit causa causarum, præsertim respectu voliti. quod est ex mera Dei liberalitate, vtpotè gratia iustificans impium. Diuina ergo voluntas rationabiliter facit, & habet rationem cõgruitatis respectu voliti. Vnde in libro retractationum loquitur Augusti- Augustin.
nus: Deus proponit, eligit & reprobat veritate certissima, & à nostris sensibus remotissima. ideo nullus debet eã in hac vita inquirere, quia ad eam non possumus peruenire. idcirco in recognitione humili insufficientiæ intelligentię nostræ, claudendus est sermo noster de prædestinatione, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, cuius iudicia sunt inscrutabilia, non scrutanda, sed formidoloso silentio veneranda. Hæc Bonauentura. Rom.9. Bonauen.

¶Porrò Alexander his consonat, quo ad primũ, videlicet an merita prædestinatorum, aut demerita præscitorum sint causa, seu ratio prædestinationis, aut reprobationis. Quærit etiam, an aliena merita sint causa prædestinationis. uidetur quod sic, quoniam meritis Christi, & beatissimæ virginis, ac sanctorum multis confertur gratia perseueráns, imò de plenitudine Christi omnes accepimus, eiusque meritis gratiam consequimur & salutem. Dicendum, quod in prædestinatione sunt duo, videlicet præscientia, præparatio, seu præordinatio Dei. Aliud est collatio gratiæ, & gloriæ. Itaque ad primum horum non est referendum, quod prædestinatio adiuuetur meritis, præcibusve sanctorum, sed ad secundum. Hæc Alexander. Quæstio. Iohan.6.

¶Insuper quærit, utrum prædestinatio, & reprobatio habeant causam, seu rationem ex parte Dei, videlicet præscientiam: hoc est, utrum præscientia, qua Deus scit istum benè vsurum gratia, sit causa prædestinationis suæ: & præscientia, qua scit illum malè vsurum, causa seu ratio sit suæ reprobationis. Videtur quod sic, quoniã Aug. fatetur: Voluntas Dei ex ratione est. Damascenus, quoq;: Voluntas, inquit, rationalis est appetitus, ergo potissimè Dei voluntas. Item quod nobilius, id semper asscribendũ est Deo: sed voluntas agens ex ratione, nobilior illa est, quę ex ratione non operatur, uoluntas autem Dei nobilissima est, ergo & rationabilissima. Quæritur ergo, quæ sit ratio uoluntatis diuinæ. Voluntatis nãque, est ex ratione scientia p̃cedens est ratio. Cum ergo in prędestinatione intelligatur voluntas præparatiua gratiæ, videtur, quod ratio eius sit pscientia. Ad hoc valet illud Apostoli ad Rom. Quos præsciuit, hos, & prędestinauit. Deniq; scientia semper est rõ voluntatis, seu volitionis operãtis ex ratione. In contrariũ est, quod asserit Augustinus, Nos quia nos tales esse pscíuit, ideo nos elegit. Præterea si dicatur, quod meritũ in pscientia sit causa p̃destinationis, & reprobationis: aut ergo merita in præscientia sunt id, quod Deus, aut nõ. si id, ergo idẽ est causa sui ipsius, quia prædestinatio illa actiua est ipse Deus. Si autem merita in præscientia, vel in causã non sunt idem, quòd Deus, cum merita in suo esse sint tẽporalia, ergo temporale est causa æterni. Dicendum, quod secundum rem idẽ est in Deo præscientia, & p̃destinatio, quãtum ad principale significatum: tamen ſm rationem intelligentiæ differũt, ideo vnum potest dici ratio alterius, non causa. & hoc voluit dicere Augustinus, cũ dixit: Volũtas Dei ex Quæstio. Augustin. Damasce. Rom.8. Augustin.

ex ratione est. Quod ergo obijcitur, non ideo elegit nos &c. si ideo dicit causam, verum est: si rationem, falsum est: quoniam præscientia meritorum, dicit rationem voluntatis. non tamen sequitur, quòd merita sint causa, aut ratio voluntatis diuinæ. Ad secundum dicendum, quòd non aliud sunt merita in præscientia, quàm præscientia meritorum. Præscientia verò meritorum est idem, quod Deus illa præsciens, non est tamen idẽ penitus ratio sui. nam etsi quantum ad principale significatum idem sint re præscientia, & voluntas, differunt tamẽ secundum rationem intelligentiæ, & quantum ad connotata. nam præscientia meritorum potest esse ratio collationis gratiæ, & gloriæ. Hæc Alexand. Dionysi⁹.

¶Responsio ista tanti doctoris, admirationem, & timorẽ ingerit mihi, eo quod apertissimè dicat præscientiam meritorũ esse rõnem collationis gratiæ, & glorię, auctoritatẽq; Augustini prætactam exponit sic, quod præsciẽtia illa, qua Deus, præsciuit nos tales, utpotè iustos futuros non est causa, seu ratio, quòd, & quare elegit nos. Hæc q̃ppe videntur esse contra intẽtionẽ Augustini, & patrum, quia ex his, sequi videtur, quod præscientia meritorum sit ratio prędestinationis, nõ mera, & pura bonitas, ac liberalitas Dei: & itẽ q̃ gratia non datur purè, ac penitus gratis, sed intuitu meritorũ. Nec videtur ista responsio multum differre ab opinione praua, ac cõdemnata dicẽtium, quod gratia datur propter merita saltem futura, & quod merita sint causa prædestinationis. nempè qui hoc dixerunt, non erant tam rudes, & imperiti, q̃ opinabantur merita temporalia, & gesta creaturarũ esse causam effectiuam, aut præcessiuam diuinæ prædestinationis, quæ est ipsemet Deus, ita quòd res creata esset realis causa Dei: sed hoc intendisse videntur, quòd præscientia, præcognitio, seu præintuitio meritorum futurorũ fuerit ratio prædestinationis, cur scilicet Deus voluerit, atq; decreuerit, seu præparauerit gratiam dare his, quos præsciuit iustos futuros. quod tamẽ negatur in litera. Præterea Alexander in forma quæstionis proponit non solum, an præscientia meritorum istius, qua Deus, scit eum benè usurum gratia, sit causa, seu ratio prædestinationis, sed etiam utrum præscientia, qua scit illum malè usurum, sit causa, seu ratio reprobationis, & tamen non soluit hanc quæstionem nisi pro prima parte ipsius. Videretur autẽ melius, vel saltem minùs malè sonare, si respõdisset, quod præscientia demeritorum sit ratio reprobationis, q̃ quod præscientia meritorum sit ratio collationis gratiæ, & gloriæ, seu prædestinationis, &c. Verum, quid de his sentire oporteat, ex sequentibus euidentiùs mox patebit. nã, & uix tolerari posse videtur, ut præscientia demeritorũ dicatur ratio reprobationis, cum magister dicat in litera, q̃ Deus reprobauit, quos voluit, nõ propter futura eorum merita, i demerita, quæ præuidit &c. quod tamẽ verbum durè videtur sonare. Aduertenda sunt ergo sequentia verba doctorũ. ¶Item ad quæstionẽ hanc, utrum præscientia meritorũ sit causa prædestinationis, Thomas rñdens: Præscientia, inquit, meritorũ, seu operum aliquorũ, nullo mõ est causa prædestinationis diuinæ. quod patet, si considereẽ, totũ, quod est in prædestinatione. De eius essentia tñ nil prohibet effectum prædestinationis, uidelicet gratiã, & gloriã, quæ in obliquo ponuntur in ipsius descriptione, habere aliquam causam ex parte operũ nostrorũ. de essentia nãq; p̃destinationis sunt præscientia Dei, & volũtas eius de aliquorũ salute. præsciẽtia aũt de salute illorũ, non causatur à rebus nec à cognitione operũ nostrorũ. voluntas, quoq; Dei cũ sit liberrima, nõ habet causam nisi finẽ sui, q̃ est bonitas sua, q̃ est ipsemet Deus. Hinc cũ q̃ritur quare Deus hoc vult, cõueniẽter rñdetur, propter bonitatẽ suã, non qa hoc sciuit, vel qa hoc factum est. attñ effectus suæ voluntatis, põt p̃cedere ex aliqua cã, quã Deus ab æterno pscíuit. iltumq; ordinẽ, causæ ad causatũ Deus vult, & vult quod effectus sit. qm̃ cã est non sic, quod causalitas referaf ad voluntatẽ diuinã, sed ad volitum, & cã hæc uoliti non volẽdi, uocaf ratio quædã voluntatis ex parte effectus. Verũ hæc causa in q̃busdã hẽt rõnẽ causæ cõpletã: interdum verò est dispositio tm̃: ita etiã ãd duplicẽ prædestinationis effectũ diuersimodè habẽt se opera nr̃a, qm̃ opus meritoriũ gratia informatum, cã est gloriæ: sed opus bonũ gratiam præcedens, nõ est cã meritoria eius, sed dispositio quædam. Hinc patet, q̃ prædestinatio causam non hẽt, rõnem verò habet ex parte effectus, ſm quem rõnabilis appellatur, ac iusta. Ad auctoritatẽ ergo Ambrosij rñdendũ, quod in ea nõ designatur, quod opus nr̃m sit cã voluntatis diuinæ, nec etiã, q̃ sit causa collationis gratiæ, sed solũ dispositio quædã, ita ut hoc intelligaf nõ de opere gratiã cõsequente, quod virtutem merendi hẽt à gratia, & nec est causa, nec dispositio eius, qm̃ sequitẽ eã: sed de opere præcedẽte, quod dispositio cõsistit ad gratiã. illi nãq; Deus gratiã proponit infundere, quẽ scit se præparaturũ ad gratiã. nõ tñ p̃p̃ præparationẽ, quæ non est sufficiens gratiæ cã, nec finis voluntatis diuinæ, sed p̃pter suã bonitatẽ, vult. tñ quod iste habeat gratiã, qa se præparauit iuxta modũ loquendi, quo dr, quod dat gratiã illi, qm̃ præparauit se ad illã, ita vt coniunctio illa denotet dispositionẽ, nõ causam: tñ respectu actus volendi ipsius Dei, nõ põt designare dispositionẽ, nec cãm. nõ enim ideo voluit, qm̃ iste se præparauit, sed solũ qm̃ bonus est. Cũ ergo arguit ad iustitiã pertinere, vt æqualibus denẽ æqualia &c. dicendũ quod Diluitur obiectio.
in hoĩe iusto cã eliciens actũ volendi finis est volũtatis: sed ex parte effectus, accipit causam ex opere hoĩum, & discretionẽ facit in eis: vt si q̃raf à iudice iusto, quare vis, plùs dare huic, q̃ illi, si velit rñdere causam voluntatis, dicet: Propter bonũ iustitiæ, q̃ in opere hoc relucet: si aũt voluerit causam operis assignare, dicet: qm̃ iste est dignior. Veruntñ prædestinatio respectu gloriæ habet rõnẽ iustitiæ distributiuæ, quia ſm exigentiã meritorũ eam largitur: sed respectu primi effectus ipsius prædestinationis, uidelicet gratiæ, potius hẽt liberalitatis, q̃ æquitatis; qm̃ gratia datur gratis, nec redditur meritis. vnde ex parte recipientis non est assignare causã, quare digniùs sit gratia, sed solũ quandã dispositionem. Ad aliud quoq; dicendũ, q̃ volũtas præscientiã non disponit ut causam simpliciter, qa volũtas est libera, nã possum nõ velle quod scio. Etenim causa eliciẽs, actũ, nõ est nisi finis ipsius. Hæc Thomas in Scripto. ¶Insuper in 1. parte Sũmę q̃stione 23. Prædestinatio, ait, voluntatẽ includit. Idcirco sic est ingrenda rõ prędestinationis, sicut ingrit rõ diuinę uoluntatis. nõ est aũt assignare causam voluntatis diuinę ex parte actus uolẽdi, sed ex parte volitorũ, inquãtum Deus vult aliq̃d propter aliud. Itaq; nemo tãtæ fuit insaniæ, ut diceret merita esse causam diuinę prædestinationis ex parte actus prædestinationis. sed hoc sub q̃stione vertit, vtrũ ex parte effectus p̃destinatio aliquã habeat cãm. & hoc est q̃rere, utrũ Deus pordinauit se daturũ p̃destinationis effectũ alicui propter merita aliqua. Quidã ergo dixerũt quod imò, & hoc propter merita p̃cedentia in alia uita, ut Ori- q. 23. ar. 5.

Auguſt.

1. Cor. 3.

Auguſtin.

Romã. 11.

Tho. aqu. Meritorũ præsciẽtia nõ est causa prędestinatiõis aliquorum.

genes,

genes, qui dixit animas rõnales simul creatas, atq; in cœlo peccasse, & ſm diuerſitatẽ meritorum ope rũq; ſuorũ diuerſos ſortiri ſtatus in mundo hoc. Ve
Roma.9. runtñ opinionẽ iſtam excludit Apoſtolus ad Romanos, dicẽdo de Iacob, & Eſau: Cũ nondum nati eſſent, aut aliquid egiſſent boni, aut mali, nõ ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt: Quia maior ſeruiet
Pelagianorum hæreſis. minori. Alij ergo, ut Pelagiani, dixerunt quòd merita præexiſtentia in hac vita, ſint cauſa, & ratio effectus prædeſtinationis, dicentes initium benefaciendi, ac promerendi eſſe ex nobis, conſummationem, verò ex Deo. ſicq; quod alicui datur à Deo effectus prædeſtinationis, inde contingere, ꝙ vnus dedit initiũ ſe parando, non alius. ſed contra hoc eſt, quod
2.Cor.3. ad Corinthios ſcribit Apoſtolus, Nõ poſſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis. nullũ autem principium priùs eſſe poteſt in nobis, q̃ cogitatio. Vnde dici non poteſt, ꝙ aliquod initium in nobis exiſtat, quod ſit ratio effectus prædeſtinationis. vnde fuerunt alij, qui dixerunt, ꝙ merita ſequentia prædeſtinationis effectum, ſunt ratio prædeſtinationis, ita quòd Deus dedit alicui gratiã, ſeu dare præordinauerit, quoniam ſciuit illum benè vſurum gratia ſua: quemadmodum rex dat alicui militi equum, quia ſcit, quòd miles equo benè utetur. ſed hi non videtur diſtinxiſſe inter id, quod eſt ex gratia, & id, quod eſt ex libero arbitrio, quaſi nõ valeat idem eſſe, ex utroq;. Manifeſtum eſt nanque, quod id, quod eſt gratiæ, ſit prædeſtinationis effectus. nec hoc poteſt poni, ut ratio prædeſtinationis, cum hæc ſub prædeſtinatione includatur. Si ergo aliquid aliud ex parte noſtri ſit ratio, prædeſtinationis, hoc erit præter prædeſtinationis effectũ. ſed non eſt diſtinctum, quod eſt ex prædeſtinatione, & quod ex libero arbitrio, ſicut non eſt diſtinctum, quod eſt ex cauſa ſecunda, & cauſa prima. Diuina quippe prouidentia producit effectus per ſecundarum operationes cauſarum. Hinc, & id, quod eſt per liberum arbitrium, ex prædeſtinatione procedit. Dicendum ergo, quod prædeſtinationis effectum poſſumus conſiderare dupliciter. Primò, in particulari. ſicque nil prohibet unum effectũ prædeſtinationis eſſe cauſam, & rationem alterius: poſteriorem, quidem prioris, ſecundum rationem cauſæ finalis: Priorem vero poſterioris, ſecundum rationem cauſæ meritoriæ, quæ reducitur ad diſpoſitionem materiæ: ut ſi dicamus, quod Deus præordinauerit alicui ſe gloriam daturum ex meritis, & quod præordinauit alicui ſe daturum gratiam, vt gloriam mereatur. Secundò conſiderari poteſt prędeſtinationis effectus in communi, & ſic impoſsibile eſt, ꝙ totus prædeſtinationis effectus aliquam habeat cauſam ex parte noſtri: quoniam quicquid eſt in homine ordinans ipſum ad ſalutem, totum comprehenditur, ſub prædeſtinationis effectu etiã præparatio ipſa ad gratiam. Neque enim hoc fit niſi per diuinum auxilium, iuxta illud Threnorum:
Thren.5. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Habet tamen hoc modo, prædeſtinatio ex parte effectus pro ratione bonitatem diuinam, ad quam totus prędeſtinationis effectus ordinatur tanquam in finem, ex qua etiam procedit ſicut ex primo mouente principio. Itaque vſus bonus gratiæ præcognitus, non eſt ratio collationis gratię, niſi ſecundum rationem cauſę finalis. ¶Per quod patet ſolutio, ad illud Apoſtoli, Quos preſciuit, & prędeſtinauit, &c. Prꝛterea aduertendum, quod ex bonitate diuina ſumi poteſt ratio prꝛſtinationis aliquorum, reprobationiſque aliorum. Sic enim dicitur
Diluitur obiectio. Roma 8.

Deus omnia propter ſuam bonitatem feciſſe, ut in rebus diuina bonitas repreſentetur. Neceſſe eſt autem ut diuina bonitas in ſe ſimplex, & una, multipliciter repreſentetur in rebus. propter quod ad cõpletionem uniuerſi requiruntur gradus rerum diuerſi. atque ut multiplicitas graduum conſeruetur in rebus, permittit Deus fieri aliqua mala, nè multa bona impediantur. Si ergo conſideremus totum genus humanum ſicut totã rerum uniuerſitatem, voluit Deus in hominibus, quos prędeſtinauit, ſuã repreſentare bonitatem per modum miſericordię parcendo: & quantum ad aliquos, quos reprobat per modum iuſtitię puniendo. & iſta eſt ratio, quare Deus quoſdam elegit, & alios reprobauit. Quã
Roma.9. rationem aſſignat Apoſtolus ad Romanos dicens: Volens Deus oſtendere iram, id eſt, uindictam iuſtitię, & notam facere potentiam ſuam: ſuſtinuit, id eſt, permiſit in multa patientia vaſa irę apta in interitum, ut oſtenderet diuitias glorię ſuę in vaſa miſericordię, quę prꝛparauit in gloriam. Secunda quo-
2.Timo.2. que ad Timotheum: In magna, inquit, domo non ſolum ſunt uaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictila. Et quędam quidem in honorem, quædam autem incontumeliam. Sed quare hos elegit in gloriam, illosque reprobauit, non habet rationẽ
Auguſt. Iohan.6. niſi uoluntatem diuinam. Propter quod Auguſtinus ait ſuper Iohannem: Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli uellè iudicare, ſi non uis errare. quemadmodum etiam in rebus naturalibus, poteſt ratio aſſignari, cum materia prima tota in ſe ſit vniformis, quare una pars eiꝰ ẽ ſub forma ignis, alia ſub forma terræ à Deo, in principio condita, vt ſcilicet ſic ſit diuerſitas ſpecierum in naturalibus rebus: ſed quare hæc pars materiæ eſt ſub hac forma, & illa ſub illa, dependet ex ſimplici Dei uoluntate: ſicut ex ſimplici artificis voluntate dependet, quòd hic lapis ſit in iſta parte ædificij, & ille in illa, quamuis ratio artis habeat, ꝙ aliqui ſunt in hac parte, alij in alia: nec tamen ob hoc eſt iniqtas apud Deum, quia non inæqualibus inæqualia prꝛparat.
Matt.20. Nempè hoc derogaret iuſtitiæ, ſi prædeſtinationis effectus ex debito redderetur, & non magis ex gratia. In his verò, quæ ex gratia dantur, poteſt quis ex libito ſuo dare, cui vult plus, & cui vult minus abſque prꝛiudicio iuſtitiæ, dummodo nulli ſubtrahat debitum. ideo paterfamilias loquitur: Tolle quod tuum eſt, & uade. An non licèt mihi quod uolo facere? Hæc Thomas in Summa.
Dionyſiꝰ. ¶In cuius doctrinalibus verbis hoc qđ ait, quare Deus hos elegit, & illos reprobauit, nõ habet rationẽ niſi uoluntatem diuinã, videtur aliqualiter diſcordare à verbis Bonauenturæ: qui, ut in inducta ſua patuit poſitione, hoc ipſum ex intẽtione reprobare conſpicitur: quia ut ait, & ex ratione, ac auctoritate confirmat, uolũtas Dei in huius electione, ac prædeſtinatione, & in illius reprobatione irrationabilis eſſe non potuit, nec iniuſta. idcirco ex certa, & iuſta ratione ſibi nota, nobis prorſus ignota, ſic egiſſe videtur. Scripta denique Petri ſcriptis Thomæ ſatis concordant. In Summa verò contra gen-
Thomas contra gẽtiles. tiles libro 2. ac 3. multa conſcribit ad intelligentiam horum accommoda, diſputando de cauſa ordinis vniuerſi, & de prouidentia Dei, & qualiter aſſignetur ratio uolũtatis diuinæ, & quomodo Deus, agere, queat prꝛter ordinem inditum rebus.
Richard. Quæſtio. ¶Circa hæc Richardus omnino cõcordat dictis Thomę, ſoluendo hanc q̃ſtionem, utrum prꝛſcientia meritorũ ſit ratio prædeſtinationis ſaluandorum.
Quæſtio. Deinde q̃rit, utrum in Deo ſit aliqua ratio, q̃cunque ſit

ſit illa, quare prædeſtinauit quoſdã, & non alios. & circa hoc refert varias aliorũ rñſiones, quæ ex Thoma, & Bonauentura ſunt recitatę, ac contra opinio nẽ dicentium, ꝙ nõ ſola voluntas Dei, ſed & ratio
Mala.1. aliqua ſit in Deo, quare potiùs p̃deſtinauit ipſum Iacob, q̃ Eſau, ſeu iuſtum quemcunq; q̃ illum ſignatum, arguit: Tunc enim rationabiliùs fuiſſet p̃deſtinare ipſum Iacob, q̃ Eſau: ſed inconueniens eſt Deũ facere factũ minùs rõnabile, omiſſo facto magis rõnabili. ergo impoſsibile fuit, ꝙ Deus p̃deſtinaſſet, & ipſum Eſau, & reprobaſſet ipſum Iacob. Neceſſariũ
Anſelmꝰ. ergo fuit Deũ p̃deſtinare Iacob, & non prædeſtinare Eſau. Ait namq; Anſelmus 1.li. Cur Deus homo. Sicut in Deo quodlibet paruũ incõueniẽs ſequitur impoſsibilitas, ita q̃libet paruam rationẽ ſi maiori non vincitur, cõcomitatur neceſsitas. Hinc Richardus videtur poſitioni Thomæ potiùs conſentire, q̃uis breuiter tãgat, qualiter & aliæ opiniones queãt
Obiectio. defendi. ¶Si autem contra poſitionem Thomę obijciatur, quia Anſelmus in libro de veritate teſtatur, ꝙ omnis voluntas ſicut vult aliquid, ita vult propter aliquid, ergo aliqua ratio fuit in Deo, ob quam voluit prædeſtinare ipſum Iacob, non Eſau.
Richard. Ad hoc Richardus reſpondet, Dico ꝙ hoc verũ eſt vel in generali, vel in ſingulari. & dico ꝙ Deus
Dilutio. ordinauit ipſum Iacob ad effectum prædeſtinationis, & non Eſau, propter manifeſtationẽ ſuæ miſericordiæ, atq; iuſtitiæ: q̃uis ſi voluiſſet, ita potuiſſet eã manifeſtare in Eſau, ipſum p̃deſtinando, ſicut in Iacob. Hinc ſi in ſingulari, quæras rationem, quare ad
Quæſtio. effectum prædeſtinationis præordinauit ipſum Iacob magis, quàm Eſau, reſpondendum eſt, quia ſic uoluit: nec alia ratio eſt reddenda, quia voluntas Dei eſt prima rectitudo. Hæc Richardus.
Quæſtio. ¶Quærit aũt Richardus, utrum demerita hominis ſint rõ ſuæ reprobationis. Videtur, ꝙ ſic, qm̃ reObiectio. probare eſt ad pœnã prꝛordinare. ſed iniuſtum eſt, aliquem ordinare ad pœnam damnationis, niſi propter eius demerita. Hoc ergo non cõuenit Deo iuRoma.9. ſto. In contrarium eſt illud Apoſtoli. Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni, aut mali, non ex operibus, ſed ex vocante dictũ eſt, &c. Rñdendum, ꝙ demerita hoĩs non ſunt rõ ſuæ reprobationis, niſi q̃tum ad connotatũ, quod eſt temporalis, obduratio, & futura dãnatio. Obdurationis enim ſunt cauſa effectiua, & meritoria. Futuræ verò damnationis ſunt meritoria cauſa. Præordinationis aũt ad æternã damnationẽ, ad quam præordinatus eſt reprobus, non ſunt cauſa effectiua, nec meritoria.
Dilutio. ¶Ad obiectũ dicendum, ꝙ iniuſtum eſt aliquẽ prꝛordinare ad pœnã, ita ut ſine culpa damnetur, vel deputeť, aut deť ad illam: ſed prꝛordinare aliquem ad pœnã, ita ut ſine ſuis demeritis non damnetur, & ipſa tamen demerita non ſint ratio p̃ordinationis ad pœnã, nõ eſt iniuſtũ. Hæc Richardus. ¶Alber
Albertus. Augu. tus quoq; ſcribit: Dicendũ cũ Auguſtino, & Magiſtro, ꝙ p̃deſtinatio, & reprobatio non hẽt aliquam cauſam: qa nec efficientẽ, nec materialem, ex qua
Cauſa finalis duplex nec formalẽ, neq; finalẽ. Veruntñ finalis eſt duplex, uidẽlicet finis intentionis, & finis operis. Finem intẽtionis appello, qui ab efficiente intenditur, vt beatitudo à benè agente. Finẽ operis voco id, ad quod opus terminatur. & hoc quandoq; eſt tẽporale, ſicut ire ad matutinas, terminatur quãdoq; ad accipere oblationes: & ſacros ſuſcipere ordines, ad habendũ p̃bendam. Et tale quid adiunctum fini principali, põt eſſe rõ, finisq; operis: non eſt tñ propriè cauſa finalis, qm̃ cauſa finalis eſt, q̃ quietat intẽtionẽ per ſe, & totã. Similiter diſtinguendum eſt in prę

dęſtinatione. Nã quoddam eſt ibi æternũ, uidelicet ꝓpoſitũ Dei, & quoddam determinabile ad tẽpus, vt collatio gratię. & ex parte æterni, nec cauſam habet finalẽ, nec propriè rationẽ: qm̃ ratio etiam aliqua modo elicit opus. Merita aũt futura nullo modo eliciũt propoſitũ. Ex parte verò effectus, in quo determinabilis eſt prædeſtinatio, & reprobatio Dei ad tempus, habet ipſa prædeſtinatio, & reprobatio rationem, videlicet merita, non tamen cauſam finalem. Hæc Albertus, qui alia multa ſuper his ſcribit, quæ ſententialiter ſunt inducta.
Vdalricꝰ. ¶Vdalricus etiam in Summa ſua libro ait 2. Quia profunda diuinæ ſapientiæ perſcrutari nequimus, ſm quam iudicia Dei ſunt abyſſus multa, ideo ratio
Pſalm.35. nem iuſtitię in prędeſtinatione quorũndã præ alijs
Roma.9. ignoramus. Apoſtolus tñ docet, quo mõ in hac diſcretione diſcas nil eſſe iniuſtũ, ſed oſtenſionẽ diuitiarũ bonitatis Dei, ponens exemplũ de figulo luti, q̃ ſi oĩa vaſa lutea ad contumelioſum faceret vſum, nihil iniurię faceret luto immundo, dimittens illud ſuæ naturę immundæ: Si autem aliqua vaſa formet ex luto tam artificioſa, ut dici valeat illud Poetæ.

Materiam ſuperabat opus,

faciẽdo vas ad vſum honeſtum, hoc aſſcribendum eſſet beneuolentiæ, atq; prudentiæ artificis, nõ merito luti: ſic quia ex originali peccato in diuerſa vitia præcipitati omnes eramus maſſa immunda perditionis, ſi omnes nos permiſſiſſet perire, ſm merita noſtra nobis feciſſet, nec iniquè egiſſet. Cumque
Roma.9. ſola liberalitate bonitatis ſuæ propoſuit ex maſſa il
Iacob.2. la facere aliqua uaſa gratiæ in honorem, miſericordia ſuperexaltat iudicium: nec iniuſtum eſt ex parte eorum, quibus miſeretur, quia non ſolum licèt, ſed etiam decet ſuam ſic facere bonitatem. Nec eſt
Matt. 20. iniuria eorum, quos nõ p̃deſtinauit, quia nil meruerunt, imò dicere eis poteſt, an non licèt mihi quod volo facere? Nec eſt ibi inæqualitas acceptionis perſonarum, quia etiam dum ſm iura humana fit locus gratificationi, ſeu adoptioni, vbi conditiones perſonarũ æquales ſunt, nõ eſt ibi acceptio perſonarũ, cũ nulli earũ ex ſuis meritis debeat. Hęc Vdalr.
Durandꝰ. ¶Porrò Durãdus ſatis clarè hic recitat aliorũ poſitiones, & ꝓ maxima parte ſequiť Thomã, dicens in particulari non poſſe dari, nec eſſe rationem cur Deus potiùs p̃deſtinauerit iſtum, q̃ illũ, niſi voluntatẽ diuinam. In aliquo tñ nititur aliorũ poſitiones corrigere, quod agendo defeciſſe videtur, dicendo ꝙ gloria nõ eſt de effectibus p̃deſtinationis, quia p̃deſtinatio non eſt de fine, ſed de medijs perueniendi ad finẽ. Quod ſtare non ualet, imò iuxta prꝛhabita, p̃deſtinatio principaliter eſt de beatifico fine, & illũ directè concernit. de medijs vero eſt, inquantũ ad finẽ huiuſmodi requiruntur. Prędeſtinatio quip
Prædeſtinatio qđ. pe eſt p̃ordinatio alicuius ad gloriam, imò prꝛordinati ad gloriã tantum: ut hi, qui ad tempus iuſtè ſe habent, nec perſeuerant uſq; in finem, non ſunt p̃deſtinati: & q̃uis ſint libro vitæ aliqualiter ſcripti, nequaq̃ tamen ſunt p̃deſtinati. In deſcriptione quoque p̃deſtinationis nõ minùs ponitur gloria, quàm gratia, cum dicitur p̃deſtinatio eſt prꝛparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Rurſus cum p̃deſtinationis ratio in cõi ſit manifeſtatio ſeu repreſentatio diuinæ pietatis, perfectionis, & gloriæ increatæ, conſtat, quòd potiſsimè ſit de fine. non enim in medijs illis diuina pietas, perfectio, & beatitudo relucet plenariè, neque tam plenè, ſicut in ipſa p̃deſtinatorum beatificatione, & gloria conſummata.
Scotus. Auguſtin. ¶Inſuper Scotus circa hęc inq̃ſitiuè ꝓcedit, narrans, qualiter Auguſtinus interdũ ipſam fidem, quã

Deus

Deus in prędestinatis ꝓuidit, ſenſit eſſe cauſam, ſeu rationē ꝓdestinationis, ꝙtum ad gratiæ collationē. Sed hoc Aug in lib. Retractionū reuocauit, eo ꝙ & ipſa ſit donum Dei, & effectus ſub prędestinatione cōpreheꝝſus ac cadens. Magiſter verò in litera ſentire videtur, ꝙ omnino nullū ſit meritū prædestinationis, aut reprobationis, & inuitur auctoritatibus Apoſtoli, & Auguſtini. Quod verò Aug. alicubi ait, ꝓdestinationē de occultiſsimis meritis venire, inſinuat ab Auguſtino retractatum in ſimili. ¶Contra, quod obijcit quidā doctor, ꝙa ſuper epiſtolam ad Rom. ſcripſit Auguſtinus, quādo fuit præbyter, nōdum epiſcopus: librū verò octoginta trium q̄ſt. in quo auctoritas illa habetur, fecit iā præſul effectus. ergo nō videtur, ꝙ retractato illo verbo libri prioris, retractet aliqua libri poſterioris: q̄n retractare dictū priùs, quando minùs ſciebat, nō eſt retractare dictū prolatū poſteriùs, quando plùs ſciuit. ¶Sed iſtud argumentū non cogit, q̄n licèt priùs ſcripſit vnū librum, q̄ alium, ſimul tamen fecit librum retractationū. tūcq; habuit ambos libros illos, & potuit poſteriùs editis. Vnde & 1. lib. Retract. 3. ca. ait Nec aſsiduà repetendum eſt, quod ſemel inde dixi. Amplius dicitur, ꝙ Deus operatur circa creaturas ſolo beneplacito uoluntatis, ut inde non ſit alia rō, aut cauſa petenda: ita tamē, ꝙ poſsit ratio aſsignari cur quoſdam elegit, & nō alios. Nulla verò, quare potiùs iſtum, q̄ illū. Vnde & in cæco nato Chriſtus ſolam perhibuit rōnem cur natus ſit cæcus, quatenus opera Dei, & gloria eius manifeſtarentur in illo. Sic q̄ue Deus permittit fieri mala, ne quædam bona impediantur, imò ut eueniant. Nec in his agit Deus cō tra iuſtitiam, quia nulli abſolutè eſt debitor. ¶Contra iſtam poſitionem, quidā ſic arguunt: Nullus defectus culpæ, aut pœnæ eſt per ſe de perfectione vniuerſi. ergo nec per ſe requiritur ad manifeſtationē bonitatis diuinæ: & ergo non eſt ſimile de differentijs rerum in eſſe naturali, artificiali, & morali. ¶Item ad manifeſtationem diuinæ iuſtitiæ ſufficeret dānatio dęmonum. ¶Rurſus, non apparet, ꝙ Deus ex intentione fieri ſinat peccata, ut puniat ea; q̄n non uidetur, ꝙ per intētionem cuiuſquam ſint plùs permittenda fieri mala facta, q̄ fienda, q̄n nullū malum culpæ, vel pœnæ pōt eſſe per intentum in q̄tum malū. Nec eſt ſimile de materia nuda, & de diuerſis ſuppoſitis, ꝙa in materia ſecundum ſe nō poteſt eſſe diſpoſitio varia, ſed in hoībus poteſt ex libertate arbitrij. Quod vero ait Apoſtolus, q̄ incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei. Et, an non hēt poteſtatē figulus, ac conſimilia: dicit iſte ſic arguēs, non dixiſſe Apoſtolum ex inopia rōnis reddēdæ, ſed ad reprimendū inquiſitionem culpabilem temeritatis humanæ. Iſte ergo poſitionē inductam ſic reprobans, dicit aliter, & ſic: Actus diuinus pōt dupliciter conſiderari. Primò, ut eſt à Deo agente. Secundo, prout recipit in aliquod paſſum, ſeu ut terminatur in aliquod obiectū. Primò mō nulla eſt rō actionis diuinæ, neq; ut finis, niſi bonitas ſua: neq; ut efficiens, niſi uoluntas ſua. Secundo mō poteſt rō aſsignari, propter quā idē eſſe, quod eſt actio ut eſt ens ad finē congruit fieri propter quā ſcilicet illud ens circa quod eſt actio, ut eſt ens ad finē, congruit fini. & q̄d aliqua ſit rō, talis ex parte entis ad finem, oñdit tripliciter. Primò, quia in rebus oīo æqualibus electio noīari non poteſt: ergo ſi Deus aliquos elegit, aliqua eſt differentia electi à nō electo. Secundò, ꝙa in oībus operibus miſericordiæ Dei videtur concurrere iuſtitia, ergo aliqua eſt conueniētia ex parte eius circa quē miſericorditer operaī. Tertiò, quia non uidetur conſimiliter eſſe meritū electionis, & reprobationis. & licèt malitia, quæ ex parte reprobati, non ſit cauſa damandi ex parte Dei, ita quod ſit cauſa actionis diuinę reprobatiuè, quia ſic Deus eſſet paſsiuus, & tēporale eſſet cauſa æterni: tamē benè conceditur ex parte damnandi ratio motiua, propter quā recipiatur in ipſo actio iſta, & ſit circa ipſum. ergo à ſimili videī ex alia parte, quod abſque imperfectione Dei in agēdo, poteſt poni aliqua ratio ex parte prædeſtinati. Et innititur auctoritati Auguſtini, quod prædeſtinatio, ſeu electio ſit ex occultiſsimis meritis, quā auctoritatem dicit nō eſſe retractatam ab Auguſtino. Vlterius in ſpeciali dicit quod bonus vſus liberi arbitrij ꝓuiſus à Deo, ex parte electi, & malus uſus ꝓuiſus ex parte reprobati. horum ſit ratio. quod ita declarat. Quamuis gratia principaliter operetur in actibus bonis, tamen liberū arbitrium cooperatur, quod probat per Auguſtinum ſuper illud, Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, dicentem: Cum petit nos adiuuari, neque ingratus eſt, nec tollit liberum arbitriū. Quando ergo offertur gratia viatori, ſi recipiat gratiam ſibi oblatam, & ei per liberum arbitriū benè coopere tur, meretur habere gratiam ſecundum gradum vlteriorem, prout doctor ille exemplificat in multis, gradibus intermedijs à ſtatu peccati mortalis vſq; ad ſtatum gloriæ. ſicq́ue uidetur, quod totus bonus vſus liberi arbitrij pro omnibus ſtatibus præuiſus, poteſt eſſe ratio electionis æternæ ipſius benè vſuri. & ita ex alia parte de malo vſu, & malè uſuro, ac reprobatione. ¶Et ſi obijciatur, quia bonus uſus liberi arbitrij eſt per gratiam, ergo pertinet ad effectū prædeſtinationis, & ita non eſt ratio eligendi. ¶Reſpondet quod bonus uſus quodammodo non includitur in prædeſtinatione, nec ſub eius effectu, licèt non ſit ſine eius effectu, nec ſit diſtinctum id, q̄d eſt prædeſtinationis, ab eo quod liberi eſt arbitrij. & ſic iſta ratio valeat aſsignari in communi, & in ſingulari, de quocunque prædeſtinato, ſeu reprobato. & eſt ratio non propter quam, ſed ſine qua non tamen eſt hominis illam in ſingulari inueſtigare, q̄amuis non deſit.

¶Sed contra iſtud arguitur: primo, quoniā Deus non præuidet iſtum benè vſurum libero arbitrio, niſi quia ipſe Deus vult, aut præordinat iſtum benè uſurum. Vnde ſi offerantur Deo duo in naturalibus omnino æquales: quæro, quare præordinat iſtū benè uſurum libero arbitrio, non illum. Non videtur ratio niſi uoluntas Dei, ad quam ſequitur unius electio, alterius reprobatio. ergo in prima diſtinctione, ſeu diſcretione pertinente ad prędeſtinationē, & reprobationē, ſola ratio eſt diuina voluntas.

¶Præterea ratio iſta, quam ponit, nō tenet in omnibus, cum quidam prędeſtinati non habeāt in hac vita vſum bonum liberi arbitrij, & aliqui reprobari non habeant uſum malum, ut patet in paruulis baptizatis, & non baptizatis ante uſum rationis. Si dicatur, ꝙ præuideat uſum, quem habuiſſent ſi ſuperuixiſſent, ideo iſtum quem præuidit benè uſurum fuiſſe, perduxit ad baptiſmum, non alium &c. Contra, propter uſum ita præuiſum non meretur quis, nec acceptatur, nec reprobatur.

¶Præterea uolens ordinare finem, & ea, quæ ſunt ad finem, primo vult finem, & propter finem vult alia, ergo in toto proceſſu, quo creatura beatificalis perducitur ad finem perfectum, qui eſt finis ultimus, & beatitudo perfecta, Deus volēs huic ſuppoſito aliquid primò vult ei beatitudinē iſtā, deinde

Pet. Lōb.
Auguſt.
Obiectio. Scotica.
Dilutio.
Auguſtio.
Iohan. 9.
Obiect. 1.
Obiect. 2.
Obiect. 3.
Roma. 11. Auguſtin.
Auguſtin.
Pſal. 78. Auguſtin.
Obiectio.
Dilutio.
Obiectio.

de media ordinata ad illā, ut ſunt fides, virtus, gratia meritū, bonus liberi arbitrij vſus: q̄ omnia ad finē beatificū ordinantur. ꝙ priùs vult iſta electio, priùs quoq; vult iſta electio, q̄ ꝓuideat ipſum hæc habiturū, aut quodcunq; iſtorū: ergo propter nullū iſtorum vult ei beatitudinem, ſed ècōtra. Amplius, dānatio non eſt bona, niſi quoniā iuſta Nempè ſecundum Auguſtinum ſuper Geneſim 11. lib. Non priùs Deus eſt vltor, q̄ aliquis peccator, ergo non priùs vult Deus aliquē punire, q̄ videat aliquē eſſe peccatorē. Non ergo primus actus voluntatis diuinæ eſt velle damnare, prout Iudas offertur in puris naturalibus. Alioquin videretur Deus velle punire ſine culpa, ſed videtur, quod oporteat Iudam offerri primò voluntati diuinæ ſub ratione peccatoris, antequam velit ipſum damnare, cum reprobare ſit velle dānare. ergo reprobatio habet ex parte obiecti rationem, videlicet peccatum finale ꝓuiſum. De iſtis omnibus opinionibus quia Apoſtolus diſputat ad Romanos, ergo in fine diſputationis totū tanquam imperſcrutabile derelinquo: O altitudo, inquiēs, diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia eius, &c. Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Hæc Scotus.

¶At verò doctor contra quē ſpecialiter diſputat Scotus, eſt Henricus, qui in 4. quodlibeto queſt. 18. q̄rit vtrum in ſingulari prędeſtinatio, hoc vel illo, ſit cauſa ſuæ prędeſtinationis. Videtur ꝙ ſic, quia finalis perſeuerantia, & prędeſtinatio in eundem ſalutis effectum concurrunt. Perſeuerantia autē habet cauſā in perſeuerante, ergo & prędeſtinatio. Dicendū, ꝙ omnia, q̄ fiunt in vniuerſo, fiunt à Deo operante immediatè, aut mediatè, vel permittente, ſed omnia ordinantè, quemadmodum 3. de Ttrinitate loquitur Auguſtinus: Nihil niſi per Dei fit uoluntatē. ſed quia hoc philoſophus non apparet, ideo placuit vanitati philoſophorum, ea cauſis ſecūdis aſſcribere. Et paulo poſt ſubdit. illā ſupernam, atq; cœleſtem à qua peregrinamur, patriā cogitemus. illic Dei volūtas, tanq̄ in excelſa ſancta, & quieta reſidens ſede, ꝓ cuncta diffundit ſe. Nihil. n. fit, quod nō de inuiſibili aula ſummi imperatoris iubeat, aut permittatur, ſm ineffabilem iuſtitiam ꝓmiorū, atq; pœnarū, gratiarū, & retributionū in iſta ampliſsima totus creaturę republica. Sicq́; cuncta ad diuinā voluntatem relata, rōnabilem habent cauſam, & veluti neceſſariā, inquātū reſpiciunt inflexibiles iuſtitiæ regulas, q̄ ſunt in Deo, & ſunt omnino quod ipſe, & ita cauſa rerū, qua vult ipſas fieri, aut non fieri, ſm quod fieri, aut nō fieri reſpicit ipſum, non eſt niſi ipſe. Nec omnino accipit cauſam, vel occaſionē aliunde ſuper quocunq;. Relata verò ad cauſas inferiores, quā doq; habēt cauſas determinatas naturales, q̄nq; verò habent cauſas indeterminatas, & per accidens, ſicut, q̄ fiunt à forma, & caſu: quorūtū voluntas diuina eſt cauſa determinata, & quantū eſt ex parte ſui certa, & neceſſaria, iuxta quod Plato loqtur in Timæo: Nihil fit cuius ortum nō præceſſerit cauſa legitima, cuius cauſa & rō eſt ſecreta. Vnde Aug. primo de Academicis: Nihil aliud in rebus casū, & fortunā vocamus, niſi id cuius rō, & cauſa ſecreta eſt. Q̄ndoque vero habent cauſas determinatas nō neceſſarias, ſed liberas, ſicut, q̄ fiunt circa liberum arbitriū creaturę intellectualis, quorū unū eſt prędeſtinatio, q̄ eſt operatio æterna voluntatis diuinæ, & cōnotat circa creaturā effectū, & in q̄tum diuinam reſpicit volūtatē, nullū aliā habet cauſam, niſi ipſam, regulasq; æternę iuſtitiæ, q̄ ſunt ipſa: & quo ad hoc, nec in hoc ſingulari ꝓdeſtinato, nec in cōi de ꝓdeſtinatis vlla ē cauſa, vel rō ꝓdeſtinationis oīno, imò nec alicuius rei, q̄ ſit. Nec in hoc eſt differentia in ꝓdeſtinatione, & in reprobatione, aut in quocunque alio actu. Propter quod de actu electionis, q̄ in ꝓdeſtinatione includitur, loquitur Aug. ſuper illud Pſalmi, In manibus tuis ſortes meę: Sortes ut æſtimo, dicit gratiā, qua ſaluamur. Nā vbi dr, iſte facit, iſte nō facit: ibi merita conſiderātur, nō electio, neq; ſors. Q̄n verò Deus nulla merita noſtra inuenit, ſorte voluntatis ſuæ ſaluos nos fecit, q̄n voluit, nō quia fuimus digni. Hęc ſors occulta in humano eſt genere, veniens de occulta Dei voluntate, apud quē nō eſt iniquitas. Non. n. perſonas accipit: ſed occulta illius iuſtitia ſors eſt. In alio quoq; tractatu ſup hoc idē differuit: Neq; vllū video meritū, quo de vniuerſita tegnis humani me elegiſti, & ſi apud te eſt iuſtus, & occultus ordo electionis meę: ego tn quē hoc latet, ad curiā domini mei ſorte perueni. Et ſup illud ad Colo. dignos nos fecit in partē ſortis ſanctorū in lumine. Oia, inq̄t, per iuſtitiā facit q̄uis occultā. Si ergo occultā q̄rimus cauſam ꝓdeſtinationis in ꝓdeſtinato, illam ſolū q̄rere debemus circa ipſam creaturā, ut ꝓtactæ innuūt auctoritates: inq̄tū videlicet ꝓdeſtinatio reſpicit creaturā circa quā verſatur, connotatq; effectū tpalem. Et idem dicendū de alijs q̄buſq; diuinis actionibus: vt ſunt, electio, ſcientia, reprobatio, obduratio, &c. Et dicendū, ꝙ gñaliter omniū rō eſt non ſolū ex parte volunttais diuinæ, q̄ æterna, neceſſaria, immutabilisq; conſiſtit: ſed & ex parte eius, quod habet fieri, q̄uis mō non ſit; q̄n potuit non fuiſſe, vt & ſm illam q̄ecunq; fiunt, iuſtè fiant, q̄tum eſt ex parte etiā creaturę, ſiue ſint mala moris, ſiue ſint mala pœnæ, ſiue bona, & cū hoc miſericorditer ex parte Dei. Hinc ſup illud, Diligit mi ſericordiam, & iudiciū, aſſerit Augu. Nè putetis, ꝙ iſta à ſe valeant in Deo ſeparari aliquo mō. Neque enim miſericordia amittit iuſtitiā, neq; iudicio miſericordiā, ſed mīam aliter poni debet circa impios & dānandos in operibus, obſtinationibus, & reprobationibus, quo ad mala culpæ: aliter, circa bonos, & ſaluandos in operibus electionis, & ꝓdeſtinationis. Illa. n. ex parte malorū habent cauſam condignā, propter quā fiunt quantum eſt ex parte ſubiecti, ſine qua Dei iuſtitia illa fieri non exigeret, quāuis non ſit cauſa ex parte Dei, quare ea agat. Illa autem (vtpotè cauſa ſeu iuſtitia) alia eſt circa bonum primæ gratię, & alia circa bonū gratię vlterioris vſque ad gloriā conſummatam. Nam poſt primā gratiā gratumfacientē, quodlibet gratiæ augmētum in præſenti, & conſummatio eius in futuro, cauſam in nobis habet meritoriā de condigno, videlicet opus elicitū ex libero arbitrio in adiutorio gratiæ ꝓcedētis. Prima aūt gratia gratūfaciens, non habet in nobis meritoriā cauſam, q̄n gratis data cōdonat peccata. Porrò ut ſuper illud, Iuſtū adiutorium meum à domino, Auguſtinus teſtatur: Duo ſunt opera medicinæ, unū, quo ſanatur infirmitas: alterū, quo ſanitas cuſtoditur. Iuſto datur auxiliū iuſtum, peccatori aūt miſericors adiutorium. Veruntamē prima gratia hēt in nobis cauſam cōgrui, nō propter quā, ſed ſine qua non conferretur vni prima gratia gratumfaciens, quæ alteri denegatur, cum apud Deum non ſit perſonarū acceptio, ſed æqualiter omnibus fauet. Vnde ſuper illud, In circuitu eius tabernaculum eius. Auguſtinus fatetur: Ex parte vnius iſtorum reſpicitur aliquid ſine quo nullo modo eſſet alteri præferendus, quod eſt ratio præferendi ipſum alteri. & hoc non ex parte Dei, & reſpectu eius,

Auguſtin. Pſalm. 30.
Rom. 9.
Actu. 10. Auguſt.
Coloſſ. Auguſt.
Pſalm. 7. Auguſt.
Actu. 10. Pſalm. 17. Auguſt.

Roma. 9.
Rom. 11.
Iſa 40.
Hēri q̄ſti.
Obiectio ſoluitur.
Auguſtin.
Plato.
Auguſtin.

eius, & respectu actus eius, vt est ab ipso, & in ipso, sed ex parte subiecti in nobis, & ex parte actus, pro ut effectus eius in nobis recipitur. Veruntamē quid, aut quale hoc sit, imperscutabile nobis est. Propter quod, opus est exclamare: O altitudo diuitiarū, &c. Hinc super illud Apostoli, Vt possitis comprehendere: Glossa, quia isti dat, & illi non dat, de profundo iudiciorum Dei procedit, quod scrutari nequimus. Exemplum tamen sit nobis circa duos habentes liberum arbitrium. Verbi gratia, Sint duo peccatores vel infideles, quorum corda vno motu gratiæ præuenientis aliquo modo stimulet Deus, & vnus illorum respuat, recalcitret, statimq; contradicat, alter verò sistat nec contradicat, quamuis nullum motum bonum eliciat, non est congruum, quòd ambobus æqualiter fiat. imò vnus illorum, videlicet contradicens, forsan mortaliter peccat: alter verò, quamuis non mereatur, quia gratiam gratumfacientem nondum accepit, congruum tamen est, vt Deus sibi de gratia, & salute prouideat, quibus alter se fecit indignum. Nam ille aliquo modo conuersus est, iste nequaquam. Itaque dico, quòd in isto singulari prædestinato est assignare causam, & rationem suæ prędestinationis, non prout prædestinatio est in prædestinante, sed secundum rationem, qua connotat effectum receptum in prædestinato, non dico causam, seu rationem meritoriam propter quam sit, sed congruentiæ, sine qua non sicut expositum est. Hæc Henricus, qui de his in Summa sua diffusiùs scribit.

Rom. 11. Ephe. 3.

Aegidius. ¶Verum ista opinio multis non placet. Vnde Aegidius scribit: Quidam dixerunt gratiam non cadere sub merito quantum ad opera præcedentia: sed posse, cadere sub merito quantum ad opera subsequentia, ita quòd Deus tribuit vni gratiam, non alteri, quia scit eum benè usurum ea, & non alium: sic quòd opera, quæ facit habendo gratiam, habent se per modum meriti ad gratiam priùs datam, quemadmodum rex daret alicui militi equum, si sciret militem equo benè vsurum, ita quod bonus vsus equi, post dationem eius mereretur equum priùs datum. Sed isti decipiuntur ex falsa imaginatione. Quamuis enim, non omnis actio militis equum suscipientis ex equo dependeat, propter quod potest equum mereri post dationem ipsius, omnis tamen actio nostra bona principaliter procedit ex gratia. si ergo opera bona post collationem gratiæ, gratiam mererentur, gratia mereretur seipsam. Hæc Aegidius.

Henricus. ¶Sed ad hoc respondet Henricus, ꝙ gratia non cadit sub merito condigni, aut digni, sed congrui, quantum ad sequentia opera, nec illud meritum est causa, propter quam infunditur gratia, sed causa seu ratio, sine qua non. & hoc est meritum, causa, & ratio secundum quod, non simpliciter.

Obiectio. ¶Contra quod rursus obiici potest, quod opera illa sequentia gratiam iam infusam, seu bonus vsus liberi arbitrij, informata, uncta, & actuata per gratiam gratumfacientem, sunt meritoria loquendo simpliciter: ergo si merentur gratiam prius datam, merentur eam de condigno, & simpliciter. Sed ad hoc forsan quis diceret, quod merentur, & causa sunt secundum quid, utpotè inquantum procedūt ex libero arbitrio, non prout procedunt tam ex libero arbitrio, quàm ex gratia. In hac materia positio Aegidij concordat omnino cum Thoma, & quantum capere queo, præinducta Henrici responsio concordat cum præhabita Alexandri positione: quæ quamuis (quantum ad aures hoīum præsertim simpliciū) tolerabilior videatur sonare, non tñ videtur ita consona dictis Apostoli, & auctoritatibus Augustini, atq; præallegatis locis scripturæ canonicæ, sicut positio sancti Thomę: ut reor satis patere, si quis omnia præallegata ritè consideret. Nēpè quid differt asserere, bonum vsum liberi arbitrij esse causam, seu rationem p̄destinationis, quantum ad eius connotatum, & dicere opera bona esse causam, seu rationem prædestinationis, quantum ad gratię collationem? siquidem bonus vsus liberi arbitrij, non est nisi bona operatio: & tamen Apostolus (sicut p̄allegatum est) protestatur, quia non ex operibus, sed ex uocante dictū est, &c. Et rursus, quòd Christus non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Insuper ad Ephesios: Gratia, inquit, saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Ecce in verbis his apertissimè docet vas electionis, quòd sicut Deus præparauit suis electis gratiam, ita & opera bona: hoc est, bonos liberi arbitrij vsus, & ita hæc omnia cadunt sub prędestinatione, tanquam eius effectus, imò, & merita nostra, tā merita congrui, quàm merita digni, seu condigni, sunt munera Dei. De quibus omnibus ait Apostolus: Quid habes, quod non accepisti? Et Isaias loquēs altissimo: Omnia, ait opera nostra operatus es nobis. Cui alludens Apostolus: Deus est, inquit, qui operatur in vobis, & velle & perficere pro bona voluntate. Itemq;: Fiduciam talem habemus ad Deum, non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Multa his consimilia scribit Apostolus. Amplius circa positionem illā Alexandri, & Henrici, multæ, & magnæ oriuntur difficultates. At quippe Deus ad Iezechielem, prophetam: Fili hominis, ecce mitto te ad filios Israel, qui nolunt audire te, quia nolunt audire me. Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ, tu mitteris. Et si ad illos mitteritis, ipsi audirent te. Ecce quod Deus omnipotens misit prophetam suū ad eos, quos nouerat nōn acquieturos, & non misit eum ad eos, quos sciebat acquieturos, si prophe ta veniret ad eos. Et si illi acquieuissent prophetæ, acquieuissent (vt videtur) & inspirationi, infusioni, ac motioni gratiæ spiritussancti, qui loquitur intus, si gratia illa, alloquioque interna ipsis fuissent infusæ. Quomodo igitur verum est, quòd Deus gratiam gratumfacientem infundit his, quos scit ea benè vsuros, & quòd illos prædestinauit, quos sciuit gratia infundenda vel si eis infunderet, benè vsuros? Insuper Christus in Euāgelio exprobans ciuitatibus, in quibus p̄dicauerat, & miracula multa peregerat absq; illorum conuersione, inter cætera dixit: Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, q̄ factæ sunt in te, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Ex hac auctoritate argui potest, sicut ex præcedente. Adhuc autem videmus, q̄ innumerabilia sint millia paganorū, & incredulorū, cur animas illorum infudit Deus corpusculis infantulorum filiorum parentū incredulorū, priuauitq; animas illas baptismatis gratia? Quis audeat dicere hoc ideo factum, quoniā Deus p̄uidit, quod nulla tot millium animarum gratia, si ei infunderetur, benè vteretur, præsertim cum dicat, & super illud in Euangelio. Quid hic statis tota die ociosi, dixerunt: quia nemo nos conduxit, dicat Gregorius: Quid est, Nemo nos conduxit, nisi

Rom. 9. Tim. 3. Ephe. 2. 1 Cor. 4. Isaiæ. 26. Phil. 2. 2. Cor. 3. Iezech. 2. Matt. 11. Luc. 10. Matt. 20. Grego.

nisi nemo nobis vitæ semitas prædicauit? Vbi Gregorius innuit illos fuisse credituros, atque saluandos, saltem pro parte, si missus fuisset ad ipsos prædicator verbi cælestis. Præterea positio illa videtur sonare, ac si ad meritoriè operandum sufficeret habitualis gratia, & liberum arbitrium, cum tamē requiratur, & actualis motio spiritussancti. Quòd si dicatur, illam quoq; motionē intelligi, & includi nomine gratiæ in præfata opinione, obijcitur: Motio illa non confertur æqualiter omnibus, quia qui būsdam ita dōnatur, ꝙ tollit omnem obicem grę, vt Augustinus affirmat, & Thomas in Summa contra gentiles allegat. alijs autem non ita cōfertur: & quæritur quare. Si dicatur quia nō benè vsuri sunt ea, hoc stare non valet, cum omnem tollat obicē, & abusum. Rursus constat, ꝙ interdum homines quidam vagissimi, vitijs pleni, & sceleratissimæ vitæ, subitò præueniuntur, compunguntur, grandemq; gratiam sortiūntur: & homines minùs mali, melioris q; indolis, & fortioris synderesis, atque ad omnem profectum gratiæ, ac virtutum magis dispositi, deseruntur: de quibus valdè probabile est, ꝙ si gratia talis eis concederetur, benè vterentur eadē, & magis, quàm illi duriores proficerent. Non ergo prę scientia boni vsus grę est causa, aut ratio prędestinationis, nec secundum hoc gratia daretur penitus gratis, neque ex mera, & plura liberalitate.

Obiectio. Augustin.

Henricus. ¶Amplius Henricus in hac responsione videtur sibijpsi contrarius in alijs locis. Siquidem respondendo ad quæstionē, qua quæritur, an Paulus Apostolus poterat ante suam conuersionē occidi, inter cætera scribit: Prædestinatio respectu alicuius, non est ipsius solius in se, & absolutè, sed cum tota coordinatione omnium aliorum effectuum, seu non effectuum, qui ordinantur ad illum, hoc est, ad eius salutem. Cū ergo bonus vsus gratiæ inter illa connumeratur, patet quod ipse quoq; sit prædestinationis effectus, non causa, aut ratio: & quod prædestinatio, quò ad totalem suum sumpta effectum, non habeat causam, rationemve ex parte creaturæ. Hinc opinio illa non videatur idonea. ¶Quamuis autem positio Thomæ sit probabilis, attamen (si salua auctoritate scripturæ dici potest) rationabiliorem puto positionem Bonauenturæ, quantum ad hoc, ꝙ dicit prędestinationem habere rationē in particulari, seu singulari, sicut in communi, ita, ꝙ non sola Dei voluntas, vt voluntas est ratio, cur iste prędestinatur magis, quàm ille: sed certa, atq; legitima ratio ob quam voluntas, sic agit, præsertim cū voluntas Dei essentialiter sit ipsa infinita sapiētia, ac iustitia eius. Propter quod nec irrationabilis, nec iniusta constitūere potest. Vnde ad Ephesios ait Apostolus: Et nōs sortè vocati sumus, prędestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum cōsilium voluntatis suæ. Quo verbo infinita ri censetur, ꝙ voluntas Dei secundum consilium, ideſt sapientialiter, & certa ratione omnia operet, & non solū, quia sic vult. Prę terea Deus excelsus, & adorandus, sanctus, & verus, non solum vult in generali materiam suam in electis, & iustitiā suā in reprobis demōstrare, imo et variis modis, & ſm gradus diuersos vult vtrunq; peragere. Propter hoc creauit, creat, & creabit electos, electiores, & electissimos: reprobos quoq;, reprobiores, & reprobissimos. Et in quolibet ordine isti sunt gradus diuersi, quemadmodū, & in naturalibus Deus gloriosus, & benedictus potentiam, & sapientiā, ac beneuolentiā suam multipliciter in diuersis rerū ordinibus, speciebus, & gradibus declarauit. sicq; etiā in particulari videt posse ratio assignari prædestinationis: & cur istū magis elegit Deus, q̄ illum, & illū magis, q̄ alterum. Cur verò in isto voluit materiam suā mirificare in tali, aut tali gradu potiùs, q̄ in alijs, quāuis in Deo sit ratio, nos tñ interim latet nisi desuper reueleť, quemadmodū de seipso loquitur S. Apostolus ad Timotheū: Ideo materiā consecutus sum, vt in me primū ostenderet Christus oēm patientiam, ad informationē eorum, qui crediturī sunt. Hęc de p̄destinatione, p̄scientia, & reprobatione sine piudicio, & temeraria assertione sint dicta, vt discamꝰ sancta, irreprehensibilia, & imperscrutabilia Dei iudicia formidare, ac venerari, nō irreuerēter scrutari. Scimus, ꝙ ipse sit bonitas pura, mēs supersanctissima, & sapientia penitus infinita. ideo eius iudicia quantūlibet mira, & incōprehensibilia sint, tñ certissimū est, ꝙ iusta, ac sapiētialia in æternū consistant.

Quæstio. 1. Tim. 1.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *An electio conueniat Deo, & vtrum electio prædestinationem secundum rationem præcedat.* ¶Videtur, ꝙ non cōueniat Deo. Nullus sapiens eligit vnū præ alio, nisi propter eminentiā bonitatis, aut vtilitatis, vel delectabilitatis vnius præ alio: sed nihil horum conuenit creaturę nisi ex Deo, ergo non inuenit, nec conspicit in creaturis, cur vnam prę alia eligat. ¶Secundò, si elegit vnam intellectualem creaturam, hoc maximè esset propter eius merita, atq; demerita: quod (sicut iam patuit) dici non valet, prę sertim cum electio sit ęterna, cuius nil temporale est causa, aut ratio. Tertiò, Deus eodem modo se habet ad omnes, vt dictum est sępe. ergo non eligit vnum prę alio. Quartò, Damascenus 2. libro testatur: Electio nō est in Deo: & iuxta Philosophum in Ethicis, electio est quasi cōclusio consilij. consilium autem est ignorantis naturę, cum sit inquisitio de agendis.

Arguitur primo cōtra veritatem. 2. 3. 4. Damasce. Philoso.

¶In oppositum est scriptura. Ait enim Saluator: Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos. ¶Ad hoc respondet Albertus: Electio multis modis accipitur. Primò, vt est actus rationis sequens consiliū, inquisitionē, & deliberationem de agendis, aut euitādis, & ita nō conuenit Deo, sed hominibus. Secūdò, vt est discretio, vel segregatio aliquorū, qua pluribus propositis vnū præfertur, præoptatur, & acceptat præ alio. & sic conuenit Deo, qui inter vasa misericordiæ, & vasa iræ discernit. Duplex quoq; in Deo ponitur volūtas, videlicet antecedēs, & cōsequens. Voluntas antecedēs nōn hēt connotatū in nobis nisi solā rationalē naturam, & hac voluntate oībus vult salutem, & ad oēs se habet æqualiter. Volūtas Dei consequēs dicit respectum præscientiæ Dei ad futura merita, atq; demerita. sicq; est dissimiliū, & hæc volūtas vnū alteri præacceptat. Electio quoq; p̄destinationem præcedit. non. n. in regnū dirigitur nisi separatus à massa perditionis, quæ separatio fit per electionē. sicq; separatus ordinatur ad gloriā. Dilectio aūt simpliciter dicta, præcedit vtranq;, qa dilectio inclinat ad separandū, atq; ad dirigendum in finē salubrē. Rursus, dilectio est boni simpliciter, electio boni finaliter, p̄destinatio boni directi in finem sapiēter, sicq; obiectū vnius addit super obiectum alteriūs, & dilectio simplicior est electione, electio quoque prędestinatione. Hæc Albertus.

Ioan. 15. Albertus. Roma. 9. Voluntas Dei duplex.

¶Idē Vdalricus, hæc ipsa exponēs diffusiùs in Sūma sua libro secundo. Et addit, qđ consiliū, electio, & cōsimilia quædam, quæ aliqd imperfectionis includunt, cōperunt Deo secundū id, quod perfectionis in ipsis est, omni imperfectione secluſa: & itē, ꝙ sicut dilectionē sequitur electio, ita electionē præ-

Vdalricꝰ

destinatio: q̃ præcedentia non est nisi secundum rationem, & ordinem intelligendi sic p̃destinationem sequitur uocatio, vocationẽ iustificatio, iustificationẽ magnificatio, quæ tria sunt t̃palia, & duratione posteriora. Hæc Vdalricus. ¶Thomas quoq; his cõsonans: Electio, inquit, importat segregationẽ quorundam, aliquam, permixtionem, conuenientiamq; habentiũ. Hinc eius, quod in se determinatum est, & discretũ, non est electio. Propter, quod dr 3. Ethicorũ, Electio non est vltimi finis, qui est unicuiq; naturaliter determinatus, sed mediorum ad finem, ad quem per diuersa media diuersimodè põt ueniri, q̃uis, quædam sunt aptiora, quæ eliguntur. Porro segregatio ista potest tantum esse in conceptione, seu apprehensione alicuius operantis, & etiã potest esse in operis executione. Ex quibus tria cõstat circa electionem Deo conuenientem. Primò, q̃ electio non cõuenit Deo respectu suiipsius, cum ipse sit omniũ finis. Secundò, q̃ electio fit ex creaturis susceptiuis beatitudinis. Tertiò, q̃ electio uno modo est æterna, alio modo temporalis: quia prout est in proposito Dei, æterna est, quoniã ab æterno voluit bonos à malis segregare in gloria: sed prout est in operis executione, est temporalis, ut dum per dona gratię discernuntur electi à reprobis, vel à communi statu in prælationis officium promouentur, sicque de aliis, quę diuino munere alicui specialiter conferũtur. Propriè tamen electio est per ordinationem, & respectum ad gloriam. Propter quod pauci dicuntur electi. Hæc Thomas in Scripto. qui consequenter ostendit qualiter electio p̃destinatione sit prior: Prædestinatio, inquiens, & electio aliquid addunt super præscientiam, quemadmodum dispositio, & prouidentia. Nam sicut dispositio, & prouidentia habent se respectu vniuersorum communiter, ita electio, & prædestinatio respectu hominum. Vnde sicut prouidentia superaddit dispositioni, sic prædestinatio electioni. Dispositio namque diuina attenditur in coordinatione partium uniuersi adinuicem, & ad finem, secundum quod una natura præfertur alteri ex ordinatione diuinę sapientię. Similiter est in electione. Ipsa quippe diuina ordinatio, qua quidam alijs præferuntur ad quandam beatitudinem, electio dicitur. Prouidentia verò attenditur in collatione eorum, per quę res finem attingunt, & in applicatione ad finem. Similiter prædestinatio attenditur in hoc, quòd electis præparantur bona gratiæ, & bona gloriæ, quibus fini vltimo applicantur. Quod patet etiam ex consueto modo loquendi. Sic etenim dicimus res ipsas disponi: prouideri verò tam res ipsas, quàm ea, quæ rebus conferuntur, ordinantia in finem. Sic electio propriè est hominum: prædestinatio autem tam hominum, quàm rerum, quæ conferuntur eis ad obtinendam salutem. Non enim dicitur, quòd gratia eligatur homini, dicitur tamen, quod gratia homini prædestinatur. Ita quę electio non est actus uoluntatis absolutè, sed in ordine ad intelleetum ordinantem. Hæc idem in Scripto.

¶ Prętereà in prima parte Summæ q. 23. Prædestinatio, ait, secundum rationem præsupponit electionem, & electio dilectionem: quia prædestinatio est pars prouidentię. Prouidentia autem sicut prudentia, est ratio in intellectu existens, præceptiua ordinationis, aliquorum in finem: non autem præcipitur aliquod ordinari in finem, nisi uoluntate finis præexistente. Vnde prędestinatio aliquorum in salutem, præsupponit secũdum rationem, quod Deus velit illorum salutem, ad quod pertinent electio atque dilectio. Electio tamen, & dilectio aliter ordinantur in nobis, & in Deo: quia in nobis voluntas diligendo non causat bonum, sed ex bono præexistente incitamur ad diligendum. idcirco eligimus, quem diligamus. sicq; electio præcedit in nobis dilectionem. in Deo autem est conuerso. Nam voluntas eius, qua vult bonum alicui diligendo, est causa, quòd bonũ illud insit illi, sic electo, seu dilecto præ alijs. idcirco in Deo dilectio electionem præcedit. Hæc Thomas in Summa.

Rom 9.

Thomas.

Philosop.

Bonauent.

¶ Concordat Alexander. Bonauentura, quoque hic loquitur: Electio dupliciter dicitur. Vno modo prout dicit dilectionem cum discretione tantum, & sic conuenit Deo. Secundò, prout dicit dilectionem cum discretione procedente, & deliberatione, ac inquisitione, sicq; conuenit creaturis.

Quæstio.

¶ Quærit quoque Bonauentura quidsit electio. Et respondet: Electio triplex est. Vna secundum affectum dilectionis, alia secũdum affectum finalis gratificationis. tertia secundum statum prælationis. Prima est æterna, & idem quod prædestinatio. Secundada est infallibile signum primæ. Tertia, interdum nec signum est, neque effectus primæ electionis, q̃m reprobi fiunt, & sunt præsidentes, & vtinam nõ sint plures mali, quàm boni. Insuper idem sunt, propositum, prædestinatio, & electio secundum rem: differunt tamen secundum rationem. Propositum nanque est firma voluntas aliquid faciendi. Electio aũt, & prædestinatio aliquid superaddunt, sed differenter: quia prædestinatio addit ordinem, & directionem in finem, electio vero discretionem, & segregationem à suo oppositio. Hęc Bonauentura. qui interdum videtur sentire, q̃ electio realiter idem sint. Interdum fatetur, quòd voluntas Dei consequens existat electio: nec dubium, quin in Deo sint idem in re, sed differunt ratione. In nobis vero plus differũt, & sicut Damascenus testatur, communiterque tenetur, electio propriè est duobus, aut pluribus propositis alteriùs prędcceptio. In scripturis vero quandoque quidam vocantur electi ratione præsidentiæ temporalis, aut eminentiæ specialis in donis gratiæ gratis datæ, aut naturæ, iuxta illud in Psal. Electos Israel impediuit. Et, Non communicabo cum electis eorum.

Dio. Car.

Damasc.

Psal. 77. Psal. 139.

Quæstio.

Bonauen.

¶ Quæritur, an in Deo fuisset electio si intellectualis creatura non corruisset. Videtur, quod non, quia sic fuissent omnes electi, nec essent reprobi aliqui. Ad hoc Bonauentura respondet: Quædam est electio, qua separatur bonus à malo. alia, qua melior segregatur à minus bono. Prima non fuisset in casu proposito, sed secunda: non quod lapsus aliquid agat ad electionem, sed præscientia lapsus.

Antisiod.

¶ Circa hoc scribit Antisiodorensis in Summa sua 1. libro: Quamuis non nisi vnus prædestinatus esset, tamen diceretur, & esset electus. Nam, quòd electus dicitur quasi ex alijs lectus, etymologia est nominis, non de significatione vocabuli, quem admodum lapis dicitur quasi pedem lędens. Denique sicut studium dicitur esse in Deo, ita electio. Vnde in Psal. Annunciate inter gentes studia eius, idest opera exquisita, ac si per multum temporis circa hæc studuisset. Sic consilium Dei vocatur voluntas, aut determinatio eius certissima, ac si diu esset deliberata. Electio demum Dei ponit quatuor. Primò certam voluntatem. Secundò, diuinam essentiam. Tertiò, gratiam in præsenti, & quarto gloriam in futuro. Et tria hæc prædestinatio, quoque significat, sed in hoc differt ab electione, quod antecessionem designat. Hæc Antisiodorensis. Solutio obiectorum

Psal. 9.

articul. 4.

Matth. 20 & 21. Thomas.

obiectorum eluceſcit ex dictis. Electio etenim Dei non causatur ex rerũ bonitate, sed causat illã. Deus quoq; ex sua bonitate, & sapia eligit vnũ pr̃ alio.

QVAESTIO III.

TErtio quæritur hic, *An prædestinatio possit iuuari meritis, & precibus electorum.*

¶ Ad quod doctores concorditer dicunt, quòd non loquendo de prædestinatione secundũ se, prout est actus Dei prædestinantis. sic enim est æterna, nec causam, nec adiutorium habet ex creatura: sed loquendo de prædestinatione quantum ad eius effectum, & executionem, iuuatur precibus, meritisque sanctorum, ac deuotorum, non quod preces, & merita colentium Deum mutent prouidentiam Dei, aut eius propositum, sed quia Deus ita præordinauit, vt per talia, aut talia media fiant, & obtineantur, quæ ipse dare, ac adimplere decreuit, sicut ostendit Gregorius tractans illud in Genesi: Deprecatus est Isaac pro vxore sua, eo quòd esset sterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Et tamen Dominus præordinauit ipsum electũ Iacob nasciturum ex Rebecca, cuius personæ, ac posteritati benediceret, atque ex femine eius faceret Christum nasci. Sic, & Christus in Euangelio legit Deum patrem orasse pro sui corporis glorificatione, & pro electorum, non pro reproborum, saluatione, quæ tamen certissimè nouerat ex diuina pr̃ ordinatione implenda: Pater, inquiens, clarifica filium tuum. Et item, Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi de mundo, quia tui sunt. Circa hanc quæstionem, & circa orationis efficaciam quidam Philosophi multipliciter errauerunt. Vnde & Thomas hoc loco, & in prima parte Sũmæ suæ, atque in Summa contra gentiles libro tertio elegãter declarat, qualiter diuinæ prouideutiæ, ac æternæ prædestinationis immobilis certitudo inuariabilisq; inflexibilitas vtilitatem, & efficaciam orationum, ac cultus diuini nequaquam excludant.

Gregor. Gene. 25.

Ioan. 17.

Thomas.

QVAESTIO IIII.

QVarto quæritur, *An quicquid Deus scit aliquando, sciat, & sciuit, & sciet semper.*

Obiectio.

¶ Quod non videtur, quia aliquando scivit Christum nasciturũ, & moriturum, & hoc modo non scit. Nunc quoque scit me scribere ista, & hoc post modicum tempus non sciet. imo sciet me ista scripsisse, quòd modo non sciet hoc, cum non sit verum.

¶ In contrarium est, quòd scientia Dei æternaliter est perfecta, inuariabiliterque persistens.

Alexãder quæstio.

¶ Ad hoc Alexander respondet in quęstione qua quærit, an scientia Dei sit oppositorũ. Ad quod respondet: Scientia Dei est oppositorum sine oppositione, & falsitate, quoniam non sciuntur opposita à Deo secũdum ipsorum enunciabilium modum, sed magis per modum comprehensionis rerum, de quibus sunt enunciabilia, quæ comprehẽsio est omnino abstracta à compositione, & oppositione enũciabilium. & dico rerum enunciabilium, non p̃ modum, quo sunt in propria natura, sed per modum quo sunt in causa sua. Non est autem similis modus essendi in rerum natura, & in Dei scientia, imo nec similis modus est esse in rerum veritate, & esse in similitudine seu specie intentionali, quia contraria non sunt simul in natura, sunt tamen simul secundum species suas in intellectu, imo, & in aere, & in sensu simul sunt colores contrarij secundũ species suas intentionales. Porrò Deus in ipso nunc æternitatis, omnia simul vno nosci intuitu. sicque scit enunciabilia, & eorum extrema, & quicquid in eis est, vniuersoq; animæ actus. Hæc Alexander.

Scientia Dei est oppositorũ sine oppositione.

Bonauen.

¶ Circa hoc scribit clariùs Bonauentura: Scire, inquiens, dupliciter dicitur. Vno modo prout reflectitur in se, & sic sensus est, Iste scit hoc, idest, habet cognitionem de hoc. Et sic scire nihil connotat ex parte sciti actuale, nec veritatem, nec præscientiam. Deus namque de omni enunciatione habet perfectam cognitionem, vtrum sit enunciatio perfecta, & congrua, & vtrum vera, vel falsa. Secundò scire sumitur prout est verbum Propheticum, & transit in actum extra, sicque connotat veritatem in obiecto. sicque scire aliquod enunciabile, est scire ipsum verum esse. Vnde scio te sedere, hoc est dicere, non tantum habeo cognitionem de hoc, sed etiam cognitionem ipsum esse verum. Primò modo scire, importat diuinum intelligere: secundò modo intelligere cum assensu. Si ergo sumatur scire primo modo, sic dico, quod quicquid est, & omne enũciabile, & omne quòd sciuit Deus, adhuc scit, & habet cognitionem de illo: quia de omni eo, quod est, & quod esse potest, habet cognitionem. Nec sequitur, scit hoc, ergo verum est, est, imo est ibi consequens. Porrò si accipiatur scire secundo modo, prout connotat veritatem circa enunciabile, sic quidam dixerunt, quòd Deus definit aliquod enũciabile scire, quoniam posuerunt, quòd enũciabile, quod verum est, possit esse falsum. Alij dixeruut contrarium, quia dixerunt enunciabile, quod semel verum est, semper esse verum: & ita semper scitur. Vt autem veritas opinionis euidentiùs pateat, aduertendum quod quidam dixerunt: quòd verbi gratia, albus alba album, cum sint tres voces, & tres habeant modos significandi, tamen quia eandem significationem important, vnum sunt nomen. sicque dixerunt, quòd vnitas enunciabilis accipienda est non ex parte vocis, aut modi significandi, sed rei significatæ. Vna autem est res, quæ primò est futura, deinde præsens, tertioque præterita, ergo enunciare rem hanc primò esse futuram, deinde præsentem, & tertiò præteritam, non faciet diuersitatem enunciabilium, sed vocum. Rursus, cum idem tẽpus sit primò futurum. deinde præsens, & tertiò præteritum, idem tempus est, quod est mensura rei, quod significatur per orationem, quamuis esse, & fuisse, ac forè significent tria tempora ratione consignificati, nõ tamen diuersificant enunciabile, sed variatur solum ex parte temporis significati. Vnde si dicam semel, Socrates currit hodie: & cras dicã, Socrates cucurrit, cum hoc verbum det intelligere aliud tempus, & ita aliam significationem, enunciabile non est idem quantumcunque non mutata significatione, & quia retenta eadem significatione, enunciabile verum semper est verũ, nec est idẽ nisi cum eadem significatio retinetur: hinc dixerũt id, quod semel est verum, semper esse verum.

Obiectio.

Cumque Deus nil obliuiscatur, dixerunt quod omne enunciabile, quod Deus sciuit, scit.

Philo.

¶ Cumq; objcitur, Deus sciuit te nasciturum, ergo adhuc scit te nasciturum, dicunt quòd non debet ita inferri: sed sic, ergo scit te fuisse nasciturum. aliter est ibi figura dictionis, q̃a procedit ab identitate modi significationis, ad identitatẽ rei. Et hoc modo soluit Magister. Ista fuit opinio nominaliũ, qui dicti sunt nominales, q̃a positionẽ suam fundabãt supra nominis vnitatẽ. Verũ opinio ista est contra Philosophum in prędicamẽtis dicentem, quod

eadem oratio primò est vera, & postea falsa. Fuit quoque contra communem positionem, & contra veritatem, quia nec idoneum habent fundamentum, nec bonam adaptationem. Primò etenim si quæratur, vtrum albus alba album sint vnum nomen, respondendum est: Aut loqueris Grammaticè, aut Logicè. cumque Grammaticus consideret nominis impositionem, modum principalem significandi substantiam cum qualitate, dicendum, q̃ Grammaticè vnum sit nomen. Logicus verò considerat nomen inquantum est vox expressiua, propter quod diffinit nomen, verbum, & orationem per vocem tanquam per genus: & multiplicato superiori, necesse est multiplicari inferius. Hinc Logicè ista sunt nomina plura. Malè ergo sumpserunt nominis vnitatem, secundum quod congruit ad propositum. Inepta etiam fuit adaptatio, quia enũciabile non significat rem, sed modum se habendi. Cumque per verbum præsentis temporis, & futuri res aliter, & aliter significatur se habere, patet quòd necessario aliud sit enunciabile, te esse nasciturum, & te esse natum. Rursus, deficiebant in vltimo, quoniam sicut homo non significat hominem istum, aut illum, sic verbum præsentis temporis, non significat illud, aut istud præsens, sed præsens in commune, siue copulet, siue consignificet. Hinc sicut homo non aliud nomen est, nec aliam habet significationem, neque æquiuocum est dum iam supponit pro Petro, iam pro Paulo. sic nec, verbum præsentis temporis siue pronuncietur hodie, siue cras, non habet aliam significationem, ideo non facit aliud enunciabile. propterea quocunque tempore pronuncietur te esse nasciturum, idem est enunciabile, quod priùs fuit verum, & modo est falsum. Itaque secundum quod scire connotat veritatem circa enũciabile scitum, Deus, illud quod sciuit, puta te nasciturum, modo non scit te natum. & ita in consimilibus, nulla mutatione facta in diuina scientia, sed solum in connotato. Hæc Bonauentura.

Thomas. ¶ Consonat Thomas, dicendo: Scientia Dei non tantum est rerum, sed etiam enunciabilium. si ergo referatur scientia Dei ad res, nulli est dubium quin quin omnem rem, quam Deus sciuit, sciat, & iugiter sciet. sicque optimè procedit Magistri solutio in litera, quoniam eadem res est, quæ diuersis temporibus designatur. Si verò referatur ad enunciabilia, sic fuit circa hoc duplex opinio &c. sicut in Bonauentura. Vnde opinio dicens illud, quod semel est verum, semper esse verum, est falsa, & contra Philosophum, iuxta quem Socrate sedente, ista est vera, Socrates sedet: & eo surgente, propositio illa fit falsa. Præterea si ab vnitate rei enunciabile haberet vnitatem, eadem ratione ex rei diuersitate haberet diuersitatem: & ita enunciabile hoc, Socrates currit, diuersis prolatum temporibus, nõ esset vnum, nec aliquod nomen significans res diuersas vnum esset: & perirent tam æquiuocatio, q̃ vniuocatio nominum, quarum vtraq; requirit nominis vnitatem, quod pluribus conuenit. Hinc ab omnibus ferè modernis illa refutatur opinio. Distinguendum est ergo de enunciabili, quoniam dupliciter accipi potest. Primò quasi materialiter, vt est res rationis. sicq; omne enunciabile, quod Deus sciuit, scit: quia scit naturam, partes, & dispositionem cuiuslibet enunciabilis. Secundò significatiuè, prout per ipsum designatur esse rei cum suis conditionibus, quæ dantur intelligi ex consignificantia verbi. sicque non omne enunciabile, quod Deus sciuit, scit: quia aliquando sciuit hoc enunciabile, Christus crucifigetur, quod modo nõ scit. Hęc Thomas in Scripto,

¶ Porrò in prima parte Summę quæstione decima quarta hęc scribit: Antiqui nominales dixerunt idem esse enunciabile, Christum nasci, & esse nasciturum, & esse natum: quoniam eadem res significatur per hęc tria, videlicet Christi natuitas: sed ista opinio falsa est, tum quia diuersitas partium orationis diuersitatem enunciationũ producit. Concedendum est ergo quòd Deus non scit omne q̃d sciuit, si ad enunciabilia referatur: ex hoc tamen nõ sequitur quod scientia Dei variabilis sit. Quemadmodum enim absque variatione diuinæ sciẽtię est, quòd eandem rem Deus scit quandoque esse, quãdoque non esse: sic absque variatione diuinę scientię est, quòd scit aliquod enunciabile quandoque esse verum, aliquando falsum. Esset autem scientia Dei variabilis, si enunciabilia cognoscęret per modum enunciabilium, vtpotè componendo, & diuidendo, sicut contingit in nostro intellectu. Vnde scientia nostra mutatur, vel secundum veritatem, & falsitatem, vt si re variata, eandem de ea teneamus opinionem: vel secũdum diuersas opiniones, vt si primò opinemur quenquam sedere, & postea opinemur eundem non sedere, quorum neutrum potest esse in Deo. Hęc Thomas in Summa. Richard⁹.

¶ Concordat Richardus dicendo: Deum scire quicquid sciuit, intelligi potest dupliciter. Primò, vt sciat esse verum, quicquid sciuit esse verum. Secundò, quod sciat scientia simplicis intelligentię quicquid sciuit. Primò modo non scit omne quod sciuit, sed secundo modo: quoniam omnes res, & omnia enunciabilia, quę fuerunt, sunt, erunt, & esse possunt, cognitione simplici intuetur. Ita enim scit quid est hoc enunciabile, Christum nasciturũ, nunc Christo nato, sicut ante dum natus non fuit: quoniam ita scit terminos illos, & eorum significationem, compositionem, & operationem nunc, vt ante. Hęc Richardus.

¶ Insuper Albertus propter reuerentiam Magistri in hac re opinionem nominalium assequuti, aliqualiter opinionem illam elucidat, & colorat, nihilominus modestè reprobat eam, dicens: Si velimus parumper sequi opinionem antiquam nominalium, diceremus Deum scire quicquid sciuit: & quòd enunciabile, seu propositio semel vera, semper est vera. sed vnum, & idem numero enunciabile non est resumendum, nisi respectu eiusdem temporis: vt cum dicimus, mundum fore est verum, hoc verum est ratione ęternitatis antecedentis tempus. si autem modo resumatur, debet resumi respectu eiusdem temporis. Hoc autem non significatur nunc, vt futurum, vel præsens, sed vt præteritũ: quia significatur per istam, mundum fuisse est verum, & mundum fore tunc, & fuisse nuno, sunt vnum enũciabile: & ratione eiusdem temporis verum, sed diuersis modis significati. Hęc Albertus, qui cõsequẽter reprobat istud, vt supra. Albertus.

¶ Concordat Vdalricus in Summa sua, additque: Fundamentum opinionis illius irrationabile est omnino. Vnitas enim cuiuslibet totius consistit in vnitate partium suarum essentialium. pars autem essentialis ipsius orationis, seu propositionis, non est res significata, quę est extra eam, imo habent se ad inuicem, vt signum, & signatum. subiectum verò est materialis pars propositionis, & prędicatum est pars eius formalis. Consignificatũ verò nominis, aut verbi, diuersificat dictiones. Vdalric⁹.

Nam

Nam facit eas ex diuersis literis constitutas, quamuis Grammaticus vocet talia vnum nomen propter vnitatem principij nominis, in cuius principij variatione magis variatur significatum, quàm in finis variatione. ergo etiam enunciabilia constituta ex eis, diuersa sunt. Demum, vt in libro posteriorum Philosophus docet, scientia tripliciter põt corrũpi. Corruptione sciẽtis, corruptione scibilis, & obliuione. Nullo horum modorum scientia Dei mutabilis est, quia in Deo non cadit obliuio, neque mutatio, nec eis scientia dependet à rebus. Hæc Vdalricus. Sciẽtia tripliciter corrũpitur. Philoso.

Aegidius. ¶ Præterea Aegidius circa hæc multa conscribit, & à præfata responsione Thomæ, & aliorum nunc prætactorum videtur aliqualiter dissentire. Veruntamen ea, quæ scribit quantum ad hoc, parum important, imò finaliter coincidit cum eisdem. Ponit autem duplicem veritatem esse enunciationis, secundum quod duplex significatio competit ei. Vna est, cum significat id, quod significare accepit, idest, ad quod significandum est instituta. Alia est, cum significat id, ad quod significandum formatur, atque profertur. Prima significatio semper inest propositioni, quoniam ista enunciatio, Socrates currit, significat cursum inesse Socrati, siue sit currens, siue non. Et quo ad hoc, semper est vera, & verum signum: quia significat id, ad quod instituta est. Secunda, significatio dependet à re, ideo falsa est hæc: Socrates currit quando non currit. Istud Albertus compendiosè hic exprimit: In signis, inquiens, duplex est rectitudo. vna est facere hoc, quod vt faceret, à prima veritate accepit. Alia est facere hoc, ppter quod accepit illud à prima veritate. Sed hæc oratio, me sedere, accepit à veritate saltem mediatè, vt significet me sedere, siue sedeam, siue non sedeam. sed hoc accepit propter hoc, vt significet me sedere, dum sedeo, & non significet hoc, quando non sedeo: quoniam quodlibet signum accipit significare propter hoc, vt significet esse quod est, & non esse quod non est: & non, vt significet esse quod non est, aut non esse quod est. Hæc Albertus, qui ad hoc allegat Anselmum in libro de veritate. Aegidius verò allegat, ad hoc Augustinum in libro de veritate. & inde loquitur Thomas in Summa de veritate. De hoc quoque supra inducta sunt dicta Antisiodorensis. Albertus. Duplex ẽ rectitudo in signis.

¶ Præterea aduertere possumus quàm verè dixit Philosophus, quòd eædem opiniones infinities iterantur. Hi enim qui à Thoma, & Antisiodorensi, & Alberto, ac Bonauentura nominales, imò, & antiqui nominales vocantur, nunc vsque vocantur terminalistæ: ac nominales dicuntur, quia de terminis, & conceptibus, potiùs quàm de rebus, & rerum naturis loquuntur: & nunc multi sunt tales, qui, & modo appellantur moderni, quia in breui cœpit eorum renouari doctrina. Thomas verò in verbis suis prehabitis, per modernos intelligit eos, qui nuncupãtur reales, & ab antiquo dicti sunt realistæ, vt constat ex verbis Antisiodorensis. Nunc quoq; vocantur antiqui, quia reuera viam antiquorum, & verorũ Peripateticorum magis sequuntur. Dio. Car. Philoso.

De omnipotentia Dei, vbi priùs consideratur quare dicatur omnipotens. Distinctio XLII. A

HVnc de omnipotentia Dei agendum est, vbi prima consideratio occurrit: quomodo verè Deus dicatur omnipotens, an quia omnia possit, an tantũ, quia ea possit, quæ vult. Quod enim Deus omnia possit, pluribus auctoritatibus comprobatur. Ait enim Augustinus in libro quæstionum veteris, ac nouæ legis: Omnia quidem potest Deus, sed non facit nisi, quod conuenit veritati eius, & iustitiæ. Item in eodem: Potuit Deus cuncta facere simul, sed ratio prohibuit, idest, voluntas. Rationem nempe ibi volũtatem Dei appellauit, quia Dei voluntas rationabilis est, & æquissima. Fatendum est ergo Deum omnia posse. Aug. in li. q. ve & no. leg. q. 97.

Quomodo dicatur Deus omnia posse, cum nos multa possumus, quæ ipse non potest. B

Sed quæritur quomodo omnia posse dicatur, cum nos quædam possimus, quæ ipse non potest. Non potest enim ambulare, loqui, & huiusmodi: quæ à natura diuinitatis sunt penitus aliena, cum horum instrumenta nullatenus habere queat incorporea, & simplex substantia. Quibus * id respondendum arbitror, quod huiusmodi actiones, ambulatio scilicet, & locutio, & huiusmodi, à Dei potentia alienæ non suut, sed ad ipsam pertinent. Licet enim huiusmodi actiones in se Deus habere non possit, non enim potest ambulare, vel loqui, & huiusmodi, eas tamen in creaturis potest operari. facit enim vt homo ambulet, & loquatur, & huiusmodi. Non ergo per istas actiones diuinæ potentiæ detrahitur aliquid, quia, & hoc potest in nobis facere Deus omnipotens. * hic

De alijs obijcitur. C

Sed sunt alia quædam, quæ Deus nullatenus facere potest, vt peccata. Nõ enim potest mentiri, non potest peccare: sed non ideo omnipotentiæ Dei in aliquo detrahitur, vel derogatur, si peccare non posse dr: quia nõ esset hoc potentiæ, sed infirmitatis. Si enim hoc posset, omnipotens non esset, Non ergo impotentiæ, sed potentiæ imputãdum est quod

Augu. 15. de Trinit. ca. 15. ista non potest. Vnde Augustinus in decimoquinto libro de Trinitate: Magna, inquit, Dei potentia est, non posse mentiri. Sunt enim quædam, quæ in alijs rebus potentia deputanda sunt, in alijs verò minimè: & quę in alijs laudabilia sunt, in alijs verò reprehensibilia sunt. Non ergo ideo Deus minùs potens est, quia peccare non potest, cum omnipotens nullatenus * possit esse, qui hoc potest.

D

Item de alijs ponit.

Sunt etiam, & alia quædam, quæ Deus non potest, vnde videtur omnia posse. non enim potest mori, vel falli. Vnde Augustinus in primo libro de symbolo: Deus omnipotens non potest mori, non potest falli, non potest miser fieri, non potest vinci. Hæc vtiq;, & huiusmodi absit, vt possit omnipotens. si enim huiusmodi passionibus, atque defectibus subijci posset, omnipotens minimè foret: & ideo monstratur omnipotens, quia ei hæc propinquare non valent, potest tamen hæc in alijs operari.

Aug. li. 1. de symb. cap. 1.

E

Quod omnipotentia Dei secundum duo consideratur.

Hic ergo diligenter considerantibus, omnipotentia eius secundum duo apparet, scilicet, quod omnia facit, quæ vult, & nihil omnino patitur: secundum vtrunque Deus omnipotens verissimè prædicatur, quia nec aliquid est, quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat, nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est itaque, Deum omnino nihil posse pati, & omnia facere posse: præter ea sola, quibus eius dignitas læderetur, eiusque excellentię derogaretur: in quo tamen non est minùs omnipotens. Hoc enim posse non esset posse, sed non posse. Nemo ergo Deum impotentem in aliquo dicere præsumat, qui omnia potest, quæ posse potentiæ est. & inde verè dicitur omnipotens.

F

Quibusdam auctoritatibus traditur, quod dicitur omnino omnipotens, quia potest quicquid vult.

Ex quibusdam tamen auctoritatibus traditur, ideo verè dici omnipotens, quia quicquid vult, potest. Vnde Augustinus in enchiridio: Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult, potest: nec voluntate cuiuspiam creaturæ, voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Idem in libro de spiritu, & litera: Non potest Deus facere iniusta, quia ipse est summa iustitia, & bonitas. Omnipotens verò est, non quod possit omnia facere, sed quia potest efficere quicquid vult: ita, vt nihil valeat eius voluntati resistere quin compleatur, aut aliquo modo impedire eandem. Ioannes Chrysostomus in homilia quadam de expositione symboli, ait: Omnipotens dicitur Deus, quia posse illius non potest inueniri non posse, dicente Propheta: Omnia quæcunque voluit, fecit. Ipse est ergo omnipotens, vt totum quod vult, possit. Vnde Apostolus: Eius, inquit, voluntati quis resistit? His auctoritatibus videtur ostendi, quòd Deus ex eo tantum dicatur omnipotens, quòd omnia potest, quæ vult, non quia omnia possit.

Aug. in enchi. c 96. Augu. de spiritu, & litera. Io. Chry. in symbo. homi. 29. Psal. 113. b Rom. 9. d

G

Determinatio præmissarum auctoritatum.

Sed ad hoc potest dici, quod Augustinus vbi dicit, Omnipotens nõ dicitur, quod omnia possit &c. tam ample, & generaliter accepit omnia, vt etiam mala includeret, quæ Deus non potest, nec vult. Non ergo negauit eum posse omnia, quæ conuenit ei posse. Similiter cum dicit: Non ob aliud veraciter dicitur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult, potest: non negat eum posse etiam ea, quæ non vult, sed aduersus illos, qui dicebant Deum multa uelle, quæ non poterat, affirmat eum posse quicquid uult: & ex eo uerè dici omnipotentem, non ob aliud, quia potest quicquid uult. Sed caue quomodo intelligas, potest quicquid uult. An quicquid uult se posse, an quicquid facere, an quicquid uult fieri. Si enim dicas ideo omnipotentem uocari, quia potest quicquid uult se posse, ergo, & Petrus similiter omnipotens nunc dici potest, uel quilibet sanctorum beatorum: quia potest quicquid uult se posse, & potest facere quicquid uult facere. Non enim uult facere, nisi quod facit: nec posse, nisi quod potest. Sed non potest facere quicquid uult fieri. Vult enim saluos fieri, qui saluandi sunt, uerumtamen eos saluare non ualet. Deus autem quicquid uult fieri, potest facere. Si enim uult aliquid fieri per se, potest illud facere per se, & per se facit: sicut cœlum, & terram per se fecit, quia uoluit. Si autem uult fieri per creaturam, & per eam operatur: sicut per homines

mines facit donos, & huiusmodi artificialia, & Deus quidē ex se, & per se potest, Homo autem, vel Angelus quantumcunque beatus est, non est potens ex se, vel per se.

Oppositio.

H

Sed fortè dices: Nec Dei filius potest à se, nec spiritussanctus, sed solus pater. Ille enim potest à se, qui est à se: filius autem quia non est à se, sed à patre: non potest à se, sed à patre, & spiritussanctus ab vtroque. Ad quod dicimus, quia licet filius non possit à se, nec operetur à se: potest tamen, & operatur per se, sic, & spiritussanctus. Vnde Hilarius in libro nono de Trinitate: Naturę, inquit, cui contradicis hæretice, hæc vnitas est, vt ita per se agat filius, ne à se agat: & ita non à se agit, vt per se agat. Per se autem dicitur agere, & potens esse, quia naturalem habet potentiam eandem, quam, & pater, qua potens est, & operatur: sed quia illam habet à patre, non à se: ideo à patre, non à se dicitur posse, & agere. Homo autem, vel Angelus gratuitam habet potentiam qua potens est. Ideo ergo verè, ac propriè Deus Trinitas omnipotens dicitur, quia per se, ideſt, naturali potentia potest quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Nihil enim vult fieri, quod non possit facere per se, vel per creaturas: & nihil uult se posse, quod non possit: & omne quod uult fieri, uult se posse: sed non omne quod uult se posse, uult fieri. Si enim uellet, & fieret: quia uoluntati eius nihil resistere potest.

Solutio. Hilarius 9. de Trinit.

Summa di stin. 42. HIc declaratur qualiter omnipotentia Deo conueniat, & qualiter, ac cur ipse dicatur omnipotens, cum dicatur quędam non posse. & circa hoc introducit erroneas quorundam opiniones, quas reprobat.

QVAESTIO I.

Arguitur cõtra veritatem. HIc quęritur, *An potentia, imò, & omnipotentia Deo verè conueniat.* ¶Quod non videtur: quia actus, & potentia diuidunt ens, ita quod Deus dicitur purus actus, nihil de potentia habens admixtum.

2. ¶Secundò, quoniam cum sit simplicissimum agens, per essentiam agit, non ergo in eo est potentia, quę est id, per quod quis agit. De hac autem materia superiùs dicta sunt multa, & qualiter Deo cõueniat potentia respectu emanationum ad intra, & emanationum ad extra: & quomodo filius dicatur omnipotens, cum non possit gignere filium sibi ęqualem sicut pater: & qualiter spiritussanctus appellet omnipotens, cum non producat personam dinam sibi ęqualem: cur item patri approprietur potentia, & quomodo filius nominetur virtus, & sapientia patris. Non est ergo hic immorandum.

Alexād. ¶Itaque ad hæc Alexander respondet: Cum quædam sint materialia, seu passiua, quædam inordinata, quædam priuatiua, & contra materialia dicantur formalia, sicut passiua contra actiua, & inordinata contra ordinata: notanda est regula ista, quod

Nota regulam. nullum materiale, nullum passiuum, nullum inordinatum, nullum priuatiuum est Deo per se attribuendum: quia hæc omnia defectum includunt potentiæ. Materiale, vt currere, ambulare, comedere: passiuum, vt infirmari, mori, affligi. Priuatiuum, vt obliuisci: inordinatum, vt peccare, mentiri. Formalia verò, positiua, actiua, & ordinata competunt ei. & quamuis quędam illorum non attribuuntur diuinę potentię, tamen subijciuntur eidē: quia non in seipso, sed in creaturis suis efficit ea, vt materialia, & quędam passiua. Priuatiua quoque, & inordinata ei aliquo modo subijciũtur: quia, &

Deus qua re omnipotens. potest ea compescere, & punit seu ordinat ea. Denique Deus omnipotens nuncupatur, quoniam omnia possibilia potest, quę posse potentiæ est: & in hoc notatur perfectio diuinæ potentiæ, à quo longè sunt omnis coactio, impedimentum, & indigentia. Omnia ergo potest, quia nõ potest cogi nec impediri, nec indiget adiutorio instrumenti, aut subiectæ potentiæ. idcirco secundum Augustinum omnipotens dicitur, quia quicquid vult potest, estq; omnipotentia propriè sumpta, Deo propria. Hęc Alex. Augusti.

Bonauen. quæstio. ¶Concordat Bonauentura, qui inter cætera quæ rit hic, vtrum diuina potentia extendat se ad omne id, quod alijs agẽtibus est impossibile. Et respõdet, Nos iudicamus aliqd impossibile quatuor modis.

¶Primò per limitationem naturalis potentiæ, vt de trunco fieri vitulum, seu virginem parere.

Impossibile qđ fieri posse quadrifariã. ¶Secundò, non propter limitationem potentiæ, sed intelligentiæ nostræ: vt duo corpora esse in eodem loco, aut idem corpus esse in locis diuersis, vel maius corpus in loco minori; quæ capere non valemus: quia imaginatio nostra semper dicit contrarium. Vnde cum Deus sic faciat in sacramento altaris, oportet qđ ratio super se eleuet, & credat.

¶Tertiò, propter priuationem omnis existentiæ secundum omnem comparationem principij, & medij, ac finis, vt præteritum non esse præteritum. Omnis namque potentia aliquid faciens, respicit ens in ratione principij, aut termini, aut medio modo. Hinc Deus de ente potest facere non ens, & econtra. sed de non ente, non potest facere non ens.

¶Quartò, secundum illustrationem veritatis æternæ, & ordinem diuinæ sapiẽtiæ, vt quod duo opposita insint eidem secundum idem. hoc enim veritas summa dicit impossibile esse. Itaque impossibile primis duobus modis est Deo possibile, eo, quòd nec potentia Dei, nec intelligentia eius sit limitata: quod verò impossibile est, alijs duobus modis, quia illa posse non est posse, eo quod ratio entis repugnet eis, & sint contra ordinem sapientiæ Dei.

Obiectio. ¶Sed obijci potest, Deus facere potest quod præteritum sit præsens: sed præsens non est præteritum, ergo potest facere, quòd præteritum non sit præteritum. Propter hoc, & alia quædam similia fuit opinio Gilberti Porretani, quòd Deus potest Gilbert⁹. super impossibile per accidens. Ad auctoritatem verò Hieronymi, afferentis, quòd Deus non potest facere de corrupta virginem, exponit sic: Non potest, ideſt, non ostendit se posse, quia hoc nunquam fecit. Similiter verbum Augustini dicentis, veritatem de præterito non potest facere falsam, exponit sic: Salua re. Huiusmodi autem expositiones extraneæ

Hierony. Augusti.

traneæ sunt. ideò opinio illa non est tenenda. imò contradictionem implicat, præteritum non esse præteritum, seu non fuisse, sicut triangulum non esse figuram. Hæc Bonauentura in Scripto.

¶ Hinc quoque in breuiloquio ait: Primum principium potens est potentia simpliciter dicta, seu absolutè perfecta. ideò distributio addita ei, cum dicitur omnipotentia, distribuit pro his, quę posse est posse simpliciter. Hæc autem sunt, quæ egrediuntur à potentia completa, & ordinata. Potentiam vero completam dico, quæ non potest deficere neque succumbere, nec agere. Porro potentia peccando deficit, patiendo succumbit, & in corporalibus actionibus indigentiam includit. Denique diuina potentia cum sit summa, & perfectissima, non est de nihilo, neque sub aliquo, nec indigens alio. Hinc nec culpabilia agit, nec pœnalia sustinet, nec materialia operatur. Potentiam demum ordinatam contingit tripliciter dici. Primò secundum actum. Secundò penes aptitudinem ex parte creaturæ. Tertiò secundum aptitudinem ex parte solius virtutis diuinæ. Quod primo horum modorum possibile est, nō solum est possibile, sed etiam actuale. Quod autem possibile est secundo modo duntaxat, est simpliciter possibile, quamuis non actuale. Quod vero possibile est solum tertio modo possibile est Deo, & impossibile creaturæ. Sed quod nullo horum modorum possibile est, vtid, quod directe repugnat naturæ, & ordini rerum secundum rationes, & causas primordialissimas, & æternas, est simpliciter impossibile, vt q̄ Deus faciat aliquid actu infinitum, vel quod faciat aliquid simul esse, & non esse, aut quod faciat illud, quod fuit, non fuisse. Hæc Bonauentura ibidem.

Potentia completa quod.

Potentia ordinata triplex.

Alberti quæstio.

¶ Præinductis concordat Albertus, qui etiam quærit hic, vtrum potentia Dei æquatur scientiæ eius. Videtur quòd non, quia scientia est boni, & mali. Potentia vero est boni tantum. Sed contra. Scientia posita, ponit potentiam, non econtra. nam sequitur, iste scit, ergo potest scire, ergo potentia est in plus, & prius quàm scientia.

Quæstio.

¶ Quæritur quoque, an potentia sequatur voluntatem. Quod sic videtur, quoniam scriptum est in libro Sapientiæ: Subest tibi, cum volueris, posse. ergo voluntas in Deo secundum rationem, & ordinem intelligendi est ante potentiam. Præterea Anselmus in libro, Cur Deus homo, In omnibus, inquit, habentibus voluntatem, & potestatem, potestas sequitur voluntatem, Vt possum ambulare, si volo: possum loqui, si volo; ergo & in Deo sic esse videtur. Dicendum, quòd potentia tribus modis consideratur, Vno modo vt est genus omnium potestatum quocunque modo dictarum, & ita non refertur ad actum, sed in inferendo sequitur ad scientiam, ac voluntatem, sicut genus ad speciem: sicque potentia præcedit voluntatem, atque scientiam, secundum quod ait Richardus;

Sapiē. 13.

Anselmꝰ.

Potentiæ triplex cō sideratio.

Richardꝰ.

¶ Ex potentia est scientia, & ex potentia, ac scientia est dilectio, seu voluntas. Alio modo dicitur potentia comparata ad opus indefinitè, & ita dicimus, quòd Deus multa potest ex sua potentia, quę nec facit, nec faciet. Tertiò dicitur potentia regulata ab arte operatiua exequens præconceptum à sapientia, & volitum à voluntate. Et hæc non est nisi eorum, quæ fuerunt, vel sunt, aut erunt. Similiter scientia dupliciter sumitur. Primò pro scientia speculatiua, q̄ est boni, & mali. Secundò pro sciētia approbationis, quæ est boni tantū. Voluntas quoq; accipi potest prout est generalis omnium virium motor ad actū, quemadmodum dicimus: intelligo, q̄ volo: ambulo, quia uolo. Itaq; potentia, primo mō sumpta, voluntatē, sciētiamq; præcedit: non autem secundo, & tertio mō accepta. Scientia vero primo modo dicta, præcedit potētiam secundo, aut tertio modo dictam. Voluntas demum secūdo modo cōsiderata dicitur per respectum ad uolitum, quod est bonum: & ita est in æquè cum scientia, & potestate vltimo modo sumptis. Hæc Albertus.

Scientia duplex.

Vdalricꝰ. Thomas. Auicenna.

¶ Idem Vdalricus, qui in Summa sua libro secundo de potentia, & omnipotentia Dei scribit diffusè, ex qua supra allegata sunt multa, & infra quædam tangentur.

¶ Insuper Thomas; Nomen, inquit, potentiæ primo fuit impositum ad designandum hominum potestatem, prout dicimus quosdam homines esse potētes, ut loquitur Auicenna. Deinde translatum est ad res naturales. Dicitur autem in hominibus esse potentes, qui de alijs facere potest, quod vult sine impedimento: & secundum quod impediri potest, sic minuitur eius potentia. Minuitur verò potentia alicuius naturalis, voluntarijve agentis, inquantum pati potest ab aliquo. Vnde de ratione potentiæ, quantum ad primam sui impositionem, est nō posse pati. Hinc, & illud quod non potest pati, cum nec agere possit, dicitur potens. Nam durum dicimus, quod habet potentiam, ut non secetur. Ex quibus concluditur, Deo conuenire potentiam secundū perfectam potentiæ rationem: tum quia omnia agit vt prima causa, quod conuenit ei inquantum est primus, perfectusq; actus, & prima actiua potentia: nihil etenim agit nisi ut ens in actu: tum quia nil patitur, quod conuenit ei, inquantum est purus actus: sine admixtione totius materialis proprietatis, & potentialitatis. Cumq; potentia dicat principiū actionis, quicquid est actionis principium, uocatur potentia, ut calor, & frigus. Sic quoque diuina essentia secundum quod est principium operationis, vocatur potentia: nec potentia in Deo est aliquid aliud ab essentia. ¶ Præterea si quis instet, quia secundum Philosophum quinto Metaphysicæ, omnis potentia vel est actiua, aut passiua, & certum quod Deo non competat passiua potentia, & videtur q̄ nec actiua: quia ut ait ibidem Philosophus, potentia actiua est principium transmutationis in aliud inquātum aliud. & ita requirit aliquid in quod agat. Deus autem in agendo non requirit materiam, aut subiectum, imò totum simul produceere potest.

Deconuenit potentia.

Obiectio. Philosop.

Dilutio.

¶ Dicendum, q̄ actiuæ potentiæ accidit, q̄ requirat materiam, in quam agat, inquantum est imperfecta, nec productiua totius substantiæ rei. Potest etiam secundum Auicenam responderi, q̄ agens aliter dicitur in naturalibus, quàm in diuinis. Agēs namque naturale operatur per motum, & quoniā motus est actus entis existentis in potentia, idcirco requiritur materia, quæ motui substernatur. Agens autem diuinum in eo, quòd dat esse non per motum, potentia actiua in eo est principium operationis in aliud, sicut in effectum, seu productum, non sicut in materiam transmutatam. Sciendum, quoque, quòd Deus non agit operatione media, quæ sit distincta à sua essentia, imò suum esse est suum agere, & suum esse est sua essentia. Nihilominus sua essentia significatur ut principium essendi, atque eadem ratione sua potentia significatur vt principium operandi, & etiam operati, & sua operatio est ipsa potentia: ideo æternaliter est coniuncta saltem operationi interiori ad intra. Hæc Thomas in Scripto.

Auicenna.

¶ Porrò

Quæstio.

¶ Porrò circa omnipotētiam Dei inquirit primò, vtrum Deus possit quicqd est alijs possibile. Quod non videtur, quia non potest negare seipsum, vt ait

2. Tim. 2.

Apostolus: nec manducare, ambulare, bibere, aut dormire, loquendo de ipso secundum deitatis naturam. Ad hoc respondet: Quicquid perfectionis existit in creaturis, totum ex perfectione creatoris exemplariter est deductum: sic tamē, quòd perfectio creaturæ distat, ac deficit in infinitū à plena repræsentatione perfectionis diuinæ. similiter potentia creaturæ à potentia creatoris. idcirco quod conuenit potentiæ rei creatæ secundum quod est in tali, aut tali gradu, ac ordine participata, & constituta, non conuenit creatoris potentiæ: sed quicquid perfectionis, & potestatis in creaturis consistit, conuenit Deo per modum infinitè eminētiorem. Hinc potentia Dei non est potentia ambulandi, vel patiēdi, ita, q̄ ipse sit proximum ambulationis, aut passionis principium, cui huiusmodi actio, aut passio formaliter, seu propriè competat. Veruntamen aduertendum, quòd gradus potentiarum creatarū sicut, & naturarū diuina dispositione sunt ordinati: ideo quamuis actus earum non conueniant Deo p modum nunc dictum, tamen reducūtur in ipsum sicut in primam causam, secundum quod egrediuntur actus illi à suis potentijs, iuxta ordinē diuinitus institutum. ideo quamuis dicamus Deum non ambulare, nec pati: attamen dicimus, quòd causat ambulationē, & passionem. Actus verò egredientes à determinatis potentijs præter, & contra ordinem illum, non reducuntur in causalitatem primæ causæ, quantum ad hoc, q̄ præter ordinem illū egrediuntur, vt fornicari, furari. Idcirco non dicimus, quòd Deus possit peccare, aut peccatum in alijs facere.

Obiectio diluitur Philoso.

¶ Si verò obijciat, q̄ ait Philosophus quarto Topicorum, Deus, & etiam studiosus potest facere praua. Dicendum, quòd sumit praua materialiter. vt sit sensus, potest facere ea, quæ modo sunt praua, quæ tamen praua non essent si ipse faceret ea: sed essent bona, cum ipse sit prima, & summa totius virtutis rectitudinisq; mensura. Hæc idem in Scripto.

art. 3.

¶ His consonant, quæ scribit in prima parte Summæ quæstione 25. Vetuntamen de omnipotētia Dei plenius scribit ibi: Omnes, inquiens, communiter confitentur Deum esse omnipotentem, sed rationem omnipotentiæ assignare, videtur difficile. Nā dubium esse valet, quid comprehendatur sub ista distributione, cum dicitur, omnipotentia, seu Deū omnia posse. Sed cum potentia referatur ad possibilia, dum Deus dicitur omnia posse, nil rectiùs intelligitur, quàm, quòd omnia possibilia possit. ideo que omnipotens nuncupetur. Porrò possibile secūdum Philosophum quinto Metaphysicæ, dupliciter dicitur. Primò per respectum ad potentiam quandam, sicut quod subditur humanæ potētiæ, dicitur esse possibile homini. Nec dici potest, quòd Deus idcirco omnipotens sit, quoniam potest cuncta possibilia naturæ creatæ: quia diuina potentia se ad plura extendit. relinquitur ergo, quòd vocetur omnipotens, quoniam potest omnia possibilia absolutè, quod est alter modus dicēdi possibile. Dicitur quo que aliquid possibile, vel impossibile absolutè, ex habitudine terminorum, sicut Socratem sedere est possibile, quoniam prædicatum nō repugnat subiecto. Impossibile verò absolutè, q̄a prædicatū subiecto repugnat omnino, vt hominem esse Asinum. Insuper aduertendum, q̄ cum vnumquodque agēs agat simile sibi, vnicuiq; actiuæ potentiæ correspondet possibile secūdum rationem illius actus, in quo fundatur actiua potentia: sicut potentia calefactiua refertur ad omne calefactibile, tāquam ad propriū suum obiectum. Esse autem diuinū, super quod fundatur ratio diuinæ potentiæ, est esse infinitum, non limitatum ad aliquod genus entis, sed præhabēs in se totius esse perfectionē. Hinc quicquid potest habere rationem entis, continetur sub possibilibus absolutis, quorum respectu Deus nominatur omnipotens. Nihil verò opponitur rationi entis nisi nō ens. Hoc ergo repugnat rationi possibilis absoluti subditi diuinæ potentiæ, quod implicat in se esse, & nō esse simul. & hoc omnipotentiæ Dei non subest, nō ex imperfectione omnipotentiæ, sed ex infactibilitate, incapacitate, impossibilitateque rei, quæ non potest habere rationem factibilis, neq; possibilis. Quæcunque ergo contradictionem nō implicant, Deus potest. Ea verò quæ cōtradictionem implicant, sub diuina omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilium rationem. Cætera potest. conuenientius tamen dicuntur talia contradictionem implicantia non posse fieri, quàm, q̄ Deus dicatur ea non facere posse &c. Hæc Thomas ibidē.

Qualiter Deo conueniat omnipotētia.

Philoso. Possibile duplex.

¶ Ex quibus patet responsio quæstionis, qua quæritur, vtrum Deus possit facere, q̄ præterita nō fuerint, & virginitatem reparare amissam. siquidē præterita non fuisse, implicat contradictionem, vt patuit &c. Hinc cōtra Faustum loquitur Augustinus: Quisquis dicit, si Deus omnipotēs est, faciat, vt quæ facta sunt, non fuerint: nō videt hoc se dicere, si omnipotens est faciat, vt ea, quæ vera sunt, eo ipso, q̄ vera sunt, falsa sint. Philosophus quoque sexto Ethicorum: Hoc solo priuatur Deus, ingenita (ideſt, nō facta) facere, quę sunt facta. Consimiliter omnem corruptionem mentis, & corporis potest Deus auferre à muliere corrupta, sed hoc ab ea remouere non potest, q̄ non fuerit corrupta, sicut nec ab alio trāsgressore, q̄ non sit trāsgressus. Hæc ibi.

Quæstio. Augustin. Philoso.

¶ Præterea de ista materia scribit diffusè in Summa contra gentiles libro secundo per diuersa capitula: Vnumquodq;, inquit, agit secundum quod est actu. Deus autem est purus actus. ideo conuenit ei omnia agere, & mouere, non fieri, neque moueri. Cumq; sit simplicissimus, & per essentiam operans, substantialiterq; perfectus, & independens, cōstat, q̄ eius potentia nō sit nisi sua essentia. Amplius omnis virtus perfecta, ad omnia se extendit, ad quę se potest extendere finis per se, propriusque effectus: quemadmodū ars ædificatiua si sit perfecta, se extēdit ad omnia, quę ratione domus seu ędificij queūt habere. Diuina aūt potentia est per se causa essendi, & esse est proprius eius effectus: ideo omnia potest, quibus essendi ratio non repugnat, & hoc est esse omnipotentem. Rursus, omni passiuę potentię correspondet actiua potentia. In potentia autē passiua entis creabilis, seu creati est esse, cui ipsius esse ratio non repugnat: ergo omnia illa potest Deus efficere, Verum cū potentia Dei sit purè actiua, & omnino perfecta, ideo non pōt, quæ sunt passiuæ potētiæ, & imperfectionē includūt, ita, q̄ immediatè egrediantur ab ipso tales actiones, vel in ipso recipiantur huiusmodi passiones. Et qm cōtradictio includitur in cōtrarijs, ac priuatiuè oppositis, sequitur enim, hoc est album, & nigrum, ergo est album, & nō album. Et, hoc est videns, & cæcum, ergo est vidēs, hinc fieri nequit, q̄ contraria, aut priuatiuè opposita, insint eidem ſm idem, vel quòd alicui rei non conueniat id, quod est de propria eius ratione. Hinc Deus nō potest facere verum Deum, quia de ratione Dei est, q̄ sit ens independens: & de ratione entis facti est,

Tho. contra gentiles.

quòd

quòd sit dependens. Nec fieri potest, quòd aliquid conseruetur in esse sine Deo. Cumq; Deus sit voluntarium agens, non potest facere, quæ non potest velle. ideo non potest facere se non esse Deum. Et quoniam immutabilis est, non potest facere contraria his, quæ disposuit facere, loquendo de illis formaliter, & in sensu composito. Hæc ibidem.

Richard⁹. ¶Concordant per omnia Petrus, & Richardus. Richardus tamen quædam subtilia argumenta inducit. ad probandum, q̃ contradictoria simul sint vera: vt si faba sursum proijciatur, obuierque saxo molari, videtur: quòd in eodem instanti aderit, & aberit indiuisibili aeris, in quo superficies fabæ, ac saxi illius iungentur. alioquin faceret saxum illud quiescere. Item, si pila impetuosissimè proijciatur ad saxum, & rursus si Deus creat lapidem in tali situ, quòd superficies eius simul sit cum superficie cœlestis orbis Lunæ, & ignis elementaris eius descensui non resistat, nec quicquam prohibeat eius descensum: videtur, q̃ in eodem instanti erit lapis in illo loco, & superficies separabitur inde. alioquin corpus quiesceret in loco non naturali absque violentia, cum inter quælibet duo instãtia tempus sit mediũ. Horum solutionem breuitati studẽs relinquo scholasticis, quæ tamen à Richardo soluuntur.

Durand⁹. ¶Concordant quoque prædictis Durandus: Cõtradictoria, inquiens, Deus non potest facere simul esse vera, non ex impotentia sua, sed propter incõpossibilitatem terminorum: & quia vnius positio, alterius est remotio.

Aegidius. Potentiæ Dei summa ratio quadruplex Philoso. Proclus. ¶Aegidius demum: Summam, ait, potentiam esse in Deo, quadrupliciter declaratur. Primo ratione vnitatis, quoniam quanto quid est magis vnitũ, aut vnum, tanto est fortiùs, sicut in libro de Causis habet: Omnis virtus vnita est fortior quàm dispersa. Vnde, & Proclus ait: Omnis virtus vnita magis est infinita, quàm multiplicata. quemadmodum ergo in Deo est summa, & simplicissima vnitas, ita, & summa potestas. Secundò, ratione diuinæ immobilitatis. nam quanto agens, & mouens magis mouetur ab eo, quod mouet, tanto instabilius agit atque debilius est. cum ergo Deus sit primus motor prorsus immobilis, constat, quòd maximæ sit virtutis. Tertiò, ex parte suæ vniuersalitatis. quanto enim in aliquo congregantur plures rationes factiuæ, & vires actiuæ, tanto potentiùs est, vt patet de sole, in quo omnes virtutes generatiuæ omnium inferiorum istorum sunt vnitæ. In Deo autem congregantur omnes virtutes actiuæ, & productiuæ inferiorum. propter quod asserit Commentator, quod vniuersæ propertiones, & formæ, quæ potentialiter sunt in prima materia, sunt actu in primo motore. Quarta est ex parte formalitatis. Quo etenim aliqd magis formale est, & actuale, eo causaliùs, & efficaciùs perhibetur. Propter quod ignis inter elementa maximè est actiuus. Deus autem est ens formalissimũ, in quo nihil est de entitate, aut proprietate materiæ, nihil de potentialiter. Has quatuor rationes breuiter tangit S. Dionysius in libro de diuinis nominibus, dicens omnia esse in Deo, sicut omnes numeri sunt in vnitate, & lineæ in centro, & particularia in vniuersali, corporales quoque virtutes in anima. Hęc Aegidius.

Auerrois. S. Dion. Thomas Argenti. ¶Thomas item de Argentina fatetur: Deus omnino omnipotens est, quoniam omnibus modis omnia põt, quia de non ente facit ens per creationẽ, & ex incompleto completum per propagationem. Vnum quoque completum mutat in aliud per transubstantionem. Omnipotentiam quoq; suam ostendit in mundi creatione, cuncta visibilia, & inuisibilia producendo: & indesinenter eam ostẽdit in vniuersorum conseruatione, & gubernatione, atq; in fine eam monstrabit in celerrima mortuorum resuscitatione, in omnium festinantissima iudicatione, & iusta remuneratione, atque in mundi innouatione. sed, & in hominibus eam demonstrat, omnẽ voluntatem humanam ad libitum immutando, flectẽdo, ac varijs modis afficiendo. Hęc ille.

Scotica quæstio. ¶Circa hæc quærit Scotus, an naturali possit ratione probari, Deum esse omnipotentem. Quòd sic videtur: quoniam naturali ratione probatur Deum esse infinitæ potentiæ, quod probatur 8. Physicorũ, & 5. Metaphysicæ: sed potentia infinita est omnipotentia, maximè cum potentia maior nequeat cogitari, quàm infinita: omni autem potentia, quę non est, omnipotentia maior potest excogitari. Contra, Philo. Nulli Philosophi quantumcunque acuti, concesserunt Deum esse omnipotentem secundum intellectum catholicorum. Ad hoc respondeti potest distinguendo, quia omnipotẽs vno modo dici potest agens quod potest in omne possibile mediatè, vel immediatè: & sic conuenit Deo, quia in omnem effectum extendit se per modum causæ proximæ, vel remotæ naturaliter. Secundò, omnipotens dicitur propriè Theologicè, prout omnipotens dicitur qđ potest in omnem effectum immediatè, & in quodcunque possibile, quòd non est ex se necessarium, nec contradictionem includit: sic inquam immediate, quòd sine omni cooperatione cuiuslibet causæ agentis: & hoc modo omnipotẽtia videtur esse credita, non demonstrata de Deo. Quamuis enim probari valeat naturali ratione, summã in Deo esse potentiam, respectu cuius omnis aliorum potestas est imperfecta, ita, quòd hoc est quasi vltimum ad qđ poterit ratio naturalis attingere ad cognoscẽdum de eo: ex hoc tamen concludi non potest, omnipotentiam Deo conuenire secundo modo iam tacto: quia quamuis sit ita, non tamen est manifestum, q̃ habens causalitatem eminentiorem causalitate causæ secundæ, possit immediatè in effectum immediatè correspondentem causalitati causæ secundę. Ordo quippe causarum inferiorum, & superiorum, hoc non concludit. Nam quãuis habeat causalitatem eminentiorem Leone: non tamen sequitur, q̃ possit immediatè generare Leonem, sicut Leo hoc potest. Insuper Philosophi posuerunt Deum immediatè non producere nisi quid perfectum, nec cognouerunt eum contingenter, & liberè mundum produxisse, sed quasi naturali quadam necessitate. Hæc Scotus.

Dio. Car. ¶Hęc responsio videtur probabiliter posse teneri, certitudinem tamen non habet, nec insolubilem probationem. nec sequitur, Philosophi non cognouerunt hoc naturali ratione, ergo hoc cognosci nõ potest ratione naturali. Nam, & Aristoteles in Topicis fatetur, quęstionem de mũdi ęternitate esse problema neutrũ. iamq; ex auctoritate eius sexto Ethicorum inductum est, q̃ ipse testatus est hoc solum excludi à diuina potentia, q̃ ea, quę facta sunt, non potest facere facta non esse. nec implicat effectum causę secundę immediatè produci à causa prima, imò quod potest in maius, videtur posse in effectũ minorem. Algazel quoque Philosophus emanationem vniuersorum à Deo comparat emanationi donorũ à datore. Sic, & Plato in primo Timęi apertissimè docet oĩa profluxisse à Deo p voluntatẽ. Hęc in tm tetigisse mõ sufficiat, quia, & supra plenius dictũ est inde, & in secũdo libro amplius habẽt locũ.

Philoso. Agalzel. Plato.

QVAE-

QVAESTIO II.

AMplius quæritur hic, *an Deus possit ea, quæ impossibilia sunt naturæ, & omnem rerum naturalem cursum, ordinemq; transcendunt*. ¶Sed ad hoc patet ex inductis responsio, utpotè quod ea, q̃ contradictionem non implicant, possit omnipotẽs, qui omnipotentiam suã causis naturalibus, & creatis non alligauit: imò qui hoc maximum potuit, scilicet vniuersa creare, naturas rerum, & ordinem inter eas instituere põt, de ipsis rebus, & in ipsis operari vt libet, supernaturaliter, immediatè, & imperialiter. Nempè ad cuius imperium, de non esse surrexerunt in esse, ad eius quoque imperium alterantur, & operantur supra legem naturę. Tamen circa hoc quidam philosophi inueniuntur errasse, quemadmodum Commentator, qui octauo Metaphysicæ ait: Omnis alteratio est ab agente aliquo corporali. Ex, quo conatur concludere, quòd cum Deus sit agens incorporale, nulla alteratio possit ab eo fieri immediatè in creatura inferiori, sed solum mediante influentia cœli, quod est alterans non alteratum, nec super naturam agere potest.

Nota Auerrois errorem. Tho. aqu. Auicenna. ¶Itaque circa hoc Thomas hic scribit: In hoc Commentator errauit, imò & quidam philosophi sibi in hoc contradicunt, ut Auicenna, qui dicit, q̃ materia magis obedit apprehẽsioni, seu conceptui substantiæ separatæ, quàm contrarijs agentibus. Tamen quicquid sit de hoc, de Deo firmissimè est tenendum, quòd eius conceptioni, ac iussioni omnis natura creata obedit. Ipse etenim materiæ primæ, imò, & omni naturæ creatæ duplices indidit rationes, utpotè obedientiales, per quas omnes res natæ sunt Deo obedire, vt fiat ex eis, quicquid ei placuerit. Indidit, quoque eis rationes seminales, puta actiua principia, per quæ naturales exercentur effectus: & supra has operatur Deus in miraculis variis modis. nec propriè agit contra, sed potius supra, & præter rationes illas seminales: sicut dum corporibus humanis formam glorificationis inducit, similiter quando sine officio naturalium causarum producit effectum, quem & natura suo ordine potest producere, vt dum aquam repente conuertit in vinum. & tunc propriè non agit contra naturam, aut contra rationes seminales, quia non operatur vt causa naturalis actiua, sed tanquam agens extra, & supra omnem causam, & ordinem rerum. Hæc Thomas.

Iohan. 2. Richard⁹. Naturæ duplex cõsideratio. ¶De hoc Richardus: Natura, inquit, dupliciter sumitur. Primò, pro vi rebus insita, qua explent suos naturales cursus agendo, vel patiendo. Sic sumendo naturam, Deus multa facit, & plura si uellet faceret, & absolutè facere potest contra naturam. Secundò, natura vocatur possibilitas quædam rerũ, ut in eis fieri possit diuina virtute, quod fieri nequit per naturam primo modo acceptam: & contra naturam hoc secundo modo sumptam, Deus non agit, nec agere potest, quia hoc possibilis rationem non habet. Sed quia natura communiter sumitur primo modo, idcirco simpliciter concedendum est, quòd Deus potest facere contra naturam. Hæc Richardus.

Diony. ¶Hæc responsio ad prætactam Thomæ responsionem faciliter potest reduci, & concordari: quia quod Thomas appellat rationem obedientialem, Richardus vocat naturam secundo modo acceptã. Thomas, quoque perhibens supernaturales, & miraculosos effectus non fieri contra naturam, sed supra eam, loquitur appropriatè, & magis subtiliter. Richardus vero affirmans eos fieri contra naturã, extensius sumit hoc, quod est esse vel fieri contra naturam, iuxta quem modum loquendi sancti patres sæpe sunt locuti, vt cum super Lucam ait Ambrosius: Contra naturam est, virginem parere. atq; in libro de mysterijs testatur, quod contra naturam ferrum supernatauit mittente sancto Eliseo lignum in aquam. Vnde, & super Genesim sexto loquitur Augustinus disputans de mutatione virgæ in draconem: Nec ista cum fiunt, contra naturam fiunt, ni si nobis, quibus aliter cursus naturæ innotuit: non Deo, cui hoc est natura, quod fecit. Cum enim primum Deus cuncta creauit, ad vtrunque modum res habiles sunt creatæ, tam ad istum modum, quo vsitatissime tẽporalia currunt, tam ad illum, quo rara, & mirabilia fiunt, prout facere Deo placuerit, quod tempori congruat. Vnde & 9. super Genesim dicit loquens de partu sterilis, locutioneque asinæ, dedit Deus naturis, quas condidit, vt ex eis hæc fieri possunt. neq; enim ex eis ipse efficeret, quod ex eis fieri posse non ipse præfigeret.

Amb. li. 4. d sacramẽtis ca. 4. & de mysterijs cap. 9. De cõ. di. 2. ca. Reuera. 4 Reg. 6. Exodi. 7. Nume. 22

QVAESTIO III.

QVæritur consequenter, *secundum quas causas iudicandum sit aliqui esse possibile, vel impossibile, an scilicet secundum causas superiores, vel inferiores*. ¶Videtur, quòd secundum causas inferiores: quoniam Deo, qui est causa suprema, nihil est impossibile, neq; difficile, nec verbum, nec factum.

Arguit. 1. cõtra veritatem. 2.

¶Item de vnaquaq; re iudicandum est ẽm proprias, & ꝓximas causas, & illæ sũt causæ inferiores.

Antisiod. ¶Ad hoc antisiodorensis respondet in Sũma sua libro primo: Circa hoc est triplex opinio. Vna, quod solum illud est possibile absolutè, quod fieri potest secundum causas inferiores. Vnde secundum istos virginem peperisse est impossibile, quamuis sit verum. Sed contra hoc est, quod super illud Apostoli, Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi, loquitur Augustinus: Sapientia mundi impossibile iudicat, quod in naturis rerum non videt. Hanc sapientiam Deus fecit stultam, faciendo, ac declarando id esse possibile, quod ipsa iudicat impossibile. Alia ergo opinio est, q̃ omne etiam solum illud est simpliciter possibile, quod secundum causas superiores est possibile, ita q̃ sequitur: hoc est possibile Deo, ergo est possibile. ¶Sed obijcitur, quia secundum hoc, virginem parere est possibile, cum tamen virgo non habeat potẽtiam pariendi. Rursus, ex hoc sequi videretur, q̃ effectus supernaturales nõ essent miraculosi, cum sint absolutè, simpliciterq; possibiles. Hinc tertia opinio est, q̃ nec tantum secundum causas superiores, nec tantum secundum causas inferiores, sed interdum secundum illas, quandoq; secundum istas dicatur possibile: quia secundũ diuersa adiuncta, dictio ista possibile, pro diuersis possibilitatibus copulat, Vnde cum dicitur, Deum esse est possibile, possibile secundum causas superiores. Sed cum dicitur, possibile est cęcum videre, copulat pro possibili secundum causas inferiores: idcirco est falsa. Et iuxta istam opinionem Deus de impossibili facit possibile duobus modis. Primò mõ reparando naturam, sicut in cæco illuminato: & tunc potẽtia est miraculosa, sed actio naturalis. Alio modo dando nouam potentiam, sicut contulit virgini ad concipiendum, & pariendum, virginitate manente: tuncq; tam potentia, quàm actio sunt miraculosæ. ¶Verum huic opinioni obijcit, quia sicut nihil est album nisi p albedinem, ita nec possibile nisi p aliquã possibilitatẽ: sed virginem parere sp fuit

Obiectio 2. Obiectio Impossibile Deus facit possibile duplicater. Iohan 9. Luc 1. a. 1. Cor. 1. Augusti. Obiectio

possibile,

possibile, ergo aliqua possibilitate, & nō nisi p causas superiores: quod concedimus, & secundæ opinioni adhæremus: per quam tamē non excluditur id, quod possibile est secundum causas inferiores, cum & omne illud sit Deo possibile, quod possibile est inferioribus causis: & ita Deus nō facit de impossibili possibile. Verba verò Augustini intelligēda sunt, quod Deus ostendit illud esse possibile: qđ antequam fieret, impossibile putabatur: sicque virginem parere, ante incarnationē fuit possibile possibilitate increata, sicut, & mundum fore, antequā fuit, verū fuit veritate increata. de qua possibilitate nil cognouerūt Philosophi. Hæc Antisiodorēsis.

Albertus. ¶Porrò Albertus videtur secundæ opinioni potiùs adhærere: Possibile, inquiens, semper ponitur circa aliquid, atque secundum formam, & naturā illius, circa quod ponitur, de ipso est iudicandum. Non enim res omnes sunt eodem modo in potentia. idcirco possibile dictum de ipsis, non dicitur modo eodem, sed in eo, quod fit, est possibilitas in comparatione ad causam efficientem. Quædam verò nominant possibile ipsius materiæ cum dispositione contraria ad illud, quod fertur possibile, sicut cum dicitur: Virgo potest parere, cœcus potest videre. & tales videntur non esse possibiles ante actum, quoniam simul datur eis actus, atque potentia. Quædam verò ordinantur sub fiendi potentia tantum, sub ipla virtute diuina, sicut mundum est possibile fieri, & omne creatum possibile est cōpleri. In his non supponitur possibilitas nisi obedientiæ ad voluntatem creatoris, non cum aliquo ad contrarium disponente. ideo conceduntur illæ esse possibiles potentia efficientis tantum, quāuis minùs propriè potentia efficientis dicatur possibilitas. imò magis propriè vocatur completa potestas. Possibilitas verò materiæ imperfecta est. potētia autem est ad vtrunque communis. Itaque mihi apparet, quòd istæ sint falsæ, virgo potest parere, cæcus potest videre: quia virtute nominis circa qđ ponitur potentia, significatur dispositio, & necessitas ad contrarium eius quod dicitur fieri. Vnde talia posita in actu, non inferunt suas potentias ante actum in actu præterito, quoniam ante actum nullam habuerunt potentiam ad illum actum. Quidā verò aliter dicunt, vtpotè possibile, & necessarium variari secundum scientias, ita, quòd in naturali scientia dicatur possibile secundum causas inferiores, in Theologia vero secundum causas superiores. quod non videtur, quia simpliciter possibile, est vbique possibile. & idem est de necessario, & possibili. Hæc Albertus.

¶Videtur autem in hac re positio illa Antisiodorensis rationabilior esse, & præinductis verbis Augustini amplius consonare, in quibus iam dictum

Augustin. est, Dedit Deus naturis quas condidit, vt ex eis hęc fieri possent. Neque enim ipse Deus ex eis efficeret quod ex eis fieri posse non ipse præfigeret. Si autē

Obiectio. distinguendo quis dicat, aliquid esse possibile, seu impossibile dupliciter, vtpotè naturaliter, & super naturaliter, faciliter pateret responsio.

Thomas. Impossibilitas duplex. ¶Atuero Thomas respondet: Aliquid dicitur impossibile dupliciter. Primò absolutè, vt quæ cōtradictionē includunt. & taliter impossibilia, sunt simpliciter impossibilia, & non per respectū ad causas superiores, vel inferiores. Scđ aliquid est impossibile, quod quantūin se est, non est impossibile, nec rationē impossibilitatis includit, sed in ordine ad aliud. & in istis est distinguēdum, quia possibile dr ſm potentiam actiuam, & passiuā, & vtroq; modo aliquid appellat possibile, & impossibile simpliciter ad suam causam proximā actiuam, vel naturalem, cuius conditiones sequitur eius effectus. Verbi gratia. Materia remota statuæ est terra, & aqua, proxima vero maria cuprum, aut lignum. & dicimus statuam fieri posse ex cupro, non ex terra. Hoc quippe solum est esse in potentia in reliquo absolute, quod potest educi de materia vno motore, vt 9. Metaphy Philosop. sicæ dicitur. Dicendum ergo, quod omnes effectus, qui sunt ipsius Dei, non per causam secundam mediam, vt creatio, iustificatio, glorificatio, iudicandi sunt possibiles, & impossibiles secundum causam superiorem diuinam. Nihilominus aliqui eorū possunt iudicari possibiles secundum causas passiuas inferiores, qui scilicet in inferioribus habent causas receptiuas. sicut corpus organizatum se habet ad aīam, & liberum arbitrium ad gratiam. Illi autem effectus, qui nati sunt esse ex causis inferioribus ꝓximis actiuis, & passiuis, iudicandi sunt possibiles, vel impossibiles ſm causas inferiores, sicut in visione cęci, resurrectionēq; mortui. Vita enim, & visio sūt effectus immediati causarū inferiorum, puta formarum corpori vnitarum. Hæc Thomas in Scripto. Richard.

¶Insuper responsio Richardi ad istud, videtur plana, Antisiodorensiq; cōsona. Ait nanq;: Illud est possibile simpliciter, quod contradictionem nō implicat. Eo etenim ipso, ꝙ extrema contradictionis repugnantiam non includunt, nata sunt quantum ex parte ipsorum est, per aliquam coniungi potentiam, nisi ex parte potentiæ sit defectus. Et quia diuina potentia nullum prorsus habet defectum, ideò quicquid contradictionem non implicat, subest diuinæ potentiæ. Loquendo autem de possibili secundum comparationem ad aliquam causam, sic illud est possibile secundum causam inferiorem, super quod potest causa inferior: & possibile secundum causam superiorem, super quod potest causa superior, siue super illud posit causa inferior, siue non. Nam pluuiam fore, possibile est secundum causam superiorem, quamuis sit etiam possibile secundum causam inferiorem. Animam vero creari, virginem parere, mortuum resurgere, ita sunt possibilia secūdum causam superiorem, ꝙ non sunt possibilia secundum causam inferiorem. sicq; omne illud super quod potest causa superior tantum, vel causa superior, & inferior simul, é simpliciter, & absolute possibile, quantū est ex parte sua. aliter super ipsum nō posset, nec causa superior, nec causa inferior. Hæc Richardus. Cuius responsio vera, & plana censetur.

¶Præterea doctor irrefragabilis de hac materia Alexāder. exquisitissimè scribit, & aliorum opiniones elucidat, atq; quid veritatis in eis cōtineatur oñdit, ipse verò magis videtur consentire positioni, quæ in fine responsionis Alberti iam tacta est, vtpotè aliquid dici possibile, vel impossibile secundum scientiam naturalem, vel secundum scientiam theologicam. Sic etenim ait: Sicut ascendunt scientiæ, ita & nomina. & quia theologia considerat causam supremam idcirco in ea possibile perhibetur, quod diuinæ potestati subijcitur, &c. vt supra.

¶Bonauentura quoque hinc scribit saris prolixe, sicut Aegidius: & plura iuducere, forsan obrueret, atque confunderet aciem mentis magis, quàm lustraret. idcirco pertranseo. Diuersitas etiam opinionem magis videtur in diuersa nominum acceptione consistere, quàm in re.

¶Præterea Henricus in Quodlibetis suis tres mouet qstiones istā materiā cōcernētes. ii. nanq; qđlibeto qrit, vtrū Deus posset facere, qđ nō decet, vel qđ eum Henrici, qstiones aliquot.

Quæstio. eum non decet. Tertiodecimo, quodlibeto scisciQuæstio. tur, utrū Deus posset facere lapidem, seu aliud corpus extra cœlū, ita ꝙ non tangeret cœlū. QuintoQuæstio. decimo, quodlibeto interrogat, an Deus posset facere vacuū esse. Ad primū respōdet. De vtili, & honesto dubitatio est, an omne vtile sit honestum, & econuerso. De honesto autem determinat Tullius, Cicero. quod ex quatuor cōstetur virtutibus cardinalibus. In omnibus enim virtutū operibus consistit honestum. ideo omne, quod vtile est ex sua natura simpliciter est honestū, cum virtus consona sit naturę. Non sic autem est de vtili ex tempore, quod commodum appellatur, quod in prauis hominibus pugnat cum honesto. Quod enim est turpe, quamuis sit vtile, non tamen est eligendum, quia secundum rationem hoc fieri nequit. Cūq; Deus nil agat propter vtile, quod dicitur commodum, imò omnia secundum rectam efficiat rationem, constat quòd in Dei opere idem sint honestum, atque expediens. Nullatenus igitur facere potest, quod non est decens, aut decorum siue honestum. Deniq; factum Honestū sumitur bifariam. aliquod dicitur decens siue honestum duplici ratione. Primò, ex ordine suo ad facientem. Secundò, ex ordine suo ad aliud factum. Secundum primum ordinem bonus, & sapiēs nunquam facit, nisi quod suum condecet statum, & honestum sit fieri: sicut rex sapiens tabernam cum ribaldis non intrat, sic & sapientissimus Deus nec facit, nec facere potest, quod eum non decet. Iuxta secundum ordinem adhuc dupliciter dicitur, quid decens siue honestum, vt patet ex suo contrario, scilicet indecente, & inhonesto: quod vno modo dicitur tale, secundum aliquē ordinem particularem ad causam particularem, & ad particularia facta, alio modo secundum ordinem vniuersalem, ad vniuersalem aliquā causam, & vniuersaliter ad omnia alia. Primò modo inhonestum est aliquod malum pœnæ, ut quòd aliquis sit cæcus, sicut is, de quo fertur in Iohan. Iohan. 9. Hoc quippe inhonestum, & indecens fuit, quo ad merita suā, quia (ut legitur ibi) nec ipse, nec parentes eius id meruerunt. Indecens quoque fuit in ordine ad alios sensus, quemadmodum indecens esset, quod patibulum statueretur in medio fori ciuitatis, in qua ciues nō promeruerunt hoc ipsum. Secundo modo nihil est inhonestum nisi malū culpæ. Nullum etenim malum pœnæ contingit in par- Nihil inhonestum nisi malū culpæ. te, quod non congruit vniuerso, habeatque iustā, & rationabilem causam, quamuis nobis frequenter incognitam. sicque decens, & honestum fuit, quòd ille cæcus nasceretur, quia ex hoc aliquid decens, & honestum est consecutum, videlicet glorificatio Dei, ipso illuminato. Secundo modo dico, quòd Deus non potest facere, quod non decet facere eum, sed nec potest peccare: attamen facere potest indecens primo modo, quod decens est, & honestum per oppositionem ad indecens modo secundo, non tamen sub ratione indecentis, videlicet respiciendo ad causam particularem, & ordinem inferiorem: sed sub ratione decentis, respiciendo ad ordinem vniuersalem, & causam superiorem, ac generalem, sicq; fuit causa cęcitatis in ęlo illo. Itaq; absolutè dico, ꝙ Deus nullo modo facere potest, quod secundum nullum ordinem deceat eum, imo quicquid facit, decet eum facere: & quicquid facere potest, si faceret, facere eum deceret, & non nisi secundum decentem facere ordinem. Vnde si de potentia absoluta potest Petrum damnare, & Iudam saluare, hoc nō est, nisi quia deceret eum hoc agere secūdum aliquem iustitiæ ordinem, si faceret hoc, nec aliter potest hoc. Sicq; nihil potest Deus facere de potētia absoluta, quin illud posset facere de potentia ordinata: quāuis ſm alium ordinem, q̄ſ fit ordo, propter quē dimittit, seu omittit hoc facere, ita tamen, ꝙ semper facit id, qđ melius, rationabiliusq; consistit, aspiciendo ad totius ordinem vniuersi, secundum quem multa nō facit, quæ facere posset. Hæc Henricus ad primum.

¶Insuper ad secundum respondet: Deus facere potest corpus quodcunq; extra mūdum, seu extra vltimum cœlum, quemadmodum facit terram infra cœlum, & vltimum cœlum in nihilo, idest, in non ente, seu non in aliquo. Non enim extra illud fuit, aut est dimensio separata, in qua recipi valeat, aut locari, iuxta quem modū scriptum est in libro Iob: Deus appendit terram super nihil. Omnino vi Iob 26. delicet, quia nō super plenum, quod est aliquid per se, vt corpus dimensionatum, nec superuacuum.

Obiectio Distantia duplex. ¶Sed obijci potest, quia corpus illud non distaret à cœlo, ergo tangeret cœlum. Dicendum, ꝙ aliqua cōtingit distare dupliciter. Primò per se, vtpotè qm̄ iuxta ea, vel inter ea, potest esse aliquid dimensionatum, per quod posit illorum aduerti distātia, & sic inter illa esset distātia. Hæc idem ad secundū.

Quæstio. ¶Quocirca posset inquiri, an lapis extra mundum sic factus, in nihilo quiesceret, an moueretur: & si moueretur, quò moueretur, an ad centrū mūdi, etiam si imaginemur, quòd sub mundo sit factus, ita quod naturaliter ascenderet.

¶Circa tertium, scilicet an Deus posset facere, quòd vacuū sit, arguit sic: Deus potest nudare materiam à forma substantiali, & quantitate, & sic nudatam conseruare. Potest enim vim suam conseruatiuam abstrahere à forma substantiali, & quantitate, & non à materia, hoc itaque facto, necessarium erit vacuum esse, vel erit motus in instanti, quia spatium, quod fuit occupatum quantitate, illa destructa, vacuum remanebit, vel ab aere circūstante replebitur, & occupabitur in instanti. In contrarium est, quia si Deus potest facere vacuum esse, potest facere, ꝙ contradictoria simul sint vera, videlicet, ꝙ partes continentis vacuum essent simul, & non simul: essent inquam simul, quia ipsarum nihil est medium. Nihil enim inter eas est mediū nisi Philoso. vacuum, & vacuū nihil est ſm Philosophum 4. Physicorum. Itē partes illius continentis non essent simul, quia distarent ab inuicē, & vacuum esset inter easdem: Materia quoq; manens est inter eas, nec ante materiæ denudationē erant simul, nec ex illius denudatione aliquid factū est circa ipsas. Hęc quęstio (vt puto) ideo mota est, quia nuper quidam posuit, ꝙ materia non potest esse sine forma substātiali, & quantitate, & ꝙ Deus non potest hoc facere, cuius oppositū aliàs determinaui: & idcirco ille sic posuit, qm̄ sequeretur, aut vacuum esse, aut motū fieri in instanti. Ad quod dico, ꝙ quāuis aliàs impossibile esset materiam sic nudari, tñ hoc dicere ex hac ratione est debile, insufficiensq; motiuum. Simili etenim ratione sequeretur, ꝙ Deus nō posset totaliter annihilare aliquod corpus contentū infra cœlū, & terram, imo non solū hōc posset, sed ēt integrum aeris elementum, & cū hoc continere ignē elementarem ne rarefactione descenderet: terram quoq;, & aquam, ne rarefactione ascēderet. Verūtamen isto admisso, difficultas remanet argumēti, quia in tali casu, aut vacuum esset, aut instantaneus motus. sed nō puto, ꝙ aliquis Catholicus potiùs debeat negare Deū posse prędicta corpora annihilare, quàm vacuū posse esse, & Deū facere posse, ꝙ vacuum

cuum sit. Ad propositam igitur quæstionem respõdeo, ꝙ Deus si vellet, posset facere vacuum esse, etiam sic, quòd perseueraſſet in esse absq; omni spatij separatione, & repletione, quamuis natura facere id non possit: quia nec materiam potest nudare, nec corpus annihilare, sine quibus vacuum fieri nequit, nec potest habere esse sicut res per se existens, & per se esse productum. propter quod ponebant Philosophi vacuum esse non posse. & benè probat Philosophus, ꝙ sic esse non valeat, tamen possibile est vacuum esse posse Deo agente, sicut ens quoddam per accidens per modum iam tactum, & alibi plenius declaratum. Nec ex hoc sequitur contradictoria simul esse. Nam quamuis in tali casu partes continentis non distent ab inuicẽ per aliquod medium positiuum, & quod sit ens per se, distant tamen per vacuum, quod est ens per accidens, & privatiuum. Hæc Henricus. Cuius solutionem recitatiuè induco, quia magni aliqui aliter sentiunt non solum in ista conclusione, sed in hoc quoque, ꝙ dicit materiam præfato modo posse nudari.

Dionysi⁹.

Obiectio.

Iob 26.

¶ Similiter obijci posset contra id, quod in præcedentis quæstionis scribit solutione, exponendo illud beati Iob, Deus appendit terram super nihil, ideſt, super nõ plenum &c. Manifestum est namq;, ꝙ terra non est posita, aut fundata super nihil, cum sit in medio elementorum, nec in regione elementari est tale nihil, aut vacuum. omnes autem partes terræ naturaliter inclinatur, & tendunt ad centrũ, nec doctor tantus hoc ignorauit, quamuis verba sic sonent. vel forsitan alium intellectum prætendebat in ipsis. Dicitur autem terra fundata, seu appensa super nihil, iuxta modum loquendi scripturæ, qua loquitur iuxta æstimationem vulgarium, qui opinantur infra terram nil esse, vel quia id, quod sub terra est, non eam sustentat ita quod super illud quiescat: quia nec aer, nec aqua hoc agere possent. sed quo ad hoc, illud se habet, vt nihil. Iuxta præfatum illum modum loquendi scriptum est in Isaia: Deus expandit cœlum quasi tabernaculum ad inhabitandum. vbi Septuaginta pro tabernaculo transtulerunt cameram, quasi cœlum semicirculus esset, & ita exponit super Isaiam Ambrosius.

Terra cur dicatur fundata super nihili.

Isaiæ 40.

Ambrosi. Quæstio.

¶ Amplius quæritur hic, an in Deo sint tantum vna potentia, vel plures. Videtur quod plures, quia in eo sunt intellectus, & voluntas. potentia quoque generatiua, & spiratiua, item potentia ordinata, & absoluta. In Psalmo quoque cantatur, Quis loquetur potentias Domini? Respondendum quod cum in simplicissimo Deo sint idem essentia, & potentia, in Deo non est realiter nisi vna potentia, sicut, & vna essentia. Nam, & potentia appellatur id, quod est immediatum agendi principium. hinc sicut diuina essentia vna est, pluralitatem quandã habens rationum secũdum distincta attributa, quæ ei conueniunt, ita potentia Dei in se vna est re, tamen secũdum diuersas rationes attributorum, pluralitatem accipit rationum. Cuilibet enim attributo conuenit potentiæ ratio, secundum quod competit ei esse principium actionis. & quia operatio Dei est sua essentia, idcirco etiam quo ad hoc, est vna in Deo potentia, tamen diuersimodè significata, & nominata: imò, & interdum pluraliter dicta secundum distinctionem attributalium rationum, & diuersitatem effectuum, qui simpliciter plures sunt. Per quod patet ad obiecta solutio. Intellectus etenim, & voluntas non distinguuntur in Deo realiter, similiter nec absoluta, & ordinata potentia. Potentia quoque generatiua, & spiratiua quãtum ad id, quod essentialiter, absolutæque dicunt, non distinguuntur realiter, vt supra expressum est pleniùs. Hæc Thomas in Sripto. Idem Aegidius.

Psal. 105.

Ad argumenta.

Richardi quæstio.

¶ Præterea Richardus hic quærit, vtrum Deus dicatur omnipotẽs, quoniam omnia potest, quæ vult se posse. Videtur quod non, quia omnes beati possunt omnia, quæ volunt se posse, cum habeant omnia, quæ se volunt habere, vt decimotertio de Trinitate loquitur Augustinus. Dicendum quod Deus verè omnipotens est, & potest omnia, quæ se vult posse. sed ipsum posse omnia, quæ vult se posse, nõ est præcisa ratio omnipotẽtiæ suæ. sed idcirco omnipotens nuncupatur, quoniam potest omnia possibilia absolutè, hoc est, omnia quæ contradictionem non implicant. Hæc Richardus.

Augusti.

Dio. Car.

¶ Postremò sciendũ quod diuersi diuersum habent modum loquendi de his, quæ supernaturaliter miraculoseve fiunt. Vnde Alexander, & Thomas de Argentina affirmans: Quædam fiunt supra naturam, aliqua præter naturam, nonnulla contra naturam. Supra naturam sunt illa, quibus non est simile in natura, nec in naturæ potentia, vt virginem parere. Contra naturam sunt, quæ fiunt vsu naturæ contrario, attamen terminantur ad conformè naturæ, sicut illuminatio cæci. At præter naturam sunt, quæ fiunt ordine consimili ipsi naturę, nõ tamen per naturæ principium, sicut virgę mutatio in serpẽtem: quia hoc fieri potuisset ordine, & causalitate naturæ per diuturna m putrefactionem, cũ ibi rationes fuerint seminales. tamen quoniam ibi non fuit naturæ operatio, miraculum fuit'. Qualiter autem in his alij alium habeant modum loquẽdi, patuit paulo ante.

Supra naturã, quę fiant. Cõtra naturam. Præter naturam.

A *Opinio quorundam, dicentium, Deum nil posse nisi quod facit. Distinctio XLIII.*

Vidam tamen de suo sensu gloriantes, Dei potentiam sub mensura coartari conati sunt. Cum enim dicunt, hucusque potest Deus, & non amplius: quid hoc est aliud, quàm eius potentiam (quæ infinita est) concludere, & restringere ad mensuram? Aiunt enim, nõ potest Deus aliud facere quàm facit, nec meliùs facere id quod facit, nec aliquid prætermittere de his, quę facit. Istamque prauam suam opinionem verisimilibus argumentis, causisque commentitijs, necnon, & sacrarum auctoritatum testimonijs munire conantur, dicentes: Non potest Deus facere nisi quod bonum, & iustum est fieri, non est autem iustum, & bonum eum facere quàm facit, non ergo facit omne, quod iustum est, & bonum est ei facere: sed quis audeat hoc dicere?

Ratio illorum prima.

Secun-

B

Secunda ratio.

Addunt etiam: Non potest facere, nisi quod iustitia eius exigit, sed non exigit eius iustitia, vt faciat, nisi quod facit, non ergo potest facere, nisi quod facit. Eademque iustitia exigit, vt id non faciat, quod non facit. Non autem potest facere contra iustitiam suam. Nõ ergo potest aliquid eorum facere, quæ dimittit.

C

Responsio ad prius dictum.

His autem respondemus duplicem verborum intelligentiam aperientes, & ab eis inuoluta euoluentes, sic: Non potest Deus facere, nisi quod bonum est, & iustum, ideſt non potest facere nisi illud: quod si faceret, bonum, & iustum esset: verum est, sed multa potest facere, quæ non bona sunt, nec iusta: quia nec sunt, nec erunt, nec benefiunt, nec fient, quia nunquàm fient. Item quod secundò propositum fuit, non potest facere nisi quod iustitia sua exigit, & non potest id facere, quod iustitia sua exigit, vt non fiat. Dicimus quia exactionis verbum de Deo congruè non dicitur, nec propriè accipitur. Et in illis locutionibus duplex est sensus. Si enim intelligas, non potest facere nisi, quod sua iustitia exigit, ideſt nisi quod voluntas sua iusta vult, falsum dicis. Iustitia enim Dei ipsius æquissima voluntas accipitur, qualiter accipit Augustinus illa verba Domini, in Genesi loquentis ad Loth: Non possum quicquam facere donec illò introeas, exponens: Non posse, inquit, se dixit, quid sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam: quasi poterat quidem, sed non volebat: & illa voluntas iusta erat. Si verò per hæc verba intelligis eum non posse facere nisi illud, quod si fieret, iustitiæ eius cõueniret, verum dicis. Similiter distingue illud, Non potest facere, quod sua iustitia exigit, vt non faciat, ideſt non potest facere id, quod ipse, qui est summa iustitia, non vult facere: falsum est. Si autem his verbis intelligas eum non posse facere id, qđ iustitiæ eius conuenire non potest, verum dicis.

Respõsio ad id, qđ secũco dictum est.

Gen. 19. c

D

Tertia illorum ratio.

Addunt quoque, & alia, dicentes: Non potest Deus facere nisi, quod debet, non autem debet facere nisi, quod facit. Si enim debet alia facere, non ergo facit omne, quod debet. Si verò facit omne, quod debet, non potest facere nisi, quod debet, non ergo potest facere nisi quod facit. Item, aut debet dimittere, quod dimittit ne faciat, aut non debet. Si non debet, non rectè dimittit: si verò debet dimittere, ergo non debet facere. Si autem non debet, nec decet, non oportet eum facere: & si non decet, nec oportet eũ facere, ergo non potest facere. Non ergo potest facere nisi, quod facit, nec potest illud dimittere quod facit, quin faciat, quia debet illud facere: & quod debet facere, non potest illud dimittere. Sed (vt mihi videtur) hoc verbum, debet, venenum habet. Multiplicem enim, & inuolutam continet intelligentiam: nec Deo propriè competit, qui non est debitor nobis, nisi fortè ex promisso. Nos verò ei debitores sumus ex commisso. Vt autem venenum euacuetur, distingue verbi sensum. Non potest Deus facere nisi, quod debet, ideſt, nisi quod vult, falsum est. Sic enim potest ipse dici debere aliquid, quia vult illud. Si autem dicatur, non potest nisi quod debet, ideſt, non potest nisi illud, quod si faceret, ei benè conueniret, verum est. Addunt quoque illi, dicentes: Nihil facit, aut dimittit nisi optima, & rationabili causa, licèt nobis occulta sit, secundum quam oportet eum facere, ac dimittere, quæ facit, vel dimittit. Ratio enim penès eum est, qua illa facit, & illa dimittit: quæ ratio æterna est, & semper manens, præter quam non potest aliquid facere, vel dimittere. Illa ergo manente, non potest quod facit dimittere, nec quod dimittit facere: & ita non potest facere nisi, quod facit. Et ad hoc respondemus, ambiguitatem locutionis determinantes. Cum enim dicitur, ratio, vel causa optima penès Deum est, qua facit cuncta, quæ facit, & dimittit ea, quæ dimittit, verum quidem est: quia in eo voluntas est æquissima, & rectissima, qua facit, & dimittit, quæ vult, contra quam facere non potest, nec præter eam facere potest. Nec vtique contra eam faceret, nec præter eam, si ea, quæ facit dimitteret, vel quæ dimittit faceret: sed eadem manente ratione, & causa, alia potuit facere, & ista dimittere. Licèt ergo ratio sit penès eum, qua alia facit, & alia dimittit, potest tamen secundum eandem rationem, & dimittere, quæ facit, & facere, quæ dimittit. Ipsi etiam addunt: Ratio est eum facere, quæ facit, & non alia: & non potest facere nisi, quod ratio est eum facere, & ita non potest

Respõsio.

Deꝰ nobis debitor ex promisso: nos debitores ex cõmisso.

Quarta illorum ratio.

Respõsio.

Adhuc addunt quæstionem.

test facere nisi, quod facit. Item ratio est eum dimittere, quod dimittit, & non potest non dimittere quod ratio est eum dimittere, & ita non potest non dimittere, quod dimittit. Et ad hoc dicimus, locutiones ambiguas esse, & ideo determinandas. Si enim cum dicitur, non potest facere nisi, quod ratio est eum facere, intelligas eum non posse facere, nisi ea, quæ rationabilia sunt, & ea, quæ si fierent, rationabilia essent, verus est sensus. Si autem intelligas eum non posse facere alia rationabilia, & bona nisi ea, quæ vult, & facit, falsus est intellectus. Item aliud adiungunt, dicentes: Si potest Deus aliud facere, quàm facit, potest ergo facere, quod non præsciuit: & si potest facere, quod non præsciuit, potest sine præscientia operari: quia omne, quod facturum se præsciuit, facit: nec facit aliquid, quod non præsciuit. Quod si præter scientiam eius aliquid fieri impossibile est, omne ergo quod præscitum est, fieri necesse est: ergo aliud fieri, quàm fit, nulla ratione possibile est, ergo non potest à Deo fieri nisi, quod fit. Hæc autem quæstio de præscientia, facilè determinari potest per ea, quæ superiùs dicta sunt, cum de præscientia ageretur,

Respõs.

Alia illorũ ratio.

E *Auctoritatibus vtuntur in assertionem suæ opinionis.*

Psal 63. b Angu. de symb. li. 1. cap. 1.

Aug. 7 cõfes. c. 4. b

Respõsio.

Matt. 26.

Auguſt. in Ench. c 96

Aug. ibid. cap. 95.

Auguſt de natura, & gratia c. 7. Ioan. 11. f

His autem illi scrutatores, qui defecerunt scrutantes scrutinia, sanctorum annectunt testimonia. Dicit enim Augustinus in libro de symbolo: Hoc solum non potest Deus, quod non vult, per quod videtur non posse facere aliquid nisi, quod vult, sed non vult nisi quod facit: & ita videtur non posse nisi, quod facit. Illud autem ita intelligendum est, id solum non potest Deus, quod non vult, scilicet se posse. Idem in septimo libro confessionum ad Deum loquens, ait: Nec cogeris inuitus ad aliquid, quia voluntas tua non est maior, quàm potentia: esset autem maior, si teipso tuipse maior esses. Ex hoc videtur quod Deus non possit plura, quàm vult, sicut non vult plura, quàm potest. Sicut enim voluntas non est maior potentia, ita nec potentia maior est voluntate. Ideoque sicut plura non vult, quàm potest, ita eum non plura posse, quàm velle dicunt. Sed ad hoc dicimus, quia nec voluntas potentia, nec potentia voluntate maior est: quia vna, & eadem res est potentia, & voluntas, scilicet ipse Deus: qui esset maior seipso, si voluntas maior esset potentia, vel potentia voluntate. Nec hac auctoritate negatur Deum plura posse, quàm velle, quia plura sunt subiecta eius potentiæ, quàm voluntati. Fateamur itaque Deum plura posse facere, quæ non vult, & posse dimittere, quæ facit. Quod, vt certiùs firmiùsque teneatur, scripturæ testimonijs asseramus, Deum plura posse facere, quàm faciat. Veritas ipsa secundum Matthæum ait: An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plùs, quàm duodecim legiones Angelorum? Ex quibus verbis patenter innuitur, quia, & filius poterat rogare, quod non rogabat, & pater exhibere, quod non exhibebat. Vterque ergo poterat facere, quod non faciebat. Augustinus etiam in Enchiridio ait: Omnipotentis voluntas multa potest facere, quæ non vult, nec facit. Potuit enim facere, vt duodecim legiones Angelorum pugnarent contra illos, qui Christum ceperunt. Item in eodem: Cur apud quosdam non factę sunt virtutes, quæ si factæ fuissent, egissent illi homines pœnitentiam, & factæ sunt apud eos, qui non erant credituri? Tunc non latebit, quod nunc latet. Nec vtique iniustè Deus noluit saluos fieri, cum possint salui esse si vellent. Tunc in clarissima sapientiæ luce videbitur, quod nunc piorum fides habet antequam manifesta cognitione videatur, quàm certa, & immutabilis, & efficacissima sit voluntas Dei, quæ multa possit, & non velit, nihil autem quod non possit velit. Idem in libro de natura, & gratia: Dominus Lazarum suscitauit in corpore. Nunquid dicendum est, non potuit ludam suscitare in mente? Potuit quidem, sed noluit. His auctoritatibus, alijsque multis apertè docetur, quod Deus multa possit facere, quæ non vult, quod etiam ratione probari potest. Non enim vult Deus omnes homines iustificare, & tamen quis dubitat eum posse? Potest ergo Deus aliud facere, quàm facit: & tamen si aliud faceret, alius ipse non esset. Et potest aliud velle, quàm vult, & tamen eius voluntas, nec alia, nec noua, nec mutabilis aliquo modo potest esse. Quod & si possit velle, quod nunquam voluit, nec tamen nouiter, nec noua voluntate, sed sempiterna tantum voluntate velle potest. Potest enim velle, qđ ab æterno potest voluisse. habet enim potentiam volendi, & nunc, & ab æterno, quod tamen nec modo vult, nec ab æterno voluit.

Hic

SVMMA DISTINCTION. XLIII.

Hic Magister opinionem narrat quorundã erroneam, qui dixerunt Deum non posse facere nisi ea, quæ facit, nec potuisse fecisse, nisi quæ fecit, nec posse facere in futurum, nisi q̃ facturus est, nec posse omittere ea, quæ facit: & sic miseri isti libertati, ac dñationi, oĩpotentiæ quoque, seu potius infinitæ potẽtiæ superglorio sissimi Dei multipliciter derogabãt, quorũ motiua, & psuasiones ponunt in litera, ac soluũt. Alexãder vero plenis. ponit ea, discutit, soluit, atq; cõfutat.

QVAESTIO I.

Aeguitur primo cõtra veritatem.

Philosop. 2

3

4

Albertus Infinitum multifariã accipi

Deus dicitur infinitus tripliciter.

Philosop.

Thomas.

Philosop.

Obiectio diluitur.

articul. 1.

Philosop.

Petrus.

Potentia Dei est infinita trifariam.

Qværitur ergo hic primò, *Vtrum potentia Dei sit infinita.* ¶ Videtur, ꝙ non, quia perfectio rei dependet à suo fine, vel consistit in fine suo. Cũ ergo Deus sit perfectus, videtur habere finem, & esse finitus. ¶ Secundò, quia 3. Physicorum habet, ꝙ infinitũ est imperfectũ, & habet rõnem partis, atq; materiæ, ergo non cõuenit Deo. ¶ Tertiò, Deus plenè, & perfectè comprehendit seipsum, ergo est sibijpsi finitus: qm̃ omne cõprehensum, infra cõprehendentis terminos continetur, ac clauditur. ¶ Quartò, finiti, & infiniti non cõsistit proportio, sed ois causa est suo effectui proportionata. cũ ergo diuina potẽtia sit prima oĩum causa, videt suis effectibus ꝓportionata, non infinita. ¶ Ad hoc rñdet Albertus: Infinitum multipliciter dr̃. Primò negatiuè pro non finito, & ita si vis fiat in nomine, Deus dici põt infinitus. i. nõ finitus. Punctus quoq;, & quædã causata dicunt sic infinita. aliter tñ Deus, q̃ illa. Nam Deus dr̃ infinitus tripliciter, quia nec intellectu finit, nec loco, nec tẽpore. Non inquantum finitur intellectu definiente, cuius est definire: quia circunspicit totã rem ꝑ terminos suæ essentiæ. ficq; solus Deus definit se, quia nil sui suum latet intellectum, & q̃tum ad hoc, non dicitur sibijpsi infinitus, quia cognoscit se tã perfecte, sicut rx sua cognoscibilis est natura. Secundò, infinitum sumitur prout 3. physicorũ à philosopho diffinitur, dicente: Infinitũ est, cuius quantitatẽ accipiẽtibus semper est aliquid extra accipere. & hoc põt dici dupliciter. Primò ſm passiuã potentiam, & sic est in continuo, & discreto. Secũdò penes actiuã potentiã, ficq; cõuenit diuinæ potentiæ: qm̃ sicut infinitũ in continuo considerat ſm diuisionẽ in partes semper diuisibiles vltra, sic infinitum in actiua potentia est non stare, aut terminari in quocunque effectu, sed vltra oẽm magnitudinẽ multitudineq; effectuũ se posse extendere, quantũ ex parte ipsius est. Hæc Albertus. ¶ Circa hęc loquitur Thomas: Infinitum dupliciter dicitur, scilicet priuatiuè, & negatiuè. Priuatiuè non conuenit Deo, cui propriè loquẽdo nil conuenit priuatiuè, vt dictũ est ante, sed negatiuè conuenit Deo. Aliqui aũt accipientes finitum, & infinitũ, solũ vt sunt passiones, seu proprietates quanti, non potuerunt in Deo inuenire infinitatem, nisi ſm, quod inueniebant rõnem quãtitatis virtualis. Vñ dicebant Deum esse infinitum, qm̃ virtus est infinita. Hinc quidã negabãt Dei essentiã esse infinitam rõne essentiæ consideratã, & sic eã à sctis asserebant videri. sed illud erroneũ est. ideò aliter est dicendũ, ꝙ scilicet (ſm philosophũ 5. Methaphysicæ) finis, seu terminus multipliciter dicitur. Vno mõ terminus quãtitatis, vt pũctus. ficq; a positione, & priuatione talis finis dicuntur finitum, & infinitum, prout passiones sunt quãtitatis, nec sic sunt in rebus incorporeis. Alio mõ dicitur finis, quantũ ad essentiã rei sicut vltima differẽtia cõstitutiua est, ad quã terminatur essentia speciei. Vñ id, quod significat essentiã rei, vocatur diffinitio, & terminus. ficq; dicitur vnumquodq; finiri per id, quod determinat & cõtrahit essentiam eius, quemadmodum natura generis, quæ de se est ad multa indifferens, finitur ꝑ differentiã. materia quoq; prima, quæ ex se indifferens est ad oẽs formas, propter quod, & quodãmodo infinita vocatur, per formã finitur. Similiter forma, quæ quantũ in se est, potest perficere diuersas materiæ partes, finitur per materiam, in qua recipit. atq; à talis finis negatione, diuina essentia dicitur infinita. Oĩs etenim forma si abstractè sumat in propria ratione, quandã habet infinitatẽ, sicut in albedine abstractè accepta, rõ albedinis non ẽ finita ad aliquid, tñ ad certũ gradum perfectionis, & entitatis determinata est. sed rõ coloris, ratioq; essendi in ea determinant, & ad certã speciem contrahunt. Hinc illud, quod habet esse absolutũ, & in nullo receptũ, neq; cõtractum, imò quod est ipsum suũ esse, hoc est simpliciter, ac perfectionaliter infinitũ, ita ꝙ eius essentia, eiusq; bonitas, potẽtia, & quicquid in eo est, est infinitũ. & hoc expresè dr̃ in libro de Causis, ꝙ primũ habet virtutẽ simpliciter infinitã, qm̃ ipsum est sua virtus. Nec obstat, ꝙ plenè cõprehendit seipsum. De ratione namq; comprehẽsionis sunt duo. Vnũ est, ꝙ finis rei apprehendat, & contineatur infra comprehendentem. ficq; infinitum nullo modo comprehenditur neq; à finito, neq; ab infinito, qm̃ finem non habet. Aliud est, ꝙ nihil sui sit extra comprehensorem, & sic infinitum, seu Deus immensus comprehendit seipsum. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Hinc in prima parte Sũmæ quæstione septima: Antiqui, inquit, philosophi attribuebãt infinitatem primo principio, quia uidebant cuncta indefinenter ab illo effluere, vt dicitur 3. Physicorum. & sicut errauerunt circa primum principium, ita, & circa infinita tem ipsius. Nam primum principium putauerũt esse materiam. ideò primo principio attribuerunt infinitatem materialem, dicentes aliquod corpus infinitum esse primum rerum principium. Considerandum est ergo, ꝙ aliquid dicitur infinitum, quia non finitur. Finitur autem materia per formã, & econtra, sed differenter, vt dictum est. ideò infinitas, quæ est ex parte materiæ, habet rationem imperfecti, & actuatur per formam. Infinitas vero ex parte formæ est perfectionis, videlicet communicatiui seu communicabilitatis. Cumq; Des sit purus actus, conuenit ei talis infinitas: nõ tanq̃ formæ, seu actui informanti, sed cuncta formanti. Hæc ibi. ¶ Petrus quoque circa hæc scribit: Quemadmodum quantitas molis penes tria attenditur, scilicet longitudinem, latitudinem, & profundum, sic quantitas potentiæ, seu virtutis in longitudine durationis, puta æternitatis, latitudine extensionis. i. incircunscriptibilitatis, & in altitudine, seu profunditate vigoris. His tribus modis potentia Dei est infinita, quoniam caret termino durationis, potens ab æterno, & vsque in æternum. Caret quoq; termino extẽsionis, quoniam potest in infinita tam numero, quàm specie, id est, non in tot, quin in plura. Caret, & termino vigoris, qm̃ intensiuè est infiniti vigoris, cuius signum est, quòd non præsupponit materiam, agitq; in instanti dum vult, non exigens morã, nec eget auxilio in causando, neq; in prohibens remouẽdo. Quidam vero circa hæc erraverunt, dicentes essentiam Dei esse finitam, sed infinitam esse eius virtutem; quod esse non potest, quoniam in essentia finita esse non potest virtus immensa. Alij dixerunt, quòd nec est finita, nec infinita, sed omnium finis. Verum ratio, auctoritas, & scriptura testantur, quod sit infinita. Hinc quidã fuerũt, dicẽtes, ꝙ finita sit quo ad se, & infinita, quo ad nos. Quod rursus stare non valet quia secũdum

hoc Deus excelsus,& adorandus nõ esset ens absolutè perfectum,nec id,quo maiùs, ac perfectiùs cogitari non potest. Idcirco tenendum quòd diuina essentia est simpliciter infinita, quia non habet finem suæ essentialitatis, nec virtutis, nec ordinis: quia non ordinatur ad aliud,sed effectiuè terminat oĩa,& vnicuiq; determinatam perfectionem largit̃, & omnia in ipsam finaliter ordinantur.Hęc Petrus.

Richard. ¶ Cõcordat Richardus: Diuina,inquiẽs, essentia est infinita.quia ob suã oĩmodã simplicita tẽ non est cõponibilis alteri,idcirco terminari non põt per aliquod receptiuũ ipsius, quo limitet, nec aliquid est cõponibile ei,ideò terminari nõ põt per aliquid,qđ recipiat in ipsa. Cumq; sit simplicissima, est realiter ſtia potentia. Hæc quoq; infinitas, q̃uis negatiuè dsignetur, tñ aliquid positiuè est in Deo:est enim ipsa diuina essentia, imò cum conueniat Deo rõne suæ essentialitatis,& durationis,ac potestatis,oĩbus modis his ponit aliquid in Deo, videlicet spiritualem magnitudinem, incomparabiliter transcendentem omne finitum, quod vel est,vel esse,aut intelligi potest. Si autem transcendere omne finitum est quid positiuum,cui tñ annexa est negatio finis:& qa hoc nomen infinitũ, ſm quod dicitur de Deo, impositũ est ad significandam magnitudinẽ transcendentem omne finitum,atq; imponit̃ à finis negatione, rectè dicitur,q̃ rõne eius,ad quod significandum imponitur, importat nobilissimã positionem : & rõne eius à quo imponitur, designat finis negationẽ. Hoc est q̃ alij dicunt,q̃ significat rem positiuam mõ negatiuo. Hæc Richardus. ¶ Præterea Alexander: Quidã, inquit,sophismatibus suis decepti immẽsitatem diuinæ potentiæ limitare conati sunt sex modis,videlicet actu,voluntate,bonitate,iustitia , præscientia, rõne,arguentes sicut continetur in litera,quibus rñ demus,quia (vt ait Augu.in Enchir.) oĩpotens Dei voluntas multa põt,q̃ nec vult,nec facit.Creabile aũt dicitur non potentia materiæ,sed solum potentia creatoris:quæ potentia põt intelligi absolutè, & item cum dispositione , seu præordinatione. sic, & creabile põt dici,vel quod est in potẽtia causæ creãtis, aut quod est in dispositione, & præordinatione ipsius, vt qñq; creat̃ ab initio mundi vsq; ad finem. & si sumatur creabile secundo mõ,concedendũ est quòd Deus põt creare in quouis instãti sicut disposuit.Ex hoc tñ nõ sequit̃,quin possit postea alia creare.¶ Et si obijciatur,quod Augu. ait in lib.de symbolo:Illud solum Deus non potest, quod non vult,exponendum est,q̃ illud solum Deus nõ potest,quod non vult,exponẽdum est,q̃ illud solum non põt facere.quod nõ vult se posse. Alias enim Deus multa, & innumerabilia põt,quæ facere non vult. ¶ Præterea circa hæc multa possent inquiri.Primò,an Deus non possit nisi,quod iustum est, hoc est,an aliquid possit de potentia, qđ non potest de iustitia. Quod non videtur,quia super illud ad Galat.Si fieri potuisset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi, loquitur Glossa: Non põt fieri, quod non fit iustè:Dicendum ſm Hugonẽ in suis sententijs,sicut æternitatem Dei nõ æquat tẽpus, sic nec immensitatem locus,nec sapientiam sensus, nec bonitatẽ virtus,nec potentiam opus . Excedit enim in infinitum potentia Dei suum effectum.Cũ itaque dicitur,Deus non põt facere nisi , quod bonum , & iustum est, distinguendum est verbum hoc,est : quia aut dicit tẽpus in determinatum, & in habitu,aut dicit tempus præsens,vt nunc,& in actu.Primo mõ Deus non potest nisi,quod bonum,& iustum est,qñ sensus est,Deus non potest nisi,quod bonum,& iustum esset si faceret,Secundo modo falsum est hoc,cũ sit sensus: Nõ potest facere nisi,quod bonum,& iustum est nunc. Sic quoque est distinguendum, cum dr̃, Deus non potest nisi, quod sua iustitia exigit: qa si verbũ hoc exigit,dicit congruentiam in habitu, verũ est, vt sit sensus,Nõ põt facere nisi,quod iustũ est.i.nisi,quod iustitiæ suæ cõgrueret,si faceret illud. Si vero dicat congruentiã in actu , non est verum. Exigere tñ cũ dicat exactionem,non conuenit propriè Deo.Deinde iustitia Dei vno mõ notat diuinæ condecentiã bonitatis , sicq; quicquid Deus potest de potentia . potest de iustitia . Alio mõ notat congruentiã meritorum,& sic non quicquid potest de potentia , põt de iustitia.i. secundum nrum congruentiã meritorum. In Deo etiã idem est posse de iure, & posse de facto, ſm quod ius dicit condecentiã bonitatis . Vñ dũ quærit̃,an Deus possit Petrum damnare,& Iudã saluare, dicendũ, q̃ potentia duplex dr̃ esse in Deo, videlicet absoluta,& ordinata. Et dicitur ordinata ſm rõnem diuinæ ordinationis, & iustitiæ reddentis vnicuiq; ſm merita sua.De potentia igitur absoluta hoc posset,quia non implicat,non de potentia ordinata.Hæc Alexander.Respõsio quoq; Bonauẽturæ in præhabitis virtualiter cõtinetur,& in rñsione Petri penè formaliter. ¶ Porro Durandus hic scitatur, an rõnes doctorum probantium diuinam potentiam esse infinitam,sufficienter probent intẽtum.Et apparet ei,alijsq; nonnullis,q̃ q̃uis habeant probabilitatẽ,non tñ necessitatẽ. Potissima quippe illorum rõ esse videtur,q̃ diuina potẽtia ideò sit infinita, qm̃ non est limitata, neq; cõtracta ad genus, & speciem sed oĩum specierũ, ac generũ perfectiones in se includit. Hæc aũt rõ non cõcludit, quia cũ genera,& species entium sit finitæ pfectione,& numero,ex hoc, q̃ diuina potentia transcendit oĩa illa, non sequit̃, q̃ sit infinita,sed q̃ sit maior oĩbus illis.Ad quod dico, q̃ rõ illa, quã Alexãder,Thomas, Albertus,Bonauẽtura,Hẽricus, Petrus, Richardus, & alij multi inducunt,sufficienter oĩno, & necessariè probat propositum, pfertim si integrè proponatur,& rectè intelligat̃.Cum enim vltima cõstitutiua differentia contrahat,atq; determinet genus ad certum gradum,ordinẽ, & mensuram perfectionis,id de necessitate infinitæ perfectionis consistit, cuius natura ad nullum gradũ, ordinem,aut mensurã perfectionis arctatur , aut limitat̃ : qm̃ in se separatè in commiscibiliterq; subsistit,tanq̃ ens imparticipatũ, nõ receptũ,& absolutè perfectũ: nec ideò pscire dr̃ infinitum,quia excedit includitq; oĩa illa finita: sed quia supereminenter,& incõparabiliter ea transcẽdit,atq; includit,tanq̃ purus,& simplicissimꝰ actus, quemadmodũ ex hoc, q̃ intelligentia etiã summa aliquid potentialitatis habet admixtũ,Deus vero nihil potẽt ialitatis admixtum habet, necessariò sequitur,q̃ Deus sit actus purus, & p̃ consequens incomparabiliter, interminabiliterq; intelligẽtia illa, imò, & omni creatura perfectior.Vñ, & q̃uis tota creatura sit finita, tñ ex eius consideratione demõstratiuè probatur , q̃ Deus sit perfectionaliter infinitus , & intensiuè infinitè perfectus.Durandus quoq; nõ recitat rõnem istam doctorum,q̃ scilicet diuina potẽtia cum realiter sit ipsa diuina essentia, nõ est minus infinita, quàm diuina essentia:quæ ratio certissimè, atque clarissimè monstrat intentum Item, q̃ propria virtute imperialiter vniuersa creare, naturas, & ordinem vniuersorum ex fonte propriæ sapientiæ instituere, & super regionem nihili velut imperium plenũ habere, vocando ea, quæ non sunt tanq̃ sint, sit infinitæ potentiæ,quod soli superbenedicto

Quæstio

Durandi quæstio.

Dio. Car. contra Durand.

Roma.4.

ac superpræstantissimo conuenit Deo . Vnde constat,q̃ infinita sit eius potentia. ¶ Insuper dicit Durandus,q̃ Aristoteles 8. physicorum probat Deum esse infinitæ potentiæ,seu virtutis, quoniam tempore infinito mouet cælum , & infinities circunuoluit illud.Et ãddit Durandus,q̃ ratio illa nil ualet, cum & intelligentia mouens orbem inferiorem , etiam infinito tempore moueat illum, secundum philosophum non tamen ob hoc infinitę censetur uirtutis. Sed summum illum philosophum ita tractare, non videtur bene sonare.Nec verisimile,q̃ tam profundi ingenij philosophus tam simpliciter argumenta ri intenderit , sed quid altius prætendisse uidetur.

Philosop.

Aegidius. ¶ Hinc circa hoc scribit Aegidius, verum esse,q̃ rõ illa philosophi, secundum quod superficietenus sonat,non conuincit: cum secundum eundem philosophum sol tempore infinito agat,moueat, alteret ista inferiora , non tamen est infinitæ virtutis , quia secundum philosophum in corpore finito esse non valet potentia infinita.Motor quoque,qui in mouẽdo nõ fatigatur,eadem uirtute,& æq; faciliter mouet per diem sicut per horã,& per annum sicut per diem . sicq; ascendendo ad tempus quantumlibet.

Philosop.

Philosop. ideò aliquid plus est subintelligendum,ac supplendum,quod & ipse philosophus alibi, imo & 8.physicorum insinuat,q̃ Deus est motor non motus,cũ sit motor primus,ideò propria mouet virtute,& cęteri motores cælestes eius mouent uirtute, atq; ipsius inniuntur potentiæ,tanquam primæ , & independenti virtuti . Ex quibus patet propositum , ratioq; philosophi sic intellecta conuincit. Denique non est certũ hoc fuisse de mente philosophi,quòd Deus sit motor cęli tanquam causa immediata effectiua motus cælestis : imo magni peripatetici aliter sentiunt, & multi Christiani philosophi illis cõsentiũt, protestantes,q̃ iuxta intentionem philosophi, Deus sit motor primus in genere causæ finalis, mouens reliquos cunctos motores , sicut desideratum mouet desiderantem , prout super libris de Causis scribit Albertus.¶ Insuper Scotus hic quærit,an prima ratio impossibilitatis rei fiendæ,sit ex parte Dei vel parte rei. Quocirca arguit satis prolixè , & tandem concludit,q̃ principiatiuè sit ex parte Dei,formaliter uero ex parte rei,cui fontaliter ex Deo propria conuenit ratio,vt q̃ homo esse non possit leo, aut asinus. ¶ At uero Thomas de Argentina: Infinitum,inquit,tripliciter dicitur,vtpotè negatiuè pro non finite,& sic conuenit Deo,& priuatiuè,pro eo, q̃ natum est finiri,nõ tamen finitur, & sic perfecto, & incommutabili Deo non competit:& contrariè, seu disparatè,pro eo,quod cõtrariam habet dispositionem ad finiendum passiuè:sic etiam conuenit Deo,cui non conuenit ab vllo finiri,sed cuncta finire. Postremo Antisiodorensis in Summa sua primo libro inquirit id,de quo , & ante prętactum est, an scilicet Deus posset Petrum damnare, & Iudam saluare.Videtur,quòd sic,qm̃ super illud in Gen non potero facere quicquam donec ingrediaris,loquit̃ Augustinus in Dei persona:Non possum deiustitia, sed de potentia.Quo constat,qđ multa possit Deus de potentia, quæ non potest de iustitia. Item Deus potest utrunq; ad vitam hanc reuocare,in qua possent mereri,ac demereri.Sed contra,Deus non potest suæ iustitiæ derogare, aut suæ misericordiæ cõtrariè , nec contra suam sententiam aliquid agere, nec suum propositum immutare,atque vt ait Apostolus, seipsam negare non potest. quod totum fieret,si iustum iam glorificatum damnaret, vel adstatum reduceret uiatorum,impiumq; damnatum saluaret, præsertim cum in Genesi Abraã dicat ad dominum: Nunquid perdes iustum cum impio? Non est hoc tuũ, qui iudicas oẽm terram.Nequaquam facies hanc rem.Respondemus,q̃ aliqui sunt simpliciter condemnati per diffinitiuam sententiam, vtpotè valde mali:& aliqui sunt absolutè saluati, vt valde boni: & hi reuocari non possunt. vnde nec Petrũ reuocare potest salua cõfirmatione ipsius . Alij sunt mediocriter boni, aut mali,q̃ non sunt absolutè,irreuocabiliterq; saluati,seu condemnati,vt Traianus, qui re susci tatus fuit, & reuocatus ad statũ vitæ præsentis sćti Gregorij p̃cibus , multiq; alij , qui sanctorum p̃cibus reuocati leguntr̃.De talibus dicimus , q̃ Deus põt taliter bonos damnare , & taliter malos saluare.Insuper de sua potentia purè absolutè considerata,potest Petrum damnare,habito respectu ad naturalem Petri potentiã, qua potuit peccare,& nõ peccare.Hæc Antisiodorensis.Cuius verba sunt sanè intelligenda , sicut quod ait : Alij sunt mediocriter boni,aut mediocriter mali,qui nõ sunt absolutè dãnati,aut saluati. quod non est intelligendũ,quasi mediocriter boni,& mediocriter mali cõiter,regulariterq; loquẽdo nõ dãnent̃ absolutè,neq; saluent̃,nisi forsitan dicere velit,q̃ ad tẽpus in purgatorio detineant̃. Verũ oĩs hõ in charitate decedẽs saluat̃,sic tñ quasi per ignẽ,si quid cremabile secum detulerit:q̃ vero extra charitatẽ emigrat,dãnatur regulariter,cõiterq; loquendo.Nihilominus oĩpotens Deus oĩum pscius,quot undã finalẽ susp̃endit sententiã, ac diffinitiuũ iudiciũ,sicut & Traiani: de quo sũt diuersę opiniones,qualiter ab inferni pęnis sit liberat̃, put in legẽda sćti cõtinet. Gregorij.

Gene. 18.

Qualiter aliquo dãnati sint saluati.

Dionysius

QVAESTIO II.

SEcundò hic principaliter quæritur,*an Deus omnipotens possit producere aliquod infinitum magnitudine, aut multitudine*. Quod sic videtur , quia de ratione quantitatis continuæ est, aliquam extensionem habere:ergo quo aliquid grandius est, atq; ex tensius,eo plus sibi conuenit ratio quantitatis:corpori ergo infinito maximè competit. ¶ Secundò, quicquid contradictionem non implicat,Deo possibile est: sed esse corpus mole infinitum,non implicat. ¶ Similiter,q̃ esse valeat multitudo actu infinita,sic persuadet: Species rerum ſaltem gñabiliũ, & corrupt. cõmunicabiles sunt indiuiduis infinitis. Cõtinuũ quoq; diuisibile ẽ in partes ĩfinitas. Huiusmodi ergo potentiæ possunt ad actum reduci,& in conueniens nullum sequetur . ¶ Item infinitæ sunt ſpecies figurarum,& numerorum.¶ Rursus,secundum Anicennam,& Algazelem in his,quę non sunt essentialiter subordinata,nil prohibet esse multitudinem actualiter infinitam.Ad hęc duo Bonauentura vna responsione respondet:Infinitum actu Deus nec facit, nec facere potest,quia nec conuenit sibi, nec creaturæ.Sibi inquàm non conuenit,quia cum sit summè bonus, non potest facere nisi bonum;ergo non nisi rem ad se ordinatam: Cumq; ordo præsupponat numerum , & numerus mensuram , quia non ordinatur ad aliquid nisi numerata. nec numerant̃ nisi limitata.ideò necesse fuit oĩa fieri in numero,pondere,& mensura. Nec etiam cõuenit creaturæ, de cuius rõne est habere esse participatum contractatũ,& limitatũ. aliàs esset purus actus . & sicut vna non põt esse infinita magnitudine, aut pfectione,ita nec multæ numero:quia necesse est illas plures ad vnã creaturã reduci:sed infinita ad finitũ reduci,ẽ impossibile. Qđ aũt necessario reducant̃ ad vnũ,patet:qa necesse ẽ ponere ordinationẽ ĩ creaturis,nõ tñ ad Deũ,sed ét ad seinuicẽ.¶ Si aũt obijciatur,

Arguitur primo cõtra veritatem .

2

3

4

Auicenna Algazel. Bonauen.

Sap. 11.

Obiectio soluitur.

Qualiter Deus manifestet suam infinitatem.

tur, ꝙ Deus debeat infinitatem suam demonstrare, producendo infinitum effectum. Dicendum, ꝙ nec decet, neque possibile est, effectum creatori æquari. Manifestat tamen Deus infinitatem, prout creatura capere potest. Cum enim diuina potentia dicatur tripliciter infinita, videlicet interminabilitate durationis, immensitate vigoris, generalitate, & numerositate suorum effectuum. Primum manifestatur per infinitum durationē, quod est finitum actu, infinitum potentia. Secundum manifestatur per creationem ex nihilo, ubi est infinita distantia inter terminum à quo, & ad quem, propter omnimodam improportionem ipsius non esse ad esse. Tertium manifestatur in tot effectum productione, ita, quòd semper possit ad innumerabiliter plura. Hæc Bonauentura.

Thomas. articul. 3 Quæstio.

¶ Porro Thomas in Scripto quæstiones istas non mouet, sed in prima parte Summæ septima quæstione, atq; ad primam, videlicet an Deus facere queat infinitum actu secundum magnitudinem, respondet, ꝙ aliud est esse infinitum secundum essentiam, & secundum magnitudinem. Dato enim, ꝙ esset aliquod corpus magnitudine infinitum, vt ignis, aut aer, tamen natura sua esset ad certam speciem determinata, & per consequens ipsum esset secundum essentiam suam finitum. Concesso itaque, ꝙ nulla creatura sit infinita secundum essentiam, adhuc restat inquirere an aliqua sit, aut esse possit secundum magnitudinem infinita. Sciendum ergo, ꝙ corpus, quod est magnitudo perfecta, dupliciter sumitur, vt potè mathematicè, prout in eo quantitas sola attenditur: & item naturaliter seu physicè, prout in eo considerantur forma, atque materia. Quod autem corpus naturale nequeat esse magnitudine infinitum, constat ex hoc, ꝙ ad formam eius substantialem sequatur quantitas determinata in maius, & in minus, sicut ait philosophus: Omnium naturā cōstantium certa est mensura, & ratio magnitudinis: De corpore verò mathematico est eadem ratio, qa non posset esse nisi sub aliqua forma. Forma autem quanti, inquantum huiusmodi est figura, oportet, ꝙ aliquam haberet figuram, ergo esset finitū: quia figura est, quæ termino, vel terminis clauditur. ¶ Ad secundum, videlicet an possibile sit esse multa infinita secundum actum, respondet: Circa hoc fuit duplex opinio. Auicenna nanque, & Algazel dixerunt ꝙ impossibile est multitudinem actu infinitam esse per se, non autem per accidens. Dicitur enim multitudo infinita esse per se, quando infinita multitudo requiritur ad hoc, ꝙ aliquid sit: & hoc impossibile est, quoniam oportet, ꝙ productio alicuius dependeret ex infinitis, & sic nunquam compleretur, quoniam infinita non pertranseuntur. Per accidens verò dicitur multitudo infinita, quando non requiritur ad aliquid infinitas multitudinis, sed accidit sic esse. Hæc autem opinio stare non potest, quoniam omnem multitudinem oportet esse in aliqua multitudinis specie, species autem multitudinis sunt secundum species numerorum. Sed nulla est species numero infinita, quoniam quilibet numerus est multitudo numerata per vnū. Præterea omne creatum est sub aliqua certa intentione creantis, qui nō in vanum aliquid operatur: idcirco oportet subcere to numero creata omnia comprehendi. Verumtamen esse multitudinem infinitam in potentia, possibile est. Hæc Thomas in Summa.

Philosop.

Quæstio. articul. 4.

Auicenna. Algazel.

Richard.

¶ Insuper de his diffusè scribit Richardus, & quis in conclusione concorder cum Thoma, & Bonauentura, non tamen in medijs: quia apparet eā quòd motiua illorum in sufficientia sint. quamuis enim (vt ait) naturam corporis, ac formæ substantialis sequatur quantitas determinata, & hoc per naturam, ex hoc tamen non sequitur, quin superna turaliter posit ei indeterminata, & infinita quantitas copulari, præsertim cum Deus possit facere dimensiones à substantia separatas, vt in sacramento pātet altaris. Motiuum quoque quorundam sic arguentium, omne corpus oportet esse aliquid ad superficiem terminatum, insufficiens arbitratur: quoniam Auicenna secundo Metaphysicæ suæ testatur, ꝙ corpus ex eo, ꝙ corpus, non est necesse superficiem habere, sed ex eo, ꝙ finitum est. Itaque Richardus propositum probat sic: Essentia creaturæ dicit quid indifferens ad fore, aut non fore in effectu. idcirco dum fit, determinatè contrahitur ad alteram partem, & ita finitur. Hæc Richardus.

Auicenna.

¶ Verum hęc ratio eius videtur rationibus Thomæ, ac Bonauenturæ infirmior esse. Posset enim quis dicere verum est, quod dum fit, contrahitur ad esse actualis existentiæ, non tamen ad quantitatem determinatam, cùm esse tam communiter sumptum, minus requirat quantitatem limitatā, quàm forma substantialis cuiuslibet rei compositæ: imo cum dicat Auerrois, sicut res differunt suis figuris, ita & suis formis specificis, videt directè repugnare naturæ rei corporeæ hēre magnitudinē infinitā.

Dio. Car. in Richar.

Auerrois.

¶ Durandus quoque hic multa inducit, & opinionem illam Auicennæ, & Algazelis de infinito secundum multitudinem dicit probabilem esse, sequoque interdum esse sic opinatum. primò, quoniam Deus potest tot animas rationales simul producere, quot successiuè: ergo potest simul infinitas creare: quia quacunque finita multitudine animarum assignata, potest Deus successiuè plures producere. imò, & plures produceret, si generatio in perpetuum perduraret, quod Deo possibile est. Itē Deus potest simul tot animas cōdere, quot possunt naturam animæ participare, quæ essent necessario infinitæ. aliquin vltra multitudinem animarum finitam nō posset unam, aut duas plures creare. Hæc Durandus prolixè prosequitur, nihilominus tandem ab illa resilit opinione. & prætactæ catholicorum positioni consentit, & argumenta hæc soluit. De infinito autem secundum magnitudinem, an fieri queat non scribit. Hæc breuiter tetigisse sufficiat, vt vitetur prolixitas, & studiosis detur diligentioris inquisitionis occasio.

Durandus

QVAESTIO III.

AMplius quæritur, *an Deus agat de necessitate naturæ, aut iustitiæ* de qua quæstione iam sparsim introducta sunt multa, estq; ostensum, ꝙ Deus gloriosus, & adorandus omnia intellectualiter, ac liberè operatur, atquè totius ordinis rerum est causa. idcirco non operatur ad extra de necessitate naturæ. ¶ Vnde ad hoc Thomas respondet: Omne, qđ ex necessitate naturæ, est intentum, & ordinatum ad finem, aut non. Si non est intentum, nec taliter ordinatum, tunc est à casu, cum casus sit causa agēs præter intentionem, sic autem Deus non agit, quia sic omnia casualiter fierent, cum tamen videamus, quòd naturalia regulariter agunt propter finem, quem constat eis autore naturæ præfixum, à quo, & inclinatio naturalis ipsis impressa est ad proprios fines. Deus igitur agit non ex necessitate naturæ, sed ex fontę sapientiæ suæ, qua cuncta ordinatè, & sapienter produxit liberrima voluntate.

Thomas

Deus naturæ necessitate non agit.

te. Præterea Deum agere ex necesitate iustitiæ, vno modo sic potest intelligi, ꝙ ex sua iustitia determinetur ad vnum aliquod faciendum, ita ꝙ aliud facere non possit, & ita non agit ex necesitatē iustitiæ, quia dum tota determinatio operis est ex parte operantis, in ipso oparante est determinare ad hoc, aut ad illud. Cum vero opus ex se determinatum est, non est vltra in operante, an illud sit bonum, vel malum, quemadmodum in actibus humanis aliquid ē indifferēs, quod ex ratione hominis sic fieri potest, vt sit virtuosum, aut etiam vitiosum. Aliquid vero ex sua ratione, seu forma est vitiosum, sicut mentiri: ideò bene fieri nequit. Quicquid aūt ī rebus creatis bonū, aut iustum est, totum est ex voluntate Dei sic ordinātę, & instituente. idcirco ex necesitate iustitiæ nō facit hoc ita, quin & aliud facere posset: quoniam modum ordinis, quem circa hoc ponit, etiam circa aliud ponere posset. Nam sicut scientia sua est causa omnis veri creati, sic iusta sua volūtas est causa omnis iusti creati. Vnde si aliud faceret, iustum foret, & ipse iniustus non esset. Hinc si quæstio ita intelligatur, ꝙ nihil possit agi, aut fieri à Deo, quod non esset iustum, si fieret ab eo: sic verum est, ꝙ agit de necesitate iustitiæ, quod libertati, & voluntati nequaquam repugnat. Vnde Deus dicitur non posse iniustitiam facere, non propter contrarietatē suę iustitiæ ad suam potentiam, sed propter incompossibilitatem iniustitiæ cum sua voluntate, quia hæc duo incompossibilia sunt, ꝙ Deus aliquid faciat, & quòd illud iniustum sit. Interdum quoque iustitia Dei vocatur condecentia suæ bonitatis, contra quā nec agere potest. Hæc Thomas in Scripto.

Albertus.

¶ Hinc ait Albertus, ꝙ Deus non potest aliquid facere contra iustitiam, nec præter iustitiam, quæ est condecentia: nec iniustè, quia hoc poneret inde centiam, & inhonestatem in Deo.

Aegidius. S. Dion. Deus agit suæ voluntatis arbitrio.

¶ Aegidius demum hic scribit. Secundum beatum Dionysium 4. de diuinis nominibus, quatuor actus Deo conueniunt, ex quibus probatur, ꝙ suæ voluntatis arbitrio agit. Primò, quoniam omnia in esse producit. Secundò, quia cuncta conseruat. Tertiò, quia sapiētialiter cuncta producit. Quartò, quoniam vniuersa ad se ordinate reducit. Agens autem naturale mouet motum, & est determinatum ad vnum, & impetu, quodam naturæ magis, quàm ex prægnitione fertur in actum. Deus autem est agens immobile, nec determinatur ad vnum, sed causa est omnium, & ex ideali ratione suorum agit effectuum, vniuersa etiam ordinat in seipsum tanquam in summum, & vltimum finem. ideò non mouetur à quoquam, nec aliunde ei finis prefigitur. Hinc vniuersorum finem ipse considerat. Hæc Aegidius.

Iob 28.

Durandus

¶ Durandus item hic loquitur: Agere ex necesitatē naturæ, intelligi potest dupliciter, secundum duo, in quibus differt agens naturale ab agente per artem, aut à proposito. Vnum est, quòd agens per artem, pręcognoscit quod agit: agens vero per naturam, non. Aliud est, quòd agens per naturam quātum est de se, non potest non agere: agens autem per artem, & à proposito, liberè operatur, & potest non agere. Certumque est, quòd Deus non agit de necesitate naturæ primo modo, quoniam quicquid operatur, prænoscit. Si autem intelligatur quæstio modo secundo, videlicet an Deus producat res de necesitate naturæ, non quidem absque prægnitione, atque volitione, sed quia ex necesitate vult eas producere, nec potest non uelle hoc: sic intellexerunt philosophi, quidam Deum de necesitate producere alia, ita quòd non solum propriam bonitatem, sed & alia velit de necesitate. Hoc autem nec fideiconcordat, nec rationi: quoniam bonitas Dei est quasi finis ei. cum autem finis perfectè, & promptè potest haberi sine medijs, tunc media non appetuntur, nec expetuntur de necesitate. Deus autem ad sui bonitatis plenissimam possessionem, & fruitionem, rebus creatis non indiget. idcirco de necesitate eas non vult. Hæc Durandus.

¶ Insuper quæritur hic, an Deus omnipotentiam suam valet creaturæ alicui communicare. Ad quod Thomas respondet: Virtus seu potentia essentiam rei semper consequitur. Hinc impossibile est, vt finitæ essentiæ insit, aut conueniat iusinita potentia. Ideò sicut impossibile est creatam essentiam existere infinitam, sic impossibile est ei omnipotentiam conuenire.

Quæstio. Thomas. Infinita potentia nulli creaturæ communicatur.

Obiectio soluitur.

¶ Et si obijciatur, ꝙ sapientia, bonitas, potentia, & consimilia Dei attributa creaturis communicantur, ergo & omnipotentia: respondendum, ꝙ perfectiones Dei non sunt communicabiles creaturis secundum eminentiam, & plenitudinem, qua creatori conueniunt, ideò omne nomen, quod diuinam designat perfectionem absolutè, specialem modum non concernendo, est communicabile creaturis: quæ autem designant eminentiæ modum, quo perfectio est in Deo, creaturis nō competunt, nec communicabilia sunt, vt esse summum bonum, esse primam veritatem, aut esse omnipotentem. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus.

¶ Concordat Petrus: Sicut nulli, inquiens, creaturę potest communicari diuina essentia, ita nec diuina omnipotentia triplici ratione. Primò, quoniam omnipotentia habet causalitatis vniuersalitatem. creatura autem solum habere potest causalitatem particularem. aliàs posset esse causa suipsius, cum contineatur sub obiectio omnipotentiæ, quod est ens producibile Secundò, habet omnipotentia efficaciæ infinitatem. creatura autem necessariè est finita in esse, & posse. Tertiò, habet sufficientiam, creatura vero semper innititur creatori, & indiget influentijs eius. Hæc Petrus.

Aegidius.

¶ Hinc ait Aegidius. Omnipotentia creaturis repugnat, quoniam virtus ex hoc dicitur infinita siue omnipotens, quoniam in materia non est recepta, neque ad genus, differentiamq; contracta, & quoniā alteri virtuti non innititur in agendo. Et quamuis primum horum conueniat quibusdam creatis potentijs, secundum tamen, & tertium repugnant conditioni, & proprietati omnis creaturæ. Idem Durandus.

Quæstio. Richard.

¶ Postremo hic quæritur, an Deus aliquid possit de sua potentia absoluta, quod non potest de potentia ordinata. Ad hoc rīdet Richardus: Si Deus dicatur posse de potentia ordinata, quod se futurū proposuit, rationabiliterq; disposuit, sic aliqua potest de potentia absoluta, quæ non potest de potentia ordinata: quoniam absolutè potest, quicquid cō tradictionem non implicat. Si vero dicatur posse de potentia ordioata id, quod se facturum proposuit, atq; disposuit, vel quod se facturum potest velle, ac sapienter disponere, sic nihil potest de potentia absoluta, quod non possit de potentia ordinata: quia nil facere potest, nisi quod potest uelle, & disponere se facturum. Quidam vero dixerunt Deum id posse de potentia absoluta, quod facere posset si vellet, quāmuis non posset velle id facere, sed prima respōsio securior mihi videtur. Hæc Richardus. Albertus autem per potētiam ordinatam, intelligit

Albertus

potentiam ad ordinem sapiētiæ comparatam. sicq; dicit, ꝙ Deus non potest damnare Petrum, neque saluare Iudam. Hanc tamen quæstionem nominat curiosam. ¶ Ad quam Bonauentura respondens: Quidam, inquit, distinguunt hic, dicentes, ꝙ Deus potest saluare Iudam, & damnare Petrum de potentia absoluta, non de potentia ordinata. Verum ista distinctio non videtur sufficiens, quia Deus nil potest nisi, quod potest ordinatè. Posse enim inordinatè, est non posse, sicut posse peccare. Aliqui vero dicūt, ꝙ potest saluare Iudam, quia miseratio Dei est super omnia opera eius, & hoc est superabundantis misericordiæ. sed non potest damnare Petrum, quia hoc esset crudelitatis. Quibus obijcitur, ꝙ sicut Deus est summè misericors, ita & summè iustus. ideò sicut non potest facere contra suam misericordiam, ita nec contra suam iustitiam. Hinc alij dicunt, quòd Deus nullum illorum potest. sed quis audeat dicere, quòd Deus non possit exhibere vni damnato, quod exhibuit alteri, vel non potuerit disponere de vno, quod disposuit de altero? Idcirco dicendum, ꝙ loquendo de Petro, & lauda, saluis eorum meritis, non potest Iudam saluare, nec Petrum damnare. Vtrunque vero potest, non saluis meritis eorúdem; quoniam posset Iudæ gratiam dare, & sic eius pctā auferre: sic & Petro gratiam liberaliter data posset auferre, quo facto, peccaret. Hæc Bonauē.

Bonauēt.

Psal. 44.

Obiectio.

¶ Hæc autem solutio videtur maiori difficultati mentem inuoluere. Quomodo enim Petro confirmato in bono posset gratiam, gloriamq; iustè, & piè collatam sine ipsius præuia culpa auferre? Rursus, quomodo posset reprobo, & præscito, & iam diffinitiuè damnato gratiam, & salutem impendere, cum non possit contra id, quod decreuit peragere? Hoc quoque circa illam obiectionem Bonauenturę sciendum, ꝙ doctores potentiam Dei diuidentes in potentiam absolutam, & ordinatam: per potentiam absolutam, non intelligunt potentiam inordinatam, prout illa præsupponit obiectio: sed potius potentiam Dei secundum suam infinitam, & incoarctabilem potestatem, & vigorositatem considerātam: & si Deus de tali potentia aliquid operaretur, illud non esset inordinatum: imò eoipso, quo fieret à Deo, esset bonum, dicens, & ordinatum, dicente Apostolo: Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Veruntamen non esset ordinatum secūdum ordinem iustitiæ, aut condecentiæ, vel sapientiæ à Deo altissimo iam institutum, rebusq; inditum, & cōsuetum: sed iuxta alium ordinem diuinæ, & abyssalis sapientiæ increatæ, & infinitæ, nobis prorsus ignotum, prout hoc in præcedenti distinctione in verbis Henrici aliqualiter est prætactum.

Dio. Car. Quæ sit potentia Dei absoluta.

Roma. 13.

An Deus possit facere aliquid melius, quàm facit. Distinctio XLIIII.

De potentia Dei in comparatione ad modū siue qualitatē rerum. Augustin. in li. 82. q. quæst. 50.

VNc illud restat discutiendum, vtrum melius aliquid possit facere, q̄ facit. Solent enim illi scrutatores dicere, ꝙ ea, quæ facit Deus, non potest meliora facere: quia si posset facere, & non faceret, inuidus esset, & non summè bonus. Et hoc ex simili astruere conantur. Ait em̄ Augustinus in libro octogintatrium q̄stionum: Deus quē genuit, qm̄ meliorē se gn̄are non potuit (nihil enim Deo melius) gn̄are debuit ęqualem. Si em̄ voluit, & nō potuit, infirmus est: si potuit & noluit, inuidus. Ex quo confirmatur, æqualem genuisse filium. A simili volunt dicere, ꝙ si potest Deus rem meliorem facere, q̄ facit, inuidus est. Sed non valet huius similitudinis inductio, qa filium genuit de substantia sua. Ideoq; si posset gignere æqualem, & non gigneret, inuidus esset: alia vero, quæ nō de substātia sua facit, meliora facere potest.

Cōfutatio

Quæstio, qua illi arctantur.

Verum hic ab eis responderi deposco, cur dicant rem aliquam siue etiam rerum vniuersitatem, in qua maior consummatio expressa est, non posse esse meliorem, q̄ est. Siue ideò quia summè bona est, ita vt nulla oīno boni perfectio ei desit: siue ideò, quia maius bonum, quod ei deest, capere ipsa non valeat. Sed si ita summè bona dicitur, vt nulla ei perfectio boni desit, iam creatura creatori æquatur. Si vero ideo non potest melior esse, quia bonum, quod amplius ei deest, capere ipsa non valet, iā hoc ipsum non posse defectionis est, non consummationis: & potest esse melior, si fiat capax melioris boni, quod ipse potest, qui eam fecit. Potest ergo Deus meliorem rem facere, q̄ facit. Vnde Augustinus super Genesim: Talem potuit Deus hominem fecisse, qui nec peccare posset, nec velet. Et si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fuisse? Ex prædictis constat, quòd potest Deus, & alia facere, quàm facit: & quæ facit, meliora ea facere, quàm facit.

Augustī. li. 11 super Genesim capite. 7.

Vtrum alio, vel meliori modo possit facere, quàm facit

Respōsio.

Potest hæc cōsiderandum est, vtrum alio mō, vel meliori, q̄ facit, possit ea facere, quæ facit? Si modus operationis ad sapientiā opificis referat̄, nec alius, nec melior modus esse pōt. Non. n. potest facere aliquid aliter, vel meliùs, q̄ facit. i. alia sapientia, vel maiori sapientia. Nihil enim sapientiùs pōt facere, q̄ facit. Si vero referatur modus ad rem ipsam quā facit Deus, dicimus qa, & alius, & melior pōt esse modus. Et secundum hoc cōcedi potest, quia ea, quæ facit, pōt facere meliùs, & aliter, q̄ facit: quia potest quibusdā meliorem modum existendi præstare, & quibusdā alium. Vñ Augustinus in decimotertio libro de Trinitate dicit, ꝙ fuit, & alius modùs n̄ræ liberationis possibilis Deo, qui oīa potest, sed nullus alius n̄ræ miseriæ sanādæ fuit conuenientior. Potest ergo Deus eorū, quæ facit,

Augusti lib 13. de Tri. ca. 10

facit, quædā alio mō meliori, quædā alio mō æque bono, quædam etiā minùs bono facere, q̄ facit: vt tñ modus referat̄ ad qualitatē operis. i. creaturæ, nō ad sapiētiam creatoris.

Vtrum Deus semper possit omne quod olim potuit.

Præterea quæri solet, vtrum Deus semper possit omne, quod olim potuit. Quod quibusdam non videtur, dicentibus: Potuit Deus incarnari, & potuit mori, & resurgere, & alia huiusmodi, quæ modo non pōt. Potuit ergo, quæ modo non potest, & ita habuit potentiam, quam mō nō habet, vnde videtur potentia eius imminuta. Ad quod dicimus, quia sicut oīa semper scit, quæ aliqn̄ sciuit, & semper vult, quæ aliqn̄ voluit, nec vnquā aliquam scientiam amittit, vel voluntatem mutat, quam habuit: ita oīa ꝙ potest, quæ aliqn̄ potuit, nec vnq̄ aliqua porentia sua priuatur. Non est ergo priuatus potentia incarnandi, vel resurgendi, licet nō possit modo incarnari, vel resurgere. Sicut enim potuit olim incarnari, ita & pōt mō incarnatus esse, in quo eiusdem rei potentia monstratur. Vt enim olim sciuit se resurrecturum, & mō scit se resurrexisse. Nec est alia scientia, illud olim sciuisse, & hoc mō scire, sed eadem oīno. Et sicut olim resurgere, & mō resurrexisse: in quo vniùs rei voluntas exprimitur, ita potuit olim nasci, & resurgere, & mō ipse potest natus fuisse, & resurrexisse, & est eiusdem rei potentia. Si enim posset modo nasci; & resurgere, non esset idem posse. Verba enim diuersorū temporum, diuersis prolata temporibus, & diuersis adiūcta aduerbijs, eūdem faciunt sensum. Vt modo loquentes dicimus, iste potest legere hodie: cras autem dicimus, iste potest legisse, vel potuit legere heri,* vbi vniùs rei monstratur potentia. Si autem diuersis temporibus loquentes, eiusdem temporis verbis, & aduerbijs vtamur, dicentes hodie: Iste potest legere hodie, & dicentes cras: iste potest hodie legere, non idem, sed diuersa dicimus eum posse. Fateamur ergo Deum semper posse quicquid semel potuit, idest habere omnem illam potentiam, quam semel habuit: & illius omnis rei potentiam, cuius semel habuit, sed non semper posse facere omne illud, quod aliquando potuit facere. potest quidem facere, aut fecisse, quod aliquando potuit. Similiter quicquid voluit, & vult. i. omnem, quam habuit voluntatem, & modo habet: & cuiuscunq; rei voluntatem habuit, & modo habet: non tamen vult esse, uel fieri omne, quod aliquando uoluit esse, uel fieri, sed vult fuisse, vel factum esse. Ita & de scientia Dei dicendum est.

Respōsio.

ꝙ vbiq;

SVMMA DISTINCTION. XLIIII.

Aeguitur primo pro parte affirmatiua.

IN hac distinctione Magister refert, & reprobat opinionem limitantium potentiā omnipotentis, quantum ad modum: dicentes, ꝙ Deus non posset res facere meliores, meliorive modo, quàm fecit, facit, aut faciet eas. Deinde inquirit, an Deus possit nunc, quod aliquando potuit. estq; quæstio ista similis quæstioni superiùs motę, videlicet an Deus sciat nūc oīa quę aliquando sciuit.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primo, *vtrum Deus possit, aut potuit creaturas facere meliores, aut meliore modo, quàm fecit.* ¶ Quod sic videtur, quoniam infinita est potētia eius, & non terminatur ad aliquid. ergo tàm in naturalibus, q̄ in gratuitis, in substātialibus, & accidentalibus potuit creata facere meliora, sed & modo meliori, ita ꝙ impossibilia essent. Rursus, ꝙ creaturæ præsertim rationales per studium, & laborem successiuè adipiscuntur, Deus eis potuit cōcreare, & sic meliores fuissent effectæ. Tertiò, potuit creaturis conferre, vt ab exordio generationis essent perfectæ consolidationis ad ambulandum, & prolificandum. ¶ Quartò, decor, atque perfectio ordinis vniuersi in speciebus, & coordinatione earum consistit: potuit autem producere species rerum in ascendendo multo plures, quàm condidit, & sic vniuersum esset perfectius. Quintò, mundus secūdum certissimam fidei veritatem innouabitur, & tunc meliorabitur valde.

1

2

3

4

5

In oppositum. S. Dion. Plato.

¶ In oppositum est, quia diuinus Dionysius libro de diuinis nominibus: Optimi inquit, est optima adducere: & simile est, quod Plato asserit in primo Timæi: Optimus, inquiens, erat, ab optimo autem inuidia longe est relegata, ergo in diuidentiæ extitisset, si non contulisset rebus quantum capere poterant, præsertim cum, & scriptura testetur: Dei perfecta sunt opera. Insuper in litera positum, & ex verbis Augustini acceptum est, videlicet, ꝙ Deus, vel potuit creaturas facere meliores, & noluit, & sic inuidus fuit: vel voluit, & non potuit, sicq; impotens fuit. Hoc inquam argumentum videtur procedere, quoniam super Genesim loquitur Augustinus: Si facere bona non posset, nulla esset potentia: si posset, & nollet, magna esset inuidentia.

Dent. 32. August.

Alexāder

¶ Ad hoc Alexander respondet: Concedendum est indistinctè, ꝙ Deus potuit res facere meliores, quàm fecit: sed an res potuerunt fieri meliores, quàm factæ sunt distinguendum est: quia res considerari possunt secundum se, & sic quælibet res potuit melior fieri. Secundò, considerari possunt per respectum, & ordinem ad vniuersum. sicque fieri nequeunt meliores, quantum est de potentia rei factæ: sed quantum est de potentia facientis, fieri possent meliores. Hinc Hugo: Omne quod fecit Deus, melius esse potest, si tamen velit Deus. ideò non in se, sed in Deo hoc potest. Cumq; inquiritur an vniuersum potuit meliùs fieri, dicendum, ꝙ contingit loqui de vniuersitate simpliciter, vel de hac vniuersitate. Item contingit loqui de vniuersitate secundū rationem, & secundū rem. Loquendo de vniuersitate secundum rationem siue simpliciter, sic non potest intelligi aliquod bonum extra vniuersitatem: sed loquendo secundum rem, seu de hac vniuersitate, potest aliquod bonum extra vniuersitatem intelligi, potestq; vniuersitas melior fieri in toto, atque in partibus suis. ¶ Si verò quæratur, an res potuerūt modo fieri meliori: Dicēdum, quòd melior modus

Hugo Victo.

Quæstio.

Quæstio.

intelligi potest ex parte facientis, videlicet Dei creā tis: & sic non pōt Deus facere meliori mō. i. meliori sapientia, meliori bonitate, meliori potētia, cū ipse sit sapientia, bonitas, & potētia sua. Si vero modus intelligat̄ ex parte rei factæ, pōt Deus meliori facere mō: hoc est, vt res facta sit in mō meliori, seu meliùs habēs. ¶ Si aūt obijciatur, quod Hugo in suis ait sententijs: Quicqd facit Deus, si meliùs facere pōt, quod facit, q̄ facit, in hoc ipso nō benè facit, qđ sic facit. Facere q̄ppe, & nolle meliùs facere, est faciēti male efficere: qđ bona mens de Deo dici non sustinet, ergo non pōt aliquid facere meliùs, nec mō meliori, q̄ facit. ¶ Rūdendū, q̄ verba Hugonis locū habent, qñ agens operatur ex debito. Deus aūt nulli est debitor. Deus quoq; optimè operat̄ quantū ē ex parte sui, q̄uis nō ex parte creaturæ. Hæc Alexādr.

Obiectio Hugo Victo.

Dilutio.

Antisiod.

¶ Porro Antisiodorēsis in Summa sua 1. li. rūdet: Nonnulli dicunt, q̄ si aduerbiū meliùs determinat verbū facit in ordine ad suppositū, seu rē noſatiui, nō pōt aliqd meliùs facere, cū oīa operet̄ rōne ęternā, & exēplari, nec meliori rōne facere pōt. Si vero determinet factionē ad rē accusatiui, facere pōt meliùs. i. rem meliorē. Vñ ſm Augustinū Deus facere potuit hoīem ita, vt hō peccare nō posset. ¶ Sed his obijci pōt, qa si propositio illa est vera, put aduerbiū hoc meliùs determinat rē noſatiui, vel hoc est habendo respectū ad effectū, vel non. Si non habendo respectum ad effectū, nequaquā determinat verbum, hoc, facit. Si ergo ly meliùs hēt respectū ad verbum, sequit̄, q̄ Deus optimè facit quicquid facit in quantū facit: ergo propositio illa est vera, siue ly meliùs referat̄ ad nominatiuū, puta ad Deū, siue ad accusatiuum, s. ad rē. Quod concedimus. Nec sequit̄, Deus pōt rē facere meliorē, ergo pōt meliùs facere: sicut non sequit̄, Deus pōt mutabilia p̄uidere, ergo pōt mutabiliter præuidere. Dicimus ergo, q̄ homo optimè est creatus in statu, & ordine in quo ē creatus: hoc est, in libero arbitrio. Vñ loquit Aug. quòd Deus iudicauit hoīes meliores, si deliberatiuè ei seruirent. Quāuis em̄ vnum solū sit optimū absolutè loquendo, tū cōparatis oībus rebus ad Deū, put ab ipso fiunt, & ordinat̄, quodlibet optimū est nō simpliciter, sed in gñe, & ordine suo. Propterea scriptū est, Vidit Deus cuncta, q̄ fecit, & erant valde bona. Circa qđ asserit Aug. Vnūquodq; p se bonū, sed in vniersalitate valde sunt bona. ¶ Si p̄terea obijciat, Deus nō pōt facere nisi qđ debet. Dicendū, q̄ verbū hoc debet, nō conuenit p̄priè Deo, nec Deus nobis propriè obligat̄, cū eius p̄missiones nō sint nisi suæ bonitatis, & liberalitatis declarationes. Hæc Antisiodorēsis. cuius rūsio videt dissentire ab Alexādro.

Antisiod. Obiectio.

Auguſt. Obiectio.

Auguſtin. Obiectio.

Albertus.

¶ Albertus vero rūdet: Quæstio q̄rens de bonitate singulariū rerū, in se dupliciter pōt intelligi. Vno mō de bonitate rerū, q̄ sunt in se, in proprijs naturis generibusq; suppositæ. Alio mō de rebus existentibus in creatoris potēcia tm̄. Si primo mō, adhuc dupliciter pōt intelligi. Primò, de bonitate pertinente ad esse rei substantiale. Secundò, de bonitate accidētali. Primo modo sic nulla res potuit melior fieri, q̄ est facta: qm̄ naturalis capacitas rerum iuxta earum essentialia principia determinata est, nec in principijs essentialibus aliquid meliùs fieri potest in natura, & specie, q̄ fit. Si autem intelligatur secundo modo, videlicet de bonitate, & entitate accidentali, dico, q̄ potuit meliꝰ fieri, seu peius, ſm, quod res quotidie in meliùs deteriùsq; mutantur. Si vero quæstio intelligatur solū de rebus in potentia creatoris suppositis, dico, q̄ possint meliùs, & minùs bene fieri in vtroq; esse, videlicet substātiali, & accidētali, iuxta creatoris volūtatē. sicq; sumit Magister in litera. Naturalē demū capacitatē concludit Deus, sed non tribuit maximā, quā potuit. Et si quæraꝰ quare, dico q̄ ex sapientia sua disposuit nō dare maiorē. & cur hoc. ego ignoro, nō Deus. ¶ At vero dum q̄ritur, an Deus potuit vniuersum facere meliùs: rñdendū, q̄ vniuersitas, potest tripliciter considerari. Primò, vt suppositа in esse. Secundò, vt suppositа in potentia creaturis. Tertiò, vt in quibusdam suppositа inesse, atq;, vt in alijs positа tm̄ esse in potentia efficiētis dū taxat. Si supponat̄ in esse, sic apparet mihi, q̄ in rebꝰ quæ sunt, nunq̄ poterat melior fieri harmonia naturalis, q̄ facta est, quantū ad naturalia dona: sed quo ad accidentalia, atq; gratuita, res poterant fieri meliores. Si vero totus mūdus supponat̄ esse tm̄ in potentia facientis, videt̄ mihi, q̄ meliorē poterat facere mundum, ac meliùs ordinatum. Si aūt ratio mō ponatur partim esse in re, & partim in creatoris potētia, vt si ponamus cœlū esse motū, & asinos, & terram, & cætera non esse nisi in mente diuina, sic apparet mihi, q̄ sine cōfusione harmoniæ mundi non possint reliquæ res meliùs fieri quo ad substātiam, q̄ factæ sunt: quāuis in nullo restringā potentiā Dei quæ semper facere potest, quod vult. sed loquor de fieri, & hoc dico, qm̄ asinus, seu alia species duplicē habet bonitatem. vnam in se, & aliam in comparatione ad aliam. Nam in cōparatione ad equum, est asinus vilis: in comparatione autem ad hominē, vilior. Si ergo omnes res aliæ fierent meliores, efficere tur asinus minus bonus bonitate comparationis, q̄ esse deberet, & sic disturbaretur harmonia, seu consonantia ordinis vniuersitatis. Hæc Albertus.

Quæstio.

Albertus.

Thomas.

¶ Cōcordat Thomas dicendo: Vnicuiq; rei Deus conferre plus potuit de bonitate accidētali. Loquēdo aūt de bonitate essentiali, facere poterat Deus aliā rem meliorē qualibet re creata, non tm̄ potuit hanc rem facere meliorem. quia si bonitati essentiali quid bonitatis essentialis addatur, non mānet eadem natura, seu species, sicut in numeris species variatur addita, aut abstracta vnitate. ideò sicut Deus facere nequit, vt ternarius manēs ternarius, habeat quatuor vnitates, q̄uis quolibet numero maiorē valeat numerū facere, ita nec facere potest, q̄ res creata habeat maiorem, vel minorem bonitatem essentialē, & maneat eadem. ¶ Verum dum quæritur, an vniuersum meliùs facere potuit: rñdendū, q̄ bonū vniuersi consistit in duplici ordine, videlicet partiū inter se, & ordine totius ad Deum, & in hoc ordine principaliter consistit. Accipiendo ergo bonum ordinis partium adinuicē, potest considerari, vel quātum ad ipsas partes ordinatas: vel quantum ad ordinem partium. Si quātum ad ipsas partes, pōt vniuersum intelligi meliùs fieri, vel per additionem plurium partium, vt si crearentur multæ aliæ species. Nam, & inter Deū, & summam creaturam est infinita distantia, & sic Deus potuisset, & adhuc posset vniuersum facere meliùs: sed illud vniuersum haberet se ad istud, sicut totū ad partē: & sic non penitus esset idem, nec penitus aliud. Hæcq; additio bonitatis, esset per modum quantitatis discretę. Pōt quoq; intelligi meliùs istud quasi intensiuè, videlicet mutatis omnibus partibus eius in meliùs: quia si aliquę partes eius meliorantur, alijs non melioratis, nō esset tanta bonitas ordinis, vt patet in cithara, cuius si omnes chordæ meliorentur, fit aptior melodia: si vero aliquæ chordæ tantū, fit dissonātia. Porro omnium melioratio partium intelligi potest secūdum bonitatem accidentalem; & sic fieri pōt à Deo, manente eodē vniuerso in se, & in partibus suis: & etiā

Quæstio Bonum vniuersi cōsistit in duplici ordine.

potest

potest intelligi ſm bonitatem essentialē, & sic quoque Deo possibilis est, qui innumerabiles alias species condere potest: & sic non essent penitus partes eædem, nec prorsus idem vniuersum, vt constat ex dictis. Si autē sumatur partim ordo, sic non potest melior esse per modum quantitatis discretæ, nisi fieret additio in partibus vniuersi: quia in vniuerso nihil est inordinatum, sed intensiuè posset melior esse in bonitate accidentali eisdem manentibus partibus: qm̄ quanto aliquid in maius bonum redundat, tanto est melior ordo. At ordo sequens bonitatem essentialem, non posset melior esse, nisi fierent aliæ partes, & quodammodo aliud vniuersum. Similiter ordo, qui est ad finem, potest considerari ex parte finis: & sic melior esse non valet, cum vniuersum ordinetur in Deum, qui finis est optimus: vel ex parte ordinis, & sic secundum, quod creſceret bonitas partium vniuersi, & ordo earum adinuicem, posset meliorari ordo in finem, eo q̄ tanto propinquius se ad finem haberent, quanto similitudinem diuinæ bonitatis magis consequerentur, quod est omnium vltimus finis. Hæc Thomas in Scripto.

Richard.

¶ Consonat Petrus, dicens quòd loquendo de vniuerso in generali, non potest meliùs esse: quoniam extra ip sum nullum bonum relinquitur secūdum intellectum. secus est loquendo de vniuerso in particulari, quia sic melius posset esse, &c. vt supra in verbis Thomæ nunc præinductis.

As. 6.

¶ Idem Thomas in 1. parte Summæ, q̄stione. 25. Richardus verò de his scribit diffusè, tamen rñsio eius in verbis iam habitis totaliter continetur. ¶ At

Bonauent. quæstiones aliquot.

verò Bonauētura circa hæc multa q̄rit. Primò, utrū Deus potuerit mundū facere meliorem, quantum ad substantiā partiū integralium eius, & concordat solutio eius cum, pinductis, videlicet q̄ istum eundē mundum non potuit facere meliorē, quantum ad essentiales eius bonitates, & perfectiones specificas: sed quo ad accidētalia, poterat maior, & melior fieri, sicut & puerū posset facere magnitudinis gigantęę, & tū consisteret idem hō. Posset, quoque, & aliū facere mūdum isto maiorē, & vtroq; mō meliorē. Secundò, q̄rit an mundus potuit fieri melior, quo ad partiū integrantiū proprietates. Et rñdet, q̄

Quæstio.

si q̄stio intelligatur de partibus pertranseuntibus, vt sunt indiuidua corruptibilia, illas potuit, & pōt hoc mō facere meliores: qa non sunt de integritate atq; substantia vniuersi. Si verò, q̄stio intelligatur de partibus mundi, q̄ sunt de constitutione, integritate, & substātia vniuersi, & immediatè à Deo creatæ sunt, vt sunt natura intellectualis, rationalis, cælestis, & elementaris: distinguendū, quia loquendo de eis ſm se, & absolutè, poterat, vnaqueq; in melioribus proprietatibus accidētalibus fieri: sed loquendo de eis ſm ordinē earum adinuicē, & ad Deum, non potuerunt in melioribus proprietatibus effici,

Auguſtin.

sicut expositū est. Propter quod asserit Augustinus: Meliores iudicauit Deus hoīes, si ei liberè deseruirent, & corpus animale haberent, atq; ex primis p̄dirent parentibus: & ita ſm exigentiā hoīs, oportebat alias creaturas corporales disponi in motu, & corruptibilitate, & successione. Hæc Bonauentura. Quitertio, q̄rit, vtrum Deus potuit mundū facere meliorē quantum ad ordinem partium. Et respondet: Est ordo partium in toto, qui concernit sapientiam tanquam causam, quę relucet in ordine illo. & est ordo partium in finem, qui ordo respicit bonitatem, qui duo ordines ita coniuncti sunt, q̄ vnus alteri conformatur. & ordo partium in toto ad ordinem, qui est ad finem, & vtroq; modo partes mundi principales optimè ordinatè sunt: quædam tamē aliquando meliùs erunt ordinatæ, atq; dispositę secundum exigentiam status alterius, sicut in mundi innouatione. Vnde vniuersum est tanq̄ pulcherrimum carmen, decurrens secundum consonantias optimas aliis præeuntibus, & alijs succedentibus, quousq; res perfectè ordinentur in finē. Hēc idem.

Aegidius.

¶ Concordat Aegidius de his scribens prolixè. In productione, inquiens, cuiuslibet rei est tria cōsiderare: videlicet producentē, modum producendi, & productum. Itaq; rē non posse fieri meliorem, pōt ex triplici causa accidere. Primò ex parte producētis, & hoc dupliciter. Primò, qm̄ agit ex necessitate naturæ. Natura enim determinatur, ad vnū, & agit secundum totum posse suum. Secundò, qm̄ tota bonitas producētis relucet in producto. Ex parte quoque modi producendi potest hoc dupliciter euenire. Primò, dum agens p̄supponit susc̄ipiens præparatum, seu materiam dispositam. Secundò, qm̄ ipsa materia capax non est formæ nobilioris. Item ex parte producti dupliciter. Primò, quia repugnat effectui simpliciter. Secundò, quia repugnat huic effectui. Cum ergo Deus non agat ex necessitate naturæ, & omnis creatura à plena suæ bonitatis repręsentatione deficiat infinitè, nec in agendo aliquid p̄supponat, imò & capacitatem rei valeat ampliare: constat, quòd nec ex parte Dei producentis, nec ex parte modi suæ productionis sit defectus, quin creatura potuerit melior fieri. idcirco si defectus fuit, aut est, ille fuit quia effectui secundum se repugnat, vel quia repugnat huic effectui. Non autem repugnat effectui secundum se, quia effectui secundum se seu simpliciter non repugnat, nisi quod implicat, possibilitatemque tollit. Verum huic effectui id repugnat, quod est directè contra rationem ipsius, vt essentialem bonitatem habere vltra gradum suæ naturæ. ideo quantum ad melioratione m in essentialibus non poterant res fieri meliores, sed benè in accidentalibus &c. Hæc Aegidius.

Durand⁹.

¶ Præterea Durandus, respondendo ad hoc, an Deus potuit creaturam facere meliorem, consonat introductis. Ad quæstionem vero, qua q̄ritur vtrū

Quæstio.

Deus potuit vniuersum facere meliùs, quàm fecit, respondens: Vniuersum, ait, accipi potest tripliciter. Primò, prout includit omne ens tam creatum, quàm increatum, & quod actu est, & quod in potentia, & constat quòd vniuerso sic sumpto, non potest, quid meliùs esse. Secundò, prout includit omne ens actu tam increatum, quàm creatum. dicuntq; aliqui, q̄ vniuerso sic sumpto, non potest aliquid melius esse: quia in eo includitur Deus, qui cum mille mundis, & cum mundo meliorato, non est melior se solo, quemadmodum linea cum puncto, non est melior, quàm linea sola. Sed hoc videtur mirabile, vtpotę, quòd plura bona non sint saltem exiensiuè aliquid melius, quàm vnum, maximè, quando vnum nō includitur formaliter in alio. Nec est simile de linea, & p̄ncto, quoniam punctus non est res quanta, etiam dato, quòd sit aliquid positiuum, aut est sola priuatio vlterioris continuationis in linea. Tertiò vniuersum accipitur, prout includit omne ens creatum actu existens. sicq; quæstio intelligi potest dupliciter. Primò, vtrum Deus producere posit vniuersum aliud secundum speciem, quod isto sit meliùs. Secundò, vtrum Deus posit vniuersum, quod nunc est, meliùs facere, q̄ est. Primò modo intelligendo, quæstionem, dicendum, quòd non: quia quæcunque incidunt in vnum ordinem per se, pertinent ad vnum, & idem

vniuer-

vniuersum. Vniuersum quippe dicit vnum per aggregationem omnium habentium per se, & inter se ordinem. Omnes autem species existentes, aut possibiles inter se ordinem habent: quia se habent vt species numerorum. Ex quo patet, ꝙ quamuis Deus possit producere plures mundos solo numero differentes, non tamen specie: quoniam omnes species in vnum conincidunt ordinem. Porrò si q̃stio intelligatur secundo modo, videlicet an Deus possit vniuersum, quod nunc est, facere melius, q̃ est, vel aliud specie simile huic, melius isto: sic dicendum, quoniam q̃stio eadem est, ꝙ cum vniuersum sit vnum aggregatione plures continens partes habentes ordinem inter se, & ad totum, bonitas eius consistit in tribus, puta in bonitate partiũ, & in bono earum ordine inter se, atq; in ordine bono earum ad finem. Ordo autem propriè consistit in speciebus: sed non constat, ꝙ vniuersum possit meliorari, quantum ad plurium specierum productionem, quoniam species rerũ possibiles sunt finitæ. estq; incertum an omnes sint productæ, vel nõ, imo videtur probabile, ꝙ omnes productæ sunt, cum nõ appareat ratio, cur quædam producte sint, & quædam non: tunc non posset vniuersum meliorari per nouarum partium productionem. Si verò omnes species illæ non sunt productę, tunc productione earum posset vniuersum meliorari, sed melioratum haberet se ad seipsum, sicut totum ad partem. Si verò agatur de melioratione per intensionem bonitatis partium nunc existentium, sic meliorari non queunt, quo ad bonitatem substantialem, sed accidentalem, vt dictum est: & per consequens totum: sic tamen vt partes meliorentur proportionabiliter, vt aliqui dicunt aliter non maneret harmonia inter partes, quod non intelligo, nisi grandem latitudinem habeat illa proportiõ, quia in statu innocentiæ natura humana fuit multo maioris perfectionis, quàm postea: non tamen ob hoc cęterę partes vniuersi erant proportionabiliter meliores. Hinc dico, quòd Deus potest meliorare vniuersum, meliorando partes eius, vel omnes, vel quasdam, vel vnam tantum: nec tamen ob hoc absoluitur harmonia vniuersi, quoniam principaliter consistit in gradu, & proportione essentialium perfectionum, ac bonitatum, quæ manent. secundariò autem consistit quantum ad esse naturæ in cursu, ac habitudine, quam habent inferiora inter se ex influxu cœlestium corporum. Hæc Durand.

Dio. Car. contra Durand.

¶In cuius scriptis contenta sunt multa à cõi doctrina doctorũ pollentium aliena, & nimis prolixũ est singula prosequi, quæ etiã pro maiori parte aptiorem alibi habent locũ. Breuiter autem tangendo, rude videtur, ꝙ ait bonũ creatum increato bono coniunctum constituere maius bonum, q̃ sit solum increatum bonũ, cum quicquid sit bonitatis in creaturis, totum contineatur in superditissimo, & superperfectissimo Deo supereſſentialiter, idealiter, causaliter, atq; per modum infinitè eminentiorem, totumq; vniuersum sit vt punctum respectu illius: imò plus occumbit, distat, & deficit à Deo, q̃ punctũ à linea, cum & punctum sit reductiuè in genere quantitatis, Deus autẽ omne genus in infinitum transcendit. Deinde, ꝙ dicit vniuersum vno modo accipi prout includit Deum, est improprissimè dictum, cũ Deus superglorioſus sit extra omne genus, & ordinem, nec cedat cũ creatura in numerũ. Vnde diuinus Dionysius frequenter testatur, ꝙ ipse non est aliquod entium, sed vniuersis, & singulis supereſſentialiter superlocatus. Deinde, quod ait Deum non posse producere mundũ alium, ab isto mundo specie differentẽ, habet specialem difficultatem, uidelicet an Deus posset producere mundum, cuius species, & genera essent aliarũ categoriarũ, q̃ species, & genera mũdi istius, de qua difficultate pertranseo mõ. Amplius, qualiter species creabiles, ac possibiles sint finitæ, vel infinitæ, dictũ est ante. Veruntamen omnes præallegati doctores fatentur Deum omnipotentẽ posse producere species multas supra angelũ summum. Nec infinita illa potentia potest in tãta, quin posset in innumerabiliter plura. Cur vetò non creauit species omnes, sed potius, vnã, q̃ aliam, rñdet scriptura: quia in numero, pondere & mensura constituit omnia, & quia in sapiencia condidit vniuersa, & quis cognouit sensum domini &c. ¶Postremò Scotus hic querit, vtrũ Deus possit res facere aliter, q̃ ab ipso est ordinatũ. Quòd sic, quia hoc non includit contradictionem. Quòd non, ꝙ tunc faceret eas inordinatè. Dicendum, ꝙ in omni agente per intellectum, & voluntatẽ, potente conformiter agere legi rectę, & etiã potente non necessariò conformiter agere legi rectæ, est distinguere potentiã ordinatam à potentia absoluta: quia potest conformiter agere legi rectæ, & hoc secũdum potentiam ordinatam à potentia absoluta: quia potest conformiter agere legi rectæ, & hoc secundum potentiam ordinatam. Ordinata. n. est, inquantum est principium exequendi conformiter legi rectę per ordinem ab illa lege præfixum. Potest quoque agere præter, & contra illam, & in hoc est potentia absoluta, excedens potentiam ordinatam. idcirco non tantũ in Deo, sed & in omni agente liberè, qui agere potest secundum rectæ rationis dictamen, & præter, seu contra eam, est distinguere absolutam, & ordinatam potentiam. Hinc dicũt iuristę, ꝙ aliquis potest hoc facere de facto, id est de absoluta potentia: vel de iure, hoc est, de potentia ordinata secundum iura. Quando autem illa lex recta, ſm quam ordinatè agendum est, non est in potestate agentis, tunc potentia eius absoluta non potest excedere potentiam eius ordinatam circa obiecta alia, nisi agat circa ea inordinatè, cum subiectus sit legi illi. Sed quando in potestate agentis est illa lex, & rectitudo ipsius, ita ꝙ non est nisi, quia statuta ab ipso: tunc potest ex sua libertate aliter agere, etiam ordinatè, quia potest statuere aliam legem, secundum quam agat ordinatè. nec tunc potentia sua absoluta simpliciter excedit potentiam suam ordinatam, quoniam ordinata est secundum aliam legem, sed excedit eam præcisè secundum priorem legem, contra seu præter quã agere potest. Hæc ad propositum applicando, dico ꝙ aliquæ sunt leges generales rectè dictantes præfixæ à uoluntate diuina, & non ab intellectu diuino, prout actum voluntatis præcedit: quia nõ inuenitur in legibus illis necessitas ex terminis, ut ꝙ omnis peccator damnabitur. sed solum ex uoluntate diuina acceptante, quę operatur secundum huiusmodi leges, quas statuit. Vel sufficit ad propositũ dicere, quòd statuitur sic à sapientia Dei: sed quando intellectus offert voluntati diuinæ huiusmodi legẽ, puta quòd omnis glorificandus prius est gratificandus, si placet uoluntati diuinæ, quæ libera est, recta est lex, & ita de aliis legibus. Deus ergo agere potens secundum has leges rectas, ut præfixæ sunt ab eo, dicitur agere secundum potentiam ordinatam: atque inquantum multa agere potest præter has leges, dicitur agens secundum potentiam absolutam: cum enim multa alia posse fieri etiam ordinatè, quàm secundum leges

Sapiẽ. 11. Psalm. 103. Isaiæ. 40. Rom. 11. Scotus q̃stio.

Nota quę Deus possit facere potentia absoluta & ordinata.

S. Dion.

ges præfixas, non includat contradictionẽ, talia potest. Nam rectitudo legis secundum quam agit, est in potestate ipsius: imo nulla ex recta est, nisi inquãtum à voluntate diuina acceptante statura est. & tunc potentia Dei absoluta, non extendit se nisi ad id, quod ordinatè fieret, si fieret ipso uolente. Insuper aliquid est ordinatum dupliciter. Primò, secundum legẽ communem seu ordine generali, ut omnem peccatorem esse damnandum. Secundò, ordine particulari, & præter vtrunque ordinem Deus agere potest potentia absoluta, etiam ordinatè. Potentia verò ordinata non dicitur nisi secundum ordinem legis vniuersalis, non autem secundum ordinem legis rectę de aliquo particulari: quod apparet ex hoc, quia possibile est Deum saluare, quem non saluat: non autem conceditur posse saluare Iudam iam condemnatum, nec tamen hoc est impossibile de potentia absoluta, quia non implicat. Hæc Scotus, cuius dicta in his concordant dictis Henrici.

Solũtur argumẽta initio quæstionis adducta.

Albertus.

¶Obiectionum solutio patet ex dictis. Nam ꝙ q̃dam fieri nequeunt meliora, quantum ad essentialem bonitatem, est ex limitatione, & incapacitate earum, non ex importantia Dei: tamen ad quartum notanda est responsio Alberti, qui ait, ꝙ gradus entium non accipiuntur penes huiusmodi diuersitatem specierum eiusdem attributi seu perfectionis: quia sic vniuersum semper imperfectum maneret, sed penes bonitates Dei participabiles: quæ sunt esse, viuere, intelligere, incorruptibile esse, causam esse, præsidere &c. in quibus impletur vniuersalis ordo mundi, quoniam ea, quæ participabilia sunt, de attributis faciunt gradus.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur *de excellentioribus creaturis, an fieri poterant meliores.* & primò, *an Christi humanitas poterat fieri melior.* ¶Videtur quòd sic, quia in resurrectione, & ascensione gloriosior est effecta.

¶Secundò, quia cum sit pura creatura, distat in infinitum ab excellentia creatoris, ergo inter creatorem, & ipsam potuit aliquid fieri melius ea.

Psal. 8. Hebrę. 2.

¶Tertiò, quoniam teste scriptura, paulominus minoratus est ab angelis. Eisdem rationibus comprobatur, quòd beatissimam virginem potuit facere meliorem.

Thomas.

¶Ad hæc Thomas: Quemadmodum, inquit, omni bono creato eo, quod finitum est, potest aliquid melius esse, sic bono increato cum sit infinitum, nil melius esse potest. Bonitas igitur creaturæ considerat dupliciter. Primò absolutè in se, secundum id, quod est. sicque quælibet creatura potest aliquid melius esse. Secundò, per comparationem, & relationem ad Deum, sicque dignitas creaturæ recipit quandam infinitatem ex vnione cum bono infinito, sicut humana natura, inquantum vnita est verbo æterno hypostatica vnione: & sacratissima virgo, inquantum est mater vera veri Dei: gratia quoque gratum faciens, inquantum coniungit Deo: & vniuersum, inquantum ordinatur in Deum. Verum tamen in comparationibus istis est ordo dupliciter. Primò, quoniam quanto, quid nobiliori comparatione, & vnione in Deum refertur, tanto nobilius est. ideo humanitas verbo suppositaliter vnita est dignissima. Deinde felicissima virgo, de cuius vtero accepta est caro vnita verbo. sicque deinceps. Secundò, quoniam quælibet comparationum istarum est tantum secundum respectum, ut comparatio vniuersi ad Deum, sicut ad finem: & comparatio sanctissimæ virginis ad Deum, sicut ad filium. idcirco ex dignitate comparationis nõ potest sumi iudicium de re absolutè, vt dicatur, ꝙ gloriosissima virgine non potest aliquid melius esse, sed secundum quid: vt dicatur ꝙ nulla potest mater existere melioris, nec vniuersum potest ad maius bonum consistere ordinatum. Quędam verò comparatio (vt quæ est per hypostaticã vnionem) est etiã ſm esse. Hinc iudicium de natura illa vnita est simpliciter secundum bonitatem comparationis, vt dicatur ꝙ Christo homine nil melius esse potest. Iudicium autem, quod est præter hanc comparationem, est tantum ſm quid: vt cum dicitur, quòd humana natura in Christo inquãtum est creata, potest esse aliquid melius: & hoc ideò, quia natura considerata præter esse suum, est ſm rationis acceptionẽ solummodo. Denique beatitudo creata quandam habet infinitatẽ seu infinitam quodammodo dignitatem, eo ꝙ immediatè coniungit formaliter bono immenso, & est immediata ac beatifica infiniti boni fruitio. ¶Si prętерea obiciatur, quia ut ait Anselmus, prælectissima virgo tanta resplenduit puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi: ergo nil purius ea potest creari, imo nec apprehendi, aut cogitari. ¶Dicendum, ꝙ puritas intenditur per recessum à contrario, ideo potest creatum aliquod inueniri, quo nil puriùs valeat esse in rebus creatis, & nulla contagione peccati inquantum. talisque fuit puritas excellentissimę virginis, quę à peccato originali, & actuali fuit immunis. Bonitas verò intenditur per accessum ad summum, infinitumque bonum. ideo quolibet bono creato potest aliquid melius fieri. Hæc Thomas in Scripto.

Creaturæ bonitas cõsideratur dupliciter

Obiectio. Anselmus

Diluitur

In cuius verbis innotescit, ꝙ interdũ sensit sacratissimam virginem Mariam ab originali peccato fuisse immunem, quanquam postea aliter sensit.

¶Concordat Albertus, cuius tamen responsio de sacratissima virgine amplius placet. Nam ait: Quicquid recipere potest pura creatura capax Dei, hoc totum communicatum est matri Dei. attamen non restringitur diuina potentia, quin facere potuerit capacitatem maiorem, quàm hominis vel angeli, & iuxta hoc crescere posset in gratia. Hæc Albertus.

Albertus.

Obiectio.

Cuius verbis obiici posset, ꝙ anima Christi est pura creatura, & multo maior gratia, & gloria communicatæ sunt ei, q̃ benedictissimæ virgini. Verum ad hoc, & ad consimilia quædã, quæ circa hæc tangi possent, respõsum est plenius in opusculo de laudibus diuinissimæ virginis. ¶Insuper Alexander circa hæc loquitur: Est esse naturæ, & esse gratiæ. Esse quoq; naturæ potest cõsiderari dupliciter, scilicet ſm se, & in ordine ad aliud. Si ergo Christus, quo ad humanam naturam cõsideretur ſm se, potuit melior fieri, utpotè impassibilis. Si autem cõsideretur per comparationem, seu in ordine ad nostram redemptionem, non potuit melior fieri: quia ad nostram liberationem plus expediebat, ꝙ fuit passibilis, & mortalis. Si autem loquamur de bonitate gratiæ, dicendum ꝙ Christus fuit tam bonus, ꝙ nullus fuit melior. Sed si dicatur optimus, ita ꝙ nullus potuit eo melior esse, distinguendum est: quia de potentia passiua recipientis nullus quiuit melior esse nihilominus de actiua potentia operantis, videlicet Dei omnipotentis, potuit melior esse, eo, quòd omnipotentia Dei sit penitus infinita, quamuis non possit intelligi. Hæc Alexander.

Alexãder.

¶Aegidius verò in præinductis iam responsioni bus Thomæ oĩo concordat. Porro Bonauẽtura in literæ expositione: Tripliciter, inqt, est loq, de Christo. Primò, quantũ ad vnionẽ. Secũdò, quantum ad

Bonauen.

gratiam

gratiã singularis personę. Tertiò, quãtũ ad proprietatẽ psonę. Primò mõ, nec Deus potuit plus dare, nec creatura plus recipere. Năvnionis gratia ex parte extremi alterius, est dignitatis infinitę, vt ꝙ homo sit Deus: ꝙuis ex parte humanitatis ꝙcquid ibi est, sit finitũ. Si aũt loquamur de Christo quantum ad gratiã singularis psonæ, cõcedendũ est, ꝙ Deus plus potuit dare: sed rationalis creatura non potuit amplius recipere, quia capacitas animæ ad gratiã per collationẽ gratię, nec minuitur, nec augeẽ, sed consummatur, atq; cõpletur. idcirco nõ est posibilis ad amplius. Si autẽ loquamur de Christo quantũ ad ꝓprietatẽ naturæ humanę, sic Deus potuit plus dare, & illa recipere, videlicet, quo ad hoc corpus, & inferiorẽ animæ partem, quemadmodũ in glorificatione Christi ſm naturam assumptã peractum est: sed quo ad nostram reparandã salutem, non potuit melior fieri pro tũc, quia oportuit nos eius passione saluari. ¶ Conformiter de præstantissima virgine est loqui ſm tres conditiones, videlicet quantum ad gratiã conceptionis, quæ Deum concepit, quantum ad gratiã iustificationis, & quantũ ad naturam charitatis. Quãtum ad primum, habuit tantam bonitatis dignitatẽ, ꝙ nulla mulier plus capere potest, quia sic facta est genetrix veri Dei. Propterea si vniuersæ creaturæ essent congregatæ, quã tuncunq; in gradibus dignitatis emineant, & ascendant, tamen tenerentur reuerentiam exhibere virgini gloriosæ tanquam veræ matri creatoris, Dei, ac domini sui. Si verò loquamur quantum ad gratiam iustificationis, tantam habuit gratiam, quantã pura creatura rationalis, quæ facta est, sic recipere potuit. Quantum autem ad naturam, sic optima naturalia habuit, prout fini competens fuit, ut scilicet esset apta parere saluatorem. Hęc Bonauentura.

Nota plenitudinẽ gratiæ Christi.

Matt. 17.

Nota dignitatem virginis matris.

QVAESTIO III.

TErtiò principaliter quęritur, *an Deus potest, quicquid potuit.* & de hoc multa hic essent dicenda, sed difficultas ista per oĩa eadem est, seu conformis difficultati, ſstionis, qua supra distinctione 42. ꝙsitum est, an Deus scit quicquid sciuit. Et sicut ibi, ita & hic Magister opinionẽ nominalium sequitur, prout Albertus, & Bonauẽtura testãtur. Alexãder tamen opinionẽ Magistri hic piè exponit, eluci-

Bonauen. Alexãder.

dat, atq; tuetur. Bonauenturæ verò apparet, ꝙ stare nõ valeat, & sicut in ꝑfata distinctione de scientia, ita hic de potentia Dei dicit, ꝙ aliquid connotat ex parte rei posibilis, seu effectus. ideo quãuis potentia Dei in se inuariabilis perseueret, tamẽ ob hoc connotatũ, & propter rerũ uariationẽ dicitur non posse, quod aliquado potuit: quia res capax nõ est eius cuius aliquãdo capax fuit, quemadmodũ, quod nunc factũ est, non potest non factũ esse. ideo dicitur illud non posse, vtpotè mũdũ non esse creatum, & præterita non esse ꝑterita. ficq; in consimilibus. Idem tenent hic Thomas, Albertus, Aegidius, Vdalricus, ac alij multi. Vnde ait Albertus: Magister videtur fuisse de opinione nominalium. vnde solutio eius stat in hoc, ꝙ vna potẽtia semper significatur, quæ refertur ad idem sub diuerso modo significandi, importato in verbo, vel aduerbio pertinente ad tempus, quo significatur: sed veriùs, ac probabiliùs mihi videtur, quòd est potentia absolutè considerata, & hæc semper est eadem. Alia est potentia actui coniuncta, & ista determinatur secũdum modum significandi ad rem, quæ refertur ad eam. & hæc potentia secundum rationem non est eadem cum illa. Hinc secundum istam Deus non potest, quicquid potuit. Hęc Albertus.

Albertus.

¶ Thomas verò rñdet: Quod quis negetur aliqd posse, ex duobus, põt contingere. Primò ex defectu potẽtiæ, sicut qui caret visiua potentia, non potest videre. Secũdò, ex parte obiecti, quod non habet ratiõnẽ posibilis, sicut habens visum, dicitẽ non posse videre sonũ, qm̃ sonus nõ est visibilis. Primò mõ non dicitur Deus aliquid non posse, cũ potentia eius sit perfectissima. Secundò aũt modo dicitur quædam non posse, quæ. ſ implicant. Simili modo, ꝙ quis nõ potest quicquid potuit, ex duobus potest contingere. Primò, ꝙa amisit potentiam aliquam, quam habebat, qnod incõmutabili Deo non conuenit. Secũdò ex mutatione obiecti, quod amittit rõnem posibilis, quã habuit priùs: ut quod præsens est actu, aut factũ est, non põt fieri, nec posibile est nõ fuisse. ficq; amittit rationẽ posibilis; propter quod dicitur Deus illud nõ posse, ꝙuis sit eadem res, sed diuersis enũciabilibus diuersimodè significata ꝓpter temporum diuersitatem. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas

Deus cur dicitur aliqua non posse.

Obiectio quorundã

Respõsio.

A *De voluntate Dei, quæ essentia Dei est vna, & æterna, & de signis eius: Distinctio. XLV.*

IAm de volũtate Dei aliquid pro sensus nostri imbecillitate dicendum est. Sciendum est ergo, quia uoluntas siue uolens, de Deo secundum essentiam dicitur. Non est enim ei aliud velle, & aliud esse, sed omnino idem. Et sicut idem est ei esse bonũ, quod esse Deum: ita idem est ei esse volentem, quod esse Deum. Nam uoluntas, qua semper uolens est, non affectus, uel motus est, qui in Deum cadere non ualet: sed diuina usia, qua uolens est Deus, & huiusmodi.

B *Quod licèt idem sit Deo velle, quod esse, non tamen potest dici Deus esse omnia, quæ vult.*

Et licèt idem sit Deo uelle, quod esse, non tñ dicendum est, Deum esse omnia, ꝙ uult: quod quidam de Dei uoluntate non rectè sentientes nobis obijciunt, dicentes: Si idẽ est Deo uelle quod esse, ergo cum dicimus Deum uelle oĩa ꝙ facit, dicimus eum esse oĩa, ꝙ facit: aliogn non ibi illo uerbo idẽ significatur, qđ significatur hoc uerbo esse cum de Deo dr̃. Et si ita est, non semper dr̃ de Deo uelle scđm essentiam. Si uero secundum esse tiã non dr̃ aliqñ, qũo ergo dr̃ de Deo? Relatiuè. n. uoluntas nunq̃ dr̃. Ad quod dicimus, ꝙa licèt idẽ penitus sit Deo uelle, quod esse, non tamẽ põt dici oĩa, quæ uult: sicut idẽ est Deo esse, quod scire, ñec tamen sicut dicitur scire omnia, ita quoq; potest dici esse oĩa.

Quis

C *Quis sit sensus horum verborum, Deus scit, vel Deus vult. Item Deus scit omnia, vel vult aliquid. Et quid de Deo in his prædicetur.*

Et vbicunq; Deus dicitur scire, vel sciens, vel velle, vel volens: hæc de Deo secundum essentiã dicuntur. Cũ. n. dicitur, Deus scit, vel Deus vult, siue Deus est sciens, vel volens: essentia diuina prædicatur, & Deus esse enunciatur. Cum aũt additur, oĩa, vel aliquid vel aliqua: & dicitur, Deus scit oĩa, vel vult aliquid, vel aliqua: essentia quidẽ diuina prædicatur non simpliciter, & absolutè, sed ita, ut scientiæ, quæ ipse est, omnia subiecta monstrẽtur: & uolũtati, quæ ipsa eadem est, aliquid vel aliqua subiecta esse dicantur. Vt talis fiat sensus: Deus scit omnia, id est Deus est, cuius scientiæ, quæ ipsius essentia est, omnia subiecta sunt. Similiter Deus vult hæc, vel illa, ideſt Deus est cuius voluntati, quæ ipse est, hæc siue illa subiecta sunt. Volens ergo siue velle dicitur Deus secundum essentiam, cuius uoluntas essentia est sempiterna, & immutabilis: licèt ea varientur, & transeant, quæ ei subiecta sunt: quæ non potest esse iniusta vel mala, quia Deus est.

D *Quod Dei voluntas summè bona, causa est omnium, quæ naturaliter sunt: cuius causa non est quærenda, quia nullam habet, cum sit æterna.*

Hęc itaq; summè bona voluntas, causa est omnium, quę naturaliter fiunt, vel facta siue futura sunt: quæ nulla præuenta est causã, quia æterna est. Idcoq; causa ipsius quærenda non est. Qui enim eius causam quærit, aliquid maius ea quærit, cum nihil ea maius sit. Vnde Augustinus in libro lxxxiij. q. Qui quærit, quare voluerit Deus mundũ facere, causam quærit voluntatis Dei. Omnis autem causa efficiens, maior est eo, quod efficitur. Nihil autem maius est voluntate Dei. Non ergo eius causa quærenda est. Idem in libro cõtra Manichæos: Si qui dixerint, quid placuit Deo facere cœlum, & terram? Respõdendũ est eis, qui uoluntatem Dei nosse desiderant, causas, & voluntatem Dei scire quærunt: quòd uoluntas Dei omnium, quæ sunt, ipsa sit causa. Si enim habet causam uoluntas, est aliquid, quod antecedat voluntatem Dei: quod nefas est credere. Qui ergo dicit, quare fecit Deus cœlum, & terram? Respondendum est illi, quia voluit. Voluntas enim Dei causa est cœli, & terræ, & ideo maior est voluntas Dei, quàm cœlum, & terra. Qui autem dicit, quare voluit facere cœlum, & terrã maius aliquid, quærit, quàm est voluntas Dei, nihil autem maius inueniri potest. Compescat se ergo humana temeritas: & id, quod non est, non quærat: ne id, quod est, non inueniat. Ecce his auctoritatibus apertè insinuatur, quòd uoluntatis Dei causa nulla est, & ideo quærenda non est.

Augustin. in li. q. 83. q. 28.

E *Quod voluntas Dei prima, & summa causa est omnium.*

Volũtas ergo Dei, vt ait Augustinus in tertio libro de Trinitate, prima & summa causa est omnium specierum, atque motionum. Nihil enim fit, quod non de interiori, atq; intelligibili aula summi Imperatoris egrediatur secundum ineffabilem iustitiam. Vbi enim non operatur, quod vult Dei omnipotentis sapientia, quæ pertingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Et non solum facit ea, quæ perseuerantia cõsuetudinis admirationem non admittunt: sed etiam ea, quæ propter raritatem, & insoliti cum euentum mira videntur, ut sunt defectus luminarium, & terræmotus, & monstrosi animantium partus, & his similia: quorum nihil fit sine voluntate Dei, sed plerisq; non apparet. Ideoque placuit uanitati philosophorum, etiam causis alijs ea attribuere, cum òmnino videre non possent superiorem cæteris omnibus causam, id est uolũtatem Dei. Itaque non nisi Dei voluntas causa prima est sanitatis, ægritudinis, præmiorum, atque pœnarum, gratiarum, & retributionum. Hæc ergo sola est, vnde ortum est, quicquid est: & ipsa non est orta, sed æterna.

August. li. 3 de Trin. capite. 4.

vbi supra capite 1. a

Sapi. 3 a

vbi supra capite. 2 a

F *Quibus modis accipitur Dei voluntas.*

Hic non est prętereundum nobis, quod sacra scriptura de voluntate Dei varijs modis loqui consueuit: & tamen non est Dei uoluntas diuersa, sed locutio diuersa est de uoluntate, quia nomina uoluntatis diuersa accipit. Nam voluntas Dei verè, ac propriè dicitur, quæ in ipso est, & ipsius essentia est: & hæc una est, nec multiplicitatem recipit, nec mutabilitatem, quæ inexpleta esse non potest, de qua propheta ait: Omnia, quæcunque voluit dominus, fecit. Et Apostolus: Voluntati eius, quis resistet? Et alibi: Vt probetis, quæ sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Et hæc uoluntas rectè appellatur beneplacitum Dei siue dispositio.

Psal. 113 Rom. 9 c Rom. 12. a

Quod

G *Quod secundum figuram dicitur voluntas Dei præceptio, prohibitio, consilium, permissio, operatio: & ideo pluraliter dicit scriptura voluntates.*

Aliqñ vero ſm quandã figurã dicendi voluntas Dei vocatur, qđ ſm proprietatẽ non eſt volũtas eius: vt p̃ceptio, prohibitio, cõſiliũ, nec nõ permiſſio, & operatio. Ideoq; pluraliter aliqñ ſcriptura voluntates Dei ꝓnũciat. Vnde ꝓpheta: Magna opera dñi, exquiſita in oẽs volũtates eius, cũ non ſit niſi vna voluntas Dei, quæ ipſe eſt. Pluraliter tñ dicit uolũtates, qa voluntas Dei varijs modis, ac pro diuerſis accipit, ut dictũ eſt. Ita etiã idem propheta ꝓp multos effectus miſericordiæ, & iuſtitiæ, pluraliter dicit: Miſericordias dñi, in æternũ cantabo. Et alibi, Iuſtitiæ, domini rectæ, lætificantes corda: cũ tñ in Deo vna ſit miſericordia, vna iuſtitia: & vna, eademq; ſit miſericordia, quæ iuſtitia, ſ. diuina vſia.

Pſal. 120. a
Pſal. 88. a
Pſal. 18. c

H *Quare præceptio, et prohibitio, & consilium dicantur Dei voluntas.*

Ideo aũt præceptio, & prohibitio, atq; conſiliũ, cum ſint tria, dr̃ tamen vnumquodq; eorum Dei uoluntas: quia iſta ſunt ſigna diuinæ volũtatis, quemadmodum, & ſigna iræ dicuntur ira, & dilectionis ſigna dilectio appellantur. Et dicitur iratus Deus, & tamen nõ eſt ira in eo aliqua, ſed ſigna tñ, quæ foris ſunt, quibus iratus oſtenditur, ira ipſius nominatur. Et eſt figura dicendi, ſecundum quam non eſt falſum, quod dicitur: ſed verum quod dicitur, ſub tropi nubilo obumbratur. Et ſecundum hos tropos diuerſæ voluntates Dei dicuntur, quia diuerſa ſunt illa, quæ per tropum voluntas Dei dicuntur.

Deus iratus.

I *Vbi voluntas Dei pro precepto, & consilio accipiatur.*

Pro p̃cepto Dei, atq; conſilio põt accipi voluntas, ut ibi: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra. Et alibi, Qui facit voluntatem patris mei, q in cœlis eſt, ipſe frater meus, & ſoror, & mater eſt. Et ꝫ hanc uoluntatẽ multa fiunt. Vnde Auguſtinus in libro de ſpiritu, & litera: Infideles, inquit, ꝫ uoluntatẽ Dei faciunt, cum eius euangelio non credunt.

Matt. 6. b
Matt. 12. d
Auguſtin. de ſpiritu & litera capite 33.

K *Quòd Deus non vult ab hominibus fieri omnia, quæ præcepit, vel non fieri, quæ prohibet.*

Et ſi illa tria dicãtur Dei uoluntas, ideo qa ſigna ſunt diuinæ uoluntatis, non eſt tamẽ intelligendum, Deum omne illud fieri uelle, quod cuicũq; præcepit, vel non fieri, quod prohibuit. Præcepit enim Abraę immolare filium, nec tamen voluit: nec ideo præcepit vt id fieret, ſed vt Abraæ probaretur fides. Et in euangelio præcepit ſanato, ne cui diceret, ille autem prædicauit vbiq;, intelligens Deum non ideo prohibuiſſe, quin velle opus ſuum prædicari, ſed ut daret formam homini laudem humanam declinandi.

Gene. 22. a
Marc. 1. d

L *De permissione, & operatione, vbi dicantur Dei voluntas.*

Permiſſio quoq; Dei, & operario, uoluntas Dei appellantur: qualiter accipit Auguſtinus in Ench. dicens: Non fit aliquid niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo, ut fiat, vel ipſe faciendo. Nec dubitandum eſt, Deum facere benè etiam ſinendo fieri, quęcunq; fiunt malè. non enim hæc niſi iuſto iudicio, Dei ſinit, & profecto bonum eſt omne, quod iuſtũ eſt. Ecce hic manifeſtè habemus, Dei voluntatem appellari ipſius operationem, vel permiſſionem, cum dicit non fieri aliquid niſi omnipotens fieri velit, vbi includit, & bona, & mala omnia, quæ fiunt. Ideoq; apertè diſtinguit, quomodo Deum uelle dixerit, ne eadem ratione intelligeretur velle bona, & mala, ſubdens: Vel ſinendo ut fiat, hoc quantum ad mala dicit: uel ipſe faciendo, hoc quantum ad bona. Mala enim ſinit fieri, ſed nõ facit: bona uero ipſe facit. Ideoque dixit eum uelle: quia, & uolens mala ſinit, & uolens bona operatur: & ob hoc permiſſio, & operatio, uoluntas Dei dicuntur,

Auguſtin. in Ench. capit. 95.

M *Quinq; ſupra ſunt propoſita, quæ dicuntur ſecundum tropum, & ideo diſtinguat lector vbiq;, pro quo eorum accipiatur voluntas.*

Quinq; ergo ſupra poſita ſunt, quæ dicuntur ſm tropum Dei volũtas: quia ſigna ſunt diuinæ uoluntais, quæ una eſt, & immutabilis, ſcilicet Dei beneplacitum. Ideoq; diligenter diſtinguat lector ubi de uoluntate Dei ſcriptura cõmemorat, iuxta quem modũ, accipi oporteat, utrum ſcilicet pro beneplacito Dei, an pro aliquo ſignorũ eius. Magna.n. eſt diſcretio adhibenda in cognitione diuiuæ uoluntatis, quia & beneplacitũ Dei, & uoluntas eius, & ſignum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius æternũ eſt, ſignum verò beneplaciti non: & conſonat rerum effectibus beneplacitum ipſius, & ipſi effectus rerũ ab illo non diſcordant. Fit enim omne, quod beneplacito uult fieri, & oẽ, quod non uult fieri, nequaquam fit. Nõ ita autem eſt de ſignis, quia præcepit Deus multis ea, quæ non faciunt, & prohibet, quæ non cauent, & conſulit, quæ non implent.

Differunt beneplacitũ Dei, & ſignũ beneplaciti.

Hic

SVMMA DISTINCTION. XLV.

Hic de voluntate Dei tractatur. Primò oſtẽdit, ꝙ in Deo cõſiſtat voluntas, deinde ꝙ eſſentialiter cõuenit ei, ita ꝙ idem ſit Deo eſſe, & velle, cuius voluntas eſt ſua eſſentia. Et circa hoc mox remouet quorundam inſtantiam, qui dicebant: Si idem eſt Deo eſſe & velle, ergo cum velit cuncta, quæ facit, ipſe eſt omnia illa. Deinde oſtendit, ꝙ voluntas Dei ſit prima omniũ cauſa, propter quod ipſa cauſam non habet: prout cauſa propriè dicitur id, ad cuius eſſe ſequitur aliud. Nihilominus aſſignatur ratio volũtatis diuinę, quę vt patuit ſupra, nec irrationabilis, neq; iniuſta conſiſtere poteſt. Deinceps declarat volũtatem in Deo dupliciter accipi, utpotè pro uoluntate beneplaciti, quę ſemper impletur: & pro voluntate ſigni, quę aliquando non impletur. Quocirca declarat, quòd quinque ſunt ſigna voluntatis diuinę: quę ſunt, iuſſio, prohibitio, conſultio.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primò de eſſentia, & obiecto voluntatis diuinæ, videlicet *utrum in Deo ſit voluntas, & quid ſit diuinæ voluntatis obiectum.* ¶ Videtur quòd nõ ſit in Deo voluntas, quia voluntas eſt rationalis appetitus: appetitus verò eſt imperfecti, ac indigentiæ, cum ſit boni abſentis, & nondũ adepti, ergo non conuenit perfectiſsimo Deo bonorũ noſtrorum non indigenti. ¶ Secundò, ei non conuenit voluntas, cui actus, & proprietates non competunt voluntatis. Actus aũt voluntatis ſunt deſiderare, tendere, & ferri in volitum, quæ immobili, tranquilliſsimo, ac prorſus perfecto Deo nõ congruũt.

Arguit 1. contra veritatem.
Pſal. 15. 2
In oppoſitum.

¶ In oppoſitum ſunt ratio, & ſcriptura.

Alexand.

¶ Ad hæc Alexander reſpondet: Voluntas eſt uis intellectualis dña ſui actus ſuper bruta, quę mouentur ſecundum impetum: quia non valent per rationem ſuos compeſcere motus, & actus. Cumq; voluntas ſit vis intellectualis, ac libera, cuius eſt imperare, aſſcribẽda eſt Deo. Eſt autem duplex uoluntas. Vna, qua volumus: alia, quod volumus: utpotè voluntas ſumpta pro re uolita. Voluntas verò, qua uolumus, tripliciter ſumitur, ſcilicet pro ſubſtantia, pro potentia, pro actione, ſeu motu elicito ex potentia, ſeu virtute, ſecundum quod in libro de libero arbitrio legitur: Voluntas eſt rationalis motus ſenſui, ac appetitui præſidens. Voluntas autem pro ut competit Deo, pro ſubſtantia ſumitur.

Voluntas duplex.

Quæſtio.

¶ Deniq;, ſi quæratur, quid uoluntas ſuperaddat eſſentiæ, & utrum Deus volẽdo ſe vult omnia ſicut ſciendo ſe ſcit omnia: cur etiam Deus potius appelletur omnipotens, & omniſciens, q̃ omniuolens. Et reſpondendum, quòd diuina eſſentia quandoq; ſignificatur ut ſubſtantia, ut cum dicitur Deus, aut deitas: quandoq; vt potentia, ut cum dicitur virtus: Interdum ut habitus, ſicut cum dicitur ſcientia: aliquando vt actio, ut cum vocatur voluntas. Quo nomine deſignatur eſſentia, ut actus liber ab omni coactione in omne, quod placet. Hinc q̃uis in Deo idẽ ſunt eſſe, & velle, non tamen ſequitur, Deus vult illa & illa, ergo eſt illa, quia eſt ibi commutatio prædicamenti in ratione eſſendi. Nempè cum dico, Deus vult omnia, dico diuinam eſſentiam ut actũ. ſed cum dico, Deus eſt omnia, dico diuinam eſſentiam, ut ſubſtantiam. Item, uoluntas dum exprimitur cum reſpectu ad creaturam, connotat effectum in creatura, non autem eſſe. Sed circa hoc quęritur, utrum uoluntas in Deo dicatur abſolutè an reſpectiuè: Dicendum, quod interdum abſolutè, ut cum dicitur Deus vult ſe, vel Deus vult. Aliquando reſpectiuè, loquendo de relatione ſecundum rationem, ut cum dicitur, Deus vult omnia. ¶ Inſuper, quamuis in Deo ſint idem ſcire, & velle, aliter tamẽ cõnotatur reſpectus ad creaturas in ſcientia, quàm in uoluntate: quia cum dicitur, Deus vult res eſſe, ſequitur ipſas res eſſe: quia notatur reſpectus ad res, ut actualiter exiſtentes. Cum itaq; dicitur, Deus vult ſe, non connotatur reſpectus rerum exiſtentium actu: idcirco uolendo ſe, non vult omnia, quoniam æternaliter vult ſe, temporaliter autem vult alia eſſe. Sed cum dicitur, Deus ſcit res, non ſequitur ipſas res eſſe: quoniam res ſciuntur à Deo non ſecundum eſſe earum in rerum natura, vel actu, ſed vt in cauſa. Idcirco ſciendo ſe ſcit omnia. Hinc quoque non dicitur omniuolens, quia non vult omnia ſecundum quod ſunt: hoc eſt, ſecundum ea, quæ habent ex ſeipſis. Hæc Alexander.

Thomas.

¶ Hinc Thomas: In omni, inquit, natura in qua eſt intellectualis cognitio, inuenitur voluntas: quoniam omne quod habet virtutem ſic cognoſcitiuã, poteſt dijudicare cõueniens, & repugnans: & quod apprehenditur vt conueniens, ſit volitum ſeu appetitum. Idcirco in nobis ſecundum duplicem cognitionem ſenſus, & intellectus, eſt duplex appetitiua: vna ſequens apprehenſionem intellectiuã, quæ vocatur voluntas: alia ſequens apprehenſionem ſenſitiuam, quæ appetitiua in concupiſcibilem, iraſcibilemq; diuiditur. Cumq; in Deo ſit intellectualis cognitio, oportet in eo uoluntatem conſiſtere: & hoc omni imperfectione excluſa, quę noſtrę voluntati ſolet eſſe annexa, ut appetere bonum nondum adeptum, & in illud moueri. Hinc uoluntas Dei nõ dicitur propriè appetitus rei, qui eſt rei abſentis, nec diuinæ conuenit uoluntati tendere, aut moueri in finem extra ſe, aut ſupra ſe, cum propria bonitas ſit ei pro fine.

In hoſe duplex eſt appetitiua.

¶ Præterea ſicut Deus cognoſcendo eſſentiã ſuã, cognoſcit vniuerſa, quæ ſunt ab ipſo, inquantũ ſunt quædã ſuæ veritatis ſimilitudo: ita volendo, & amãdo eſſentiam ſuam, vult omnia, quæ ſunt ab eo, inquantum habent ſuę ſimilitudinem bonitatis. Hinc id, quod eſt primo uolitum à Deo, eſt ſua bonitas tãtum. Alia verò vult in ordine ad ſuam propriã bonitatem, non ſicut per ea aliquid bonitatis acquirat, ſed ut eis aliquid ſuæ bonitatis communicet, quod liberalitatis eſt ſecundum Auicennam: quia ex ſua operatione proprium commodum non intẽdit. Diuina ergo voluntas eſt formaliter circa propriã bonitatem ut circa obiectum. voluntas.n. directè eſt ipſius finis, circa alia verò eſt minus principaliter, & quaſi materialiter, ſecundum quod ordinantur in finem ſupremũ. Hæc Thomas in Scripto.

Auicenna.

¶ Porrò in prima parte Summæ, quæſtione 19. ar. 1. Quemadmodũ, ait, res naturalis habet eſſe in actu per ſuam formam, ita intellectus eſt actu intelligẽs per intelligibilem ſpeciem. quælibet vero res naturalis ad ſuam formam habet hanc habitudinem, ut quando non habet eam, tendat in ipſam. cumque eam habuerit, in ea quieſcit. & hæc habitudo in rebus cognitione carentibus vocatur appetitus naturalis. Hinc intellectualis natura ad bonum per ſpeciem intelligibilem apprehenſum ſimilem habitudinem habet, ut ſcilicet quieſcat in ipſo iam habito, atque ad ipſum nondum adeptum moueatur, ac tendat: quorum utrumque ſpectat ad uoluntatem: Hinc in Deo, qui eſt perfectiſsimus intellectus, cui propria bonitas æternaliter præſens eſt, perfectiſsima eſt uoluntas, in ipſa ſua bonitate ſem per quieſcens: quemadmodum etiam naturalia nõ ſolum inclinationem ſortita ſunt ad proprium bonum,

num, sed etiam ad suos effectus, quibus suam bonitatem communicent. Nam, & vnumquodq; simile sibi producit, & multæ causæ naturales suos conseruant effectus: sic & diuina voluntas amat non solũ propriam bonitatem, sed & suos effectus, & quibus vult sua diffundere dona. Hęc idem in Summa.

Thomas. contra gẽtiles. ¶Præterea in Summa contra gentiles libro primo, per diuersa capitula scribit de his magis subtiliter: Bonum, inquiens, intellectum, est proprium voluntatis obiectum. ideo sicut Deus se perfectè intelligit, sic suam bonitatem intellectã amat, & vult. Rursus, omne ens iuxta suæ modum naturæ appetit suam perfectionem. Deus ergo, qui summũ ens est, & perfectè cognoscens suam bonitatem, perfectionemq; amat, ideo habet uoluntatem: & quia eiusdem est uelle finem, & ea, quę sunt ad finẽ, ideo Deus non solum vult propriam bonitatem, sed & creata, quæ ad ipsam finaliter ordinãtur. Vno quoque actu volendi vult Deus seipsum, & alia, cum sua bonitas sit finis, & ratio volendi cętera, quemadmodum eodem actu vis visiua videt colorem, & lumen, qui facit colores actu visibiles. Hęc & multa

Dion. Car. plura idem ibidem. ¶Verum in his videtur Thomas ab Alexandro aliqualiter dissentire, quia vt patuit iam, secundum Alexandrum Deus volendo se, non vult alia. Ad quod forsan quis dicere potest, ꝙ Alexander nõ intendit negare, quin in simplicissimo Deo sit idem numero actus, quo Deus vult se, & alia, cum actus absoluti non sint in Deo, diuersi imò sunt ipsa Dei essentia: sed intendit, quòd Deus uolendo se, non vult alia voluntate practica actua liter, & æternaliter productiua.

Albertus. Voluntati conuenit per se quatuor. ¶Concordat demum præinductis Albertus, dicendo: Voluntati quædam conueniunt per se, quæ dam per accidens. Per se conueniunt ei quatuor, quorum vnum est de natura sua, videlicet, quod sit naturæ rationalis, & etiam in ratione, sicut ait

Philosop. Damasce. Philosophus, ꝙ omnis voluntas est in ratione: Damascenus, quoque testatur: Omnis uoluntas rationalis est. & si non est rationalis, non est uoluntas. Secundum est, ꝙ sit quid liberrimum in intellectuali natura, & hæc est proprietas eius. A duobus etenim habet libertatẽ, videlicet à natura, seu spiritu intellectuali, in quo est, quæ non est corporis actus, nec organo corporali affixus: ideo non est obligatus materiæ, aut appendicijs eius. Secundò habet libertatem à se, secundum quod est vis potens acceptare, & non acceptare obiectum, quia spontaneè operatur. Tertium est comparatio eius ad bonum, quia voluntas semper est boni, veri, uel apparentis, & præcipuè summi boni. Quartum est, ꝙ uoluntas

Philosop. est causa omnium, quę ab artificè fiunt, quemadmodum septimò primę philosophiæ ait Philosophus: Omnium artificialium principium est uoluntas. Deus autem operatur per modum artificis, nõ per modum necessitatis naturæ. Hæc Albertus.

¶At verò in commentario suo super librum de Causis, differuit: Multi peripateticorum, vt Aristoteles, Theophrastus, Auerrois, Auicenna, Porphyrius, negabant uoluntatem esse in Deo, quinque rationes ad hoc inducentes. Prima est, quia omnis uoluntas appetitus est. omnis autem appetitus est non habiti, ac boni deficientis. Secunda, quoniam appetitus non est nisi imperfecti. Tertia, quoniam omnia bona nobilissimo modo sunt in Deo, idcirco non habet appetitum. Quarta, quia uoluntas diuersificatur secundum uolita. Quinta, quoniam omne uolens est duo. Non enim est uolens, nisi nuncium ei fiat de uolito. Nuncians autem, & uolens sunt duo. ¶Sed contra istud obijcitur, quia quòd habet in se liberum suę actionis principium, volens est. Natura quippe non habet in se liberum operationis suæ principium. Deus autem habet in se liberum operationis suæ principium. ¶Rursus, secundum philosophum voluntarium est, cuius principium est in seipso constituente singula, in quibus est actus, & hoc maximè conuenit Deo: quia vniuersorum distinctam habet scientiam. Omniũ quoque, quæ facit in ipso, est principiũ. non enim aliun de inducitur ad agendum, nec ante se causam habet. ¶Amplius, quæ uoluntate non fiunt, laudabilia non sunt: quoniam liberè non aguntur. si ergo Deus per uoluntatem non operatur, operationes eius non essent laudabiles. Sed ad hæc respondere, istaq; concordare est facilè: quoniam peripatetici illi non intenderunt remouere à Deo uoluntatem immobilis complacentię in bonis habitis, & possessis, nec etiam uoluntatem, quæ est liber animi motor, de qua dicere soliti sumus: si uolo, ambulo. si volo hoc, facio. Voluntatem verò, quæ est appetitus boni non habiti, quo uolens perficiatur, remouerunt à Deo. & hoc rationabiliter, sicut prætactæ eorum rationes prætendunt. Hæc idem ibidem.

Obiectio. Philosop.

His verbis Alberti obiici potest, ꝙ Porphyrium vocat peripateticum, quem Augustinus in libro de ciuitate Dei, & alibi sæpè dicit fuisse Platonicum. Dicendum, ꝙ partim peripateticus fuit. Vnde & in exordio prędicabilium suorum Aristotelis meminit, ob cuius doctrinam clariùs capiendam, se librum prædicabilium compilare fatetur.

Auguſt. Philoſop.

Vdalric. ¶Insuper circa hæc scribit in Summa sua libro secundo Vdalricus: Amor est actus uoluntatis. Ideo sicut in Deo est amor, ita & uoluntas. estque voluntas Deo conueniens non ratione generis sui, quod est appetitus, sed ex propria ratione. quia ex propria ratione dicit id, quod est perfectionis in intellectuali natura. Cum enim omnis natura habeat proprium bonum, quod amat, atque desiderat desiderio competenti suæ naturæ, intellectualis natura cæteris omnibus imperfectior esset, si vel bonum aliquod suæ naturæ conueniens non haberet: vel illud amore intellectuali, qui amor est uoluntatis, non amaret. Item ex hoc patet, quòd Deus liberè, ac uoluntariè operatur, quia angelicam naturã instituit omnium rerum generibus prouidentem: per motus cælestes, & specialiter hominum directiuam. Deniq; cum Dei uoluntas non sit, quid distinctum ab eius essentia, constat, ꝙ ei non conuenit, quod secundum philosophum conuenit omni uoluntati creatæ, ut scilicet moueat mota ab appetibili, quoniam ipsa substantialiter est summum bonum, & certum ꝙ nihil moueat seipsum secundum idem &c. Dicitur tamen moueri à bonitate, & amore ad causandum res, quemadmodum sanctus Dionysius protestatur, quòd diuinus amor non reliquit Deum sine germine esse: quod verum est, inquantũ unumquodque istorum habet in Deo propriam rationem. sic enim bonitas uoluntatis sua beneuolentia mouet, & excitat ad communicandum alijs propriam bonitatem. Amor quoque, quo suam diligit bonitatem, mouet uoluntatem ad eiusdem bonitatis multiplicationem. similiter amor, quo diligit creaturas, in ipso ab æterno idealiter existentes, mouet uoluntatem ad earum productionem, & prouisionem. Hæc Vdalricus.

Philoſop. S. Dion. Dionyſi⁹.

¶Cuius verba partim aliter recitaui, q̃ ipse ponit. Nępè pro eo, quod dixi, sic enim bonitas volũtatis sua beneuolentia mouet, & excitat ad cõmunicandum

dum alijs propriam bonitatem, ipse sic scribit: Sic enim bonitas voluntatis, æquè non potest esse sine beneficentia, per quam communicat bonitatem suam omni modo, quo communicari potest. Aliter enim esset in eo inuidia, cum non diffunderet, & cõmunicaret bonum, quod posset sine sui detrimento multiplicari. Hæc verba Vdalrici non benè sonare uidentur, quia hæc dicit de communicatione bonitatis diuinæ ad extra, quæ libera fuit, & est. & potuit Deus esse sine ea, nec illa communicatione ad extra communicat Deus bonitatem suam omni modo, quo potest communicari, quia ut præcedenti patuit distinctione, Deus potuisset, & posset adhuc res facere meliores, quàm fecit, in accidentalibus saltem, atque innumerabiles species intellectualium substantiarum condere poterat, quas non cõdidit, nec creabit. Ipsumque uniuersum aliquo modo meliùs facere quiuit, quàm fecit. imò adhuc plura vniuersa facere posset, suamque bonitatem preclariùs, ac multipliciùs communicare, ac multiplicare in rebus, vt etiam ex verbis Alberti ostensum est. nec tamen inuidiæ potest ascribi, quod ita non facit, sicut nec inuidiæ fuit, quod res, ab æterno non produxit. imò si nihil creasset, non posset ascribi inuidiæ, cum ipse nulli sit debitor, nec naturali emanatione creator. imò sicut ex rationabilibus, motuis mundum creauit, sic ex rationabilibus motiuis poterat eum non creare: nec aliqua necessitate, sed liberrima voluntate, prout præcedenti distinctione est declaratum.

Bonauen. ¶Præterea Bonauentura: Voluntatem, inquit, in Deo esse ponendam, ostendunt quatuor rationes.

Voluntas Dei conuenit. Prima, quia uoluntas est illud penes quod inter creata residet summa potestas, atque in regno animæ omnibus præsidet, nec ei aliqua potest vis imperare. Hinc constat, quòd omnipotenti vniuersorum principio, cuius est cunctis præcipere, potissimè competat. Secunda, quia voluntas est, in qua consistit præcipua, & summa voluptas siue felicitas. Vnde beatus censetur, qui habet omne, quod vult. Nec aliquid delectatur, nisi habens uoluntatem, aut aliquid simile voluntati. In Deo autem est summa fœlicitas, atque iucunditas, ergo voluntas. Tertia uoluntas est, penes quam maximè residet iustitia, & æquitas, quia iustitia non aliud est, quàm rectitudo uoluntatis. Propter quod non habentia voluntatem, non sunt capacia æquitatis. Deus autem iustissimus est. Quarta voluntas est vis, penes quam præsertim attenditur liberalitas summa. Liberalitas namque oritur ex amore, qui actus est uoluntatis. In Deo autem est ponere summam liberalitatem, quia dat omnibus affluenter, neque improperat. ergo, & amorem, ac uoluntatem, imò proprijssimè conuenit Deo. In nobis, quidem est distincta à subsantia, & ab actu, per distantiam, quoque à fine. In Deo autem per omnimodam indifferentiam horum, videlicet substantiæ, virtutis, actus, ac finis. Idcirco in Deo est vna, & inuariabilis. Hæc Bonauentura.

Iaco. 1. Quæſtiuncula. ¶Insuper ad id, quod superiùs tactum est, scilicet an Deus sit omniuolens, sicut est omnipotens atque omniscens, ita respondet: Quæstio ista dupliciter potest intelligi, quia ly omni potest facere distributionem simpliciter, & vt nunc: si facit distributionem simpliciter, quantum ad actum, & habitum, sic vocatur omniuolens, quia vult omne volibile. si autem distribuit, vt nunc, tunc dicitur omniuolens, quia vult omne volitum, &

Deus non eſt ſimpliciter omniuolens. in vtroque sensu habet falsitatem, sed in scientia, ac potentia habet in vtroque sensu veritatem. Idcirco simpliciter conceditur, quòd sit simpliciter omnipotens, & omniscіens. simpliciter verò negatur, quòd sit omniuolens. Cuius ratio est, quia diuina voluntas importat causam actualem, potentia verò abstrahit rationem actualitatis, & ponit rationem causæ, scientia autem abstrahit à ratione vtriusque. cumque Deus non sit actualis causa omnium, quæ facere potest, ac velle, ideo sicut non facit omne volibile, ita nec vult omne volibile. & quia potentia abstrahit à ratione actualitatis, ideo dicitur non solum respectu faciendorum in actu, sed etiam possibilium fieri à Deo. & quia sciẽtia à ratione abstrahit vtriusque, ideo est non solum respectu faciendorum, sed etiam respectu possibilium, non tantum Deo, sed & alijs, vtpotè possibilium malorum. Hinc scientia Dei est omnium scibilium, & potentia eius est omnium possibilium, sed voluntas eius non omnium uolibilium. Vnde Deus non potest plura scire, aut posse, sed potest plura uelle. Similiter si accipiamus rem, vt nunc respectu rei præuisæ, & respectu rei factæ, ac volitæ, scientia est respectu omnis rei, in qua ratio scientiæ saluatur. Potentia quoque respectu omnis rei, in qua ratio saluatur potentiæ. sed voluntas non est respectu omnis rei, in qua ratio voluntatis saluatur. Scientia namque est respectu omnium futurorum, præsentium, ac præteritorum, tam bonorum, quàm malorum, quia in eis saluatur ratio, nobilitasque scientiæ, quoniam scire malum, est bonum, ac nobile. Similiter potentia est respectu omnium bonorum, in quibus duntaxat saluatur potentiæ ratio: quia posse mala, non est, posse: sicut posse deficere, non est posse. ideo Deus omnia bona solummodo potens, appellatur omnipotens. Porrò voluntas Dei est respectu bonorum tantum, non respectu malorum. sed quamuis in volendo malum, non saluetur dignitas voluntatis, saluatur tamen ratio volendi: quoniam velle malum est velle. Hinc Deus non vocatur omniuolens, quia non vult malum.

Quæſtio. ¶Præterea si quæratur, quare ratio potentię non saluatur respectu mali culpæ, sicut ratio voluntatis. Dicendum, quòd potentia hoc ipsum, quod dicit, dicit per modum habitus, & positionis, loquendo de actiua potentia. Hinc cum dicitur respectu priuationis, non est potentia sed defectus potentię. Voluntas verò hoc, quod dicit, designat per modũ cuiusdam indifferentiæ, & complacentię, & quia in malo saluatur ratio complacentiæ, & consensus, ideo velle malum, est velle.

Quæſtiuncula. ¶Ex his patet responsio, quæstionis qua quæritur, vtrum Dei voluntas, scientia, & potentia, sint æquales. Dicendum est enim, quòd non, quo ad obiectum, seu connotatum: sed benè, quo ad actũ interiorem, & item quantum ad effectum: quoniam nihil efficit Deus, nisi per sapientiam, potentiam, & voluntatem. ¶Si rursus obijcias, quia melior est voluntas, quæ se extendit ad plura bona, ergo cum uoluntas Dei sit optima, extendit se ad omnia, infinitaque bona. ergo Deus potest dici omniuolens.

Obiectio. Dilutio. ¶Dicendum, quòd maior illa est vera de volũtate, quę aliquid boni sortitur à volito, quod voluntati Dei non conuenit. Ideo non est melior volendo, tria bona, quàm vnum, & mille, quàm tria.

¶Potest etiã responderi, quòd uoluntas est actus

rationalis.ideo melior perhibetur, non quia ad plura simpliciter, sed quia ad plura rationabiliter: & quoniam ratio recta dictat creaturas fieri debere in numero certo, atque finito, quoniam numerus infinitus non conuenit rebus: hinc optima, perfectissimaque voluntas Dei voluit omnia
Sap. 11. fieri in numero, pondere, & mensura, iuxta censuram sapientiæ increatæ. Hæc Bonauentura in Scripto.

¶Amplius, in Breuiloquio suo compendiosè scribit de voluntate diuina: Diuina, inquiens, uoluntas sic recta est, ut nullo modo valeat obliquari: sic efficax, vt nullatenus possit impediri: sic simplex, & una, ut tamen multipliciter designetur. Est autem rectissima, cum sit idem, quod ueritas: & efficacissima, cum sit ipsa Dei virtus, & omnipotentia. Alia ibi contenta, infra tangentur.

Richard⁹. ¶Præinductis concordat Richardus, tamen sicut Bonauentura sequitur Alexandrum, negando, quod sicut Deus cognoscendo, & intelligendo se, cognoscit, & intelligit alia, & omnia uera: sic uolendo se, vult alia, & omnia bona. sic Richardus sequitur Thomam concedentem, & asserentem hoc ipsum. quod qualiter ualeat concordari, tactum est supra.

Aegidius. ¶Aegidius demum hic loquitur: Secundum Damascenum libro tertio, aliter dicitur liberum arDamascē. bitrium, seu uoluntas in Deo, in angelis, atque hominibus.

¶Ad voluntatem, namque potissimè pertinent delectatio, & libertas. Deo autem potissimè conuenit delectari, ac liberè agere, alijs per quandam
Philoso. participationem, & imitationem. Vt enim septimo Ethicorum ait Philosophus, delectatio in quadam immobilitate, & quietatione magis, quàm in
Voluntas conuenit Deo perfectus quã creaturis, motu consistit. cumque Deo primo, & per se, ac principalissimè conueniat esse immobilem, ei potissimè conueniat delectari. Propter, quod dicitur ibi, quòd Deus semper vna simplici delectatione gaudet.

Idem. ¶Duodecimo, quoque metaphysicæ dicitur, quòd intelligere Dei est ualde uoluptuosum.

¶Rursus Deo conuenit liberè agere. Libertas, namque sequitur cognitionem uniuersalem, & abstractam. Propter quod bruta, quæ non apprehendunt, nisi particulare obiectum, habere nequeunt actus sui dominium, nec liberè agere. Hinc quanto, quis per abstractionem, & vniuersaliorem intelligit speciem, tanto liberiùs operatur. Cumque omnis creatura sit aliquo modo particulata, & ad genus speciemque contracta, ideo nullum creatum per unicam intelligibilem formam uniuersa cognoscit. Vnde nec omnifariè, seu per omnem modum liberè agit. solus Verò Deus ad nullum genus entium limitatus, & per vnicam formam, id est, per suam essentiam cuncta intelligens, per omnem modum operatur liberrimè.

¶Amplius, sicut intellectus primò, & per se fertur in cognitionem principiorum, & quasi ex consequenti, tendit in cognitionem conclusionum. Propter quod cognitio principiorum nomen induit intellectiuæ potentiæ, & dicitur intellectus. Notitia verò conclusionum non appellatur intellectus, sed scientia, non quia conclusiones non intelliguntur, sed quia non intelliguntur primò, & per se.

¶Conformiter voluntas primò, & per se fertur in finem tanquam in principale obiectum. Secundariò verò in ea, quæ sunt ad finem, & ipse actus, quo fertur in finem, nomen induit uolitiuæ poteutiæ, & nuncupatur uoluntas. Actus verò, quo vult ea, quæ sunt ad finem, non uoluntas, sed electio uocatur. Hinc dicitur, quòd uoluntas est ipsius finis, electio autem eorum, quæ sunt ad finem, 3. Ethic. cap. 2.
sicut intellectus est principiorum, scientia conclusionum. Hæc Aegidius.

QVAESTIO II.

SEcundo principaliter quæritur. *An voluntas Dei sit effectiua, & proxima causa rerum.*

¶Videtur, quod non, quia(vt probant philosophi) Deus est agens per essentiam, ita quod per suam essentiam immediatè est operans, non ergo per uoluntatem. Arguitur contra ueritatem.

¶Secundò, potentia est immediatum, & proximum operationis principium. ergo potiùs causat res per potentiam, quàm essentiam. 2.

¶Tertiò præhabitum est, quòd scientia Dei causa est rerum. 3.

¶Quartò, quia scriptura ait: Omnis in sapientia fecisti. Et rursus: Ipse dixit, & facta sunt. Dicere autem actus est intellectus, ergo intelligendo creauit. Vnde, & philosophi protestantur, quòd Deus est intellectus uniuersaliter agens. 4. Psal. 103. Psalm. 32. & 148.

¶In contrarium sunt, quæ habentur in litera. In oppositum. Thomas.

¶Ad hæc Thomas respondet: Opus determinatum non egreditur nisi à determinato agente. Ideo, quod est in potentia, non agit, quia se habet indeterminatè ad multa. sed forma, quæ est actus potentiam determinans, principium dicitur actionis. idcirco in omnibus, quorum actiua potentia determinata est ad unum effectum, nihil requiritur ex parte agentis, ad agendum supra completam potentiam, dummodo non sit ex parte recipientis impedimentum ad hoc, quòd sequatur effectus, ut patet in cunctis agentibus ex necessitate naturæ. Potentia verò Dei cum sit infinita, non magis determinatur ad hoc, quàm ad illud, nec ex parte operis sui determinationem accepere potest, cum & materiam, seu receptiuum producat. Hinc supra rationem potentiæ oportet aliquid esse, per quod ad opus determinetur. & hoc est per scientiam, qua propriam rei agendæ rationem cognoscit. Sed, quia scientia se habet ad oppositа, quoniam est bonorum, atque malorum, idcirco oportet adhuc secundum rationem aliquid addere, in quo compleatur ratio causæ. & hoc est uoluntas, quia determinatè unum accipit ex duobus, quæ scit, vel potest. Hinc perfecta ratio causaliratis in his, quæ non agunt ex necessitate naturæ. primo in uoluntate consistit, Philosop.
sicut undecimo metaphysicæ dixit Philosophus: & hoc conuenit uoluntati, inquantum obiectum Voluntati diuinæ ascribitur rerum causalitas.
eius est finis, qui est causa causarum, & à quo sumitur determinatio operis. ideo uoluntati diuinæ ascribitur causalitas rerum. Nam & voluntas est principium operationis. Potentia verò vt exequens, atque in hoc consistit potentiæ ratio, ut sit proximum principium operis: & non primum. sicque voluntas Dei dicitur potiùs rerũ causa, quàm potentia.

¶Et si quęratur cũ uoluntas Dei sit causa contingẽs, utpotè se ad vtrumlibet habens, quomodo põt Quæstio.
esse

esse ab ea necessarius effectus? Dicendum quod voluntas Dei etiam habet immutabilitatem, ita quod immobiliter adhæret ei, qđ vult, quam immobilitatem imitantur ea, quæ necessaria sunt in rebus. Hęc Thomas in Scripto.

articul. 4. ¶Insuper in prima parte Summæ quæstione nonadecima, scribit Deum per voluntatem non ex necessitate naturæ agere. Primò, patet ex ordine causarum agentium. Cum enim natura nõ cognoscẽs
Philoso. finem, agat propter finem, vt in secundo dicitur Physicorum, oportet, vt ei finis prædeterminetur, & de medijs pertingendi ad finem prouideatur à causa superiori per intellectum, & voluntatẽ agente. Secundò, quia omnia præexistunt in Deo intellectualiter, & idealiter. idcirco sapientialiter, & liberè emanant ab ipso. Tertiò, quia natura determinatur ad vnum. Deus autem est esse incontractum, omnem in se perfectionem essendi simplicissimè comprehendens, non ergo instar naturæ limitatur ad vnũ, sed modo nobilissimo, vtpotè intellectualiter, sponte, ac liberè operatur. Veruntamen cum
S. Dion. sit causa summa, & vniuersalis omnibus influens, singulisque iuxta eorum capacitatem dona, ac lumina sua communicans, Sanctus Dionysius quarto de diuinis nominibus capitulo cõtestatur, quẽadmodum sol non ratiocinans neque prœeligens, ex sua plenitudine cunctis capacibus radios suos infundit: sic bonum diuinum per suam naturã omnibus radios suæ bonitatis immittit. Hæc in Summa, qui, & in Summa contra gentiles libro secundo de his plenius scribit.

Richard⁹. ¶Præterea Richardus hic loquitur: Deus est omnium bonorum causatorum causa prima suam sapientiam dirigentem, & per voluntatem imperantem, & per potentiam exequentem, secundum,
Hugo Victorinus. quod primo libro de sacramentis asserit Hugo: Cũ sint tria in Deo, sapientia, potentia, & voluntas, tanquam causæ primordiales à voluntate diuina proficiscuntur, per sapientiam diriguntur, per potentiam producuntur. Voluntas ẽtenim mouet, sapientia disponit, potentia explicat. Hæc sunt fundamenta omnium causarum æterna. attamen, quia scientia, atque potentia se habent indeterminatè ad multa, & voluntas determinat hoc, vel illud, hinc actualis productio creaturæ magis ascribitur voluntati.

Quæstio. ¶Deinde ad quæstionem hanc, an voluntas Dei sit immediata, & proxima causa rerum, respondet: Voluntas Dei est bonorum causatorum causa immediata, & quorundam est immediata causa tantum, puta eorum, quæ sunt à Deo, non mediante causa secunda. effectuum autem bonorum, quę sunt à causa secunda, Deus est causa mediata, inquantum causa illa secunda ab ipso est. Est quoque illorum causa immediata. Veruntamen qualiter hoc sit, diuersæ sunt opiniones. Nam aliqui dicũt quod sunt à causa secunda, vt eliciente, & etiam immediatè à Deo, vt à causa imperante, non eliciente, sine cuius imperio causa secunda non posset effectũ producere Alijs verò non videtur istud sufficere, quia voluntas per suum imperium nil extra se producit, nisi per potentiam aliquam exequentem. sicque causa secunda dummodo permaneret in esse, ita posset effectum suum producere sine primæ causæ imperio sicut cum illo. Ideo dicunt hi, quod idem effectus, qui secundum se totũ est, & elicitur à causa secunda, etiam elicitur secundum se totum à prima causa immediatè: tamẽ sub alia ratione, quia à Deo, cum sit generalissima causa, est ratione generalis intentionis, seu inquantum est ens: à causa verò secũda est sub ratione, qua est hoc signatum ens: & quoniam ens, & hoc ens, sunt idem in isto effectu, ideo effectus iste immediatè est à causa prima, & à causa secunda elicitiuè secũdum se totum. Verum, & ista opinio non complacet alijs. Nam quamuis consideratio intellectus distinguat inter ens, & hoc ens, tamen productiua, elicitiuaque exequens, non discernit inter ea, nec Deus posset creare ens nisi creando hoc ens, nec econtra. ideo dicunt, quod effectus talis tam à prima causa, quàm à causa secunda secundum se totum immediatè elicitur, tamen secundum alium, & alium modum: quia à causa prima secundum superiorem modum, & à causa secunda per modum inferiorem.

¶Cui positioni videtur concordare commentarium super primam propositionem libri de Causis dicens: Causa prima adiuuat causam secundam super operationem suam, quoniã omnem operationem, quam facit causa secunda, efficit etiam causa prima, veruntamen per modum sublimiorem.

¶Dicunt ergo quod quamuis sit impossibile, eũdem effectum secundum se totum immediate esse à prima causa, & à causa secunda vniuocè agentibus, non tamen loquendo de causis, quarum actiones non vniuocantur in aliquo, sicut sunt actio causæ primæ, & actio causæ secundæ. Hæc Richardus,

¶Porrò de hoc Thomas scribit in Summa con- Thomas.
tra gentiles tertio libro, vbi capitulo septuagesimo disputat contra eos, qui rebus naturalibus subtrahunt proprias operationes, seu actiones, dicentes quod res naturales materiales non exercent actiones, quæ fieri videntur ab eis, sed virtus substantię spiritalis penetrans ipsas res materiales, sicut Aui- Auicebrõ
cebron in libro fontis vitæ, conatur defendere.

¶Deinde sequente ibi capitulo docet, qualiter Idem effectus attribuitur Deo, & naturali agẽti.
idem effectus sit à Deo, & à naturali agente: Quibusdam, inquiens, difficilè videtur ad intelligendum, quod ijdem effectus naturales attribuantur Deo, ac naturali agenti. Nam eadem actio à duobus agentibus non videtur progredi posse. si ergo actio, per quam naturalis effectus producitur, procedit à causa, & corpore naturali, non procedit à Deo. ¶Iterum, superfluum est fieri per plura, quod sufficienter fit per vnum. Item si totum naturalem effectum Deus producit, nihil relinquitur naturali agenti ad producendum de ipso effectu.

¶Pro horum ergo solutione pensandum, quod in quolibet agente possunt duo considerari, videlicet ipsa res agens, & virtus, qua agit, sicut ignis calefacit per calorem. Virtus autem inferioris agentis dependet à virtute agentis superioris, inquantũ agens superiùs dat ipsam virtutem inferiori agẽti, vel conseruat, seu applicat eam ad agendum. Actio ergo inferioris agentis nõ solum ab eo est propria sua virtute, sed, & per virtutem omnium superiorum agentium, in quorũ agit virtute: & sicut agens infimum inuenitur immediatè actiuum, sic virtus primi agentis inuenitur immediata ad producendum effectum. Virtus quippe infimi agentis non habet ex se, quod producat effectum hunc, sed ex virtute superioris. sicque virtus supremi est ex se productiua effectus tanquam causa immediata, quèad modum in demonstrationũ principijs patet, quorum primum est immediatum. Sicut ergo non est inconueniens, q̃ vna actio producatur ex alio agẽte, & eius virtute, ita nõ est inconueniens, qđ idem

effectus producatur ab inferiori agente, & Deo, quamuis alio, & alio mō. nec in hoc superfluitas est quòd Deus causalitatem suam causis secundis cōmunicat. Hæc Thomas, & de hoc Albertus super primam propositionem libri de Causis scribit diffusè. Nam ex prima illa propositione patet veritas horum. Hæc etenim est, Omnis causa primaria plùs influit super suum causatum, quàm secundaria causa, &cæt.

Albertus. ¶Concordat, & hic, quod his scribit Albertus:

Ioan. 5. Sine præiudicio, inquiens, dico cum Domino Saluatore in Euangelio: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Idcirco quæcunque faciunt natura, & voluntas, magis facit Deus in natura, & voluntate, & ipse operatur, vt causa immediata, & vniuersalis. & hoc est mirum quod vna causa simul est immediata vnicuique, & tamen vniuersalis est omnibus. & si quid operantur causæ aliæ, hoc accipiunt à voluntate Dei operante, continente, moueneteque eas, non tamen mouent secundum proprietates diuinas, quoniam illas attingere nequeūt: sed secundum proprietates, formas, qualitatesque proprias, & illas inquirere Philosophis licuit. Augustinus verò illos redarguit, qui voluntatem Dei

Augusti. à naturæ operibus excluserunt, dicentes Deum nō posse mouere nisi mobile primum, quodcunque sit illud: alia verò moueri diuersimodè secundum distantiam ab illo. & tales abierunt post vanitatem,

Rom. 1. & obscuratum est insipiens cor eorum, quemad-

Ciceronis stultitia. modum Tullius, qui negauit prouidentiam, & præscientiam Dei, vt stabiliat casum, atque fortunam, & regat rempublicam. Commentator quoque super Physicam, & Metaphysicam, negans Deum immediatè operari in quolibet, vt stabiliat vnicuique propriam actionem secundum suam naturam. Hęc Albertus.

Vdalric⁹. ¶Hinc in Summa suo libro 2. scribit Vdalricus: Causa omnium est voluntas diuina. Veruntamen peripatetici dicunt, Deum per essentiam suam agere, & causare, ita, quòd essentialis actus eius, est eius operatio, sicut lucis lucere. Vtrūque est verum. si enim loquamur de Deo secundum realem eius simplicitatem, oportet fateri, quòd causet per suam essentiam, quia per nihil superadditum ei: & quāuis voluntas Dei sit sua essentia, tamen hoc modo potiùs dicitur per essentiam operari, vt insinuetur modus suæ operationis, qui non est per potentiam mediam inter essentiam, & operationem. imò, nec operatio Dei est media inter essentiam, & effectū. si autem loquamur secundum rationem proprietatis vniuscuiusque perfectionis diuinæ, sic differunt in Deo operatio generationis, & causalitas operationis: quoniam illa est naturæ, hæc artis: cuius principium non est natura artificis, sed ars, atque voluntas eius, operans per libertatem, & ordinem rationis. sicq; magis propriè causa rerum vocatur voluntas, quàm essentia Dei. Et quamuis ad artificiosam operationem tria concurrant, vt causa, videlicet scientia, potentia, & voluntas. Specialiter tamē ascribitur voluntati productio rerum: quia etsi scientia moueat voluntatem per apprehensionem finis, voluntas tamen est principale, quod impetum facit ad opus, & potentiam operatiuā mouet ad hoc, quemadmodum etiam intellectus diuinus non est alicuius, vt obiecti proprij nisi suijpsius, ita diuina voluntas, &c. vt supra. Hæc Vdalricus.

Durandi quæstio. ¶Circa hæc quærit Durandus, Vtrum Deus immediatiùs agat per voluntatem, quàm per intellectum. Quocirca refert quorundam opinionem, dicentium, ꝙ per intellectum immediatiùs attingat effectum: quoniam agit per ideam, quæ est exemplar effectus, & immediatè imprimit ei formam ad sui imitationem, quemadmodū sigillum imprimit formam ceræ. Idea quoque est factiuum principiū, ergo citiùs prioritate naturæ, ac rationis imprimit similitudinem sui facturæ; quàm voluntas quasi applicans eam. Deinde reprobat ista, & dicit, quòd exemplar, vt exemplar, non est factiuum, & causale principium. propterea tenet, quòd voluntas immediatiùs operatur, atque attingit effectum. Et verum reor, quòd voluntas quantum ad executionem, immediatiùs agat, & prosequatur agentis propositū. attamen reprobatio illa non valet, quia, vt patuit supra, vbi tractatum est de ideis, Idea secūdum Augustinum libro octogintatrium quæstionum, est principium factiuum, nō factum causale, & formatiuum, productiuumque ideati. Vnde, & Deus, inquantum operatur per idealem entium rationem, est causa omnium exemplaris. Alia multa reprobationi patentia circa hæc Durandus ponit, quæ breuitati studens pertranseo. Veruntamē Augustinus, & alij sancti interdum insinuare videntur, quod Deus sit rerum immediata causa per intellectum, atque scientiam, quod, & Philosophi dicunt. & verū est quantum ad hoc, quod scientia, & voluntas in ipso sunt idem. imò secundū hoc dici potest, quòd sit immediata rerum causa per suam essentiam, & item per suam bonitatem, per amorem, per liberalitatem. quæ omnia in Deo realiter idem sunt, vel appropriatè loquendo per intellectum, & scientiam est causa exemplaris immediatè per voluntatem efficiens.

Dionys. Augusti. Dio. Car.

Quæstio. ¶Posset quoque hic quæri, vtrum Deus immediatiùs agat per potentiam, quàm per voluntatem.

¶Videtur, quòd sic, quia potentia immediatè est exequens, voluntas imperans.

Bonauen. ¶Videtur etiam, quòd non, quia, vt patuit, volūtas ipsam potētiam de se indeterminatam ad hoc, vel illud, determinat ad quid certum agēdum. Ad istud potest hàberi responsio ex præinductis Thomæ responsis. ¶Postremò Bonauētura circa ista diffuse ruit: Quamuis diuina essentia sit quid simplicissimum vnum, tamen est pelagus substantiæ infinitū. Hinc omnia perfectionalia, quæ in nobis sunt per diuersitatem, in Deo nobiliori modo sunt per omnimodam identitatem, nihilominus ſm omnimodam perfectionem, & veritatem. Vnde sicut in nobis est sapientia, potētia, & bonitas verè ens, & causa rerum, quæ à nobis sunt, sic, & in Deo sunt, & vnum in eo sunt; & quāuis in eo sint vnum, tamē qm intellectus noster non pōt infinitatem illius substantiæ comprehendere, nec noīe vno exprimere: ideo multis modis intelligimus, nominibusq; diuersis exprimimus eam, & prout per illos modos intelligimus, diuersa de Deo enunciamus, ita ꝙ Deo aliquid attribuimus ſm vnum modum, quod non ſm aliū, & verè quidem, qm omnia perfectionalia habent in Deo existentiam veram. Idcirco cum alio modo intelligamus Deum, cū dicimus eum bonū, & cum dicimus eum æternum, concedimus, qd se diffundit, qm bonus est, non qa æternus. Diffusio etenim sui, est proprietas bonitatis, non durationis. Cumq; verè intelligamus in Deo esse voluntatem, atq; proprietas volūtatis sit producere ea, q exeūt, & causantur ꝑ modum liberalitatis, ideo dicimus Deum inquantum voluntas est, esse causam rerū. Deniq; ratio quare volūtati attribuitur causalitas, hęc est, qa ratio causandi est bonitas tā in ratione effectiui

effectiui principij, quàm finalis. Bonum namq; dicitur sui diffusiuum, & bonum est propter qd sunt omnia. Effectiuum autem non fit efficiēs in effectu, nisi propter finem. Id ergo quod dicit coniunctionem principij effectiui cum fine, est causandi ratio in effectu. Propter quod capitulo quarto de diuinis nominibus S. Dionysius ait, bonitatem tāquam continentiam, & principium, & vt finem omnia appetunt: vt principium à quo, vt continentiam qua saluantur, seu conseruantur, & vt finem in quem tē dunt. Hæc Bonauētura de hoc, quod in Deo sit volūtas, & quod ipsa sit causa rerum.

S. Dion.

Voluntas Dei ē immediata rerum cā.

¶Insuper quod voluntas Dei sit immediata rerū causa, ita declarat: Cū in creaturis sit reperire causam vniuersalem, & particularem, causa vniuersalis vno modo plùs influit in effectum, & alio modo minùs. Quantum enim ad intimitatem, causa vniuersalis, qua agens prior est, plùs influit: sed quantum ad actualitatem, & quantum ad ea, quæ sunt propria rei, influit minus, quoniam causa vniuersalis causata, non habet omnimodam actualitatē neque perfectam potentiam. idcirco non potest pertingere ad formam specialem, nisi per accidens, vt per formam particularis agentis, quæ non est ab ipsa. Diuina autem voluntas est prima vniuersalissima, & actualissima causa. Ideo potest in totum effectum, & in totam rei substantiam etiam sine adminiculo alterius causæ, nec aliqua causa potest aliquid quantumlibet modicum sine ea. Hinc necesse est, quod ipsa sit immediata causa in omni actione, & re. Vnde Augustinus tertio de Trinitate: Diuina, inquit, voluntas est prima, & summa omniū causa specierum, ac motionum. Res quoque non cognoscitur nobilissimè, atque certissimè, nisi per immediatam, & proximam causam. sed videns Deum clarè, cuncta in eo, perfectè cognoscit. Hæc Bonauentura.

Augusti.

QVAESTIO III.

Obiect. 1. TErtiò principaliter quæritur. *De diuisione voluntatis diuinæ & de signis ipsius.* ¶Videtur qđ voluntas Dei non distinguatur, quoniā vna, & simplicissima est, non plures.

Obiect. 2. ¶Item voluntas conuenit Deo absolutè, non ergo per creata diuiditur. nec uidetur ratio, cur uoluntas potiùs, quàm scientia, aut potētia distingua tur per signa.

In oppo si tum. ¶In contrarium sunt, quę in litera continentur, nec ea, quæ in scripturis dicuntur, queunt saluari nisi distinguendo uoluntatem in Deo multiplicem.

Bonauen. ¶Ad hæc Bonauentura respondet: Ratio, & authoritas compellit nos distinguere uoluntatē Dei in uoluntatem beneplaciti, & in uoluntatem signi.

1. Thes. 4. Quod enim ait Apostolus, Hæc est uolū tas Dei sanctificatio uestra, nō est per essentiam dictum, ergo per causam, aut significationem, non autem per causam, ergo per significationem. Ratio quoq; pandit, quia communi usu loquendi, præceptum nostrum consueuimus uoluntatem uocare.

¶Itaque sicut intellectus noster dicitur uis intellectiua, & ipsum intellectum, ideſt, res intellecta: ita uoluntas appellatur uis uolendi, ac uolitum. & quia uoluntas Dei innotescit nobis per uolitū tanquam per uisibile quoddam, & signum est, quod in aliud facit uenire, dum offert se sensui, hinc uolūtatem Dei diuidimus in uoluntatem beneplaciti, & in uoluntatem signi.

¶Præterea si quæratur, an sint signa naturalia, uel uoluntaria, respondendum, quod signum est ens, & est signum. Signum ergo potest dici naturale, inquantum ens, & inquantum signum. sicque signa ista uoluntatis diuinæ, inquantum entia, uoluntaria sunt: quia à uoluntate fluxerunt. naturalia uero sunt, inquantum signa: quia naturaliter significant, sicut effectus naturaliter suam significat causam.

Quæstio. Quinque sunt signa uoluntatis diuinę.

Porrò numerus, & sufficientia signorum solet, sic assignari: Diuina uoluntas propriè loquendo, est præsentium, aut futurorum. Præteritorum autē non est aliter, quàm præsentium. si est respectu præsentis, aut illud est bonum, & sic est impletio: aut malum, & sic est permissio. Si respectu futuri, hoc est tripliciter. Aut enim est malum, & sic est prohibitio: aut bonum necessarium ad salutem, & ita est præceptio: aut bonum supererogationis, & sic est consilium. Bonum autem supererogationis nō habet malum oppositum. ideo nec consilium habet malum oppositum. ideo nec consilium habet signū oppositum.

¶Alio modo sic distinguuntur: Voluntas diuina, aut uult aliquid simpliciter, aut conditionaliter, seu quantum in se est. & utroque modo contingit eam significari. Voluntas itaque absoluta, potest ad aliquid comparari dupliciter, scilicet per modum complacentiæ, & per modum displicentiæ. Si per modum displicentiæ, illud nullo modo fit. ideo contingit eam signo aliquo designari. si autem per modum complacentiæ, aut hoc est, quia placet, id quod fit, & sic est impletio: aut quia aliquid placet ex illo, & sic est permissio.

Voluntas Dei bene placiti est multiplex

¶Potest rursus significari diuina uoluntas, aut, ut antecedens, seu conditionalis, & hoc dupliciter; quia, aut per modum complacentiæ, ita quòd oppositum displicet, & sic est præceptio, aut per modum displicentiæ, & sic est prohibitio: aut per modum complacentię, ita quòd oppositum non displicet, & sic est consilium.

Per modum uero displicentiæ, ita quòd oppositum non placeat, non est possibile reperiri. Sicque patent numerus, & sufficientia horum signorum. Itaque quamuis uoluntas beneplaciti non sit quo ad suam substantiam multiplex, tamen quo ad connotata multiplex perhibetur. Voluntas etenim absoluta connotat effectum, uoluntas uerò conditionata connotat naturalem ordinationem rei ad euentum, ut omnium ad salutem. Hæc Bonauentura.

Thomas. ¶Præterea Thomas hic scribit: Quædam dicuntur de Deo propriè, & quædam metaphoricè. & quæ propriè de ipso dicuntur, uerè in eo sunt, quæ autem metaphoricè dicūtur, dicuntur de ipso per similitudinem proportionabilitatis ad quendam effectum, quemadmodum in libro Deuteronomij

Deute. 4. dicitur ignis, eo quòd sicut ignis se habet ad consumptionem contrarij, sic Deus ad consumendum nequitiam: sic quoque punitio Dei dicitur ira eius. & quia effectus est signum causæ, hinc ea secundū, quæ attenditur similitudo, uel iræ siue alteriùs, signa uocantur. Propter quod punitio dicitur signū iræ. Iuxta hoc dico, quòd Deus dicitur aliquid uelle dupliciter. Primò propriè, sicque dicitur uelle id, cuius uoluntas nerè in eo est, & complacet sibi. & hæc est uoluntas beneplaciti. Dicitur quoque Deus aliquid uelle metaphoricè, quia ad modū uolentis se habet, inquantum præcipit, aut cōsuluit aliquid, aut aliqd huiusmodi facit. Vnde ea in quibus

attenditur similitudo ipsius Dei ad uolentem, voluntates eius metaphoricè nominantur, & quoniã talia sunt effectus, dicuntur signa.

¶Denique ratio diuersitatis istorum signorum est. Asignantur namque hæc signa voluntati diuinæ secundum, quod respicit res humanas, quibus modo prouidet speciali. Potest ergo signum voluntatis accipi, aut secundum ordinationem hominũ in finem æternę salutis, aut secundum exequutionę ordinis. Ad finem autem consequendum, prouisoris est duo largiri, videlicet ea, quibus res promoueatur ad finem, & ea quibus ab impedientibus liberetur. Quemadmodum autem res naturales tendunt in fines suos naturales per virtutes naturales eis ex prouidentia diuina collatas, ita & humana voluntas per consilia, & præcepta ordinatur in finem. & prohibitionibus retrahitur à peccatis, quæ consecutionem impediũt beatifici finis, sicut & animalibus diuina prouidentia contulit cornua, ungues, & consimilia, quibus se iuuent contra impugnantia. si verò pertineat ad ordinis executionem, hoc quoque potest esse dupliciter. Primò, secundũ quod homo tendit in id, ad quod ordinatus est bona agendo. & respectu huius est signum, quod uocatur operatio, quoniam Deus in nobis omnia nostra bona operatur. Secundò, exeundo, ac deuiando ab ordine illo peccando: & respectu huius est permissio. Hæc Thomas in Scripto. Isaiæ. 26.

Aldxãder Rom. 14. ¶De his scribit plenissimè Alexander: Super illud, inquiens, ad Rom. vt probetis potiora, asserit Glossa: Voluntas Dei dicitur vel ipsa, qua vult, quę in Deo est, siue id, quod vult. Voluntas, qua vult, quæ, & semper impletur, est voluntas beneplaciti, quæ secundum Augustinum est voluntas quieta. Voluntas, quod vult, est voluntas signi, quæ impropriè appellatur voluntas, iuxta modum, quo signa dilectionis, & iræ, dicuntur dilectio, atque ira, vt in suis sententijs ait Hugo. Voluntatis verò beneplaciti quinque sunt signa, quæ dicuntur signa propter cognitella, quę indicant aliquid esse volitum voluntate beneplaciti, in quo volito tanquam in effectu voluntatis æternæ, quæ causa illius est, indicatur ipsa voluntas æterna. sicq; ista sunt signa voluntatis illius per medium, puta per volitum. Voluntas demum beneplaciti non est multiplex in se, quamuis possit dici multiplex in effectu, quemadmodum in libro Sapientiæ fertur de spiritusancto; Spiritus vnicus multiplex. Numerus verò signorum illorum secundum quosdam sic sumitur: Nam diuina voluntas, aut respicit actum dum fit, aut dum faciendus est. Si dum fit, aut ergo actus ille est bonus, aut malus. Si bonus, sic operatio eius est signum voluntatis diuinæ; si malus, sic eius permissio signum est voluntatis diuinæ. Si autem dum est faciendus, aut ergo bonus, aut malus. si malus, sic prohibitio signum est diuinæ voluntatis. si bonus, aut ergo est necessarius ad salutem, sicque præceptio diuinæ voluntatis est signum: aut non est necessarius, sed tamen conferens ad salutem, & ita consilium diuinæ signum est voluntatis. Vel vt aliqui correxerunt, si est actus faciendi, aut ergo est absolutè faciendus, & sic est iussio: aut absolutè vitandus, & ita est prohibitio; aut est in comparatione, seu comparatiuè faciendus siue vitandus, & sic est consilium: quia consilium non solum est respectu melioris boni agendi, sed & minoris mali declinandi, sicut respectu culpæ venialis. sicque accipitur consilium in scripturis. Hugo Victorinus.

¶Aliter dicendum, & meliùs secundum Hugonẽ in suis sententijs, quod signum voluntatis diuinæ, aut sumitur generaliter, aut specialiter. si generaliter, sic signa sunt operatio, atque permissio: sed operatio bonorum, permissio autem malorum, si specialiter, videlicet respectu rationalis creaturæ, sic sunt præceptum, & prohibitio. Præceptio bonorum, & prohibitio malorum. consilium verò non ponitur inter signa ab Hugone, sed additur à magistro Petro, tanquam mediũ inter præceptionem, & prohibitionem.

¶Insuper signa hęc accipi queunt actiuè, & ita sunt ipsemet Deus prohibens, præcipiens, consulens, &c. & connotant in creatura aliquid, vel positiuum, sicut operatio effectum, præceptio iussum: vel priuatiuum, sicut permissio non coercitionem, prohibitio fugam, aut non sectationem. item accipi possunt passiuè. sic præceptio est res præcepta, prohibitio res prohibita, permissio res permissa: & ita non significant diuinam essentiam, sed signum diuinæ voluntatis, vel in ipso actu, vt in operatione, præceptione, consilio; vel in opposito actus, sicut in prohibitione: vel in eo, quod elicitur, vt in permissione. Hæc Alexander. Richardi Quæstio.

¶Circa hęc quærit Richardus, Vtrum quodlibet signorum istorum conformetur volũtati beneplaciti. Videtur, quod sic, quia aliud prætendere signo, aut voce, quàm habetur in voluntate, est contra veritatem. Gene. 22.

¶In oppositum arguitur, quia Deus præcepit Abraæ proprium filium immolare, & tamen non voluit hoc. Iezechiæ quoque prædixit per Isaiam, quod moreretur, & tamen conualuit. sed & Christus in Euangelio iussit cęco illuminato ne publicaret. & tamen voluit hoc. 4. Reg. 19. Isaię. 38. Marc. 8.

¶Dicẽdum, quòd quodlibet signorum istorum conformatur voluntati beneplaciti Dei, secundum sensum, qui in signis illis accipitur siue intenditur à Deo significante, quamuis non semper conformentur voluntati beneplaciti secundum sensum, qui in eis ab homine intelligitur, cui illa signa præsentantur, atque per comparationem ad eos, intelligendum est verbum Magistri. Itaque in præcepto quo iussit Deus Abraæ filium suum offerre, non intendebat Deus significare se velle hoc fieri, sed intendebat significare se velle, quod Abraam haberet promptam voluntatem obediendi. sic quoque intendebat se significare, quod Iezechias de infirmitate illa moriturus fuit secundum exigentiam causarum inferiorum, & ita fuit. Gene. 22. Isaiæ. 38.

¶Conformiter Christus præcipiens cæco, Vide nemini dixeris, intendebat se velle dare exemplum fugiendi laudem humanam. Propter, quod ait Glosa ibidem: Dat exemplum, vt sui in magnis, quæ faciunt, latere velint: & vt alijs prosint, prodantur inuiti. Hæc Richardus. Marc. 8.

QVAESTIO IIII.

AMplius quæritur, *An sit assignare aliquam causam, aut rationem voluntatis diuinæ.* Videtur, q̃ sic, quia in libro octogintatrium quæstionum loquitur Au. Quis audeat dicere Deum irrationabiliter oĩa cõdidisse? ¶Ad hoc Thomas rñdet in prima parte Sũmæ nonadecima quæstione: Cum volũtas sequitur intellectum, eodẽ mõ cõtingit esse causam alicuius volẽtis, vt velit, & alicuius intelligẽtis, vt intelligat. ¶Porro in intellectu seorsum intelligente principia, & cõclusiones, cognitio principij est causa notitię cõclusionis, non aũt in intellectu vtrunq; apprehen- Augustin. Thomas. articul.

apprehendente vno intuitu. Ita in volente, qui vno actu vult finem, & media, velle finem non est causa volendi media: quoniam idem non est causa suipsius sed in eo, qui vno actu, vult finem, & alio actu media, volitio finis est causa volendi media ipsa ad finem. Deus autem sicut vno actu cuncta intelligit, ita & vno actu omnia vult. Hinc sicut in Deo intelligere causam non est causa intelligendi effectus, ita velle finem, non est ei causa volendi media finis. Vult tamen media ipsa ordinari in finem. Vult ergo hoc esse propter hoc, sed non propter hoc vult. Sicque voluntas Dei rationabilis est, inquantum vult vnum esse propter aliud. Hæc Thomas in Summa.

Bonauen. ¶Hinc Bonauentura in quæstionibus circa literam: Voluntas, inquit, nostra cum excitetur à volito, causam habet, & rationem, tam quo ad se, quàm quantum ad volitum, præsertim dum vult aliquid, quod est propter finẽ. sed voluntas Dei cuius actus est ipse, cum non excitẽtur ratione alia à se, causam quantum ad se nequit habere, sed quantum ad volitum, ita quòd volitum interdum habet aliam causam, quàm solam Dei voluntatem, aliquando solã Dei voluntatem: sicut in mundi creatione voluntas diuina habet rationem, non causam: quoniam non est irrationabilis, nec habet rationem quasi, quid aliud à se, sed vt idem in re. Hinc voluntas Dei irrationabilis esse non valet. Vnde in his, quæ totaliter, & immediatè sunt à voluntate diuina, sufficit scireipsam, nec aliam oportet quęrere causam. Hæc Bonauentura.

Richard. ¶Concordat Richardus, dicendo: Effectuum, qui egrediuntur à Deo mediante causa secunda, potest reddi ratio ipsa causa secunda, sed tandem

Philosop. resoluendo vsque ad primam causam, oportebit stare in Dei voluntate. quod videtur sensisse Philosophus primo meteororum, quo ait: Aqua est existens ex aere, & aer ex aqua, per hoc, quod vtraque ita disposuit Deus gloriosus, & sublimis. Effectuum etiam aliquorum, qui egrediuntur à Deo non mediante causa secunda, potest reddi ratio congruitatis. & tandem resoluendo oportebit

Quæstio. stare in Dei simplici voluntate sine alia congruitate: vt si quæratur quare voluit Deus mundum creare, dici potest, quia voluit. ibique standum est, quoniam etsi nunquam creasset, creaturusve esset mundum, in nullo derogaretur perfectioni ipsius, Hæc Richardus.

¶Veruntamen ratio assignatur, cur Deus mundum creauit, vt scilicet sua bonitas in creatis reluceret, & ipse suam bonitatem, ac beatitudinem alijs communicaret, & item vt ipse à creaturis intellectualibus æternaliter laudaretur: quas rationes

Augustin. Plato. non solum Augustinus, sed Plato etiam diu ante Augustinum assignauit, atque expressit. Verum si quis vlteriùs harum rationum rationem, aut causam inquireret, standum esset in prima causa, dicendo: quoniam Deo sic placuit, & quia ipse sic voluit, & suæ sapientia sic censuit, & quoniam naturaliter bonus est.

Vdalric. Damasce. ¶Præterea aduertendum, quod circa distinctionem prædictorum quinque signorum voluntatis diuinę, quidam aliam habent considerationem. Vnde Vdalricus in Summa sua, secundo disseruit libro: Voluntas beneplaciti Dei secundum Damascenum libro primo, est duplex, videlicet antecedens, & consequens. voluntas verò signi diuiditur in quinque species, quæ tanguntur hoc versu.

¶Præcipit, ac prohibet, permittit, consulit, implet. Nam quædam sunt signa voluntatis antecedentis, quædam consequentis, secundum quod quædam eorum sunt effectus voluntatis antecedentis: quædam autem effectus sunt voluntatis consequentis. Effectus voluntatis antecedentis est directio naturæ intellectualis in suum ultimum finem secundum modum, & institutionem legis diuinæ, quæ intellectum illuminat de agendis, & affectum retrahit à peccatis per pœnas, seu comminationes, allicitque ad desiderium boni per promissiones præmiorum, & iuuat ad desiderati consecutionem per gratiam. sicque secundum tria ista ad legem diuinam spectantia, tres sunt uoluntates, id est, tria signa, uidelicet prohibitio non solum per uerba, sed etiam per tormenta: & præceptum legislatoris, qui non imponit iuportabile onus, sed ipsum alleuiat auxilio gratiæ, charitate, & spe præmiorum, & hoc, quo ad necessaria ad salutem. Et consilium, quo nos intendit ad potiora erigere, & hæc signa significant Deum uelle uoluntate antecedente. Idcirco non semper implentur. Porro signum uoluntatis consequentis, quæ semper est efficax, est operatio. Dupliciter autem dicitur aliquis operari, uidelicet per se, uel ut remouens prohibens. sic Deus operatur bona in nobis per se, & ita est quartum signum, quod operatio nuncupatur. Mala uero non operatur directè in nobis, sed ut causa per accidens: quoniam uoluntati renitenti subtrahit obstaculum prouidentiæ suæ, ne contra naturam liberum cogat arbitrium, sed pro libito suo moueatur in malum, iuxta illud Apostoli: Quem vult indurat, vnde signum istud non designat Deum uelle, hunc prauum effectum, sed aliquid boni circa ipsum, quoniam ex malo elicit bonum. propterea arbitratur melius esse illi subtrahere gratiam, quàm non. Hæc Vdalricus. Roma. 9.

¶Insuper Albertus hic sciscitatur, Vtrum uoluntas Dei sit causa rerum necessaria, uel contingens. Videtur, quòd non necessaria, quia sic potuisset non facere. nec contingens, quoniam omne contingens est mutabile. atque ut ait philosophus, potest esse, & non esse. quæstio. Philosop.

Ad hoc respondet Albertus, quòd diuina uoluntas non est cõtingens, sed est contingẽtis, ac necessarij causa. estq; causa necessaria, loquendo de necessitate immutabilitatis, quæ libertati non derogat, non de necessitate coactionis, aut obligationis. Hæc Albertus. Richard.

¶Verum ad hoc aliter respõdet Richardus: Quidam, inquiens, dicunt quòd quorũdam effectuum uoluntas Dei non est causa necessaria, quoniam uoluit, quòd contingenter euenirent. ideò præparauit eis causas contingenter operantes. sed respectu omniam effectuum ab ipsa immediatè procedentium, est necessaria causa non necessitate coactionis, sed immutabilitatis. Verum ista responsio uidetur directè esse contra articulum condemnatum. siquidem reuerendus dominus Stephanus epi scopus Parrhisiensis excommunicauit istum articulum, quòd necesse est Deum facere quicquid immediatè fit ab eo, & dicit, quòd sit error, siue intelligatur de necessitate coactionis, siue de necessitate immutabilitatis: quia ponit impossibilitatem aliter faciendi. Hinc mihi uidetur dicendum, quòd uoluntas Dei non est rerum necessaria causa, quoniam, quamuis diuinum uelle secundum id quod est, sit necessariũ: tamẽ ordinatio productionis re- Articulus codẽnat⁹.

rum ad ipsum velle Dei, contingens est. creaturę nā que nō habent essentialem ordinationē ad Dei bonitatem. ideo non oportet, ꝙ uolendo se velit, & alia. Vnde secundo libro. Cur Deus hō, ait Anselmus: Si Deus proponit se aliqd immutabiliter factu rum, q̄uis, quod proponit, non possit, non esse futu rum, non tamen est in Deo vlla faciendi necessitas, aut non faciendi impossibilitas. Hæc Richardus.

Anselm⁹.

¶Hæc autem concordari posse videntur ex his, quę Thomas respōdet in prima parte Summę, quę stione decimona ad quæstionem, qua quærit, vtrum Deus de necessitate velit, quicquid vult. vbi distinguit, quemadmodum aliquid dicatur necessarium dupliciter, puta simpliciter, vt hominē esse animal: & ex suppositione, ut Socratem sedere dum sedet, ita quòd simul vtrūq; esse non valeat, vtpotè, quod simul sedeat, & non sedeat. Nam & ipse Albertus fatetur, ꝙ Deus volendo se, non de necessitate vult alia à se, absolutè simpliciterq; loquendo, tamen ex suppositione: videlicet dato, quod ea velit, & quod mundum creare disposuit. Videtur itaque secundū mentem Alberti, Thomæ, Vdalrici, Petri, Aegidij, & aliorum multorum dicendum, quod de necessitate velit, & creauit ea, loquendo de necessitate immutabilitatis ex suppositione. nec hoc videtur contra mentem domini Stephani, quia damnauit errorem dicentium, quod absoluta necessitate immutabilitatis creauerit Deus res ipsas.

Thomas artic. 3. Quæstio.

Bonauen.

¶Postremò, prout circa literam scribit Bonauentura, cum dicitur, Deus volendo suam bonitatem, vult alia: verbum hoc Vult, potest dicere causalitatem, & sic non est vera: vel complacentiam, & ita verificatur, quoniā bonitas sua est ratio, quòd alia placent ei inquantum bona, & prout ab ipso, atque ad ipsum finaliter ordinantur. per quod potest concordari, quod tactum est supra de hoc, an Deus volendo se vult omnia, sicut sciendo se scit omnia. Circa, quod præallegati doctores dissentire videntur. Hoc quoque, quod Magister ex Augustino allegat, placuit vanitati philosophorum ista creata attribuere alijs causis, secundum Antisiodorensem & alios intelligendum est de philosophis, qui effectus istos inferiores attribuerunt causis secundis, vel solum, vel principaliter. Non autem redarguit Augustinus, quod inquirantur causæ secundæ simul cum causa prima.

Augusti.

Antisiod.

A *Illi sententia qua dictum est, Dei voluntatem non posse cassari, quæ ipse est, quædam videntur obuiare.*

Distinctio XLVI.

HIc oritur quæstio. Dictum est enim in superioribus, & auctoritatibus cōmunitum, quòd uoluntas Dei, quæ ipse est, uocaturque beneplacitum eius, cassari non potest: quia illa uoluntate fecit quæcunq; uoluit in cœlo, & in terra, cui (teste Apostolo) nihil resistit. Quæritur ergo quomodo accipiendū sit, quod Apostolus de Domino ait, Qui uult omnes homines saluos fieri. Cum enim non omnes salui fiant, sed plures damnentur: uidetur utique non fieri, quod Deus uult fieri, humana scilicet uoluntate impediente uoluntatem Dei. Dominus quoque in Euangelio impiam ciuitatem compellans: Quoties, inquit, uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Ita etiam hæc dicuntur quam Dei uoluntas superata sit hominum uoluntate, & infirmissimis nolendo impedientibus, non potuerit facere potentissimus, quod uolebat. Vbi est ergo illa omnipotentia, qua in cœlo, & in terra (secundum Prophetam) Omnia quæcunque uoluit fecit? & quomodo uoluntati eius (secundum Apostolum) nihil resistit, si colligere filios Ierusalem uoluit, & non fecit? Hæc enim prædictis plurimum obuiare uidentur.

Psal.113.b Roma.9.d Aug. i Enchi.c.97. 1.Tim.2.b Matt.23.b Psal.113.b Roma.9.b

B *Solutio, quomodo intelligendum sit illud, Volui congregare filios tuos, & noluisti.*

Sed audiamus solutionem, ac primum quomodo accipiendum sit illud, quod Dominus ait, uideamus. Non enim ex eo sensu illud dictum est, ut ait Augustinus in Enchiridio prædictam quæstionem soluens, quasi Dominus uoluerit congregare filios Ierusalē, & non sit factum, quod uoluit, quia ipsa noluerit: sed potiùs ipsa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, qua tamen nolente, filios eius collegit ipse omnes quos uoluit: quia in cœlo, & in terra non quædam uoluit, & fecit, quædam uerò uoluit, & non fecit, sed omnia quæcunque uoluit fecit: ut sit sensus, Quoties uolui cōgregare filios tuos, & noluisti, ideſt, quotquot congregaui mea noluntate semper efficaci, te nolente feci. Ecce in euidenti positum est, quòd illa Domini uerba superioribus non repugnant.

Aug. i Enchi. c.97.

C *Quomodo intelligendum sit illud, Qui vult omnes homines saluos fieri.*

Nunc uidere restat, quomodo etiam præmissa uerba Apostoli prædictis nō contradicant, qui de Deo loquēs ait, Vult omnes homines saluos fieri. Quorum occasione uerborum multi à ueritate deuiauerūt, dicentes Deū multa uelle fieri, quæ non fiunt. Sed non est

1.Tim.2.b

est intelligendum, ea ratione illud esse dictum, quasi Deus velit aliquos saluari, & non saluentur. Quis enim tam impiè desipiat, vt dicat Deum malas hominum voluntates quas voluerit, & quando voluerit, & quomodo voluerit, & vbi voluerit, in bonum non posse conuertere? Non est vtique verum, quod in Psalmo dicitur, Quæcunque voluit fecit, si aliqua voluit, & non fecit: & quod est indignius, ideo non fecit, quoniam ne fieret, quod volebat omnipotens, voluntas hominis impediuit. Ideoque cum audimus, & in sacris literis legimus, quòd velit omnes homines saluos fieri: non tamē ideo debemus omnipotentissimæ Dei voluntati aliquid derogare, sed ita intelligere, quod scriptum est, Vult omnes homines saluos fieri, tanquam diceretur, nullum hominem saluum fieri, nisi quem saluum fieri ipse voluerit: non, quòd nullus sit hominum nisi, quem saluum fieri velit, sed, quòd nullus fiat saluus nisi quem velit saluari: & ideo rogandus est, vt velit, quod necesse est fieri, si noluerit. Non est enim credendus omnipotens aliquid uoluisse fieri, quod factum non sit: Sic etiam intelligitur illud, illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum: non, quia nullus hominum est, qui nō illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Potest, & alio modo illud intelligi, dum tamen credere non cogamur omnipotentem aliquid fieri voluisse, factumque nō esse: qui sine vllis ambiguitatibus sicut in cœlo, & in terra, sicut veritas cantat, Omnia quæcunque voluit fecit, profecto facere non uoluit, quæcunq; non fecit. Ex his apertè ostenditur, quòd Deus ea uoluntate, quæ ipse est, non vult aliquid fieri, quod non fiat, neq; non fieri, quod fiat.

Aug. i Enchi.c.98. Psal.113. b

D *Vtrum mala Dei voluntate fiant, an eo nolente.*

Ideoque cum constet, omnia bona, quæ fiunt, eius fieri uoluntate: quæ si fieri nollet, nullatenus fierent: rectè quæri solet, utrum, & mala omnia, quæ fiunt, ideſt peccata, Dei fiant uoluntate, an nolente eo fiant. Super hoc diuersi uarias sentientes, sibi contradicere inueniuntur. Alij enim dicunt, quòd Deus uult mala esse, uel fieri, non tamē uult mala. Alij verò dicunt, quòd nec uult mala esse, nec fieri. In hoc tamen conueniunt, & hi, & illi, quòd utique fatentur Deum mala non uelle. Vtrique uerò rationibus, & auctoritatibus innituntur, ad muniendum suam assertionem.

F *Quare dicunt quidam Deum velle mala esse, vel fieri.*

Qui enim dicunt Deum mala uelle esse, uel fieri, suam his modis muniunt intentionem. Si enim, inquiunt, mala non esse, uel non fieri uellet, nullo modo essent, uel fierēt: quia si uult ea non esse, uel non fieri, & non potest id efficere, scilicet, ut non sint, uel non fiant, uoluntati eius, & potentiæ aliquid resistit, & non est omnipotens: quia non potest omne, quod uult, sed impotens est sicuti, & nos sumus, qui quod uolumus quandoq; nō ualemus: sed quia omnipotens est, & in nullo impotens, certum est nō posse fieri mala, uel esse nisi eo uolente. Quomodo enim inuito eo, & nolente posset ab aliquo malum fieri, cum scriptum sit, Voluntati eius quis resistet? Supra etiam dixit Augustinus, quia necesse est fieri si uoluerit: sed uult mala fieri, aut non fieri. Si uult non fieri, non fiunt: fiunt autem, uult ergo fieri. Item, bonum est mala esse, uel fieri: alioquin summè bonus non permitteret ea fieri. Vnde Augustinus in Enchiridio: Quamuis ea, inquit, quæ mala sunt, inquantum mala sunt, non sunt bona: tamen, vt non solum bona, sed etiam sint, & mala, bonum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent, & mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono: cui proculdubio, quàm facile est, quod uult facere, tam facilè est, quod non uult esse, non sinere. Hæc nisi credamus, periclitatur nostra confessio, qua nos in patrem omnipotentem credere confitemur. Ecce hic apertè habes, quòd bonum est mala esse. omnis autem boni Deus auctor est, qui uult omne bonum esse, quod est. Cum ergo bonum sit mala fieri, uel esse, ergo, & mala uult fieri, uel esse. His atq; alijs huiusmodi rationibus, & auctoritatibus utuntur, qui dicūt Deum uelle mala esse, uel fieri.

Prima ratio illorū, quæ dicūt Deum velle mala fieri. Roma.9.d 2.ratio. 3.ratio. 4.ratio. Aug. i Enchi.c 96.

G *Hic ponit rationes illorum, qui dicunt Dei voluntate non fieri mala, vel non esse.*

Illi uerò qui dicunt, Dei uolūtate mala nō fieri, uel nō esse, inductionibus præmissis ita respondēt, dicentes Deum, nec uelle mala fieri, nec uelle nō fieri, uel nolle fieri, sed tm̄ non uelle fieri. Si.n. uellet ea fieri, uel esse, faceret, utiq; ea fieri, uel esse, & ita esset auctor malorum. Non est aūt auctor malorum, ut sanctorū protestantur auctoritates, nō ergo eius

eius voluntate fiunt mala. Item si nollet mala fieri, vel vellet non fieri, & tamen fierent, omnipotens non esset, cũ eius voluntas humanæ voluntatis effectu impediretur. Ideoq; non concedunt Deum velle mala fieri, ne malorum auctor intelligatur: nec concedũt eum velle mala non fieri, vel nolle fieri, ne impotens esse videatur: sed tantum dicunt eum non velle mala fieri, vt non auctor, sed permissor malorum monstretur. Vnde, &
Ioan. 1. a Euangelista vbi ostendit. Deum auctorem esse omnium bonorum, dicens: Omnia per ipsum facta sunt, consequenter malorum auctorem esse negat, dicens: Et sine ipso factũ est nihil, idest peccatum. Non dixit per eum factum esse, vel eo nolente, vel inuito, sed tantum sine eo, idest sine eius voluntate, quia non eius voluntate fit peccatum. Non ergo Deo, vel nolente, sed non volente fiunt mala: quia non subest Dei voluntati, vt malum fiat, vel non fiat, sed, vt fieri sinat: quia bonum est sinere mala fieri, & vtique volens sinit, non volens mala: sed volens sinere sinit, vt ipsa fiant, quia nec mala sunt bona, nec ea fieri, vel esse bonum est.

Quomodo intelligendum sit illud Augustini, mala fieri bonum est.

Quod verò Augustinus ait, Mala fieri bonum est: nec sinerentur mala ab omnipotenti bono fieri, nisi hoc esset bonum, vt ea essent: ea ratione dictũ esse asserunt, quia ex malis, quæ fiunt, Deus bona elicit: nec ipse permitteret ea fieri, nisi de eis boni aliquid faceret. Vnde Augustinus in eodem libro Enchiridij apertè indicans prædictorum verborũ
Au. in Ench. c. 11. talem esse intelligentiam, ait: Deus omnipotens cui rerum est summa potestas, cũ summa potestas, cum summè bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi vsque adeo esset omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo. Item in eodem: Melius iudicauit de malis bona facere, quàm mala nulla permittere. Ex hoc itaque sensu dictum est, ac verum est, bonum est mala fieri: quia ex malis, quæ fiunt, bonis
Roma. 8. e (qui secundum propositum vocati sunt sancti) * accidit bonitas, idest, vtilitas. Talibus enim (vt ait Apostolus) in bonum cooperantur omnia etiam mala, quia eis prosunt, quæ aliis facientibus obsunt. Vnde etiam aliquando in scriptura legitur malum appellari bonum, vt Hieronymus super Marcum: Malum, inquit, inde bonum fuit, scilicet no
Hier. sup Marcum ca. 14. bis: nec si bonum est illi, vel illi, inde sequitur, quòd simpliciter bonum sit. propriè enim, ac simpliciter bonum est, quod in se, & facienti bonum est.

* accedit.

H

Quadripartita acceptio boni.

Est enim aliquid quod in se bonum est, & cui fit, sed non est bonum facienti: vt cum subuenitur pauperi, sed non propter Deum. Et aliquid bonum in se, & facienti, sed non ei cui fit: vt cum veritas propter Deum alicui non obedienti prædicatur. Et aliquid in se, & facienti, & ei cui fit bonum, vt cum veritas prædicatur propter Deum credenti. Vn-
2. Cor. 2. d de Apostolus: Bonus odor sumus Deo, alijs odor vitæ, alijs odor mortis. Est autem aliud quod nec in se bonum est, & facienti nocet, & damnat, nisi pœniteat, vt malum: valet ta-
Aug. in Enchir. c. 10. men ad aliquid. Vt enim Augustinus ait in Enchiridio. A summè, & æqualiter immutabiliter Trinitate bona creata sunt omnia, nec summè, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul verò vniuersa valde bona. quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud, quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum, eminentiùs commendet bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint dum comparantur malis.

I

Quod mala vniuersitati valent, & facientibus sua propria, vel patientibus aliena prosunt, electis tantum.

Hinc patet, quòd ex malis, quæ fiunt, aliquod prouenit bonum: dum bona magis placent, & laudabiliora existunt. Ipsis etiam facientibus ex malis, quæ faciunt, interdũ bona
Aug. de correptione, & gratia ca 9. proueniũt, si fm propositum vocati sunt sancti. Talibus enim, vt ait Augustinus in libro de correptione, & gratia, Vsque adeo Deus oĩa cooperatur in bonũ, vt si qui horum deuiant, & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonũ: quia humiliores redeunt, atque doctiores, vt Petrus. Illa etiam mala, quæ ab iniquis fideles piè perferunt, vt ait Augustinus in libro de Trinitate, ipsis vtique prosunt, vel ad delenda peccata, vel ad exercendam, probandam q; iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam.

Ideoque

Ideoque, & Iob Dei manum, & Apostolus Sathanæ stimulum sensit: & vterq; benè profecit, quia malum benè portauit.

K

Ex prædictis concludit, ostendens esse bonum, fieri mala multis modis.

Si quis igitur diligenter attendat, quæ scripta sunt, facilè est ei percipere, ex malis bona prouenire: & ex ea ratione dictum esse, quod bonum est mala fieri, vel esse, non quia malum sit bonum, vel quia bonum sit malum fieri. Non est enim bonum, malum fieri ab aliquo, quia non est bonum, vt aliquis faciat malum. Si enim hoc esset bonum, profectò huius Deus auctor esset, qui est auctor omnis boni. Quòd si huius Deus auctor est, eo ergo auctore homo agit mala: & ita eo auctore homo fit deterior. Et si eo auctore homo fit deterior, tunc eo volente homo fit deterior. Idem est enim dicere, aliquid fieri Deo auctore, quod Deo volente. Deo autem auctore homo non fit deterior, ergo non Deo volente, vt Augustinus in libro octogintatrium quæstionum apertè astruit à mino
Aug. in li. 83. q. 93. ri, dicens ita: Nullo sapiente homine auctore fit homo deterior. Tanta enim est ista culpa, quæ in sapientem hominem cadere nequit. Est autem Deus omni homine sapiente præstantior. Multo minùs ergo Deo auctore fit homo deterior. Multo enim est præstantior Dei voluntas, quàm hominis sapientis. Illo autem auctore cum dicitur, illo volente dicitur: ergo est vitium voluntatis humanæ, quo est homo deterior: quod vitium si longè abest à Dei voluntate, vt ratio docet, à quo sit, quærendum est. Ecce apertè hic dicit Augustinus, Deo auctore, vel volente hominem non fieri deteriorem, sed vitio voluntatis suæ. Non est ergo Deo auctore, quod malum fit ab aliquo, & ita Deo volente mala non fiunt.

L

Quòd in Deo non est causa, vt sit homo deterior.

Deinde idem Augustinus quærens, quæ sit causa, vt homo sit deterior, in Deo non esse asserit, in eodem libro sic dicens: Vt homo sit deterior, aut in ipso est, aut in alio, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est. Si in alio, aut in Deo, aut in alio quolibet homine, aut in eo, qui neque Deus, neque homo sit. Sed non in Deo. Bonorum enim Deus tantũ causa est, ergo, aut in homine est, aut in eo, quod neque Deus, neque homo, aut in nihilo. Et ex his apertè ostenditur, quòd non est bonum, vt sit homo deterior: quia non est Deus eius rei causa, qui tantum causa bonorum est. Et si nõ est bonum, vt homo fiat deterior, non est ergo bonum, vt ab eo fiat malum: non ergo vult Deus, vt ab eo fiat malum.

M

Aliter probat, quòd Deo auctore non fiunt mala.

Item aliter etiam ostenditur, quòd Deo auctore, idest, volente nõ fiunt mala, quia ipse non est causa tendendi ad non esse. Tendere enim ad non esse, malum est: ipse autem auctor mali non est. Tendit verò ad non esse, qui operatur malum. Non ergo Deo auctore, est quod aliquis operatur malum. Non est ergo bonum, quòd aliquis operatur malum, quia tantum boni Deus auctor est. Hoc autem Augustinus in eodem libro apertè explicat, ita dicens: Qui omnium, quæ sunt auctor est, & ad cuius bonitatem id pertinet, vt sit omne, quod est, boni tantummodo causa est. Quocirca mali auctor nõ est, & ideo ipse summum bonum est, à quo in nullo deficere bonum est, & malum est deficere. Non est ergo causa deficiendi, idest, tendendi ad non esse, qui (vt ita dicam) essendi causa est: quia omnium, quæ sunt auctor est, quæ inquantum sunt, bona sunt. Ecce apertè habes, quod deficere à Deo, qui summum est bonum, malum est, mala ergo facere, malum est, non ergo Deo auctore, vel volente mala fiunt.

N

Obiectio quorundam sophistica, qua probare nituntur ex Deo esse, quòd mala fiant.

Iam sufficienter ostensum est, quòd Deo auctore non fiunt mala. Quidam tamen Sophisticè incedentes, & ideo Deo odibiles, probare conantur, ex Deo auctore esse quòd mala fiunt, hoc modo: Quod mala fiunt, verum est: omne autem verum, quod est, à veritate est, quæ Deus est. A Deo ergo est, quòd mala fiunt. Quòd autem omne verum à Deo sit, confirmant auctoritate Augustini, in libro octogintatrium quæstionum ita dicentis: Omne verum à veritate verum est. Est autem ueritas Deus. Deum ergo habet auctorem omne uerum. Est autem uerum, quòd mala fiunt, uel sunt. Deo ergo auctore est quòd sunt, uel fiunt mala.

Respon-

Responsio, vbi concedit omne verum esse à Deo, & sophisma aperit.

Quibus facilè est nobis respondere, sed indignum responsione uidetur, quod dicunt. Omne namque uerum à Deo est, ut ait Augustinus, cui consonat Ambrosius, qui tractãs illud uerbum Apostoli, Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritusancto, dicit quòd omne uerum, à quocunque dicitur, à spiritusancto est. Cum itaque uerum sit, qđ mala fiunt: hoc uerum quod dicitur, illa locutione scilicet mala fiunt, à Deo est: sed non inde sequitur, quod à Deo sit, ut mala fiant. Si enim hoc diceret, auctor malorum Deus esse intelligeretur: quod ex simili manifestè falsum ostendetur. Deus prohibet furtum fieri, sed furtum fieri uerum est: ergo prohibet uerum, non sequitur.

1. Cor. 12.
Exodi. 20. Matth. 5.

Partem quæstionis approbat illorum, qui dicunt Deum non velle mala fieri.

Hęc igitur, & alia huiusmodi inania relinquentes, premisse quęstionis parti saniori sa quentes, quæ sanctorum testimonijs plenius approbatur, dicamus Deum non uelle mala fieri, nec tamen uelle non fieri, neque nolle fieri. Omne ergo, quod uult fieri, fit: & omne, quod uult non fieri, non fit. Fiunt autem multa, quæ non uult fieri, ut omnia mala.

Sũma distin. 46.

IN hac distinctione inducit Magister quæstiones, quæ ex prædictis nascuntur, q̃a scripturæ canonicæ varias continẽt auctoritates de Dei voluntate, quæ prima facie sibijnuicem videntur esse contrariæ. In aliquibus etenim dicitur, q̃ voluntas Dei semper impletur, & q̃ nullus ei possit resistere: in alijs inuenitur oppositum. Hãc ergo quæstionem, videlicet an voluntas beneplaciti Dei semper impleatur, mouet Magister, & arguit ad partem vtranq;, & soluit. Deinde inquirit an Deus velit fieri mala, & an ipse sit causa malorum, & item an bonum sit fieri mala.

QVAESTIO I.

QVæritur ergo primo, *Virum voluntas beneplaciti Dei semper impleatur*. & facilè est per rationes, & auctoritates probare, quod imo. Primò, voluntas Dei est o̅ipotentia eius, ita qđ ipsa est verè omnipotens, ac prorsus infinitæ potentiæ. ergo efficacissima est, ac infinitè potentior o̅i potestate creata. Nil ergo ei valet resistere, imò vniuersa simul sumpta, respectu ipsi⁹ infirmissima sũt.

¶ Secundò, omnis potestas creata indefinenter dependet ab ipsa: & si ipsa conseruationem, atque influxum suum subtraxerit, omnis creata potestas omnem mox vigorem suum amittet.

¶ Tertiò, nullus perfectè beatus est, cuius voluntas non potest, nec habet quod optat, aut vult. cũ ergo Deus excelsus, & adorandus sit essentialiter interminabiliterq; beatus, constat, q̃ omnis eius voluntas fiat. Hoc quoq; testantur scripturæ. Nempe per Isaiam Dns loquitur: Consilium meũ stabit, & omnis voluntas mea fiet. & item per Ieremiã: Quis similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor qui resistat vultui meo? In libro quoq; Esther legitur: Domine Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & nõ est, qui tuæ possit resistere voluntati. Item quoque in Psalmo: Omnia quæcunq; voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra.

Isaia 46. Iere. 49. Esther 13. Psal. 134.

¶ In oppositum est, quod per Isaiam Dominus ait iniquis: Quę nolui elegistis. Rursus per Iezechielem Dominus contestatur: Quæsiui virum, qui staret oppositus mihi, & interponeret se contra me, ne dissiparem terram, ergo viri sancti possunt iræ, & voluntati Dei resistere, ac prævalere. Vnde ad Ieremiam Dominus dixit: Non obsistas mihi. Atque ad Moysen, Dimitte me, vt irascatur furor meus contra iniquos, & deleam eos.

Isaie 65. Ieze. 22. Ierem. 7. Exod. 32.

¶ Præterea Christus in Euangelio ait: Nõ est voluntas ante patrem vestrum, vt pereat vnus de pusillis istis. Nihilominus multi pereunt pusillorum.

Lucę 11.

¶ Per Iezechielem etiam protestatur: Nolo mortem peccatoris, sed, vt conuertatur, & viuat. multi tamen peccatores moriũtur morte culpæ, ac infernalis miseriæ. Iterum per eundem Prophetam Dns fassus est: Nunquid voluntatis meæ est mors impij, & non magis, vt conuertatur, & viuat? Hinc Princeps ait Apostolorũ: Deus vult oẽs fieri saluos &c. Ad hoc etiam in textu allegatur, quod Christus in Euangelio ait Iudęis: Ierusalem Ierusalem, quoties volui congregare filios tuos &c. & noluisti?

Ezech. 18. Ibidem. 1. Tim. 2. Matt. 23.

¶ Ad istud respondet Albertus: Solutiones Magistri super auctoritatibus istis, in duos redeunt modos. Primus est, quod in huiusce modi auctoritatibus Deus insinuat, peccatores, quãtum in ipsis fuit, sibi restitisse, non tamen potuisse prævalere: ita qđ saluati sunt, Deo volente, & eius voluntate prævalente, quoscunque volebat saluare.

Albertus. 1. Tim. 2. Ioan. 12.

¶ Secundus modus est, q̃ in verbis illis Apostoli, Deus vult omnes homines saluos fieri, sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum, sicut ait saluator: Omnia traham ad meipsum. idest, quosdam de omnibus. Sed q̃m istę solutiones videntur prętendere, q̃ tota hominum salus à Dei dependeat voluntate, & nihil à nostra voluntate consentiendo, & operando: ideo magis videt dicendum cum Iohanne Damasceno, quod Deus vult aliquid voluntate antecedente, sed non consequente. Cum autem dicitur voluntas antecedens, intelligitur voluntas, quæ est diuina essentia, cõnotans effectus ordinantes ad salutem ex parte naturæ, & gratiæ: sicut est collatio naturæ rationalis, q̃ bonum cognosceret, & cognitum quærere, inuenire, eiq; inhærere ex largitate summi boni valeret. talis aũt ordo ad salutem in omnibus existit hominibus, similiter ex parte gratię, missio redẽptoris, solutio precij pro omnibus quantum ad sufficientiã, positio legum ordinantiũ vitam, qui enim hæc ordinauit, omnes homines saluos fieri voluit. & dicitur voluntas hæc antecedens, quia præcedit, & prę uenit in his nostrum consensum, & opus.

Damascę. Voluntas antecedens.

¶ Porrò voluntas consequens, est ipsius voliti ordinati ad nostrum opus, vt retributionis voluntas, siue pro bono, siue pro malo. & hac volũtate Deus nõ vult omnes fieri saluos, q̃n repugnaret suæ iustitiæ.

Voluntas cõsequẽs.

tiæ. ideò asserit Damascenus, quòd hæc secunda pẽdet ex nostra causa. Magistri autem temporis nostri, duobus alijs modis dicunt idem cum Damasceno. Quidam sic, quod Deus vult omnem hominem fieri saluum, quo ad se, id est, quantum in se est, sed non quo ad facta hominis præscientia, vel futura, & hoc redit in idem. Alij dicunt idem subtilioribus verbis, sic: Duplex est voluntas. vna absoluta, quæ absolutè, ac simpliciter comparatur ad volitũ, quia per se volitum est, & non per aliud. quemadmodũ enim scientia Dei comparatur per se ad omne verum, & potentia Dei ad omne ens possibile potestate efficientis, ita volnntas per se est omnis boni, & non nisi boni. & hoc modo vult omnem hominem saluari. Alia est Dei uoluntas, pendens ex præscientia meritorum, non sicut ex causa, sed sicut ex ratione concomitante. & hac voluntate non omnem hominem vult saluari. Hæc Albertus, cuius responsio procedit secundum opinionem superiùs recitatam eorum, qui dicunt, quòd prescientia meritorum, sit ratio prædestinationis. cuius oppositum supra ostẽsum est, vbi de prædestinatione tractatum est.

¶ Denique Vdalricus Alberto concordans, scribit in Summa sua: Cum dicitur voluntas beneplaciti, est constructio intransitiua: vt sit sensus, voluntas, quæ est beneplacitum Dei, & sumitur ex verbo Apostoli ad Romanos, Vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. id est, quæ bona est in se, & beneplacens per amorem boni, & perfecta secundum ueram volũtatis rationem. Hęc voluntas secundum Damascenum est duplex, videlicet antecedens, de qua exponitur illud Apostoli: Deus vult omnes hõmines saluos fieri. & cõsequẽs, de qua Psalmista: Omnia quæcunque voluit dominus, fecit. Hæc demum diuisio voluntatis beneplaciti, non est voluntatis beneplaciti communiter sumpti ad omnia, sed specialiter sumpti circa rationalem creaturam, de qua ita est Deo cura specialis, vt dicat Apostolus: Nunquid cura est Deo de bobus? & Iob miretur, dicens: Aut quid apponis erga eum cor tuum? Hoc igitur beneplacitum est amor diuinus, mouens Deum ad speciales effectus prouidentiæ circa naturam hanc. Cumque sint quidam effectus Dei communes toti huic naturæ, videlicet collatio naturæ, quæ capax est felicitatis, & ordinatio eius ad supernaturalem finem, & opus redemptionis &c. quidam uerò sint effectus singularium personarum, itaque beneplacitum Dei connotãs istos effectus, dupliciter sumitur penes ipsos, quamuis in se Dei uoluntas sit una, sicut, & una essentia. si enim hoc beneplacitum Dei, dicat amorem respectu communis naturæ rationalis, mouentem ipsum Deum ad exhibendum beneficia impensa toti creaturæ rationali: sic est voluntas antecedens, quæ omnia merita nostra præcedit, nec ea attendit in se, neque vt in præscientia sua sunt. Ideò quidam voluntatem hanc nominat absolutam, quoniam conditionem meritorum non attendit. & hæc non semper est efficax, cum sic uelit Deus omnes homines saluari, nec tamen omnes saluantur, vt Damascenus exponit. nec tamen idcirco est defectiua, quia non vult effectum simpliciter, sed secundum quod in se iustus, & pius est, & prout bonum est, rationalem creaturam fine vltimo, ad quem facta est, non priuari. si uerò hoc beneplacitum dicat amorem Dei ad quamlibet personam rationalem, mouẽtem ipsum Deum ad prouidentiam eius, sic, cum prouidentia Dei non sit destructiua, sed conseruatiua naturæ rationalis, quam condidit, ipsa prouidentia regit liberum arbitrium non secundum coactionem, sed secundum ipsius naturæ libertatem; nec communicat ei beatitudinem, nisi uolenti uoluntate efficaci, qua se disponit ad gratiam: gratiaque recepta, se disponit per opera meritoria ad præmium. & sic voluntas Dei attendit merita nostra, & uocatur uoluntas consequens: quia consequitur præscientiam meritorum non ut causam, sed ut rationem uoliti, utpotè præmij. Hinc à quibusdam uocatur voluntas cõditionata, quoniam præsupponit meritorum conditionem, & hac uoluntate non uult Deus omnes saluari, sed illos duntaxat, quos iustum est salutem sortiri. & ista est voluntas completa, & efficax, qua Deus simpliciter aliquid vult. Hæc Vdalricus.

Vdalricus Roma. 11. Damascę. 1. Tim. 2. Psal. 134. 2. Cor. 9. Iob. 8. 1. Tim. 2. Damasce.

¶ De hac diuinæ uoluntatis distinctione partim aliter loquitur Thomas: Potest, inquiens, in vnoquoque homine considerari natura secundum se, & item natura cum alijs circunstantijs; ut quod est uolens, ac præparans se ad gratiam, ac salutem, aut contrariè agens, si ergo consideretur tantum natura ipsius, æqualiter bonum est omnem hominem saluari, sicut omnes conueniunt in natura humana. Cumque omne bonum à Deo sit uolitum, hoc etiam, scilicet hominem sic consideratum saluari vult Deus. & hoc uocatur voluntas antecedens, qua omnes homines vult saluari. & huius uoluntatis effectus est ordo naturæ in finem salutis, & promouentia in finem omnibus communiter proposita, tam naturalia, quàm gratuita, ut sunt potentiæ naturales, & præcepta legis diuinæ. Potest, quoque considerari natura hominis, seu persona secundum omnes conditiones, & circũstantias eius, seu secundum merita, atque demerita eius. sicque non esset bonum omnem hominem saluari, quia derogaret institiæ. & quoniam ita se habet aliquid ad hoc, quod sit uolitum à Deo sicut se habet ad hoc, quod sit bonum: ideo impios ut sibi rebelles, non vult saluari, sed eos, qui sibi consentiunt, atque obediunt. & hoc dicitur voluntas consequens, quia præscientiam meritorum est præsupponens non, ut causam uoluntatis, sed ut uoliti rationem. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas. Qualiter Deus velit omnes homines saluari.

¶ In prima autem partæ summæ, quæstione nona decima scribit hæc eadem, dicens: Aliquid potest esse bonum in prima sui consideratione, quia absolutè consideratur, quod tamen consideratum secundum aliqua sibi coniuncta, est malum, sicut hominem uiuere bonum est, & malum est occidere hominem, secundum absolutãm hominis consideratione, bonum tamen est occidere homicidam secundum legis processum. sicque rex, seu iudex iustus antecedenter vult omnes, sibi subditos uiuere, inquantum sunt subditi sui, quosdam tamen occidit inquantum maleficos. ita & Deus, omnem hominem vult saluari uoluntate antecedente, inquantum est sua creatura, capax salutis: sed consequenter vult quosdam damnare secundum exigentiam suæ iustitiæ, & demeritorum ipsorũ. & quod aliquis sic vult, hoc simpliciter vult. quod autem vult antecedenter, secundum quid. & dicitur quædam, velleitas, non quod diuina voluntas in seipsa sit imperfecta, aut quod imperfectio sit ex parte uoluntatis diuinæ, sed uoliti, quod vult non secundum plenam, & absolutam considerationem, secundum quod in seipso subsistit. Itaque voluntas Dei semper impletur. Nam sicut est in causis formalibus, ita & in causis efficientibus. Contingit autem aliquid impediri à consecutione

articul. 6.

tione alicuius formæ particularis, tamen à forma vniuersali nihil deficere potest. Potest enim aliquid esse, quod non est hoc, nec viuum. non autem potest aliquid esse, quod non sit ens. Vnde, & hoc idē in causis oportet contingere. Potest enim aliquid fieri extra ordinem alicuius causæ particularis agētis, nō autem extra ordinem causæ vniuersalis, sub qua omnes causæ particulares comprehenduntur: quia si aliqua causa particularis deficiat à suo effectu, hoc est propter aliquam aliam causam particularem impedientem, quæ cōtinetur sub ordine causæ vniuersalis. Hinc effectus ordinem causæ vniuersalis nullo modo potest exire, & hoc in corporalibus patet. Potest namque aliqua stella impediri ab impressione sui effectus. Veruntamen quicunq; effectus ex causa corporali impediente sequatur in inferioribus istis, oportet, quòd reducatur per medias causas in vniuersalem primi mobilis cœli virtutem. Cumque voluntas Dei sit vniuersalis oium causa, impossibile est, q̄ diuina voluntas suum nō consequatur effectum. Ideo quod videtur à diuina voluntate secundum ordinem vnum recedere, relabitur in eandem secundum ordinem alium: sicut peccator, qui quātum in se est, à diuina recedit voluntate peccando, recidit in ordinem voluntatis diuinæ, debitas pœnas luendo. Hæc Thomas in Summa. Concordant Petrus, & Richardus.

Voluntas Dei semp impletur.

Bonauen. ¶ Bonauentura quoque inter voluntatem antecedentem, & voluntatem consequentē distinguēs: Voluntas, ait, antecedens, est voluntas respectu eius propter quod Deus hominem fecit, & irrefragabiliter est bonorum. Voluntas verò consequens est, non quæ sequitur merita, sed, quæ vult aliqua secundum præscientiam meritorum. Voluntas antecedens, vocatur à magistris voluntas conditionalis, & voluntas, qua Deus vult quantum in se est, secunda dicitur absoluta. Porrò differentia inter eas non est secundum diuersitatem affectionis, aut modi volendi, qui sit in Deo, sed secundum distinctā rationem connotandi, & intelligendi. Nam prout Deus vult omnium salutem quātum in se est, & antecedenter, connotantur in cunctis hominibus ordinatio ad salutem: tum ex parte rationabilis naturæ diuinitùs datæ, tum ex parte gratiæ oblatę. vnde antecedenter velle saluare, non connotat salutem, sed ordinabilitatem ad eam. velle verò consequenter seu absolutè saluare, est velle dare salutem prædestinato, connotatque salutis euentum. Hæc Bonauentura.

Scotus. ¶ Responsio autem Scoti hic consonat responsioni Thomæ in Summa. Nam ait: Voluntas Dei quantum ad omnia semper dicitur adimpleri, quoniam sicut omnipotens potest omne possibile, ita, quòd quando voluntas diuina determinatur ad ponendum aliquid in esse vltima determinatione, illud erit. velle autem id voluntate beneplaciti, est vltima determinatio, quæ potest poni ex parte voluntatis ipsius omnipotentis, ergo respectu cuiuscunque effectus Deus ita est volens, ille effectus erit. Potestq; ratio confirmari, quia si causa determinatione vltima ad aliquid determinata, non poneret effectum in esse, hoc non esset nisi, vel propter impotentiam eius, vtpotè, quia non sufficeret ex se. vel quia esset ab alio impedita, vel propter mutationem eius ante productionem effectus, quorum nullum diuinæ omnipotenti, & incommutabili conuenit voluntati. Hæc Scotus Idem Durandus.

Dio. Car. ¶ Quocirca sciendum, quod voluntas antecedēs non dicitur uoluntas beneplaciti, nisi secundum quid. sed voluntas consequens, est voluntas beneplaciti absolute.

Soluūtur argumenta initio quæst. adducta. Matt. 23. 1. Tim. 2. Aegidius Richard.

¶ Ex prædictis patet responsio ad obiecta, quæ etiam magistraliter soluuntur in litera, saltem pro parte. & vt Scotus hortatur, diligenter aduertēda est solutio illa Magistri, qua soluit, & exponit Euangelicam illam auctoritatem, Quoties uolui congregare filios tuos, & noluisti? Auctoritatē verò Apostoli illā, Qui vult omnes homines saluos fieri, Aegidius, & Richardus exponunt, & instantiā inde sumptam soluunt, dicentes, quod quatuor modis possit intelligi. Primo, quod nullus saluetur nisi quem saluum fieri, ac saluare voluerit Deus. & ita est distributio accommoda, sicut cum dicitur: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. ideſt, omnem hominem in mundo nascentem, qui illuminatur, filius Dei iliuminat. Secundò sensus est, quòd de quolibet genere hominum velit quosdā saluari, & ita est distributio pro generibus singulorum. Tertiò, quod voluntate antecedente hoc velit. & illa solutio secundum Bonauenturam est communior, atque, vt addit Scotus, multo conuenienter. Quartò, quod velit hoc voluntate consequente, & ita non est verum nisi secūdum Augustini expositionem.

Ioan. 1.

Augustin.

QVAESTIO II.

Arguitur 1. contra veritatē.

SEcundò quæritur, *An mala fieri bonum sit.* ¶ Videtur, quòd sic, quia quod fit, est aliquid, ergo est ens. sed ens, & bonum conuertuntur.

2. Secundò, mala fieri est verum, ergo est bonum, quoniam verum, & bonum conuertibilia sunt.

3. ¶ Tertiò, multa peccata non solum sunt peccata, sed etiam pœna peccati. sed mala pœnæ sunt à Deo ergo sunt bona.

4. ¶ Quartò, ea quæ Deus iustè permittit, bona videntur. sed Deus iusto iudicio permittit multos peccare.

5. ¶ Quintò, bona sunt, ex quibus beatorum gloria augmentatur, vniuersum perficitur, & multiplex bonum consequitur, imò, & diuinæ maiestatis perfectio declaratur. sed omnia bona hæc ex factione malorum sequuntur, & oriuntur, sicut ex persecutione, & occisione Christi, ac martyrum, & commissionibus flagitiorum, ex quorum punitione declaratur diuina iustitia, & omnipotentia eius. Vnde ad Pharaonem Dominus dixit per Moysen; In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & nomen meum annuncietur in in omni terra.

Exod. 9. Roma. 9.

In oppoſitum.

¶ In contrarium est, quia malum fieri est offensiuum Dei, & damnationem meretur. ergo est vitiosum, non bonum. Præterea furari, mœchari, & opus vitiosum continuare, sunt fieri mala, & nō sunt bona. Rursus, mala fieri terminatur ad mala esse, sed mala esse non est bonum.

Mala cui pā fieriñ bonum.

¶ Ista quæstio non videtur difficultatem grandē habere. estque intelligenda de malis culpæ. Hinc Thomas, Albertus, Bonauentura, Aegidij alijque concorditer dicunt, quod mala fieri (absolutè loquendo) non est bonum, & in hoc sequuntur Magistrum, qui (sicut in litera continetur) duas super hac quæstione refert opiniones, & ipse sequitur illam, quæ tenet, quod malum fieri sit malum.

Thomas.

¶ De hoc itaque Thomas scribit: Omnibus constat, qd̄ malum per se loquendo non est bonū, sed per accidēs pōt aliquo modo esse bonū, inquantū coniūgitur alicui bono, ad quod per accidēs ordinem

nem habet, quemadmodū ędificator dicitur albus seu musicus, inquantū ars ædificatoria, albedo, & musica in vno subiecto conueniunt: & qm̄ esse, vel fieri ponit ordinem quendam, inquantum includit operationem quandam, ideo dixit prima opinio, q̄ mala esse, seu fieri bonum est. sed istud non sufficit, quia cum dicitur mala esse absolutè, nullo addito, Iy esse designat operationē huius priuationis, quā habet ad subiectum, in qua comparatione non cōsistit ratio bonitatis: sicut etiam cum dicimus albedinem esse, absolutè significamus ordinem eius ad subiectum: qm̄ esse accidentis, est in esse: sed comparatio mali ad bonum, quod ex eo elicitur, designat ipsum esse poni in hoc dicto, mala esse occasiones bonorū. Ideo hoc bonum est, utpotè mala esse occasiones bonorum. sed mala esse, simpliciter non est bonum. Itaque mala fieri non est causa boni, nisi occasionaliter, & per accidens. Quocirca sciendum, quòd triplex est causa per accidens. quædam, quæ nihil operatur ad effectum, sicut musica ædificatoris ad domum. Est etiam quædam causa per accidens, quæ attingit effectum, quem tamen præter intentionem suam inducit, ut fortuna & casus, sicut patet in fodiente sepulchrum, & inueniente thesaurum. Tertia, quæ aliquid operatur, non tamen attingit effectum, sed aliquid effectui iunctum, sicque mala fieri est per accidens causa boni, quem admodum persecutio tyranni non attingit patientiam martyris, sed corporis cruciatum, qui est patientiæ causa. & talis causa propriè appellatur occasio, idcirco non sequitur, quòd mala fieri sit bonum; quoniam vnum contrariorum potest per accidens esse causa alterius, quia frigidum per accidens calefacit, ut 8. physicorum habetur. Hæc Thomas in Scripto.

Triplex causa per accidens.

Philosop.

¶ Hinc quoque in prima parte summæ quæstione decimanona: Ratio, inquit, boni est ratio appetibilis, malum autem opponitur bono. Hinc impossibile est malum appeti, inquantum huiusmodi, neq; appetitu naturali, nec animali, nec intellectuali: sed per accidens aliquod malū appetitur, inquantum ad aliquod bonum consequitur. quod patet in quolibet appetitu Nam agens naturale non intendit corruptionem, neq; priuationem, sed formam suam inducere, cui coniungitur priuatio formæ alterius: & leo occidens ceruum, intendit suijpsius cibationem, cui coniungitur cerui occisio. sic & fornicator intendit delectationē, cui annectitur deformitas culpæ. Malum autem, quod cōiungitur alicui bono, est priuatio alterius boni. Nūquam ergo malum appeteretur, nec per accidens, nisi bonum cui cōiungitur malum, magis desideraretur, quàm bonum, quod priuatur per malum. Hinc malum culpę, quod priuat ordinem ad bonnum diuinū, Deus nequaquam vult: sed malum naturalis defectus, & malum pœnæ vult, volendo aliquod bonum, cui coniugitur tale malum: sicut uolendo iustitiā, vult iniusti punitionem: & uolendo ordinem naturę seruari, vult quędam naturaliter corrumpi. Hinc, q̄ in Enchiridio loquitur Augustinus, quamuis mala nō sint bona, tamen bonum est, ut non solum sint bona, sed etiam mala: intelligendum est, q̄ malum esse sit bonum per accidens. Nam & sic cooperatur ad vniuersi perfectionem, atq; decorē, prout quarto de diuinis, nominibus capitulo sanctus Dionysius protestatur, Augustinus quoq; in enchiridio: Ex omnibus consistit vniuersi magna, & admirabilis pulchritudo, dū, & id, quod in se malū est benè ordinatum, & suo loco positū, eminentiùs bona cō

articul. 9. Malū non est appetibile.

Malū pœnæ est appetibile p accidens.

Augustin.

S. Dion

Augustin.

mendat. Hęc Thomas in Summa. De hoc, & in Summa contra Gentiles libro secundo, & potisimè in Summa sua de malo diffusiùs tractat. ¶ Concordat per omnia Petrus.

¶ Porro Richardus hic loquitur: Bonum esse, malum fieri, intelligi potest dupliciter. Primò simpliciter, secundo alicui. Itaque malum fieri non est simpliciter bonum, loquendo de malo formaliter, inquantum est malum, ac deforme, quia sic malum fieri, est deficere, & auerti à summo bono, atque ab eo, quod est secundum naturam, ad id quod est prę ter naturam. Rursum, malum fieri esse bonum alicui, duobus potest modis intelligi. Primò per se, & sic nulli est bonum. Secundò per accidens, & ita interdum est bonum facienti, inquātum ex hoc recognoscit suam infirmitatem, & magis humiliat se, atque quàm detestabile sit superbire, & esse in cautū in his, quę concernunt salutem, cautiorq; resurgit, & ita impletur in eo illud Apostoli; Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum & cęt. Interdum etiam malum fieri non est bonum facienti, sed patienti, qui ex persequutione, & improbitate alterius exercetur, patientiam discit, & coronari meretur, vt in martyribus innotescit. Hæc Richardus.

Richard.

Rom. 8.

¶ Præterea quærit Richardus, an mala fieri sit verum. Et respondet: In malo duo considerantur, videlicet res, seu operatio deformitati peccati substrata, & ipsa deformitas culpę. Primum realiter fit, & ipsum fieri realiter verum est. Deformitas uero illa est priuatio debiti boni, ideò non competit ei realiter fieri nisi per accidens, inquantum sit id, cui annectitur. ficq; malum fieri non est verum realiter nisi per accidens. sic enim malum non habet causam efficientem per se Veruntamen cum priuationes sint res rationis, inquantum sunt intellectę, atq; per oppositos habitus intelligibiles, ideò dicūt aliqui, q̄ per se verum est malitiam fieri, loquendo de veritate, quæ consequitur rem secundum esse apprehensum, seu intellectum, & hæc dicitur veritas rationis, non rei. Hæc Richardus.

Richardi quæstio.

¶ Concordat Thomas in Scripto primi: Veritas, inquiens, est de his, seu de numero horum, quo rū ratio completur per operationem animæ, & fundamentum habet in re. Non est autē inconueniens, vt de re mala fit operatio, seu consideratio animæ bona. sic quoque non ens in re, dicitur ens in anima ratiocinante, vt negationes, & priuationes, prout quarto metaphysicæ asserit Commentator. Si ergo à veritatis bonitate, prout completur in animæ consideratione, procedatur ad bonitatem eius, quod est in re, erit fallacia accidentis. Hæc Thomas.

Thomas.

Auerrois.

¶ Insuper Bonauentura ad principale quæsitum respondens: In operibus, inquit, humanis illud dicitur bonum, vtile aut conferens, quod ducit in finem bonum, aut via est ad bonum. Ducere autem ad bonum, tripliciter dicitur, puta per modum causæ, per modum casus, & per modum occasionis; quæ tria sic differunt, quòd causa ducit per se ad illud circa, quod ponitur, quod est producens, & intendens. Casus vero priuat intentionem, sed non operationem, vt patet in fodiente sepulchrum, & iuueniente thesaurum. Occasio autem priuat vtrunque. Non enim dicit principium producens, vel intendens, sed potius dicit aliquid, quod principium efficit, vel efficiat. quemadmodum si aliquis ex verbo audito percutit aliū, verbum illud auditum, fuit occasio, non efficiens causa percusionis: nec percutienti cooperans, sed

Bonauen.

ducere ad bonum tripliciter dr

sed quodammodo efficiens. Hæc demum occasio duplex est. Vna quodammodo habens rationem actiui, quia quodammodo excitat efficientem, sicut malum exemplum excitat ad peccandum. alia quæ habet rationem passiui, vt ex quo aliquis sumit rationem, sicut aliquis ex consideratione mali alterius excitat se ad bene agendum. & iuxta hoc intelligendum, quod malum duo dicit, puta priuationem, & naturam ordinabilem in salutem. & ratione malitiæ dicit comparationem ad bonum, quod elicitur ex eo, sicut passiua occasio ratione boni, quod substernitur, siue occasio aliquo modo actiua. propter, quod dicitur, malum est occasio boni. Cum ergo aliquid ducat in bonum his tribus modis, habet differentiam in ducendo. Aliquid enim potest ducere aliquid ad alterum, aut ex se, aut per se aliquid sui. & tunc tenet rationem causæ per se, vt malitia tyrannorum ad patientiam martyrum, & patientia ad gloriam. Aut potest ducere per alterum, ad quod tamen non ordinatur, sed illud ordinatur ad tertium, sumpta occasione ex illo. sicq; tenet rationē occasionis, aut ducit ad aliud, ad quod ordinatur: nec illud ad tertium, sed ambo simul. & sic tenet rationem casus, qui est ex concursu causarum. ¶ Ex quibus constat, quod illud, quod ducit per modum causæ, habet in se rationem ordinationis in finem. idcirco in ipso est bonitas, & rectè bonum denominatur. quod vero ducit per modum occasionis, nullam habet intra se rationem ordinationis, ideò nec bonitatem. Propter hoc non potest denominari bonum per se, nisi cum additione illius, per quod ordinatur, in quo scilicet consistit ratio bonitatis, & ordinationis, & circa quod ponitur bonitas. Cum ergo malum non ducat ad bonum per se, sed per illud, quod ex ipso à sapiente Deo elicitur, hinc absolutè loquendo, malum fieri non est bonum. si autem addatur bonum, quod elicitur, vel ipse eliciens, sic concedenda est ista, atque consimiles, malum fieri bonum est ei, qui nouit illud ordinare in bonum: similiter malum fieri bonum, vt probentur electi. Hæc ille.

Dio. Car. contra Bonauent.

¶ In cuius responsione hoc à præinducta Thomæ responsione dissonare uidetur, quod malitiam tyrannorum dicit comparari ad patientiam martyrum, vt causam per se, quam (sicut iam patuit) Thomas causam per accidens vocat patientiæ martyris, quod verius reputatur: quia si malitia, crudelitas, aut persecutio persecutoris, esset per se causa patientiæ martyris, in cunctis martyrium patientibus patientiam produxisset, cum tamen multi in ipso suo martyrio ex persequutionis acerbitate defecisse legantur. potest tamen vocari causa sine qua non in ipsis martyribus.

Persecutio nō est per se causa patientiæ.

Albertus.

¶ Insuper Albertus hoc loco, & Vdalricus secundo suæ Summæ libro concorditer dicunt, quod omnes istæ sint simpliciter falsæ, mala esse aut fieri bonum est. Ait ergo Vdalricus: Dicunt quidam, quòd quamuis malum non sit bonum, nec mala facere bonum sit, quia hæc tantum dicunt comparationem mali ad facientem, nec etiam bonum sit malitiam esse, aut fieri: quoniam tamen secundum Boethium, ex ordine ad bonum dicitur aliquid bonū, & cum omne bonum volitum sit à Deo, dicunt quòd Deus vult mala esse, & fieri non solum voluntate signi, sed etiam voluntate beneplaciti. sed hoc falsum est, quia omnis prædicatio, quæ non est per identitatem, est vel per formalem inhærentiam, vel per causam. & neutra est hic vera. si enim sit prædicatio per inhærentiam, sicut hæc est falsa, malum est bonum: ita & hæc, malum esse est bonum: quoniam esse mali, est ipsa malitia concreta suo subiecto. & hoc etiam significatur, cum in concreto dicitur malum, & per consequens hæc est falsa, mala fieri est bonum: quia cum fieri sicut, & omnis generatio à termino denominetur, cuius fieri bonum est, ipsum quoque est bonum. Si autem sit prædicatio per causam, iterum falsum est. nam quamuis malum sit occasio boni, non tamen est eius causa. Occasio nanque non est causa, sed est alicui opportunitas, quædā causandi. Hinc falsum est, quod Deus voluntate beneplaciti velit mala esse, aut fieri, qui non vult nisi bonum, sed verum est, quod vult malum esse occasionem boni. Auctoritas autem illa Boethij intelligenda est de ordine naturalis habilitatis ad bonum, quæ habilitas necessario est habitus, aut aptitudo bonitatis, per quam subiectum appetit perfici in bono, & mouetur ad ipsum ratione similitudinis. & non loquitur Boethius de ordinatione inducta ab extrinseco operante, qualiter solum ordinabile est malum in bonum, Hæc Albertus, & Vdalricus.

Vdalricus

Boethius.

Durādus.

¶ Circa hæc scribit Durandus, quòd nullum malum culpæ, vel pœnæ, potest esse per se volitum à Deo, aut aliquo quocunque, sed mala pœnæ, & naturæ possunt à Deo volita esse per accidens. mala autem culpæ non possunt esse volita à Deo per se, neque per accidens. Malum nanque sub ratione mali, non potest volitum esse: mala tamen pœnæ, & naturæ possunt à Deo volita esse per accidens: quoniam omne, quod potest habere rationem boni secundum rectæ rationis iudicium, potest habere rationem rectè voliti: sed malum naturæ, & pœnæ habet rationem boni per accidens secundum rectæ iudicium rationis, quoniam malum ex quo maius sequitur bonum, quàm sit bonum, quod per ipsum priuatur, habet rationem boni saltem per accidens, si tamen vtrunque bonum nequeat simul haberi. Bonum est equidem, propter maius bonum dimittere minus bonum, dum ambo simul haberi non valent. sed ex malo naturæ, & pœnæ sequitur maius bonum, quàm sit illud, quod per talia mala priuatur. Nam nisi elementa corrumperentur, mixta non gignerentur: & nisi mixta multa corrumperentur, homines, & iumenta non alerentur, neque durarent. Conformiter per malum pœnæ puniuntur peccata, sicque ordinantur per bonum iustitiæ. & multo melius est bonum communis iustitiæ, quod resultat ex malo pœnæ, quo puniuntur culpæ. quàm sit bonum naturæ in singulari persona, quod per pœnam priuatur. sicque ostensum est, quod mala pœnæ, & naturæ possunt à Deo volita esse per accidens. Hæc Durandus.

Malū pœnæ pōt ꝙ accidens appetit.

QVAESTIO III.

QVæritur consequenter, *cur bonus, & sapiens Deus permittat tot fieri mala. & an mala culpæ, ac pœnæ conferant ad vniuersi decorem.* sed de ista materia dicta sunt multa supra, ubi tractatū est de prouidentia Dei, & cur non excludat huiuscemodi mala. & potest sic argui, vnumquodque tanto plus est tale, quanto minus permixtum suo contrario. si ergo nihil mali esset in vniuerso, multo pulchrius, melius, perfectiusq; consisteret. ergo malum ad decorem vniuersi non confert, sed impedit, minuit, vitiat, & obscurat.

Arguitur, primo cōtra veritatem.

¶ Secūdò, cum sanctitas Dei sit infinita, maximè

detestatur omnem impietatem: & quia omnipotens est, videtur quod totaliter possit, ac debeat per anticipationem impedire, & præseruare ne veniant.

Albertus.

¶ Ad hæc respondet Albertus: Deus permittit mala fieri iustitia concedentiæ suæ æquitatis, ac bonitatis: quia si non sineret ea fieri, tolleretur ratio boni laudabilis, ac præmiabilis.

Obiectio nihilutur.

¶ Et si obijciatur, quòd in oppositio huius permissionis reluceret magis bonitas Dei, & decor ipsius, dicendum quòd non, quia periret ratio virtutis, atque laudabilis, & fierent opera bona quadam necessitate. Denique sicut dicunt magistri, ali qua ratio boni uniuerso deesset, si malum non fieret, sicq; concedunt, ꝙ occasionaliter bonum sit fieri mala, prout præcedenti patuit quæstione.

Obiectio.

¶ Et si obijciatur, quòd malum est priuatio boni, ergo priuat aliquod bonum, quod uniuerso inesset, si non esset malum: imò sic multa bona, pulchra ac sancta uniuerso inessent, si non essent mala, præsertim tot magna, & multa.

Dilutio.

¶ Ad hoc quidam respondent, quòd non similiter est in bono, & priuationibus alijs: quoniam bonum, quod aufertur uni, tribuitur alteri. ad quod allegant illud ex euangelio, Tollite ab eo mnam, & date illi, qui habet decem mnas. & illud ex Apocalypsi, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. ideò nihil perditur de bono in uniuersitate, quamuis perdatur in isto. imò ex hoc, quòd fit malum, additur uniuerso aliqua ratio boni. ideò dicunt, quòd bonum est fieri mala, atque quòd conferat ad decorem, complementumque mundi in hoc, qnòd adijcit plures rationes vtilis siue expedientis, ac decoris iustitiæ. Verum istam solutionem, aut non intelligo, aut falsa est meo iudicio: quoniam constat, quòd unum, & idem numero, quod unus amittit, non accipit aliùs, nec uniuersitas ipsa, sed potius perit ab ea. Idem autem in specie, & priùs forsitan habuit, & absque hoc malo posset accipere. Porro rationem boni, quæ elicitur ex malo, habet per rationem utilis, aut expedientis, vel decoris iustitiæ. sed mirum mihi uidetur, si bonum per se, & abundantia gaudij, quod esset in vniuersitate beatorum, non posset recompensare bonum illud, quod ex malo elicitur. Hinc mihi uidetur, quòd per se loquendo, malum non confert alicui, nec vniuersitati. sed uerum est, quòd sinere mala fieri, confert ad bonum, & bonum est permittere mala. aliàs enim esset necessitas ad bonum, & periret ratio boni laudabilis, & uirtus, ac præmij ratio.

Lucæ. 19.

Apoca, 3

¶ Auctoritates autem sanctorum, quæ uidentur oppositum insinuare, loquuntur malo sūpposito. Verum est enim, quòd permixta vniuersitate cum malis, non poterat aliquod melius fieri de malis, quàm quòd bona elicerentur ex ipsis, & quòd ordinarentur per tenorem iustitiæ. tamen si non fuissent, nec essent mala, melior esset uniuersitas, quàm sit modo. imò etiam adhuc maneret bonum comparationis secundum gradum boni, ac melioris. & si ista non maneret, dico quòd melior ea maneret, per quam ista recompensaretur. Sic ergo intelligendum est, quòd super librum Numerorum glossa loquitur Origenis, Scimus Dei prouidentia cuncta sic esse disposita, ut apud Deum nihil sit ociosum, nec bonum, nec malum. Malitiam autem Deus non facit, sed inuentam ab alijs cum impedire possit, non impedit: quoniam utitur ea ad necessarias causas, quia per ipsam probat eos, qui ad gloriam tendunt. si enim non esset malitia, non esset, quod contrariaretur uirtutibus. Virtus uero si contrarium non haberet, non tam plenè claresceret. Vnde, & sanctus Dionysius fassus est, Malum ad complementum uniuersi est conferens. Glossa quoque ad Romanos fatetur: Deus uoluntatibus hominum utitur ad inclinandum eas quocunque uoluerit. non tamen directe inclinat eas ad malum culpæ formaliter. Hæc Albertus.

Num. 22. Origenes.

S. Dien.

Roma. 9.

¶ Quibus concordans Vdalricus: Quemadmodum, inquit, Augustinus in enchiridio protestatur, Nihil fit. aut est præter Dei uoluntatem, etiam si fiat contra Dei uoluntatem. quod sanè intelligendum est, cum plus sit esse contra uoluntatem, quàm præter eam. Sunt etenim tria, uidelicet esse secundum uoluntatem, ut est illud, quod Deo est placitum: & esse contra uoluntatem, uidelicet id cuius oppositum quis vult: & esse præter uoluntatem, ut id ad quod indifferenter se habet uoluntas: quia cum sit libera, non cogitur uelle alterum oppositorum. Itaque omnia mala culpæ fiunt præter voluntatem Dei consequentem, & præter signum eius, quod est operatio: quia nec ea vult fieri, nec impedit ipsa, nec operatur, sed uoluntatem sibijpsi relinquit: quæ sic relicta, mox deficit, & Deus iusto iudicio sic deserit eam. imò tanta est potestas uoluntatis consequentis ipsius Dei, vt per mala, quæ fieri finit, ipse frequenter adimplet, quæ facere, & fieri præordinauit, & bona illa elicit ex malis hominum iniquorum: quæ mala agunt iniqui, ne bona illa eueniant, quemadmodum fratres ipsius Ioseph uendiderunt eum, ne constitueretur princeps eorum. & tamen ex illa uenditione consecuta est promotio Ioseph in principem super eos. sic & Iudæi crucifixerunt CHRISTVM, ne omnes crederent in ipsum. & ex Christi occisione consecutum est mysterium humanæ redemptionis, & conuersio mundi ad fidem ipsius. Hæc Vdalricus.

Vdalricus Augustin.

Gene. 37. Gene. 41. Iohan. 19. Roma. 8.

Thomas.

¶ Præterea Thomas ad ista respondet: Cum uoluntas Dei sit omnium causa bonorum, omniumq; uolitorum suorum, ita se habet aliquid ad hoc, quòd uolitum sit à Deo, sicut se habet ad esse bonum. Cumque iuxta prehabita malum fieri non sit bonum secundum se, non est volitum à Deo per se: sed utrunque, uidelicet ipsum, & bonum sibi coniunctum simul acceptum, à Deo est uolitum: & antedecens, quod est conditio naturæ potentis deficere, quam Deus in tali conditione instituit, & conseruat. Propter, ꝙ dicit Deus non vult mala fieri, sed uult permittere fieri mala. Vult etiā Deus bonum consequens, quo malum ordinatur, ex quo sequitur, quòd uelit mala facta ordinare, non quòd uelit fieri ea. Deus autem non uult mala non fieri, nisi uoluntate antecedente. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Insuper de ordinatione mali, & qualiter ad decorem conferat uniuersi, & cur Deus sinat fieri mala, scribit hic Thomas: Malum per se ad uniuersi perfectionem non confert. Illud nanque per se confert ad perfectionem alicuius totius, quod est pars constituens ipsum, uel pars alicuius perfectionis in ipso. sed malum non est pars uniuersi, quoniam non habet naturam substantiæ, nec accidentis, sed priuationis tantummodo, ut sanctus Dionysius loquitur: neque per se aliquod bonum causat, sed per accidens confert ad uniuersi perfectionem, inquantum coniungitur alicui, quod de perfectione uniuersi consistit. Hoc uero potest esse ante-

Malū non est per se pars uniuersi.

S. Dio.

cedens ipsum malum, vel consequens illud: antece
deus, sicut natura quandoque deficit, quandoque
non, vt liberum arbitrium hominis. & sine tali na
tura ex cuius defectu incidit malum, non esset vni
uersum perfectum in omnibus gradibus bonitatis.
Porro bonum consequens ipsum malum, est quod
occasionaliter oritur ex malo, vt est decor resul-
Philosop. tans in bono ex comparatione ad malum: quia op
posita iuxta se posita, lucidius innotescunt. Vel
perfectio aliqua, ad quam materialiter habet se ma
lum, vt persecutio ad patientiam, seu alijs innume
rabilibus modis, quoniam causæ per accidens infi
nitæ, seu indeterminatæ sunt secundum philoso-
Philosop. phum physicorum secundo. Hæc Thomas ibidem.
Quem concordant prætactis dictis Aberti. Verun
tamen Thomas præinductis aliquid addit, quod
non videtur dictis Alberti, tam euidenter concor
dare. Nam addit: De omnibus malis vniuersaliter
verum est, quod si non permitterentur, vniuersum
imperfectius esset: quia non essent illæ naturæ, de
quarum conditione illa est, vt possint deficere: qui
bus subtractis, vniuersum imperfectius esset, non
impletis omnibus gradibus bonitatis. Aliqua etiam
mala sunt, quæ si non essent, vniuersum imperfe-
ctius esset, illa videlicet, ad quæ consequitur maior
perfectio, quàm illud, quod priuatur per ea, sicut
est corruptio elementorum: ad quam sequitur ge
neratio mixtorum, quæ nobiliora sunt elementis:
quædam vero sunt mala, quæ si non essent, vni
uersum perfectius esset, illa videlicet, quibus maio
res perfectiones priuantur, quàm in alio acquiran
tur, quemadmodum præcipuè est in malis culpæ,
quæ ab vno priuant gratiam, & gloriam, & alteri
conferunt bonum comparationis, aut aliquam ra
tionem perfectionis: quia etiam non habita, posset
vltima acquiri perfectio, sicut sine patientiæ actu in
persecutionibus illatis potest, qui ad vitam perue
nire æternam. vnde si nullus homo peccasset, vni
uersum genus humanum melius esset. quia etsi indi
rectè salus vnius occasionetur ex culpa alterius, at
tamen sine culpa illa salutem consequi posset. Neq;
tamen hæc mala, nec illa per se perfectionem fa
ciunt vniuerso: quia perfectionum non sunt causæ,
Tho Aqn. sed occasiones. Hæc Thomas.

Aliqđ ma lũ confert ad tcorẽ vniuersi. ¶ His consonat, quod supra distinctione qua
drageſimaquarta asserit Thoms: Vniuersum, in
quiens, in quo nihil mali esset, non esset tantæ boni
tatis, quantæ est hoc vniuersum: quia non essent
tot bonæ naturæ in illo, sicut in isto, in quo sunt
quædam naturæ bonæ, quibus non adiungitur ma
lum, & quædam quibus adiungitur: & melius
est utrasque naturas esse, quàm alteras tantum.
Vnde, & quamuis absolutè angelus sit melior la
pide, vtraque tamen natura est melior, quàm alte
ra tantum. Ideò melius est vniuersum, in quo sunt
angeli, & aliæ res, quàm in quo essent angeli tan
tum: quia perfectio uniuersi magis attenditur es
sentialiter secundum diuersitatem naturarum, qui
bus implentur diuersi gradus, & species bonitatis,
quàm secundum multiplicationem indiuiduorum
in specie vna. Hæc ibi, & hæc ipsa scribit ibidem Al
bertus. idcirco videntur hæc concordari per di
stinctionem mali, ita quòd prætacta verba Alberti
intelligantur de malo culpæ, de quo & Thomas in
verbis his loquitur.

Bonauen. Sanum tri fariam di citur. ¶ Insuper circa hæc Bonauentura differuit:
Quemadmodum aliquid dicitur sanum tripliciter,
primo subiectione, vt animal: secundo dispositiuè,
vt potio amara: tertio ostensiuè, sicut vrina: sic ali-
quid dicitur ordinatum tripliciter, primo tan
quam ordinis susceptiuum. Secundò, sicut dispo
sitiuum ad ordinem. Tertiò, vt ordinis ostensiuum.
Primo modo nihil est ordinatum, aut ordinabi
le, nisi ens, & natura aliqua. ideò malum non est
sic ordinabile nisi per accidens, scilicet per bo
num subſtratum. Est vero malum ordinabile tan
quam dispositiuum, non sicut dispositio positiua,
sed priuatiua. Duplex quippe est ordo, puta naturæ,
atque iustitiæ: Ordo naturæ est institutus, ordo iu
stitiæ est acquisitus. Malum autem priuat ordinem
spiritualis naturæ, & ipsum priuando incurrit or
dinem iustitiæ. Vnde ratio ordinandi sicut dispo
sitio in ordine, est meritum, vel demeritum. Rur
sum malum est ordinabile, & ordinatum tan
quam ostensiuum, quoniam manifestat ordinem
virtuosorum per oppositum: quia opposita iux
ta se posita, clarius elucescunt. Itaque quamuis
malum sit priuatio ordinis particularis naturæ,
non tamen uniuersalis prouidentiæ. Hæc Bona
uentura.

Quæstio. ¶ Amplius de hoc, an malum pertineat ad com
plementum, atque decorem vniuersi, idem do
ctor: Circa hoc, inquit, diuersi diuersa senserunt.
quidam namque dixerunt, quod contingit loqui
de malo, prout est in potentia facientis, & item
vt est in opere, seu in facto. Primo modo est de per
fectione uniuersi, vt scilicet sit creatura, quæ pos
sit peccare, & peccata vitare Secundo modo non
est de uniuersi perfectione, nec per se, nec per ac
cidens. Sed quoniam Augustinus expressè testatur,
Augustin. quòd ex ordinatione mali per bonum iustitiæ qui
dam decor resultat, oportet aliter dicere. Di
cuntque aliqui, quòd decor vniuersi quidam est
substantialis, seu quantum ad esse: & quidam acci
dentalis, & quantum ad bene esse. Quantum ad
essentialem decorem vniuersi, mala non confe
runt, nec per se, neque per accidens. sed quo ad
accidentalem decorem, conferunt non quoniam
mala, sed quia sunt ordinata: & ita per accidens
sicut per aliud ordinantur. & illo decore circun
scripto, adhuc vniuersum esset decorem, & perfe
ctum, & ad accidentalem decorem faciunt mala
non ratione sui, sed ratione subiecti, quod ordi
natur in pœna ad diuinæ manifestationem iusti
tiæ: vel comparatiuè, quia opposita iuxta se po
sita &c cætera. vel ratione boni eliciti. Multa ete
nim bona fecit Deus, & facta sunt, quæ facta non
essent, nisi peccatum præstitisset occasionem, vt
sunt mysteria redemptionis humanæ. tamen sine
his omnibus uniuersum esset completum. Si uerò
quæratur, utrum tunc esset pulchrius, quàm nunc,
Quæstio. uidelicet si non fuissent peccata, nec bona indecli
nata, occasionaliter ue secuta.

Quæstio. ¶ Responderi potest, quòd habent se sicut exce
dentia, & excessa, quemadmodum duæ facies in
quarum una nulla est macula, in altera verò est
quædam cicatrix bene sita, quæ uidetur faciem ue
Quæstio. nustare. Et si ultra quæras, qui decor magis excedit,
potest sine præiudicio dici, quòd decor, qui nunc
est. & hoc ideò, quoniam uis diuina eliciens bo
num ex malo, est præpotens, ac prævalens malo.
Hinc bonũ, quod elicit inde, prævalet bono, quod
malum corrumpit. idcirco plus ualet uniuersum
Grego. nunc, quàm tunc, in quo nunc plus commendatur
sapientia creatoris. Vnde Gregorius in benedi
ctione cerei paschalis: O felix culpa, quæ ta
lem habere meruit redemptorem. & exemplum
est de scypho saluo, qui frangitur, & religatur
aureo

aureo filo, qui sic reparatur, meliùs est, quàm ante,
non ratione fractionis, sed religationis.

Quæstio. ¶ Et si rursus quæras à me, nonne plus valeret si
omnes essent beati, quàm si quidam beati, & qui
dam miseri? Dicendum, vt credo, si homo stetisset,
non venissent plures ad supernam Ierusalem, quàm
modo sunt peruenturi, ita quòd mali quasi ex abun
danti sunt, nec sunt in reputatione. sicq; conceden
dum est, quòd ordinatio mali facit ad complemen
tum vniuersi accidentale, non malum, vt malum.
Hæc Bouauentura.

Alexand. Augustin. ¶ Hinc irrefragabilis doctor conscripsit: Hanc
quæstionem soluit Augustinus contra Faustum li
bro secundo: Ad naturalem inquiens, iustitiæ
ordinem pertinet, vt aut mala non sint, aut im
punita esse non valeant: & quodcunque istorum
contingat, naturalis ordo seruatur, & si non ab
anima, certè à Deo. Ex quo constat, quòd etsi
lex æterna sinat fieri mala, non tamen ea deserit
impunita.

Obiect. 1. Auguſt. ¶ Si autem obijciatur, quod decimosexto de ci
uitate Dei loquitur Augustinus: Sicut non est bene
ficentiæ, vt malum, quod maius est, dimittatur: ita
non est innocentiæ parcendo finere, vt in malum
grauius incidatur: sed permissio est respectu mali,
vt non incidatur in grauius malum, ergo non spe
ctat ad innocentiam permittere mala.

Obiect. 2. Idem. ¶ Item Augustinus ibidem: Pertinet ad innocen
tis officium, non solum nemini malum inferre, ve
rum etiam cohibere.

Obiect. 3. Roma. 1. ¶ Et super illud Apostoli ad Roma. Non solum
digni sunt morte, qui faciunt ea, sed etiam qui con
sentiunt, ait Glossa: Consentire, est tacere cum pos
sis arguere. sed Deus permittendo mala, tacet: er
go consentit.

Ad primũ ¶ Dicendum ad primum, quod non sequitur: sed
istud sequeretur, Deus sinit mala, nec punit ea, ergo
non est innocens. ita autem non est, cum districtè
puniat mala.

Ad secũd. ¶ Ad secundum dicendum, quod illis verbis Au
gustinus cõfestim subiungit: Aut punire peccatum,
vt ille qui peccat, corrigatur experimento, alij vero
corrigantur exemplo.

Ad tertiũ ¶ Ad tertium, quòd Deus etiam in præsenti pu
nit, & corripit culpam per remorsum conscientiæ,
& inordinatam animi dispositionem, & per scriptu
ras. ac alijs modis. Itaque Deus iustè sinit fieri ma
la, quod tamen non potest dici de iustitia, quæ est
exigentia meritorum, nec de iustitia, quæ est veritas
Dei. Peccator enim non est tali permissione dig
nus, & veritas Dei requirit, vt statim infligatur
vltio peccatori, sed de iustitia, quę est concedentia bonitatis diuinæ, de qua ait Anselmus: Si par
Anselm. cis, o domine, iuste parcis, quia hoc tuam conde
cet bonitatem. Condecet autem Dei bonitatem,
vt nõ mutet ordinem à se institutum. constituit
autem rationalem naturam liberam esse, vt faciat
quod vult.

Triplici rõne permittit Deꝰ fieri mala. ¶ Denique triplici ratione permittit Deus fieri
mala, Prima comẽdatio est bonorum, quæ ex com
paratione ad mala amplius placent, & laudabiliora
apparent. Secunda est erudicio electorum. Vnde
Augustin. Augustinus in libro de correptione, & gratia: Vsq;
adeo Deus cooperatur electis in bonum, vt si qui
ex eis deuient, atque exorbitent, hoc ipsum faciat
eis in bonum proficere: quoniam humiliores, &
cautiores ex sua redduntur ruina, vt patet in beatis
Matt. 26. simo Petro. Tertia est exercitatio, probatioq; bono
Augusti. rum, quibus secundum Augustinum prosunt ma-
la, vel ad demendum peccata, vel ad exercendam
probandamq; iustitiam, vel ad demonstrandum
huius vitæ miseriam. Hæc Alexander.

Dio. Car. ¶ In cuius responsione id, quod ait Deum per
mittere mala fieri non ex iustitia, quæ est exigentia
meritorum, videtur aliqualiter dissentire à verbis
prætactis Alberti, dicentis, quod Deus mala fieri
sinit iustitia condecentiæ suæ æquitatis.

¶ Communiter quoque asseritur, quòd demeri
to culpæ prioris Deus permittit peccantem non
protinus pœnitentem incidere culpam sequentem,
ita quòd culpa illa est peccatum, & pœna peccati,
& ita est ira Dei, atque punitio quædam, & exigen
te iustitia Dei permittitur.

Psal. 80. ¶ Ad quæ dicendum videtur, quod diuersis
considerationibus vterque illorum protulit ve
rum. Vnde si ista permissio intelligatur non coar
tatio, inductio, seu instigatio ad oppositum, seu
ad tempus impunita dilatio, non est ea dignus pec
cator: si autem dicatur non retractio à peccato, iux
ta illud: Dimisi eos secundum desideria cordis eo
rum, ibunt in adinuẽtionibus suis: sic est ira Dei, &
pœna prægrandis, qua peccator est dignus, prout
2. Par. 15 secundo Paralipomenon fertur de Deo: Si reliqueritis eum, relinquet vos.

Apoc. 22. ¶ Hinc, & ipse Alexander fatetur: Potest dici,
quòd peccator est dignus tali permissione, vt
qui in sordibus est, sordescat adhuc, vt in Apoca
lypsi legitur.

Obiectio. ¶ Amplius circa prælabita verba Alberti pos
set inquisitio fieri, eo quod dicat, si Deus non per
mitteret fieri mala, tolleretur ratio boni laudabilis,
ac præmiabilis, & ratio periret virtutis, & fierent
opera bona quadam necessitate.

Dilutio. ¶ Contra, quod opijci posset, quia apostoli in
die sancto Pentecostes creduntur sic confirmari
in gratia, quòd de cætero non potuerunt pec
care mortaliter, & sacratissima virgo sic fuit in
omni charismate spiritussancti firmata, quòd ex
inde, nec venialiter quiuit peccare. Nihilomi
nus meruerunt, laudabiliterque egerunt, & gra
tiam illam apostolis præstitam Deus omnibus pos
set conferre.

Albertus. Quæstio. ¶ Ad quod forsan, quis dicere poterit, quòd Albertus loquitur secundum cursum, & legem communem. Decuit quoque apostolos
ptumitias spiritussancti recipere, tanquam du
ces, magistros, & prælatos totius populi Chri
stiani.

¶ Quærit demum Albertus, quæ sit differentia
inter nolle hoc, & non velle hoc, & inter velle hoc
non fieri, & non velle hoc fieri.

¶ Respondetur à quibusdam: Cum dicitur,
nolo, ita quod negatio includatur per compo
sitionem cum uerbo, tunc non negat voluntā
tem secum compositam, sed tantum refertur ad
volitum. Vnde sensus est, nolo hoc fieri, id est,
uolo hoc non fieri. Cum autem ly nolo habet
condeclinium, nolo non vis non vult, & cætera.
omnia, quæ declinantur ab ipso, vim habent ean
dem. Vnde cum dicitur, non vult hoc fieri, oratio
duplex est, ex eo, quod ly non vult, potest vir
tualiter vna dictio esse. & sic voluntas manet non
negata, sed volitum. Potest quoque virtualiter
esse oratio quædam, tuncq; voluntas negatur esse
de hoc.

¶ Ex hoc sumitur, quod illę æquipollet, nolo hoc
fieri, & volo hoc nõ fieri, & vna aliam infert, sed hę
duę, nõ vult hoc fieri, & vult hoc non fieri, habẽt se

pœnam sortirentur. sicut vtrisq; ab æterno præparauit. Ea ergo, quæ omnibus præcepit, vel prohibuit, à quibusdam voluit fieri, vel vitari, sed non ab omnibus: & quædam personaliter præcepit, & in veteri, & in noua lege, quæ ab eis, quibus præcepit, fieri noluit: vt Abraæ de immolatione filij, & in euangelio quibusdam curatis, quibus præcepit ne cui dicerent.

Gene. 22 c Marci. 1. d

Summa distinct. 47.

IN hac distinctione declarat Magister diffusiùs, quæ in præcedenti distinctione sunt dicta, vtpotè voluntatem Dei esse iugiter efficacem, infallibiliterq; impleri, quod iuxta præhabita accipiendum est de voluntate Dei propriè, ac simpliciter dicta, quę est uoluntas beneplaciti, consequens, & ipsum uelle omnipotens in Deo consistēs, & idem cum esse, atque essentia Dei, cui voluntati nulla potest creatura resistere, nec prævalere. Deinde mouet circa hoc dubia, & ea declarat, ac illa, quæ inuicem videntur contrariantia, concordat: pandendo qualiter volūtas Dei in scripturis, & in verbis doctorum multipliciter accipiatur. Verum vt mihi videtur, omnia in distinctione ista contenta, in præcedenti distinctione sententialiter continentur. Solutiones etiam quæstionum, quas quidam hic mouent, ibi sunt assignatæ. Nam Thomas, Albertus, Aegidius, & alij quærunt hic, vtrum voluntas beneplaciti Dei semper efficaciter impleatur. Ad quod præcedenti distinctione formaliter est responsum. Deinde hic quæritur, An aliquid fiat præter Dei voluntatem. Ad quod item responsum est. Et vtrum id, quod fit præter voluntatem Dei, obsequatur, & seruiat voluntati ipsius. Ad quod solutio est inducta.

Esther. 13.

QVAESTIO I.

QVæritur item hic, *An Deus possit præcipere ea, quæ sunt contra, aut præter voluntatem suam.*

Alexāder. Ambrosi. Gene. 22. Ibidem. Præceptū duplex. Ambrosi.

¶ Ad quod nondum, tam euidenter solutio est expressa. Breuiter igitur tangenda sunt aliqua pro clariori intelligentia horum.

¶ Itaque Alexander conscribit: Sicut ait Ambrosius in libro de patriarchis, quandoque aliquid iubendo signamus velle fieri, quod tamen fieri nolumus, sed tantum experimentum obedientiæ quærimus, quemadmodum Abraam à domino tentatus legitur, & iussus filium immolare, quem Deus nolebat occidi. Et hoc probat Ambrosius ex hoc, quod dominus dixit ad Abraam: Non extendas manum in puerum. Tanquam dicat, affectum inquisiui, non opus exegi. Tentabat Deus affectum patris, an Dei præcepta præferret filio suo. Ex hac distinctione patet, q̄ duplex est præceptum, videlicet probationis, & exequutionis. vultq; Ambrosius, quòd in præcepto probationis signamus nos velle, quod fieri nolumus, sed experimentum solummodo quærimus. In præcepto autem executionis signamus, quod fieri uolumus, sicque præceptum illud Abraæ factum de filio immolando, fuit præceptum probationis: quod animi præparationem, non facti executionem exegit.

Quæstio. Roma. 11. Cōtra naturam fit aliquod tripliciter. Augustin.

¶ Præterea quærit Alexander, an Deus queat contra legem præcipere naturalem. Et respondet: Super illud ad Romanos, Contra naturam insertus es in bonam oliuam, distinguit Glossa contra naturā tripliciter. & sumitur ista distinctio ab Augustino contra Faustum dicente, Apostolus dicit id esse cōtra naturam, quod est contra consuetudinem naturæ, quam notitia comprehendit humana. Secundò, contra naturam dicitur, contra naturalem possibilitatem naturæ inditam, vt de illa valeat facere Deus quicquit vult. sicq; asserit Augustinus, Deus omniū conditor naturarum, nihil agit contra naturam. Id enim erit vnicuique naturale, quod Deus in ea, & de ea effecerit, à quo omnis modus, numerus, & ordo fluxit naturæ. Tertiò dicitur contra naturam, contra summæ naturæ legem. & hæc est summa naturæ in Deo, alias regulans naturas, contra quam Deus nil operatur, nec agere potest. Nec contra legem naturæ secundo modo acceptam, sicut nec contra seipsum, sed contra cursum, & legem naturæ primo modo sumptam agere valet, ideſt supra eam, atque præcipere.

Ibidem. Augustin.

¶ Insuper quærit, an Deus possit præcipere contra ius morale decalogi, Ad quod respondens: Ius, inquit, decalogi emanat à lege naturali. Ius autem naturale respicit ordinem creaturæ ad Deū: Supra ius naturæ primo modo dictum, est lex æterna, quæ respicit ordinem creaturæ ad Deum, vt scilicet quę libet creatura Deo subdatur, & ad ipsum tendat tāquam ad finem. & supra hoc ius nō est aliud altius eo, nec contra hoc ius potest Deus præcipere, nec contra præcepta emanantia ab eodē, quæ recipiūt ordinem in ratione subiectionis, & finis: sed cōtra præcepta emanantia à primo iure, potest præcipere hoc est, contra ea, quę respiciunt ordinem ad se, vel ad aliam creaturam, sicut ipse est supra omnē creaturam. Ea uero, quæ in propria ratione includunt deformitatem, & recessum à summo bono, Deus non potest præcipere, sicut mœchari &c. Hæc Alexander, qui de his scribit diffuse.

Ius naturale quod. Quæ nam Deus non possit præcipere.

Bonauen.

¶ Bonauentura demum hic scribit: Nec antecedens Dei voluntas, nec consequens superari potest aut cassari, vel suo frustrari effectu, Antecedentem tamen possibile est non impleri. si enim homo non facit, quod Deus vult, quantum in ipso est, seu uoluntate antecedente, Deus facit de homine, quod ipse Deus vult uoluntate cōsequente, quam impossibile est non impleri. sicq; voluntas Dei semper impletur ab homine, vel de homine. Nempe, q̄ Deus vult omnes homines fieri saluos uoluntate antecedente, non connotat salutem hominū, nec propriè est ad effectum salutis, sed connotat naturam ordinabilem esse ad salutem. Vnde nihil plus est dicere, Deus vult istum saluari quātum in se est, q̄ Deo placuit isti dare naturam, per quam posset pertingere ad salutē. & q̄ Deus paratus est iuuare, atque cōmunia beneficia saluti accommoda exhibere. ¶ Præterea contra quædā signa voluntatis diuinæ potest aliqd fieri, & contra quædam non. Quædam nāque sunt signa voluntatis diuinæ respectu præsentis. puta hæc duo, impletio, seu operatio, & permissio, cōtra quæ non potest quid fieri, quoniam de præsenti quod fit, impossibile est non fieri in præsenti. Alia tria signa sunt respectu futuri, videlicet præceptio, prohibitio, consilium, contra, quæ aliquid fieri potest, & si non de iure, saltem de facto. Nam, & futura in actibus hominum impediri possunt, nec euenire. Amplius, quædam sunt signa uoluntatis absolutæ, seu consequētis, vt operatio, & permissio. Ideò sicut contra illam voluntatem Dei nil fieri

1. Timo. 2

valet, ita nec contra signa ipsius. Alia tria sunt signa voluntatis conditionatæ, seu cōsequentis. Hinc sicut contra huiusmodi Dei uoluntatem fit aliquid, ita, & contra signa eiusdem.

Quæstio. Malū duplex. Bernard⁹. In quibus præceptis dispēsare possit Deus.

¶ At uerò dum quæritur, an Deus possit mala præcipere, dupliciter potest intelligi. Primò, vt malum illud permaneat malum, Deo illud præcipiente. Secundò, quòd Deus præcipiendo faciat illud bonum. Primum tam impossibile est, quàm impossibile est Deum, qui pura bonitas est, peccare. Secundum in aliquibus consistit possibile, in aliquibus non. Quædam enim sunt mala in se, quædam secundum se. Malum autem in se, potest fieri bene. non autem malum secundū se, quia ex sua ratione est malū. Ideò dicit Bernardus libro de dispensatione, & præcepto, quòd Deus potest dispensare in præceptis secundæ tabulæ, & non primæ. & ratio est, quoniam in præceptis secundæ tabulæ quantum est de ratione præcepti, tangitur, atq; præcipitur ordinatio hominis ad proximum, & prohibetur deordinatio contra eundem. Deordinatio autem respectu proximi, nisi sit etiam deordinatio respectu Dei, est quid malum in se: si autem sit etiam respectu Dei, est malum secundum se, sicut cognoscere non suam est malum in se: cognoscere vero non suam ex libidine, est malum secundum se. Deus itaq; in præceptis secundæ tabulæ dispensare potest, & contra ea præcipere, nec tamen iubet contraria, quia speciale mandatum absoluit à communi, quemadmodum priuilegium speciale à generali. Porro in præceptis primæ tabulę non potest dispensare, nec cōtra ea præcipere: quia eorum opposita sunt mala secundum se, & ipsa præcepta importāt ordinationem ad Deū, atq; in finem, ex propria ratione. Idcirco eorum oppositum sunt mala śm se, & deordinationē includunt. Vnde si Deus illa præciperet, cōtra seipsum præciperet. Hęc Bonauētura.

Thomas.

¶ Insuper circa hæc Thomas fatetur: Econtrario est de uoluntate, & cognitione speculatiua, quia cognitio speculatiua perficitur in abstractione à singularibus, sed uoluntas, & quicquid ordinatur ad opus, perficitur per accessum, & applicationem ad particularia, circa quæ operatio uersatur. ideò illud absolutè est volitum, quod omnibus conditionibus, & circunstantijs eius pensatis est uolitū. sicq; vult Deus illud, quod consequenti vult voluntate, propter quod illud impediri non potest, nec uoluntas Dei sic volens cassari, quemadmodum nec præscientia, cui subijcitur res secundum omnes conditiones, quibus actu consistit. Denique loquendo de uoluntate beneplaciti consequente, aliquid fit præter eam, sed non contra eam. quamuis autem permissio, & operatio consequenti correspondeāt uoluntati, hoc tamen est diuersimodè: quoniam operatio pertinet ad affectum, de quo est uoluntas consequens. ideò sicut non potest aliquid fieri contra uoluntatem consequentem, sed præter eam: ita nec contra operationem, sed præter eam. Permissio vero spectat ad causam, quæ uoluntati consequenti subijcitur, vt sit competens deficere, & non deficere: cuius tamen effectus, qui est deficere, nec ad consequentem, nec antecedentem pertinet uoluntatē. Pertinet tamen ad causam illam, cuius permissio respicit facultatem. Hinc non fit præter permissionē, quod fit præter uoluntatem consequentem. Vnde præter permissionem Dei nil fieri potest, nec cōtra eam: etenim fieri pōt oppositum eius, quod permissum est, quod tamen oppositum est śm permissionem: quia permissio respicit potentiam causæ ad trunq; oppositorum se habentem. Hæc Thomas in Scripto, qui in cæteris iam prætactis cōcordat Alexandro, & Bonauēturæ, similiter Petrus, & Richar.

Aegidius.

¶ Aegidius quoque hic scribit: Nihil fieri posse contra uoluntatem Dei consequentem, probatur dupliciter. Primò ex omnipotentia eius. Secundò, ex pura immaterialitate ipsius. Cum enī Deus omnipotens sit, à quo oīs appetitiua uis fluxit, & suam naturam, ac inclinationem accepit, dicere, q̄ diuina uoluntas consequens absoluta non impleatur, non est aliud dicere, quàm q̄ ipsa non existat oīpotens, nec possit mouere uoluntatē creatam, omnēq; causam naturalē in omne, quod placuerit ei, quod est directè contra oīpotentiæ rōnem. Secundò patet hoc ex immaterialitatè ipsius. quemadmodum enim oēs virtutes naturales corporales organicæ, causæ cælesti, vel influentię cælestium corporum subijciuntur, & inde regulantur, ac gubernantur, sicut ait Philosophus, Oportet hunc mundum esse cōtinuum lationibus superiorum, vt tota eius virtus inde gubernetur: sic uniuersæ potētiæ, ac virtutes simplices immateriales, ac spirituales reducunē in primam, ac simplicisimam Dei virtutem, & uoluntatem, ut inde regantur, ac moneātur, imò multo plus, quia uirtutes istæ spirituales multo plus dependent à diuina simplicisima uoluntate, q̄ corporalia à corpore quocunq; cęlesti. ¶ Præterea oīs error uoluntatis, ab errore, nescientia, aut inconsideratione intellectus aliquo mó procedit, cumq; in intellectu diuino, nec error, nec ignorantia, neq; vlla scientiæ inconsideratio, uel inanimaduertentia habeat locum, constat quod Dei volūtas æternaliter recta, & sancta, non uelit ni, quod bonum est. Cum igitur malum non sit à Deo uolitum, oportet, q̄ sit contra uoluntatem Dei, aut præter eam. cumq; contra uoluntatem Dei consequentē nil fieri queat, malum huiusmodi non est contra eā, sed præter eā. Est tamen contra uoluntatem antecedentem, quæ non est uolūtas plenaria, nec semper impletur, & contra signa eius, quæ sunt, iussio, prohibitio, consilium. Hæc Aegidius. ¶ Veruntamen doctor iste respondendo ad quæstionem, qua quæritur, an Deus possit præcipere aliquid, quod sit contra, vel præter uoluntatem suam, recitat positionem sancti doctoris, & eam impugnat, ac reprobare conatur: sed deficit, imò fallum imponit illi. Dicit enim, quod positio illa affirmat, q̄ Deus uoluntate antecedente uoluit ipsum Abraam immolare filium suum. Hoc autem positio Thomę non dicit, sed dicit sic, quàmuis Deus uoluntate consequente non uoluit, q̄ Abraā filium suum occideret, uoluit tamen uoluntate antecedente, quòd uoluntas Abraæ ferretur in hoc eo modo, quo fuit præordinatum. hoc est, q̄ Abraam haberet promptam uoluntatem obediendi Deo in hoc. quod utiq; uerum est. Vnde cum Abraā ostendisset se animo plenè paratum ad hoc gladium eleuando, Deus mox cōmendauit promptitudinē suæ obedientisimæ uoluntatis. Deinde Aegidius in responsionem Thomę relabitur, eam quātum ad principale sequendo.

Nihil pōt fieri cōtra voluntatē Dei consequentem. Philosop. Dio. Car contra Aegid Gene 22. Sco. q̄stio.

¶ Præterea Scotus hic quęrit, Vtrū permissio sit aliquis actus uoluntatis diuinæ. Videtur, q̄ sic, quoniam aliter Deus non sciret certitudinaliter hunc esse peccaturum. Dicendum, quòd in nobis actus uoluntatis dupliciter pōt distingui, videlicet uelle, & nolle. & uterque est actus positiuus. & si sint circa idē obiectū, sūt cōtrarij. actus q̄ exprimunt alijs uocabulis, q̄ sunt amare, & odire. Vtrūq; quoque in nobis pōt distingui, ut uelle distinguat in uelle efficax, & in uelle remissū. vt dicat uelle efficax, quo uolūtati nō solū cōplacet esse uoliti, sed &

si pōt ſtatim ponere illud in actu, ponat: ſicut nolitio efficax nuncupat, qua non tm̄ nolēs impedit aliquid, ſed & ſi poſit, omnino deſtruit illud. Remiſſa vero uolitio dicitur, qua ſic placet volitum, quod tamen uoluntas nō ponit illud in eſſe, quamuis poſſit. Remiſſa autem nolitio eſt, qua ita diſplicet nolitum, quod non prohibeat illud, quāuis hoc poſſet. In nobis ergo nolitio propriè dicta, videtur eſſe permiſſio alicuius, quod ſcitur. non enim dicor permittere illud, de quo neſcio: vel ita ſit ab aliquo, quod mihi placet. Verum, quod ſcio ab aliquo male fieri, nec prohibeo, hoc permitto. Signum autem volitionis efficacis: ſi fiat immediatè à volente, eſt adimpletio; ſi autem fiat per alterum, ſignum uoluntatis efficacis eſt iuſſio. Signum uero uolitionis remiſſæ in nobis eſt forte conſilium, perſuaſio, aut motio. conformiter ſignum nolitionis remiſſæ, eſt permiſſio, ſiue diſſuaſio; atque ſignum volitionis efficacis, eſt prohibitio.

¶ Porro ſi ilta diſtinctio poteſt poni in Deo, ita quòd ſicut unus actus eius eſt uelle, & nolle, & hoc ſine contrarietate, & diſſimilitudine in illo actu in ſe, ita poneretur ſuper quædam obiecta eius nolita, nolle efficax, & ſuper quædam obiecta eius volita efficax uelle, & ſuper quædam non: tunc poſſet vocari nolitio dei remiſſa reſpectu obiecti, quod ita non vult, quod tamen non prohibet illud, ſeu non impedit. Hæcq; Dei nolitio, poteſt appellari permiſſio eius: & ita eſt actus in Deo, inquantum tranſit ſuper obiectum ſic ſe habens ad uoluntatem diuinam. Si autem iſtud non placet, eo quòd nolitio cuiuſcunque poſiti in eſſe, videtur cum triſtitia quadam, & imperfectione aliqua uoluntatis, tunc dici poteſt, quòd permiſſio extra, vel ſignum, eſt effectus, qui eſt cōtra præceptum diuinum, & iſtud eſt permiſſio: quod eſt ſiguum uoluntatis diuinæ, cui non correſpondet aliquid in uoluntate diuina, niſi non uelle prohibere, ſeu impedire aliquid fieri. & per conſequens non eſt poſitiuus actus: & quod dicitur nolens, hoc poteſt intelligi, quòd non habeat velle rectum circa id, quod permittit, ſed reflexum ſecundum actum reflexum. Offertur enim voluntati ſuæ hunc peccatorum, & primo voluntas diuina non habet circa hoc velle, quia non vult quenquā peccare: Secundò poteſt intelligere voluntatem ſuam non volentem hoc, & tunc poteſt velle uoluntatem ſuam non velle hoc. ſicq; dicitur volens ſinere, voluntarie ſinere: volens permittere, & voluntariè uolens permittere, ſicut ex alia parte præſentato ſibi Iuda, primò Deus habet non velle ſibi gloriam, & non primò nolle ſecundum poſitionem iſtam ſecundam. Et poteſt tunc ſecundò ſe reflectere ſuper iſtam negationem, & velle eam. ſicq; volens, ſeu voluntariè non elegit Iudam finaliter peccaturum. Hæc Scotus.

Dio. Car. ¶ Cuius uerba videntur partim obſcura. Hoc tamen ſciendum, quod ſcriptura attribuit Deo nolle, cum ipſe per Iſaiam dicat iniquis: Quæ nolui elegiſtis. imò & non placere, quemadmodum ſecundo Regum Dauid ait: Si dixerit, nō places, præſto ſum. & ſi non placere ſumatur pro diſplicere: etiam diſplicere Deo attribueretur, imò in ſcripturis diſplicere aſſcribitur Deo, iuxta illud ſecundi Regum: Diſplicuit verbum, quod fecit Dauid coram domino, videlicet adulterando cum uxore Vriæ, cum tamē diſplicere, ſeu diſplicentia magis uideatur importare triſtitiam, pœnam, miſeriam, quàm nolle ſiue nolitio. Conueniunt autem hæc Deo, prout deſignant iuſtam, & ſimplicem deteſtationem, abominationē ſeu reprobationem impietatis, & culpæ. Denique iam dictum eſt paulo ante, quod permiſſio ſicut, & prohibitio, & iuſſio actiuè ſumpta, ē ipſemet Deus permittens, prohibens, iubens: nec aliquid horum in Deo eſt actus elicitus; quaſi ab eſſentia, aut voluntate Dei realiter differens.

Isaiæ. 65. 1. Rom. 16 2. Reg. 11. Nolle, & diſplicere Deo tribuuntur.

Alexāder. ¶ Prætetea ad iſtam quæſtionem multo præclarius, euidentiusq; Alexander reſpondet, prout paulo ante prætactum eſt: & nunc pleniùs, vt tantæ rei eluceat veritas, tāgam. Permiſſio, inquit, præceptio, prohibitio, & cęt. dupliciter accipi poſſunt. Primò actiuè, ſicq; permiſſio non aliud eſt, quàm uoluntas permittens, & præceptio, quàm uoluntas præcipiens, ſic quoq; de alijs. & ſic idem ſignificant, quantum ad principale ſignificatum, puta diuinam eſſentiam, aliquid tamen connotant in creatura, vel poſitiui, vt operationem, quæ connotat effectum, præceptio iuſſum, &c. vel priuatiuè, ut permiſſio non coercitionem, prohibitio fugam, aut non ſectationē. Secundò ſumuntur paſſiuè, vt præceptio pro re præcepta, prohibitio pro re prohibita, permiſſio pro re permiſſa, &c. & ita per ea non ſignificatur diuina eſſentia, ſed ſignum uoluntatis diuinæ: vel in actu, vt in operatione, & præceptione, atq; conſilio: vel in oppoſito actus, ſicut in prohibitione: uel in eo, quod elicitur, ſicut in permiſſione. & quamuis permiſſio ſumpta actiuè, ſit realiter diuina eſſentia, tamen ſecundum rationem intelligētiæ differt ab ea: quoniam ſuperaddit intentionem voluntatis non cohibendi mala, aut uitia. Hęc Alexander. Idem Antiſiodorenſis in Summa ſua libro primo.

Durandi quæſtio. ¶ Poſtremo Durandus hic ſciſcitat: Cum diſpenſare ſit de illicito licitum facere, idem eſt quærere an Deus valeat diſpenſare contra præcepta decalogi, & an poſſit contra ea præcipere. nec poteſt contra ea præcipere, loquendo coniunctim, ita vt cōtra ea præcipiat, & tamen malum ſit agere contra ea, ſicut iam dictum eſt. ¶ Hæc tria uidenda ſunt, Primū eſt quid ſit diſpenſatio. Secundum, quæ præcepta ſint diſpenſabilia. Tertium, an in præceptis decalogi cadat diſpenſatio. Quantum ad primum, ſciendū quod tria hæc differunt, interpretatio præcepti, diſpenſatio, & reuocatio. Interpretari præceptum, eſt dare rationabilē intellectum præcepti, ac præcipientis, non tollendo obligationem præcepti in aliquo, & talem interpretationē poteſt quilibet dare in valde manifeſtis, in dubijs vero ſpectat ad eum, qui cōdidit legem, uel ad parem, aut ſuperiorem. Diſpēſatio autem, & reuocatio important amotionē obligationis præcepti, ſed differenter: quoniam diſpenſatio importat hoc in caſu, & quantum ad aliqua: reuocatio uero abſolutè importat obligationis amotionē. Deniq; præceptorum negatiuorum quædā ſunt de malis, quæ nō eſſent mala, niſi eſſent prohibita: vt nō comedere carnes feria ſexta. Alia ſunt de malis ſm ſe, vt adulterari. Omnia itaq; præcepta prohibitiua eorum, quæ mala ſunt quia prohibita, ſunt diſpenſabilia: quia ab eis tolli poteſt conditio ponens rationum illiciti. Vñ ſi Papa reuocaret quadrageſimale ieiunium, nullus obligaretur ad illud. Ratio quippe illiciti in talibus eſt prohibitio ſolū, quam poteſt amouere, qui fecit eam. Præcepta vero prohibentia mala ſecundum ſe, ſunt diſpenſabilia, dummodo ratio mali queat remoueri ab eis, non alias: vt ſunt communia iuris naturalis præcepta, videlicet non eſſe male agendum, nec debitum ſubtrahendum, quorum oppoſita includunt malum culpæ in propria ratione. ideò indiſpenſabilia ſunt præcepta malorum talium prohibitiua.

Interpretari præceptū, quid.

Præceptū negatiuū duplex.

Præcepta affirmatiua duplicia. bitiua. Similiter dicendum de affirmatiuis præceptis. Nam quædam præcipiunt bona fieri, quæ neceſſaria non ſunt ad ſalutem, niſi quia præcepta, & hæc ſunt diſpenſabilia. non autem illa quæ iubent fieri bona ſecundum ſe, iuſta & neceſſaria ad ſalutem, niſi ab eis ratio boni valeat amoueri. Hæc Durandus, qui quantum ad tertium, ſequitur reſponſionem prætactam Alexandri, Thomæ, Bonauenturæ, videlicet qualiter præcepta decalogi diſpenſationem recipiant, aut non.

Quæſtio. ¶ Prætetea ad qſtionem hanc, an Deus poteſt p̄cipere, quod non vult, rñdet Durandus. Hic eſt duplex modus dicendi. Primus, q̄ Deus poteſt præcipere, & quandoq; præcipit, quod non vult, nec voluntate antecedente, nec conſequente, vt fuit de im

Gene. 22. molatione Iſaac. quod cū non fuerit adimpletum, non fuit à Deo volitum voluntate cōſequente, nec etiam voluntate antecedente: quia volūtas antecedens, & cōſequens non ſunt oppoſitæ, ut quod vna velit, nō velit alia. Nec ideo fuit fictio in huiuſmodi iuſſione, quia per eam aliquid ſignificabatur, vt in metaphoricis, parabolicisque ſermonibus.

¶ Alia poſitio eſt oīno contraria, & primò dicit, q̄ Deus non poſſit p̄cipere aliquid, quod nullo modo vult, nec volūtate antecedēte, nec conſequente. quod primo ſic probat, Deus vult volūtate antecedente omne id, quod ad aliquod ordinat. ſed quicūque præcipit aliquid, ipſo facto ordinat id, quod p̄cipit, igitur eo ipſo, quo Deus aliquid præcipit, vult illud volūtate antecedēte. Secūdò, Deus volun 1. Timo. 2. tate antecedente vult oēs homines ſaluos fieri, & tamen voluntate conſequente vult multos damnari: ergo volūtate conſequente vult oppoſitum eius, quod vult volūtate antecedente. Nec tamē iſtæ voluntates ſunt in Deo contrariæ, qm̄ voluntas antecedens non eſt voluntas abſoluta, & plena, ſed conditionata, & quantum ad quid, vt dictum eſt ſæpe. Diſtinctio namq; voluntatis diuinæ in voluntatem antecedentem, & conſequentē, non ex parte voluntatis, in quo ſumma ſimplicitas eſt, ſed volitorum. Poteſt etenim aliquid habere rationem voliti ſecūdum quid, & ſecundum rationem ſuam in generali: quod tamen non habet rationem voliti ſecundū plenam conſiderationem ipſius, videlicet, quo ad omnes conditiones, actiones, & circūſtantias eius. Et hæc ſecunda poſitio verior eſſe videtur, dempto quod dicit in præceptis diuinis fictionem fuiſſe, aut eſſe, niſi Deus vellet fieri id, quod iubet, aut fieri nollet, quod prohibet, cuius oppoſitum declaratum eſt ſupra. Hæc Durandus.

A *Quod aliquando homo bona voluntate aliud vult, quàm Deus, & aliquando mala id, quòd Deus bona voluntate vult.*

Diſtinctio XLVIII.

Qualitas voluntatis diuinæ cōformetur.

Ciendū quoq; eſt, quod aliquādo mala eſt voluntas hominis idem volentis, quod Deus vult fieri, & aliqn̄ bona eſt voluntas hoīs aliud volentis, q̄ Deus. Vt.n. bona ſit hoīs voluntas, oportet attēdere, q̄d congruat ei velle, & quo fine. Tm̄.n. intereſt inter voluntatē Dei, & voluntatem hoīs, vt in quibuſdā aliud congruat Deo velle, aliud hoī. Vnde Auguſtinus in Enchiridio: Aliquādo, ingt, bona voluntate homo vult aliquid, q̄ Deus non vult bona: multo amplius multoq; certiùs voluntate. Nā illius mala voluntas eſſe nunquam pōt. Tanquam ſi bonus filius patrē velit, viuere, quē Deus bona volūtate vult mori. Et rurſus fieri poteſt, vt hoc velit hō voluntate mala, q̄ Deus vult bona. Velut ſi malus filius velit mori patrē, velit ēt hoc Deus. Nempè ille vult, quòd non vult Deus, iſtæ verò id vult, quod vult, & Deus: & tamē bonæ Dei voluntati pietas illius potiùs conſonat quamuis aliud volentis, q̄ huius idem volentis impietas. Multum .n. intereſt, quid velle homini, quid velle Deo congruat: & ad quem finem ſuam quiſq; referat voluntatem, vt approbetur, vel improbetur. Poteſt enim uelle bonum, quod non congruat ei uelle, & poteſt uelle bonum, quod congruit, ſed non refert ad finem rectum, & ideo non eſt bona uoluntas.

Quòd ſecūdū duo conſidera tur bona voluntas hominis.

B *Quod bona Dei voluntas mala hominum voluntate impletur, vt in paſſione Chriſti contigit: vbi quiddam factum eſt, quòd Deus bona, & Iudæi mala voluntate voluerunt: voluerunt tamen & aliquid, quòd Deus non voluit.*

Illud quoq; nō eſt p̄mittendū, q̄ aliqn̄ Dei uoluntas bona p̄ malā hoīs uoluntatē impletē. Vt in crucifixione. Chri factū eſt, quē Deus bona uoluntate mori uoluit, Iudęi uero impia uolūtate eū crucifixerunt. Et uolebāt Iudæi mala uoluntate quiddā, q̄ Deus bona uoluntate uolebat, ſ. ut Chr̄s pateretur, & moreretur: ſed uolebāt ēt aliqd aliud, quod Deus nolebat, ſ. occidere Chr̄m, quod fuit mala actio, & pctm̄. Actū quippe Iudæorum nō uoluit Deus, paſſionē uero Chriſti uoluit, ſicut & in ipſo Pſalmo. Chriſtus ad patrem ait: Tu cognouiſti ſeſſionē meā. i. uoluiſti, & approbaſti paſſionē meā, tibi. n. placuit: Voluit, itaq; tota Trinitas, ut Chr̄s pateret, nec tm̄ uoluit, ut Iudæi occiderent: q̄a uoluit pēnā Chri, ſed non uoluit culpam Iudæorū, nec tamē noluit. ſi enim noluiſſet, nec fuiſſet. Pſal. 138.

C *Oppoſitio.*

Sed ad hoc opponit ſic. Si uoluit Deus Chriſtus pateretur, voluit utiq; ut pateretur à Iudæis,

à Iudæis, vel non. Si voluit vt non pateretur à Iudæis, cum passus sit: factum est itaque quod voluit Deus non fieri. Si autem voluit eum pati à Iudæis, ergo voluit eum occidi

Respõsio. à Iudæis: voluit itaque vt Iudæi occiderunt eum. Ad quod respondentes, dicimus simpliciter concedẽdum esse, quòd Deus voluit Christum pati, & mori: quia eius passio bo-

Roman. 8. num fuit, & causa nostræ salutis. Cum autem dicitur, volebat eum pati, vel occidi à Iudæis, hic distinguendum est. Si enim intelligitur sic, volebat eum sustinere passionem siue crucifixionem à Iudæis illatam, verus est sensus. Si verò intelligitur sic, volebat vt Iudæi occiderent eum, falsum est. Non enim volebat Deus actionem Iudæorum, quæ mala erat, sed volebat passionem bonam: & hæc voluntas per malas Iudæorum voluntates impleta est. Vnde Augustinus in Enchiridio: Deus quasdam voluntates suas vtique bonas implet per malorum hominum voluntates malas, sicut per maleuolos Iudæos bo-

August. in Enchiri. na voluntate patris Christus pro nobis occisus est. Quod tantum bonum fuit, vt Apo-

Matt. 16. stolus Petrus quando id fieri nolebat, Sathanas ab ipso, qui occisus est, diceretur. Ecce manifestè habes magnum bonum fuisse, quòd Christus occisus est, & hoc bonum, quia Petrus nolebat, ideo redargutus est.

D *Vtrum placuerit viris bonis quòd Christus pateretur, & moreretur. Placuit quidem intuitu nostræ redemptionis, sed non ipsius cruciatus.*

Ex quo solui̇tur quæstio, quæ quæri solet, vtrum viris sanctis placere debuerit, quòd Christus pateretur, vel occideretur. Debuit enim eis placere intuitu nostræ liberationis, vel redemptionis, sed non intuitu ipsius cruciatus. Voluerunt ergo, ac vehementer cupierunt Cõristum mori propter liberationem hominis, & impletionem diuinæ voluntatis, sed non voluerunt delectatione ipsius afflictionis. De eodem ergo *lætabantur, & cõristabantur: sed ob aliud gaudebant, & propter aliud dolebant. Volebant ergo Christum mori pro hominis redemptione, & tamen de morte ipsius diuersis de causis corda eorum variè mouebantur.

* delectabantur.

E *Quomodo sentiendum sit de passionibus sanctorum, an velle, an nolle, debeamus.*

Si verò quæritur vtrum eodem modo sentiendum sit de passionibus, & martyrijs sanctorum: dicimus aliquam esse differentiam, inter passionem capitis, & membrorum, Christi namque passio causa est nostræ salutis, quòd non est passio alicuius sancti. Nullius enim passione redempti sumus nisi Christi. Profuerunt quidem non modo eis, qui passi sunt, verum etiam alijs fidelibus ipsorum passiones, veruntamẽ nostra redemptio, non sunt: hoc enim passio illius sola potuit, qui Deus est, & homo. Illius ergo passionem

Passiones sc̃ōrũ possum⁹ velle & nolle, & vtrũq; bona voluntate. credentium piæ mentes voluerunt, & optauerunt fieri, sicut futurum credebant. Passiones uerò sanctorum possumus velle, & nolle, & vtrunque bona voluntate, si rectos nobis proponamus fines. Cui enim placuit Pauli passio eo fine, quia præmium eius per hoc auctum, & paratum cernebat, bonam videtur habuisse voluntatem, quæ voluntati eius congruebat, qua cupiebat dissolui, & esse cum Christo. Qui autem voluit eum declinare passionem, & effugere manus *iniquorum compassione pietatis, & ille habuit bonam voluntatem. Vnde Augustinus in Enchiridio: Bonæ apparebant voluntates piorum fidelium, qui nolebant, apostolum Paulum Ierusalem pergere, ne ibi pateretur mala, quæ

Philip. 1.

*inimicorum.

Actu. 21. c Agabus prophera prædixerat: & tamen hoc illum Deus pati volebat pro annuncianda fide Christi, exercens martyrem Christi. Neque ipse bonam voluntatem suam impleuit per Christianorum voluntates bonas, sed per Iudæorum malas: & ad eum potiùs pertinebant, qui nolebant, quòd Deus volebat, quàm illi per quos uolentes factum est, quod uolebat: quia idipsum mala uoluntate fecerunt, quòd Deus bona uoluntate uoluit. Ita & in passione Christi factum est. quod enim Deus uoluit, hoc idem Iudas, Iudæus, & diabolus: sed illi mala uoluntate, Deus uero bona uoluntate, scilicet ut Christus moreretur. Veruntamen illi actum uoluerunt, quem Deus non uoluit.

Summa distin. 48. IN hac distinctione tractatur de conformitate uoluntatis humanæ cum diuina, & in quo consistat, & circa hoc remouet apparentem errorem, quoniam posset quis æstimare bonam esse uoluntatem creatam humanam, uolentem id, quod vult Deus, atque, nolentem, quòd Deus non vult, & declarat, quod nullum horum sit vniuersaliter ita, deinde ostendit, in quo verè consistat talis conformitas.

QVAE-

QVAESTIO I.

Arguit. 1. contra veritatem. HIc quæritur primò, *qualiter, & in quibus possit voluntas humana diuinæ, & increatæ voluntati conformari.* ¶Videtur q̃ non possit, quia creata volũtas in infinitum distat ab increata, ergo nulla est inter eos proportio, multoque minus con-

2 formitas. ¶Secundò, eorum est conformari, quorum, est vna forma, vt patet ex nominis designatione. sed Dei, & hominis non est vna forma, cum nec

3 genere, nec specie conueniant. Tertiò, per Isaiam

Isaiæ. 55. dominus contestatur: Sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à cogitationibus, & vijs vestris. Per quę verba Deus insinuat non esse assimilationem inter se, & homines in cogitationibus, & pari ratione, nec in affectionibus.

4 ¶In libro quoque Sapientiæ habetur: Quis po-

Sapi 9. terit cogitare, quid velit Deus? si ergo cogitare nõ valemus, quid velit Deus, non poterimus ei conformari in volendo.

In oppositum. ¶In contrarium sunt, quæ dicuntur in litera, & quia iubemur voluntatem nostram diuinæ subijcere voluntati, nec contra eam esse rebelles.

Antisiod. Voluntas duplex. ¶Circa hæc scribit Antisiodorensis in Summa sua libro primo: Duplex est voluntas, videlicet rationis, & sensualitatis. loquendo de voluntate rationis, quæ est intellectualis appetitus, & propriè nominatur voluntas, tenemur velle, quicquid scimus Deum absolutè, atque simpliciter velle: non autem loquendo de voluntate secunda, quæ est appetitus sensitiuus, ac naturalis: quia nec Christus hac voluntate voluit, quicquid pater. sicque soluuntur, & concordantur auctoritates, quæ con-

Psal. 100. trariæ sibi videntur. Siquidem super illud in Psalmo: Non adhæsit mihi cor prauum, loquitur glossa: Prauum, & distortum cor dicitur, quod non vult, quod Deus. Et item voluntas Dei est iusta, cui conformari debemus vt iusti simus. Nihilominus in Enchiridio asserit Augustinus, quòd homo

August. licitè potest velle cõtrarium eius, quod scit Deum velle, vt patrem suum non mori, quem Deus vult mori. similiter aliquis illicitè, atque iniustè vult illud, quod Deus. Nihilominus rursus asserit Augu-

Idem. stinus iniusti sunt, quibus displicet prouidẽtia Dei. Dicendum ergo, quòd in omnibus tenemur velle, quod scimus Deum velle. tamen voluntas nostra

Humana voluntas quando bona. non est ex hoc solum bona, quòd est voluntati diuinæ conformis in uolito, sed oportet, quod sit illi conformis in fine voluntatis, & circunstantijs alijs. Verum quorundam fuit opinio, quòd solum in præceptis, & prohibitis teneamur velle, quod Deum velle cognoscimus, Aliorum uerò quamuis paucorum opinio fuit, quod tenemur velle voluntatę rationis, quicquid scimus Deum velle: sed licitum sit, secundum concupiscibilem desiderare contrarium eius, quod scimus Deum velle, ad quod allegant illud Apostoli, Hoc ipsum confidens scio,

2 Cor. 2. & permanebo omnibus vobis. & tamen cupiebat dissolui, & esse cum Christo, & hoc fuit contra Dei

Philip. 1. voluntatem. Sed ista opinio stare non valet: quemadmodum enim sunt quædam virtutes in rationali, sic quædam sunt in concupiscibili, & quædam in irascibili. In omnibus autem virtutibus tenemur Deo assimilari, ergo non solum in eis, quę pertinent ad rationalem, tenemur velle, quod scimus, Deum velle. Hæc Antisiodorensis. Cuius responsio non videtur resoluta, imò, & sibijpsi apparet

Dio. Car. in Antisi. partim esse contraria. Nempè vt patuit distinguendo duplicem voluntatem ait, quod loquendo de uoluntate sensualitatis, possumus licitè uelle contrarium eius, quod scimus Deum velle: & nunc reprobat opinionem sentientium ita. sed forsitan intendit hoc soluere per distinctionem prętactam de voluntate, quod si fieri queat infra patebit.

Alex. quæstiones quinque. ¶Porrò Alexander circa hæc multa quærit. Primò an possibilis sit conformatio, seu conformitas voluntatis humanæ cum diuina. Secundò, quid sit conformatio talis. Tertiò, an teneamur voluntatem nostram voluntati conformare diuinæ. Quartò, an teneamur, velle, quod Deus vult. Quintò, suppositò, quòd non, an teneamur velle, quod scimus Deum velle. sed & alia, quædam inquirit, & plura quærit Antisiodorensis, quæ tangentur. Itaque ad primum respondens.

Ad 1. responsio. ¶Distantia, inquit, est duplex, videlicet essentialis, & proportionalis. Distantia essentialis inter voluntatem diuinam, & humanam est infinita, cũ voluntas Dei sit sua essentia. Distantia verò proportionalis inter eas non est infinita. & dicitur proportionalis, per relationẽ voluntatis humanę ad diuinam, quemadmodũ homo dicitur bonus, per relationẽ bonitatis suæ ad increatam. Voluntas enim Dei vt est finis voluntatis humanæ, non est voluntas absolutè dicta. sed vt regulans secundum sui complacẽtiam hominis voluntatem in omni sua conuersatione. sicque non est inter eas infinita distantia.

Distantia duplex.

ad 2. ¶Ad secundum respondet: Cõformatio potest attendi ſm quatuor genera causarum, scilicet in volẽdo, quod Deus vult, in volendo, quod vult nos velle in volendo, quod scimus Deum velle, in volẽdo, ad quod vult. Prima est conformitas materialis, secunda formalis, tertia est in ratione causæ efficientis, quarta in ratione finis. Dicendo ergo, quòd dũ quatuor ista concurrunt, est perfecta conformitas, ac conformatio. Sufficiens verò conformatio attẽditur in duobus, vt scilicet velit homo sicut nult Deus, & propter quod vult. Imperfecta conformatio est, dum vult homo id, quod Deus vult, vel quod scit Deum velle. Est ergo conformitas perfecta secundum quatuor genera causarum, & secundum hoc dicitur, quod est conformitas in bonis, & malis in via, & patria.

ad 3. ¶Ad tertium respondet: Præcepta negatiua obligant semper, & ad semper: affirmatiua verò obligant semper, sed non ad semper. & in vtrisq; tenemur ad nostram voluntatem conformare, & subiu-

Deute. 6. Matt. 22. Marc. 12. Luc. 10. gare diuinæ per obedientiam, quatenus indefinenter declinemus à malis, & tẽpore opportuno bona agamus. Tenemur namque ad dilectionem diuinam, & ipsa nostram voluntatem conformat diuinę, quemadmodum ait Hugo, Scio ò anima mea, quia quicquid diligis, vi dilectionis in eius similitudinem transformant.

Hugo.

Obiecti. 1. ¶Sed obijci potest, qm̃ nullus tenetur ad impossibile. sed obstinati, & damnati nequeunt suam volũtatẽ conformare diuinæ, non ergo tenẽtur ad hoc.

Obiecti. 2. ¶Rursus, si existens in peccato mortali ita se cõformare tenetur, ergo peccat continuè. ¶Respondendum ad primum, quòd quamuis obstinati, prostatu, quo obstinati sunt secundum quosdam ad cõformationem prætactam non teneantur, quia impossibis ei est, absolutè tamen tenentur ad eam. Et si objiciatur, quòd secundum hoc reportant lucrum ex culpa sua. ¶Dicendum, quòd non: quoniam, quamuis non teneantur ad conformationẽ, tamen tenentur ad pœnam.

Ad primũ

Anselm⁹. ¶Alij aũt dicunt iuxta Anselmum, quòd impossibilitas, qua se non potest cõformare voluntati diuinæ, venit ex propria culpa eius, vel nõ. Si nõ, excusatur.

satur. si sic, non excusatur, sed ad conformationē huiusmodi obligatur.

ad 2. ¶Ad secundum dicendum, sicut de charitate ad quam tenemur semper, sed non ad semper: Ad hoc namq; , quòd quis teneatur moueri motu seu actu charitatis, requiritur, quòd sit in apprehensione bonitatis Dei, & quòd habeat habitum charitatis, quo queat ferri, & moueri ad dilectionem diuinam. Similiter de conformatione dicendum.

ad 4. ¶Ad quartum respondet: Non tenemur velle, qđ Deus vult, sed bona voluntate possumus aliud velle, tamen distinguendum, quòd illud, quod vult Deus, aut est scitum à nobis, aut ignoratum. si ignoratum, non tenemur, quoniam ignorantia excusat. si cognitum, vno modo tenemur, vt infra patebit. similiter secundum vnum modum velle tenemur quæcunque scimus esse iusta, & bona, prout subiungitur.

ad 5. ¶Ad quintum igitur respondendum, quòd secundum quorundam opinionem in præceptis, & prohibitionibus vellè tenemur, quod Deum vellè cognoscimus, in alijs non.

Obiectio. ¶Sed cōtra, sicut culpa est declinare à prima veritate cum scitur, sic culpa est declinare à prima bonitate quando cognoscitur: sed peccatum est declinare à prima veritate mentiendo, aut alio modo scienter, ergo peccatum est declinare à prima bonitate seu voluntate diuina dum noscitur. Alij ergo dicunt, ꝙ est voluntas rationis, & sensualitatis: & volūtate rationis tenemur velle, quod scimus Deū velle, non autem voluntate sensualitatis. Alij dicūt quòd voluntas diuina potest respicere volentem, seu volūtatem meam, vel volitum. teneor ergo velle, quod scio Deum me velle, ita, vt voluntas diuina respiciat volentem, aut voluntatem. non autem teneor vellè, quod scio Deum vellè. Hinc Glossa super illud, Rectos decet collaudatio. Congruit, vt quæcunque vult Deus te velle, velis, & tu. Contingit autem Deum velle te aliquid velle, quod non vult me velle, vt mortem patris mei. Vnde quāuis ego scirem Deum velle aliquid, non tamen debeo illud velle, nisi congruat mihi illud velle. Hinc, qđ scio Deum vellè, aut congruit mihi illud velle, aut non. si congruit mihi, debeo, & teneor illud vellè: si non congruit, non teneor.

Psal 32.

Obiectio. ¶Sed contra hæc obijci potest: Vera amicitia est, eadem vellè, & nolle: ergo charitas, & amicitia voluntatis humanæ cum Deo, astringit, ut velimus, quæ Deus vult: & non uelimus, quæ ille non uult.

Dilutio. Dicendum quòd verum est hoc in his, quæ amico conuenit uellè.

Obiectio. Augustī. ¶Et si rursus obijciatur, quod asserit Augustinus atq; prętactum est: Impius est cui displicet prouidētia Dei: ergo quicquid Deus disponit, & prouidentialiter agit, vellè tenemur. Dicendum, quòd illud quod displicet, pōt considerari absolutè siue in se, & itē in relatione ad prouidentiam Dei. Primò modo considerātū, potest sine peccato displicere, non autem secundo modo. Itaque contrariū eius, quòd scio Deum velle, potest attēdi dupliciter. Primò ex parte voliti tantū. sicq; possum vellè contrariū eius quod scio Deum vellè, vt si scirem Deū velle mortem patris mei, possem vellē vitam ipsius, & laborare, vt curetur. ¶Secundò attendi potest cōtrarietas ista ex parte volentis, & ita non debeo: quia nō debeo vellè contrarium eius, quod scio Deum me velle. Deus autem non vult me vellè mortem patris mei. Præterea quod possimus vellè oppositum eius quod scimus Deū vellè, probatur: quoniā beatissima, & sacrosanctissima virgo Maria nolebat dilectissimum filium suum pati, & crucifigi, & tamen cognouit, quòd Deus pater voluit illud: sic & apostoli tristabantur de morte ipsius, quā uoluit Deus. Christus quoque defleuit Ierusalem, quam Deus pater uoluit deuastari. Verum ad ista, & consimilia, quidam respondent, quòd sicut ipsemet Christus appetitu naturali, & sensitiuo refugiebat mortem, quam intellectuali appetitu acceptauit, ita dicendū de sanctis istis, prout de hoc infra magis dicetur. Hæc omnia Alexander.

Matt. 16. Marc. 8. Luc. 19.

Thomas.

Philosop.

¶De primo horum, uidelicet de conformatione voluntatis humanæ cum diuina: & de secundo, vtpotè quid sit conformitas, seu cōformatio ista, scribit Thomas: Conformitas est conuenientia in una forma. sicq; idem est, quod similitudo, quam causat vnitas qualitatis, vt dicitur metaphysicæ quinto: Vnde hoc modo aliquid Deo conformatur, quo ei assimilatur. Contingit autem aliqua dici similia dupliciter. Primò, quoniam unam participant formam, sicut duo albi albedinem. & sic omne simile oportet esse compositum ex eo, in quo conuenit cum alio simili, atque ex eo in quo differt ab illo, cum similitudo sit nisi differentium secundum Boethium, sicq; nil potest esse simile, differens, conforme, aut conueniens Deo, ut frequenter dixerunt philosophi. Secundò ex hoc, quòd unum habet participanter id, quod alter habet essentialiter. & sic uoluntas creata potest esse conformis uoluntati diuinæ, nec ista conformatio in vtroque compositionem requirit. ¶Veruntamen conformitas ista potest dupliciter intelligi. Primò de ipsa potentia voluntatis, quæ data est homini ad exemplar voluntatis diuinæ, quæ pertinet ad similitudinem, in qua ratio consistit imaginis, quę imago communis est bonis, ac malis. De qua non quærimus hic. Secundò de actu uoluntatis, qui & voluntas uocatur. & de hac conformitate iam quæritur, quia in ea meritum, demeritumq; consistit. & ista conformitas est tantum bonorum.

Boethius.

Quæstiuncula. ¶De hoc autem, an conformitas uoluntatum attendatur præcipuè secundum volitum, scribit sic: De conformitate actus. voluntatis iam quærit, quæ est quasi secundum speciem moris: & quadrupliciter pōt considerari, secundum quatuor genera causarum. puta secundum causam materialem, vt cum circa idem versatur actus uoluntatis diuinę, & humanę. ideò ista conformitas est tantum secundum quid, quoniā esse non est à materia. Secundò penes causam efficiētem, vt dū quis vult, quod Deus vult eum velle. Hunc etenim ordinem voluntatis Deus in homine facit, vel secuudum causam finalem, dū homo in gloriam Dei sua ordinat facta, propter quam Deus omnia fecit, & in his duobus conformitas voluntatis consistit, vel secundum causam formalem, vt si ex charitate quis uelit. Ex habitu quippe est forma actus, & in hoc consistit conformitatis huius perfectio. Ratio uero dicti istius est, quoniam essentialis assimilatio aliquorum attenditur secondum id, ex quo species trahitur. Porro species cuiuslibet actus uoluntarij trahitur ex obiectio, quod est forma uoluntatis actum producentis. Ad obiectum autem actus duo concurrunt. Vnum se quasi materialiter habens, alterum quasi formale rationem obiecti complens, quemadmodum ad uisibile concurrunt lux, & color. Id vero, quod materialiter habet se ad obiectum voluntatis est quecunque res volita: sed ratio obiecti cōpletur ex ratione boni. Vnde ex hoc actus uoluntatis humanæ

conformatur voluntati diuinæ, quod tendit in bonum sicut voluntas diuina. & ex hoc actus bonus est repræsentans bonitatem diuinam, & hęc est conformitas secundum causam efficientem: quoniam vnamquamq; volūtatem Deus ordinat in bonum, & hoc vult Deus nos velle, in quod nostra voluntas ab ipso est ordinata: & ista conformitas conformitatem finis includit, inquantum hoc volitum habet rationem bonitatis ex fine, quamuis etiam interdum in se bonum existat. sicque ex hoc essentialiter attenditur conformitas, non ex re volita, ex qua speciem ipse actus non trahit. Habitus verò charitatis addit perfectionem in bonitate actus. idcirco secundum causam formalem attenditur conformitatis perfectio, ita vt actus nostræ voluntatis diuinæ voluntati sit tanto conformior, quanto est melior, atque perfectior. ¶Hoc quoque pensandū, quòd passio Christi habuit duo, videlicet quòd fuit salutiua generis humani, & ita volita fuit à Deo patre, ac sanctis: & item, quod fuit afflictiua innocentis. sic volita fuit ab impijs, qui peruersa, ac impia voluntate eam volebant, vt quoddam malum pœnale. ideo non secundum eandem rationem volita fuit à sanctis, ac impijs.

Tenetur hō volūtatem suam cōformare volūtati diuinæ.

¶Insuper ad conformandam voluntatē nostram voluntati diuinæ tenemur. Ad hoc namq; propriè quis tenetur, quod si non facit, incurrit peccatū. In omnibus aūt tam naturalibus, q̄ voluntarijs contingit peccatū ex hoc, ꝙ res non tendit, nec peruenit, ad id, ad quod ordinata est, vt in 2. dicitur physicorum, & patet in monstris, atq; erroribus in operationibus artis. Veruntamen differenter, quia in naturalibus defectus ab ordine incidit ex necessitate, in voluntarijs verò ex libertate, idcirco defectus ille vocatur, & est culpa. Cumq; conformitas voluntatis consistat in hoc, ꝙ per actum suum tēdit in id ad quod ordinata est, defectus conformitatis illius peccatū, & culpa est. Hinc ad conformitatē voluntatis tenemur. Deniq; ad aliqua tenemur directè, vi delicet ad ea, quæ nostra sunt potestate. sicq; tenemur ad id, quod congruit nos velle, & fm rectum finem: qm̄ in utrumq; istorum per naturalia nostra tendere possumus. Ad aliquid autem indirectè tenemur, sicut ad habendam gratiam, quod secundū se in nostra potestate non est, sed in nostra potestate est facere aliquid. quo facto, obtinebimus gratiā. sicq; tenemur etiam ad illum voluntatis conformitatē, quæ est secundum formam, seu habitum claritatis. ¶Verum his obijci potest. Primo, qm̄ non tenemur intellectum nostrū conformare intellectui diuino, aliàs nullus habens falsam opinionem, posset saluari. ergo nec voluntatē voluntati diuinæ. Secundò, obstinati non possunt se conformare voluntati diuinæ, cum sint indurati in malis: non ergo tenentur ad illa conformitatē, cum tamen quidam eorū sint viatores. Tertiò, quicquid Deus vult fieri, fit: ergo, quicquid vult nos velle, hoc volumus. Aut ergo Deus non vult nos facere bona, aut nunq̄ peccamus mala agendo: & cū mali non velint facere bona Deus non vult eos bona velle. ¶Dicendū, ꝙ non est simile de intellectu, & voluntate, quia defectus, seu error interdum non est in nostra potestate, eo, ꝙ intellectus cogi possit euidētia demōstrationis, vt 5. metaphysicæ fertur, non autem voluntas. Verū tamē in his, quæ sunt necessaria ad salutem, intellectum, quoq; nostrū obligamur intellectui conformare diuino: quia in talibus nō deest alicui diuinū auxilium, si quod in se est faciat. ¶Ad secundū, ꝙ dum quis obstinatus est, simul diuinæ voluntati cōformis esse non valet. tamen in statu viæ nemo est, qui mentis obstinationem nō possit abijcere, sicq; voluntati conformari diuinæ. Damnatis verò in pœnam inflictum est, quod ab obstinatione nunquam recedunt. non tamen demerentur, quia non sunt in via. ¶Ad tertium, cum dicitur conformitatem attēdi in hoc, quòd volumus id, quòd Deus vult nos velle, intelligendum est de voluntate Dei antecedente, cuius effectus est ordinatio naturæ nostræ in bonum, non de voluntate consequente.

Philosop.

Obiect. 1.

Obiect. 2.

Obiect. 3.

Ad primū

Philosop.

Ad scām.

Ad tertiū.

Quæst. ¶Postremò ad id, vtrū teneamur voluntatem nostram conformare diuinæ, respondet: Deus vult aliqua voluntate antecedente, nec dubium quin in tali volito teneamur voluntatē nostram diuinæ volūtati conformare: qa ad hoc volitū ordinata est diuinitus nostra voluntas. Aliqua quoq; vult Deus voluntate consequente, & talia volita nō semper nota sunt nobis, nisi inquantū ab ipso manifestatur. taleque volitū addit aliquid bonitatis ad rem, vt volita esse possit, eo ꝙ Deus eā velit. quemadmodū enim aliquid habet in se bonitatem, vt bonū ex genere, si cut eleemosynā facere, & tamen aduenit ei aliqua ratio bonitatis ex fine, ita etiam aduenit sibi aliqua rō bonitatis ex hoc, ꝙ est volitū, & ordinatū à Deo. Nam eo ipso, ꝙ aliquid apprehenditur, vt uolitū à Deo, apprehenditur vt bonū. Hinc voluntas talē sequens apprehensionem, tendere tenetur in illud. Veruntamē, cum diuersi sint gradus appetitus, consequentes diuersas apprehensiones, nullus appetitus tenetur in illud tendere bonū, cuius rōnem non apprehendit, sicut appetitus sensitiuus non apprehendit bonū spirituale, sed sensibile. Est quoq; in nobis quædā naturalis voluntas, qua appetimus id, quod secundum se bonum est homini, inquātū est homo, & hic appetitus sequitur apprehensionem rationis, prout est aliquid absolutè considerans, sicut homo vult scientiam, virtutem, & sanitatem. Est etiā quædam voluntas deliberatiua, de fine, circunstantijsq; diuersis. & secundum hāc tendimus in id, quod habet rationem bonitatis ex fine, aut ex circunstantia aliqua. si ergo fit aliquid, quod habeat omnes rationes has bonitatis, quilibet appetitus si sit rectus, tendit in hoc. Si aūt desit aliqua rō bonitatū istarum, necesse est appetitum, cui correspōdet rō talis, non tendere fini, in hoc, sed forsan in contrariū, si contrarium habeat rōnē contrariā: sicut secari propter sanitatem, est contristabile fm sensum, neq; fm se bonū est, sed tm̄ ex fine. propter quod sola voluntas deliberatiua eligit sectionē, quam voluntas naturalis, appetitusq; sensitiuus abhorrent. similiter in proposito est dicendū. Si enim apprehendatur aliquid volitum esse à Deo, quod præcipuè per signū operationis manifestatur, voluntas deliberatiua, quæ sequitur rōnem, prout est apprehendens, & conferēs de hac bonitatis rōne, tenetur illud velle, quāuis voluntas naturalis, & appetitus sensitiuus refugiāt, & in refugiendo voluntati diuinæ conformantur, inquantum tendunt in bonum secundum rationem, apprehensum, sicut in illo, q̄ piè dolet de morte parentum, aut alicuius, qui in ecclesia vtilis fuit. In talibus aūt motus voluntatis deliberatiuæ in iniquis, omnino corruptus est, quia de ordinatione diuina multoties murmurant, impetum sensualitatis, & naturalis voluntatis oīno sequentes. Porrò in viatoribus iustis motus voluntatis deliberatiuæ permanet integer, sed imperfectus: tū ex parte cognitionis, qa non plenè diuinam voluntatē cognoscit: tū ex parte affectionis, quia ex moribus inferioribus retardatur. Vnde in talibus sufficit non recalcitrare dispositioni

Qualiter teneat homo cōformare volūtatem suā Deo etiam in volito.

spositioni diuinæ. nec oportet intra se gaudium experiri de eo, quod secundum talem fit voluntatem, sicut & 3. Ethicorum ait Philosophus, ꝙ sufficit forti de periculis mortis non contristari. & hæc est cõformitas viæ, id est cõformatio voluntatis humanæ cum diuina in vita hac. In beatis verò motus volũtatis deliberatiuæ, est integer, ac perfectus: tũ ex parte cognitionis, quoniam voluntatem diuinam plenè cognoscunt: tum ex parte affectionis, quæ omni inferiori apperitui dominatur. Hinc vidēdo, quòd Deus vult, quòd volunt, & ipsi, gaudium experiuntur, de quo in Psal. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam. ¶ Si autem his obijciatur, ꝙ diuinum volitũ est nobis sæpè ignotum, ergo non possumus nos ei conformare. ¶ Item dato, ꝙ alicui sua reuelaretur futura damnatio, adhuc non teneretur velle, imò adhuc obligaretur se ex charitate diligere, & per consequens salutem optare, & ita non tenetur velle, quod scit Deum velle.

Psal. 57.
Obiecti. 1.
Obiecti. 2.
Obiecti. 3.

¶ Amplius Christus cognouit suam passionem à Deo volitam esse, & tamen aliquo modo noluit eã.

Ad primũ

¶ Dicendum ad primum, ꝙ volitum Dei volũtate antecedente, notum est nobis ex naturali inclinatione ad bona. Volitum autem Dei voluntate consequente innotescit nobis per reuelationẽ, aut operationem. ¶ Ad secundum, ꝙ casus ille est, quasi impossibilis: quoniam nulli sua damnatio reuelatur: si tamen reuelaretur, posset intelligere, quasi comminatoriè dictum: teneretur tamen velle voluntate deliberatiua ordinem istum iustitiæ, quod si in peccato mortali decesserit, damnaretur: quoniã Deus, hoc vult, & non damnationem per se nisi per culpam. ¶ Ad tertium, ꝙ Christus volũtate rationis deliberatiua suam voluit passionem. Similiter benedictissima, & gloriosissima, ac deuotissima virgo Maria, & cæteri, quamuis naturalis voluntas dissentiat deliberatiua tenemur velle absolutè, omnibusque pensatis quicquid scimus Deum velle absolutè, dummodo congruat nobis illud velle. & dicunt hoc implicari in radice decalogi, quę est amor Dei.

Ad scdm
Ad tertiũ.

¶ Si demum quæratur, an sancti voluerunt Christi passionem.

Quæstio.

¶ Dicendum sicut præhabitum est, quod non secundum quod fuit afflictio innocentis, sed inquantum fuit mundi redemptiua, ac saluatiua. Consimiliter sancti ex zelo iustitiæ, non ex odio volunt supplicia reproborum, ac damnatorum. Veruntamen quoniam in sanctis viatoribus locum habet compassionis affectus, quamuis voluntate deliberatiua debeant velle damnationem reproborum existentium in inferno, atque eorum, qui iam sunt in via, quorum certa damnatio eis est certitudinaliter reuelata: attamen illis compati possunt. sed quoniam in beatis locum non habet compassio, prout pœnam includit, sed prout subueniendi voluntatem importat his, quibus subueniri potest, idcirco damnatis non compatiuntur, nec ipsis cupiunt subuenire. Hæc Richardus.

Qualiter sancti, voluerunt Christi passionem.

¶ At verò secundum Bonauenturam, vnum potest alteri conformari. Primò secundum similitudinem, secundò penes habitudinem. ¶ Primum fit dupliciter. Primò, dum duo, aut plura participant aliquod tertium, vt agnus, & cygnus albedinem: aut aliqua duo ita se habent, quod vnum est, quasi similitudo, vel exemplar alterius, vt species superior speciei inferioris: aut dum aliquid participat similitudinem ipsam, quemadmodum speculum, seu oculus recipit similitudinem rei visibilis. conformari verò secundum habitudinem, est assimilatio secundum comparationem, aut proportionem, sicque voluntas humana comparatur diuinæ.

Bonauen.

¶ Cumque conformitas voluntatis nostræ ad diuinam, attendatur secundum proportionem, & proportio duplex sit, vtpotè quãtum ad actum volendi, & quantum ad volitum: conformitas secundum vtramque proportionem est sufficiens, & voluntatem hominis efficit iustam. similitudo enim proportionis, quantum ad actum, consistit in hoc, vt sicut vnus vult ex charitate, & iustè, ac virtuosè, ita & alter: similitudo proportionis quantum ad volitum, est idem obiectaliter velle, aut nolle: nec sufficit iustam facere voluntatem, vt patet ex dictis. Nam aliquid congruit velle vni, quod non congruit alteri: & quòd vnus vult ex causa rationabili, alius vult ex causa irrationabili. Vnde constat, an conformitas voluntatis nostræ ad diuinam, faciat eam iustam.

Proportio duplex.

¶ Præterea si quæratur, an teneamur voluntatem nostram conformare diuinæ, in ratione volendi.

Quæstio.

¶ Dicendum, quod imò, ita vt velimus ex charitate ex qua, & Deum ex toto corde tenemur diligere, & ex virtute, atque iustitia tenemur prosequi bona, ac fugere mala, iuxta illud Deuteronomij: Iustè quod iustum est exequeris. Vnde Apostolus: Omnia, inquit, quæcunque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini nri Iesu Christi facite. Verum ista est obligatio præcepti affirmatiui astringentis semper, sed non ad semper, vtpotè loco, & tẽpore opportuno, sed iugiter obligamur non tendere in contrariũ charitatis. Tenemur autẽ operari ex charitate suo loco, & tempore, si tamen habemus charitatem: si verò non habemus, non tenemur ad hoc, sed ad æquiualens: quia tenemur facere, quod in nobis est, vt habeamus charitatem. & hoc

Matt. 22.
Deut 17.
1. Cor. 10.

Præcepta quæ obligent semper homines.
Matt. 19.

hoc similiter pro loco, & tẽpore. Hæc Bonauẽtura.

¶ Veruntamen alij dicunt, quòd semper, & ad semper tenemur esse habitualiter in charitate, & in statu salutis, atque in conuersione mentis nostrę ad Deum, quod esse non potest sine charitate saltem habituali. Sin autem hi, qui nunquam sunt in charitate, aut rarò, nunquam aut rarò tenentur Deo ex charitate seruire. sicque, nec damnari mererentur, pro eo, quòd Deo nunquam, aut rarò ex charitate obedierunt.

Quæstio.

¶ Postremò ad quæstionem, qua quæritur, an teneamur voluntatem nostram conformare voluntati diuiuæ in volito: quidam respondent, quòd nõ tenemur, ad hoc, nisi in his, quæ Deus aut iubet, aut prohibet: quia per hæc sufficienter nobis suam indicat voluntatem. In alijs verò volitis à se multis, siue innotescant nobis, siue non, licèt velle contrarium: ut quamuis disposuerit pluere, tamen oppositum petere possum, ac velle. sed quamuis ista positio sit facilior, tamen cum Augustinus dicat, Impius est, cui non placet prouidentia Dei: appareat, quod non solum teneamur, velle Dei mandata, sed etiam opera, imò & aliàs videretur recalcitrare voluntas nostra voluntati diuinæ. Hinc aliter est dicendum, ꝙ reuera non tenemur velle omne, quod vult Deus, sed solum, quod vult, & innotescit, nobis, nec adhuc omne illud. Ideo aduertendum, ꝙ aliquid ostendit se Deus velle absolutè, ut bona, q̃ facit, hæc tenemur velle simpliciter. Aliquid verò ostendit se velle absolutè, sed oppositа nolle quantum in se est, vt mala pœnalia, quæ infligit, & hæc tenemur velle voluntate absoluta, & deliberatiua, tamen oppositum possumus velle voluntate pietatis, vt dicit Hugo. Vnde sicut Deus non delectatur in pœnis nostris, sed potius dicit, Heu ego consolabor super hostibus meis: hinc Hugo distinguit in nobis triplicem voluntatem, videlicet rationis, & pietatis, ac carnis. atque in Christo quadruplicem, nomen voluntatis extendens. dicit enim in libro de voluntatibus CHRISTI, loquens de Christo: Voluntas deitatis per iustitiam dictauit sententiam, voluntas rationis per obedientiam approbauit veritatem, voluntas pietatis per compassionem in malo suspirabat, voluntas carnis per passionem in malo proprio murmurabat. ideo volũtate rationis debemus velle etiam malum pœnæ, quod scimus Deũ velle. Voluntate autem pietatis possumus conditionaliter, & quantum in nobis est, illud non velle. Nam, & Deus quantum in se est, illud non vult, vt patuit. Aliquid quoque vult Deus quantum in se est, in quo essentialiter consistit ordo salutis, vt eius præcepta, & prohibitiones, & hæc velle tenemur. Rursus ostendit se Deus aliquid velle quantum in se est, in quo expeditio consistit salutis, vt ea, quæ consuluit, & ad illa non obligat, nec obligare intendit. Hæc Bonauentura.

Quæstio.
Augusti.
Hugo Victorinus. Isaię. 1.
Triplex hominis voluntas.
In Christo voluntas quadruplex.

¶ Albertus demum his consonans: Est, inquit, coformitas secundum quid, & est conformitas simpliciter. Conformitas secundum quid, est in volito tantum: & hæc sola secundum se, nec meritoria est, nec demeritoria: quia consistit in sola materia voluntatis, & materiale principium est ad opposita. potestque informari quocunque modo, siue benè siue malè. Conformitas verò simpliciter dicta, est secundum duos modos, videlicet perfectione viæ, & perfectione patriæ. Perfectio etiam viæ est duplex, videlicet perfectio sufficientiæ, & perfectio copiæ. Perfectio autem sufficientiæ in duobus consistit, puta in forma volendi, & fine voluntatis, & non necessariò in materia, nisi interdum forma volendi est charitas, vt ex simili charitate velim, quicquid, volo, ex qua Deus vult, quod vult. finis voluntatis humanæ est id, propter quod est, sicut est gloria Dei, ad quam omnis nostra voluntas finaliter ordinatur. Hæc duo sufficiunt secundum diuersitatem voliti, vt patet in litera exemplo boni filij nolentis patrem suum mori, quem Deus vult mori. Perfectio autem patriæ consistit in quatuor, vt scilicet voluntas creata velit idem, quod Deus, & ex charitate, seu forma eadem, & propter idem, & quòd Deus vult eam velle. Cum verò beneplacitum Dei nescimus, sufficit quòd conformamur præcepto, & operationi. sed cognito beneplacito Dei, conformari magis tenemur ei. Hæc Albertus, qui circa distinctionem hanc multa pulchra conscribit, quæ iam sententialiter sunt inducta.

Albertus.
Perfectio patriæ consistit in 4.

¶ Vdalricus quoque concordans his in Summa sua libro secundo: Voluntas, inquit, nostra quæ est potentia animæ, secundum quam homo factus est ad imaginem Dei, conformis est per imitationem creatæ voluntati in cunctis hominibus, sed perficitur conformitas ista per habitum iustitiæ acquisitæ, vel infusæ, & consummatur per similitudinem gratiæ in habitu charitatis, quæ est diuinæ bonitatis supernaturalis similitudo. per denominationem autem ab hac voluntate etiam actus voluntatis, qui est velle, vocatur voluntas: qui actus, licèt inquantum est actus voluntatis, prout ipsa est naturalis potentia, sit bonus ex sua natura, atque diuinæ voluntatis actui similis: tamen inquantum est voluntatis, prout ipsa ex libertate habet actus sui dominium, & propter hoc in suo actu laudabilis vituperabilisve consistit: sic speciali modò potest conformari voluntati diuinæ per modum, quo participans aliquam formam conformatur ei, in quo est forma essentialiter, ac perfectè, quemadmodũ luminosum conformatur luci. Cumq; teste beato Dionysio, in causis, & causatis non recipiatur conuersio similitudinis, non potest èconuerso dici, ꝙ voluntas Dei conformetur hominis voluntati. Potest quidẽ voluntas humana conformari diuinæ, quoniam elici potest actus virtuosus à voluntate humana, inquãtum est mota à voluntate diuina, secundum rationem bonitatis exemplarium virtutum in Deo. Cum enim actus necessariò habeat in se formam, similitudinemque agentis per se, id est, per suam formam, sicut lucere habet, aliquid lucis, & calefacere, quid caloris: actus virtuosus volendi, inquantum principaliter est actus bonitatis exemplaris diuinæ voluntatis, ex hoc conformatur voluntati diuinæ. Hinc in epistola ad Romanos describũtur filij Dei, qui spiritu Dei aguntur. sic & bonitate morali debet voluntas humana conformari diuinæ, vt sit bona. Hæc Vdalricus, cuius cætera scripta de ista materia satis videntur prætacta.

Vdalric⁹.
Gene. 1.
S. Dion.
Roma 8.

¶ Durandus præterea circa hæc loquitur: Omnes viatores tenentur voluntatẽ suam conformare voluntati diuinæ in aliquo, qm̃ nihil est rectum, nisi suæ regulæ conformetur. voluntas autẽ diuina est prima, & summa regula voluntatis humanæ cũ ab illa procedat omnis lex diuina, ac naturalis, cui subdi, conformari, & obedire tenemur. De modo aũt conformationis tenẽdum est, ꝙ tenemur præcipuè ad conformitatem, quæ est fm genus causæ efficientis, vt scilicet id velimus, quod Deus vult nos velle, quando nobis hoc innotescit, quia fm id potissimè debet voluntas nostra conformari diuinę secundũ qđ ipsa est maximè regula nostrę volũtatis, inquãtum

Durand⁹.

tum videlicet mouet nos aliquid velle, quia sic mouet. Regulans quoque voluntatem, est dictans, & imperans, quid agẽdum. Idem est de his, quæ Deus vult nos velle voluntate consequente, si nobis innotescat per reuelationem, aut aliquam inspiratione. Alium quippe modum innotescendi hoc, non video: quia per operationem diuinã benè innotescit nobis, ꝙ Deus velit tale quid facere, sed non ꝙ uelit nos id velle. Ad conformitatem autem, quæ est secundum genus causæ formalis, non tenemur absolutè, sed ex suppositione, videlicet si debeamus vitam promereri, ac adipisci æternam. Ad illud namque absolutè tenemur, quod non implendo, incurrimus culpam: non autem peccamus, non agendo ex charitate omne, quod facimus. Existens enim in peccato mortali, & honorans parentes, seu eleemosynas præstans ex naturali pietate, non peccat, & tamen non operatur ex charitate. Idem penitus est dicendum de conformitate secundum causam finalem. Verum ad cõformitates has duas, quæ sunt secundum causam formalem, atque finalem, non temur etiam ex suppositione, nisi inquantum includunt illam, quæ est secundum causam efficientẽ, cuius signum est, ꝙ sicut illa, qua Deus vult nos velle aliquid absolutè, innotescit nobis per præceptũ absolutè factum: ita, & hæc innotescit nobis per
Matth. 19. præceptum conditionatum, sicut cum dicitur: Si vis ad vitam intrare, serua mandata. quod intelligitur non solum de obseruantia quantum ad substantiam operis, sed etiam quantum ad modum, ac finem charitatis. Hæc Durandus, qui in cæteris concordat præhabitis.

Scoti. Quæstio. ¶Porrò Scotus hic sciscitatur, vtrũ volũtas creata sit bona formaliter, quando cunq; conformatur voluntati increatæ: Respondet, Dicendum ꝙ bonũ est ex integra causa, ita ꝙ omnes circũstantiæ actus virtuosi concurrant in quocunque actu moraliter bono. Sufficit tamen defectus vnus, & circunstãtiæ vnius omissio ad hoc, ꝙ actus sit malus. volũtas ergo creata conformis voluntati increatæ in substantia actus siue in circunstantionata substantia, deficiente quacunque circunstantia vna, cum non sit ei conformis in omnibus circunstantijs pertinentibus ad bonitatem moris, non erit moraliter bonus. & fortè si esset ei conformis in omnibus circunstantijs, puta, quòd propter idem vellet, & modo eodem, sicque de alijs, adhuc tamen non oporteret eum esse bonum, sicut voluntas increata est bona: quia non congruunt eædem circunstantię actus, vt actus est diuersorum agentium. Non enim voluntati creatę cõuenit ita intensè aliquod bonum velle, vt voluntati increatę. Intentio quoque actus respectu obiecti in agente increato, & creato, est multum differenter in eis. & saltem quicquid sit de voluntatis conformitate creatæ, & increatæ in circunstantijs vniuersis, non sufficit conformitas in bonitate actus, atq; obiecti: quoniam potest esse difformitas in alijs circunstantijs, quæ ad bonitatem actus necessariò requiruntur. Hæc Scotus.

Dio. Car. contra Scotum. ¶ Qui videtur de ista materia strictiùs loqui, quam Augustinus, & Magister in litera. & quamuis bonum sit ex integra causa secundum completam suam rationem, attamen latitudinem habet. &
Philosop. sicut teste Philosopho, non solum bonus est sagittator, qui tangit signum, sed etiam qui multum propinquat, nec omnes circunstantiæ æqualiter requiruntur ad actum virtutis: & si aliqua modica circunstantia desit, non continuo actus redditur vitiosus: nec ad conformitatem voluntatis creatæ cum diuina exigitur, quod æquè intensè ferantur in bonum, cum ista sit conformitas imitatiuæ proportionis, vt patuit.

Aegidius. ¶Aegidius demum hic scribit: Conformitas in
S. Dion. Similitudo triplex. assimilatione consistit. assimilatio autem, seu similitudo secundum beatũ Dionysium nono capitulo de diuinis nominibus, est triplex. Prima eiusdem ad se, quę tamen impropriè dicitur. Secunda ex ordine vnius ad aliud, sicut effectus suæ causæ ad quã conuertitur, similis perhibetur. Tertiò ex ordine duorũ ad aliquod tertium. Primò modo fertur res similis sibijpsi, dum semper eodem modo se habet, quæ cõuenit creatori prorsus inuariabili, non creaturæ, in qua aliqua diuersitas, aut variatio reperitur. Secundò, omne repræsentatiuum conformatur ei, quod repræsentat loquendo de repræsentatiuo ex propria natura, nõ ex mera institutione. Vnde effectus dicitur suæ causæ imago. Tertiò modo duo alba dicuntur similia, quia ad vnam formam albedinis ordinantur: & talis conformitas semper est conuersiua, quia ad aliquod idem pariformiter referuntur, ita quòd sicut vnum est simile alteri, sic è conuerso. Propter quod sanctus Dionysius protestatur,
S. Dion. quòd in his, quæ eiusdem sunt generis, aut ordinis, similitudo conuertitur. Cumque voluntas humana comparetur ad diuinam, sicut effectus ad propriam causam, constat, ꝙ imitatiua, & participata assimilatione illi assimiletur, sicque eidem in volendo valeat conformari. Denique ad sciendum, in
Effectꝰ cõparatur ad causam tripliciter. Proclus. quo ista consistat conformitas, oportet aduertere, ꝙ effectus comparatur ad suam causam tripliciter, prout in elementatione sua Proclus insinuat, dicens: Omne causatum manet in sua causa, & procedit ab ea, & conuertitur ad ipsam. Nisi enim aliquo modo esset in causa producente, nõ posset exire ab illa, sicut nec ex materia potest educi aut extrahi, nisi quod in ea aliqualiter continetur, sed vt distinguatur à causa, oportet, ꝙ emanet ab ea, quia in causa est secundum modum causæ. Conuertitur, quoque ad causam vt conseruetur, & in conuersione illa assimilatio est consistens. & in hoc, quòd manet in causa. Cumque conformitas voluntatis nostrę ad diuinam, in quadam imitatione existat, ideo secundum omne illud, quòd Deus operatur, in nobis, secundum id, Deo assimilamur, & per id solum efficimur ei conformes. Tria verò ex parte voluntatis operatur Deus in nobis, videlicet ipsam voluntatem, actum eius, & perfectionem ipsius. Quantum ad primum, omnis homo est Deo semper conformis: similiter quantum ad actum, secundũ, quod actus, vt velle est, quædam natura exemplata: tamen inquantum actui tali admiscetur aliquid mali per recessum à Deo, non conformamur per ipsum voluntati diuinæ. Tertiò dicimur Deo conformari, quantum ad actus perfectionem, quæ quadrupliciter accipi potest. primò ex obiecto, secundò ex fine, tertiò ex habitu, quartò ex efficiẽte. Ex obiecto, inquantum circa bonum versatur ex fine, dum recta intentione fertur in bonum, ac finem: ex habitu, vt cum ex virtute delectabiliter operatur: quoniam signũ virtutis est delectatio siens in opere: ex agente, cui naturale est agere benè, sicque uoluntas nostra conformatur diuinæ, cum uolumus ea, quæ Deus vult nos velle. Itaque secundũ hoc attenditur principaliter conformitas ista, in quo præcipuè cõsistit ratio bonitatis: & hoc est non solũ ipsum uelle, ut est aliquid positiuũ, sed ut est debitè regulatũ,
Philosop. seu suam perfectionem fortitũ. Cũq; secundũ Apostolum Deus operetur in nobis, nõ solum velle, sed etiam

etiam perficere, in ista perfectione consistit: conformitas hæc. Perfectio autem huiusmodi non est ex solo obiecto, sed magis ex fine, & forma, & ab efficiente, hoc est, ex recta intentione, & habitu virtuoso: & quoniam agens agit, quod congruit ei, à superiore præfigitur sibi. Simpliciter ergo loquendo conformamur voluntati diuinę: quoniam volumus bona intentione, & ex charitate, & ea, quæ Deus vult nos velle. Hæc Aegidius.

QVAESTIO II.

Alexan. ADHVC circa distinctionẽ hanc Alexander mouet tres quæstiones. Prima. *An beatissimæ Virgini, atquo Apostolis, ac cæteris Christi discipulis fuit meritorium, quòd Christi passionem nolebant, & de ea vehementer dolebant.* Secunda, *an nobis meritorium esse queat velle passiones Sanctorum.* Tertia, *an possimus velle damnationes reproborum.*

Arguitur cõtra primam quæstionem. ¶Ad primum arguitur, quòd non fuit meritoriũ illis, quia nolebant, quod voluit Deus, & quòd Deum velle sciebant, non autem est meritorium tale nolle: imò nec licitum, vt apparet.

¶Secundò, quia non fuit ex charitate, quę voluntatem hominis volunti conformet diuinæ.

¶Tertiò fuit ex sensualitate, qua non meremur.

In oppositum. Lucę 19. 2 Cor. 12. Roma. 8. Psal. 68. Antisiod. Matth. 26. Obiectio solutur. ¶ In contrarium est, quòd nolebant Christi passionem ex ingenti amore ipsius, ac pietate. Christus quoque ciuitatem defleuit Ierusalem, & Apostolus Judæos, sed & Apostolus loquitur: Si compatimur, & conregnabimus, atque Saluator: Sustinui, inquit, qui simul contristaretur, & non fuit: ergo contristatio, & compassio fuit placita Christo.

¶Ad hæc Antisiodorensis in prima parte Summę suæ circa finẽ respondet. Voluntas illa sensualitatis erat, nec meritoria. Apostoli namque tunc vsque Christum carnaliter diligebant, & erant carnales, vt patuit in Petro negante, & probatur per illud in
Psal. 68. Psalmo: Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit. Tristabatur etenim Christus spirituali tristitia de excæcatione Iudæorum, & non fuit, qui sic tristaretur cum eo.

¶Si autem obijciatur, quia tristitia illa subiacebat libero arbitrio: ergo meritoria, vel demeritoria fuit. Respondendum, quòd quidam sunt motus ad necessarium, & habent sensum necessarium, vt fames, & sitis, & isti, nec secundum esse suum, nec secundum progressum subiacent libero arbitrio. Alij sunt motus, quilicet sint ad necessariũ: habent tamen voluntariam sensus causam, sicut videre, audire: talisque fuit Apostolorum tristitia, quia videntes Christum pati, non poterant non dolere: tamen videre voluntarium fuit, & talis tristitia suberat libero arbitrio, non quantum ad esse, sed quantum ad ꝓgressum, ne scilicet tiꝫ ꝓgrederetur, quod timorem generaret humanum. Opus verò meritorium subesse debet libero arbitrio, quo ad esse, atque progressum Auctoritas quoque Apostoli intelligit de compassione voluntaria ad passionis
Lucę 19. imitationẽ. Porrò de fletu Christi super Ierusalem, dicimus, quòd non fleuit pro vrbis destructione, sed pro habitatorum eius transgressione.

Hæc Antisiodorensis.

Alexand. ¶Hanc opinionem recitat Alexander, & quamuis euidenter non reprobet eam: potius tamen videtur positioni aliorum fauere, subdendo, quòd virgo Sanctissima, & Apostoli meruerunt Christo compatiendo.

Obiectio soluitur. ¶Cumque obijcitur, quòd non condoluerunt ex charitate, dicendum: Est quidam motus charitatis secundum debitum viæ, & est motus aliquis charitatis secundum perfectionem patriæ, & secundum perfectionem patriæ non est velle contrarium eius, quòd scimus Deum velle, sed charitas secundum debitum, conuenientiamque in via, & si non vult quicquid Deus vult: vult tamen quicquid Deus vult nos velle. Nam & gloriosissimæ virgini non congruebat non dolere de morte filij sui, ideo noluit contrarium eius, quod voluit Deus: quoniã illud, quod Deus volebat, sibi velle nõ congruebat.
Obiectio soluitur. Quod item obijcit non fuisse hoc meritorium, quia fuit ex sensualitate, sic soluitur, ꝙ sensualitas ꝓpriè dicit ordinationem ad rationem, ꝓpter quod brutis non conuenit propriè: ideo sicut in sensualitate potest esse veniale peccatum, ita & meritum.

Hæc Alexander.

Dio. Car. ¶Hæc positio verior esse videtur, & solutio illa Antisiodorensis de Apostolis, quod erant carnales, & Christum carnaliter diligebant, nullatenus in perfectissima, ac spiritualissima virgine locum fortitur. Deniq; sensualitas eius perfectè omnino fuit rationi, & Deo subiecta, & ipsa tantæ fuit perfectionis, quòd in omni actione, & passione, atque compassione promerebatur, vt in libro de
Albertus. laudibus incomparabilis virginis probat Albertus. Rursus, naturalis amor eius ad Christum, fuit spiritali amore perfectè formatus, & decoratus, atque (vt quidam expositores testantur) ob hoc
1 Cor. 1. Sapien. 11. potissimum Christus sapientia Dei patris, vniuersa sapienter disponens, ac moderans, voluit suam prędilectissimam, ac super fidelissimam matrem sue interesse acerbissimæ passioni, ac vehementissimè condolere, quatenus ipsa, tam inæstimabiliter condolendo, copiosissimè mereretur non solum sibijpsi conglorificationem, verum etiam innumerabilibus peccatoribus gratiam, & exaudientiam pro eisdem.

Bonauen. ¶Amplius, Bonauentura in libro, qui dicitur Stimulus amoris, deuotissimè docet, qualiter debeamus passionem Christi quotidie septempliciter
Passio Christi recordari debet quotidie septẽpliciter. considerare, ac recordari, puta ad rememorandum ne tanti beneficij obliuiscamur ad compatiendum, ad imitandum, ad gratulandum, inquantum fuit saluatiua, & maximè fructuosa: ad admirandum, quod vnigenitus Dei tanta pro nobis pati dignatus est, ad regratiandum, ad contemplandũ: imò & ad inflamandum, ac resoluendum. Debet igitur vnusquisque fidelis passionem Christi quotidie cum intima compassione recolere, inquantum ipse pius, innocens, & mansuetissimus Agnus Dei: imò & superdignissimus filius patris æterni, tot & tanta pertulit opprobria, contumelias, irrisiones, blasphemias, & tormenta: imò & recta ratio docet, & exigit hoc: ideo reor, quòd secundum hanc considerationẽ purissima, & illuminatissima virgo Maria, non solum, quo ad inferiorem appetitum, sed item secundum rationem, & voluntatem adorando filio suo condoluit, quanquam secundum aliam considerationem de eius passione nõ doluit, sed absolutè voluit eam. Albertus verò in libro
Albertus. de laudib. Matris veri Dei, Imperatricis Angelorũ, Reginæ Cœlorum, ac Dominæ Mundi, testatur, & probat, quòd etiam Christi passione durante, ipsa dignissima virgo secundum prætactam considerationẽ intimè gaudebat de passione ipsius. Arbitror quoque, quod tempore passionis, ipsa simul ꝓtristabatur cum Christo spirituali tristitia, de Iudæorum

excessu, & excæcatione dolendo.

Bonau. ¶His ꝓsonant verba Bonauenturæ in expositione textus, dicentis: Dolere de aliquo ꝓtingit dupliciter, primò sic, quòd dolens voluntate rationis absoluta, velit contrarium eius de quo dolet, sicq; nulli licuit de Christi passione dolere. Et Petrus: quoniam voluntate absoluta voluit Christum non pati, est Matth. 16. increpatus à Christo. Alio modo dolere de aliquo, est ferri in ꝓtrarium voluntate pietatis, nihilominus velle hoc absolutè, & sic est bonũ ꝓdolere Christo, & piè affici circa cum sic passum, & ita afficiuntur viri Sancti, qui magnas gratias agunt Deo patri de passione vnigeniti filij sui, nihilominus piè mouent in ꝓsideratione dolorum ipsius, sic & pijssima virgo quantum natura sua poterat sustinere, compatiebat filio suo dilectissimo patienti: nequaquã tamen est dubitandũ, quin virilis animus eius, & ꝓstantissima ratio eius, voluerit etiam tradi filium suũ ꝓ generis salute humani, vt mater per omnia conformis esset patri, & in hoc miro modo debet laudari, atque amari, quòd scilicet placuit ei, quòd filius eius pro salute humani generis offerretur, & in tm̃ compassa est illi, vt si fieri potuisset, omnia filij sui tormenta ipsa libentissimè pertulisset, ideo verè fortis fuit, & pia, dulcis, & sibijpsi seuera, ac parca, nobis verò largissima. Hinc post summam, & super beatissimã Trinitatem, & filium suum Iesum Christum, ipsa est summè amanda, ac veneranda.

Hæc Bonauentura.

¶Hinc Albertus, Petrus, Richardus, & alij ꝓtestaꝰ, quòd præclarissima mater virginea passionem filij sui volebat non secundum se absolutè, neque vt erat afflictio innocentis, sed vt relatam ad mundi redemptionem.

¶Insuper ad secundum, videlicet an possit nobis
Ad secundam quæstionem Alexan. esse meritoriũ, velle passiones Sanctorũ, Alexander respondet: Velle ꝓrium voluntatis diuinæ, contingit dupliciter. Primò, volendo absolutè ꝓrium eius, quod scimus Deum velle, & hoc non est meritoriũ. Secundò, volendo id cuius ꝓrium non scio Deum velle, & hoc meritoriũ esse valet. Item de ꝓsentibus sanctorũ passionibus, vt sunt afflictiones iustorum, debemus dolere, de præteritis verò gaudere.

Hæc Alexander.

Ad tertiã. ¶Ad tertium autem respondens: Quidam, inquit, dicunt quòd aliud est optare, aliud velle. Optare namque est concupiscibilis, velle rationalis. Iusti ergo non optant pœnas prauorum, quamuis velint
Psalm. 57. eas. Et si obijciatur. Lætabitur iustus cum viderit vindictam dicunt: Pœna reproborum prout referẽ ad naturam patientis, non delectat Sanctos, sed ꝓut refertur ad diuinam iustitiam inferentem.

Hæc Alexander.

Obiectio soluitur Antisio. ¶Porrò Antisiodorensis respondet: Passiones Sanctorum possumus velle etiam meritoriè intuitu amplioris gloriæ eorum, & demeritoriè intuitu tormenti ipsorum. Hoc est, inquantum ꝓ passiones, & aduersa in tantum ꝓfecerunt in gratia, & gloria: imò & nobis exempla exhibuerunt virtutum, ac subsidia meruerunt, sic congratulandum est eis in passionib. ipsis, non aũt, inquantum sunt passiones, seu pœnæ. Ideo cantat Ecclesia, pium est ꝓgaudere Martino, videlicet intuitu gloriæ eius, & pium est flere Martinum, vtpotè intuitu desolationis populi.

Quæstio Iere. 28. Verum tunc quæri est de voluntate Ieremiæ, qui ad verba Hananiæ pseudoprophetæ, prædicantis Ierusalem nõ esse subuertendam, respondit: Amen, suscitet dominus verbum tuum: cum tamen sciret Deum prædixisse, & velle contrarium. Ad hoc aliqui dicunt, quòd illa Ieremiæ voluntas fuit voluntas sensualitatis, sed melius respondeꝰ, quod fuit quædam velleitas, seu condictionalis voluntas, qua Ieremias quantum in se fuit, sic voluisset, si Deo sic placuisset.

Hæc Antisiodorensis.

¶Concordat præhabitis Thomas de Argentina de prædictis compendiosè pertractans.

Richardus Sancti pœnas volunt reproborum. ¶Postremò Richardus hic scribit: Sancti, inquiens, volunt pœnas reproborum, non quia odiant eorum naturam: sed quoniam diligunt Dei iustitiam, quæ exigit vt reprobi pœna interminabili puniantur, sed quia in Sanctis viatoribus adhuc locum habet compassionis affectus, quamuis voluntate deliberatiua debeant velle damnationẽ eorum, qui in inferno iam sunt, qui diffinitiuè sunt iudicati: & etiam reproborum, qui sunt in via, quorum futura damnatio reuelata est eis, attamen eis compati possunt. In beatis autem non est compassio prout passionem includit, sed ipsi plenè sunt conformati iudici iusto, & omnipotenti, qui est super omnia Deus sublimis, & benedictus. Amen.

Conclusio ex Alberto Magno, in qua per modum orationis breuissimè tractatur materia libri primi Sententiarum.

DOMINE IESV CHRISTE, illumina mentes nostras ad videndum Deum, & res diuinas, vt vera fide acquiescamus primæ veritati ꝓpter se, & super omnia, & vt in diuinis credentes intelligamus, quę in naturalibus intelligentes credimus. Subseruiant nobis humanæ rationes ad augmentum, & confirmationẽ veræ fidei, ad defensionem contra hæreticos, & ad promotionem simplicium ad veram fidem.

¶Dñe Iesu Christe, qui pefectissima emanatione per modum generationis à patre ꝓcedens, perfectè loqueris patris bonitatem: da nobis per modum creationis procedentib. spiritum, qui gratissima, & iucundissima emanatione ꝓ modum benignitatis, & liberalitatis à patre, & à te ꝓcedit. Qui est donum ꝓpriè, cum quo donantur omnia, nõ redemptione timoris, vel mercimonio, sed pro solo amore.

¶Dñe Deus pater, cui potentia: fili, cui sapientia: Spiritussancte, cui bonitas non propriè conuenit, sed appropriatè, ꝓpter conformitatem naturalis, & per exclusionem carnalis intelligentiæ, qui es causa omnium efficiens, finalis & formalis per modum exemplaris, sed nõ formalis. Qui es nobis inuisibilis, & innominabilis ex te, & in te ꝓpter imbecillitatem visus, & paruitatem intellectus nostri. Quem nominamus symbolica Théologia per creaturas exteriores, & mystica per interiores, & digniores effectus, de quo loquimur in habitudine identitatis formę ad subiectum, effectus ad causam, conseruati ad conseruans, sed non signati ad signans, nec vni vocè ad creaturas. Qui es Deus naturaliter, non adoptiuè, vel nuncupatiuè. Qui scis omnia, & ꝓbas bona tantum, mala verò cognoscis non per se, nec per sui exemplaritatem, sed suæ positionis, vel per accidens bonum scilicet, cui sunt adiuncta. Qui in prædestinatione ex nobis causa gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. In reprobatione verò causa pœnæ, sed non causa malitiæ. Qui in teipso vides

omnia, sed non prędeterminãs ea, quæ sunt liberi arbitrij. Qui potes oĩa, quæ posse potẽtia est amplitudine potentiæ, remotione cuiuslibet auxilij extrinsecę actionis, vel prohibitionis. Cuius beneplacito necessariò sunt annexa scientia, & potentia. Qui signo beneplaciti tui præcipis, & prohibes, ꝓmittis, consulis, & imples. Cuius voluntati cõformare tenemur voluntatem rõnis, non sensualitatis nr̃æ: qui iustè, & misericorditer nos punis, q̃ antecedenter oẽs hoĩes vis saluari, & fortunari, cõsequenter verò disp̃sas ad salutẽ, vel ad finalẽ punitionẽ. Qui flagello tuo ꝓbas, manifestas, saluas, humilias, corrigis, glorificas, animas, & erudis bonos, & punis reprobos, q̃ nusquã es per determinationem corporalem, vel circunscriptionem siuè determinationem spiritualem, sed naturaliter vbiq; es ꝓ indeterminatam potentiam, præsentiam, & essentiam. In sanctis in præsenti per gratiã, in futuro per gloriã, in Christo hoĩe per vnionem, in utero virginis per loci circunscriptionem, & permanifestationem siue per manifestam visionem, qui in teipso esse diceris, q̃ summè stabilis. loca animas nostras in te per ueram dilectionem, qui es benedictus in secula, Amen.

Elucidatio nonnullorum difficiliũ terminorum Sententijs insertorum, ex compendio philosophico Dionysij Carthusiensis obiter excerpta, & his annexa in gratiam studiosorum.

ADuertendum in primis, quod ſm Philosophum nouo primę philosophię, Actus, & potentia diuidunt ens, inueniunturq; in oĩ prędicamento, seu genere entis. Actus enim proprie dr̃ principium operandi, mouẽdi, ac transmutandi aliud, ſm quod aliud. Non. n. accipit hic actus, ut sit idem, ꝙ factus, neq; sic, ut sit id ẽ, qđ actio, quæ est vnum decem prædicamentorum, nec sumit̃ pro operatione, vel aliquo accidente duntaxat, sed ſm communitatem, qua ambit oẽ genus, ita, ꝙ quælibet res, atq; natura, quæ est actiuũ principium agendi, vel mouendi, seu transmutandi aliud, inquantum aliud, siue sit in genere substantię, siue accidentis, actus valeat nuncupari. Vnde Deus qui oĩa cõdidit, mouet, & regit, actus uocatur. Intelligentia quoq;, seu angelus, est actiuum principium cæleſtiũ motuum. Anima ẽt, quæ corpus informat, mouet, regit, & perficit, actus dr̃. Quælibet insup̃ forma est actus, suæ materiæ, & color ẽ actus parietis, quem colorat. Dr̃ẽt in diffinitione actus, aliud ſm quod aliud. Nam quædam agunt in se, & mouent, atq; transmutant seipsa, quemadmodum animata, sed non ſm idem mouent, & agunt, mouẽtur, & aguntur. Mouent nempe, & agunt inquantũ aliquid de ꝓfectione primi, & puri actus, vtpote Dei, participant, Mouentur verò, itemq; aguntur, ꝓp imperfectionem sibi annexam, vel propter sui distantiam à primo immobiliente. i. Deo. Actus dr̃ ab agere, & agere ꝓsupponit eẽ: & ita dicimus, qđ substantia separata. i. Deus, vel angelus est indesinenter in actu intelligendi. Cumq; actus sic sũptus ꝓfectio sit agentis, consequenter actus extensè accipit̃ ꝓ quacunq; forma tam substatiali, q̃ accidẽtali, suũ subiectũ intrinsecè ꝓficiente, sicut anima est actus corporis. scientia, & virtutes sunt actus, formæ, perfectiones, seu ornamenta rationalium creaturarum. Nec actus sic acceptus differt directè ab habitu, sed cum includit. Ac iuxta præhabita Deus, teste diuino Dionysio, est forma, & esse omnium rerum.

¶Potentia uno modo actiuè accipitur, scilicet pro potestate, seu ui. ficque in Deo inuenitur, nec ab actu distinguitur Nam Deus dicitur potens, ac sua potentia, cum in ipso sint idem essentia, potentia, actio, seu esse, & posse, ac agere. Secundò accipitur quasi passiuè, & differt ab actu. Est enim passi uum principium transmutandi, seu mouendi ab alio, secundum quod alio. A potentia primo modo accepta, dicitur aliquod potens. Sed à potentia secundo modo sumpta, dicitur aliquod possibile. Omne ergo, quod ab alia perficitur, mouetur, uel actuatur, potentia nominatur, vel habens potentiã. Non ergo potentia sumitur nunc prout differt ab essentia, & operatione, uidelicet pro quadam accidentali vi entis, quæ inter essentiam operationem que mediat: neq; pro qualitate, scd̃m quod in prædicamentis naturalis potentia, vel impotentia dicitur secunda species, qualitatis, sed prout in omni gñe entis reperitur: ita, ut quælibet entitas, uel res ꝓfecta, ac mobilis potentia appellaꝰ. Sic. n. materia prima uocaꝰ potẽtia, qa à forma ꝓficiꝰ, & ad eam mouetur. Oẽ quoq; genus se habet ad propriã speciem, sicut potentia ad actum, Genus n. designat naturam quantũ ad perfectionem communem, ac illimitatam, quam complet, ac perficit species. i. cõpletur in se per differentiam. ¶ Demum sicut ens diuiditur in actum, & potentiam, ita secundum aliquem modum substantia composita diuiditur in formam, atq; materiam. Forma n. est, quæ dat eẽ rei. Materia uerò est formæ subiectum, & recipit esse ab ea. Actus itaq;, & potentia se habent in plus, quàm forma, & materia. Nam inueniuntur in separatis, seu incorporeis, atque corporeis. Materia autem, & forma in solis corporalibus inueniuntur substãtijs, quamuis forma quandoq; in separatis substãtijs. i. Deo & angelis esse dicatur, sicut Paulus dicit: Qui cum in forma Dei esset, &c. Philip. 2. Dr̃ namq; forma non solum ab informando, sed etiam à foris manendo. Duplex ergo est forma, puta informans, qualis est omnis forma corporalium rerum: & foris manẽs, quæ est origo, & causa formę materiam actuantis. Sicque Deus forma dici potest, quippè, qui omnia superno ducit ab exemplo, omnia secundum ideales rationes producens, formans, atque distingues, ut Rabbi Moyses ait. Sic quoq; intelligentiæ (. i. angeli) cum sint separatæ naturę. & immateriales essentię, appellatę sunt formæ. ¶ Aduertendum verò, quod nomina ista actus, & potentia, forma, & materia, multum solent extendi, & cõiter accipi, intrñ, ut omne perfectum respectu imperfecti, omne principium respectu principiati, omne agens respectu patientis, se habere dicatur per modum actus, & formæ, & illa per modum potentiæ, atq; materiæ, potentialiter, atque materialiter. Id quoq; scd̃m unã cõsiderationem, seu cõparationẽ se haber, ut actus, & forma, secundũ alium modum se habet per modũ potẽtiæ, seu materię, ut anima rationalis quã tum ad corpus (cui dat esse dicitur actus: sed per cõparationem ad Deũ, à quo recipit esse, & oẽ, quod est, appellatur potentia. Et idem est de intelligentia. Vnde in oĩente creato inueniuntur actus, & potentia, eo utiq; modo, quo Boethius in libro de hebdomadibus asserit in oĩ ente circa Deũ esse compositionem, ac distinctionem ex quod, & quo est. Et enim per ꝙ est, intelligitur potentia, uel materia. Per quo

est, forma seu actus. Verum an ista compositio, atque distinctio sint reales, an secundum rationem duntaxat, difficilis est quæstio, quæ hic solutionem non exigit. ¶ Habitus vno modo est corporum, & eorum quæ circa corpus sint adiacentia. Secundò modo accipitur pro qualitate difficulter à suo subiecto remobili, vtpote firmiter radicata in illo. Et sic communiter accipitur, sicq; habitus est quidam medium inter potentiam, atque actū vt sapientia inter intellectum, & contemplationem; hinc homo doctus dormiens, nec actu considerans, dicitur sapiens habitualiter, non actualiter, & de equo veloci alligato in stabulo dicitur, quod velociter currat, licèt actualiter stet, Cumque potentia perficiatur per habitum, & habitus ordinetur ad actum: rectè potentia comparatur somno, in quo actus sensitiuę potentiæ totaliter cessat: habitus autem somno, in quo imperfectus actus est potentiæ actio verò vigilię, in qua expeditus, & liber est potentiæ actus.

¶ Causa est illud ad cuius esse sequitur aliud, quia ad esse causæ, id est, ex causæ existentia, & virtute aliud sequitur, puta effectus. quoniam causæ est influere, seque communicare. Et est duplex, scilicet causa prima, & increata, qui est Deus excelsus, & benedictus, à quo omnibus deriuatum est esse, & viuere. Causa verò secunda, & creata alia est generalis, quæ pluribus influit: alia particularis, quæ pauciorum causa est.

Principium est id, à quo aliquid incipit, producitur, aut procedit. Increatum principium est Deus, à quo vniuersa creata profluxerunt. Principium creatum est multiplex, sicut decem prædicamenta dicuntur decem principia rerum, & sic de alijs.

¶ Essentia est id à quo fluit esse, tanquam à causa intrinseca, ac formali principio. Nam essentia rei est vera eius natura, ac propria forma. Porrò natura rei uocatur, quod est proprium, & intrinsecum eius. Nihil est autem magis proprium, & intrinsecum enti, quàm natura, seu essentia eius, quanquam primum agens, id est, Deus omnipotens dicatur intimior rebus per influentiam, & realem præsentiam, imò, & per suæ supersimplicissimæ infinitatis incircunscriptibilem penetrationem. Forma quoque dicitur, quę dat esse. Hinc essentia, forma, & natura coincidunt, quanquam distinctas habeant rationes.

¶ Substantia propriè sumpta dicitur res p se subsistens: quoniam substantiam, & accidens diuidunt immediatè, & propriè ipsum ens, analogica non vniuoca diuisione. Accidens autem est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem, vt album, nigrum, sedere, stare. Hæc enim possunt adesse homini, & abesse pręter subiecti corruptionem. Et sicut accidens est, quod alteri inest, nihil existens de subiecti sui essentia dicitur res per se subsistens, alteri aduentitiæ non inhęrens. Substantiam philosophus diuidit in substantiam primam, puta indiuiduum, cuius est primo potissimumque substare, tam propriæ speciei, ac generi, quàm accidentalibus formis, & in substantiam secundam, vt sint species, & genera prædicamenti substantiæ, quæ secundariò, idem, in indiuiduis, & per indiuidua sua accidentibus, seu etiam superioribus suis substant.

¶ Ens, & esse sunt nomina communissima, & absolutissima, quæ per priora, & communiora non valent notificari, Ens est primum, quod cadit in intellectum. Esse quoque prima est rerum creatarum, quoniam esse est ante viuere, sentire, & intelligere. Ens est, quod habet aliquo modo distantiam, ac recessum à nihilo, habens, quid positiuum nihileitati contrarium. Esse verò est primus actus ipsius entis immanens, & quietus Ens, & esse increatum (id est, Deus) est perfectionaliter infinitum, & independens, penitus simplex, & omnimodè vnum. Ens, & esse creatum est finitum, dependens, & multiplex. Ens reale diuiditur in decem prædicamenta, & in substantiam, & accidens. Esse diuiditur in esse essentiæ, & in esse actualis existentiæ.

¶ Vnum, & verum, ac bonum conuertibilia sunt cum ente, & ratione, non re distinguuntur ab illo, atque abinuicem. hoc est, omne ens est vnum, hoc est indiuisum à se, ac diuisum ab alijs: imò, quod aggregatiuè est vnum, aliquam habet, & participat vnitatē similiter multitudo. Similiter oē ens ē verū, & quantum habet de entitate, tantum habet de veritate. Hæc etenim veritas rei conuenit omnium enti, inquantum habet naturam, ac speciem correspondentem, ac consonam, similemque ideę seu rationi exemplari, quam habet in mente diuina, ad cuius imitationem producta est, secundum superdignissimi, ac supersapientissimi creatoris præordinationem, ac institutionem æternam. Omne insuper ens bonum est bonitate naturæ, nec quippiam est tam vile, quin aliquid habeat bonitatis, appetibilitatis, ac vtilitatis. Quod euidenter pateret, si vniuersę eius proprietates vires, & efficaciæ innotescerent nobis, cum & uenenosissima quædam, vt basiliscus, draco, ceraſtes virtutes mirabiles, ac medicas in se vires, materiasque includant. Hinc optimè dixit Philosophus, non posse esse aliquod purum malum, & si tale quid esset, seipsum corrumperet.

¶ Intelligentias appellant philosophi spiritus angelicos, eo quòd non viuant nisi vita intellectuali, quæ tantum prædominatur in eis, tamque excellenter, indefinēter, ac deiformiter est, viget, ac floret ī ipsis, imotam gaudiosè, feliciter, ac præclarè, quod abstractiuæ intelligentię nuncupantur, velut si quis tam sapiens esset, quod sapientia diceretur. Itaque, quod à theologis dicitur Angelus, hoc à philosophis substantia separata, & intelligentia nuncupatur. ¶ Qui de his plura desiderat, inueniet in Compendio philosophico, ac theologico in primo Tomo minorum operum Dyonisij nostri, & in libello Armandi de declaratione difficilium terminorum theologiæ, philosophiæ, & logices, maiori Indici, in gratiam discipulorum theologiæ scholasticę adiecto.

DIVI DIONYSII CARTHVSIANI QVAESTIONVM PRINCIPALIVM ET MINVS PRINCIPALIVM, in hoc primo sentent. libro expeditarum.

INDEX.

1 AN theologia sit scientia. 12.a b. 13.a b. 15.a b. 16.a.b
2 An theologia sit sciētia speculatiua an potiùs practica. 17.a
3 An theologia sit scientia vna. 21.a
4 An Deus sit theologiæ subiectum. 22.b
5 An necessariū fuerit generi hūano tradi hāc supernaturalem doctrinam præter, & vltra naturales scientias. 25.b
An theologia subalternetur alicui scientiæ. 28.a
An theologia subalternet sibi alias scientias, naturales videlicet, & humanas. 28.b
An modus procedendi theologiæ, ac libri Sententiarum sit perscrutatiuus, disputatorius, uniformis, aut multiformis, & poeticus, artificialis, aut certitudinalis. 29.a
An modus procedendi scripturæ sit certitudinalis. 30.a
An theologia sit certior scientijs alijs. ibidem
An theologia sit specialis scientia. ibid.
Quomodo liber Sententiarum ad totam sacram scripturam se habeat. 30.b

DISTINCTIO I.

Veteris, ac nouæ legis.

1 Cuius potentiæ actus sit vti. 37.a
2 Quibus rebus sit vtendum, an. s. solo bono creato, an etiam cunctis creatis, & an malis pęnę, uel culpæ. 39.a
3 Quid sit fruitio, & cuius potentiæ actus sit, & à qua uirtute procedat. 40.b
Vtrum frui sit actus à voluntate elicitus, an passio. 42.b
Cui nomen fruitionis primo conueniat. 43.a
4 An solo increato bono sit obiectiuè fruendum. 44.a
An beatitudine sit fruendum. 45.a
5 An beati una, & eadem fruitione fruātur diuina essentia, & persona. 47.b
6 An fine ultimo, seu summo bono volūtati creatæ clarè ostenso, possit ipsa voluntas ipso non frui. 49.a
Quibus conueniat fruitio, hoc est, qui verè, & ppriè frui dicantur: & primo, an Deus fruatur se ipso. 52.b

DISTINCTIO II.

Hoc itaque uera, ac pia fide.

1 An sit tantum vnus verus Deus. 59.b
2 Qualis sit distinctio inter attributa diuina, videlicet an realis an formalis, an rationis duntaxat. 61.a
An formalitas sit realitas. 69.b
Vtrum diuinæ perfectiones distinguatur ex naturæ rei ab inuicem. 72.a
3 Vtrū iter diuina attributa sit ordo. 76.b
4 An Deo conueniant attributa numero infinita. 77.a
5 An cum unitate, & simplicitate diuinæ essentiæ stet pluralitas personarū ibid.
6 An diuinis sint tm tres personæ. 82.b
In qua psona existens intellectus cōuertat se. 84.b
An actus productiuus personæ fundetur super actum essentialem. 85.a
7 An diuinæ personæ distinguantur ratione duntaxat. 87.b
8 An Magister idoneè probet pluralitatē ac trinitatem personarum esse in Deo. 89.a

DISTINCTIO III.

Apostolus namque ait.

1 An Deus ex creaturis per naturalem rationem possit cognosci. 96.b
An Deus sit cognoscibilis in suæ immensitate. 97.a
An Deus sit hic cognoscibilis facie ad faciem. ibid.
An Deus possit cognosci secundum quod præsens est creaturæ. ibidem
2 An Deum esse sit per se notum. 100.b
3 An per naturalem rationem queat probari, quòd in Deo sit pluralitas personarum. 104.a
An philosophi magis appropinquauerint ad cognitionem patris, ac filij in ratione patris, ac filij, an in ratione dicentis per intellectum, ac verba. 104.b
Cur Magi, ac philosophi potiùs defecerint in cognitione spiritussancti, quàm filij. ibidem.
4 Quomodo Trinitas repræsentetur, reluceat, & cognoscatur in creaturis per vestigium. 108.a

5 An partes uestigij conuenienter appro prientur à Magistro personis. 114.a
6 An in intellectuali,& rationali creatura ꝑsistat summæ trinitatis imago.115.a
Quare homo dicitur factus ad imaginem Dei, & non angelus. 117.a
7 An imago,& similitudo Dei eminēti⁹ resplendeat in hoīe, q̄ in angelo.117 a
8 An imago cōsistat in memoria,intellectu,& uolū tate,an in eorum habitibus vel actib⁹,an in potētiis illis ꝑ cōparationē earū ad habitus suos,& actus.118.a
An imago trinitatis consistat in potentijs,an in earum habitibus,&c. 119.b
Quomodo homo assimilatur trinitati increatæ, memoria,intelligentia uoluntate. 119.b
Respectu cuius obiecti consistat imago in potentijs animæ. 120.b
9 An intellectus agens pertineat ad imaginem. 122.a
An imago trinitatis sit in anima. 123.a
An ad actum intelligendi requiratur species intelligibilis. ibidem.
10 In quo differat imago ab intellectu agente.ibidem.
11 An memoria,intelligentia, & uoluntas sint æquales. 125.b
12 An potentiæ aīæ,in quib.consistit imago,sint uerè indefinenter in actu. 127.a
An aliqua notitia insit animæ respectu suiꝑsius inseparabiliter. 128.b
An aliquid nosse possit dici intelligere.
13 An potentiæ animæ distinguantur realiter abinuicem,& ab anima. 131.a
14 An potētię aīç fluāt ab ei⁹ essētia.136.b
An una potentia procedit ab anima mediante potentia alia. 137.a
An memoria intellectiua inquantum est aliquid animæ,per se solam gignat notitiam. 137.b
An principalior causa notitiæ genitæ sit obiectum vel anima,seu eius potentia. 138.b

DISTINCTIO IIII.

Hinc oritur quæstio.

1 An Deo vere conueniat generare.141.a
2 An istę sunt veræ, Deus genuit Deum, Deus genuit se Deum,uel alterū Deū, tres personę sunt vnus Deus,unus Deus est tres ꝑsonæ, Deus est trinitas. 143.b

DISTINCTIO V.

Post hæc quæritur.

1 An diuina essentia genere. 149.a
Vtrum essentia generet,vel generetur,ita, ꝙ ei conueniat actus generationis immediatè, ut termino. 151.a
An generatio conueniat ei sicut de quo est generatio per modū materialis principij. ibidem.
An essentia in diuinis sit præcedens secūdum intellectum, an consequens eam, & hoc secundum est in filio. 151.b
An sicut generatio non conuenit diuinæ essentiæ, sic,nec alijs essentialibus in diuinis. ibi.
An generare per priùs conueniat patri æterno,& posteriùs creaturis, an econtra. 153.a
2 An filius natus sit de substātia patris. & an essentia sit aliquo modo terminus generationis. 154.a
An pater,seu filius in diuinis sit ex nihilo. 157.a

DISTINCTIO VI.

Præterea quęri solet.

1 An pater genuit necessitate,vel uoluntate. 158.a
*An filiꝰ ꝓcedit à patre ꝑ modū ideæ vel artis.*160.a

DISTINCTIO XII.

Hic solet quęri.

1 An pī potuit,& uoluit filiū gnare.162.a
An in filio sit potētia,qua potuit generari. 165.a
An in aliquo sit potentia generandi,cui non competat generare. 165.b
An ratio generandi in patre sit diuina essentia,vel proprietas eius. 168.b
2 An potentia dicatur Deo uinocè de potentia intelligendi,& generandi, atque creandi. 170.a
Quæ harum potentiarum sit prior secundum consideration. 170.b
3 An potentia Dei si tantum respectu eorum,quæ subiiciuntur diuinę potentię, videlicet respectu creaturarū, seu creabilium, & non respectu productionis in diuinis adintra. 171.a

DISTINCTIO VII.

Nunc de veritate.

1 De ueritate, quid sit, & quotuplex, & qualiter Deo conueniat. 175.a
An ueritas sit in re,uel intellectu. 176.a
An veritas sit mutabilis. 176.b
An una sit sola veritas in omnibus veris. ibidem
An in solo Deo sit veritas. 177.a
In quo sit ueritas. 178.b
2 An esse siue Qui ē, sit primū, & ꝓpriū nomē Dei,& an sit esse oīm rerū. 178.b
An esse conueniat proprie Deo. 181.a
3 Quid sit æternitas, & qualiter sit ꝓpria Dei mensura,qualiter etiam uerba temporalia conueniant Deo. 182.b
Quid sit esse in æternitate. 183.b
An Deus sit mensura omnium creatarum substantiarum. 185.a
An Deus sit mensura omnium entium. ibid.
An Deus dicatur proprie omnium rerum mensura. 185.b
4 An Deus sit īmutabilis, atq; īmobilis. & si

& si sic,an hoc sit propriū ei, uel rebus possit conuenire creatis. ibidem,
Quomodo ab incommutabili Deo potest esse effectus formaliter,habens esse necessarium, & incorruptibile. 189.a
An aliqua creatura,ut substantia separata, seipsa sit formaliter necesse esse. 190.b
5 An Deus sit simplex, ac summè simplex. 192.b
Quomodo Deus penitus simplex. 194.a
6 An Deo conueniat ratio uniuersalis, seu generis, aut speciei, uel esse in aliquo prędicamento. ibidem.
Quomodo sapientia ponatur transcendens,cum non conueniat omnibus entibus. 198.a
7 An aliqua creatura sit sīplex,&c. 199.b
An esse creaturæ sit suum esse. 203.a
An anima sit tota in toto corpore suo, & tota in qualibet eius parte. 204.a
Quomodo anima, quæ non crescit, nec extenditur neq; augetur,per totū expāditur corpus. 206.a
Si alicui mutulato manus,aut brachium miraculosè addatur,an additum hoc uiuificetur ꝑ animam præexistentē in eo,an per aliam animam. 207.b

DISTINCTIO IX.

Nunc ad distinctionē trium personarum.

1 An pater,& filius sint coæterni. 210.a
An filius sit aliꝰ à patre, & an pater,& filius sint duo æterni. 211.b
An spirituissanctus sit alius à filio,& à patre, an filius,& spiritussanctus sint duo æterni. ibidem.
An generatio diuina sit æterna. ibidem.
An generatio filij sit completa,terminata, uel finita. 212.b
*An gnatio diuina sit in fieri,aut ī facto esse.*213.a
Quid verius istorum dicatur, filius semper nascitur,uel semper natus est. ibidem.b
An dici possit,filius semper nascetur. ibidem.
Quis modus sit diuinæ generationis. 214.b
An pater sit prior filio. 215.a

DISTINCTIO X.

Nunc post filij.

1 An spiritussanctꝰ sit amor,nexus, unio, vinculū,& amplexꝰ patris,ac filij.217.a
An in diuinis sit aliqua uerbi processio,à generatione. 219.b
An spiritussanctus procdat,ut amor. 223.b
2 An tertia persona in diuinis propriè appelletur spiritussanctus. 226.b

DISTINCTIO XI.

Hinc dicendum.

1 An spiritussanctus procedat à patre, & filio. 229.a
2 An spiritussanctus distingueretur à filio si procederet ab eo. 233.b
3 An spiritussanctus procedat à patre, & filio,inquantum sunt unum. 235.b
An uirtus spiratiua dicat,qd uel ad aliquid. 237.a
4 An pater,& filius sunt vnus spirator spiritussancti. 238.b

DISTINCTIO XII.

Item quæritur.

1 An spūssctūs priùs ꝓcedat a patre.241.a
An in diuinis generatio aliquo modo prior sit processione. 243.b
*An filius naturaliter prior sit spiritusancto.*244.b
An ex natura rei priùs conueniat Deo gignere, quàm spirare. 245.b

DISTINCTIO XIII.

Post hæc considerandum.

1 Quomodo processio spiritussancti à generatione æterna distincta sint. 248.a
An spiratio idem sit,quod generatio. 250.b
An ratio generationis competat spirationi spiritussancti, ibidem.
2 Quō ꝓcessio locū hēat in diuinis.254.a
3 An spūssanctꝰ dici possit ingenitꝰ.255.a

DISTINCTIO XIIII.

Prętera diligenter.

1 Quid si temporalis processio spiritusācti,an realiter differat ab ęterna.257.b
An processio temporalis ponat in numerum cum æterna. 261.b
2 An ipsemet spiritussanctus procedat,ac detur. 262.a
Secundum quæ dona spiritussancti processio æstimetur. ibid.b
An sprritussanctus detur à ꝑlatis,& ministris ecclesiæ,atque sanctis hominibus. 264.a
An spiritussctūs detur priùs, an dona ipsius. ibi.b
*Quot modis fiat tꝑalis ꝓcessio spiritusscti.*265.a.
Quomodo differat temporalis processio,missio,datio,& apparitio spiritussancti. ibidem
Quomodo spiritussanctus dicitur potus. 265.b
*An īmissio dilectionis sit missio spūssancti.*ibidem.
An pater, & filius,seu etiam spiritussanctus sint vnus pānis,&c. ibidem.
An spiritussanctus sit uirtus. ibidem

DISTINCTIO XV.

Hic considerandum.

1 An missio, & datio conueniant personis diuinis. 268.b
*Quibus personis cōueniat mittere,& mitti.*270.a
Quomodo missio sit in diuinis. 271.a
An aliqua diuina persona det,uel mittat seipsam. 271.b.272.b
*An filius ī diuinis pōt dici ꝓcedere tꝑaliter.*272.b

2 An missio in diuinis dicatur essentialiter vel notionaliter. 273.b
An essentia mittat, vel mittatur. ibid.
Quid sit mitti in diuinis. 275.a
3 An filio competat inuisibiliter mitti, an etiam spiritui sancto, an sint distinctę missiones eorum. 276.a
An spiritus sanctus mittatur semper cũ filio. 277.b
An secundum eadem dona sit missio filij, ac spiritus sancti. 278.a
An vna persona mittatur sine alia. 278.b
Cur docere approprietur spiritui sancto. 279.a
An missio filij, ac spiritus sancti sit secundũ eadem dona gratiæ augmentata. 279.b
4 Ad quos fiat inuisibilis missio spiritus sancti, an. s. ad rõales creaturas. 280.a
An ad existentes in charitate, & gratia fiat missio spiritus sancti. ibid.
An ad Christum scđm naturam assumptam. ibidem
An ad angelos sanctos, aliosq; beatos. ibidem.
5 An pleniùs missus sit spiritus sãctus post incarnationẽ filij dei, quàm ante. 282.a
An absolutè loquendo maior gratia data sit sanctis veteris testamenti, quàm noui. 283.b

DISTINCTIO XVI.

Nunc de spiritu sancto.

1 Quid sit visibilis missio spũs sãcti. 285.a
Cur pater non inuisibili forma apparuerit in nouo testamento sicuti in veteri. 286.a
Quàm vtilis fuerit visibilis missio spũ sctĩ. 287.a
2 Quãdo, & ad quos facta sit visibilis missio spiritus sancti. 287.b
An beatissimæ virgini Marię facta sit visibilis missio spiritus sancti. 288.b
3 In quibus speciebus apparuit, & missus est spiritus sanctus, à quo species illę formatę sint. 290.a
Cur filius apparuit in sola creatura rationali, pater in sola audibili, spiritus sanctus in visibili irrationali. 290.b
An quælibet specierum in quibus missus est spiritus sanctus, fuit res verè corporalis. 291.a
Quare in specie columbæ, linguæ igneæ, ac flatus manifestatus spiritus sanctus. ibid.
Vnde veniebat vnio illa, qua spiritus sanctus speciebus illis vnitus erat. 291.b
Quare tot modis apparuit spiritus sanctus. ibid.
An species illæ fuerunt res ueræ. 293.a
An Christus secundum statum passibilem fuit angelis minor. 294.a
An spiritus sanctus ratione suæ visibilis missionis sit minor patre. 294.b
An verum sit illud Hilarij, Pater est maior filio ratiõe auctoritatis, nec tamẽ filiꝰ ẽ minor pat. ibid.

DISTINCTIO XVII.

Iam nunc accedamus.

1 An chariras, qua rationalis creatura diligit Deum, & cętera, quę ex charitate sunt diligenda, sit virtus creata. 299.a
2 An charitas ex charitate sit diligenda. 304.b
3 An iuxta capacitatem, ac dispositionẽ naturalium charitas infundatur. 306.a
4 An Deus in hac vita immediate possit amari. 30 .a
5 An hõ sine reuelatione diuina certo scire ualeat ĩ hac uita se eẽ in charitate: ibi.
6 An charitas augeatur, & qualiter, quibus ve actibus. 311.b.
An charitas per additionem fiat unum, seu vna charitas. 315.a
An charitas per additionem augeatur. 317.a
An habitus infusus possit augeri. ibi.
An in charitate minori sit aliqua pars charitatis in potentia, per cuius extractionem in actũ charitatis augeatur. 317.b
7 An charitas quodlibet actu dilectionis augeatur. 319.a
8 An charitas possit augeri ĩ ĩfinitũ. 320.b
9 An charitas possit minui. 324.a
An perfectio charitatis aliquando minuatur actu. 326.a

DISTINCTIO XVIII.

Præterea diligenter.

1 Quomodo ratio doni conueniat spiritui sancto. 333.a
2 An donum in diuinis sit nomen essentiale, personale, vel notionale. 336.b
An donum sit proprietas distinctiua personæ, seu notio. 337.a
Quare proprietas spiritus sancti potius sumitur per respectum, &c. 337.a
An donum magis propriè conueniat spiritui sancto, an datum. 339.a
An esse donũ ab æterno cõueniat spũi sancto. 339.a
An spiritus sanctus, ita sit donum, ꝙ detur à patre, filio, vel econtra. 339.a
An donum dicatur vniuocè de spiritu sancto, &
3 An spiritus sãctus possit dici spiritus noster, donũ nostrum, amor noster. 339.b
4 An spiritus sanctus eadem processione habeat, ꝙ sit donum, & ꝙ sit Deus; ac essentia diuina. 341.b
An filius nascendo accepit, ꝙ sit Deus, & diuina essentia. 341.b

DISTINCTIO XIX.

Nunc postquam.

1 An diuinæ personæ sint sibi coæquales. 347.b
An ista sit vera; Qualis ẽ Deꝰ, talis ẽ Petrꝰ. 350.a
Quid nomina ista, talis qualis, significent cum dicitur, qualis est Deus, talis est Petrus. 350.a
2 An magnitudo diuinis conueniat personis. 352.a

An pater possit dici esse in diuina essentia, seu filius, vel spiritus sanctus. 352.b
3 An in diuinis sit totum & pars. 355.a
An in diuini ponendum sit prædicamentum, vel prædicabile. 356.a
An diuina essentia prædicetur de personis, ut quod dam totum. ibidem.
Quõ veritas, & æternitas Deo conueniant. 357.a
An tres personæ differant numero, vel, an in diuinis sic numerus. ibidem
An in Deo sit totum vniuersale. ibid.
An in diuinis sit communicabile, & incommunicauile. 357.b

DISTINCTIO XX.

Nunc ostendere restat.

1 An filius sit patri ęqualis in potestate, & omni potentia. 359.a
2 An in diuinis personis sit ordo. 361.b
An illud B. Augu. Si pater non genuisset filium sibi æqualem, cum potuisset, fuisset in eo inuidia, sit ualidum argumentum. 363.a

DISTINCTIO XXI.

Hinc oritur quæstio.

1 Quomodo distinctiones excluſiuę addi quæant in diuinis, terminis personalibus, & essentialibus. 364.a
An dictio exclusiua addi possit termino essentiali à parte prædicati. 364.b
An dictio exclusiua addi queat termino relatiuo. 365.b
An dictio exclusiua uerè addatur termino personali respectu communis prædicati. 366.a

DISTINCTIO XXII.

Post prædicta nobis.

1 An Deus sit nominabilis. 367.a.369.
Quo nomine Deus cõgruentius nominetur. 369.a
2 An aliquod nomen conueniat Deo ꝓpriè, & non translatiuè. 370.a
3 An Deo cõueniat habere multa nomina, unde consurgat multiplicitas diuinorum nominum. 372.a
4 An diuisio nominum diuinorum sufficienter ponatur à Magistro. 373.b
An, Deus nominabilis sit à nobis uiatoribꝰ aliquo nomine significante diuinam essentiam. 375.b
An Deus sit à nobis nominabilis sine respectu, & comparatione ad creaturam. ibidem.

DISTINCTIO XXIII.

Prædictis adijciendum.

1 Quomodo distinguantur intet se hæc nomina, essentia, subsistentia, substantia, & persona. 378.a
2 Quid sit persona, quæ ratio eius in diuinis, quomodo Deo conueniat. 380.b
An supposita persona supponatur essentia. 384.b
An nomẽ substatię sit essentiale, vel ꝑsonale. ibid.
An persona sit nomen rei, vel intentionis. 385.a
An persona secundum quod dicit aliquid commune patri, & filio, ac spirituisancto, dicat præcisè aliquid secundæ intentionis. 385.b
Quænam communitas personæ sit in diuinis. 386.a
An sicut in diuinis dicuntur plures personę, ita dici possent plures dij, eẽtiæ, & substãtiæ. 386.b

DISTINCTIO XXIIII.

Hic diligenter inquiri oportet.

1 An Deo verè, ac propriè competat unitas. 388.a
An vnitas dicatur positiuè in Deo. 379.a.390.a
An deus sit magis vnus, quàm ipsa unitas. 389.b
2 An in Deo sit uerè numerus, an vnitas, & numerus dicãtur ĩ Deo aliqđ positiuũ.
An personæ differant numero. 391.a (390.a
An vnitas, & numerus aliquid ponant in diuinis. 391.b.
3 An dictiones numerales dicant in diuinis aliquod positiuum. 393.a
Quid dicatur quando dicitur in diuinis, tres notiones. 393.b
An vnus dicatur scđm substantiã in diuinis. ibid.
An vnum dicatur de Deo secundum essentiam, vel relationem. 394.b
An omnis numerus sit accidens. ibid.
An vnum, & vnitas, ac numerus dicantur de Deo & creaturis vniuocè. 394.b
4 An sit in Deo diuersitas. 395.a
5 Quomodo trinus, vel trinitas Deo conueniat. 395.b
Qualis vnitas, sit quam important hæc nomina trinus, & trinitas. 396.a
An vnitas, & simplicitas sint distincta atributa in Deo. 396.b
6 An vnum conuertibile cum ente, & unum, quod est principium numeri, realiter differant. ibidem.
7 An sicut in diuinis ponitur vnitas duplex, ita, & ponenda sit in diuinis bonitas duplex. 393.b

DISTINCTIO XXV.

Præterea considerandum est.

Hæc distinctio nullam, nec maiorem, nec minorẽ habet quæstionem, quia quæ in ista tractanda erant, in præcedẽtibus distinctionibus satis declaratę, ac euentilatæ sunt.

DISTINCTIO XXVI.

Nunc de proprietatibus personarum.

1 An in diuinis ponendæ sint relatiuæ ꝓprietates, per quas personæ abinuicem distinguantur. 403.a

2 An proprietates relatiuę, seu ipsæ relationes constituũt in diuinis personas, vel earum distinctiones solũ ostẽdãt. 407.a
An personæ distinguantur potius per relationes, quàm per origines. 410.*a*
An relationes distinguant personas inquantum relationes, vel proprietates. *ibidem*
Qualis sit differentia inter patrem, & filium, quorum est in essentia vnitas. 411.*a*
3 An abstractis per intellectum proprietatibus relatiuis à personis, remaneant ipsæ personæ distinctæ. 414.a
An abstractis per intellectũ hypostasibus, possit adhuc intelligi ordo naturæ in esse diuino. 415.*b*
4 Relationes, proprietates, ac notiones quomodo inter se distinguantur. 416.
5 An sine piculo infidelitatis liceat de notionib⁹, relatiõib⁹ ꝓprietatibusq; ī diuinis ꝟria opinari, & diuersa sentire. 418.a
6 An relatio in diuinis sit assistens, seu extra affixa, vel potius uerè insistens. 419.a
7 An in diuinis sit aliquod absolutum, suppositum. ibid.b
8 An in diuinis relatio per priùs fundetur in essentia, quàm in persona. 421.a

DISTINCTIO XXVII.

Hinc quæri potest.

1 An proprietates personarum in diuinis ab inuicem distinguãtur realiter. 423.a
2 An in diuinis secundum rationẽ intelligentię, ordinẽq; naturæ actus personalis sit prior relatiua proprietate. 424.b
3 An verbũ ꝓpriè dicaī in diuinis 426.b
Cum filius Dei ratio, & idea sicut, & verbum, an pluraliter possit dici verba, sicut pluraliter dicitur rationes, atque ideæ. 428.*a*
Ad cuius verbi creati similitudinem dicatur verbum in Deo. *ibid.*
An prior sit intentio, seu ratio verbi, quàm notitiæ, aut sapientiæ. *ibid.*
Secundum quam intentionem notitiæ dicatur verbum, videlicet an scđm rationẽ notitię practicæ, an cognitiuæ, aut speculatiuæ. *ibid.b*
An nomine uerbi notetur effectus in creatura. ibi.
An filius Dei possit dici cogitatio sicut dicitur uerborum. ibi.
An ratio verbi conueniat filio tantum. *ibid*
An pater seipsum dicens, genus filium. 429.*a*
An uerbum in diuinis semper dicat respectum ad creata. 431.*a*
An verbum intellectus creati sit intellectus actualis. 432.*b*

DISTINCTIO XXVIII.

Præterea considerari oportet.

1 An innascibilitas sit proprietas ꝓsonæ patris, & an sit ꝓprietas ꝓsonalis. 438.a
An plures ꝓprietates sint in ꝓsona patris. 440.*b*
An ingenitum sit notio patris. 440.*b*
An improcessibilitas sit notio patris. *ibid.*
An innascibilitas sit notio patris. 441.*a.b*
2 An ingenitus, seu innascibilis dicaī fm substantiam, vel fm relationem. 442.a
An innascibilitas sit realis relatio. 443.*a* (443.*b*
3 An innascibilitas sit idẽ, qđ paternitas.
An concedi possit, ꝙ paternitas sit innascibilis, (sicut, quòd pater est innascibilis. *ibid.*
An pater ꝓp tres notiões valeat dici trinus. 444.*a*
An prima persona videlicet pater constituatur positiua relatione ad secundam, puta filium. *ibid.*
4 An imago cõueniat soli filio in diuinis. 445.*a* (*tiuè.* *ibid.b*
An imago in diuinis dicatur personaliter, & rela
An imago tantum conueniat filio. 446.*a*
Cur spiritussanctus non uocetur imago. 446.*b*
An spũsctus possit dici imago sicut, & filiꝰ. 448.*b*

DISTINCTIO XXIX.

Et præterea aliud nomen.

1 An vna persona sit principium alterius, & (si sic, quomodo dicatur ibi principiũ, an essẽtialiter, an relatiuè. 450.a. (450.b
An principium in patre, essentialitur, vel notionaliter dicatur.
2 An principiũ dicatur vniuocè de Deo respectu vnius personæ ad aliam, & respectu ad creaturam. 452.a
3 De, quo per priùs dicatur in Deo principium, an respectu emanationis adītra, vel potius productionis ad extra. 453.b
Cui primo conueniat ratio principij. 454.*a*
An principium prout dicitur essentialiter, prius sit secundum ordinem, intelligendi quoq; principium secundum quod dicitur notionaliter. *ibid.*
4 An sit vna ꝓprietas, aut notio in patre, & filio, secundũ quã dicuntur principiũ spirit usctī, ut pote coīs spiratio. 454.b
An pater, & filius sint vnum principium spiritussancti. 455.*a*
An sit peccatum, aliquid veritati contrarium opinari de principiatione spiritussancti. 455.*b*
An esse principium creaturarum, conueniat Deo ab æterno, vel ex tempore. 455.*b*

DISTINCTIO XXX.

Sunt enim quędam, quæ ex tempore de Deo dicuntur.

1 An aliquod conueniat inuariabili Deo ex tpe, seu de nouo, atq; ꝓ accidẽs. 456.b
An aliquid dicatur de Deo per accidens. 458.*b*
An Deus cœpit ex tẽpore esse dñus rerum. 459.*a*
2 An nomina dicta de Deo tẽpore, designẽt diuinam essentiam, seu vtrũ secũdum substantiam dicanī de Deo. 459.*b*
An tempus incepit. 460.*b*
3 An nomina, q̃ ex tẽpore cõpetũt Deo, dicant realem relationem in ipso. ibid.

An Deus fuerit dominus ab æterno. 461.*b*

DISTINCTIO XXXI.

Præterea considerari oportet.

1 An appropriatio ista Hilarii, æternitas est in patre, species in imagine, usus in munere. sit conueniens. 465.a (467.a
An appropriatũ necessariò præsupponat ꝓprium.
2 An appropriatio ista Augustini sit apta cum dicitur: In patre est vnitas, in filio æqualitas, in spiritusancto vnitatis, & æqualitatis connexio. 467.b
An patri approprietur potentia, filio sapientia, spirituisancto beneuolentia. Veritas inuenitur filio appropriari, q ait: Ego sum uia, veritas, & uita. similiter liber uitæ. iuxta illud Psalmistæ: In capite libri scriptũ est de me. glossa. i. apud patrẽ, est caput meum. similiter, qui est. Nam super illud Isaiæ, Ecce ego ad gentes, loquitur glossa. Filius loquitur, qui dixit ad Moysen, Ego sum, qui sum. Et quæritur an sint propriata, an appropriata. 469.*a.b. & deinceps.*
An Deus possit dici unum cum creatura. 472.*a*
An vna creatura possit dici unum cum alia. *ibid*

DISTINCTIO XXXII.

Hic oritur quæstio.

1 An pater, & filius seinuicem diligãt spiritusancto. 475.a
Qualis habitudo notetur cum dicitur pater, & filius diligunt se spũsancto. 475.*b. & deinceps.*
An quælibet persona diuina se, & quamlibet persona diuinã diligat spiritusancto, & an quælibet persona diuina diligat nos spiritusancto. *ibid.*
An Deus pater diligat semetipsum spũsctõ. 481.*b*
An spiritussanctus diligat se spiritusancto. *ibid.*
An pater, & filius diligant rationales, & intellectuales creaturas spiritusancto. 482.*a*
2 An pr̃ sit sapiẽs sapientia genita. ibid. d
Cur sapientia non constituatur in ratione formalis effectus, quemadmodum amor cum amante à quo procedit. 483.*a*
An pater seipsum in filio videat, an etiam uideat se pater in creaturis. *ibid.b*
An pater nouit se in verbo, aut filio. *ibidem*
An formaliter declarare omne declarabile, sit prium uerbo. 485.*a*
3 An vnigenitus filius Dei sit sapiens sapientia genita, aut ingenita. 485.a
An spiritussanctus sit sapientia de sapientia, & procedens sapientia. *ibid.d*
4 An pater sit potẽs potentia genita. ibid.

DISTINCTIO XXXIII.

Post supradicta interis considerari, atque subtiliter inquiri oportet.

1 An proprietates relatiuæ, distinctiuæq; personarum sint realiter ipsæ personę, ac diuina essentia, & an sint in ipsa essentia, & in personis. 489.a
An proprietas in diuinis sit ꝓsona. 491.*a* (489.*a*
An ꝓprietates sint in essentia, & in ꝓsonis. *ibid.*
Quomodo proprietates diuersimode dicuntur esse in essentia, & in personis. *ibid.*
An relatio in Deo secundum intentionem differat ab essentia. 492.*a*
2 An de relatiuis ꝓprietatibꝰ valeāt ꝓdicari adiectiua eẽntialia, & ꝓsõalia. ibi.b
An ꝓsonalia adiectiua de notiõibꝰ ꝓdicẽtur. 493.*a*

DISTINCTIO XXXIIII.

Prædictis autem adiiciendum est.

1 An diuina essentia sit persona, hoc est, an realiter idem sit cum qualibet diuina ꝓsona, imo, & cum duabus, & itẽ cũ tota superbeatissima trinitate. 497.a
An res naturæ. i. persona aliquid superaddat essentiæ, seu diuinæ naturę. 498.*a*
An persona differat ab essentia. 499.*a*
An conuenientiùs dicatur, persona est essentia, vel persona est essentiæ. *ibid.*
An tres personæ sint unius essentię. *ibid.b*
Quõ aliqua cõueniāt Deo trãslatiuè, similitudinarie aut metaphorice, & item appropriatiuè. 500.*b*

DISTINCTIO XXXV.

Cumq; supra differuerimus, ac plurima dixerimus de his.

1 An Deus habeat perfectam, & distinctã scientiam non solum suiipsius, sed, & omnium rerum. 502.a
An scire sumatur uniuocè, cum dicitur, Deus scit se, & Deus scit creaturas. 503.*a*
Cur, & qualiter scientia Dei tam diuersa sortitur vocabula. 503.*a* (505.*b*
2 An scientia Dei appellanda sit uniuersalis an particularis, & vtrum sit in potentia, vel habitu. 505.a
An scientia Dei dicatur uniuocè de sciẽtia Dei, & de scientia creaturę. 506.*a*
An scientia Dei respectu aliorum à se, sit practica an speculatiua. 506. (567.*a*
An noīa scita à Deo habuerũt eẽ eẽntiæ ab æterno

DISTINCTIO XXXVI.

Solet hic quæri cum omnia dicantur esse. in Dei cognitione.

1 An omnia sint Deo idealiter, atque cau saliter, & quid sit idea. 509.a
Cum idea, ratio, & sapientia sint idem in Deo scđm substantiã, quõ differunt secundum rõnẽ. 509.*b*
Cur dicantur plures ideę, & rationes, cum non sit nisi vna sapientia. 509.*b*
Cum omnia sint in Deo vita, & lux, cur etiam oīa non dicuntur in eo potentia, & sapientia. 510.*a*
An in Deo sint ponendę ideę. *ibid.b*
An diuinę essentię tantũ conueniat esse ideã, inqnãtum est cognita, ut imitabilis à creatura. 512.*a*
An in Deo sint relationes ęternę ad omnia scibilia vt quidditatiuè cognita. 516.*a*
An quælibet res habeat ꝓpriã ideã in Deo. 517.*a*
2 An in Deo sit plures ideæ, imo, & omni

nium, quæ cognoscit. 518.b
An omnium sit idea, & materiæ primæ. 519.a
An quo sit pluralitas idealium rationum. 520.b
3 An in Deo sint infinitæ ideæ, vel saltē infinitæ exemplares rationes, aut similitudines rerum. 522.a
An possibile sit in natura, & essentia creaturæ ponere, quòd alia aliam possit excedere secundum gradus perfectionum, imitando diuinam essentiam in infinitum. 523.a
4 An sicut in Deo ponunt plures ideæ, an sic in eo ponēda sit plura exēplaria. 524.a
An inter ideas sit ordo, aut ordinatio. ibidem
An in Deo sit distinctio inter ideas, & attributa. 524.b
Quomodo Deus omnia positiua etiam singularia perfectissimè noscat. 525.a
Quomodo Deus sciat mala, & priuationes, atque negationes. ibidem.
Quomodo omnia sint in Deo, sicut causatum in sua causa. ibidem
5 An omnia sint in Deo. 525.b
An creaturæ habeant veriùs esse in Deo, quàm in seipsis. 526.a
An res veriùs sit in natura propria, vel in Deo, vel in anima, seu mente creata. 526.b
An imperfecta sint in Deo, & an habeant ideam in eo. ibidem

DISTINCTIO XXXVII.

Et quoniam demonstratum est ex parte.

1 An Deus sit in omnibus rebus. 531.a
An Deus sit vbiq;, vel nusquā, aut in seipso. 531.b
An Deus sit ubique. 533.a.b
An ex hoc, q̄ Deus est ubiq; secundum suam potentiam, necessariò concludatur, q̄ ubique sit præsens secundum suam essentiam, hoc est, utrum omnipotentia inferat immensitatem. 534.b
Quō Deus sit in omnibus rebus, & vbiq;. 535.b
Vbi Deus fuerit antequàm mundum crearet. ibid.
2 Quot modis sit Deus in creaturis. 536.a
An idē esse cōueniat Deo ab æterno. 536.a.538.a
Quō eēt, & vbiq; esse sit ꝓpriū Deo. 536.b.538.a
An Deo conueniat ab æterno esse vbiq;. 536.b
An esse vbiq; conueniat æternaliter Deo. 538.b
An idem sit esse vbique, & esse in omni re. 539.a
An Deus existat ī rebus ęqualiter, & vniformiter.
An Deus sit extra locum 539.b (539.a
An Deus sit localis, sicut dicitur eē vbiq;, & in
An Deus sit in alio quàm in se. 539.b (loco.ibid
An Deus sit in seipso. ibid.
3 An angelus sit in loco diffinitiuè, hoc est, ita in uno, ut non in alio. 540.a
An angelus possit esse simul in pluribus locis. 541.b.543.a 544.a (544.a
An plures angeli valeant esse in uno loco. 542.b
An angelus sit in ꝑtio, vel in aliquo imparti bili ipsius ꝑtij. 543.b
An angelus sit in puncto. 544.a
Vnde habeat locus, q̄ saluet locatum 544.b
4 An angeli moueatur. 546.b.548.a.551.b
Angelus moueatur per se, an per accidens. 546.b
An angelus moueatur per medium. 546.b
An angelus moueatur in instāti, vel successiuè vel temporaliter. 547.a.548.b
An angelus suo motu pertranseat medium. 548.a. 550.a.551.a
An angelus moueatur in tempore, an in nūc. 550.a
An angeli sint in instanti. 561.a

DISTINCTIO XXXVIII.

Nunc ergo ad propositum reuertentes.

1 An scientia Dei sit causa rerum, uel ecō uerso. 553.a
An prescientia dei sit ęterna, uel temporalis. ibid.
An præscientia Dei sit causa rerum. 535.a.b
An prescientia Dei sit causata à reb⁹. 553.a 555.a
An inferat rebus necessitatem. 553.a.556.a
An stet cum libero arbitrio. 553.a
An sit infallibilis. ibidem.
An p̄scientia uniuersaliter cā sit futurorū. 554.a
An futura sit causa præscientiæ Dei. 555.b
2 An prescientia, seu prouidentia Dei imponat rebus necessitatem. 556.a
An effectus contingens possit fieri immediatè à Deo. 561.a
An scięt ia Dei uniformis, & ꝛuariabilis sit. 561.b
An scientia Dei sit enunciabilium. ibidem
An sit non entium. ibid.
An sit singularium. ibid. *An infinitorum.* ibid.

DISTINCTIO XXXIX.

Præterea, quæri solet.

1 An scientia Dei tam sit inuariabilis, & perfecta, ut non possit non scire, q̄d scit nec scire, quod nescit. 564.a
An Deus possit plura scire, uel præscire quoque sciat, uel præsciat. 564.b
An necesse sit Deum prescire, quod prescit. ibid.
An Deus possit non scire, quod scit. 565.a
An Deus possit aliquid scire, quod non scit. ibid.b
2 An Deus prouidentiam habeat uniuersorum, & singulorum. 566.b
An Deus immediatè cunctis prouideat, seu uniuersorum prouidentiam habeat. 569.a
3 Quid sit fatum, & quomodo à prouidētia distinguatur. 569.b
Quomodo uerum sit, q̄ fatum asseritur dispositio relicta in rebus ex rebus ex ui siderum. 570.a
An omnium sit fatum quorū est ꝓuidentia. 570.b
An fatum sit aliquid. ibidem
An fatum sit in rebus, & causis creatis. 571.a
An fatum sit immobile. ibidem

DISTINCTIO XL.

Prædestinatio uerò de bonis.

1 An prædestinatio sit, quod creatum, vel increatum. 574.a
Quid sit prędestinatio. 574.a (574.a
Quę sint diffinitiones prædestinationis. ibidem
An prædestinatio sit aliquid in creatura. 575.a
An prædestinatio ad scientiam pertineat. 575.b
An prędestinatio sit æterna, uel temporalis. 576.a
An p̄destinari conueniat solum hominibus. ibid.
2 An certus, & immutabilis sit numerus prędestinatorum. 576.b.577.a

An

An non p̄destinatus possit saluari. 576.b
An numerus prædestinatorum possit augeri, vel minui. 577.a.578.b
An effectus prædestinationis possit cassari. 577.b.
An p̄destinatus possit dānari. 576.b.577.a.579.b
Quid sit melius esse iustū, vel esse p̄destinatū. 580.a
Si prædestinatio nil ponit in prædestinato, quō uerum est dictum illud cōe: prædestinatio multis est causa standi, ac citiùs resurgendi. ibid.
An aliquis possit facere, q̄ sit p̄destinatus. 580.a
An quis facere valeat, q̄ aliter sit p̄destinatus. ibid.
3 An Deo conueniat quosdam reprobare, & obdurare. ibidem
An obduratio aliquid supaddat prescientiæ. 581.a
An reprobatio sit idē penitus, qđ̄ p̄scięt. 581.a.b
An reprobatio sit pœna, vel culpa. ibidem
An reprobatio sit à Deo sicut à causa efficiēte. ibi.
An prædestinatio sit idem, quod liber uitæ. 582.a

DISTINCTIO XLI.

Si autem quærimus meritum obdurationis, & misericordiæ.

1 An merita, & demerita rationaliū creaturarum sint prædestinationis, & reꝓbationis earū causa, & ratio. 585.a. 586.b
An prædestinatio, & reprobatio habeat in Deo rationem motiuam ex parte ipsius Dei. 585.b
An aliena merita sint causa prædestinatiōis. 586.b
An prædestinatio, & reprobatio habeant causam seu rationem ex parte Dei. ibidem
An præscientia meritorum sit ratio prædestinationis saluandorum. 587.a.588.b
An aliqua sit rō in Deo quecūq; sit illa quare p̄destinauit quosdam, & non alios. 588.b.589.a
Quare Deus ad effectum prædestinationis præordinauit magis Iacob, quàm Esau. 589.a
An demerita hoīm sint rō suæ reprobationis. ibid
An in singulari prædestinato aliquo sit ipse causa suæ prædestinationis. 591.a
An Paul⁹ potuit ante sua cōuersionē occidi. 593.a
2 An electio conueniat Deo, an electio fm rōnem p̄destinationē p̄cedat. 593.b
Quid sit electio. 594.b
An in Deo fuisset electio, si intellectualis creatura non corruisset. ibidem
3 An prædestinatio possit iuuari meritis, & præcibus electorum. 595.a
4 An quicquid Deus scit aliqñ, semper sciat, & sciet, & sciuit semper. ibidem

DISTINCTIO XLII.

Nūc de omnipotentia Dei agendum est.

1 An potentia, seu omnipotentia uerè Deo conueniant. 599.a
An diuina potentia extendat se ad omne id, quod alijs agentibus est impossibile. 599.b
An potentia Dei æquatur scientiæ eius. 600.a
An potentia sequatur voluntatem. ibidem
An Deus possit, q̄quid est alijs impossibile. 601.a
An Deus possit facere, q̄ p̄terita non fuerint, & virginitatem reparare amissam. 601.b
An naturali possit ratione probari, Deum esse oī-potentem. 602.b
2 An Deus possit ea, quæ impossibilia sunt naturæ, & omnem rerum naturalem cursum transcendunt. 603.a
3 Scđm quas causas iudicandum sit aliq̄d esse possibile, vel īpossibile, &c. 603.b
An Deus possit facere, quę non decent, uel quod eum non decet. 604.b.605.a
An Deus possit facere lapidem, uel aliud corpus extra cęlum, ita, q̄ non tangeret cęlum. 605.a.b
An Deus possit facere vacuum esse. ibidem.
An in Deo sit tātū una potentia, uel plures. 606.a

DISTINCTIO XLIII.

Quidam tamen de suo sensu gloriantes.

1 An potentia Dei fit infinita. 609.a
An Deus non possit nisi, quod iustum est. 610.a
An Deus possit Petrum damnare, & Iudam saluare. 610.b.611.a
An rōnes doctorū, ꝓbantiū diuinā potentiam esse infinitam, sufficienter probent intentum. 610.b
An prima ratio impossibilitatis rei fiendę, fit ex parte Dei, uel ex parte rei. 611.a
2 An Deus omnipotens possit producere aliquod infinitum magnitudine, aut multitudine. 611.b
An Deus facere possit infinitum actu secūdum magnitudinem. 612.a
An aliqua creatura esse possit secundum magnitudinem infinita. ibid.
3 An Deus agat de necessitate naturę, aut iustitiæ. 612.b
An Deus omnipotentiam suam communicare possit alicui creaturæ. 613.b
An Deus aliquid possit de sua potentia absoluta, quod non potest de potentia ordinata. ibidem

DISTINCTIO XLIIII.

Nunc illud restat discutiendum.

1 An Deus possit, aut potuit creaturas facere meliores, aut meliori modo, quàm fecit. 615.a
An uniuersum potuit fieri melius. 615.b
An res meliori modo fieri potuerint. ibid.
An uniuersum Deus facere potuit melius. 616.b
An Deus potuerit mūdū facere meliorē quantum ad substātiam partium integralium eius. 617.a
An mundus potuit fieri melior, quo ad partium integranitum proprietates. ibidem
An Deus potuit mundum facere meliorem quantum ad ordinem partium. ibid.
An Deus potuit vniuersū facere meli⁹ quoq; fecit. 617. (natum. 618.b
An De⁹ possit facere res aliter quàm ab ipso ē ordi
2 An excellentiores creaturæ fieri poterant meliores, & etiam an Christi humanitas fieri poterat melior. 619.a
3 An Deus potest quicquid potuit. 620.a

DISTINCTIO LXV.

Iam de voluntate Dei aliquid pro sensus nostri imbecilitate dicendum est

1 An in Deo sit voluntas, & quid sit diuinę voluntatis obiectum. 623.a
Quid voluntas supperaddat essentiæ, & utrū Deus

vo-

volendo se vult omnia, sicut sciendo scit omnia. cur etiam Deus potius appelletur omnipotens, & omiſciens, quàm omniuolens. 623.a
An uoluntas in Deo dicatur abſolutè, an reſpectiuè. ibid.
An Deus ſit omniuolens, ſicut eſt omnipotens, atq; omniſciens. 625.a
Quare ratio potentiæ non ſaluatur reſpectu mali culpæ, ſicut ratio voluntatis. 625.b
An dei ſcientia voluntas, & potentia ſint æquales. ibidem.
2 An voluntas Dei ſit effectiua, & pxima cauſa rerum. 626.b
Cum voluntas Dei ſit cauſa contingens, utpote se ad vtrumlibet habens, quomodo poteſt eſſe ab ea neceſſarius effectus. ibid.
An uolũtas Dei sit immediata, & proxima cauſa rerum. 627.a
Quomodo idem effectus sit à Deo, & à natura agẽte. 627.b
An Deus immediatiùs agat per uoluntatem, quàm per intellectum. 628.a
An Deus immediatiùs agat per potentiam, quàm per voluntatem. 628.b
3 An Dei voluntas diſtinguatur, cum ſit vna, & ſimpliciciſſima, nõ plures. 629.a
An ſint ſigna naturalia, vel uoluntaria. 629.a.b
An quodlibet iſtorum ſignorum conformetur voluntati beneplaciti. 630.b
4 An ſit aſſignare aliquam cauſam, aut rationem uoluntatis diuinæ. ibidem
Quare uoluit Deus mundum creare. 631.a
An voluntas Dei sit cauſa rerum neceſſaria, vel cõtingens. 631.b
An Deus neceſſitate velit, quicquid uult. 632.a

DISTINCTIO XLVI.

Hic oritur quæſtio.

1 An voluntas beneplaciti Dei ſemper impleatur. 636.a
2 An malum fieri bonum ſit 638.b
An mala fieri sit verum. 639.b
3 Cur bonus, & ſapiens Deus permittat tot mala fieri, & an mala culpę, ac pęnę conferant ad uniuerſi decorem. 640.b
An malum pertineat ad complementum, atque decorem vniuersi. 642.b
An tunc uniuerſum eſſet pulchrius quàm nunc, ſcilicet si non fuiſſent peccata, nec bona inde elicita occasionaliterve ſecuta. ibidem.
Quis decor magis excedat, videlicet ſtatus innocentiæ, an ſtatus naturę lapſę. ibidem
An plus valeret si omnes eſſent beati, an ꝙ quidam eſſent beati, & quidam miſeri. 643.a
Quę sit differentia inter nolle hoc, & non uelle hoc, & inter uelle hoc non fieri, & non uelle hoc fieri. 643.b
An Deus velit fieri mala. 644.a

DISTINCTIO XLVII.

Voluntas quippe Dei ſemper efficax eſt.

1 An Deus poſſit præcipere ea, quæ ſunt contra, aut præter voluntatem ſuam. 646.a
An Deus queat pręcipere contra legem naturalem. ibidem.
An Deus posit pręcipere contra ius morale decalogi. 646.b
An Deus poſsit mala pręcipere. 647.a
An permiſsio sit aliquis actus uoluntatis diuinę. 647.b
An Deus poſsit diſpenſare contra pręcepta decalogi, & an poſsit contra ea pręcipere. 648.b
An Deus poſsit pręcipere, quod non vult. 649.a

DISTINCTIO XLVIII.

Sciendum quoque eſt.

1 Qualiter, & in quibus poſſit uoluntas humana diuinæ, & increatæ voluntati conformari. 651.a
An poſsibilis sit conformatio, ſeu conformitas voluntatis humanę cum diuina. 651.b
Quid sit conformatio talis. ibidem
An teneamur voluntatem noſtram uoluntati diuinę conformare. ibidem
An teneamur velle, quod Deus uult. ibidem
Supposito, ꝙ non, an teneamur uelle, quod ſcimus Deum velle. ibid.
An conformitas uoluntatem attendatur præcipue ſecundum volitum. 652.b
An teneamur voluntatem noſtram conformare diuinę. 653.b
An ſancti voluerunt Chriſti paſsionem. 654.b
An teneamur uoluntatem noſtram conformare diuinæ in ratione uolendi. ibid.
An teneamur uoluntatem noſtram conformare diuinę in uolito. 655.a
An voluntas creata sit bona formaliter, quando, cunq; conformatur voluntati increatę. 656.a
2 An beatiſſimę uirgini, atque apoſtolis, ac cæteris Chriſti diſcipulis fuerit meritoriũ, ꝙ Chriſti paſſionem volebant, & de ea vehementer dolebant. 657.a
An nobis meritorium eſſe queat uelle paſsiones ſanctorum. 657.a.658.a
An poſsimus velle damnationes reproborum. ibidem.
De voluntate Ieremię, qui ad verba Hananiæ pſeudoprophetę prędicantis Ieruſalem non eſſe ſubuertendam, reſpondit: Amen, ſuſcitet dominus verbum tuum: cum tamen ſciret Deum prædixiſſe, & velle contrarium. 658.a

FINIS.